Hunc librum Musis
suis inservientem
iure possidet
Theodor Mahlmann

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-835727-p0002-2

TM 0705

Fr. Wirz
1862

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-835727-p0003-8

GNOMONIS BENGELIANI

TOM. II.

EPISTOLAS ET APOCALYPSIN
COMPLECTENS.

EDITIO III.



TVBINGAE
apud IOH. HEINR. PHILIPP. SCHRAMM.
1773.





ANNOTATIONES IN EPISTOLAM PAVLI AD ROMANOS.

CAPVT I.

1 Παῦλος, *Paulus*) Epiſtolæ initium, Inſcriptio. o) Epiſtolicam formam præ libris V. T. habent ſcripta N. T. & in his non ſolum Pauli, Petri, Iacobi, Iudæ, ſed etiam uterque Lucæ, & omnes Iohannis libri. Plus etiam eſt, quod ipſe Dominus Ieſus Chriſtus ſuo nomine ſeptem epiſtolas dedit, Iohannis manu, Apoc. II. III. ac tota Apocalypſis inſtar eſt epiſtolæ ab Ipſo datæ. Non ad ſervos, ſed ad liberos, eosque emancipatos potiſſimum, epiſtolæ mitti ſunt ſolitæ: epiſtolicumque ſcribendi genus præ quovis alio accommodatum eſt ad regnum Dei quam latiſſime propagandum & ad animas quam locupletiſſime ædificandas. Plus in hoc quoque genere unus laboravit Paulus, quam ceteri omnes. Namque XIV ejus exſtant epiſtolæ: quarum varius eſt ordo, vario diviſio. Vnam ad Hebræos, non præfixo nomine ſuo ſcripſit: ceteris nomen adjecit; atque hæ partim ad eccleſias, partim ad ſingulos viros datæ

o) Quæ noſtro nunc more Subſcriptionis, Inſcriptionis & præuiæ Salutationis nomine veniunt, ea priſci Græci & Romani ab epiſtolarum ſuarum primordiis ponebant, idque breuiſſime vulgo, ut ſi dicas: *Paulus Chriſtianis Romæ ſalutem dicit.* Ea vero ex largiſſima ſpiritûs menſura grandi ſermonis ubertate Apoſtolus exprimit, Ieſum Chriſtum præcipue Ejusque Euangelium, & ſuum Apoſtoli munus euangelicum ſummopere deprædicans. *V. g.*

datæ sunt; eamque hodie seriem obtinent in voluminibus, ut plurimorum quæque versuum prima ponatur. Multo autem dignior consideratu est ordo chronologicus, de quo egimus in *Ordine temporum*, cap. VI. Eo constituto, & historia apostolica & ipsæ epistolæ mutuam sibi lucem afferunt: & congruentia noëmatum locutionumque in epistolis uno tempore super eodem rerum statu scriptis cernitur: & incrementum apostoli spirituale cognoscitur. Vnam hoc loco divisionem potissimum commemorandam ducimus. Aliter scripsit Paulus ad ecclesias opera sua plantatas; aliter ad eas, quibus facie ignotus erat. Illas epistolas comparare possis cum homiliis pastorum ordinariis: has cum homiliis, quas habent hospites. Illas status ecclesiarum evangelio magis minusve congruens vel dulci vel acri familiaritate replet: hæ, evangelium quasi meracius universim & in abstracto propinant. Illæ sunt magis domesticæ & quotidianæ: hæ, festæ & festivæ. Confer not. ad cap. XV. 30. Hæc ad Romanos epistola maxime festa est.

¶ δοῦλος ἰησοῦ χριστοῦ, *servus Iesu Christi*) Huic exordio respondet conclusio, cap. XV. 15 seqq.

¶ χριστοῦ-θεοῦ· *Christi-Dei*) Vbique in epistolis Pauli & in toto N. T. consideratio *Dei & Christi* arctissime conjuncta exstat. v. gr. Gal. II. 19 seqq. [*Idque & nobis fas est peruium esse.* V. g.]

¶ κλητὸς ἀπόστολος, *vocatus apostolus*) Subaudi, *Iesu Christi*. Nam, quod præcedit, *servus Iesu Christi*, nunc specialius declaratur. Ad *apostolum*, & ad *vocatum apostolum*, pertinet, *Romanis* quoque scribere. [*Tali videlicet seruo mundus uniuersus est obnoxius.* V. g.] Ceteri quidem apostoli per diutinam cum Iesu consuetudinem educati fuerant, & primo ad sequelam ac discipulatum vocati, deinde ad apostolatum producti. Paulus, persecutor antehac, desubito apostolus per vocationem factus est. Ita Iudæi erant sancti ex promissione; Græci, *sancti* ex mera *vocatione*. v. 6 f. Præcipuam ergo *vocatus apostolus* cum *vocatis sanctis* similitudinem & conjunctionem habebat. Simili titulo & se & Corinthios afficit 1 Cor. I. 1. 2. Eaque similitudo refert ὑποτύπωσιν sive repræsentationem illam, de qua 1 Tim. I. 16. Dum vocat Christus, facit quod vocat, coll. cap. IV. 17, idque celeriter. Act. IX. 3 seqq. 15.

¶ ἀφωρισμένος, *segregatus*) Idem *Pharisaei* etymon fuerat: hoc autem loco Paulus se non solum ex hominibus, ex Iudæis, ex discipulis, sed etiam ex doctoribus *segregatum* a *Deo* significat. *Segregatio* aliqua antecessit vocationem, Gal. I. 15, & secuta est Act. XIII. 2. Atque hanc ipsam spectat in præsenti.

¶ εἰς εὐαγγέλιον, *in evangelium*) Sequitur conjugatum, προεπηγείλατο, *ante promisit*. v. 2. Promissio erat evangelium promulgatum: evangelium est promissio repræsentata. Act. XIII. 32. *Deus promisit evangelium*, id est, promissione comprehendit. Promissio non solum erat promissio evangelii, sed evangelium ipsum.

2 ὅ, *quod*) Sermonis Paulini ubertas in ipsis inscriptionibus se exhibet. quare filum parentheseon vigilanter observandum est. [*Promisit DEVS, non solum gratiam suam in Filio exhibiturum se, sed etiam uniuerso mundo id ipsum promulgaturum esse. Arrige aures, & ambabus arripe.* V. g.]

¶ προεπηγείλατο, *ante promisit*) pridem, sæpe, solenniter. Veritas promissionis & veritas impletionis se invicem confirmat.

¶ διὰ τῶν προφητῶν αὐτοῦ, *per prophetas suos*) Quod prophetæ Dei dixerunt, Deus dixit. Luc. I. 70. Act. III. 24.

¶ γραφαῖς, *scripturis*) Cap. XVI. 26. Etiam voce, non modo literis, usi sunt prophetæ; & plus firmitatis in uno populo

vox

vox habebat, quam in totius orbis partibus; itaque firmitudo *voci* præ *literis* prærogativam daret: attamen *literis* ad posteritatem ita multum tribuitur, ac si nulla vox fuisset. Adeo scriptura traditioni prævalet. [*Fideles Romani partim exjudaei fuere partim* exgentiles: *atque horum praecipuam Paulus rationem habet. v. 13.* V. g.]

3 περὶ, *de*) Summa *evangelii* est, de *Filio Dei, Iesu Christo Domino nostro.* Interponitur hoc loco declaratio, quid denotet appellatio *Filii Dei.* v. 3. 4. p)

¶ τοῦ γενομένου) *qui natus est.* Sic Gal. IV. 4.

¶ κατὰ, *secundum*) Particula determinans. v. 4. IX. 5.

4 τοῦ ὁρισθέντος υἱοῦ θεοῦ, *qui definitus est Filius Dei*) τοῦ ait rursum, non καὶ aut δὲ. Articulus facit epitasin, iteratus. Multis in locis, ubi utraque natura Salvatoris memoratur, humana ponitur prius, quia divina demum post resurrectionem ex mortuis evidentissime omnibus est demonstrata. [*Inde est, quod identidem ingeminatur:* Hic; *non alius quisquam. Act. IX. 20. 22. &c.* V. g.] Participium, ὁρισθέντος, multo plus dicit, quam ἀφωρισμένος. v. 1. nam ἀφορίζεται unus ex pluribus, ὁρίζεται unicus quispiam. Act. X. 42. Illustri illo loco, Psalm. II. 7 חק idem est quod ὁρισμὸς, quod Pater *determinatissime* dixit, *Filius meus es Tu.* Hunc ὁρισμὸν subsequitur ἀποδειξις *demonstratio* erga homines. Act. II. 22. Gloriam *Filii Dei* Paulus inprimis amplificat scribens ad eos, quibus eam non potuerat coram prædicare. Conf. Hebr. X. 8 s. not.

¶ ἐν δυνάμει, *in potentia*) potentissime, plenissime: ut quum sol lucet in δυνάμει *vi* sua. Ap. I. 16.

¶ κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης, *secundum spiritum sanctimoniae*) Vocabulum קדוש ἅγιος *sanctus*, ubi de *Deo* agitur, non solum inculpatam illam in agendo rectitudinem, sed ipsam deitatem, vel, ut magis proprie dicamus, *divinitatem* sive divinæ naturæ eminentiam denotat. Inde ἁγιωσύνη medium quiddam dicit inter ἁγιότητα καὶ ἁγιασμὸν, coll. Hebr. XII. 10. 14, ut quasi tres sint gradus, *sanctificatio, sanctimonia, sanctitas. Sanctitas* ipsa adscribitur *Deo Patri*, & *Filio*, & *Spiritui sancto.* Cumque hoc loco non memoretur *Spiritus sanctus*, sed *Spiritus sanctimoniae*, disquirendum est amplius, quid ea locutio plane singularis denotet. *Spiritus* nomen expresse, idque sæpissime, *Spiritui sancto* datur: sed *Deus* quoque dicitur *Spiritus;* & *Dominus*, Iesus Christus, dicitur *Spiritus*, in antitheto quidem ad *literam.* 2 Cor. III. 17. Proprie vero huc conferre juvat, quod *carnis* & *spiritus* antitheton uti hoc loco, ita sæpius in sermonibus de Christo occurrit. 1 Tim. III. 16. 1. Pet. III. 18. Atque his in locis *Spiritus* dicitur, quicquid Christi est, præter carnem, [*per ortum ex Davide assumtam, Luc. I. 35.* V. g.] quamvis mundam & sanctam, & supra carnem, ex generatione a Patre, qui Ipsum *sanctificavit*, Ioh. X. 36: in summa, *Deitas* ipsa. Etenim ut hoc loco *caro* & *spi-*

p) IESVS CHRISTVS DEI FILIVS EST. Hoc omnis legitimi accessus Iesu Christi ad Patrem Deumque suum fundamentum est; itemque nostri per Ipsum, ut *Dominum nostrum*, ad Ipsius nostrumque & Patrem & Deum, qui peculium nos Ipsi tradidit, aditus. Etiam ante exinanitionem suam Filius DEI Is quidem fuit: sed exinanitione filiatio occultata fuit, & plene demum retecta post resurrectionem. His justificatio Ejus nititur, 1 Tim. III. 16. 1 Ioh. II. 1: eaque nostræ justificationis fundamentum est Rom. IV. 25. Hinc non propter opera sua (nam ne Filius quidem Patri quidquam prius dedit, quod Pater Ipsi reddere debuisset), sed ea de causa, quod Filius esset, in passione sua omnem suam fiduciam in Patre collocavit, nobisque viam præivit, fidei dux & consummator, Hebr. XII. 2. *V. g.*

spiritus, ita cap. IX. 5 *caro* & *Deitas* invicem contradistinguuntur. Hic spiritus non dicitur *spiritus sanctitatis*, quæ propria & solennis est appellatio *Spiritus sancti*, quo tamen abundantissime repletus & unctus erat Iesus: Luc. I. 35. IV. 1. 18. Ioh. III. 34. Act. X. 38. dicitur autem, uno hoc loco, *spiritus sanctimoniae*, ut simul innuatur *sanctitatis* illius sive divinitatis efficacia, quam resuscitatio Salvatoris & necessario secuta est & potentissime illustrat; adeoque *spiritualis* illa & *sancta* sive divina virtus Iesu Christi glorificati, qui tamen *spirituale* corpus retinuit. Ante resurrectionem latebat sub *carne* Spiritus: post resurrectionem carnem penitus abscondit *Spiritus sanctimoniae*: quanquam non carnem, sed quod carnale est (etiam sine peccato,) deposuit: Luc. XXIV. 39. Illo respectu, ipse se quondam appellitabat *Filium hominis*: hoc respectu, celebratur ut *Filius Dei*. Status *conspicuus* varie modificabatur. In judicio apparebit Gloria *Filii Dei*, & corpus ejus glorificatissimum. Vid. etiam Ioh. VI. 63 not.

¶ ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν, *ex resurrectione mortuorum*) Ex non modo tempus, sed nexum rerum (nam Iesu Christi *resurrectio* & fons est fidei & objectum, Act. XVII. 31) denotat. Verbum ἀνίστημι ponitur etiam sine præpositione, ut apud Herodotum, ἀναστάντες τῶν βάθρων· itaque ἀνάστασις νεκρῶν h. l. accipi posset pro *resurrectione ex mortuis*. Sed revera fœcundior est sensus. namque innuitur, cum resurrectione Christi penitus conjunctam esse resurrectionem omnium. conf. Act. IV. 2. XXIII. 6. XXVI. 23. Artemonius conjicit ἐξαναστάσεως ἐκ νεκρῶν, Part. I. cap. 41. p. 214 seqq. atque ita construit: περὶ ἐξαναστάσεως ἐκ νεκρῶν τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ κτλ. *de Filii sui resuscitatione ex mortuis*. Atqui l. aperta est Appositio, *de Filio suo Iesu Christo*: ergo interjecta verba omnia inter se indivulso nexu construuntur. II Apertum est antitheton: ΤΟΥ γενομενου ΕΚ ΚΑΤΑ: ΤΟΥ ὁρισθέντος - ΚΑΤΑ - ΕΞ-. III. ἀνάστασις, non ἐξανάστασις, ex ratione stili Paulini, convenit Christo; Christianis vero ἐξανάστασις. conf. ἤγειρε· ἐξεγερεῖ, 1 Cor. VI. 14. Objicit Artemonius, Christum etiam ante fuisse Filium Dei. Luc. III. 22. Ioh. X. 36. Act. II. 22. X. 38. Resp. Paulus h. l. non ipsam Filiationem illam, sed Filiationis ὁρισμὸν ex resurrectione infert: & huc confert Chrysostomus loca Ioh. II. 19. VIII. 28. Matth. XII. 39. atque hunc ὁρισμὸν subsequitur prædicatio apostolica. Luc. XXIV. 47. Itaque aptissima huic exordio est talis mentio resurrectionis, ut Gal. I. 1.

5 δι' οὗ, *per quem*) per Iesum Christum Dominum nostrum.

¶ ἐλάβομεν, *accepimus*) nos, ego & ceteri *apostoli*.

¶ χαριν καὶ ἀποστολὴν, *gratiam & legationem apostolicam*) Sunt hæc duo distincta, sed conjunctissima. *Gratia*, & singularis gratiæ mensura, *apostolis* obtigit: & ex ea non solum tota eorum legatio, Eph. III. 2, sed etiam omnes actiones profectæ sunt. Rom. XII. 3. XV. 15. 16. 18. Vocabulum ἀποστολὴ exstat hoc sensu Act. I. 25. Apud LXX significat *dimissionem*, *munus missum* &c. *Gratiae & apostolatui* respondet *obedientia fidei*.

¶ εἰς ὑπακοὴν πίστεως, *in obedientiam fidei*) ut omnes gentes fiant & maneant *submisse dicto audientes* fidei & doctrinæ de Iesu (Act. VI. 7.) adeoque præstent *obedientiam* in ipsa *fide* consistentem. Ex relatione ad *Evangelium* patet natura hujus *obedientiae*. cap. X. 16. XVI. 26. 1 Petr. I. 2. Estque ὑπακοὴ, ἀκοὴ μεθ' ὑποταγῆς. cap. X. 3 fin. Sic Maria *credens* dixit, *Ecce ancilla Domini*. Luc. I. 38. 45.

¶ ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν, *in omnibus gentibus*) Quemadmodum *omnes gentes* Romano imperio extrinsecus parent, sic *fidei* omnes gen-

gentes, ipsique adeo Romani *parere* debent toto corde.

¶ ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ) *pro nomine ejus, Iesu Christi Domini nostri.* Per hunc facta est *gratia*: Ioh. I. 17. pro hoc agunt *legati*: 2 Cor. V. 20. per hunc *fides* in Deum tendit. 1 Petr. I. 21.

6 ἐν οἷς) *in quibus* gentibus, ad *fidei obedientiam* per *vocationem Iesu Christi* adductis.

¶ καὶ ὑμεῖς, *etiam vos*) Nil præcipue Romanis adscribit Paulus. coll. 1 Cor. XIV. 36. Causam tamen attingit, cur ad Romanos scribat. Mox versu sequente directe eos alloquitur.

¶ κλητοὶ, *vocati*) v. 7.

7 πᾶσι τοῖς οὖσιν ἐν ῥώμῃ, *omnibus qui Romae sunt*) Plerique horum erant ex gentibus, v. 13, admixtis tamen Iudæis. Romæ erant, vel nati Romæ & educati, vel certe ibi commorantes. In maxima urbe sparsim habitabant, neque adhuc in formam *ecclesiae* redacti erant: tantummodo *nonnulli* in domo Priscæ & Aquilæ convenire solebant. Rom. XVI. 5. *) Cum *omnibus* cohæret, quod sequitur, *dilectis* &c. neque enim Romanos idololatras alloquitur.

¶ ἀγαπητοῖς θεοῦ, κλητοῖς ἁγίοις) Duo hæc commata, asyndeton habent, & parallela sunt. nam qui Dei est, sanctus est. conf. Hebr. III. 1. *Dilectos Dei* speciatim dicit credentes Israëlitas: c. XI. 28. *vocatos sanctos*, credentes ex gentibus. Israëlitæ, sunt *sancti* ex patribus: Act. XX. 32 not. coll. annot. ad v. 1 hujus capitis I. sed credentes ex gentibus dicuntur *sanctificati*, vel *vocati sancti*, sancti per vocationem, ut interpretatur Paulus 1 Cor. I. 2. Duplex est appellatio, cujus priorem partem ad Israëlitas, alteram ad gentes retuli. Conf. v. 5. 6, & adde loca modo citata. Cel. *Baumgartenius* in Expositione Germanica hujus Epistolæ sæpius a nobis respicienda scribit: *Hiedurch würde „der gottesdienstliche Unterschied der Glæu„bigen und eingebildete Vorzug der* Israëliten *„zu sehr bestætiget worden seyn, den* Paulus *„vielmehr bestreitet und abgeschaffet oder „aufgehoben zu seyn versichert.* Resp. Exordio Pauli prærogativa Israëlitica (quanquam *vocatus sanctus* æque beatus est, ac *dilectus DEI*) non minus congruit, quam τὸ πρῶτον ipsi Propositioni, c. I. 16, quod cel. *Baumgartenius* plus satis defendit.

¶ χάρις, *gratia* &c.) Solennis est hæc Pauli formula. Vide initia epistolarum ejus, nec non Eph. VI. 23.

¶ ὑμῖν, *vobis*) Subaudi, *obtingat.*

¶ εἰρήνη, *pax*) שָׁלוֹם *pax*: usitata Hebræis formula salutandi: cui præmittitur χάρις *gratia*, vocabulum Novo Testamento & præconio apostolico plane congruens. *Gratia* obtingit a Deo: inde status *pacis* est apud hominem. cap. V. 2 not.

¶ ἀπὸ θεοῦ πατρὸς ἡμῶν καὶ κυρίου ἰησοῦ χριστοῦ, *a Deo patre nostro & Domino Iesu Christo*) Solennis appellatio apud apostolos, *Deus & Pater*, *Deus pater noster*. nec sæpe, ubi inter se agunt, dicunt Κύριος *Dominus*, quatenus eo innuitur nomen Dei proprium tetragrammaton: at in V. T. dixerant, *Iehovah Deus noster*. Ratio differentiæ: in V. T. erant quasi servi: in N. T. sunt filii; filii autem ita norunt patrem, ut non opus sit, proprium ejus nomen sæpe appellari. conf. Hebr. VIII. 11. Accedit, quod, polytheismo exstirpato, non perinde opus est, Deum verum nomine proprio a falsis diis discerni. Κυρίου construitur non cum ἡμῶν, nam *Deus* dicitur *Pater Iesu Christi & noster*, non *noster & Iesu Christi*; sed cum ἀπὸ, uti plane 2 Tim. I. 2. Vna eademque gratia, una eademque

*) Ministris doctrinæ *præcipue destinatam esse hanc Epistolam, dixit recentiorum aliquis, at nullo argumento idoneo probavit.* E. B.

que pax, a Deo & Chriſto. Fiducia noſtra, & oratio, in Deum tendit, quatenus eſt Pater Domini noſtri; & in Ieſum Chriſtum, quatenus nos per ſeſe Patri ſiſtit.

8 πρῶτον, *primum*) Non ſemper ſequitur *deinde:* idque hoc loco abſorpſit affectus.

¶ μὲν) Sequitur δὲ, v. 13. Iam vos *quidem* in fide, inquit, eſtis: *ſed* tamen cupio aliquid conferre vobis.

¶ εὐχαριστῶ, *gratias ago*) Vel in uno hujus epiſtolæ initio veſtigia ſunt *omnium* motuum ſpiritualium. In his excellit *gratiarum actio:* & ab ea fere omnes incipiunt epiſtolæ. Sententia categorica eſt: nacti eſtis fidem. Gratiarum actio, quæ accedit, ſermonem facit modalem. conf. not. ad c. VI. 17. Paulus Romæ jam id effectum eſſe gaudet, quod alias ſibi, omnium debitori, efficiendum eſſe duceret.

¶ τῷ θεῷ μου, *Deo meo*) Hoc verbum, *Deus meus*, exprimit *fidem, amorem, ſpem*, atque adeo totam religionem veram. Ps. CXLIV. 15. Hab. I. 12. *Deus meus* eſt *Deus, cui ſervio.* v. ſeq.

¶ διὰ, *per*) Dei munera *per* Chriſtum ad nos, noſtræ gratiarum actiones per Chriſtum ad Deum proficiſcuntur.

¶ ἡ πίστις, *fides*) In ejusmodi gratulationibus Paulus vel totum Chriſtianiſmum deſcribit, Col. I. 3 ſeqq. vel partem aliquam, 1 Cor. I. 5. Itaque hoc loco *fidem* commemorat, ſuo convenienter inſtituto. v. 12. 17.

¶ καταγγέλλεται, *annunciatur*) Sermo conciſus: fidem nacti eſtis; eam audio; etenim ubique prædicatur. Sic 1 Theſs. I. 8 ait fidem Theſſalonicenſium *in omni loco* celebrari.

¶ ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ, *in toto mundo*) Bonitas & Sapientia divina fidem ſtabilivit in urbibus primariis, Hieroſolymis præſertim & Romæ: unde in totum orbem dideretur.

9 μάρτυς, *teſtis*) Aſſeveratio pia, de re neceſſaria, & hominibus, remotis præſertim & ignotis, occulta. 2 Cor. XI. 31.

¶ λατρεύω, *ſervio*) ut apoſtolus. cap. XV. 16. Teſtimonium Dei reſonat in latria *ſpirituali:* & qui Deo ſervit, Deo quam plurimos ſervire vult & gaudet. 2 Tim. I. 3.

¶ μνείαν ὑμῶν, *mentionem veſtri*) Expreſſam & explicatam eccleſiarum & animarum *mentionem* faciebat Paulus.

10 εἴπως ἤδη ποτὲ) Particulæ cumulatæ declarant vim deſiderii.

11 μεταδῶ, *impertiar*) coram, per præconium evangelii, v. 15, ſermones fructuoſos, preces &c. Hoc propoſitum Paulus, epiſtola interim ſcripta non expletus, retinuit. cap. XV. 24. Multo majus eſt bonum præſentiæ, quam literarum, ubi illa obtingit.

¶ χάρισμα πνευματικὸν, *donum ſpirituale*) Talibus donis abundabant Corinthii, qui Paulum præſentem habuerant: 1 Cor. I. 7. XII. 1. XIV. 1. nec non Galatæ. Gal. III. 5. Ac plane eccleſiæ illæ, quæ *apoſtolorum præſentia* gaudebant, prærogativas inſignes in hoc genere habuere, v. gr. ex apoſtolica manuum impoſitione. Act. XIX. 2. 6. VIII. 17 ſ. 2 Tim. I. 6. *) At Romani adhuc certe multo inferiores in

*) *Frigida ſane expoſitio eſt, neque ullo paralleliſmo probanda, quâ* χάρισμα πνευματικὸν *nonniſi de* muneris auctoritate, *per manuum impoſitionem confirmata, intelligitur.* Χάρισμα *a* διακονία *diſtinguitur* 1 Cor. XII. 4. 5., *et illud ad Spiritum, haec ad Dominum refertur. Non omnes Corinthii munera ambire poterant, ſed* χαρίσματα *omnes poterant appetere,* 1 Cor. XII. 31. Minutorum ſenſuum *foecunda nimium radix eſt hypotheſis iſta de Epiſtolis apoſtolicis ad* miniſtros verbi *potius, quam ad reliquos fideles datis.* E. B.

in hac parte erant: *) quare etiam cap. XII. 6. 7 perbrevis est charismatum enumeratio. Itaque subvenire illis cupit, *ut corroborentur*. namque per charismata *confirmabatur testimonium Christi*. 1 Cor. I. 6. Petrus non magis, quam Paulus, antequam hæc epistola scriberetur, Romam venerat, ut ex hoc loco & ex toto epistolæ tenore noscitur. nam quod Paulus Romanis impertire cupit, Petrus impertiisset. Porro Baronius hanc epistolam A. LVIII. scriptam censet: martyrium autem Petri fuit A. LXVII. Ergo, si Romæ omnino fuit, Romæ diu commorari non potuit.

¶ στηριχθῆναι, *corroborari*) Modeste loquitur. *Dei* est *corroborare*, cap. XVI. 25. Organon tantummodo se esse, Paulus innuit.

12 τοῦτο δέ ἐστι, *hoc autem est*) Explicat illud, *videre vos*, &c. Non ait, *Hoc autem est*, ut vos in formam *ecclesiæ* redigam. Cautio erat, ne *ecclesia* Romana afferret perniciem, tamen postea ortam.

¶ ὑμῶν τε καὶ ἐμοῦ, *& vestram & meam*) Non solum associat sibi Romanos, *in quibus simul excitari cupit*, sed eos etiam præponit sibi. Alius longe stilus est apostolicus, atque curiæ papalis Romanæ.

13 οὐ-ἀγνοεῖν, *non-ignorare*) Consueta Paulo formula candorem animi ostendit.

¶ ἀδελφοὶ, *fratres*) Appellatio frequens, sancta, omnibus apta, simplex, dulcis, magnifica. **) Iuvat hoc loco expendere titulos, quibus utuntur apostoli. Nomina propria rarius ponunt, *Corinthii*, *Timothee* &c. *Fratres* sæpissime dicit Paulus; interdum, hortans, *dilecti*, vel, *fratres mei dilecti*. Iacobus, *fratres*, *fratres mei*, *fratres mei dilecti*: Petrus & Iudas semper, *dilecti*: Iohannes, *dilecti*, sæpe; semel, *fratres*; plus semel, *filioli*, ut Paulus, *fili Timothee*.

¶ καρπὸν σχῶ, *fructum haberem*) *Habere*, verbum eleganter positum, medium inter *accipere* & *dare*. quod aliis prodest, ipsum Paulum juvat. Id pro *fructu* habet, Phil. I. 22. Vbique aliquid in fœnore positum habere vult. Hanc cupiditatem quodammodo temperat, quum se *debitorem* versu sequente ait. Et *postulat* & *debet*. v. 12. 11. Ex his duobus nervis firmatur versus 15.

¶ καθὼς, *sicut*) Bonum apud quam plurimos se extendit.

14 Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις, *Græcis juxta atque Barbaris*) Græcis hos annumerat, ad quos Græce scribit. Hæc divisio in Græcos & Barbaros omnes *gentes* complectitur. Sequitur altera, *sapientibus juxta & insipientibus*. namque inter Græcos erant etiam insipientes, inter Barbaros etiam sapientes. Omnibus, inquit, sum *debitor*, ex divino mei ad omnes missu, & omnium servus. 2 Cor. IV. 5. Qui sapientia vel potentia præstant, iis tamen necessarium est evangelium: ceteri, non excluduntur. Col. I. 28 not.

15 οὕτω, *sic*) adeo. Est quasi epiphonema, & illatio a toto ad partem insignem.

¶ τὸ κατ' ἐμὲ) id est, *meum*, sive *ego*, quatenus non impedior. Sic Ezr. VI. 11, καὶ ὁ οἶκος αὐτοῦ τὸ κατ' ἐμὲ ποιηθήσεται.

¶ πρόθυμον, *promtum*) subaudi *est*. 3 Macc. V. 23. (26) τὸ πρόθυμον τῆς βασιλέως ἐν ἑτοίμῳ κεῖσθαι.

¶ ἐν ῥώμῃ, *Romæ*) *sapientibus*, coll. versu præcedente: *potentibus*, collato versu sequente, & 1 Cor. I. 24. Itaque hoc, *Romæ*, iteratur cum emphasi. Roma, caput & theatrum orbis terrarum.

¶ ἐναγ-

*) *Idem observat cel.* Michaëlis, *in der* Einleitung *&c. Tom. II. p. m. 1424.* E. B.

**) *quam qui ad* ministerii adjutores *precariò restringit, rei christianae veram indolem aut ignorat, aut minoris quam par est facit.* Fratres *sunt qui uno eodemque Patre gaudent.* E. B.

¶ εὐαγγελίσασθαι, *evangelizare*) Latet hîc Propoſitio: *Scribam*, quæ coram vellem dicere, de *Evangelio*.

16 οὐ γὰρ ἐπαισχύνομαι, *non enim erubeſco*) Remiſſius, ut in exordio, loquitur: poſtea dicit, *habeo gloriationem*, cap. XV. 17. Mundo evangelium eſt *ſtultitia* & *infirmitas*, 1 Cor. I. 18. quare mundi opinione eſſet erubeſcendum, Romæ præſertim: ſed Paulus non erubeſcit. 2 Tim. I. 8. 2 Cor. IV. 2.

¶ τοῦ χριστοῦ, *Chriſti*) Cur Paulus non appellarit h. l. evangelium DEI aut FILII DEI, bene docet *Baumgartenius*; ſed rationes, quas affert, non plus valent ad legendum τοῦ χριστοῦ, quam ad omittendum. Facile rationes ubivis in utramque partem excogitantur: ſed teſtes prævalent, atque hoc loco teſtes, qui omittunt, ſufficiunt. Vid. App. crit. Ed. II. ad h. l.

¶ δύναμις θεοῦ, *virtus Dei*) magna & glorioſa. 2 Cor. X. 4.

¶ εἰς σωτηρίαν, *in ſalutem*) Vt ſummam evangelii Paulus hac epiſtola, ſic epiſtolæ ſummam verſu hoc & ſequente complectitur. Proprius igitur hic locus eſt ad exhibendum epiſtolæ conſpectum. Eſt in ea

I. Exordium. *Cap. I. 1-15*

II. Propoſitio, cum ſummario confirmationis:

1. de fide & juſtitia:
2. de ſalute ſive vita:
3. de Omni credente, Iudaeo & Graeco. *16. 17*

Tribus hiſce partibus, quarum prima a cap. I. 18 ad c. IV, ſecunda a V ad VIII, tertia a IX ad XI tractatur, non ſolum haec ipſa Tractatio, ſed etiam deducta inde Paracleſis, eodem ordine reſpondent.

III. Tractatio:

1) de Iuſtificatione, quae fit
I. non per opera; nam ſub peccato ſunt
gentes, *18*
Iudaei, *II. 1*
utrique: *11. 14. 17. III. 1. 9.*
II. ſed per fidem: *21. 27. 29. 31.*
III. ut conſtat exemplo Abrahami & teſtimonio Davidis. *IV. 1. 6. 9. 13. 18. 22.*
2) de Salute: *V. 1. 12. VI. 1. VII. 1. 7. 14. VIII 1. 14. 24. 31.*
3) de credente Omni: *IX. 1. 6. 14. 24. 30. X. 1. 11. XI. 1. 7. 11. 25. 33.*

IV. Paracleſis: *XII. 1. 2.*
1) de FIDE, &, (quia per fidem lex ſtatuitur, c. III. 31.) de amore, quem fides parit, deque juſtitia erga homines. 3-XIII. 10. FIDES expreſſe nominatur c. XII. 3. 6. AMOR, ibid. v. 9. & cap. XIII. 8. IVSTITIÆ definitio, ibid. v. 7 initio.

2) de SALVTE, *11-14*
SALVS c. XIII. 11 expreſſe nominatur.

3) de

3) *de conjunctione* IVDÆORVM ET GENTIVM. XIV. 1. 10. 13. 19. XV. 1. 7-13 c. XV. 8. 9. XV. 14. XVI. 1. 3. 17. 21. 25.

Expressa de utrisque mentio,
V. Conclusio.

¶ Ἰουδαίῳ, *Iudæo*) Post deportationem Babylonis omnes Israëlitæ, ut Iosephus docet, appellati sunt Iudæi. hinc Iudæus opponitur Græco. Alia ratione Græcus opponitur Barbaro. v. 14.

¶ πρῶτον) De hac particula vid. App. crit. Ed. II, ad h. l. *) *De fide*, ut ostendi, agit Apostolus c. I-IV, de *salute* c. V-VIII, de *Iudæo & Græco*, c. IX-XI. Hujus partitionis cognitio permultum facit ad rectam epistolæ intelligentiam. Tertia pars tractationis, de Iudæo & Græco, particulam πρῶτον neque labefactat neque statuminat. Vtitur ea Paulus ad Iudæos magis arguendos, c. II. 9. 10, sed evangelium credenti Iudæo non magis quam Græco, virtus DEI est ad salutem.

17 δικαιοσύνη θεοῦ, *justitia Dei*) Sæpe *justitia Dei* memoratur in N. T. sæpe apud Esajam & Danielem, sæpissime in Psalmis. Significat interdum *justitiam* illam, qua *Deus* ipse justus est, juste agit, & justus agnoscitur: c. III. 5. eamque, ut in hominibus appellatur, vel particularem, vel universalem, qua etiam gratia & misericordia continetur; & quæ maxime demonstratur peccatum condemnando & peccatorem justificando. quo pacto *Justitia Dei* essentialis non plane excludenda est a negotio justificationis. c. III. 25 seq. Inde interdum significat *justitiam* hanc, qua homo (*Dei* dono, Matth. VI. 33.) justus fit & justus est: idque vel justitiam Iesu Christi per fidem apprehendendo. c. III. 21. 22. vel justitiam illam Dei per virtutes & bona opera imitando. Iac. I. 20. Paulo, de justificatione loquenti, *Justitia Dei* dicitur illa fidei justitia, quia Deus eam invenit & paravit **), revelat & donat, approbat & coronat: conf. 2 Petr. I. 1. cui idcirco opponitur *propria* hominum justitia. Rom. X. 3. coll. Phil. III. 9. Quin etiam nos ipsi dicimur *Justitia Dei*, 2 Cor. V. 21. Hoc loco, ut in Propositione, denotat *Justitia Dei* totum beneficium Dei in Iesu Christo ad salutem peccatoris.

¶ ἀποκαλύπτεται, *revelatur*) Patet hinc necessitas *Evangelii*, sine quo nec justitia nec salus cognoscitur. *Ostensio* justitiæ Dei facta est in morte Christi, cap. III. 25 seq. manifestatio & revelatio justitiæ Dei per fidem, in evangelio. ibid. v. 21. & h. l. Gemina, collato versu 18, hîc fit *revelatio*, iræ & justitiæ. Illa, per legem, parum nota naturæ: hæc, per evangelium, prorsus ignota naturæ. Illa præcedit & viam parat: hæc subsequitur. Vtrumque, *revelatur*, in præsenti exprimitur, in oppositione ad tempora ignorantiæ. Act. XVII. 30.

¶ ἐκ πίστεως εἰς πίστιν, *ex fide in fidem*) Construe, *justitia ex fide*, ut mox, *justus ex fide*. *Ex fide in fidem*, dicit fidem meram. namque justitia ex fide subsistit in fide, sine operibus. εἰς denotat terminum, finem ac limitem. vid. c. XII. 3. & Not. ad Chrysost. de Sacerd. p. 415. Sic 1 Chron. XVII.

*) *Minus firmam margo* Ed. 2 *eam judicauit, quum* Ed. maj. *lectori potius judicium reliquisset. Nihil definit* Vers. germ. E. B.

**) *Etiam hoc loco, ut innumeris aliis, haud neglexit b. Auctor*, hebraismi *indolem observare* (*coll. D.* Ernesti *Bibl. th. T. VIII. p. 662. IX. p. 685 sq.*), *atque ita genuinum sensum ex analogia Scripturæ fideliter eruere. Conf. mox*, not. Gnom. *ad verba* ἐκ πίστεως εἰς πίστιν. E. B.

XVII. 5: *eram*, מאהל אל אהל *ex tentorio in tentorium*, ubi non tentorium aliud aliudque notatur, ſed tentorium citra domum ſive templum. Fides, inquit Paulus, manet fides: fides eſt prora & puppis, apud Iudæos & gentes, etiam apud Paulum, usque ad ipſam ejus conſummationem. Phil. III. 7-12. Sic pulcre ad ἐκ ſonat εἰς, ut ἀπὸ & εἰς, 2 Cor. III. 18 de gloria puriſſima. Euphemia eſt, quod Paulus opera nondum expreſſe excludit, quorum tamen in hac Propoſitione excluſio qualiscunque fieri debuit. Porro propoſitionis ſic inſtitutæ fert indoles, ut multa alia hinc inferantur. nam quia non dicitur, ἐκ τῆς πίστεως εἰς τὴν πίστιν, ſed indefinite, ἐκ πίστεως εἰς πίστιν, ſic dicemus, *ex una fide in aliam*, ex fide Dei offerentis in fidem hominum accipientium *), c. III. 2 ſs. ex fide V. T. & Iudæorum in fidem N. T. & gentium quoque **), c. III. 30. ex fide Pauli in fidem Romanorum ***), c. I. 12. ex fidei gradu uno in ulteriores ****), 1 Ioh. V. 13. ex fide firmorum in fidem infirmorum, c. XIV. 1 ſ. ex fide noſtra exſpectante in fidem divinitus præſtandam per *vitæ* donum.

¶ καθὼς, *ſicut*) Tria Paulus modo poſuit: I. ex fide eſt juſtitia. v. 17. II. ex juſtitia, ſalus. v. 16. III. *Iudæo & Græco*. v. 16. Omnia confirmat illud, *Iuſtus ex fide, vivet*: ex prophetico programmate, Hab. II. 4. Vid. not. ad Hebr. X. 36 ſeqq. Idem Spiritus eſt, qui per prophetas locutus fuit Dicta a Paulo citanda; & quo duce Paulus ea tam appoſite & opportune, in hac præſertim epiſtola, citavit.

¶ ζήσεται, *vivet*) *Vivit*, pro *vivet*, Latinorum aliqui pridem ſcripſere. Sphalma, in una literula, apertum, memoratu & refutatu indignum. Refutat, poſt *Whitbium*, *Baumgartenius*, & a me prætermiſſum notat.

18 ἀποκαλύπτεται, *revelatur*) Vid. vers. 17 not.

¶ γὰρ, *enim*) Particula incipit tractationem, finita propoſitione. cap. VI. 19. Matth. I. 18. Act. II. 15. 1 Cor. XV. 3. Latini fere omittunt. Primum Pauli argumentum hoc eſt: Omnes ſunt ſub peccato; idque lex oſtendit. ergo ex operibus legis nemo juſtificatur. Id tractatur usque ad c. III. 20. Inde infert: ergo ex fide. c. III. 21 ſeqq.

¶ ὀργὴ θεοῦ, *ira Dei*) Ὀργὴ, ſine articulo, h. l. at ἡ ὀργὴ denunciatur iis, qui juſtitiam negligunt. Ira quaſi alia in gentes, alia in Iudæos. Iuſtitia & ira Dei quodammodo antitheton faciunt. Iuſtitia mundi obterit reum: juſtitia Dei, obterit peccatum, peccatorem reſtituit. Hinc frequens in hac inprimis epiſtola *iræ* mentio, c. II. 5. 8. III. 5. IV. 15. V. 9. IX. 22. ac porro c. XII. 19. XIII. 4. 5.

¶ ἀπ' οὐρανοῦ, *a coelo*) Hoc majeſtatem irati Dei ſignificat, oculumque videntem, & iræ latitudinem. quicquid ſub cœlo eſt, & tamen non ſub evangelio, ſub ira eſt. Ps. XIV. 2.

¶ ἐπὶ πᾶσαν, *ſuper omnem*) Paulus, *iram* Dei repræſentans, in abſtracto loquitur, de peccato: *ſalutem*, in concreto, de cre-

*) *Huc ea potiſſimum ſententia referri poſſe videtur, quam cel. D.* Erneſti & Moldenhauero *et* Zachariæ *et* ſibi *arridere teſtatur Bibl. th. T. VIII. p. 662. IX. 684 ſq.* E. B.

**) *Hanc phraſeos explicationem reliquis omnibus præfert J. N.* Richter, *Bibl. Brem. Faſc. I. de A. 1760; docente D.* Erneſti, *l. c. T. I. p. 1010.* E. B.

***) *Hic reſpectus maxime placet cel. Prof.* Heiſſen, *in Bibl. Brem., ut videre eſt l. c. Tom. V. p. 526.* E. B.

****) *Quæ denique (ut ex l. c. T. X. p. 887 ſq. patet) cel.* Loçkii *ſententia eſt, in Paraphraſi ad h. l.* E. B.

credentibus. itaque jam per ænigma innuit, *peccatoribus* gratiam esse paratam.

¶ ἀσέβειαν καὶ ἀδικίαν, *impietatem & injustitiam*) Duo hæc momenta tractantur v. 23 seqq. [Injustitiam *sæpe appellat Paulus, v. 29, utpote directe oppositam* justitiæ. V. g.] ἀσέβεια gtra Deū. ἀδικία gtra hom. peccata.

¶ ἀνθρώπων τῶν) Periphrasis gentium.

¶ τὴν ἀλήθειαν, *veritatem*) cujus est, quicquid bonæ frugis habent scripta ethnicorum.

¶ ἐν ἀδικίᾳ, *in injustitia*) Latius jam sumitur vocabulum, quam modo in antitheto ad ἀσέβειαν, uti ἀνομία c. VI. 19.

¶ κατεχόντων, *detinentium*) Veritas in mente nititur & urget: sed homo eam impedit. *)

19 τὸ γνωστὸν) quod notus est Deus: illa ratio, quod Deus se notum præbet: q. d. *notitudo Dei*: non modo, quod nosci potest. **) nam v. 21 ait γνόντες. Plato l. 5 Polit. τὸ μὲν παντελῶς ὂν, παντελῶς γνωστόν· μὴ ὂν δὲ μηδαμῇ, πάντη ἄγνωστον.

¶ ἐφανέρωσε) Magna proprietate Paulus hoc verbo usus est, ut supra ἀποκαλύπτω.

20 ἀόρατα καθορᾶται, *invisibilia videntur*) Incomparabile oxymoron. Invisibilia Dei, si unquam, certe in creatione facta essent visibilia: sed tum quoque non nisi per intelligentiam videri cœperunt.

¶ ἀπὸ κτίσεως, *a creatione*) Ἀπὸ denotat hoc loco vel *documentum*, uti ἀπὸ, Matth. XXIV. 32, ut intelligentia patrum a condito mundo, refutet defectionem gentium: vel potius *tempus*, ut respondeat hebræo מ & sit, *a condito mundo*, & ultra, retrorsum, quo pacto mox congruit ἀΐδιος, *æterna*. priore modo ἀπὸ cohæret cum καθορᾶται· altero modo cum ἀόρατα.

¶ ποιήμασι) *operibus* per κτίσιν, *creationem*, productis. Sunt *opera*. ergo est *creatio*. ergo est *Creator*.

¶ νοούμενα) Ii soli, qui νῷ utuntur, καθορῶσι.

¶ καθορᾶται, *videntur*) nam opera cernuntur. Antitheton, ἐσκοτίσθη.

¶ ἥτε-καὶ) Hæc cum ἀόρατα stant in appositione.

¶ ἀΐδιος κτλ. *æterna &c.*) summa Dei, Deo digna, perfectio in essendo & agendo; uno verbo, θειότης. quod significat *divinitas*, ut θεότης *deitas*.

¶ δύναμις) *potentia*, ex omnibus Dei attributis primum revelata. Singulis Attributis sua opera peculiari modo respondent. [*Esaj. XL. 26.*]

¶ εἰς τὸ) Paulus directe excusationem adimit, non solum de eventu aliquo loquitur. Et hoc colon εἰς τὸ- habet se instar propositionis ad v. seqq. Constr. cum φανερόν ἐστιν.

¶ ἀναπολογήτους, *inexcusabiles*) Sic quoque de Iudæis, c. II. 1.

21 διότι) Hoc διότι reassumitur ex v. 19. Non ignorantes, sed scientes peccarunt.

¶ θεὸν ὡς θεὸν, *Deum ut Deum*) Hæc est ἡ ἀλήθεια, *veritas*, summa convenientia: ubi naturæ divinæ respondet cultus. conf. Gal. IV. 8, *non naturâ*, de contrario.

¶ θεὸν, *Deum*) æternum, omnipotentem, glorificatione & gratiarum actione celebrandum.

¶ ἐδόξασαν ἢ εὐχαρίστησαν, *glorificaverunt aut gratias egerunt*) *Gratias agere* debemus ob beneficia: *glorificare* ob ipsas virtutes divinas. contra Hobbesium. Si esse posset mens aliqua extra Deum, a Deo non

*) *non quatenus* aliorum hominum *duntaxat* usibus eam subducit, *sed quatenus efficaciam ejus et vim salutarem* in seipso *etiam sufflaminat*. E. B.

**) *Respondent his, quæ notauit cel. D.* Ernesti, *Bibl. th. T. X. p. 630.* E.B.

non creata, ea tamen teneretur ad laudandum Deum.

¶ ἢ) *aut* saltem.

¶ ἐματαιώθησαν) Hoc verbum, & ἐσκοτίσθη, habent vim reciprocam. הבל *mátaia*, ματαιᾶσθαι, sæpe dicitur de idolis, eorumque cultu & cultoribus. 2 Reg. XVII. 15. Ier. II. 5. nam objecto suo conformatur mens. Ps. CXV. 8. Ματαιότης opponitur τῷ δοξάζειν· ἀσύνετος καρδία, τῷ εὐχαριστεῖν.

¶ διαλογισμοῖς, *cogitationibus*) variis, incertis, stultis.

22 Φάσκοντες) *profitentes.*

¶ ἐμωράνθησαν) LXX, Ier. X. 14 s. ἐμωράνθη πᾶς ἄνθρωπος ἀπὸ γνώσεως· ψευδῆ ἐχώνευσαν· μάταια ἐστιν, ἔργα ἐμπεπαιγμένα. Passim in hac epistola alludit Paulus ad extrema *Iesajæ* & prima *Ieremiæ* capita: ex quo apparet, recentem tum ab eorum lectione fuisse sanctum Dei hominem.

23 ἤλλαξαν, *mutarunt*) summâ stultitiâ. Ps. CVI. 20. Ier. II. 11. Eadem impietas & eadem pœna tres habet gradus. In primo emphasin habent hæc verba: καρδία: καρδιῶν: v. 21. 24. ἐδόξασαν & δόξαν, & ἀτιμάζεσθαι τὰ σώματα. v. 21. 23. 24. In secundo, μετήλλαξαν, cujus verbi iteratio, non tamen sine differentia figuræ simplicis & compositæ, talionem exprimit, v. 25. 26. ut παρὰ iteratum, ibid. In tertio, ἐκ ἐδοκίμασαν & ἀδόκιμον. v. 28. In singulis pœnam exprimit τὸ παρέδωκε. Si homo Deum non ut Deum colit, sibi ita relinquitur, ut se hominem abjiciat, & a Deo, ad cujus imaginem factus erat, quam longissime discedat.

¶ τὴν δόξαν τὰ ἀφθάρτα, *gloriam incorruptibilis*) Perfectiones Dei vel positivis vel negativis terminis exprimuntur. Hebræa lingua positivis abundat: negativos fere per periphrasin reddit.

¶ ἐν) Hebr. ב Lat. *pro*, *cum*. sic ἐν, v. 25.

¶ ἀνθρώπα· ἑρπετῶν, *hominis reptilium*) Climax descendens. *corruptibilis* constr. etiam cum *volucrium &c.* Sæpe formam hominis, avis, quadrupedis, serpentis, commiscuerunt.

¶ ὁμοιώματι εἰκόνος, *similitudine imaginis*) *Imago* est concretum: *similitudo* abstractum, δόξη, *gloriæ* oppositum. quo majori *similitudine imago* refert creaturam, eo apertius aberrat a vero.

24 διὸ, *propterea*) Peccati alia pœna est ex consequentia physica, v. 27 not. *oportebat*: alia insuper ex justitia vindicativa, ut h. l.

¶ ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις, *in concupiscentiis*) ἐν, non εἰς. Iam aderant αἱ ἐπιθυμίαι, *concupiscentiæ*. Quales deos fingebant, tales erant ipsi homines.

¶ ἀκαθαρσίαν, *impuritatem*) Sæpe conjungitur impietas & impuritas, 1 Thess. IV. 5, cognitio Dei & puritas mentis, Matth. V. 8. 1 Ioh. III. 2 s.

¶ ἀτιμάζεσθαι, *dehonestare*) Oppositum, *honor*. 1 Thess. IV. 4. Homo non debet se projicere. 1 Cor. VI. 13 s.

¶ ἐν ἑαυτοις, *in se ipsis*) per scortationem, mollitiem & alia flagitia. Ipsi sunt materia pœnæ suæ, & impensa ejus. *Quam juste! qui Deum inhonestant, puniuntur de se ipsis.* Ioh. Cluverus.

25 τὴν ἀλήθειαν, *veritatem*) quæ jubet Deum colere TANQVAM Deum.

¶ ἐν τῷ ψεύδει, *in mendacio*) Mythologiæ pretium. ἐν, Lat. *cum*.

¶ ἐσεβάσθησαν, *coluerunt*) interne.

¶ ἐλάτρευσαν, *serviverunt*) externe.

¶ παρὰ) *præter*, *præ*. c. XIV. 5.

26 πάθη ἀτιμίας, *passiones ignominiæ*) Vid. *Gerberi* lib. *unerkannte Sünden*, T. I. cap. 92, *Von der geheimen Unzucht*. Talium plena sunt gentilium scripta.

¶ ἀτιμίας, *ignominiæ*) Oppositum τιμὴ, *honor*. 1 Thess. IV. 4.

¶ θήλειαι, *fœminæ*) In peccatis arguendis

dis sæpe scapha debet scapha dici. Pudorem præposterum ii fere postulant, qui pudicitia carent. Paulus Romam adhuc non visam sic apertius scribit, ineunte epistola, quam usquam antea. Gravitas & ardor stili judicialis, proprietate verborum non violat verecundiam.

¶ χρῆσιν, *usum*) Subaudi, *sui*. sed est ellipsis. causam habes 1 Cor. XI. 9. *Vtendum*, non fruendum. Gravitas stili sacri.

27 ἐξεκαύθησαν, *exarserunt*) πυρώσει abominanda.

¶ τὴν ἀσχημοσύνην, *turpitudinem*) cui ipsa corporis & membrorum conformatio reclamat.

¶ ἣν ἔδει) *quam oportuit*, naturali sequela.

¶ τῆς πλάνης, *erroris*) quo aberrarunt a Deo.

¶ ἀπολαμβάνοντες) Verbum appositum, de Gentibus: ut ἀποδωσει, respectu Iudæorum. c. II. 6. In utroque verbo ἀπὸ eandem vim habet.

28 ἔχειν, *habere*) Antitheton, παρέδωκεν, *tradidit*. ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει, *habere in agnitione*, plus notat, quam ἐπιγινώσκειν, *agnoscere*. Non plane deerat *agnitio*: sed in eo non ita profecerunt, ut Deum haberent. v. 32.

¶ ἀδόκιμον) Vt ἀδύνατος, ἄπιστος & similia, & active & passive valent, sic quoque ἀδοκιμος. Hoc loco active notatur mens, quæ *probat* minime probanda; cui relicti sunt, qui maxime probanda *non probarunt*. Hoc ἀδόκιμον tractatur v. 32, συνευδοκοῦσι ποιοῦν τὰ μὴ καθήκοντα, tractatur v. 29-31.

¶ τὰ μὴ καθήκοντα) Μείωσις.

29 πεπληρωμένους, Grande verbum. μεστὸς, mox.

¶ ἀδικία, *injustitia*) Hoc, *justitiae* oppositum, primo loco ponitur: *immisericordia*, ultimo. *Iustitia* habet *vitam*: *injustitia mortem*. v. 32. Tota Enumeratio ordinem habet sapientem, per membra novem, in affectibus: duo, in sermone: tria, respectu Dei, & sui, & proximi; & duo, in rebus gerendis: sex, respectu necessitudinum. Confer de contrariis, c. XII. 9 seqq.

¶ πορνείᾳ) Retinendum esse hoc verbum, jam diu agnovi: *) Clementi Romano haud lectum esse non apparet.

¶ πονηρίᾳ - κακίᾳ) Πονηρία est *nequitia*, ejus, qui alteri, etiam sine suo commodo, nocere gaudet. κακία est *vitium*, quo alter alteri nil boni conferre potest. πλεονεξία denotat *avaritiam* proprie, ut sæpe apud Paulum. alias rarius hoc peccatum ab eo redargueretur. Solet autem jungere cum impuritate. nam homo extra Deum quærit pabulum in creatura materiali, vel per voluptatem vel per avaritiam. bonum alienum ad se redigit.

¶ κακοηθείας) κακοήθεια, κακία κεκρυμμένη. Ammonius. aliena omnia male arripiens: se alteri molestam exhibens.

30 ψιθυριστὰς, *susurrones*) clam.

¶ καταλάλους, *detractores*) aperte.

¶ θεοστυγεῖς) qui *odiosos* se exhibent contra *Deum*.

¶ ὑβριστὰς) qui omnia bona & salutaria *contumelioso* a *se* repellunt.

¶ ὑπερηφάνους) qui se efferunt supra *alios*. De hoc vitio, & aliis, quæ hîc notantur, vid. 2 Tim. III. 2 seq.

¶ ἀλαζόνας) *arrogantes*, ad res magnas & *bonas*.

¶ ἐφευρετὰς κακῶν) *inventores malorum*, novarum voluptatum, novorum quæstuum, novarum artium nocendi, v. gr. in bello. 2 Macc. VII. 31 Antiochus dicitur πάσης κακίας εὑρετὴς γενόμενος εἰς τοὺς ἑβραίους.

30, 31 γονεῦσιν ἀπειθεῖς, ἀσυνέτους, ἀσυνθέτους, ἀστόργους, ἀπαρακλήτους, ἀνελεήμονας, *parentibus inobedientes*, *insipientes*, *refra-*

*) *utut margo* Ed. maj. (*A.* 1734) *omittendum censuerit*. Gnomoni *respondet* ed. 2 & Vers. germ. E. B.

fractarios, sine affectione, irreconciliabiles, immisericordes) Duo terniones, prior apud inferiores; alter apud superiores.

31 ἀσυνθέτους) Verbo ἀσυνθετεῖν LXX Hebræum בגד & מער exprimunt.

32 δικαίωμα, *jus*) Regale divinum, quod Deus virtutes probat, vitia odit, improbos morte afficit, jure meritoque, ut ostendat se non esse injustum. Nam dum nefarios morte punit, ipse justificatur. Id Regale etiam gentibus cognitum.

¶ ὅτι) nempe *quod*.

¶ πράσσοντες· πράσσουσι) Hoc verbum, ποιοῦσιν interjecto repetitum, accurate exprimit petulantiam flagitiosorum, divinæ justitiæ prorsus contrariam. ποιοῦσιν, etiam affectu & ratione. Eadem differentia verborum, c. II. 3.

¶ θανάτου, *morte*) Lev. XVIII. 24 f. Act. XXVIII. 4. Subinde improbissima quæque stirps ex genere humano eradicatur, & tota posteritas ex iis propagatur, qui minus mali fuerant.

¶ ἀλλὰ καὶ, *sed etiam*) Pejus est συνευδοκεῖν, *approbare*. nam qui malum patrat, sua sibi cupiditate abducitur, non sine elencho in se ipsum vel etiam in alios, (conf. *judicans*, c. II. 1.) & cum approbatione legis. coll. c. VII. 16. sed qui συνευδοκεῖ sive *approbat*, corde & ore, malitiæ fructum habet ipsam malitiam, eaque pascitur, & suum reatum alieno cumulat, aliosque in peccando inflammat. pejor est, qui & se & alios, quam qui se unum perimit. Hæc vero mens est reproba. Conjugata, ἀδόκιμον & συνευδοκοῦσι. v. 28 not. Huic *approbationi* opponitur *judicatio*. c. II. 1. Gentes non modo faciunt, sed etiam approbant: Iudæus judicat quidem, non approbans; sed tamen facit.

¶ τοῖς πράσσουσι, *facientibus*) sibi & aliis. conf. Es. III. 9.

CAP. II.

1 Διὸ, *quapropter*) Transit Paulus a Gentibus ad Iudæos, ut totus sermo subsequens ostendit: & tamen particulam ponit non transitivam, sed illativam; quarum hæc, ut valentior, illam absorbet. Gentilis facit mala: Iudæus facit mala. Deinde v. 6 ss. utrosque, Gentes & Iudæos, complectitur.

¶ ἀναπολόγητος, *inexcusabilis*) Defensionem quærit homo.

¶ ἄνθρωπε, *homo*) De gentilibus capite I in tertia persona locutus, cum Iudæo in secunda singulari agit; uti lex ipsa non in secunda, sed tertia singulari cum Iudæo agit, quia cum nemine rem habebat nisi cum Iudæo. conf. c. III. 19. Sed apostolus, qui ad gentes & Iudæos suum sermonem dirigit, Iudæum quidem in secunda singulari alloquitur; communi vero eum nomine appellat, coll. c. I. 18, neque *Iudaeum* agnoscit: v. 17. 28. Eadem differentia tertiæ & secundæ personæ recurrit v. 14. 17. Non dissimile est illud, quod gentes differuntur ad judicium extremum, v. 16: Iudæis judicium etiam præsens ex lege intentatur, v. 2.

¶ ὁ κρίνων, *qui judicas*) remotus a *complacentia*, c. I. 32. Paulus gravi verbo utitur. Iudæus se Græco præfert, v. 19 f. id Paulus jam appellat *judicium*: eoque viam sibi facit ad judicium Dei ostendendum. Philavtiæ est, quod homo, quo alios sese pejores putat, eo se meliorem existimat. Gal. VI. 4. Est paregmenon. nam sequitur, κατακρίνεις. Conf. c. XIV. 22. 23. 1 Cor. IV. 3 seqq. XI. 29 ss. Iac. II. 4.

¶ ἕτερον, *alterum*) qui ad te nil attinet: cujus apertior injustitia te nil juvat: ethnicum.

2 οἴδαμεν) *scimus*; te, o homo *judicans*, non docente.

¶ τὸ κρίμα τοῦ θεοῦ) *judicium Dei*; non tuum, qui te excipis.

¶ κα-

¶ κατὰ ἀλήθειαν) *ad veritatem* summam, nullo discrimine. δίκαιον, *justum*, v. 5. 6. 11: & secundum interna, non solum externa. v. 16.

3 σὺ) *tu*, præ gentili. quisque se ipse vel sine causa excipit: & sibi assentatur, etiamsi ipse nesciat, quare.

¶ ἐκφεύξῃ; *effugies?*) per rimas, quas quæris. φεύγει *fugit* reus omnis: ἐκφεύγει *effugit*, qui absolvitur.

4 ἢ) *an*. Homines facile fiunt *contemtores* bonitatis; dum judicium divinum non sentiunt. Particula *an*, ἤ, proprie disjungit opinionem vanam *effugiendi*, & *thesaurizationem iræ* apertam, per abusum ipsius bonitatis.

¶ χρηστότητος, ἀνοχῆς, μακροθυμίας, *benignitatis*, *tolerantiæ*, *longanimitatis*) quum tu & peccasti & peccas & peccabis. [*Benignitate* iram *suam DEVS cohibet, v. 5: tolerantiâ ignotum se quasi tenet, donec* reuelatur, *v. 5: longanimitate* justum *suum* judicium *procrastinat*, *ibid.* V. g.] Mox hæc omnia significat τὸ χρηστὸν *benignitas* Dei. Etiam ii potuere & debuere resipiscere, qui olim damnabuntur.

¶ ἀγνοῶν, *ignorans*) Miratur Paulus hanc ignorantiam.

¶ ἄγει) *ducit* suaviter: non cogit necessitate.

5 δὲ, *sed*) Antitheton inter *divitiarum bonitatis* contemtum & inter *thesaurum iræ*.

¶ σκληρότητα, *duritiem*) Antitheton, χρηστόν.

¶ ἀμετανόητον καρδίαν) Antitheton, μετάνοιαν. Volebat dicere, ἀμετανοησίαν, a quo verbo recentiores non abhorrent: sed Paulus vitavit verbum insolens.

¶ θησαυρίζεις, *colligis*) etsi tu, o homo, putas te colligere beata omnia. O quid potest homo colligere tot horis vitæ suæ, in utramque partem! Matth. XVIII. 24. 1 Tim. VI. 18.

¶ σεαυτῷ) *tibi ipsi*, non alteri, quem judicas.

¶ ὀργὴν-ὀργῆς, *iram-iræ*) Δεινότης sermonis, magna vi. Cur multi non sentiunt iram? nondum est *dies iræ*. erit autem.

¶ ἐν ἡμέρᾳ) ἐν, de tempore, præsens notat: εἰς, futurum. Ille dies præsens est Deo. Potest autem hoc construi etiam cum ὀργήν.

¶ ἀποκαλύψεως, *revelationis*) Quum Deus revelabitur, occulta hominis revelabuntur. v. 16.

¶ καὶ δικαιοκρισίας) Particulam καὶ testium copia longe potior & irrefragabile apostoloque dignissimum ἀνοχῆς & ἀποκαλύψεως antitheton (quale est etiam inter ἀνοχὴν & ἔνδειξιν, c. III. 26. Pf. L. 21.) corroborat: v. 4, τῆς χρηστότητος, καὶ τῆς ἀνοχῆς, καὶ τῆς μακροθυμίας· v. 5, ὀργῆς καὶ ἀποκαλύψεως, καὶ δικαιοκρισίας. Ἀνοχὴ & ἀποκάλυψις respiciunt Deum, & inter se conferuntur, ut ἀνοχὴ & ἔνδειξις c. III. 25 s. μακροθυμία & δικαιοκρισία spectant peccatorem: χρηστὸς & ὀργὴ ponuntur generatim. Quare non fuit omittenda καὶ particula a quibusdam: quam exhibet etiam Orig. c. Cels. in ms. Basileensi, ut docet Sam. Battierius in Biblioth. Brem. Class. VI. p. 98. Pro ἀποκαλύψεως habet *Alex.* ἀνταποδόσεως. Hanc varietatem ex alliteratione ad verbum ἀποδώσει natam, & aperte absonam, prætermisi antehac, neque ea nunc ad tuendum illud καὶ continuo subsequens utor. Novatum δικαιοκρισίας verbum in re a mortalibus antea non agnita notat Erasmus.

6 ὃς ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ) Sic LXX plane Prov. XXIV. 12. it. Ps. LXII. 13: σὺ ἀποδώσεις κτλ. Dictum hoc, & infra, v. 11, inprimis sæpe citatur.

¶ ἀποδώσει) *reddet*: non modo *dabit*, sed *retribuet*. [*Hanc consiliorum tuorum normam fac constituas*. V. g.]

¶ κατὰ, *secundum*) Paulus describit eos,

qui vel vitam vel mortem consequentur, generaliter, & pro captu eorum, cum quibus hoc loco res ei est, præscindens adhuc a speciali ratione salutis obtinendæ vel amittendæ. Ergo hic locus non facit pro merito operum.

7, 8 τοῖς μεν-τοῖς δὲ, *his quidem-iis vero*) Majus discrimen, quam multi nunc putant.*)

7 τοῖς) sc. οὖσι, coll. v. seq. nam κατὰ (vid. Act. XXV. 23.) hîc fere ponitur, ut ἐξ, v. seq. nisi quod ἐξ sonat quiddam peccatori naturale; κατὰ, quiddam superveniens. Differentiam videbis, si particulas inter se permutaveris: ἐξ ὑπομονῆς κτλ. Ita τοῖς & ζητοῦσι stant in appositione, per asyndeton.

¶ ὑπομονὴν ἔργου, *patientiam operis*) Sic *patientia spei* 1 Thess. I. 3. ὑπομονὴ, *patientia*, includit h. l. obedientiam, constantiam, eamque submissam.

¶ ἔργου, *operis*) Magna vis in singulari numero. Phil. I. 6. Ap. XXII. 12.

¶ δόξαν, *gloriam*) Constructio: τοῖς δόξαν κτλ. ζητοῦσιν, (ἀποδώσει) ζωήν· *iis, qui gloriam &c. quærunt*, (*reddet*) *vitam.* Amor purus non excludit fidem, spem, desiderium. 1 Cor. XV. 58.

¶ ζητοῦσι, *quærentibus*) cum tu, Iudæe, tibi non opus esse quæsito putes. [*Industria requiritur.* V. g.]

8 τοῖς δὲ ἐξ ἐριθείας, *iis vero qui sunt ex contentione*) Horruit Paulus expresse dicere: *Deus reddet iis*, qui sunt *ex contentione*, *mortem sive æternam perniciem.* quare eam rem conscientiæ peccatoris ex antitheto præcedente subaudiendam relinquit; *reddet*, non sane vitam æternam: sermonemque flectit ad ea quæ sequuntur. Itaque τοῖς h. l. vim habet ל præfixi, notantis *quod attinet*, conf. c. IV. 12 not. Ideo non incommode sequitur, ἐπὶ πᾶσαν-nam sic quoque Ex. XX. 5, ἐπὶ τέκνα, ἐπὶ τρίτην καὶ τετάρτην γενεὰν, τοῖς μισοῦσί με. Porro ἐξ, *ex*, ut v. 27 & sæpe, notat partem sive sectam: iis, qui sunt ex parte sive natione contentiosa, tui, Iudæe, similes, Deo refragantes. Character pseudojudaismi, inobedientia, contumacia, impatientia.

¶ τῇ ἀληθείᾳ· τῇ ἀδικίᾳ, *veritati: injustitiæ*) Sæpe hæc duo inter se opponuntur. 1 Cor. XIII. 6. 2 Thess. II. 10. 12. *veritas* continet *justitiam:* & *injustitia* connotat *mendacium.*

¶ θυμὸς καὶ ὀργὴ) LXX, Ps. LXXVIII (LXXVII) 49: Θυμὸν καὶ ὀργὴν καὶ θλῖψιν. Θυμὸς infligit pœnam: ὀργὴ persequitur culpam. Vocabulorum proprietas perspicitur ex Eph. IV. 31. 32, ubi τῇ ὀργῇ opponitur τὸ χαρίζεσθαι, & τῷ θυμῷ τὸ εὔσπλαγχνον. Θυμὸς Stoicis definitur ὀργὴ ἀρχομένη. Nec aspernandum illud Ammonii, Θυμὸς μέν ἐστι πρόσκαιρος· ὀργὴ δὲ πολυχρόνιος μνησικακία.

9 θλῖψις καὶ στενοχωρία, *afflictio & anxietas*) Θλῖψις, *afflictio*, in præsens: στενοχωρία, *anxietas*, de futuris. Θλῖψις, *afflictio* premit: στενοχωρία æstuat & urget. Iob XV. 20 seqq. Argumentum est in his verbis, de ultrice justitia Dei. nam ira Dei eo tendit, ut creatura peccans, iram & omnia adversa experiens, discat odisse se ipsam, quod contra Deum fecerit. quod justissimum odium sui quamdiu creatura fugit, in pœna est.

¶ πᾶσαν ψυχὴν, *omnem animam*) Hoc vocabulo adjuvatur universalitas sermonis. c. XIII. 1.

¶ πρῶτον, *primum*) Sic Psalm. XCIV. 10:

*) *Paucos esse* articulos fundamentales, *ex hac dichotomia nolim temere concludi. Nimirum Scriptura sæpe loquitur synecdochice. Modo ait:* Crede in Dominum Jesum & salvaberis; *modo* justum *pronunciat*, qui recte agit. *Articuli necessario connexi non excluduntur, sed alter connotatur altero.* E. B.

10: *Qui gentes caſtigat, nonne arguet* (vos in populo?) Iudæi particeps Græcus.

10 δόξα δὲ καὶ τιμὴ, *gloria vero & honor*) *Gloria*, ex divino beneplacito: *honor*, ex divina remuneratione: *& pax*, in præſens & in perpetuum. Nam δὲ, *vero*, exprimit oppoſitionem inter *ira* & *gloria*, *indignatio* & *honor*, *afflictio anxietas*que & *pax*. coll. c. III. 17. 16. quorum læta ſpectantur, ut ex Deo proficiſcuntur; adverſa, ut ab homine perſentiſcuntur: hæc enim abſolute in nominativo ponuntur, cum illa e contrario in v. 7 in accuſativo ponantur, ut talia, quæ Deus impertiat. Sed cur opponuntur *honor* & *dolor*: quum honoris contrarium ſit ignominia, voluptatis dolor? Reſp. In hoc præciſe loco attendendum ad vocem εἰρήνη, *pax*, quæ heîc *dolori*, nimirum *afflictioni anxietati*que opponitur. Ceterum Es. LXV. 13 *gaudium* (& honor) *pudori* (& dolori) opponitur: utraque parte conciſe expreſſa & ex oppoſito ſuo ſupplenda. Præterea in bonorum genere ſummum eſt honor; in pœnarum genere, dolor: & ſummus gradus, inferiores includens, ſummo gradui opponitur. ſic *gloriatio* & *vae*. 1 Cor. IX. 16.

9, 10 κατεργαζομένῳ· ἐργάζομένῳ) Differentia horum verborum facilius ſentitur, quam explicatur: facilius ridetur, quam refutatur. Alia differentia: de pœna dicitur, ἐπὶ ψυχήν· nam pœna *incumbit*, & anima feret invita: de præmio, παντὶ τῷ ἐργαζομένῳ, dativus commodi.

12 ὅσοι γὰρ, *quotquot enim*) Gentes: *& quotquot*, Iudæi.

¶ ἀνόμως) Hoc bis ponitur per antanaclaſin, hoc ſenſu, οὐκ ἐν νόμῳ, οὐ διὰ νόμου, ut patet ex antitheto.

¶ ἥμαρτον) *peccarunt*: præteritum, pro judicii tempore.

¶ καὶ ἀπολοῦνται, *etiam peribunt*) *etiam* notat convenientiam modi peccandi & intereundi. & *peribunt* ait: neque enim commodum erat dicere, ἀνόμως, *ſine lege judicabuntur*; ut mox apte dicit, *per legem judicabuntur*.

¶ ἐν νόμῳ) *cum lege*, non ἀνόμως. i. e. cum legem haberent.

¶ διὰ νόμου, *per legem*) c. III. 20.

13 οὐ γὰρ, *non enim*) Valde exſtans Propoſitio. cujus verba etiam ad gentes ſpectant; ſed ad Iudæos præcipue accommodantur. de illis v. 14 ſ. de his v. 17 ſ. quare etiam verſus 16 a verſu 15 pendet, non a verſu 12. Multa turbarunt, qui a v. 14, immo a v. 13 ad fin. v. 15 parentheſeos ſepem ſtatuerunt. *)

¶ οἱ ἀκροαταὶ, *auditores*) otioſi, quamlibet ſeduli.

¶ παρὰ τῷ θεῷ, *apud Deum*) v. 2.

¶ ποιηταὶ, *factores*) nempe, *ſi* homines ſe præſtiterint *factores*. c. X. 5. Poſſunt *facere* ea, *quae ſunt legis*: ſed totius *legis factores* præſtare ſe non poſſunt.

¶ δικαιωθήσονται, *juſtificabuntur*) Hoc verbum, nomini δίκαιοι, *ipſo facto juſtos* denotanti, contradiſtinctum, involvit conditionem præſtandam, & *tum* ſubſecuturam in die judicii divini declarationem juſtorum.

14 ὅταν, *quum*) Poſtquam Paulus judaicum judicium contra gentes perverſum refutavit, nunc verum judicium divinum oſtendit, contra eaſdem. De gentibus agitur

*) *Statuit eam* ab init. v. 11 ad fin. v. 15 *cel. D.* Erneſti, *Bibl. th. T. X. p. 517; rationem ſubjungens, quod hoc pacto nexus verborum inde a v. 6 usque ad v. 16* methodo Paulinæ, *qualis v. gr. Act. XVII. 31 &c. obſeruari liceat, eleganter conueniat. Meum non eſt decidere: ſed ponderet Lector, annon hæc methodi Paulinæ analogia in ſaltu maneat, ſiue agnoſcantur parentheſeos iſti limites, ſiue diſpliceant.* E.B.

agitur hîc magis directe ad gentes convincendas; & tamen, quod his obiter conceditur, eo fine conceditur, ut Iudæus peragatur gravius: sed v. 26 de gentibus plane incidenter, ad convincendum Iudæum. quare hîc ponitur ὅταν, *quum*; illic, ἐὰν, *si*.

¶ γὰρ, *enim*) Causam reddit, cur etiam a gentilibus postuletur, ut sint *factores legis*. nam quum vel tantillum faciunt, obligatos se esse recognoscunt. Et tamen docet, illos per legem naturæ sive per se ipsos justificari non posse. Sunt quatuor sententiæ: *quum-hi-qui-una testante*. secunda declaratur per tertiam, prima per quartam.

¶ ἔθνη) Non, τὰ ἔθνη· homines aliqui ἐξ ἐθνῶν. Et tamen nullus est, qui plane nihil faciat ἐκ τῶν τοῦ νόμου. Noluit dicere ἐθνικοί, quod solet in pejorem partem accipi.

¶ μὴ νόμον· νόμον μὴ, *non legem: legem non*) Ne hîc quidem commutatus verborum ordo ratione caret. priore loco emphasin habet *non*, ut amplificetur illud *non habere*: altero loco emphasin habet *legem*, in antitheto ad *sibi ipsis*. Sic quoque νόμος modo sine articulo, modo cum articulo non sine causa dicitur. v. 13. 23. 27. III. 19-21. VII. 1 seqq.

¶ Φύσει, *natura*) Const. μὴ νόμον ἔχοντα φύσει, *non legem habentes natura*, *) plane ut v. 27, ἡ ἐκ φύσεως ἀκροβυστία, *ex natura præputium*, contra ac Syrus, *ex natura legem faciens*. Gentes sunt *natura* (i. e. per se, ut nascuntur, non ut homines, sed ut gentes) legis (scriptæ) expertes: cum Iudæi sint *natura* Iudæi, Gal. II. 15. adeoque legem (scriptam) habeant *natura*. conf. c. XI. 24 fin. **) Neque tamen periculum est ullum, ne vis illa constructionis, quam plerique sequuntur, *natura ea, quae sunt legis, faciant*, intereat. nam quod gentes, legem non habentes, faciunt, sane *natura* faciunt. *Legis* vocabulum non philosophico, sed Hebraico usu venit apud apostolum: itaque appellatio *legis naturalis* non exstat in Scriptura sacra: v. 12. res ipsa est vera.

¶ ποιῇ, *faciant*) non solum opere, sed etiam motibus intimis. v. 15 fin.

¶ ὅτοι, *hi*) Hæc vocula nomen collectivum ἔθνη, *gentes*, flectit ad sensum distributivum. [-quatenus *scilicet faciunt*. V. g.]

¶ νόμος, *lex*) Quod Iudæis est lex; id gentes ipsæ sunt sibi.

15 ἐνδείκνυνται) *demonstrant*, sibi, ceteris hominibus, & Deo ipsi quodammodo.

¶ τὸ ἔργον τοῦ νόμου) *opus legis*, legem ipsam cum sua activitate. Opponitur literæ, quæ est accidens.

¶ γραπτὸν, *scriptum*) Nomen, non participium. nedum infinitivus. Alludit Paulus ex oppositio ad tabulas Mosis. Hoc *scriptum* antecedit *factionem* eorum *quae sunt legis*, sed postea quum quis aut fecit (aut non fecit,) sequitur *demonstratio*, & liquidius apparet permanens illa scriptura.

¶ συμμαρτυρούσης, *una testante*) Allegoria. in judicio sunt actor, reus, testes. testis, conscientia: accusant, vel etiam defendunt, cogitationes. Natura & peccatum ipsum *testatur*: conscientia *una testatur*.

¶ αὐτῶν) *ipsorum*.

¶ τῆς συνειδήσεως, *conscientia*) Nullam facultatum suarum minus in potestate habet anima,

*) *Per hanc interpretationem* comma, *quod in* Vers. germ. *verba* von Natur *præcedit, ad euitandam amphiboliam omitti debere censeas; quanquam* æquiuoca distinctione *sciens fortassis volensque b.* Auctor *usus est.* E.B.

**) *Non perpendisse videtur cel. D.* Ernesti *loca Scripturæ hîc citata, quum* Bibl. th. *T. X. p. 517 scripsit:* φύσει τι ἀκ ἔχειν *nil quidquam innuere, nisi:* non habere aliquid insitum. E.B.

anima, quam conscientiam. Sic συνείδησις & λογισμος junguntur Sap. XVII. 11. 12.

¶ μεταξὺ ἀλλήλων, *inter se invicem*) sicut actor & reus. Hoc, ineunte commate, emphaseos causa ponitur, quatenus *cogitationes cogitationibus* implicatæ, opponuntur *conscientiæ ad legem* relatæ.

¶ τῶν λογισμῶν κατηγορέντων, *cogitationibus accusantibus*) Resolvunt sic: *una testantibus cogitationibus, quæ accusant:* sed *cogitationibus accusantibus* stat per se.

¶ ἢ καὶ, *vel etiam*) Particula *etiam* concessiva ostendit, *cogitationes* longe plus habere quod accusent, quam quod defendant: ipsaque defensio (coll. 2 Cor VII. 11, *defensionem*) non est de toto, sed duntaxat de parte facti, quæ ipsa rursum debitores totius convincit. c. I. 20.

¶ ἀπολογεμένων, *defendentibus*) Exemplum, Gen. XX. 4.

16 ἐν ἡμέρᾳ, *in die*) Constr. cum *demonstrant*. neque enim obstat tempus præsens. v. 5. Ac sæpe Paulus dicit: *in die Domini*, quod plus dicit, quam *in diem*. 1 Cor. V. 5. conf. *coram* 1 Tim. V. 21 not. Quale quidque fuit, tale tum conspicietur, definietur & manebit. In illo die constabit illud in cordibus scriptum legis, apologiam etiam aliquam recte factorum conjunctam habens, quamvis homo in *judicio* succumbat, semet accusatore, propter cetera. Idque infert accusationem vel etiam defensionem (a majori ad minus procedendo) in hac quoque vita constantem, quoties vel ipsum repræsentatur homini judicium futurum, vel præludia ejus in conscientia, homine inscio, aguntur. conf. 1 Ioh. IV. 17. Ac sæpe ita loquitur Scriptura de futuris, speciatim de novissimis, ut citeriora præsupponat. Iudæis v. 5, ut Gentibus h. l. judicium futurum intentatur.

¶ τὰ κρυπτὰ, *occulta*) *conscientiam* & *cogitationes*. conf. 1 Cor. IV. 5. Confirmat hoc nexum versus hujus cum præc. Ex occultis vera qualitas actionum etiam ipsis plerunque agentibus ignota pendet. v. 29. Homines judicant ex manifestis, etiam de se ipsis. Iudicabuntur etiam manifesta; sed non tum demum: judicantur enim, ex quo patrantur: occulta, tum demum.

¶ τῶν ἀνθρώπων, *hominum*) etiam gentium.

¶ κατὰ, *secundum*) i. e. ut docet meum evangelium. Hoc incisum addit Paulus, quia hîc agit cum homine Iesum Christum nondum cognoscente. Evangelium est prædicatio tota de Christo: & Christus judex erit *): & judicium in gentes non tam in V. T. quam in N. T. declaratur. Idque dicitur evangelium Pauli, per Paulum prædicatum, etiam gentibus. Act. XVII. 31. Articuli omnes doctrinæ evangelicæ & articulus de judicio extremo valde se invicem illustrant, atque hic ipse respectu fidelium plane est evangelicus. Act. X. 42. 1 Petr. IV. 5.

17 εἰ δὲ, *si vero*) *Si*, coll. *quum*, v. 14, anaphoræ simile quiddam habet: nisi quod ὅταν, *quum*, [*de gentibus*] plus ponit; εἰ, *si*, [*de Iudæo*] minus concedit. Post *si* sequitur ἄν, *ergo*, uti ἀλλὰ, *sed*, c. VI 5. & δὲ, *vero*, Act. XI. 17. conf. Matth. XXV. 27. Et protasin longiorem, quæ ab εἰ, *si*, incipit, subsequens ἄν, *ergo*, in summam redigit.

¶ Ἰουδαῖος, *Iudæus*) Hic apex Iudaicæ gloriationis (interposita ulteriore ejus descriptione, v. 17-20, additaque refutatione, v. 21-24.) ipse refutatur versu 25 seqq.

*) *Sed malunt nostræ ætatis homines aliqui subsistere in eo, quod perfectioris religionis ac doctrinæ auctor sit.* Sacerdotis, Judicis, Regis &c. *proprie sic dicti notiones ad Iudaismum isti ablegent, si volupe est: nos, & sentire cum Scriptura & loqui, nunquam per DEI gratiam pudebit.* E.B.

seqq. Descriptio autem gloriationis constat bis quinque commatibus: quorum priora quinque, *requiescis-lege*, ostendunt, quid sibi Iudæus sumat; reliqua totidem, *confidis-lege*, ostendunt, quid is inde sibi amplius ad alios arroget. Vtrinque primum respondet primo, secundum secundo, & sic deinceps: atque ut quintum prius, *institutus*, sic quintum posterius, *habentem*, denotat causam: *quia sis institutus: quia habeas.*

¶ ἐπονομάζῃ) Medium: *hoc cognomine te vocas, & vocari gaudes.*

¶ ἐπαναπαύῃ) *requiescis* in eo, quod tibi angustiam intentat. pædagogum pro patre habes.

¶ τῷ νόμῳ, in *lege*) Scienter Paulus hoc nomen frequentat.

¶ ἐν θεῷ, *in Deo*) ut qui tuus sit Deus.

18 τὸ θέλημα) *voluntatem*, i. e. quicquid jure placitum est. sic, *voluntas*, absolute, Matth. XVIII. 14. 1 Cor. XVI. 12. Hæc autem *voluntas* nulla est præter voluntatem Dei: sed εὐλάβεια magna facit, ut Paulus non addat, *Dei.*

¶ δοκιμάζεις) *probas*, approbas.

19 ἐν σκότει) *in tenebris* ignorantiæ connatæ.

20 μόρφωσιν) Sumitur h. l. in bonam partem, respectu Iudæi gloriantis: *informationem.*

¶ τῆς γνώσεως καὶ τῆς ἀληθείας, *cognitionis & veritatis*) ἐν διὰ δυοῖν. *veritas* hoc loco dicit ἀκρίβειαν doctrinæ cognitæ; hodie, *orthodoxiam.*

21 ὁ διδάσκεις, *non doces*) Metonymia consequentis. se ipse non docet, qui non facit.

¶ κηρύσσων, *prædicans*) clare.

21, 22 κλέπτεις· μοιχεύεις· ἱεροσυλεῖς, *furtum, adulterium, sacrilegium committis*) atrocissime peccas in proximum, te ipsum, Deum. Ad gentes Paulus ostenderat peccata primum contra Deum, deinde contra se, deinde contra alios. nunc ordinem invertit: nam peccata contra Deum, in gentibus apertissima sunt, in Iudæo non item.

¶ ὁ βδελυσσόμενος, *qui abominaris*) etiam ore.

¶ τὰ εἴδωλα, *idola*) Iudæi a captivitate Babylonica ad nostra usque tempora idololatriam, cui antea dediti fuerant, abominantur. *) neque tamen non interfecerunt Christum, & evangelium gloriamque Dei oppugnant.

¶ ἱεροσυλεῖς, *sacrilegium committis*) quia Deo non das gloriam, quæ proprie Dei est.

24 τὸ γὰρ ὄνομα) Es. LII. 5. LXX, δι' ὑμᾶς διὰ παντὸς τὸ ὄνομά μου βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσι. Conf. Ez. XXXVI. 20 f.

¶ καθὼς γέγραπται, *sicut scriptum est*) Convenienter hoc incisum hîc in extremo ponitur, de re etiam per se evidente: ponitur autem ob Iudæos. c. III. 19.

25 ὠφελεῖ, *prodest*) Non dicit: *justificat. utilitas* describitur cap. III & IV. Apud Iudæos (credentes) adhuc erat in usu circumcisio.

¶ ἐὰν, *si*) Paulus non modo ad hominem, sed etiam ex sua sententia loquitur: & docet, falli eos, qui circumcisione nitantur, violata lege.

¶ παραβάτης, *transgressor*) Verbum Iudæo horribile, v. 27.

26 ἡ ἀκροβυστία, *præputium*) id est, incircumcisus. nam huc refertur αὐτῆ, *ejus.*

¶ λογισθήσεται) Futurum: *censebitur*, justo judicio. v. 25 γέγονεν, præteritum: jam *facta est.*

27 κρινεῖ, *judicabit*) Quos tu judicas, ii te

*) *Siniſtrum ſane eſt, de imperatorum & dominorum* imaginibus *h. l. cogitare, quas inuenuſtâ pertinaciâ quaſi* εἴδωλα *auerſati fuerint Judæi. Vti enim verum* furtum & adulterium, *ſic & veri nominis* idola, *quæ prorſus abominari fas eſt, innuuntur.* E. B.

ii te judicabunt, versa vice, in judicii die. v. 16. Matth. XII. 41 sq. 1 Cor. VI. 2. 3.

¶ τελοῦσα, *perficiens*) Grande verbum. Itaque ἐὰν, *si*, v. 26, conditionalem vim habet, non affirmat.

¶ σὲ, *te*) judicem sui.

¶ τὸν) Articulus non pertinet proprie ad παραβάτην, sed τὸν διὰ dicitur, ut ἡ ἐκ.

¶ διὰ) *cum*. habes literam, sed & abuteris. antitheton, *ex natura*, *cum litera*. tum, ἓν διὰ δυοῖν, *litera & circumcisione*. De litera & spiritu, vid. ad c. VII. 6.

28 ὁ ἐν) Periphrasis adjectivi.

¶ ἐν σαρκὶ, *in carne*) Oppositum, *cordis*. v. 29.

29 οὗ, *cujus*) qui laudem quærit & habet non ex hominibus &c.

¶ ἔπαινος, *laus*) Alludit ad nomen *Iudæus*. יודוד *laudabunt te* Gen. XLIX. 8. Ideo addit οὗ, non ἧς. Resolv. *Iudæus*, *qui in occulto est*, *est ille Iudaeus*, *qui laudem habet*, q. d. vera *Iudaitas*. Opponitur *judicio*.

¶ οὐκ ἐξ ἀνθρώπων, *non ex hominibus*) qui ubi se laudant, *gloriantur*. v. 17.

¶ θεοῦ, *Deo*) qui *cor* spectat.

CAP. III.

1 Τί, *quid*) Frequens Paulo formula inducendi objectionem.

¶ οὖν) *igitur*. si circumcisio, lege non servata, si Iudæus, in aperto, non valet: quid hic habet, quid illa juvat? nulla ergo est Iudæorum prærogativa. negat Paulus consequentiam. Innumeræ sunt exceptiones, quas contra doctrinam hac epistola expositam perversitas Iudaica & humana profert. omnes eximit Paulus.

¶ τὸ περισσὸν, *praecipuum*) יתר præ gentibus. De hoc agitur v. 2. cf. Eccles. c. 6. vi. 4.

¶ ὠφέλεια τῆς περιτομῆς, *utilitas circumcisionis*) De hac vide c. II. 25.

2 πολὺ, *multum*) Neutro genere. sc. περισσόν. Refertur ad concretum, de Iudæo, magis quam ad abstractum de circumcisione, v. 1, de qua aget c. IV. 1. 9 s. Sic c. II. 29, οὗ scil. ἰουδαίου.

¶ πρῶτον) i. e. *primum* atque adeo præcipue. non semper sequitur *deinde*. Vna hoc loco Pauli instituto aptissima exponitur prærogativa Iudæorum, (reliquæ sequentur c. IX. 4. 5. *) ex qua ipsa eos mox. finita hac προθεραπείᾳ, tanto magis coarguet.

¶ ἐπιστεύθησαν, *credita sibi habent*) Cui creditur thesaurus, is eum potest vel fideliter & dextre tractare vel secus: ac Iudæi Scripturam V. T. varie tractarunt. Ita autem credita Iudæis *eloquia* Dei dicit Paulus, ut *ventura bona*, v. 8, in iis descripta, Iudæorum essent, si ea per fidem reciperent. fœcundissima noëmata: Deus est verus, fidelis, credens sua verba hominibus, justus. homo est mendax, perfidus, diffidens, injustus.

¶ λόγια) Diminutivum. Responsa divina sæpe habuere brevitatem, ut in Vrim & Thummim. λόγιον etiam *sermo* de circumcisione & ceteris prærogativis Israëlitarum.

3 τί γὰρ; *quid enim?*) scil. *dicemus*. v. 5, ubi item μὴ, *num*, sequitur. sic τί γάρ; LXX, Iob XXI. 4.

¶ εἰ, *si*) Sic facile objiceret gentilis æmulus.

¶ ἠπίστησαν) Conjugata: ἐπιστεύθησαν, ἠπίστησαν, ἀπιστία, πίστιν.

¶ τινὲς, *quidam*) Euphemia. Atque infideles, quamvis multi, habentur ut *quidam* indefinite; quod non valde sub censum

*) *Hic ipse locus parallelus clarissime, putem, demonstrat, non* objectiones *Pauli sententiæ oppositas contineri v. 2 & 3, sed ipsam hanc Pauli* thesin *esse*. E.B.

censum veniant. c. XI. 17. 1 Cor. X. 7. 1 Tim. IV. 1.

¶ πίστιν) *fidem*, qua fient promissa & *venient bona*. Hæc fides manet, etiamsi omnes homines sint *infideles:* manet, inprimis respectu *fidelium*. *Fidem Dei*, respectu *infidelium*, parum agnoscunt, qui universalem gratiam negant. Magni sane habenda est voluntas Dei antecedens etiam respectu reproborum. nam quod non habent, habere tamen poterant. quod ipsum magnam omnino prærogativam eis confert: atque eam si non tuentur, *præcipuum* tamen illud remanet, quod gloria Dei & gloria *fidei* Dei in eis illustratur. conf. *abundavit*. v. 7. *Præcipuum* non est nihili. Convenienter apostolus fidem Dei laudat, fidem nostram asserturus. Conf. 2 Tim. II. 13.

¶ καταργήσει; *abolebit?*) Futurum: magna vi, in oratione negante. Immota Dei fides.

4 μὴ γένοιτο) Solus Paulus, ad Romanos duntaxat & Galatas, hac formula utitur.

¶ γινέσθω, *fiat*) in judicio. ℸ ℶℵ.

¶ ὁ θεὸς ἀληθὴς, *Deus verus*) vid. Ps. CXVI. 12, ubi retributio Dei fidelissima opponitur perfidiæ humanæ. Hoc, & *mendax*, respicitur mox versu 7.

¶ πᾶς ἄνθρωπος, *omnis homo*) ne Davide quidem excepto. Ps. CXVI. 11. LXX, πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης. Hinc David 1 Sam. XXIV. 10 dicit, *verba hominis*, i. e. mendacium.

¶ ὅπως-κρίνεσθαί σε) Sic LXX, Ps. LI. 6. Etiam illa sunt prophetica, quæ David in agone pœnitentiali oravit.

¶ ἂν) *si* usu veniat, si homo ausit experiri.

¶ δικαιωθῇς-νικήσῃς, *justificeris vincas*) fidei & veritatis nomine. Humanus judex judicat ita, ut tantummodo sontis culpa pensetur, nec de sua ipsius ceteroqui justitia agit: sed Deus judicat ita, ut non magis injustitia hominum, quam ipsius *justitia* demonstretur. νικᾶν dicitur plerunque de *victoria* post aleam belli aut sponsionis aut ludi; h. l. de judiciali victoria, quæ non potest non ad Deum pervenire.

¶ ἐν τοῖς λογοις σε) Hebr. בדברך quo uno loco רבר in Kal, extra participium, occurrit. i. e. *quum loqui instituis*, & homini te insimulanti judicialiter respondere, hominemve peragere. [*In genere agnoscunt quidem homines, DEVM esse justum: at ubi de casibus specialibus agitur, tum suam ipsi causam tueri amant.* V. g.] Actionibus.

¶ ἐν τῷ κρίνεσθαί σε) Hebr. בשפטך Simul Deus & κρίνει & κρίνεται. Κρίνεται, media significatione, qualem habere solent verba *certandi*. κρίνονται, qui in jure disceptant. LXX, Es. XLIII. 26. Iud. IV. 5. Ier. XXV, 31. Exemplum Mich. VI. 2 f. nec non 1 Sam. XII. 7. Ineffabilis benignitas, qua Deus ad hominem disceptandi causa descendit.

5 εἰ δὲ, *si vero*) Nova hæc instantia per Iudaicam personam elicitur ex verbo *justificeris*. v. præc.

¶ ἡ ἀδικία, *injustitia*) quæ committitur per *infidelitatem*.

¶ τί ἐροῦμεν, *quid dicemus*) Ostendit Paulus, hoc *præcipuum* non obstare, quo minus Iudæi sub peccato sint.

¶ ὁ ἐπιφέρων) *inferens* iram, in Iudæos *infideles*. Articulus vim habet. Est allusio ad Ps. VII. 11, ὁ θεὸς κριτὴς δίκαιος, καὶ μὴ (אל pro אל) ἐπάγων ὀργὴν καθ' ἑκάστην ἡμέραν.

¶ κατὰ ἄνθρωπον, *secundum hominem*) Homo humanitus posset sic cogitare: Mea improbitas subservit gloriæ divinæ, eamque illustrat, ut tenebræ lucem: ergo non sum puniendus.

6 ἐπεὶ, *alioqui*) Consequentia nectitur a minori ad majus, ut in *negativis* fieri debet: Si Deus injuste ageret, inferens iram in Iudæum injuste agentem: quod jam est absur-

absurdum dictu: sane non posset universum mundum judicare. *Affirmative* sic procederet: Qui universum mundum (juste) judicat, is sane etiam in hoc unico casu juste judicabit. Vicissim a majori ad minus concluditur, 1 Cor. VI. 2.

¶ τὸν κόσμον, *mundum*) Nam etiam totius mundi, (Iudæis oppositi, c. XI. 12.) *injustitia commendat justitiam Dei:* & Deus tamen totum mundum injustum judicat, idque juste. Gen. XVIII. 25. Immo in ipso judicio humana injustitia divinam justitiam maxime illustrabit. Iustitiam divini judicii in mundum agnoscit Iudæus: ostendit autem Paulus, eandem esse rationem judicii in Iudæos non credentes.

7 εἰ γὰρ, *si enim*) Ætiologia, per sermocinationem proposita, ad confirmandam objectionem initio v. 5 inductam.

¶ ψεύσματι, *mendacio*) Quæ Deus dicit, vera sunt: hæc qui non credit, mendacem facit Deum, ipse mendax.

¶ τί) i. e. *quid* etiamnum me purgo, quasi habeam, cur timeam? conf. τί ἔτι, cap. IX. 19. Gal. V. 11.

¶ κἀγὼ) *ego quoque*, cui veritas Dei revelata est; non modo ethnici.

¶ κρινομαι) Resp. κρίνεσθαι. v. 4. 6. LXX, Iob XXXIX. 34. (XL. 4.) τί ἔτι ἐγὼ κρίνομαι;

8 καὶ μὴ, *& non*) Subaud. *sic facio, sicut*.*) sed intercedit commutatio numeri sive personæ, qualis c. IV. 17.

¶ καθὼς, *sicut*) Nonnulli calumniabantur Paulum; alii sic sentiebant, & suam sententiam a Paulo probari ajebant.

¶ Φασί τινες, *inquiunt quidam*) qui suæ perversitati nostrum suffragium prætexunt. Hæc epistola inprimis ea de causa scripta est, ut tales confutaret Paulus.

¶ ἡμᾶς, *nos*) justitiæ Dei assertores.

¶ ὅτι) Hoc pendet præcise a λέγειν.

¶ ποήσωμεν, *faciamus*) sine timore.

¶ τὰ κακὰ, *mala*) peccata.

¶ ἔλθῃ τὰ ἀγαθὰ, *veniant bona*) Eadem locutio LXX int. Ier. XVII. 6. Hoc volunt dicere calumniatores illi: Bona ad veniendum propensa sunt; sed mala viam eis debent præparare.

¶ τα ἀγαθὰ, *bona*) Gloria Dei.

¶ ὧν, *quorum*) i. e. eorum, qui faciunt vel etiam facienda dicunt mala, ut veniant bona.

¶ τὸ κρίμα) *Iudicium*, quod isti velut *injustum* subterfugere conantur, singulariter eos corripiet.

¶ ἔνδικον, *justum*) Sic Paulus consequentiam illam quam longissime amandat, & tales responsatores abrupte repellit.

9 τί οὖν; *quid igitur?*) Resumit initium v. 1.

¶ προεχόμεθα;) *habemus* quicquam *prae* gentibus?

¶ οὐ πάντως) Iudæus diceret: πάντως. at Paulus contradicit. **) Leniter ineunte hoc loco loquitur: (nam aliis locis, ubi dicitur μηδαμῶς, non potest οὐ πάντως surrogari: & hoc loco illud *nullo modo* tolleret, quod v. 2 concessit:) deinde vero gravius.

¶ προητιασάμεθα) *ante convicimus*, quam Iudæorum prærogativam commemoravi. Paulus agit cap. I & II tanquam severus Procurator justitiæ divinæ; sed tamen noluit singulari numero uti. plurali numero assensum fidelium lectorum exprimit. πάντας, *omnes* Iudæos, *omnes* Græcos.

¶ ὑφ' ἁμαρτίαν) ὑπὸ notat subjectionem tanquam *sub* tyrannidem *peccati*.

10 καθὼς, *sicut*) Sub peccato omnes esse,

*) *Haud parum* nexus facilitatem *juuari censet cel.* D. Ernesti, si verba ἐπεὶ - κρίνομαι, *pro* parentheſi *habeas*, *quâ finitâ voculis* καὶ μὴ *reassumatur antecedens* μὴ γένοιτο. E. B.

**) *Scilicet* non *in negotio justificationis antecellunt Judæi, sed saltim in possessione organorum gratiæ*, E. B.

esse, ex vitiis in genere humano semper & ubique grassatis evidentissime arguitur: perinde ut sanctitas Christi etiam interna describitur per innocentiam sermonum & actionum. Recte igitur allegat Paulus Davidem & Iesajam, tametsi de sua ætate queruntur, idque cum exceptione piorum. Ps. XIV. 4 seqq. Nam querela illa exprimit, quales Deus de cœlo despiciens inveniat, non quales gratia sua faciat.

10 s. ὅτι οὐκ ἔστι δίκαιος οὐδὲ εἷς κτλ.) Ps. XIV. 2 s. LXX, οὐκ ἔστι ποιῶν χρηστότητα, οὐκ ἔστιν ἕως ἑνός. - εἰ ἔστι συνιῶν ἢ ἐκζητῶν τὸν θεόν - ἑνός. Genus, *non est justus*. sequuntur partes: affectus & studia, v. 11. 12: sermo, v. 13. 14: actiones, v. 15. 16. 17: gestus & nutus, v. 18.

¶ δίκαιος, *justus*) Aptum verbum, in sermone de *justitia*.

¶ οὐδὲ εἷς, *ne unus quidem*) Quis hîc excipiat quenquam? v. 23. ne unus quidem *sub coelo*. Vel unius vel certe paucorum exceptio posset omnibus favorem conciliare: nunc ira eo major.

11 οὐκ ἔστιν ὁ συνιῶν, *non est intelligens*) Sunt sine intellectu ad bonum.

¶ οὐκ ἔστιν ὁ ἐκζητῶν, *non est exquirens*) Sunt sine voluntate ad bonum. *exquirere* significat, Deum esse מסתתר Es. XLV. 15.

12 ἐξέκλιναν, *declinarunt*) exierunt. Declinatio supponit, omnes antea rectos fuisse.

¶ ἅμα) *simul*, uno tempore.

¶ ἠχρειώθησαν, *inutiles facti sunt*) non habent vires redeundi ad bonum. Et contra his omnibus partibus hærent in malo, vel intus vel etiam aperte. Evaserunt ἀχρεῖοι, *ad usum inepti*. Conjugatum mox, χρηστότης.

13 τάφος - ἰὸς - αὐτῶν) Sic LXX, Ps. V. 10. CXL. 4.

¶ ἀνεῳγμένος) modo *retectum*, eoque fœtidissimum *sepulcrum*.

¶ ὁ λάρυγξ, *guttur*) Observa seriem sermonis ex corde manantis per *guttur*, *linguas*, *labia*. totum, *os*. magna peccati pars in verbis est.

¶ ὑπὸ τὰ χείλη) *sub labiis*. nam *in* labiis mel est.

14 ὧν τὸ στόμα ἀρᾶς καὶ πικρίας γέμει) Ps. X. 7. LXX, ἧς ἀρᾶς τὸ στόμα αὐτῆς γέμει καὶ πικρίας καὶ δόλου.

¶ τὸ στόμα, *os*) Hoc & seq. versu describitur vis, ut v. 13 fraus.

¶ ἀρᾶς, *execrationis*) in Deum.

¶ πικρίας, *amarulentiæ*) in proximum.

15-18 ὀξεῖς - οὐκ ἔγνωσαν) Es. LIX. 7. 8. LXX, οἱ δὲ πόδες αὐτῶν - ταχινοὶ ἐκχέαι αἷμα - σύντριμμα καὶ ὄδους οὐκ ἔγνωσαν. Sic, de pedibus, Prov. I. 16.

16 σύντριμμα καὶ ταλαιπωρία) שד ושבר *vastitas & destructio*.

17 οὐκ ἔγνωσαν, *non cognoverunt*) nec sciunt, nec scire volunt.

18 οὐκ - αὐτῶν) Sic LXX, Ps. XXXVI. 2, οὐκ - αὐτῷ.

¶ φόβος, *timor*) nedum *amor*, de quo multo minus scit natura. Compluribus ex locis, ubi vitiositas humana vel per querelam Dei & Sanctorum, vel per confessionem pœnitentium exprimitur, partem verborum perscripsit Paulus, *vel qua* omnia ex iisdem locis repetenda innuens.

¶ ὀφθαλμῶν, *oculis*) Verecundiæ sedes in oculis est.

19 ὅσα) *quaecunque*. Multa Legis testimonia modo cumulavit.

¶ νόμος, *lex*) Ergo testimonium v. 10 s. ex Psalmis productum Iudæos pulsat: neque hi putare debent, Gentes in eis accusari. Paulus contra gentes nullum posuit dictum scripturæ, sed illic egit ex lumine naturæ.

¶ νόμος - νόμῳ) Δεινότης.

¶ ἵνα, *ut*) Vrget Iudæos.

¶ στόμα) *os*, amarum, v. 14, & tamen gloriabundum. v. 27. Iudæi maxime notantur, ut per *mundum* gentes.

¶ γένη-

¶ γένηται, *fiat*) Mundus semper est *obnoxius*: sed *fit*, peragente eum lege.

¶ πᾶς, *omnis*) ne Iudæis quidem exceptis. *Gentium* reatus ut manifestus præsupponitur: *Iudaei* ex *lege* peraguntur. Hi sunt rei: his peractis totus *mundus* reus peractus est.

20 διότι) *propterea, quia.*

¶ νόμος) *legis*, indefinite, maxime moralis: *) v. 19. 9. c. II. 21 s. 26. quæ sola non *aboletur*: v. 31. cujus operibus Abraham præditus erat ante circumcisionem susceptam. Paulus negans justificari nos ex legis operibus, fidei oppositis, non legi ulli, totam legem dicit, cujus partes potius, quam species erant ceremonialis & moralis. quarum illa, ut jam tum abrogata, non ita veniebat sub censum; hæc non sub ea ratione nos obligat, ut est per Mosen data. Opera legis plane nulla habemus extra gratiam in N. T. nam lex nullas dat vires. Non sine causa Paulus *opera* memorans toties *legis* addit. his enim nitebantur adversarii; meliora, ex fide & justificatione provenientia, nesciebant.

¶ οὐ δικαιωθήσεται, *non justificabitur*) De significatione hujus verbi vid. ad Luc. VII. 35. Apud Paulum certe manifesta est significatio judicialis. v. 19. 24 s. c. IV. 5 cum contextu. De tempore futuro conf. v. 30 not.

¶ πᾶσα σὰρξ, *omnis caro*) Synonymon *mundi*, v. 19, sed cum connotatione causæ: mundus ejusque justitia est caro. ergo non justificatur ex se.

¶ ἐνώπιον αὐτοῦ, *coram illo*) C. IV. 2. II. 29.

¶ νόμου, *legem*) ob id ipsum datam.

¶ ἐπίγνωσις) *Agnitio* peccatorum non justificat per se, sed justitiam deesse sentit & confitetur.

¶ ἁμαρτίας, *peccati*) *Peccatum* & *justitia* directe & adæquate inter se opponuntur. at *peccatum* involvit & reatum & vitium: itaque *justitia* dicit oppositum utriusque. *Iustitia* est abundantior. c. V. 16. Præclare Apol. A. C. *Bona opera*, inquit, *in sanctis sunt justitiae, & placent propter fidem. ideoque sunt impletio legis.* hinc δικαιοῦν est justum facere, sive justificare; prorsus congruente huic notioni forma verbi in όω, nec difficultas est in verbo derivato, sed in δίκαιος. Is igitur, qui justificatur, traducitur a peccato ad justitiam, id est, & a reatu sive noxa ad innocentiam, & a vitio ad sanitatem. Neque est homonymia sive notio duplex, sed simplex & idem prægnans significatus in vocabulis *peccatum* & *justitia*. qualis etiam passim obtinet in vocabulo ἄφεσις *remissio* & in verbis eam denotantibus, ἁγιάζω, ἀπολύω, καθαρίζω κτλ. *sanctifico, abluo, purifico* &c. 1 Cor. VI. 11 not. Ps. CIII. 3. Mich. VII. 18 f. Atque hic ipse prægnans significatus verbi *justificare*, totum beneficium divinum, quo a peccato ad justitiam reducimur, denotans, occurrit etiam v. gr. Tit. III. 7. coll. 2 Cor. V. 21. Rom. VIII. 4. coll. c. V. 15. Alibi vero, prout res proposita exigit, ad certam quandam partem restringitur, inprimisque ad liberationem a peccato, quatenus in eo spectatur *reatus*. Et sic semper Paulus, ubi de Deo, peccatorem justificante per fidem, ex instituto agit.

21 νυνὶ)

*) *Indignum sane*, ut monet nonnemo, *Apostolo fuisset, epistolam scribere, qua saltim demonstraret, hominem non per* cerimonias Judaicas, *sed per fidem religioni Christianæ habitam DEO probari ac saluari. In synagoga judaica præcipi forsitan hæc talia oportuit; non ad cœtum christianum scribi. Aperte Apostolus* hoc *dicit: Quia homines* omnes *per dicta allegata impietatis rei peracti sunt (Iudæis, ad quos illa dicta primario directa fuere, non exceptis); propterea* nulla caro, *sive circumcisa sit sive præputiata, per opera legis, sive verbis propositæ sive cordibus inscriptæ, justificari potest.* E. B.

21 νυνὶ) *nunc* facit antitheton, inclusa vi temporis. v. 26.

¶ χωρὶς νόμου - ὑπὸ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν, *sine lege - a lege & prophetis*) Suave antitheton. *Lex* stricte & late dicitur. [*Prophetis Dauides v. gr. adnumerandus. c. IV. 6.* V. g.]

¶ πεφανέρωται, *manifestata est*) per evangelium Iesu Christi.

¶ μαρτυρουμένη, *testimonium habens*) ex promissione.

22 δὲ, *autem*) Declaratur, quæ sit justitia Dei. v. 21.

¶ διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, *per fidem Iesu Christi*) *per fidem* in Iesum. vid. Gal. II. 16 not.

¶ εἰς, *in*) Connect. cum *justitia*, v. 21.

¶ εἰς πάντας, *in omnes*) Iudæos, qui sunt tanquam vas proprium. *)

¶ ἐπὶ πάντας, *super omnes*) gentiles, qui sunt ut solum, recipiens pluviam superabundantem gratiæ. Conf. v. 30.

¶ οὐ γάρ ἐστι διαστολὴ, *non enim est distinctio*) Iudæi & gentes eodem modo & accusantur & justificantur. Eadem locutio, c. X. 12.

23 ἥμαρτον, *peccaverunt*) id est, peccatum contraxerunt. Notatur & actus primordialis peccati in paradiso, & habitus peccaminosus, & actus ex eo fluentes. Sæpe præterita significationem habent inchoativam cum continuatione. talia sunt: ἐπίστευσα, ἤλπικα, ἠγάπηκα, ὑπήκουσα, ἔσχα, *fidem, spem, amorem, obedientiam suscepi, statui me.*

¶ καὶ ὑστεροῦνται, *& destituuntur*) Ex præterito, *peccarunt*, fluit hoc præsens, *deficiunt*. eoque verbo omne *praecipuum* Iudæorum, cuncta gloriatio carnis omnis tollitur. illud actum; hoc statum; utrumque, privationem denotat. *non perveniunt*, c. IX. 31.

¶ τῆς δόξης τοῦ θεοῦ, *gloria Dei*) Significatur ipsius Dei viventis gloria, *vitam* tribuens: c. VI. 4. ad quam homini, si non peccasset, patuit aditus; sed peccator ab illo fine suo excidit, neque jam eum assequitur, neque gloriam illam, quæ in illo effulsisset, ullo modo tolerare potest. Hebr. XII. 20 s. Ps. LXVIII. 2. quo fit, ut *morti* sit obnoxius. nam gloria & immortalitas sunt synonyma, & sic mors & corruptio. at *mortis* ipsius expressiore nulla Paulus mentione utitur, donec consummato justificationis processu & ad *vitam* usque exitu, *mortem* quasi a tergo respectat. c. V. 12. Itaque summa ipsa status peccati, palmario hoc loco, exquisitissime sic describitur: *absunt a gloria Dei*, i. e. a summo fine hominis aberrarunt. quo ipso omnis connotatur aberratio citerior. At justificati recuperant spem illius gloriæ, cum præsentissima tantisper gloriatione, (qua ex sese caruerant, v. 27.) & regnum in *vita*. Vid. omnino c. V. 2. 11. 17. VIII. 30 fin. **) Itaque oppositum τοῖς *peccarunt* explicatur mox, v. 24 seqq. c. IV toto, de justificatione: oppositum τοῖς *destituuntur*, cap. illo quinto, coll. c. VIII. 17 seqq.

24 δι-

*) *Absurdam quidem & ludicram hanc particularum* εἰς *&* ἐπὶ *distinctionem judicauit cel. D.* Ernesti, *Bibl. th. T. VIII. p 399. Enimuero (ut biennio abhinc monui in der* Beleuchtung &c. *§ 27. p. 105 sq.*) ridenda *non erant, quæ &* eâdem *fere* distinguendi ratione, *hoc ipso capite, v. 30 obuiâ, &* parallelismo reali, *c. XI. 17 sq., &* recepto *apud Paulum* particularum usu (*Rom. XI. 36. Eph. IV. 6 &c.*) *aperte nituntur. Neque pœniteat me prouocationis ad ipsam* Ernesti *Inst. Interpr. N. T. Ed. II. P. II. Sect. II. c. III. §. 27. 28.* E.B.

**) *Satis manifeste, opinor, nexus rerum hîc propositus ostendit, quis* præcise *significatus insit locutioni* τῆς δόξης τοῦ θεοῦ, *quicquid de* opinionum diuortiis *moneat S. R. D.* Ernesti *l. c. T. II. p. 682 sq.* E.B.

24 δικαιέμενοι, *qui justificantur*) Repente sic panditur scena amœnior.

¶ τῇ αὐτοῦ χάριτι) *Ipsius gratiâ*; non inhærente nobis, sed in nos quasi propendente. patet ex conjugato χαρίζομαι & χαριτόω. Melanchthon pro *gratia* sæpe vocabulo *favoris* & *misericordiae* utitur. *Ipsius* habet emphasin. coll. v. seq.

¶ ἀπολυτρώσεως) ἀπολύτρωσις, *redemtio a* peccato & miseria. *Expiatio* sive *propitiatio* (ἱλασμὸς) & ἀπολύτρωσις, *redemtio* est in fundo rei unicum beneficium, scilicet *restitutio peccatoris perditi*. Hæc maxime adæquata & pura idea est, quæ nomini *IESV* respondet adæquate. *Redemtio* est respectu *hostium* (de qua re *Koenigii* theologia positiva in loco de *Redemtione* distincte agit:) & *reconciliatio* est respectu *Dei*. atque hîc voces ἱλασμὸς & καταλλαγὴ iterum differunt. ἱλασμὸς (*propitiatio*) tollit offensam contra *Deum*: καταλλαγὴ est διπλευρος, & tollit *α* indignationem *Dei* adversum *nos*, 2 Cor. V. 19, *β nostramque* abalienationem a *Deo*, 2 Cor. V. 20.

¶ ἐν χριστῷ ἰησοῦ, *in Christo Iesu*) Non temere *Christi* appellatio interdum prius ponitur, quam *Iesu*. Ex V. T. fit progressus a notitia Christi ad notitiam Iesu; in experientia fidei præsentis, a notitia Iesu ad notitiam Christi. Conf. 1 Tim. I. 15 not.

25 προέθετο) *ante* omnium oculos *posuit*. Luc. II. 31. Πρὸ in προέθετο non connotat tempus, sed est, ut Latinum *proponere*.

¶ ἱλαστήριον, *propitiatorium*) Alluditur ad *propitiatorium* V. T. Hebr. IX. 5. & hoc Græco vocabulo LXX plerumque Hebræum כַּפֹּרֶת exprimunt. Ex. XXV. 17-22. Propitiatio præsupponit offensam. *) contra Socinianos.

¶ ἐν τῷ αὐτοῦ αἵματι, *in ipsius sanguine*) Hic sanguis est vere propitiatorius. conf. Lev. XVI. 2. 13 s.

¶ εἰς ἔνδειξιν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ, *in demonstrationem justitiae suae*) Hoc quasi post parenthesin repetitur v. seq. ad continuandum orationis cursum. tantum pro εἰς dicitur deinde πρὸς, *ad*, quod quiddam præsentius notat. c. XV. 2. Eph. IV. 12.

¶ ἔνδειξιν, *demonstrationem*) Conf. not. ad c. I. 17.

¶ διὰ τὴν πάρεσιν, *propter praetermissionem*) Ἄφεσιν, *remissionem*, Paulus in Actis & ad Eph. Col. Hebr. sæpe dicit, cum ceteris apostolis: πάρεσιν, *praetermissionem*, non nisi unus hoc uno loco; certe non temere. *Remissio* etiam ante adventum & mortem Christi erat, c. IV. 7. 3. Matth. IX. 2, quatenus dicit applicationem gratiæ ad individua. *praetermissio* autem fuit in V. T. respectu transgressionum, donec earum ἀπολύτρωσις fieret in morte Christi, Hebr. IX. 15, quæ tamen ipsa ἀπολύτρωσις interdum etiam ἄφεσις dicitur, Eph. I. 7. Idem pæne est παρίεναι, quod ὑπεριδεῖν, Act. XVII. 30. hinc Sir. XXIII. 3 (2.) parallela sunt, μὴ φείδεσθαι & μὴ παρίεναι, *in peccata animadvertere*. Ed. Hœschel. p. 65. 376. πάρεσις, *praetermissio*, non est ἄφεσις, *remissio*, imperfecta; sed longe alia differentia est. illi opponitur *abolitio*, de qua Hebr. IX. 26. huic, τὸ *retinere*, Ioh. XX. 23. Simul laudat Paulus *tolerantiam*. Objectum *praetermissionis*, peccata; *tolerantiae*, peccatores, contra quos non est persecutus Deus jus suum. Et hæc & illa quam diu fuit, non ita apparuit justitia Dei. non enim tam vehementer visus est irasci peccato, sed peccatorem sibi relinquere, ἀμελεῖν, *negligere*. Hebr. VIII. 9. at in sanguine Christi & morte propitiatoria,

*) *Sane non* publicum *saltim* documentum ac symbolum expiationis *est Christus; sed est ipsum Subjectum, in quo, a quo, & per quod expiatio facta est. Crucifixio Christi sanctissima DEI jura non minus, quam* æqualem *erga omnes homines* benignitatem *in aprico posuit.* E. B.

toria, ostensa est Dei justitia, cum vindicta adversus peccatum ipsum, *ut esset ipse justus*, & cum zelo pro peccatoris liberatione, *ut esset ipse justificans*. cujus idcirco vindictæ zelique frequentissima in prophetis, præsertim in Esaja, v. gr. c. IX. 6. LXI. 2, mentio est. Et διὰ, *propter* illam *praetermissionem in tolerantia Dei*, opus fuit aliquando fieri *demonstrationem justitiae*.

¶ προγεγονότων) quæ *facta* fuerant, *antequam* Christi sanguine expiarentur. conf. iterum Hebr. IX. 15.

26 ἐν) *in*, notat *tempus tolerantiae*. antitheton, *in praesenti tempore*, ubi etiam τὸ νῦν *praesens* respondet τῷ πρὸ *ante* in προγεγονότων.

¶ εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν δίκαιον καὶ δικαιοῦντα, *ut esset ipse justus & justificans*) Iustitia Dei non modo apparuit, sed revera se exercuit in sanguine Christi. conf. v. præc. not. αὐτὸν, *ipse*, in antitheto ad *justificandum*. Summum hîc habetur paradoxon evangelicum. nam in lege conspicitur Deus *justus* & *condemnans*: in evangelio, *justus* ipse & *justificans* peccatorem.

¶ τὸν ἐκ πίστεως) *eum*, qui *ex fide* est. conf. *ex*, cap. II. 8. *)

27 πῦ, *ubi*) Particula victoriosa. 1 Cor. I. 20. XV. 55. conf. 2 Petr. III. 4.

¶ ἡ καύχησις, *gloriatio*) judaica, præ gentibus, erga Deum. c. II. 17 f. IV. 2. Gloriari potest, qui dicere potest: talis sum, qualis esse debeo, justitiæ & vitæ compos. Eam gloriationem Iudæi quærebant in se ipsis.

¶ διὰ ποίου νόμου) subaudi, ἐξεκλείσθη ἡ καύχησις; vel potius, *per quam legem res perficitur*? Similis ellipsis, c. IV. 16.

¶ ἐχὶ, *non*) Etiamsi quis ex lege haberet justitiam & mercedem, tamen ad Deum gloriari non posset: conf. Luc. XVII. 10: nunc, nullâ ex lege justitiâ, multo minus loci manet gloriationi; & per legem fidei multo magis, quam per legem operum excluditur gloriatio.

¶ νόμου πίστεως, *legem fidei*) Opportuna catachresis vocabuli *lex*. est hæc etiam *lex*, quia instituti divini, cui debetur *subjectio*. c. X. 3.

28 λογιζόμεθα γὰρ) Γὰρ pro ὃν. hoc sensu: hæc hactenus. voluimus *enim* probatum dare, *fide &c.* Plerique ὃν. sed id ex v. 27 repetitum videtur; & γὰρ servit argumento, quod contra gloriationem, ex justificatione per fidem v. 22, nunc deducitur.

¶ πίστει, *fide*) Luth. *allein durch den glauben. sola fide*, vel potius, *tantum fide*; ut ipse explicat T. V Ien f. 141. Arithmetice sic fit demonstratio:

In quæstionem veniunt duo:	
fides & opera.	2.
excluduntur opera.	1.
supersit fides sola.	1.

Vno de duobus subtracto, remanet unum. [*coll. c. XI. 6.*]

Ita plane μόνον, *tantum*. v. 29. ita μόνου, ex sensu, addidere LXX, Deut. VI. 13. coll. Matth. IV. 10. Vulgatus, *solum*, Iob XVII. 1. &c. πίστει μόνῃ, *sola fide*, Basil. hom. 22 de Humil. quid? de hac ipsa re loquens Iacobus, & abusum dogmatis Paulini refutans, μόνον, *tantum*, addit. c. II. 24. [*Et* volumina *sane prostant eorum testimoniis referta, qui vocula*, allein, *usi sunt ante Lutherum*. V. g.] Per ipsam fidem justificatio fit, non quatenus est fides, sive opus legis, sed quatenus fides Christi, Christum apprehendens, i. e. quatenus aliquid

*) *Lata* πίστεως *significatio, quæ omnem* μετάνοιαν *inuoluere creditur, Pauli doctrinæ h. l. non est consentanea: qui dum gratiam solam fidei objectum ponit & opera omnia excludit, etiam amorem & reliquos habitus sanctos a fide distinguere jubet.* E. B.

aliquid seorsum habet a Legis operibus. Gal. III. 12. [*Caue tamen finistre rem accipias. Sola fides justificat: at nec est nec manet sola. Intrinsecus operatur et extrinsecus.* V. g.]

¶ ἄνθρωπον) אישׁ *quemvis*, Iudæum & Græcum. coll. v. seq. Sic ἄνθρωπος, *homo*, 1 Cor. IV. 1.

29 ναὶ καὶ ἐθνῶν, *imo etiam gentium*) [-*Lege quamlibet carentium*, V. g.] ut natura docet, & vaticinia V. T.

30 ἐπείπερ, *si quidem*) Infert, si justificatio sit ex lege, gentes non posse justificari, lege carentes: quæ tamen etiam Deo gaudeant justificatore. c. IV. 16.

¶ εἷς) εἷς, ὁ θεὸς, *unus*, nempe, *Deus*. ex *unus* pendet *qui*.

¶ δικαιώσει, *justificabit*) Futurum, ut passim. c. I. 17. III. 20. V. 19. 17. 2 Cor. III. 8. ideo expresse, μέλλοντος, c. V. 14. μέλλει, IV. 24. Loquitur Paulus tanquam per prospectum e V. T. in Novum. Huc spectant illa, *providens*, Gal. III. 8. *promissionem*, ib. v. 14. *spem*, ib. cap. V. 5. Sic Iohannes dicitur *venturus*, Matth. XI. 14. XVII. 11. *futura ira*, Matth. III. 7: ubi prodromi sermo est, præsupponens comminationes.

¶ ἐκ-διὰ, *ex-per*) Iudæi pridem in fide fuerant: Gentiles fidem ab illis recens nacti erant. Sic *per*, v. 22. Eph. II. 8. *ex*, passim. Eandem particularum differentiam omnino conferre par est cap. II. 27, differentiam rei, c. XI. 17 f.

¶ διὰ τῆς) Non dicit, διὰ τὴν πίστιν. non *propter fidem*, sed *per fidem*.

31 νόμον, *legem*) Similis declaratio hæc est declarationi Domini, Matth. V. 17.

¶ ἱστῶμεν, *statuimus*) dum id tuemur, quod lex testatur, v. 20. 21, & dum ostendimus, quomodo legi vere satisfiat, per Christum.

CAP. IV.

1 Τί ἐν, *quid ergo*) Ex Abrahami exemplo probat 1. justificationem gratuitam, 2. etiam gentibus paratam. v. 9.

¶ τὸν πατέρα ἡμῶν, *patrem nostrum*) Fundamentum consequentiæ ab Abrahamo ad nos.

¶ εὑρηκέναι) *invenisse*. Dicitur de re nova, Hebr. IX. 12. Significatque Paulus, viam fidei esse antiquiorem Abrahamo; & Abrahamum, in quo facta est secessio circumcisionis a gentibus, esse primum, cujus exemplum, si cujusquam, videretur adducendum pro operibus: idemque tamen ostendit, id ipsum multo magis militare pro fide. Atque ita rem confirmatam argumentis, deinceps confirmat exemplis.

¶ κατὰ σάρκα, *secundum carnem*) Nusquam dicitur *Abraham pater noster secundum carnem*. Ergo non construitur cum *patrem*. *) nam το *secundum carnem* in mentione duntaxat patrum additur, ubi de Christo agitur, c. IX. 5, & Abraham mox v. 11 ostenditur pater credentium etiam eorum, quorum ille non secundum carnem pater est. Itaque constr. *invenisse secundum carnem*. Ipsi quæstioni inserit Paulus aliquid ad respondendum faciens, ne vel momentum relinquat Iudaicæ justitiæ & gloriationi adversus Deum.

2 εἰ, *si*) Particula ægre concedens.

¶ γὰρ, *enim*) Causa post propositionem, & cur v. 1 limitarit, *invenisse, secundum carnem*. q)

¶ πρὸς)

*) *Idem contra Interpretem anonymum Ep. ad Rom. d. A. 1764 obseruauit cel. D.* Ernesti *Bibl. th. T. V. p. 605.* E. B.

q) ἐξ ἔργων, *ex operibus*] Abrahamus ante Legem fuit: hinc nullam Legis mentionem Paulus v. 1-12 infert. *V. g.*

¶ πρὸς) *ad. Non ad Deum ex operibus justificatus est*, adeoque *non ad Deum habet gloriationem*, sed utrumque *secundum carnem.*

3 γὰρ, *enim*) Refertur hoc ad *sed non.*

¶ ἡ γραφὴ, *scriptura*) Eleganter, *scriptura.* non dicit h. l. *Moses.* conf. c. X. 5.

¶ ἐπίστευσε δὲ ἀβραὰμ κτλ.) Gen. XV. 6. LXX, καὶ ἐπίστευσεν ἄβραμ κτλ. *credidit*, promissioni de semine copioso, & præcipue de semine Christo, semine mulieris, in quo omnes promissiones sunt ita & amen, & propter quem semen copiosum erat optatum.

¶ ἐλογίσθη) λογίζεσθαι, numerare, æstimare, ducere, censere. notat h. l. actum voluntatis benignæ. Magna vi frequentatur hoc loco. ἐλογίσθη, passivum, ut λογίζεται, v. 4. 5. *ductum est.* Hebr. *duxit ei* eam, scilicet *rem*, sive *fidem.* nam hoc subauditur ex verbo proximo, *credidit.*

¶ εἰς) Sic c. II. 26. Act. XIX. 27 not.

4 δὲ) *atqui.* Removet Paulus contrarium; ut v. seq. concludat ad illum, qui non operibus nititur, evincatque, Abrahamum non fuisse *operantem.*

¶ ἐργαζομένῳ, *operanti*) si quis revera talis esset. Vtrumque, *operanti* & *non operanti*, reduplicative sumendum. *operari* & *merces* in Hebr. פעל sunt conjugata. [*Operans h. l. dicit eum, qui operibus* omnia præstat, *quae Lex desiderat.* V. g.]

¶ μισθὸς, *merces*) Antitheton, *fides.*

¶ ὀφείλημα, *debitum* intercedente contractu. Correlata: *meritum* stricte dictum, & *debitum.*

5 τὸν ἀσεβῆ, *impium*) Hoc ostendit excellentiam fidei, quæ statuit, impium justificari. c. V. 6. Conf. & expende cap. hujus v. 17 fin. Vert. *eum qui impius est.* Iustificatio individualis. Efficacissime ostendit hoc verbum, Paulo sermonem esse vel maxime de *morali* lege, cujus operibus nemo justificetur.

¶ κατὰ τὴν πρόθεσιν τῆς χάριτος τοῦ θεοῦ.) *Secundum propositum gratiae Dei*, habet Lat. interpres vetustiss. & inde *Hilarius* Diac. Scholiastes apud *Hieronymum* &c. Id maxime convenire, Beza agnoscit. Etenim apertum est antitheton: *non secundum gratiam, sed secundum debitum:* &, *secundum propositum gratiae Dei.* Facilis Græcorum librariorum saltus a κατὰ ad καθάπερ. Interjecto inter editionem Apparatus Gnomonisque tempore, sine inconstantia, ad hoc incisum amplectendum, non invito *Beza*, progressus sum: intercedit cel. *Baumgartenius.* Ego meas indicavi rationes, ille suas. Iudicent, qui possunt. Sane *opera* & πρόθεσιν, *propositum* opponit Paulus invicem, & quidem tum, quum definite de certis subjectis credentibus, ut h. l. de Abrahamo, agitur.

6 καὶ, *etiam*) post legem datam per Mosen.

¶ δαυὶδ, *David*) Perappositе post Abrahamum introducitur David: quia uterque in Messiæ progenitoribus promissionem susceptit & propagavit. Mosi nulla directa promissio data est de *Messia:* quia hic ei opponitur, neque ex Mosis stemmate prognatus est.

¶ λέγει τὸν μακαρισμὸν) *eloquitur illud beati praeconium.* μακαρίζω, *beatum dico.* construendum, λέγει *eloquitur sine operibus*, i. e. David, rationem salutis homini tribuendæ enumerans, nullam plane mentionem facit operum. Efficax persæpe est argumentum a silentio Scripturæ. Atqui David, inquis, continuo addit: *nec est in spiritu ejus dolus.* quod tantundem est ac opera allegare. Resp. Non tantundem est. Additamentum hoc non est pars subjecti describendi, sed pars prædicati. quanquam ne tum quidem meritum operum statueretur: neque enim fur, qui delictum fatetur nec dolose id negat, ea sua confessione veniam delicti meretur. Sensus vero est: *beatus vir cui non imputavit Dominus peccatum:*

tum: beatus est, *nec est in spiritu ejus dolus.* i. e. de re sua, de remissione peccatorum suorum, certus est. licet ei bene confidere: *spiritus* ejus, cor ejus eum non fallit, ut esset tanquam קשת רמיה *arcus dolosus*, Ps. LXXVIII. 57. Etiam *Pinehasi* factum ei ad justitiam imputatum fuit, Ps. CVI. 31; non vero ex intuitu operis, sed erat quasi mera fides. Nec videre quicquam aliud nec audire videbatur præ mero zelo, ut honorem Dei sui tueretur.

7 ἀφέθησαν κτλ.) Sic LXX, Ps. XXXII. 1. Synonyma: ἀφιέναι, ἐπικαλύπτειν, οὐ λογίζεσθαι, ut peccatum commissum habeatur pro non commisso.

8 ᾧ, *cui*.) Vim habet transitus a plurali v. præc. ad singularem, h. v. sicut etiam expressior *viri* & *Domini* mentio accedit.

9 ὁ) Complectitur Paulus, quæ modo de Abraham & de David dixit.

¶ περιτομὴν) *num super circumcisionem* solam, per se, præcise? *an etiam super praeputium?*

¶ λέγομεν, *dicimus*) v. 3.

10 πῶς, *quomodo*) Id plus valet, quam *quando*.

¶ οὐκ ἐν περιτομῇ, *non in circumcisione*) Nam justificatio describitur Gen. XV. circumcisio, Gen. XVII.

11 σημεῖον, *signum*) Ipsa circumcisio signum erat, nota scilicet corpori indita: & *signum circumcisionis* dicitur, uti *dormitio somni*, Ioh. XI. 13, &, *virtus pietatis*, id est, pietas virtus.

¶ ἔλαβε, *accepit*) obsequiose.

¶ τῆς ἐν τῇ) τῆς constr. cum πίστεως. coll. vers. seq.

¶ δι' ἀκροβυστίας) διὰ, *cum*, uti c. II. 27.

11, 12 πατέρα) constr. *ut esset ipse pater omnium credentium cum praeputio, - & pater circumcisionis.* Correlata, *pater* & *semen.*

12 περιτομῆς, *circumcisionis*) Abstractum pro concreto, *circumcisae gentis.*

¶ τοῖς) Hebr. ל v. *Nold.* hac partic. n. 30. 10. 15. 19. 22. Vulgo, *quoad.* sic τοῖς, 1 Ioh. V. 16. Luc. I. 50. 55. LXX, 1 Chron. XIII. 1: μετὰ τῶν ἀρχόντων κτλ. παντὶ ἡγουμένῳ. adde 2 Chron. XXXI. 2. 16. Num. XXIX. 4.

¶ οὐκ - μόνον) Qui ergo tantum ex circumcisione sunt, neque etiam fidem Abrahæ sequuntur; his Abrahamus non est *pater circumcisionis.*

¶ ἐκ περιτομῆς, *ex circumcisione*) *Ex* plus valet, quam *in. Circumcisio* saltem signum erat, *praeputium* ne signum quidem.

¶ ἀλλὰ καὶ τοῖς) Sic v. 16.

¶ ἴχνεσι, *vestigiis*) Vestigia fidei opponuntur vestigiis circumcisionis externæ. non est via a multis trita, sed vestigia sunt, aperta tamen.

13 οὐ γὰρ διὰ νόμου ἡ ἐπαγγελία, *non enim per legem promissio*) Hoc in terminis patet: & promissio data erat ante legem. *per legem*, i. e. *per justitiam legis:* sed non voluit Paulus mentionem justitiæ & legis connectere.

¶ ἢ τῷ σπέρματι, *aut semini*) Fundamentum consequentiæ ab Abrahamo ad fideles omnes.

¶ τοῦ κόσμου, *mundi*) eoque *omnium* conf. 1 Cor. III. 21. *Heres mundi* idem est quod *pater omnium gentium*, benedictionem accipientium. *) Totus *mundus* promissus

*) *Itaque non opus est eâ vocis* κόσμος restrictione, *quâ Eruditorum aliquis verba* κληρονομεῖ τὸν κόσμον, *per hebraismum, de possessione in* terra Canaan *intelligi debere existimat, recensente D.* Ernesti, *Bibl. th. T. IX. p. 687. Videlicet voc.* γὰρ *in nexu suo cum v. 12 considerata haut obscure innuit, Apostolum eam promissionem, quae Gen. XV exstat, non de sola terrae Canaan possessione intellectam velle, sed de tali hereditate, quae* spiritualis *simul* posteritatis (*coll. v. 17*) *amplitudinem complectitur. Neque obstat, quod in* Vers. germ. *b. Auctor notavit*, in universo mundo Abrahami

missus est Abrahæ & semini ejus per totum mundum conjunctim. Abrahamo obtigit terra Canaan, & sic aliis alia pars: atque corporalia sunt specimen spiritualium. Christus heres mundi, & omnium, Ebr. I. 2. II. 5. X. 5. Ap. XI. 15, & qui in eum credunt Abrahæ exemplo. Matth. V. 5 not.

14 *εἰ*, *si*) Promissio & fides rem conficit: nec tanquam homogeneum quiddam legem debemus addere.

¶ *οἱ ἐκ νόμου*, *ii qui ex lege* sunt) Hæc phrasis leniore sensu recurrit v. 16.

¶ *κεκένωται - κατήργηται*, *inanis facta - abolita est*) Synonyma, sed non permutanda. conf. Gal. III. 17. 15. Oppositum: *firma*. v. 16. Fides *recipit* plenitudinem bonorum: ergo in contrario dicitur *inanis* fieri, cassari.

¶ *πίστις - ἐπαγγελία*, *fides - promissio*) Correlata; ordine retrogrado convenienter posita in deductione ad absurdum.

15 *νόμος*, *lex*) Bis ponitur: primo, cum articulo, definite; deinde indefinite.

¶ *ὀργὴν*, *iram*) non *gratiam*. v. seq. Itaque *lex* non est *promissionis* & *fidei*.

¶ *οὐδὲ παράβασις*, *ne transgressio quidem*) Non dicit: *ne peccatum quidem*. conf. c. V. 13. II. 12. *delictum*, c. V. 20, & *transgressio* expressius refertur ad legem, quæ violatur. Transgressio iram concitat.

16 *ἐκ πίστεως*, *ex fide*) Ita *ex*, cap. III. 30. V. 1. Subaudi, *hereditas*, coll. v. 14.

¶ *ἐκ τοῦ νόμου*, *ex lege*) Sic, *ex circumcisione*. v. 12, ubi ad *ex circumcisione* pertinet *non solum*, sed hoc versu *non solum* pertinet ad *τῷ ἐι*, *qui*.

r) 17 *ὅτι - τεθεικά σε*) Sic LXX, Gen. XVII. 5. Constructio, *τέθεικά σε, κατέναντι - θεοῦ*, similis est illi: *ἵνα εἰδῆτε, ἆρον*. Matth. IX. 6. conf. Rom. XV. 3. Act. I. 4.

¶ *κατέναντι - θεοῦ*, *coram Deo*) quum coram hominibus nondum exstarent illæ gentes.

¶ *οὗ*) id est, *κατέναντι θεοῦ, ᾧ ἐπίστευσε*.

¶ *ζωοποιοῦντος*, *vivificante*) Hebr. XI. 19 not. Mortui non sunt Deo mortui: etiam quæ non sunt, Deo sunt.

¶ *καλοῦντος*, *vocante*) Nondum exstabat semen Abrahæ, & tamen Deus dixit: Semen tuum sic erit. Multiplicatio seminis præsupponit existentiam seminis. v. gr. Centurio servo, in rerum natura versanti, ait: fac. sed Deus luci, dum ea non est, sic, quasi ea esset, ait: prodi, *γενοῦ*. Cogita frequens illud יהי Gen. I. exprimitur transitus a *non esse* ad *esse*, qui fit *vocante* Deo. conf. Ez. XXXVI. 29.

18-21 *ὃς*, *qui*) Ostendit Paulus, fidem non esse rem tenuem, cui justificationem adscribat, sed vim eximiam.

18 *παρ' ἐλπίδα ἐπ' ἐλπίδι ἐπίστευσεν*, *præter spem in spe credidit*) Una eademque res & *fide* & *spe* prehenditur: *fide*, ut res, quæ vere edicitur; *spe*, ut res læta, quæ certo & fieri potest & fiet. *præter spem* rationis, *in spe* promissionis *credidit*. *παρὰ* & *ἐπὶ*, *præter* & *in*, particulæ oppositæ, insigne oxymoron reddunt.

¶ *ἕτως*, *sic*) sicut stellæ. Gen. XV. 5. LXX quoque: *ἕτως - ὅτι*. Conf. Gal. III. 8 not.

19 *μὴ ἀσθενήσας*, *non infirmatus*) Ratio præbere poterat infirmitatis causas.

¶ *ἑαυτοῦ - σάρρας*, *suum - Sarae*) Senectus utriusque conjugis, alterius etiam prævia sterilitas, auget rem, & ortum Isaaci

semen diffusum esse: *nam ea ipsa propagatione fidei, quæ per Israëlitas ad gentes etiam transiit, posteritas Abrahami spiritualis mundum occupavit, atque occupabit etiam ulterius*. E. B.

r) *πατὴρ πάντων ἡμῶν*, *noster omnium pater*] Inde est, quod, utut Christus *Dauidis filius* dicatur, fideles tamen non Dauidis filii audiunt, sed Abrahami. *V. g.*

Isaaci miraculosum comprobat. Docet series historiæ, Saram nonnisi cum Abrahamo conjunctam peperisse Isaacum. Novus corporis vigor etiam mansit in matrimonio cum Ketura.

¶ ἑκατονταέτης πω, *quum annos haberet circiter centum*) Post Semum, nemo centum annorum generasse Gen. XI legitur.

20 εἰς, *in*) Promissio erat basis fiduciæ.

¶ οὐ διεκρίθη, *non dubitavit*) *Dubitatio* quid sit, patet ex opposito, *corroboratus est.* Notandum contra dubitationem.

¶ δοὺς, *dans*) Arcte cohærent hæc, *dans gloriam Deo, & certus.*

¶ δόξαν) *gloriam* veritatis, (oppositum notatur 1 Ioh. V. 10 in eo, qui non credit:) & potentiæ.

s) 23 δι' αὐτὸν, *propter illum*) multo ante defunctum.

¶ ὅτι) *quod.*

24 t) ἐγείραντα, *eum qui excitavit*) Conf. v. 17, *vivificante mortuos.* Fides Abrahami ferebatur in id, quod futurum esset & fieri posset: nostra in id, quod factum est. utraque, in Vivificatorem.

25 παρεδόθη, *traditus est*) Sic LXX, Es. LIII. 12, καὶ διὰ τὰς ἀνομίας αὐτῶν παρεδόθη. *traditus*, in mortem. Deus Christo mortem non dicitur inflixisse; tametsi ei *dolores* inflixit: sed Christum *tradidisse;* vel Christus, *mortuus.* c. VIII. 34. Rem ipsam non nego: vid. Zach. XIII. 7. sed locutiones ita se habent, ut magis exprimatur *passio* a Patre injuncta Christo, tum *mors* a Christo exantlata obedienter.

¶ δικαίωσιν, *justificationem*) Verbale. Diff. a δικαιοσύνη, *justitia.* Fides ex resurrectione Christi fluit, adeoque etiam justificatio. Col. II. 12. 1 Petr. I. 21. Ratio sub qua in Deum credimus: quia resuscitavit I. C. Nec tamen nos non justificat obedientia I. C. & sanguis ipsius. vid. c. III. 25. V. 19.

CAP. V.

1 Δικαιωθέντες οὖν ἐκ πίστεως, *justificati ergo ex fide*) Hoc comma habet ἀνακεφαλαίωσιν, *summam praecedentium.* conf. *justificationem.* c. IV. 25.

¶ εἰρήνην, *pacem*) non jam *hostes*, v. 10, nec *iram* metuentes. v. 9. *Pacem habemus & gloriamur*, summa cap. V. VI. VII. VIII. [*Hinc tam frequenter Paulus* gratiæ *apponit* pacem V. g.]

¶ πρὸς, *ad*) *erga, versus.* Deus pace nos amplectitur.

¶ τὸν) Paulus plenam *Domini nostri Iesu Christi* appellationem inprimis ponit tractatione aliqua ineunte vel exeunte. v. 11. 21. VI. 11. 23: qui tamen versus arctius cohæret cum antecedentibus, quam cum consequentibus, quorum initio ponitur *fratres.*

2 προσαγωγὴν, *aditum*) Eph. II. 18. III. 12.

¶ ἐσχήκαμεν, *habuimus*) Præteritum, in antitheto ad *habemus.* v. 1. Justificatio est *aditus in gratiam: pax* est status permanentis in gratia, inimicitiam perimente. Ideo Paulus in salutationibus conjunctim solet dicere: *gratia vobis & pax.* conf Num. VI. 25. 26. Complectitur & *praeteritum* & *praesens*, & mox, de spe loquens, *futurum:* quare sic construe, *pacem habemus & gloriamur.*

¶ ἐν ᾗ, *in qua*) *Gratia* semper manet *gratia:* nunquam fit *debitum.*

¶ ἐσχήκαμεν, *fietimus*) stationem nacti sumus.

¶ καυ

s) V. 22. διὸ, *propterea*] quod scilicet gloriam DEO dedit. *V. g.*

t) δι' ἡμᾶς, *propter nos*] Abrahami exemplo excitandos. *V. g.*

¶ καυχώμεθα, *gloriamur*) novo ac vero modo. conf. c. III. 27.

¶ ἐπ' ἐλπίδι τῆς δόξης τοῦ θεοῦ, *super spe gloriae Dei*) Conf. ib. v. 23. c. VIII. 30. Iudæ v. 24. Christus in nobis, *spes gloriae*. Col. I. 27. Ioh. XVII. 22. Igitur *gloria* non est ipsa *gloriatio*, sed objectum ejus solidissimum de futuro.

3 καυχώμεθα, *gloriamur*) Constr. cum v. 11 not.

¶ ἐν ταῖς θλίψεσιν, *in afflictionibus*) Afflictiones in omni hac vita nos *morti*, non *gloriae* videntur tradere, & tamen non modo non sunt adversæ, sed spem adjuvant.

¶ ὑπομονὴν κατεργάζεται, *patientiam operatur*) scil. in fidelibus: nam apud infideles sequitur potius impatientia & apostasia. *Patientia* non discitur sine adversis: est non solum promti, sed etiam robusti animi ad perferendum.

4 ἡ δὲ ὑπομονὴ δοκιμὴν) Rursum, τὸ δοκίμιον τῆς πίστεως, ὑπομονήν. Iac. I. 3. Δοκιμὴ, non facile invenias, qui ante Paulum dixerit. δοκιμὴ est qualitas ejus, qui est δόκιμος. [-*qui per varios casus & rerum discrimina* probatus *est*. V. g.]

¶ δοκιμὴ ἐλπίδα, *probitas spem*) Hebr. VI. 9. 10. 11: ubi v. 10 est δοκιμὴ, *probitas*, v. 9 & 11 *spes*. Ap. III. 10.

¶ ἐλπίδα, *spem*) de qua v. 2 fin. In orbem redit oratio: & ad hoc totum pertinet ætiologia, *quia*. v. 5.

5 οὐ καταισχύνει, *non pudefacit*) Ταπείνωσις. id est, summam præstat *gloriationem*, nec fallet. spes erit res.

¶ ὅτι, *quia*) Præsens describitur versu 5-8. Inde spes in futurum infertur v. 9-11.

¶ ἡ ἀγάπη) *amor* εἰς ἡμᾶς *erga nos*: v. 8. ex quo speramus; est enim amor æternus.

¶ ἐκκέχυται, *effusus est*) abundantissime. Vnde hunc ipsum sensum, αἴσθησιν, habemus.

¶ ἐν ταῖς καρδίαις, *in cordibus*) non, *in corda*. Indicatur, Spiritum S. ipsum esse in corde fideli.

¶ διὰ, *per*) Causa describitur totius status præsentis, in quo Spiritus est arrhabo futuri. [*Prima haec est in hac tractatione* Spiritus sancti *mentio*. *Nimirum ad hunc usque terminum quum perductus est homo, operationem Spiritus sancti notanter denique sentit*. V. g.]

¶ δοθέντος) *datum*, per fidem. Act. XV. 8. Gal. III. 2. 14.

6 ἔτι, *adhuc*) Constr. cum ὄντων, *quum essemus*.

¶ γὰρ, *enim*) Exponitur amor ille Dei.

¶ ἀσθενῶν, *infirmis*) Ἀσθένεια est *infirmitas* illa animi pudefacti, (conf. init. versus 5.) quæ opponitur *gloriationi*: (conf. ad 2 Cor. XI. 30.) Antitheton habes v. 11. ubi hæc quoque periocha, cujus initio ponitur *infirmis*, in orbem redit. Infirmitatem, eamque mortalem, (conf. 1 Cor. XV. 43.) habebant

impii, *peccatores*, *inimici*,	quorum oppositum	*boni*: *justi*: *reconciliati*.

Vide, de infirmitate, & de robore gloriationis, Ps. LXVIII. 2 seqq. [*LXXI. 16, CIII. 3 5.*] Es. XXXIII. 24. cap. XLV. 24. 1 Cor. I. 31. Ebr. II. 15. adde parallel. verbal. 2 Cor. XI. 21.

¶ κατὰ καιρὸν ἀπέθανε, *secundum tempus mortuus est*) בעתה κατὰ καιρὸν, Es. LX. 22. Quum infirmitas nostra ad summum pervenerat, tum mortuus est Christus, eo tempore, quod præfinierat Deus, ita, ut nec citius nec serius moreretur, (conf. *in tempore, quod nunc est*. c. III. 26.) nec diutius in morte teneretur. Limitat Paulus; nec mortem Christi in hoc loco memorare potest, quin idem de DEI consilio & de resurrectione Christi cogitet. v. 10. c. IV. 25. c. VIII. 34. Non est otiosa

otiosa quæstio, cur Christus non venerit citius: vid. Hebr. IX. 26. Gal. IV. 4. Eph. I. 10. Marc. I. 15. XII. 6. perinde ut illa non est otiosa, cur lex non citius data sit. v. 14. *cf. n. Matth. 8, 29.*

7 δικαίου τοῦ ἀγαθοῦ) Masculina. coll. v. 6. 8. ut recte docet *Th. Gatakerus* lib. 2 Misc. c. 9. sed ita, ut mera synonyma esse putet. Vbi de proprietate locutionis & differentia verborum ambigitur, multum juvabit, si vel supponas aliquid tantisper vel transponas. Transpositis itaque h. l. vocabulis lege: μόλις γὰρ ὑπὲρ ἀγαθοῦ τις ἀποθανεῖται, ὑπὲρ γὰρ δικαίου τάχα τις καὶ τολμᾷ ἀποθανεῖν, suppone videlicet etiam, ἀγαθοῦ positum esse sine articulo. Illico perspicies incommodum, quod haberet hæc permutatio, apparebitque, & aliquam esse differentiam inter δίκαιον & ἀγαθὸν, & magnam inter δίκαιον & τὸν ἀγαθὸν, ubicunque illa deinceps reperiatur. Sane articulus sic positus Climaca efficit. Omnis bonus est justus: sed non omnis justus est bonus. *Greg. Thaumaturgus:* περὶ πολλοῦ καὶ ΤΟΥ παντός. *Chrysostomus:* μικρὰ ταῦτα καὶ ΤΟ μηδέν. Hebræis צדיק dicitur, qui officium legitimum præstat: חסיד qui etiam beneficium. Ille Græcis est δίκαιος, hic ὅσιος. conf. צדק & עניה Sophon. II. 3. at h. l. non habemus ὁσίου, sed τοῦ ἀγαθοῦ. Quare differentia illa vocum Hebraicarum rem non conficit. Id autem certum, uti ὅσιος, sic quoque ἀγαθὸς plus dicere, quam δίκαιος. *) (Vide Matth. V. 45, & ne ibi quoque mera esse synonyma putes, eandem illam adhibe transpositionem: videbis, *blandi* solis mentionem in *justos*, *utilis* pluviæ in *bonos* non ita convenire: item Luc. XXIII. 50.) Atque hoc loco digniorem, pro quo moriatur aliquis, Paulus judicat τὸν ἀγαθὸν, quam δίκαιον· suntque opposita, ἀσεβεῖς & ὁ ἀγαθὸς, *impii* & *bonus*, tum, δίκαιος & ἁμαρτωλοὶ, *justus* & *peccatores*. Quid igitur? δίκαιος, indefinite, dicitur *homo innoxius;* ὁ ἀγαθὸς, *omnibus pietatis numeris absolutus*, eximius, lautus, regalis, beatus, v. gr. pater patriæ.

¶ ὑπὲρ γὰρ) Sejungendi vim γὰρ h. l. ut sæpe, habet.

¶ τάχα, τις, καὶ, τολμᾷ· *forsitan*, *quis*, *etiam*, *audet*) Hæc singula amplificant id, quod v. 8 dicitur. τάχα (pro τάχισα) minuit affirmationem. τις, *aliquis*, plane indefinite ponitur, neque spectatur, utrum in statu iræ an gratiæ sit ille, qui pro justo aut pro Bono moriatur. καὶ, *etiam*, concessiva, ostendit, cur non simpliciter dicatur, *moritur*, quasi res quotidiana esset; sed dicendum potius esse, *audet mori*, quia magnum quiddam sit & insolitum. τολμᾷ, *audet*, quasi verbum auxiliare, respondet futuro tempori in *morietur. audet*, sustinet.

¶ ἀποθανεῖν, *mori*) Vis habere amicos quam certissimos? *bonus* esto.

8 συνίστησι) *commendat.* Elegantissimum verbum. Solent commendari nobis, qui antea ignoti erant nobis aut alieni. conf. *in medium descendit.* Hebr. VI. 17.

¶ δὲ, *vero*) Comparatio hæc præsupponit, tantum esse Dei amorem erga Christum, quantus est Dei amor erga sese. Ergo Filius est Deo æqualis.

¶ ἁμαρτωλῶν, *peccatoribus*) Non modo non *boni*, sed ne *justi* quidem eramus.

9 δικαιωθέντες, *justificati*) Antitheton: *peccatoribus.* v. 8.

¶ νῦν, *nunc*) *Recens* tum erat apud fideles memoria mortis I. C.

¶ ἀπὸ τῆς ὀργῆς, *ab ira*) quæ alioqui non

*) *Consentit S. R. D.* Moldenhauerus, *recensente atque approbante cel. D.* Ernesti, *Bibl. theol. T. VIII. p. 663.* E. B.

non desinit. qui non assequuntur gratiam, super eis manet ira.

10 εἰ, *si*) Sæpe εἰ, *si*, inprimis hoc & octavo capite hujus epistolæ, non tam conditionem denotat, quam consequentiam firmat.

11 καυχώμεθα, *gloriamur*) Tota oratio, a versu 3 ad 11, una constructione sumitur hoc modo, οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ καυχώμεθα ἐν ταις θλίψεσιν (εἰδότες - ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ) ἃ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ καυχώμεθα ἐν τῷ θεῷ κτλ. Sic *Colinaei* editio, *Barb.* 4. cod. mss. in colleg. prædicatorum apud *Basileam*, *Bodl.* 5. *Cov.* 2. *L. Pet.* 1. *Steph.* ια. *Æth. Arab. Vulg.* ut illud ipsum, οὐ μονον δὲ, ἀλλὰ καὶ καυχώμεθα, parenthesi longa interveniente, [*per epanalepsin*, Not. crit.] repetatur, & sententia per eam suspensa elegantissime dulcissimeque expleatur, hac apostoli, serius a nobis perspecta, constructione: *Pacem habemus, & gloriamur non solum super SPE gloriae Dei; sed etiam, in mediis tribulationibus, gloriamur*, inquam, *in Deo* ipso, *per Dominum nostrum Iesum Christum, per quem NVNC reconciliationem accepimus.* Recentiores plerique fecere, καυχώμενοι, ut si constructio esset, *reconciliati salvabimur, & gloriantes:* uti receptior habet lectio.

¶ ἐν τῷ θεῷ) *in Deo*, non *adversus Deum* c. IV. 2.

¶ τὴν καταλλαγὴν) *Reconciliationem* & liberationem ab ira insequitur gloriatio de amore, quæ plus dicit.

12 διὰ τοῦτο, *propterea*) Respicit totam tractationem superiorem: ex qua hæc infert apostolus, non tam digressionem faciens, quam regressum, de peccato & de justitia. Paulinæ methodi imitatione agendum primo est de peccato actuali, ex cap. II. seq. deinde retro de peccati ortu. De peccato illo, quod originale vocant theologi, Paulus minus expresse loquitur: sed enim ad demonstrandum reatum sufficit peccatum Adami; ad demonstrandam corruptionem habitualem sufficiunt fructus tristissimi plurimi. Et ex justificatione homo demum respiciens doctrinam capit de origine mali & reliqua. Specialem tamen nexum altera hæc pars cum priore hujus capitis habet. conf. *multo magis* utrinque regnans. v. 9 s. 15 s. namque ipsa *gloriatio* fidelium exhibetur. coll. v. 11 cum v. 21. Includitur hic quoque par ratio Iudæorum & Gentium, atque adeo omnium hominum.

¶ ὥσπερ, *sicut*) Protasis, quam continuat τὸ & *sic.* neque enim *sic etiam* subsequitur. Apodosis, variata oratione, latet in seq.

¶ ἀνθρώπῳ, *hominem*) Cur nihil de muliere? Resp. 1. Adamus mandatum acceperat. 2. caput erat non solum generis sui, sed etiam Evæ. 3. si Adamus non audisset vocem mulieris suæ, peccatum non veniisset ad plures. Porro, cur nihil de Satana, qui prima peccati causa est? Resp. 1. Satanas opponitur Deo; Adamus Christo. at hic œconomia gratiæ describitur, potius, ut est Christi, quam ut Dei. ideo Deus semel nominatur, v. 15, satanas nunquam. 2. Quid satanæ cum gratia Christi?

¶ ἡ ἁμαρτία - ὁ θάνατος, *peccatum-mors*) Duo mala distincta, de quibus Paulus deinceps copiose.

¶ εἰς τὸν κόσμον) *in mundum* hunc, qui dicitur genus humanum.

¶ εἰσῆλθε, *intravit*) esse cœpit in mundo. nam antea non fuerat extra mundum.

¶ καὶ διὰ, *& per*) Ergo mors non potuit intrare ante peccatum.

¶ καὶ οὕτως) *& sic*, scil. per unum hominem.

¶ εἰς) *in* omnes, penitus.

¶ διῆλθεν, *transivit*) semel *ingresso peccato*, quod initio non fuerat in mundo.

¶ ἐφ' ᾧ) Ἐφ' ᾧ cum verbo ἥμαρτον eandem

dem vim habet, quam διὰ, cum genitivo, τῆς ἁμαρτίας. Sensus: *per id, quod*, sive, *quia omnes peccarunt.* conf. ἐφ ᾧ, 2 Cor. V. 4, & mox ἐπὶ alterum, v. 14.

¶ πάντες) *cuncti.* non agitur de peccato singulorum proprio. omnes peccarunt, Adamo peccante: sicut omnes mortui sunt, salutariter, moriente Christo. 2 Cor. V. 15. Targum Ruth c. 4 fin. על *Propter consilium illud, quod serpens dedit Evae,* אתחייבו מיתא *rei facti sunt mortis omnes habitatores terrae.* Targum Eccl. c. 7 fin. *Fecerunt, serpens & Eva, ut irrueret in hominem dies mortis & in omnes habitatores terrae. Peccatum* est prius *morte:* sed *mortis universalitas* prius innotescit, quam *universalitas peccati.* Hæc ratio ordinis incisorum quatuor in hoc versu.

13 ἄχρι, *usque*) Peccatum in mundo erat, non modo post legem datam per Mosen, sed etiam toto ante legem tempore ab Adamo ad Mosen usque, quo tempore peccatores *sine lege peccarunt.* c. II. 12: par enim est ratio omnium ante Mosen & gentium deinceps: sed hoc peccatum proprie non fuit causa mortis: quia sine lege imputatio peccati nulla fit, & per consequens mors nulla est. conf. v. 20. Peccatum ab Adamo omnium malo admissum dicitur ἡ ἁμαρτία, bis, v. præc. nunc, hoc versu, peccatum in communi dicitur ἁμαρτία, sine articulo.

¶ οὐκ ἐλλογεῖται, *non imputatur*) Non est sermo h. l. de negligentia humana, quæ peccatum, sine lege, non curet: sed de judicio divino; quod peccatum sine lege non soleat venire sub censum, ne sub divinum quidem. Conf. ἐλλόγει *imputa*, Philem. v. 18 not. Itaque *peccatum* non notat scelera insignia, qualia Sodomitæ ante Mosis tempora luerunt; sed malum commune. Egregie docet Chrysostomus in h. l. Paulum hoc argumento demonstrare, ὅτι οὐκ αὐτὴ ἡ ἁμαρτία τῆς τῦ νόμυ παραβάσεως, ἀλλ' ἐκείνη ἡ τῆς τῦ ἀδὰμ παρακοῆς, αὐτὴ ἦν ἡ πάντα λυμαινομένη. καὶ τίς ἡ τέτυ ἀπόδειξις; τὸ καὶ πρὸ τῦ νόμυ πάντας ἀπολλύναι. *non id peccatum, quo lex violatur, sed illud, quo Adam inobediens fuit, omnem dedisse perniciem: nam etiam ante legem omnes esse mortuos.*

14 ἐβασίλευσεν, *regnavit*) Chrysost. πῶς ἐβασίλευσεν; ἐν τῷ ὁμοιώματι τῆς παραβάσεως ἀδάμ. *quomodo regnavit? in similitudine transgressionis Adam.* itaque, *in similitudine*, constituxit ille cum *regnavit.* ac possis subaudire, *regnavit, inquam.* conf. c. VI. 5. Morti adscribitur *regnum*, ut *robur.* Hebr. II. 14. Sane vix ullus rex tot subditos habet, quot vel reges mors abstulit. Immane regnum. Non est hebraismus. Imperat peccatum: imperat justitia.

¶ ἀπὸ - μέχρι, *ab - usque*) Triplex est œconomia circa totum genus humanum. 1. ante legem. 2. sub lege. 3. sub gratia. Ejus œconomiæ vim singuli homines experiuntur. cap. VII.

¶ καὶ, *etiam*) Particula indigitat speciem morientium, quibus præ ceteris parsura mors videri potuisset; adeoque universalitatem mortis confirmat. [*Non in eos tantum*, ait, *qui post Mosis aetatem multa peccata, ex Lege imputanda, commiserunt; sed in eos etiam, multo prius, qui non commisere talia peccata.* V. g.]

¶ ἐπὶ, *in*) Paradoxon, *dominata est mors in eos, qui non peccarant.* Talia amat Paulus in hoc mysterio. conf. v. 19. 2 Cor. V. 21. Rom. IV. 5.

¶ τὲς μὴ *) ἁμαρτήσαντας, *eos qui non peccarant*)

*) *Vocalem* μὴ antiquitus non adfuisse, sed post Nestorii & Pelagii demum foedam cauſſam, a majori episcoporum parte tam vehementer agitatam, illatam demum fuisse, *est qui perhibeat; cujus*

carant) Omnes quidem peccata commiserunt ab Adamo ad Mosen, quanquam alii fuere probi, alii flagitiosi: sed quia sine lege peccarunt, sine qua non reputatur peccatum, dicuntur *ii qui non peccarant*: Adam autem, *unus qui peccavit*, v. 16. Nota: si septem illa præcepta Noachi essent, quod dicuntur: Paulus *eos qui non peccarant* descripsisset ab Adamo ad Noachum, non ad Mosen.

¶ ὁμοιώματι, *similitudine*) Sicut Adamus, quum legem *transgressus est*, mortuus est: *pariter* etiam mortui sunt, qui non *transgressi sunt*, vel potius, qui non *peccarunt*. nam Paulus verba variat, de Adamo deque ceteris loquens. Conclusio hæc est: Quod homines ante legem mortui sunt, id accidit eis *super similitudine transgressionis Adam*, i. e. quia illorum eadem, atque Adami transgredientis ratio fuit: mortui sunt, propter alium reatum, non propter eum, quem ipsi per se contraxere, id est, propter reatum ab Adamo contractum. Sane unius lapsui mors multorum assignatur immediate. v. 15. Sic non negatur, cujusvis peccati stipendium esse mortem, sed ostenditur, primariam mortis causam esse peccatum primum. Hoc nos peremit: sicut latro post homicidium furatus punitur ob homicidium, nec tamen impune furatus est, furti pœna in pœnam homicidii confluente, sed ad homicidii pœnam vix æstimata.

¶ ἀδὰμ, *Adami*) In uno hoc versu ponitur nomen individui ἀδὰμ, in ceteris nomen appellativum, *homo*. Nomen autem *Iesu Christi*, Adami nomine obsivioni tradito, clare prædicatur. v. 15. 17.

¶ ὅς ἐστι τύπος τοῦ μέλλοντος) ὅς pro ὅ, *quae res*, genere congruit cum τύπος. *futurum*, τὸ μέλλον, in neutro dicitur. Hinc sermo in futuro, v. 17. 19. Hæc periocha a v. 12 implicite totam comparationem Adami I & II continet, quatenus inter se conveniunt: nam, quæ sequuntur, ad differentias pertinent. colligique ex protasi debet apodosis, hoc modo, ad v. 12. Pariter *per unum hominem* justitia *in mundum intravit*, & *per* justitiam vita: & *sic in omnes homines dimanavit* vita, *quia omnes* justificati sunt. Et ad v. 14: Omnes in vita regnabunt, *ad similitudinem* Christi, qui omnem obedientiam præstitit; *etiamsi* illi per se *non* implevere justitiam. Iterum Chrysostomus: πῶς τύπος; Φησὶν· ὅτι ὥσπερ ἐκεῖνος τοῖς ἐξ αὐτοῦ, καίτοιγε μὴ φαγοῦσιν ἀπὸ τοῦ ξύλου, γέγονεν αἴτιος θανάτου τοῦ διὰ τὴν βρῶσιν εἰσαχθέντος. οὕτω καὶ ὁ χριστὸς τοῖς ἐξ αὐτοῦ, καίτοιγε οὐ δικαιοπραγήσασι, γέγονε πρόξενος δικαιοσύνης, ἣν διὰ τοῦ σαρκὸς πᾶσιν ἡμῖν ἐχαρίσατο. διὰ τοῦτο ἄνω καὶ κάτω τοῦ ἑνὸς ἔχεται, καὶ συνεχῶς τοῦτο εἰς μέσον φέρει. *Quomodo typus? inquit: quoniam quemadmodum ille iis, qui ex ipso sunt, quamvis non ederunt de arbore, factus est auctor mortis propter comestionem inductae: sic etiam Christus iis, qui ex ipso sunt,*

jus critica fides *quantum valeat, obscurum esse iis nequit, qui* lites apocalypticas *nouissime obortas haut ignorant. Si vel maxime* Augustinus *fateatur*, plerosque *codices carere negatione: ex ea tamen confessione minime sequitur*, codices Augustini tempore scriptos inseruisse demum negationem; *immo vero pronum judicatu est*, aliquos *certe codices* Augustini ætate antiquiores *negationem exhibuisse. De* Cyrillo & reliquis testibus *vid.* App. crit. Ed. II. p. 325. Ratio, *cur aliqui* auderent ejicere, *in eo sita esse potest*, quod unius lapsui multorum mortem immediate assignari, *sensui humano prorsus est imperuium. Denique non tam eam* similitudinem, *quæ* inter nos & Christum *locum habere dicitur, quam eam, quæ* inter Christum & Adamum *intercedit, Apostolus hoc capite urget. Conf.* not. Gnom. *ad verba* ὅς ἐστι τύπος τοῦ μέλλοντος, *in fine.* E. B.

sunt, quanquam justitiam non praestiterunt, factus est conciliator justitiae, quam per crucem omnibus nobis donavit. Idcirco NVSQVAM NON urget Vnum, & identidem hoc in medium affert. Addatur hoc quoque: quemadmodum peccatum Adami, sine peccatis, quæ postea commisimus, mortem attulit nobis; sic justitia Christi, sine bonis operibus, quæ deinceps a nobis fiunt, vitam nobis conciliat: etsi, ut quodvis peccatum, sic quævis actio pia, convenientem accipit mercedem.

15 ἀλλ' οὐχ, *sed non*) Adamus & Christus, secundum rationes contrarias, conveniunt, in positivo; differunt, in comparativo. Convenientiam Paulus primum v. 12-14 innuit, protasi expressa, apodosi tantisper ad subaudiendum relicta. Deinde differentiam multo magis directe & expresse describit. differunt autem (1.) *lapsus* & *donum*, amplitudine. v. 15. (2.) ille ipse, a quo profectum est peccatum; & hic ipse, a quo profectum est donum, differunt potentia. v. 16. Atque hæc duo membra nectuntur per anaphoram, *non sicut*: v. 15. 16. & utrumque complectitur ætiologia v. 17. Denique hac differentia per modum προθεραπείας præmissa, comparationem ipsam per protasin & apodosin infert atque exsequitur, ratione effectus, v. 18, & ratione causæ. v. 19.

¶ τὸ παράπτωμα-τὸ χάρισμα, *lapsus-donum*) Summo studio observanda sunt hoc loco antitheta: ex quibus propria verborum apostolicorum significatio optime colligitur. mox hoc versu & deinde v. 17 *donum* synonymis exprimitur.

¶ οἱ πολλοὶ, *multi*) Hoc *omnes* connotat. etenim articulus habet vim relativam ad πάντας, *omnes*, v. 12. conf. 1 Cor. X. 17.

¶ ἡ χάρις, *gratia*) *Gratia* & *donum* differunt. v. 17. Eph. III. 7. *Gratia* opponitur *lapsui*: *donum* opponitur τῷ *mortui sunt*, estque *donum vitae*. Pontificii pro gratia habent, quod donum est: & quod gratiam, ut illi eam definiunt, consequitur, non habent pro dono, sed pro merito. At nulla est impensa nostra.

¶ ἐν χάριτι χριστῇ, *in gratia Christi*) Vid. Matth. III. 17. Luc. II. 14. 40. 52. Ioh. I. 14. 16. 17. Gal. I. 6. Eph. I. 5. 6. 7. Gratia Dei, est Gratia Christi; a Patre in Christum collata, ut in nos ea derivetur.

¶ τῇ τῇ) Articuli nervosissimi. Col I. 19. Præsertim τῇ cautissime additur. quod si abesset, quivis, opinor, illud *unius* pendere potius putaret a *donum*, quam a *gratia*. Nunc constat, Gratiam Dei & Gratiam Iesu Christi prædicari. conf. c. VIII. 35. 39 de amore.

¶ ἑνὸς ἀνθρώπου, *unius hominis*) Libenter Iesum Paulus (præ ceteris apostolis, qui Eum ante passionem viderant) *hominem* appellat, in hoc negotio. 1 Cor. XV. 21. 1 Tim. II. 5. Quis humanam Christi naturam excludat ab officio mediatorio? Paulus hoc versu, ubi nomen *hominis* Christo tribuit, Adamo non tribuit: & v. 19, ubi Adamo tribuit, Christo non tribuit. (conf. Hebr. XII. 18 not.) Scilicet non eodem tempore *humanitatem* & Adamus sustinet & Christus: & aut Adam nomine hominis indignum se fecit; aut nomen hominis vix satis dignum est Christo. Porro denominari solet Christus ab humana natura, ubi agitur de hominibus ad Deum adducendis; Hebr. II. 6 seqq. a divina vero, ubi agitur de adventu Salvatoris ad nos, & de præsidio, quod ipse nobis præstat adversum hostes. Tit. II. 13. Nulla hic Deiparæ mentio. quæ si sine macula fuit concipienda, non patrem, sed tantummodo matrem, habere debuit, uti is, quem peperit. [*Cohel. VII. 29.*]

16 καὶ, &) Sententia est hæc: *& non, sicut per unum, peccantem*, (judicium:) (sic per unum, justitiæ auctorem,) *donum*. id est, Ac non eadem est utrinque ratio.

¶ κρίμα, *judicium*) sc. *est*.

¶ ἐξ ἑνὸς, *ex uno*) sc. *lapsu*. nam sequitur antitheton, *ex multis lapsibus*. Vnus lapsus, unius hominis: multi lapsus, multorum. *)

17 τῷ ἑνὸς-διὰ τοῦ ἑνὸς, *unius-per unum*) Significantissima repetitio: ne peccata per singulos patrata videantur mortem potius peperisse.

¶ ἐβασίλευσε, *regnavit*) Sermo præteriti temporis ex œconomia gratiæ respicit in œconomiam peccati: ut mox *regnabunt*, futurum, ex œconomia peccati prospicit in œconomiam gratiæ & vitæ perennis. sic v. 19.

¶ τὴν περισσείαν) Diff. πλεονάζειν & περισσεύειν, ut *multum* in positivo & *plus* in comparativo. v. 20. *Abundantia* gratiæ, opponitur uni lapsui.

¶ λαμβάνοντες, *accipientes*) *Accipere* potest vel tanquam neutro-passivum reddi *empfangen*, *erlangen*, *kriegen*, vel active *annehmen*. Illud potius. Relatio tamen ad δωρεὰν, *donum* cum actu *sumendi* melius convenit. In justificatione homo agit aliquid: sed non justificat actus sumendi, quatenus est actus; sed illud quod sumitur sive apprehenditur. *donum* & *sumere* sunt correlata. Porro hoc verbum non adhibetur, ubi agitur de peccato; ex eadem ratione, qua fit, ut in morte non dicamur *regnare*, sed mors *regnavit*: vita vero regnat in nobis, 2 Cor. IV. 12, & nos in vita. h. l. Christus, regnantium rex. Conjuncta quoque *vitae* & *regni* mentio, Ap. XX. 4. *Vitae* appellatio repetitur ex c. I. 17, & sæpe recurrit mox v. 18. 21. & capp. seq.

18 ἄρα οὖν) ἄρα infert, syllogistice: οὖν concludit, fere rhetorice: non enim amplius, nisi in hoc & sequente versu, de hac materia agitur.

¶ ἑνὸς-ἑνὸς, *unius-unius*) Masculinum. patet ex antitheto, *omnes*. *unius* plerumque sine *hominis* positum, summa vi designat *unum* utrumvis.

¶ δικαιώματος-δικαίωσιν) Δικαίωμα est quasi materia δικαιώσει *justificationi* substrata, obedientia, justitia præstita. *Justificamentum* liceat appellare, ut ἐδαίωμα denotat firmamentum, ἔνδυμα vestimentum, ἐπίβλημα additamentum, μίασμα inquinamentum, ὀχύρωμα munimentum, περικάθαρμα purgamentum, περίψημα ramentum, σκέπασμα tegumentum, στήριγμα firmamentum, ὑπόδημα calceamentum, φρόνημα q. *sentimentum*, Gall. *sentiment*. Aristot. l. V Eth. c. 10 opposita statuit ἀδίκημα & δικαίωμα, atque hoc describit τὸ ἐπανόρθωμα τοῦ ἀδικήματος. id quod tantundem est atque *satisfactio*, vocabulum Socinianis immerito invisum. Exquisitam verborum proprietatem Schematismus exhibet:

A. B. C. D.
v. 16. κρίμα, κατάκριμα· χάρισμα, δικαίωμα.
A. B. C.
v. 18. παράπτωμα, κατάκριμα· δικαίωμα.
D.
δικαίωσις ζωῆς.

In utroque versu A & B συστοιχεῖ, itemque C & D. sed A & C ἀντιστοιχεῖ, itemque

*) Pluralis *iste quâ clarissime ostendat*, Paulum hic non agere de peccato originali, quasi unquam existat sine peccatorum aliorum satellitio, (*quod recentiorum nonnemini Postulatum est*) *equidem fateor me non perspicere. Nimirum* & originali peccato, & actualibus *PRÆTEREA* singulorum lapsibus *mederi* donum in Christo, *distincte Apostolus docet*. Multa *nimirum sunt* peccata actualia, *quæ non* [illegible] consequens necessarium *peccati primi considerandi sunt* (*alioquin omnis actionum nunc moralitas cessaret*): *at* nullum *est peccatum, sive originale audiat sive actuale, cujus condonatio & sublatio non haberi debeat pro* mero χαρισματος effectu. *Ergo major est* τῆ χαρίσματος, *quam* τῆ κρίματος *potentia*. E.B.

que B & D. Versu 16 describitur negotium ex parte Dei: v. 18 describitur ex parte Adami & Christi: idque in œconomia peccati minore verborum varietate, quam in œconomia gratiæ. δικαίωσις ζωῆς est declaratio divina illa, qua peccator, mortis reus, vitæ adjudicatur, idque jure.

19 παρακοῆς) παρὰ in παρακοὴ perquam appositе declarat rationem initii in lapsu Adami. quæritur: quomodo hominis recti intellectus aut voluntas potuit detrimentum capere aut noxam admittere? Resp. Intellectus & voluntas simul labavit per ἀμέλειαν· neque quicquam potest prius concipi, quam ἀμέλεια *incuria*, sicut initium capiendæ urbis est vigiliarum remissio. Adam seductus διὰ ῥᾳθυμίαν, *propter levitatem animi*, ut ait *Chrysost.* Homil. XXVII. in Gen. & copiosе Hom. LX in Matth. πόθεν ἠθέλησεν ὁ ἄνθρωπος παρακοῦσαι θεοῦ; ἀπὸ ῥᾳθυμίας κτλ. *unde voluit homo inobediens esse Deo? a levitate animi &c.* Hanc incuriam significat παρακοὴ, *inobedientia*. Oppositum est h. l. ὑπακοὴ, *obedientia*, ex quo egregium de obedientia activa argumentum fluit: sine qua satisfactio Christi non posset appellari *obedientia*. quare toties ut ἄμωμος *irreprehensibilis* laudatur.

¶ κατασταθήσονται, *constituentur*) *Aliud est* justum constitui, *etiam ubi de imputatione sermo habetur, aliud* justificari: *cum illud justificationis fundus & fundamentum existat, & justificationem veram, cui substernitur, necessario praecedat. justus enim quis existat prius necesse est, quam possit vere justificari. Utrumque autem istud a Christo habemus. nam & satisfactionis Christi meritum homini ex se injusto imputatum, justum eundem jam constituit, quum justitiam ei conciliet, qua justus sit; & justitiae hujus virtute, quae merito illo comparatur, justificatur necessario, ubi id opus fuerit: h. e. jure merito absolvitur, qui hac ratione justus extat.* Thom. Gataker. Diss. de novi instr. stylo, cap. 8. Recte. Apostolus tamen, ut in clausula, talem justorum *constitutionem* videtur prædicare, quæ justificationis actum subsequatur, & verbo *inveniri* includitur. Phil. III. 9. coll. Gal. II. 17.

¶ οἱ πολλοὶ, *multi*) *omnes homines.* v. 18. 15.

20 νόμος, *lex*) Sublimitati servit articulus prætermissus.

¶ παρεισῆλθε) *subintravit*, per Mosen. v. 14. Antitheton, *intravit*, v. 12. Peccatum, lege antiquius.

¶ πλεονάσῃ, *abundaret*) c. VII. 7 ss. Peccatum sine lege non reputatur: subingressa lege, peccatum ut *abundans* apparuit. Ante legem vero lapsus Adami pro causa mortis haberi debuit.

¶ τὸ παράπτωμα, *lapsus*) Subaudi, καὶ ἡ ἁμαρτία, *& peccatum.* Ad peccatum Adami collata omnia hominum peccata sunt quasi stolones: illud est radix. Ἁμαρτία, in singulari, spectatur ut pestis latissime dicta, complectiturque omnia etiam actualia παραπτώματα, v. 16.

¶ ἡ ἁμαρτία, *peccatum*) sive *lapsus & peccatum.* differunt enim. vid. not. ad v. 14. *peccatum*, singulari numero. Ioh. I. 29.

¶ ὑπερεπερίσσευσεν, *superabundavit*) Victi victorem vincens tertius utroque melior est. Hominem vicit peccatum: peccatum vincit gratia. ergo Gratiæ vis maxima.

21 ἐν τῷ θανάτῳ - εἰς ζωὴν, *in morte - in vitam*) Differentia particularum ἐν & εἰς. mors habet metam ac terminum: vita est perennis & divinitus intenta. Mors non dicitur æterna: vita dicitur æterna. c. VI. 21 ss.

¶ ἡ χάρις βασιλεύσῃ, *gratia regnaret*) Gratia igitur quasi nullum, id est, brevissimum habuit regnum ante lapsum. Credibile

dibile est, Adamum non multo post, quam creatus erat, peccasse.

¶ ἰησ, *Iesum*) Iam ne memoratur quidem Adamus: solius Christi mentio viget.

CAP. VI.

1 Ἐπιμενῶμεν; *permanebimus?*) Hactenus egit de praeterito & praesenti; nunc de futuro, verbis ad proxime praecedentia accommodatis, de pleonasmo gratiae. Hoc loco proponitur *continuatio* peccati: versu 15, *reditus* ad peccatum victum. Homo, gratiam nactus, potest huc illueve se vertere. In hac tractatione Paulus peccato tergum vertit.

2 ἀπεθάνομεν, *mortui sumus*) in baptismo & justificatione. *)

3 ἢ) *an?* Interrogatio disjunctiva.

¶ ἀγνοεῖτε, *ignoratis*) Doctrina de baptismo fuit omnibus cognita. Formula recurrit c. VII. 1. cui respondet illa, *annon nostis?* v. 16. c. XI. 2, & 1 Cor. passim. *Ignorantia*, multum officit: scientia non sufficit.

¶ ὅσοι, *quicunque*) Nemo Christianorum jam tum non baptizatus erat.

¶ ἐβαπτίσθημεν) *baptismum admisimus.* Aptissima huic loco *Baptismi* mentio. haec enim, quae hactenus descripsit apostolus, emensus sit oportet dignus Baptismi candidatus adultus. Paulus fere in solennioribus epistolis ad ecclesias (Rom. Cor. Gal. Eph. Col.) missis, quarum initiis apostolum se nominat, *Baptismum* citat: in familiarioribus, (Phil. Thess.) eum praesupponit.

¶ εἰς) *in.* Ratio, sub qua baptizati sumus.

¶ χριστὸν ἰησοῦν, *Christum Iesum*) Christi nomen hîc praeponitur, quia id hîc magis spectatur. v. 4. Gal. III. 27.

¶ εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ, *in mortem ejus*) Qui baptizatur, induit *Christum* Adamum secundum; in Christum, inquam, totum, adeoque etiam in mortem ejus baptizatur: & perinde est, ac si eo momento Christus pro tali homine, & talis homo cum Christo pateretur, moreretur, sepeliretur.

4 συνετάφημεν, *una sepulti sumus*) Sepulturae Christi fructus. Mersio in baptismate, vel certe aqua superfusa, sepulturam refert: sepultura mortem ratam facit.

¶ εἰς, *in*) Constr. cum *baptisma.* coll. v. 3.

¶ ὥσπερ - οὕτω, *sicut - sic*) Sermo concisus. *sicut excitatus est Christus ex mortuis per gloriam Patris*, sic nos quoque resurgamus: & sicut Christus in gloria Patris, & in ea vita, ad quam resurrexit, regnat perpetuo, *sic & nos in novitate vitae ambulemus.*

¶ διὰ, *per*) *Per* de Patre etiam 1 Cor. I. 9 exstat. **)

¶ τῆς

*) *Explicationem hanc, qua ideò* mortui peccato *dicimur, quod Christi mors* ut nostra *consideratur coram DEO, pluribus argumentis e contextu desumtis illustrauit cel.* Moldenhauerus *in seiner* Erläuterung der schwereſten Stellen N. T., *eique calculum suum adjicit cel.* Ernesti, *Bibl. Theol. T. VIII. p. 665; prudenter tamen subjungens, illum phraseos* ἀποθανεῖν τῇ ἁμαρτίᾳ *significatum, quo* sanctificatio *innuitur, haud plane negligendum esse in hac caussa, coll. v. 12 ſs. c. VII. 1. 4 ſ. Cum his utiliter conferas, quae dicta sunt l. c. T. II. p. 522, ubi is etiam respectus quam maxime urgetur, quod baptizati in publica mortis Christi confessione* peccato renunciauerint *&c. Atque id ipsum l. c. T. IX. p. 688 per* fructum mortis Christi *videtur indigitari, quatenus ea plura etiam infert, quam* poenae *peccato debitae* ablationem. E. B.

**) *Est, qui interpretatur: IN gloriam Patris* (zur Ehre und Verherrlichung Gottes, coll. v. 10): *at confido,* Gnomonis *explicationem & a* contextu *& a* genio linguae *& a* stilo apostolico *longius certe non abesse.* E. B.

¶ τῆς δόξης, *gloriam*) Δόξα est *gloria* divinæ vitæ, *incorruptibilitatis*, c. I. 23, potentiæ & virtutis, per quam & Christus resuscitatus est, & nos vitæ novæ restituimur, Deoque conformamur. Eph. I. 19 seqq.

¶ ἐν καινότητι, *in novitate*) C. VII. 6. 2 Cor. V. 15 ss. Hæc novitas, in vita consistit.

5 σύμφυτοι) LXX, βενὸς σύμφυτος, δρυμὸς σύμφυτος, *mons consitus, silva consita*, Amos IX. 13. Zach. XI. 2. qua ratione ὁμοιώματι hîc casu sexto sumi possit. *) Sed Hesychius, σύμφυτον, συμπορευόμενον, συνόν. & sic σύμφυτοι cum Dativo, coll. v. 4. 6, est verbum valde significans. Cluverus: *connaturati; concreti.* Omnis vis vegetativa spiritualis est in Christo, eaque in baptismum collata est. συν ponitur ut in opposito, συνεσαυρώθη. Et etymon φύομαι ad θάνατον pertinet & ad ἀνάστασιν.

¶ ἀλλὰ) *at.* Oppositio est inter mortem & resurrectionem.

¶ τῆς) id est, τῷ ὁμοιώματι τῆς ἀναστάσεως.

¶ ἐσόμεθα) sc. σύμφυτοι *erimus*, in vita nova. Futurum. vid. c. V. 19.

6 ἄνθρωπος, *homo*) Abstractum pro concreto: uti c. VII. 22 & passim.

¶ ἵνα - τὸ μηκέτι) Observandæ particulæ: tum tria nomina synonyma, & verba iis adjecta.

¶ καταργηθῇ, *destruatur*) *dominio* suo exuatur.

¶ τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας, *corpus peccati*) corpus mortale, scatens peccato, concupiscentiis &c. v. 12. Sic *corpus mortis.* c. VII. 24 not.

7 ἀποθανὼν, *mortuus*) *peccato.* v. 2.

¶ δεδικαίωται, *justificatus est*) nil jam in eum juris est peccato: coll. v. 6. 9. ut non jam sit *debitor.* c. VIII. 12. justus est, ratione præteriti, a reatu; ratione futuri, a dominio. v. 14.

8 εἰ, *si*) Apodosis cadit principaliter in verbum *una vivemus.*

9 εἰδότες, *scientes*) Hoc pendet a *credimus.*

¶ θάνατος, *mors*) Sine articulo: *ulla mors.*

¶ οὐκ ἔτι, *posthac non*) Nunquam *dominata est in Christum mors*, sed tamen in eum incurrerat, Act. II. 24, &, si eum tenuisset, ei dominata dici potuisset. quod abest. Noluit Paulus hîc dicere, βασιλεύει, *regnat.*

10 ὃ) *quod.* hîc plus valet, quam ὅτι, *quòd.*

¶ τῇ ἁμαρτίᾳ, *peccato*) Dativus detrimenti, uti v. 11. Peccatum fuerat conjectum

*) *Atque huic potius, quam sequenti, vocis* σύμφυτος *significatui inhærere videtur cel. D.* Ernesti *Bibl. theol. T. II. p. 523; ubi locum ita interpretandum esse judicat:* Si enim similitudine mortis conjuncti sumus cum Christo, etiam similitudine resurrectionis et novæ vitæ ei conjuncti esse debemus. *Negat videlicet* Vir doct., *vocabulum* σύμφυτος *aliud quidquam unquam innuere, nisi eam*, conuenientiam, *quæ* propter naturæ similitudinem *obtinet, prouocans v. gr. ad locutionem* σύμφυτα ζῶα, *quâ describantur* animalia, quæ propter similitudinem naturæ unà pascuntur, vagantur & errant in syluis &c. *Quicquid vero sit de usu vocis* apud profanos, *præsertim ubi simpliciter exstat*, citra constructionem cum alio nomine (*quale h. l. est* τῷ ὁμοιώματι): *ipsius equidem cel.* Ernesti *præcepta hermeneutica nequaquam putem conuelli, si* sensus apostolicus *in re tam sublimi ex antecedentibus potius et consequentibus* (*v. 4 et 6*), *quam ex communi dicendi genere dijudicandus esse supponatur. Vid.* Inst. Interpr. *P. I. Sect. I. c. I. § 13. Sect. II. c. III. § 27. c. IV. § 11.* E. B.

jectum in Christum: sed Christus id abolevit morte sua, pro nobis. vere *defunctus.*

¶ ἐφάπαξ) Id plus hoc loco valet, quam ἅπαξ. Sic Hebr. VII. 27. &, ἅπαξ, 1 Petr. III. 18.

¶ ζῇ τῷ θεῷ) *vivit Deo*, vitam ex Deo gloriosam, v. 4, divini vigoris plenam, in perpetuum. Nam Deus est Deus viventium.

11 λογίζεσθε, *existimatis*) Indicativus. nam versu sequenti incipit imperativus. Sic, λογιζόμεθα, c. III. 28. Quo quisque in statu est, eo se censere debet.

¶ εἶναι) Pauci, sed antiqui, omittunt. Legit cel. *Baumgartenius:* ego ambiguum habeo.

*) ¶ ἐν, *in*) Constr. cum *viventes*, neque tamen non etiam cum *mortuos*: v. 8. nisi quod in illa parte potius adhibetur præpositio *cum* & *per*. c. VII. 4.

¶ τῷ κυρίῳ ἡμῶν) Vid. App. crit. Ed. II. ad h. l.

12 μὴ, *ne*) Ad μὴ *ne* refer ἀλλὰ, *sed*; ad μηδὲ, *neque* refer καὶ τὰ μέλη, *& membra* &c. [*Dehortationis & cohortationis hujus eximia vis est.* V. g.]

¶ μὴ οὖν βασιλευέτω, *ne ergo regnet*) Idem verbum c. V. 21. Synonymon, v. 9. Correlatum, *servire*. v. 6.

¶ θνητῷ, *mortali*) Vos enim, viventes, abalienati estis a corpore vestro. c. VIII. 10.

¶ αὐτῇ ἐν) Paraphrasin hoc redolet. Etiam h. l. *Baumgartenius* & ego, uterque tuetur morem suum.

¶ ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτῦ, *in concupiscentiis ejus*) sc. τῦ σώματος, *corporis*. Cupiditates corporis sunt fomes; peccatum, ignis.

13 μηδὲ παρίστάνετε) Majorem vim habet mox aor. 1. παραστήσατε.

¶ τὰ μέλη ὑμῶν· ἑαυτὸς καὶ τὰ μέλη, *membra vestra: vos ipsos & membra*) Primo consideratur persona Christiani, deinde actiones & munera. Homo in peccato mortuus non commode diceretur *sistere SEIPSVM peccato:* sed vivens potest se sistere Deo.

¶ ὅπλα, *arma*) Allegoria a bello; ut *opsonia* v. 23.

¶ ἀδικίας, *injustitiæ*) quæ adversatur justæ voluntati Dei.

¶ τῇ ἁμαρτίᾳ, *peccato*) Peccatum hîc consideratur ut tyrannus.

¶ παραστήσατε, *sistite*) ut Regi.

¶ ἐκ νεκρῶν, *ex mortuis*) Christianus est *ex mortuo vivens*: fuerat mortuus, nunc vivit. Conf. Eph. V. 14 not. Ap. III. 1-3. Hîc quoque somnus est *mortis* imago.

¶ δικαιοσύνης, *justitiae*) Antitheton, ἀδικίας, *injustitiæ*.

14 οὐ κυριεύσει, *non dominabitur*) nec jus habet nec facultatem. invitos non coget ad serviendum sibi.

¶ ὑπὸ νόμον, *sub lege*) Qui sub lege est, ei dominatur peccatum. Weism. de Lege et Evang. p. 16. 17.

15 ὑπὸ, *sub*) c. VII. 2. 14.

16 δοῦλος, *servos*) Notatur *servitus*, ex qua sequitur *obedientia.*

¶ δοῦλοι, *servi*) Notatur status *servitutis*, qui sequitur *obedientiam.* 2 Petr. II. 19.

¶ εἰς, *in*) εἰς, *in*, bis pendet a *servi.*

¶ ὑπακοῆς, *obedientiæ*) *Obedientia* absolute dicta in bonam partem sumitur. Etiam justitia obedienter agentes sibi promte asserit.

¶ εἰς δικαιοσύνην, *in justitiam*) Subaudi, *& justitiæ in vitam.* ex antitheto, coll. v. 20. ss. c. III. 20 not.

17 χά-

*) ζῶντας δὲ τῷ θεῷ, viuentes autem Deo] *Egregium Eruditi Halensis epiphonema:* Ethicæ christianæ breuissima summa, DEO VIVERE. *At, nonnisi* in Iesu Christo *fieri istud posse, nunquam animo dimittendum est.* E. B.

17 χάρις δὲ τῷ θεῷ, *gratia vero Deo*) Idioma Paulinum est, quod propositiones categoricas solet non categorice & nude, sed cum quodam quasi modo, id est, cum significatione affectus, gratiarum actionis, voti &c. efferre. vid. 1 Cor. XIV. 18. 2 Tim. II. 7 not. Ita hujus loci enthymema est: *fuistis servi peccati; sed nunc obedientes facti justitiæ.* sed accedit modus moralis: *gratia Deo, quod, quum fueritis servi peccati, nunc obedistis justitiæ.* qui tamen modus hoc loco etiam hoc significat, hunc statum Romanorum esse beatum, quem omni modo tueri debeant. Hæc observatio faciet, ut multis in locis & sententia sermonis & ardor pectoris apostolici distincte appareat.

¶ ὅτι, *quod*) Sic *quod*, subaudito *quidem*, Ioh. III. 19.

¶ δοῦλοι, *servi*) præsertim in ethnicismo.

¶ ἐκ καρδίας, *ex corde*) Veritas & efficacia religionis christianæ. Mali non possunt plane ex animo esse mali, quin eos semper, vel inscios, pœniteat sui & servitutis suæ: sed boni ex animo boni sunt & libere. [*Neque ulla hominum doctrina, sed sola divina*, cor *hominis expugnat.* V. g.]

¶ εἰς ὃν) Resolve: ὑπηκούσατε εἰς τύπον διδαχῆς (coll. εἰς πάντα ὑπήκοοι, 2 Cor. II. 9.) ᾧ vel εἰς ὃν παρεδόθητε. coll. εἰς, Gal. I. 6. Casus relativi in locutione concisa expressus, pendet a verbo præcedente, c. IV. 17, vel subsequente, c. X. 14.

¶ παρεδόθητε, *traditi estis*) Alias *doctrina* dicitur *tradi.* 2 Petr. II. 21. Ea phrasis hîc eleganter invertitur: estque verbum valde decorum, de iis, qui a peccato liberati, sese dedunt & sistunt, v. 16, magna dominii mutatione, ad illam lautam servitutem justitiæ.

¶ τύπον, *formam*) Pulcerrimum verbum. Exod. XXV. 40. Christi ea est forma. Gal. IV. 19.

¶ διδαχῆς, *doctrinæ*) Norma illa & regula, ad quam sese componit servus, tantum ei per *doctrinam* ostenditur; urgeri eum, non opus est.

18 ἐλευθερωθέντες, *liberati*) Methodi apostolicæ huc usque progressæ Conspectum hunc habere juvabit:

- I. *Peccatum.* c. III. 9.
- II. Peccati ex lege agnitio: sensus *iræ*: *mors* interna. c. III. 20.
- III. Revelatio justitiæ Dei in Christo per evangelium, contra peccatum, pro peccatore. c. III. 21.
- * IV. Centrum Paulinum, *FIDES:* revelationem illam sine exceptione amplectens, & ad justitiam ipsam nitens & enitens. c. III. 22.
- V. Remissio peccatorum & justificatio: qua peccatum admissum homini, Deus Iudex pro non admisso, & justitiam amissam pro servata ducit. c. III. 24.
- VI. Dorum Spiritus sancti: *amor* divinus in corde effusus: *vita* nova interna. c. V. 5. VI. 4.
- VII. *Justitiæ* libera servitus in bonis operibus. c. VI. 12.

Ex hoc conspectu patet, quare Paulus justificationem per fidem solam adversus dubitantes errantesve probans, sæpe mentionem faciat doni Spiritûs sancti, & aliorum, quæ justificationem consequuntur. Ex fide quippe est justitia: justitiam comitatur

tatur filiatio: filiationem consequitur donum Spiritus sancti cum clamore, *Abba pater*, & cum vitæ novitate. atqui fides & justitia per se non incurrit in sensum: donum autem Spiritus sancti habet effectus valde conspicuos & exstantes. conf. *testatus est*, Act. XV. 8. Accedit, quod nobilitas horum fructuum potentissime redarguit vilitatem operum humanorum.

19 ἀνθρώπινον, *humanum*) Humanus sermo frequens & quodammodo perpetuus, quo Scriptura se ad nos demittit. Sermo apertior non semper aptior ad rem ipsam. Accusativus pro adverbio. [*Nostro loquendi modo vertas:* Ich muss es euch nur massiv sagen. V. g.]

¶ διὰ, *propter*) Tarditas intellectus fluit ex infirmitate carnis, i. e. naturæ mere humanæ. conf. 1 Cor. III. 3.

u) ¶ τῇ ἀνομίᾳ εἰς τὴν ἀνομίαν, *iniquitati in iniquitatem*) Ploce, a Syro non observata. τὸ *iniquitati* (cui *impuritas* tanquam pars toti præmittitur) opponitur *justitiæ*; τὸ *iniquitatem* opponitur *sanctificationi*. *Justitia* respondet voluntati divinæ: *sanctificatio*, toti quasi naturæ divinæ. Qui justitiæ serviunt, proficiunt: ἄνομοι, *iniqui*, sunt *iniqui*, nil amplius.

20 τῆς ἁμαρτίας, *peccati*) Hic casus vim habet: *peccatum* vos possederat.

¶ τῇ δικαιοσύνῃ, *justitiæ*) id est, respectu justitiæ.

21 τίνα οὖν καρπὸν εἴχετε τότε, ἐφ' οἷς νῦν ἐπαισχύνεσθε;) Tota hæc periocha vim habet interrogationis negantis. Iustos ait habere *fructum* suum in sanctificationem: sed *fructûs* nomine haud dignatur ea, quæ sunt ἄκαρπα, Eph. V. 11. Ait igitur: quæ vobis nunc pudorem incutiunt, ea antehac non sane fuere *fructus*. Alii post τότε interrogationis signum ponunt, ut ἐφ' οἷς interrogationi respondeat: sed tum dixisset apostolus, ἐφ' ᾧ, scil. καρπῷ. [Pudoris *hujus contrarium est* sanctificatio, *v. 22: plane ut 1 Cor. I. 28. 30* ignobile *et* sanctificatio *sunt in antithesi. Atqui christianam nunc multitudinem* sanctificationis pudet, *pro re* ignobili *æstimatam. Quanta talibus* mors *imminet! O tempora, o mores!* V. g.]

¶ νῦν, *nunc*) cum respuistis.

¶ γὰρ) *nam*, pro *autem:* sed majore vi sejungendi. conf. v. 22 fin. δὲ, *autem*. sic γὰρ, *nam*, c. V. 7.

¶ ἐκείνων, *illorum*) non, *horum*. remote spectat præterita.

¶ θάνατος, *mors*) Huic nomini nunquam additur epitheton αἰώνιος, *æterna*, v. 23, non modo in iis, in quibus mors cedit vitæ, sed ne in iis quidem, qui in *ignem*, *cruciatum* & *exitium æternum* abibunt. Si quis cogitare potest, Scripturam casu, non consilio, quando expresse *æterna vita* memoratur, oppositum nunquam *æternam mortem*, sed ubique aliter appellare, idque tam multis in locis; ei equidem æquipollentiam phrasium *exitium æternum* &c. relinquo. Ratio tamen differentiæ vel hæc est: Scriptura *mortem*, per prosopopoeian, sæpe describit ut hostem, eumque destruendum: *cruciatum*, non item.

22 νυνὶ δὲ, *nunc vero*) Νυνὶ persæpe Paulus adhibuit, semper cum δὲ *vero*.

¶ ἔχετε) *habetis:* vel, *habete*. coll. v. 19.

¶ εἰς ἁγιασμὸν, *in sanctificationem*) Antitheton: ἐφ' οἷς ἐπαισχύνεσθε. Estis sanctum

u) ἀσθένειαν, *infirmitatem*] Ii, qui sermonem plane apertum usquequaque desiderant, infirmitatis suæ notam in hoc ipso agnoscere debebant, neque profundiorem veritatis expressionem ægre ferre, sed pro abundanti beneficio grata mente reputare, si utrouis modo percipere rem ipsis contigerit: sublimius primum, deinde planius, ut Nicodemo Ioh. III. 3. 15. Quæ plurimis arridenti, ea non sunt optima. *V. g.*

ctum Dei sacerdotium. Videtur respici Amos II. 11, לנזרים LXX, εἰς ἁγιασμόν.

23 τὰ, τὸ) Nota subjecti.

¶ ὀψώνια-χάρισμα, *stipendia-donativum*) Mala opera mercedem suam merentur, non bona: nam illa stipendium habent, hæc donativum. ὀψώνια, *stipendia*, plurale: χάρισμα, *donativum*, singulare, majore vi.

CAP. VII.

1 Ἢ, *an*) Interrogatio disjunctiva. Arcte hæc cohærent cum cap. VI, cujus v. 6. 14. 21 verba extant hoc capite recurrentia, καταργεῖσθαι, κυριεύειν, καρπὸς, θάνατος κτλ. Continuatur collatio status veteris & novi.

¶ γινώσκουσι, *cognoscentibus*) Iudæis: quanquam omnium christianorum est legem scire.

¶ ὁ νόμος, *lex*) v. gr. matrimonialis. *Lex* tota ponitur per synecdochen, convenienter ineunti periochæ, pro *lege matrimoniali*.

¶ τοῦ ἀνθρώπου, *homini*) id est, *mulieri*. v. 2. conf. 1 Petr. III. 4, ubi *homo interior* exteriorem præsupponit, & parallelismus in eo est, quod *homo* etiam seorsum de *muliere*, non modo de Adamo, viro prædicatur. *Homo* hîc in genere: sed versu 2 subsumit Paulus de muliere.

¶ ἐφ' ὅσον, *quoad*) nec diutius, nec minus diu.

¶ ζῇ, *vivit*) Lex. Prosopopœia. In apodosi vita & mors adscribitur non legi, sed nobis. Hîc autem est protasis, in qua ex sensu apostoli legi ipsi adscribitur vita vel mors, & marito. Sermo nititur natura relatorum, quæ sunt lex & homo. Vbi alterutra pars moritur, altera censetur mortua. Sic protasis & apodosis cohærent.

2 ὕπανδρος) Sic LXX.

¶ δέδεται, *ligata est*) Construi potest cum *viro*, & cum *legi*.

¶ τοῦ νόμου τοῦ ἀνδρὸς) Non incommode statuas appositionem: *a lege, viro*.

3 χρηματισει) scil. ἑαυτὴν, *subibit appellationem adulteræ*, idque vi legis. *Ipsa sibi appellationem* adulteræ *contrahet*.

¶ ἐὰν γένηται ἀνδρὶ ἑτέρῳ) LXX, Deut. XXIV. 2.

4 ὥστε) Hoc majorem vim habet, quam si dixisset, οὕτως.

¶ ἐθανατώθητε) *mortificati estis*. id plus notat, quam *mortui estis*. Comparationis summa est: maritus vel uxor, conjugis morte, libertati restituitur. nam in protasi pars moriens est vir: in apodosi pars moriens ea est, quæ respondet mulieri.

¶ διὰ τοῦ σώματος, *per corpus*) Magnum mysterium. Cur in expiatione peccati mentio fit plerumque corporis Christi præ anima? Resp. Peccati theatrum & officina caro nostra est: huic medetur sancta caro filii Dei.

¶ ἐγερθέντι, *excitato*) adeoque viventi.

¶ καρποφορήσωμεν, *fructificaremus*) A secunda persona venit ad primam. *fructus* respondet proli: nam similitudo est a matrimonio. egregia facinora.

5 ἦμεν ἐν τῇ σαρκὶ) *eramus in carne*, i. e. carnales. vid. oppositum, v. 6 fin.

¶ διὰ, *per*) v. 8.

¶ τῷ θανάτῳ) ei *morti*, de qua v. 13. c. VIII. 6.

6 ἀποθανόντες, *mortui*) Sic v. 4, *mortificati estis*, de ea parte, quæ respondet mulieri. conf. Gal. II. 19. ἀποθανόντες *Chrysostomum* quoque legisse, non ἀποθανόντος, ostendi *in der Antwort wegen des N. T.* p. 55. A. 1745

¶ ὥ) Plana constructio hoc sensu: per mortem soluti sumus a lege, nos tenente.

¶ κατειχόμεθα, Verbum significans. conf. συνέκλεισε, c. XI. 32. ἐφρουρούμεθα. Gal. III. 23.

¶ ἐν καινότητι πνεύματος, καὶ οὐ παλαιότητι γράμματος, *in novitate Spiritus, ac non vetuſtati literæ*) Idem antitheton, c. II. 29. 2 Cor. III. 6. *Litera* non eſt lex per ſe ſpectata, quippe quæ ſpiritualis eſt & viva, v. 14. Act. VII. 38, ſed reſpectu peccatoris, cui Spiritum & vitam dare nequit, ſed morti eum relinquit, quin etiam profundius addicit.*) quanquam ille interim præſtare affectet, quod litera ejusque ſonus fieri jubet; ut ſpecies & nomen remaneat, ſicut mortua manus eſt manus. Per evangelium autem & fidem datur Spiritus, vitam & novitatem tribuens. 2 Cor. III. 6. coll. Ioh. VI. 63. *Vetuſtatis* & *novitatis* vocabulo Paulus ſpectat duo teſtamenta quanquam credentes jam olim habuere primitias novi; & hodie non credentes retinent reliquias, immo totam vim V. T. Obſerva etiam *in* ſemel, non bis, poſitum. *Vetuſtati* ſervivimus, non Deo, conf. Gal. IV. 9, ὅις, *quibus:* nunc, non novitati, ſed, *in novitate*, ſervimus Deo. c. VI. 22.

7 ὁ νόμος ἁμαρτία; *lex peccatum?*) Sic fortaſſe objiciet, qui audierit, eadem de lege & de peccato prædicari: num lex eſt peccatum ſive cauſa peccati peccaminoſa? conf. v. 13 not.

¶ τὴν ἁμαρτίαν, *peccatum*) Obſervanda iterum proprietas verborum & differentia:

ὁ νόμος· τὸ λέγειν τοῦ νόμου.
ἡ ἁμαρτία· ἡ ἐπιθυμία.

οὐκ ἔγνων, (a γινώσκω·) οὐκ ἤδειν, (ab οἶδα.) ἔγνων majus eſt, οἶδα minus. Hinc poſterius, cum etiam minor gradus negatur, eſt in incremento. Ἁμαρτία, *peccatum*, eſt quaſi materia peccans, ex qua *omnis* morbus & paroxyſmus *concupiſcentiæ*.

¶ οὐκ ἔγνων, *non noram*) Sæpe Paulus indefinitum ſermonem proponit per primam perſonam, non ſolum perſpicuitatis gratia, ſed ex perpetua applicatione ad ſe ipſum. vid. 1 Cor. V. 12. VI. 12. Et ſic hoc loco.

¶ τήν τε γὰρ ἐπιθυμίαν, *etenim concupiſcentiam*) Penitior & reconditior eſt ἡ ἁμαρτία, *peccatum:* ἡ ἐπιθυμία, *concupiſcentia*, magis in ſenſum incurrit, eademque *peccatum* prodit, ut fumus ignem. Hunc διορισμὸν, hanc contradiſtinctionem, indicant particulæ, τὲ γὰρ, *etenim*. & *peccatum*, unum illud malum inhabitans, operatur *concupiſcentiam* variam: v. ſeq. & rurſum concupiſcentia parit peccatum conſummatum. Iac. I. 15. [*Peccatum latet in homine, ut æſtus in potu, qui, ſi ex ſenſatione judices, frigidiſſimus eſſe poteſt.* V. g.]

οὐκ ἤδειν) *non noram*, concupiſcentiam eſſe malam. vel potius, non noram ipſam concupiſcentiam. motus demum incurrit in oculos.

¶ ἔλεγεν, *diceret*) Dixit autem, per ſe; tum, in animo meo. conf. *veniente*, v. 9.

8 διὰ τῆς ἐντολῆς, *per præceptum*) Conſtr. cum verbo ſeq. uti v. 11 bis.

¶ χωρὶς-νεκρὰ, *ſine-mortuum*) Axioma.

¶ νεκρὰ, *mortuum*) ſc. *erat:* non ita furebat per concupiſcentiam. vel: *eſt.*

9 ἔζων, *vivebam*) ζῆν h. l. non ſignificat duntaxat *degere;* ſed ponitur in expreſſa antitheſi ad *mortem*. Tonus phariſaicus. conf. v. ſeq. [*Bene* valere, *mihi quidem videbar.* V. g.]

¶ χωρὶς νόμου, *ſine lege*) lege amota, procul habita, quaſi nulla eſſet.

¶ ἐλθούσης) Antitheton, χωρὶς.

¶ ἐντολῆς, *præcepto*) ἐντολὴ, *præceptum*, pars eſt legis, addita expreſſiore connotatione

Weiſm. de Lege et Evang. p. 10.

*) *His præmiſſis equidem non video, cur ad* legem cerimonialem *confugere heic interpres debeat. Nimirum v. 7 ſqq., ubi apertus habetur ad antecedentia reſpectus, de* lege morali *ſermonem eſſe, vix quisquam dubitauerit: ergo* eadem lex, *ſed male intellecta, per* παλαιότητα γράμματος, *ni fallor, innuitur. coll. c. VIII, 3 not.* E.B.

tatione virtutis coactivæ, quæ coercet, injungit, urget, prohibet, minatur.

¶ ἀνέζησεν) *revixit*, sicut vixerat, quum per Adamum intrasset in mundum.

10 ἀπέθανον, *mortuus sum*) vitam illam meam amisi.

¶ εὑρέθη, *repertum est*) Sic, εὑρίσκω *reperio*. v. 21.

¶ εἰς ζωήν, *in vitam*) ratione intentionis divinæ primæ, &, aliter, ratione meæ opinionis, quam mihi habebam *vivens sine lege*. *Vita* & lætitiam & agilitatem indigitat: *morte* oppositum innuente.

¶ αὐτὴ) *ipsa*, eadem. Vulgo ἄυτη, sed cel. *Baumgartenius* ἀυτὴ, recte. Conf. Act. VIII. 26 not.

11 ἐξηπάτησε, *decepit*) in avia duxit, sicut latro viatorem. ad vitam me tendere putans, in mortem incidi.

¶ ἀπέκτεινεν, *occidit*) Hic terminus œconomiæ peccati, in confinio gratiæ.

12 ἅγιος, *sancta*) Subaudi ex seqq. & *justa* & *bona*. quanquam hæc synonyma potissimum ad defendendum *præceptum*, cum sua virtute pungente, opus fuit cumulari. *sancta*, *justa*, *bona*, ratione causæ efficientis, formæ, finis; (ut habent *Dorschei Notæ mss.*) vel, *sancta*, respectu officiorum erga Deum: *justa*, respectu naturæ meæ: cui convenit, quicquid præcipitur, nam vita promittitur. v. 10. Ex his tribus epithetis convenientissime tertium assumitur versu seq.

13 τὸ) *igitur*, *quod bonum est* -. Vis articuli notanda.

¶ θάνατος, *mors*) *malum* maximum, & mortis, mali maximi, causa: κατεργαζομένη *operans*.

¶ ἀλλὰ ἡ ἁμαρτία, *sed peccatum*) sc. *mihi factum est mors*. neque enim participium κατεργαζομένη *operans* sine verbo substantivo prædicatum constituit.

¶ ἵνα φανῇ ἁμαρτία, *ut appareret peccatum*) Ploce. peccatum, minime *bonum*. Hoc cohæret cum anteced.

¶ διὰ τοῦ ἀγαθοῦ - θάνατον, *per bonum -mortem*) Paradoxon. & magna vi epitheton *bonum* adhibetur pro substantivo *legem*.

¶ κατεργαζομένη, *operans*) Participium, ita resolvendum: peccatum mihi mors factum est, *quippe quod* mihi vel per bonum patravit mortem. Non est tautologia; nam illud *per bonum* vim superaddit secundæ parti hujus sententiæ.

¶ ἵνα γένηται, *ut fieret*) Hoc pendet ab *operans*. Sic ἵνα *ut* duplex gradationem facit. Si quis malit anaphoram statuere, sic quoque priorem partem declarabit altera.

¶ - καθ' ὑπερβολὴν ἁμαρτωλὸς) Castellio: *quam peccantissimum*. quia sc. per *bonum*, per præceptum, operatur *malum*, mortem.

¶ διὰ, *per*) Constr. cum *fieret*.

14 πνευματικός ἐστιν, *spiritualis est*) requiritur, ut sensus omnis humanus respondeat sensui Dei: Deus autem est Spiritus. *)

¶ σαρκικὸς, *carnalis*) v. 18.

¶ εἰμὶ, *sum*) Paulus comparato inter se duplici statu fidelium, pristino in carne, v. 5, & præsenti in spiritu, v. 6, dein-

*) *Negat cel.* Semlerus, *h. l. et v. 12. 16. sermonem esse de* lege Mosaica, *quam tamen v. 7 indigitari non diffitetur. Ea methodus quomodo sententiarum nexui respondeat, viderit lector. Profecto neque Apostolorum neque Christi doctrinæ convenit, in fraudem* Verbi revelati *tantis laudibus ornare* legem naturalem, *ut omnibus V. T. documentis videatur mirum quantum præferenda esse. Nunquam ea disciplina, quæ* Legem et prophetas *pie venerari suadet, vel* Christi veram doctrinam impediit, *vel* Judæorum torporem confirmavit. *Immanibus thrasonismis (quod absit!) fateretur v. gr. Psalmus CXIX, si quidquam hypothesis ista valeret. Conf. Deut. IV. 6. 7. 8. Ps. CXLVII. 19. 20.* E. B.

deinceps a descriptione prioris ad descriptionem alterius contendens, id agit, ut & duabus objectionibus, quæ ex illa comparatione his verbis formari possent: *ergo lex est peccatum*, v. 7, &, *ergo lex est mors*, v. 13, satisfaciat, & earum solutioni totum intexat processum hominis a statu sub lege ad statum sub gratia cogitantis, suspirantis, contendentis atque enitentis, legisque in ea re functionem ostendat. id, inquam, agit v. 7-25, donec c. VIII. 1 f. ad ulteriora pergit. Itaque hoc versu 14 nec particula *enim* ullum omnino, nedum res ipsa tam grandem patitur saltum fieri ab uno statu in alterum. nam Paulus statum carnalem, hoc versu, & spiritualem, c. VIII. 4, tum, servitutem versu hoc & 23, libertatemque, c. VIII. 2, e diametro inter sese opponit. Vtitur autem ante versum 14 verbis præteriti temporis; tum, expeditioris sermonis causa, præsentis, in præteritum resolvendis, perinde ut alibi casus, modos &c. facilitatis gratia, permutare solet: & v. gr. mox c. VIII. 2. 4, a numero singulari ad pluralem, ibidem v. 9 a prima persona ad secundam transit. Eoque commodius a præterito tempore ad præsens flectitur oratio, quod statûs illius legalis indolem tum demum vere intelligat, postquam sub gratiam venerit; & ex præsenti liquidius possit judicare de præterito. Denique unus ille idemque status processusque varios habet gradus, vel magis præterito vel minus præterito tempore exprimendos; & sensim suspirat, connititur, enititur ad libertatem: inde paulatim serenior fit oratio apostoli, ut videbimus. *Hinc minus mirandum, cur in diversa abeant interpretes.* alii ex priore, alii ex posteriore periochæ hujus parte nervos quærunt, & tamen totam periocham de simplici statu exponere conantur, vel sub peccato, vel sub gratia. [*Notandum in genere, Paulum, ut sæpius ita et h. l., inde a v. 7., non de* sua persona *loqui, sed sub schemate hominis pugnâ istâ implicati. Ea pugna pluribus hic describitur: ipsum vero negotium, quoad* punctum *quasi* decisiuum, *in multis celeriter confit; quanquam fidelibus ad plenam usque liberationem dimicandum est cum hoste. v. 24. VIII. 23.* V.g.]

¶ πεπραμένος, *venditus*) Servus venditus miserior est, quam verna: & venditus dicitur homo, quia ab initio non fuerat servus. Idem verbum, Iud. III. 8. 1 Reg. XXI. 25. *Venditus: captus*, v. 23.

15 ὃ γὰρ, *quod enim*) Describit servitutem, ita ut non excuset se, sed ut peccati tyrannidem accuset, & miseriam suam deploret. v. 17. 20. Γὰρ, *enim*, pertinet ad confirmandum τὸ *venditus*. Mancipium indigno domino primum servit cum gaudio, deinde cum mœrore, postremo jugum excutit.

¶ οὐ γινώσκω) *non agnosco*, ut bonum: (idem est, quod *bonitatem fateri*, v. 16 in antitheto:) oppositum, *odi*. Luc. 18, 34. not.

¶ θέλω, *volo*) Non dicit *amo*, quod plus esset, sed *volo*, oppositurus mox τὸ *odi*.

¶ πράσσω - ποιῶ) Pervulgata Græcis est differentia verborum πράσσω & ποιῶ. Illud, gravius quiddam, quam hoc. Illud ponitur bis in præsenti, primum in negante sermone, deinde in affirmante. οὐ πράσσω, *non ago*, res non deducitur in actum: ποιῶ, *facio*, intus & extra. Permutantur hæc verba v. 19. c. XIII. 3 f. hæcque permutatio non tantum non contraria est indoli orationis sensim ascendentis, sed etiam eam adjuvat & confirmat. namque v. 15 nondum ita acerbus est sensus mali, quod propterea ne nominat quidem, sed v. 19 valde jam ægre fert *malum* sibi ita imponere. Quo longius anima a *malo* distat, eo major ei cruciatus est, vel minimum *mali* saltem digito uno attingere.

16 σύμ-

16 σύμφημι, *consentio*) Plus dicit συνήδομαι, *delector*, v. 22 not. Assensus hominis, legi contra semet ipsum præstitus, illustris character est religionis, magnum testimonium de Deo.

¶ καλὸς, *pulcra*) Lex etiam præscindendo a legalitate, pulcritudinem habet. καλὸς, *pulcra*, sanctitatem, justitiam & bonitatem dicit. v. 12.

17 οὐκ ἔτι, *jam non*) Hoc repetitur v. 20.

¶ οἰκοῦσα, *habitans*) v. 18. 20. Id verbum deinde dicitur de Spiritu. c. VIII. 9.

18 οἶδα, *novi*) Hæc ipsa notitia est pars hujus status, qui describitur.

¶ τουτέστιν, *hoc est*) Limitat. *me* plus est, quam *carne mea:* & tamen *caro* non dicitur ipsum peccatum, (notand. contra Flacium:) sed dicit Paulus: peccatum habitat in carne. Et jam aliquid boni secum vehit hic status, de quo Paulus agit.

¶ θέλειν, *velle*) Accusativus, *bonum*, non additur: & hujus orationis tenuitas tenuitatem τὸ *velle* exprimit.

¶ παράκειται) *jacet in conspectu*, sine victoria. Antitheton, de perficiendo bono, *non*, mox. Mens mea quærens, non reperit in re.

20 οὐκ ἔτι) *jam non:* sc. ut antea perficiebam ego. Sensim exoritur serenitas & liberatio aliqua. ἐγὼ habet emphasin, in antitheto ad *peccatum*. Is, qui ait non *volo ego* cum emphasi, pro *non volo* (v. 16,) jam longius a peccato diremtus est.

21 εὑρίσκω) in hac pugna & ærumna *invenio* legem, sine qua vivebam antea. Tantum. Propositio ea, quæ exstat v. 14, repetitur.

¶ τὸν νόμον) *legem* ipsam, sanctam in se.

¶ τῷ θέλοντι, *volenti*) Dativus commodi. Legem invenio, mihi non peccaminosam aut letalem. Egregia sermonis subtilitate exprimuntur prima stamina harmoniæ, amicitiæ & consensionis inter legem & hominem. Considerate præponitur participium, *volenti mihi*, in antitheto ad *mihi* alterum mox absolute positum. Cum *volenti* conf. Phil. II. 13.

¶ ὅτι) *quia*.

¶ παράκειται, *adjacet*) Hîc bilanx commutatur. nam v. 18 voluntas bona *adjacet*, ut pars debilior: nunc malum *adjacet*, ut pars debilior, non mala voluntas.

22 συνήδομαι, *delector*) Hoc quoque jam plus est, quam σύμφημι *consentio*, v. 16. *)

¶ τὸν ἔσω, *internum*) Hic jam interni, sed tamen nondum *novi* tuetur hominis nomen. sic quoque v. 25 *mente* dicit, non *spiritu*.

23 βλέπω) *video*, ex parte animæ superiore, tanquam e specula, quæ dicitur νοῦς, *mens*, & in se repositam habet conscientiam.

¶ ἕτερον) *aliam*, alienamque.

¶ μέλεσι, *membris*) Anima est, ut rex: membra sunt, ut cives: peccatum, ut hostis, culpa regis intromissus, plectendi per civium oppressionem.

¶ τῷ νόμῳ τοῦ νοός μου) *dictamini mentis meæ* Lege divina *delectatae*.

¶ αἰχμαλωτίζοντά με, *captivantem me*) qualibet victoria actuali. Duriore rursum verbo utitur, ex sancta impatientia: allegoria, a bello. coll. *repugnantem*.

24 τα-

*) *Eaque* delectatio *quamuis Ps. I. 2 ut* piorum *character repræsentetur: idem tamen praedicatum, gradu inferiori, cur non iis quoque tribui queat, qui* in via *conuersionis constituti a statu gratiæ proxime absunt; equidem fateor me non videre. Locutionis* ὁ ἔσω ἄνθρωπος *parem esse rationem, neque ab ea tuto satis ad conuersionem jam absolutam concludi; facile, opinor, concedet, qui perpendevit, aliam prorsus descriptionem esse* τοῦ κρυπτοῦ τῆς καρδίας ἀνθρώπου, *quæ habetur v. gr. 1 Petr. III. 4.* E. B.

24 ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος) *me miserum, qui homo sim! Homo*, si peccatum abesset, tam nobilis ac beatus; cum peccato, magis optat, non esse homo, quam talis esse homo. *homo* dicit statum *hominis* per se, ut est natura. Haec quiritatio summum est in lucta, & ex illa homo opis suae nil esse expertus, quasi imprudens incipit orare, *quis me liberabit?* quaeritque liberationem, & exspectat, donec ad illud *quis* palam sese dat Deus in Christo. *Articulus mortis mysticae.* Ex hoc sensu fideles quiddam trahunt usque ad obitum. c. VIII. 23.

¶ ῥύσεται, *liberabit*) Vi opus est. Verbum proprie adhibitum. nam ῥύεσθαι, ἐκ ΘΑΝΑΤΟΥ ἕλκειν. Ammonius ex Aristoxeno.

¶ ἐκ) *ex.*

¶ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου, *corpore mortis*) corpore ob peccatum mortuo. c. VIII. 10. Mors corporis est plena exsecutio mortis illius, de qua v. 13. & tamen in morte sit liberatio.

¶ τούτου) σῶμα θανάτου τούτου dicitur pro σῶμα θανάτου τοῦτο. conf. Act. V. 20 not.

25 εὐχαριστῶ, *gratias ago*) Hoc de improviso tanquam perfugium unicum suavissime commemoratur, & nunc demum recte agnoscitur. Sententia categorica est: Deus me *liberabit* per Christum; non meae res opis est. eaque sententia summam rerum innuit: accedit autem modus moralis (de quo ad cap. VI. 17.) *gratias ago.* (Vti 1 Cor. XV. 57 sententia est: Deus dat nobis victoriam: sed accedit δῶρον sive modus, *Deo gratia.*) Et τὸ *gratias ago* tanquam hymnus laetus ex adverso respondet quaestui miserabili, qui exstat v. prec. *me miserum.*

¶ ἄρα, *ergo*) Concludit ea, in quae ingressus erat versu 7.

¶ αὐτὸς ἐγὼ) *ipse ego.*

¶ νόμῳ θεοῦ - νόμῳ ἁμαρτίας, *legi Dei legi peccati*) νόμῳ Dativus, non sextus casus. v. 23. Iam homo est in aequilibrio servitutis & libertatis, idemque tamen ad libertatem anhelans legem sanctam ab omni culpa immunem agnoscit. Raro est aequilibrium merum. Hic lanx boni potior jam.

CAP. VIII.

1 Οὐδὲν ἄρα νῦν κατάκριμα, *nulla ergo nunc condemnatio*) Nunc venit ad liberationem & libertatem. Non autem ponit adversativam δὲ, *autem*, sed conclusivam ἄρα, *ergo*· (conf. ad cap. II. 1.) quia jam in fine capitis VII confinia hujus status attigit. Nunc etiam plane ex diverticulo eximio in viam redit, quae habetur c. VII. 6. Indicio est & posita ibi & hic resumta *nunc* particula, quae tempus praesens (ut Germ. *würklich*) denotat. Ad *condemnatio* ref. *condemnavit.* v. 3.

1. 2 περιπατοῦσιν· ὁ γὰρ νόμος, *ambulantibus: lex enim*) Suspendit orationem aetiologia per parenthesin (*lex enim mortis: ambulantibus* v. 4.) qua per epanalepsin clausa, orationem complet illud, *sed secundum spiritum.* ubi τὸ *sed* potius ad *non* v. 1, quam ad *non* v. 4, opponitur. Το *sed secundum spiritum* (ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα) gravissimi testes priore loco praetermittunt: retinet cel. *Baumgartenius.* At continuo tractat Paulus illud, μὴ κατὰ σάρκα, *non secundum carnem*: deinde in progressu addit ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα, *sed secundum spiritum*, v. 4 not.

2 νόμος τοῦ πνεύματος, *lex spiritus*) evangelium cordi inscriptum. coll. c. III. 27. 2 Cor. III. 8. *Spiritus* vivificat: & haec *vita* vegetat Christianum.

¶ ἠλευθέρωσέ με, *liberavit me*) Verbum lene, in praeterito: antea posuerat verbum gravius, ῥύσεται, in futuro. Quod homini sub lege difficile videtur, id gratia facillimum

cillimum reddit, vel potius ipsa facit. Vtrumque opponitur τῷ *captivantem.* c. VII. 23.

¶ τῆς ἁμαρτίας καὶ τῦ θανάτυ, *peccati & mortis*) Respicit ea, quæ pro lege Dei dixit c. VII. 7 & 13. Observa, quod hic ponitur &, ineunte versu non ponitur, in antitheto, *spiritûs vitae*, ubi aut est asyndeton, *spiritûs, vitae*, aut ita resolvendum, τὸ πνεῦμα τῆς ζωῆς, *spiritus vitae.* *)

3 τὸ) Habet hoc vim epitheti, sic simpliciter resolvendi: Deus perfecit condemnationem peccati, legi impossibilem. Deus (id quod Lex non poterat, nempe condemnare peccatum, salvo peccatore,) condemnavit peccatum in carne. Τὸ ἀδύνατον *impossibile* h. l. valet active: & Lutheri paraphrasis est ex sensu apostoli. vid. Wolfii Cur. ad h. l.

¶ τῷ νόμῳ) *legis*, non modo ceremonialis, sed etiam moralis. nam si lex moralis expers esset hujus *impossibilis*, non opus fuisset, mitti filium Dei. Porro *impossibile*, privatio, præsupponit habitum: olim potuit justitiam & vitam præstare lex. c. VII. 10. Hinc homo primæ illius viæ vestigia etiam post lapsum tam libenter sequitur.

¶ ἑαυτῦ) ἴδιον, v. 32, *suum*, in quem nil poterat peccatum & mors.

¶ πέμψας, *mittens*) Hoc quandam quasi elongationem Filii a Patre, ut esset mediator, denotat.

¶ ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, *in similitudine carnis peccati*) Constr. cum κατέκρινε, *condemnavit.* Nos cum carne nostra peccato penitus infecta debueramus morti dedi: sed *Deus, in similitudine carnis* illius (nam similitudinem requirebat justitia) i. e. in carne Filii sui vera eademque sancta, & (quidem) *pro peccato*, *condemnavit peccatum* illud, (quod erat) in *carne* (nostra,) ut nos liberaremur. ἐν *in* constr. cum *condemnavit*: coll. *per*, c. VII. 4.

¶ περὶ ἁμαρτίας τὴν ἁμαρτίαν, *pro peccato peccatum*) Substantivum iteratum, uti Luc. XI. 17 not. *divisa domo, cadit domus.* Sed hîc accedit Ploce, ut indicat articulus posteriore tantum loco positus. hi duo termini ad se invicem referuntur, ut *similitudo carnis* & *caro.* Περὶ, *pro*: περὶ ἁμαρτίας est instar nominis, uti Ps. XL. (XXXIX.) 7. sic Ebr. X. 6. 8. Sed hîc, in ep. ad Rom. sic resolvo: *condemnavit Deus peccatum eo nomine, quod peccatum est.* Peccatum, *ut peccatum*, est condemnatum. Sic bis ponitur *peccatum*, eodem significatu, (non duplici, ut fit in antanaclasi) sed articulus τὴν addit epitasin.

¶ κατέκρινε, *condemnavit*) omnem vim ademit, confecit, peregit, interemit, *virtute privavit* (conf. *impossibile*, modo.) peccatum, quod in filium Dei erat conjectum. *Condemnationem* enim peccati sequitur etiam exsecutio. Oppositum τῦ *justificare.* v. 1. c. V. 18 not. & 2 Cor. III. 9.

4 τὸ δικαίωμα, *jus*) Antitheton, *condemnatio.* v. 1.

¶ πληρωθῇ, *impleretur*) Id *implementum* describitur mox, v. 5-11: inde *enim*, v. 5. *Iustificatum* sequuntur *opera justitiae.* Peccatum est condemnatum: qui fuerat peccator, nunc recte agit, & lex eum non persequitur.

¶ ἐν

*) *Locum hunc* affectis (*ut Critici loquuntur*) *i. e. iis annumerat cel.* Michaëlis, *qui & Coditum & Patrum & Versionum hactenus ope destituti per* Conjecturam criticam *videntur emendandi esse* (Einleitung &c. *T. I. p. m. 631*): *cui quidem observationi cel. D.* Ernesti (*Bibl. theol. T. VII. p. 775*) *opponit, non esse prorsus necessarium, immo ne usitatum quidem, ut Scriptor aliquis antitheterum utrumque membrum* eâdem *plane* formâ *exprimat.* — *Huc v. gr. omnes* orationes concisas *seu* semiduplices *referas, qualis mox, v. 6, occurrit.* E.B.

¶ ἐν ἡμῖν) *in nobis.*

¶ μὴ κατὰ σάρκα, *non secundum carnem*) Antitheton: *in carne.* v. 3. Nunc demum evasit Paulus ad apertum discrimen *carnis* & *Spiritus.* Spiritus denotat vel Spiritum Dei, vel spiritum fidelium. v. 16. Hic est vis nova ab Illo producta in nobis & sustentata: & de hoc sermo est, ubicunque *caro* stat in opposito.

5 οἱ γὰρ, *qui enim*) Ab hoc loco Paulus primario describit statum fidelium; & secundario, pro eo illustrando, contrarium.

¶ ὄντες, *qui sunt*) Status.

¶ φρονοῦσι, *sentiunt*) Sensus, e statu fluens.

6 Φρόνημα, *sensus*) Gall. *sentiment.* Resp. *sentiunt.* v. 5.

¶ θάνατος-ζωὴ, *mors-vita*) in hac jam vita cum continuatione in altera. Conf. c. VI. 23.

¶ ζωὴ καὶ εἰρήνη, *vita & pax*) Addito verbo, *pax*, præparat sibi transitionem ad v. seq. ubi describitur *inimicitia.*

x) 8 δὲ) ἐπιλυτικόν.

¶ ἀρέσαι) ἀρέσκω h. l. ut sæpe, significat, non solum, *placeo*, sed *placere studeo.* 1 Cor. X. 33. Gal. I. 10. affine, *subjici*, v. præc.

9 πνεῦμα θεοῦ, πνεῦμα χριστοῦ, *spiritus Dei, spiritum Christi*) Testimonium illustre de S. Trinitate, ejusque œconomia in corde fidelium. conf. cap. V. 8. 5. XIV. 17. 18. XV. 16. 30. Marc. XII. 36. Ioh. XV. 26. Gal. IV. 6. Eph. I. 17. II. 18. 22. 1 Petr. I. 2. Act. II. 33. Hebr. II. 3. 4. 1 Cor. VI. 11. 13 ſs. 2 Cor. III. 3 ſ. Ad *Dei* ref. v. 11. & antea ad *Christi* ref. v. 10. Nam Gnorismata hoc ordine procedunt: Qui Spiritum habet, Christum habet: qui Christum habet, Deum habet. Conf. de tali ordine, 1 Cor. XII. 4 ſ. Eph. IV. 4 ſ.

¶ ἐν ὑμῖν, *in vobis*) *In*, particula valde observanda hoc capite, v. 1-4. 8-11. 15, de statu carnali & spirituali. Nos in Deo; Deus in nobis.

¶ ἔστιν) *hic* demum non est Christi: adeoque hæc tota oratio ad eum non pertinet.

¶ αὐτοῦ, *illius*) Christi. Christianus est, qui Christi est.

10 εἰ δὲ χριστὸς, *si vero Christus*) Vbi Spiritus Christi est, ibi Christus est. conf. v. præc.

¶ σῶμα) *corpus*, peccaminosum. nam hîc spiritui, non animæ, opponitur.

¶ νεκρὸν) Concretum. *mortuum* dicit, pro, *moriturum*, magna vi: morti adjudicatum deditumque. Sic censent, in quibus succedit separatio animæ & spiritus, vel naturæ & gratiæ.

¶ δὲ, *vero*) Oppositio immediata, quæ Purgatorium excludit, neque *corpori*, neque *spiritui* accommodatum, neque cum reliqua epistolæ hujus plenissimæ œconomia conveniens. v. 30. 34. 38. c. VI. 2 s ſ.

¶ ζωὴ, *vita*) Abstractum.

¶ διὰ, *propter*) Iustitia parit vitam, ut peccatum mortem; non vita justitiam. contra Pontificios.

¶ δικαιοσύνην, *justitiam*) *Iustus-vivet.*

11 ἰησοῦν, *Iesum*) Mox, in apodosi, *Christum.* Appellatio *Iesu* spectat ad ipsum; *Christi*, refertur ad nos. Illa appellatio, tanquam nominis proprii, pertinet ad personam; hæc, tanquam appellativi, ad officium.

¶ ζωοποιήσει, *vivificabit*) Conf. *vita.* v. 6. Hæc vita nescit condemnationem. v. 1. *)

¶ διὰ)

x) V. 7. οὐδὲ-δύναται, *neque-potest*] Inde impossibilitatis prætextus, quo illi purgare se student, qui hoc ipso loco redarguuntur ut carnales. *V. g.*

*) Apertum *verborum Pauli* nexum *requirere*, *ut non de corporum nostrorum futura resuscitatione*, *sed de* spirituali *regenitorum & fidelium* suscitatione *hæc intelligas*, *Eruditorum quorundam sententia est*,

¶ διὰ) *propter.* 2 Cor. I. 22. Vnus idemque eſt Spiritus, qui Chriſti eſt, & qui eſt in fidelibus. ergo ut Chriſtus vivit, ſic fideles vivent. Vid. App. crit. Ed. II, ad h. l.

12 ἐσμὲν) *ſumus*, nos ipſos agnoſcimus & ducimus. Didaſcalia vergens ad hortationem, (ſic *ſumus* ponitur etiam Gal. IV. 31.) & præſupponens homines ſpontaneos. *Debiti* ſenſum *lubentia* temperat. [*Qualis vero* carnalium *conditio eſt? Hi nimirum* debitores *ſunt*, *& debitores ſe confitentur*, *quoties fieri poſſe negant*, *ut viuant ſpiritualiter.* V.g.]

¶ οὐ τῇ σαρκὶ, *non carni*) Subaudi, *ſed ſpiritui.* Sed hoc eleganter ſubaudiendum relinquitur.

¶ κατὰ σάρκα, *ſecundum carnem*) quæ nos in ſervitutem revocare conatur.

13 γ) τοῦ σώματος) Alii, τῆς σαρκός. Prius defendit cel. *Baumgartenius:* ego in medio relinquo.

¶ ζήσεσθε, *vivetis*) Non dicit, μέλλετε ζῆν, *nacturi eſtis vitam;* ſed, ζήσεσθε, *manebitis in vita.* In pœnitentia eorum, in quibus caro dominata erat, & in tentatione eorum, in quibus ſpiritus regnat, caro & ſpiritus quaſi in æquilibrium veniunt; gratia illos, peccato hos præveniente: utramcunque in partem homo ſe vertit, ab ea denominationem accipit. Ab hoc loco Paulus plane miſſum facit carnalem ſtatum, & pertexta ea parte, quam cap. VI. 1 inceperat, purum ſtatum vitalem fidelium deſcribit.

14 ἄγονται) Medium: *ducuntur*, libenter. [*Haec antecedentium* Summa *eſt*: *conſequentium*, υἱοὶ θεοῦ εἰσιν. V.g.]

¶ εἰσὶν υἱοὶ θεοῦ) Alii, υἱοὶ θεοῦ εἰσιν· vel υἱοί εἰσι θεοῦ. Tres lectiones: quarum primam tuetur *Baumgartenius;* ego alteram, tertia ſultam, quatenus υἱοὶ, ob emphaſin, præponitur. Et emphaſis me impulit ad hanc varietatem attingendam.

¶ υἱοὶ, *filii*) Filiis datur Spiritus. Gal. IV. 6. Ab hoc loco ingreditur Paulus ad ea tractanda, quæ deinde verbo *glorificavit* complectitur. v. 30. Non autem meram deſcribit gloriam, ſed ut guſtus ejus adhuc cruce diluitur. Eſt ergo ſumma: per paſſiones ad gloriam. intexitur ſuſtentatio in paſſionibus. Hinc totus ſermonis nexus patebit.

15 γὰρ, *enim*) Reſpicit *filii*, v. præced.

¶ πνεῦμα δουλείας, *ſpiritum ſervitutis*) Spiritus ſanctus ne in veteri quidem teſtamento fuit Spiritus ſervitutis; ſed apud fideles, in quibus habitabat, ita ſuam vim explicavit, ut tamen ſubeſſet ſenſus & affectus, qui quiddam ex ſervitute traheret, apud *parvulos.* Gal. IV. 1. 1. Chron. 12, 9 ff.

¶ πάλιν) *iterum*, ut antea. Habuerant Romani in gentiliſmo timorem vanum; ſed non ſpiritum timoris, ut habuerant ii, in quorum locum venerant gentes. Eccleſia omnium temporum eſt quaſi una quædam perſona moralis. ſic, *iterum*, Gal. IV. 9. V. 1.

¶ εἰς φόβον, *in timorem*) Vid. Hebr. II. 15 not.

¶ υἱο-

eſt, quam ſuam fecit S. R. D. Erneſti, *Bibl. th. T. II. p. 684. Atqui* manifeſtus *verborum* nexus *contrarium potius, ſi quidquam equidem video, clamat. Eorum ſcilicet*, in quibus Chriſtus eſt, *i. e. regenitorum*, corpus νεκρὸν *dixerat Paulus eſſe v. 10, propter peccatum*, in antitheſi ad ſpiritum, *qui, propter juſtitiam*, vita *ſit: tum vero, v. 11, ex inhabitante Spiritus Chriſti virtute concludit, etiam* corpora *fidelium mortalia* vivificatum *iri. Idem exprimit v. 17 per* συνδοξασθῶμεν, *& v. 23 per* ἀπολύτρωσιν τοῦ σώματος ἡμῶν, *oppoſitam* τῇ ἀπαρχῇ τοῦ πνεύματος, *eamque* non *jam* conſpicuam (*v. 24*), *ſed ſperandam in futurum.* E. B.

γ) γὰρ, *enim*] Caro peſſime retribuit: cui quis velit quidquam debere? *V.g.*

¶ υἱοθεσίας, *adoptionis*) Vid. Gal. IV. 1 f.

¶ κράζομεν, *clamamus*) ſinguli & univerſi. *Clamor*, ſermo vehemens, cum deſiderio, fiducia, jure, conſtantia. Et ipſe Spiritus *clamat: Abba pater.* Gal. IV. 6 not. [*Id ſi, dum viuis, nondum expertus es, luge, & experiri ſtude: ſin expertus fueris, cum gaudio fac in eo verſeris.* V. g.]

16 τῷ) Spiritus noſter *teſtatur:* Spiritus Dei ipſe *una teſtatur* cum ſpiritu noſtro. [*Spiritus* noſter *humanus eſt, 1 Cor. II. 11: adeoque teſtimonium ejus in ſe non eſt infallibile, Mal II 16.* V. g.] Beati, qui teſtimonium diſtincte ſentiunt. ἀυτὸ τὸ refertur ad v. 14. *)

17 συγκληρονόμοι, *coheredes*) ut ſciamus, plane magnam eſſe hereditatem, quam Deus dat nobis: nam Filio ſuo utique magnam dedit.

¶ εἴπερ, *ſiquidem*) Hæc clauſula eſt propoſitio nova, reſpectu eorum, quæ ſequuntur.

¶ συμπάσχομεν, *una patimur*) Huc ref. *paſſiones* v. ſeq. & ſic, *una glorificemur*, & *gloriam.*

18 γὰρ, *enim*) Ætiologia, cur modo mentionem fecerit paſſionis & glorificationis.

¶ τὰ νῦν καιρὸ, *præſentis temporis*) Crux major in N. T. quam olim fuit, ſed eſt brevis. Καιρὸς, *tempus* breve. *præſens* & *futurum* inter ſe opponuntur.

¶ πρὸς, *ad*) id eſt, ſi comparemus invicem.

¶ εἰς ἡμᾶς) *in nos.* conf. 2 Cor. V. 2.

18, 19 ἀποκαλυφθῆναι - ἀποκάλυψιν) *Revelatur* gloria: & tum *revelantur* etiam filii Dei.

19 ἀποκαραδοκία) Hoc notat ſpem rei appropinquantis, & nixum animi cupide in eam inhiantis. *Exſpectatio creaturæ*, i. e. creatura exſpectans. Luth. in Poſt. eccl. h. l. *das endliche Harren.*

¶ τῆς κτίσεως, *creaturæ*) *Creatura* h. l. non denotat angelos, a *vanitate* immunes; nec homines duntaxat quoscunque, quanquam ne vaniſſimi quidem homines excluduntur, qui etſi in ſtrepitu vitæ vanitatem pro libertate habent, & gemitum partim obruunt, partim diſſimulant: tamen per tempora ſobria, quieta, inſomnia, calamitoſa, ſuſpiriorum vim, aure divina colligente, emittunt: neque excluduntur gentiles probi: fideles autem diſerte opponuntur *creaturæ.* Quod ſupereſt, denotat creaturarum univerſitatem, viſibilium, (uti κτίσμα *Macario* paſſim notat *creaturam* viſibilem. Homil. VI. § V &c.) & pro ſuo quodque genus captu. [*v. 39. c. I. 25.*] **) Sicut ſe habet creatura cuncta ad filios Dei, ſic ſe habent

*) *Etiam hoc loco* abſurdam *Bengelii explicationem pronunciat cel. D.* Erneſti, *Bibl. th. T. II. p. 886 ſq. eamque nonniſi* etymologiâ *ſiniſtre intellectâ fundatam eſſe judicat;* probatos *noſtros Interpretes atque* Theologos *nonniſi de* certitudine fidelium ex comparatione ſtatûs ſui interni cum ſcripturariis filiorum DEI characteribus orturida *locum explicare aſſerens. Enimuero parum vel nihil æquitatis ineſſe huic cenſuræ, tum ex* more loquendi *Apoſtolis uſitato, tum ex obſervationum* Gnomonicarum *nexu, tum ex* probatiſſimorum Theologorum, *& librorum quoque* ſymbolicorum *teſtimoniis irrefragabilibus demonſtratum, ni fallor, dedi in der* Beleuchtung &c. *§ 4. p. 18 - 28. Conf.* Anonymi Freundſchaftliche Unterredungen über die Würkungen der Gnade. *Halle. 1769. P. I. p. 96. Itemque*, Anon. Beurtheilung der Schrift: Vom Werth der Gefühle im Chriſtenthum, *Ff. 1764. p. 90. 133.* E. B.

**) *Hanc ſententiam, quæ ſua ſe* ſimplicitate *facile omnibus commendat, pluribus ornare ſuperuacaneum duco. Semper enim* rationes rationibus *opponi poſſunt, neque eo usque progredi in talibus unquam datur, ut* nulli *omnino* exceptioni *locus ſit. Enimuero nihilominus, ubi pedem figant, recti corde inueniunt.* Auctoritatibus *ſi pugnandum ſit;* Lutheri (*Opp. Ed. Walch. Tom. XII. p. 942 - 970*), Melanchthonis (*Enarr. Ep. ad Rom. Witeb. 1556. fol. 164 ſq.*), Buceri (*Metaphr. & enarr. in Ep. ad*

habent prædicata illius ad prædicata horum h. l. Mali nec desiderant libertatem, nec assequentur. Ad creaturam ex peccato redundarunt incommoda: ad creaturam ex gloria filiorum Dei redundabit recreatio.

¶ *υἱῶν*) τέκνων. v. 21.

¶ *ἀπεκδέχεται*) Ἀπὸ in composito hoc denotat exspectationem rei *speratae* ex promissione. Idem verbum, v. 23. Et sic modo, *ἀποκαραδοκία*.

20 *ματαιότητι*, *vanitati*) unde primus, quem Scriptura laudat, fidelium, הבל dictus. Et *vanitati* & *corruptioni* opponitur *gloria*, & maxima *vanitas* est idololatria. c. I. 21. 23. *Vanitas*, abusus & consumtio. ipsi spiritus maligni dominantur in creaturam.

¶ *ὑπετάγη*, *subjecta est*) Passivum, media significatione, prosopopœiæ tamen quiddam habente.

¶ *οὐχ ἑκοῦσα*, *non volens*) Nam initio aliter fuit. inde mavult *subjici Christo*. Hebr. II. 7 s.

¶ *διὰ τὸν ὑποτάξαντα*, *propter eum, qui subjecit*) id est, propter Deum. Gen. III. 17. V. 29. Adamus eam obnoxiam vanitati fecit, non *subjecit*.

21 *ἐπ' ἐλπίδι*, *super spe*) Constr. cum *subjecta est*. Sic, *super spe*, absolute positum, Act. II. 26. Et conf. *spe*, v. 24.

¶ *αὐτὴ ἡ κτίσις*) *ipsa*, videlicet *creatura*.

¶ *ἐλευθερωθήσεται*, *liberabitur*) Liberatio non fit per plenam destructionem: alias quadrupedes, quum jugulantur, cum voluptate caderent.

¶ *ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης*, *a servitute corruptionis in libertatem gloriae*) Ἀπὸ, *a* & *εἰς*, *in* sunt opposita. *A* notat terminum a quo; *in*, terminum ad quem. *Servitus* & *libertas* est *creaturae*: *corruptio* & *gloria* hominum, fidelium. *Vanitas* v. 20 est quiddam subtilius, quam *φθορά*, *corruptio*. Non solum *liberatio*, sed etiam *libertas* illa est meta, ad quam suo modo tendit creatura.

¶ *εἰς τὴν ἐλευθερίαν*, *in libertatem*) *ut libere serviant gloriae filiorum*. Cluverus.

22 *γάρ*, *enim*) Supponit hæc ætiologia, gemitum creaturæ non esse irritum, sed audiri a Deo.

¶ *πᾶσα*)

ad Rom. Basil. 1562. p. 386 ſs), Corneri (*Comment. in Ep. ad Rom. Heidelb. 1583. fol. 106 ſq.*), J. A. Quendstedii (*Syſtem. theol. Tom. II. p. 1844*), A. H. Frankii (*Lectt. parænn. T. VI. p. 118 ſq.*), D. G. Tr. Zachariæ (*Paraphraſt. Erkl. des Briefs an die Römer ad h. l.*) *aliorumque* recentiorum *vota cum auctoribus vel cenſoribus ad alia omnia abeuntibus bona pace noſtra conferri poſſunt. Quam liceat* grauiſſimi *inter nos* Theologi *obſeruationem hic ſubjungere:* Non est absurdum, *inquit*, etiam Creaturis (*irrationalibus nempe*) participationem aliquam hujus gloriæ tribuere: nam 1) desinente tyrannide peccatorum in creaturas & cessante quocunque earum abusu vere dici possunt participes libertatis gloriæ; 2) dum hoc modo creaturis restituitur usus ipsis proprius, & naturæ ipsarum conueniens, vere dici potest hæc libertas decora, apta & quodammodo gloriosa. Sed accedit 3) quod probabilissimum sit, mundum in hac restitutione non tantum primam suam puritatem & perfectionem habiturum, sed etiam ad nobiliores fines & usus adhibitum iri, atque adeo ipsam creaturarum naturam melioratam fore & exaltatam. Atque hoc ipsum non potest non statum creaturarum glorioſum efficere. ---- Ex quibus omnibus patet, hæc uniuersa non ita intelligi, quasi quæuis creatura etiam irrationalis, etiam inanimata, eandem gloriam cœlestem habitura sit cum fidelibus: soli enim fideles erunt heredes Dei & coheredes Christi; creatura reliqua autem perueniet in libertatem talem, quæ consentanea sit gloriæ filiorum DEI, simul vero etiam ad indolem & naturam atque capacitatem creaturæ cujusuis attemperata. *Hæc hactenus: quibus, cui integrum fuerit, non ſine fructu adder, quæ in* Diss. philosophico - theologica, *A. 1757 edita, ſub præſidio S. R. D. C. F.* Sartorii, *ſ. t.* de Duratione Brutorum *prolixius luci expoſuit Pl. Rev. M. Jac. Nicol.* Hesler, *Oettingenſium hodie, prope Vracum, Paſtor.* E.B.

¶ πᾶσα) *cuncta.* Consideratur, ut unum quoddam totum. conf. v. 28 32. 39.

¶ συστενάζει, *simul suspirat*) suspiriis junctis. Singulare exemplum habet *Dio Cassius* lib. 39, de *ejulatu* elephantorum, quos Pompejus, contra fidem datam, ut homines interpretabantur, in ludos insumpsit: quo ipse populus ita commotus est, ut imperatori diras imprecaretur.

¶ ἄχρι, *usque*) Innuit, finem fore ejus gemitus & dolorum.

23 οὐ μόνον δὲ, *non solum vero*) Concludit a suspirio forti ad suspirium multo fortius.

¶ αὐτοὶ-καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ, *ipsi-etiam nos ipsi*) Prius *ipsi* refertur per antitheton ad *creaturam*, v. 22: posterius, ad v. 26, de *Spiritu*: & tamen unum idemque subjectum denotat; alias dixisset apostolus, αὐτοὶ οἱ τὴν ἀπαρχὴν κτλ.

¶ τὴν ἀπαρχὴν τοῦ πνεύματος, *primitias Spiritus*) i. e. *Spiritum*, qui est *primitiae*. vid. 2 Cor. I. 22 not. *Sumus primitiae quaedam creaturarum Dei*, Iac. I. 18, habemusque *primitias Spiritus*. atque idem Spiritus penetrat omnes *creaturas*, Ps. CXXXIX. 7: quo ex loco gemitus creaturæ declaratur. *Primitias* habere dicuntur filii Dei, quam diu sunt in via. *Primitias* & bonum primitias sequens qui habent, iidem sunt.

¶ ἔχοντες, *habentes*) Hoc involvit causam, *quia habemus.*

¶ ἐν ἑαυτοῖς, *in nobis ipsis*) Significat, fidelium gemitum longe differre a gemitu creaturæ.

¶ στενάζομεν) Στενάζω h. l. & v. 22 significat *cum gemitu desiderare.* coll. 2 Cor. V. 4.

¶ τὴν) Hic articulus ostendit, appositione, si eam resolvas, hanc contineri sententiam: *redemtio corporis nostri, est adoptio.*

¶ τὴν ἀπολύτρωσιν, *liberationem*) Hæc erit in die novissimo, quem sibi jam tum imminere proponebant. *) Affine ἐλευθερία, *libertas. Luc. XX. 36.* [*Non ea* libertas *innuitur, quâ nos liberamur corpore, sed ea, quâ corpus morte liberatur.* V. g.]

24 ἐλπίδι) Dativus, non medii, sed modi. ita *salvati sumus*, ut superfit etiamnum, quod speremus, & salutem & gloriam. Limitat præsentem salutem, sed, dum limitat, hoc ipso eam præsupponit.

¶ τί καὶ) *cur etiam* sperat ille id? cum visione, non est spe opus. Beati erunt certi de æternitate suæ beatitudinis; quia non egebunt spe: adeoque erunt confirmati.

25 εἰ δὲ, *si vero*) Ex natura spei deducit fidelium exspectationem.

26 καὶ, *etiam*) Non solum creatura omnis suspirat, sed Ipse Spiritus fert auxilium. coll. v. 23 not. 2. Fideles ex utroque latere tales habent, qui cum illis gemunt & communem cum illis causam faciunt: ex uno latere totam *creaturam*, ex altero multo magis *Spiritum.* Quatenus Spiritus gemit, respectus est ad *nos*: quatenus *etiam* auxilium fert, respectus est ad *creaturam.*

¶ συναντιλαμβάνεται) σὺν in hoc composito, ut in συμμαρτυρεῖ, v. 16.

¶ ταῖς ἀσθενείαις) *infirmitatibus*, quæ sunt in nostra cognitione & in nostris votis. abstractum pro concreto: *infirmitatibus*, id est, orationibus, quæ per se infirmæ sunt.

¶ γὰρ, *nam*) Explicat Paulus, quæ sint *infirmitates.*

¶ τί-καθὸ, *quid-sicut*) Conf. *quomodo aut quid.* Matth. X. 19.

¶ ὑπερεντυγχάνει) ὑπὲρ, *super*: uti v. 37.

*) *Ad* pacatiorem vitam *&* externam religionis opportunitatem, *quæ* fractâ Judæorum malignitate atque atrocitâ *Paulo & reliquis Christianis speranda fuerit, hanc omnem* liberationis *anhelationem referri alicubi, quis non miretur?* E. B.

37, ὑπερνικῶμεν· &, ὑπερεπερίσσευσεν, c. V. 20. Vtrumque, ὑπερεντυγχάνει, hoc v., & ἐντυγχάνει, v. 27, prædicatum est de eodem Subjecto, scilicet Spiritu S. Sic fere fieri solet, ut primo verbum compositum in sua emphasi justa ponatur, deinde vero, loco ejus, simplex tantummodo repetatur. Sic Rom. XV. 4 προεγράφη prius: subsequitur genuinum alterum ἐγράφη.

¶ στεναγμοῖς, *suspiriis*) Omne suspirium proficiscitur (thema, στενος) ex angustiis. itaque materia suspiriorum est ex nobis: sed formam inducit Spiritus sanctus, unde suspiria, vel ex tristitia, vel ex gaudio, fidelibus sunt ineffabilia.

27 δὲ) Ref. ad α privativum in ἀλαλήτοις.

¶ τὰς καρδίας, *corda*) In cordibus habitat Spiritus, & *intercedit*. Christus, in cœlo. Qui *scrutatur corda*, est Pater, cui id in Scriptura potissimum tribuitur.

¶ τὸ φρόνημα τῦ πνεύματος, *sensum spiritus*) Conf. φρόνημα v. 6. *Sensum*, nominativus: a plurali, *sensa*, *sensorum*.

¶ τῦ πνεύματος, *Spiritus*) sancti. v. præc.

¶ κατὰ) *ad*. κατὰ θεὸν, non κατὰ ἄνθρωπον. (conf. 1 Ioh. III. 20.) ut Deo dignum, eique acceptum & manifestum est. Spiritus sanctus intelligit stilum curiæ cœlestis, Patri acceptum. Emphasin habet hoc, commate ineunte.

¶ ὑπὲρ ἁγίων, *pro sanctis*) Non additur articulus. *sancti* sunt, & *Deo* propinqui, & auxilio digni, pro quibus *intercedit*.

28 οἴδαμεν δὲ, *novimus autem*) Antitheton: *non novimus*. v. 26.

¶ τοῖς ἀγαπῶσι, *amantibus*) Hîc describitur subjectum a fructu eorum, quæ hactenus dicta sunt, amore erga Deum; qui *amor* etiam facit, ut fideles *omnia*, quæ Deus immittit, dextre in bonam partem accipiant, & omnia constanter pervincant. [*Iac. I. 12. Exemplo est Paulus, 2 Cor. I. 3-11. V. g.*] Mox in *vocatis* denotatur causa, cur huic subjecto tam lautum prædicatum tribuatur.

¶ πάντα συνεργεῖ) *omnia cooperantur*, per suspiria & aliis modis. Sic 1 Macc. XII. 1: ὁ καιρὸς αὐτῷ συνεργεῖ.

¶ εἰς ἀγαθὸν, *in bonum*) ad glorificationem usque. v. 30 fin.

¶ τοῖς κατὰ πρόθεσιν κλητοῖς οὖσιν, *iis qui secundum propositum vocati sunt*) Nova propositio respectu eorum, quæ sequuntur. Anakephalæosin totius beneficii, in justificatione & glorificatione siti, versu 30 dare instituens, regreditur nunc primum ad summas ejus radices, ex his ipsis fructibus dulcissimis demum noscendas, simulque præludit capiti nono. πρόθεσις *propositum* est, quod Deus constituit de salute suorum. κλητοῖς, *vocatis*, nomen est, non participium: quia accedit οὖσιν, qui *sunt* vocati. τὸ *propositum* explicatur v. 29. τὸ *vocati*, v. 30.

29 προέγνω) *praenovit*. Hafenrefferus vertit: *antea agnovit*. πρόθεσις *propositum* complectitur πρόγνωσιν *praecognitionem* & προορισμὸν *praedestinationem*. nam & illi & his annectitur *vocatio*. v. 28-30. Eph. I. 9: ubi tamen θέλημα, *voluntas* latius patet, quam *praedestinatio*. Et *praecognitionem* certo comitatur *praedestinatio*. nam *praecognitio* tollit *rejectionem*: c. XI. 2. *rejectio* autem & *praedestinatio* sunt opposita.

¶ προώρισε, συμμόρφους, *praedestinavit, conformes*) Declarat, qui sint, quos *praenovit*, nempe ii, qui sunt *conformes* &c. Hic est *character* præcognitorum & glorificandorum. 2 Tim. II. 19. Phil. III. 10. 21.

¶ τῆς εἰκόνος, *imaginis*) Constr. cum συμμόρφους, quanquam σύμμορφον Phil. l. c. dativum regit. Hîc cum genitivo magis habet vim substantivi. Similitudo est ipsa *adoptio filiorum*, non crux aut gloria. nam hæc sequitur demum *justificationem*, de qua v. 30: qui autem *filii* Dei sunt,

fratres Christi sunt. *Conformitatem* cum Filio Dei (Gal. IV. 19) subsequitur *conformitas* cum ejus cruce aut gloria. Sic Eph. I. 5, *praedestinans nos in adoptionem filiorum.*

¶ εἰς τὸ) Causa, cur cum *praecognitione* conjuncta sit *praedestinatio*. nempe Christus debet habere multos fratres: haec multitudo autem excideret, aut certe minueretur, si *praecognitio* esset sine *praedestinatione*. *Praedestinatio* vincit omnia impedimenta salutis fidelium, & adversa convertit in secunda.

¶ εἶναι) *ut sit* & conspiciatur.

¶ πρωτότοκον, *primogenitus*) Ipsa resurrectio gloriosa Christi & fidelium est quaedam generatio. Matth. XIX. 28.

30 Τοὺς καὶ ἐδικαίωσεν, *hos etiam justificavit*) Non absolute parem eorum, qui vocantur, justificantur, glorificantur, numerum Paulus statuit: non negat, posse fidelem inter vocationem specialem & glorificationem deficere, c. XI. 22; nec negat, eos etiam vocari, qui non justificentur: sed docet, Deum, quantum in ipso est, a gradu ad gradum perducere suos.

¶ ἐδόξασε, *glorificavit*) v. 17-24. Loquitur in praeterito, tanquam a meta respiciens ad stadium fidei, & ex aeterna gloria in ipsam quasi retro aeternitatem, in qua Deus glorificationem decrevit. [*Cf. Ps. XVI. 3.*]

31 πρὸς ταῦτα) *ad haec*, quae cap. III. V. VIII dicta sunt. q. d. ultra non possumus ire, cogitare, optare. Et si quis ipsius infidelitatis nomine velit aliquid πρὸς ταῦτα (conf. Luc. XIV. 6.) *contra haec* proferre, nil possit. [*Coeli portam hoc loco patere, jure dixeris. v. 31-39.* V. g.]

¶ εἰ) *si*. Conditionalis pro causali, firmiorem facit consequentiam. Plerique statuunt tres periochas hoc loco, quarum quaelibet per interrogationem incipiat in τίς *quis*, cum anaphora, & responsionem habeat subsequentem, quae anthypophora vocatur. Atqui aliam spectavit analysin apostolus. Sunt ab hoc versu quatuor periochae: una, generalis; tres, speciales. quaelibet habet primum gloriationem, de Gratia; mox, interrogationem congruam, adversa omnia provocantem, cui τὸ *persuasus sum* respondet. Prima, generalis, est haec: *si Deus pro nobis, QVIS contra nos?* specialis prima haec, de praterito: *qui ne suo quidem filio pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: QVOMODO non etiam cum illo omnia nobis condonabit? QVIS accusabit electos Dei?* (ubi in interrogatione consectarium est ex gloriatione de *praeterito*: natura enim rei non ferebat periocham nonnisi per *praeterita* expressam. Vtique duplex etiam *futurum* est in *condonabit*, *accusabit;* sed id tamen manifestum habet ad *praeterita* respectum. Peccata commissa Deus omnia condonabit. Ob ea commissa nemo jam electos Dei accusare potest. Atque τὸ *quomodo*, *quis* compinguntur hoc modo in unam eandemque periocham, sed duplex item est respectus. 1 *suo Filio Deus non pepercit.* Ergo *etiam cum illo omnia nobis condonabit.* 2 *pro nobis omnibus tradidit illum.* Ergo *nemo accusabit electos Dei.*) secunda, de praesenti: *Deus justificans: QVIS condemnans?* conf. omnino Ies. L. 8. 9. tertia, de futuro: *Christus &c. QVIS nos separabit.* &c. futurum enim est in *separabit.* coll. v. 38 fin. Praeteritum & Praesens, fundamentum Futuri. Et saepe ex morte Christi amor infertur. c. V. 5 seqq. Gal. II. 20. Ap. I. 5. Frequens etiam est talis apodosis interrogans, & maxime convenit sermoni animoso. Act. VIII. 33. Num. XXIV. 9. Iob. IX. 12. XXXIV. 29. Ps. XXVII. 1. Es. XIV. 27. XLIII. 13. Thren. II. 13 fin. Amos III. 8.

32 ὅς γε, *qui*) Prima haec periocha specialis quatuor habet sententias: primam

respicit tertia, secundam quarta. Filio non pepercit: ergo nil non condonabit. Filium tradidit pro nobis: ergo nemo accusabit nos propter peccata. c. IV. 25, *traditus est*. Neque τὸ *quis accusabit* tam arcte cohæret cum eo, quod sequitur, quam cum eo, quod antecedit. nam Christi traditio pro nobis, omnem *accusationem* prohibet: *accusationem* non prohibet, sed vincit *justificatio*. γὲ suavitatem habet plenam exultationis, uti καὶ, *etiam*, v. 34 iteratum. ὃς, *qui*, habet apodosin, *is*, implicitam verbis subsequentibus.

¶ οὐκ ἐφείσατο, *non pepercit*) LXX, οὐκ ἐφείσω τὸν υἱόν σου κτλ. Gen. XXII. 16, de Abraham & Isaac: eumque locum Paulus videtur in mente habuisse. Deus paterno suo amori quasi vim adhibuit.

¶ ἡμῶν πάντων, *nobis omnibus*) Alias fere dicitur, *omnes nos*, *omnium nostrûm*, sed hîc *nobis* priore loco positum, majore vi & accentu. Sensus gratiæ in *nos* prior est sensu gratiæ *universalis*. Multa exstant applicationis exempla sine mentione universalitatis. v. gr. 1 Tim. I. 15 s. universalitas autem deinceps ad ulteriora officia acuenda laudatur. ibid. c. II. 1 s.

¶ παρέδωκεν) Sic LXX, Es. LIII. 6.

¶ καὶ σὺν αὐτῷ, *etiam cum ipso*) Καὶ *etiam* addit epitasin argumento a majori ad minus. Plus fuit, *Filio non parcere*: nunc, *cum Filio*, id est, quum Filium Dei nobis impensum habemus, utique omnia condonabit.

¶ πάντα) *omnia*, salutaria.

¶ χαρίσεται, *condonabit*) Antitheton: *non pepercit*. Quæ ex redemtione consequuntur, ipsa quoque *gratuita* sunt.

33 κλεκτῶν θεοῦ, *electos Dei*) v. 29.

¶ δικαιῶν, *justificans*) Oppositа: *justificare* & *condemnare*. v. 3 not. Es. L. 8 s. quem locum antea citavimus, similiter præcedit subinde hypothesis, & sequitur Subjectio, interrogative concepta: ex. gr.

A Propinquus est, qui justificat me:
B 1. *quis litigabit mecum? stabimus una.* Hoc videtur tantisper ex sensu V. T. dictum esse, quod *propinquus* sit, cum e contrario apud Rom. dicatur, *Deus justificans*, sine restrictione.
B 2. *quis dominus judicii mei? appropinquet ad me.*
C En Dominus Deus auxiliabitur mihi:
D quis est *ille* qui *condemnabit me?*

Hîc videtur apostolus *A* assumsisse, & e contrario *B* omisisse, itemque *C* omisisse, & e contrario *D* allegasse.

34 ὁ ἀποθανών, μᾶλλον δὲ-, ὃς καὶ-, ὃς καὶ, *mortuus, magis vero-, qui etiam-, qui etiam*) His quatuor momentis respondet series enumerationis contrariorum, v. 35. 38 s. In v. 35 sunt leviora & minora, quæ omnia possunt referri ad *mortem* v. 38, quia sunt dispositiones præviæ ad *mortem*. Graviora sunt v. 38 s. Id statim uberius evolvetur.

¶ μᾶλλον, *magis*) c. V. 10. Fides nostra niti debet morte Christi, sed *magis* etiam eo debet proficere, ut nitatur Ejus resurrectione, regno, adventu.

¶ ἐστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ θεοῦ, *est in dextra Dei*) potest servare; ipse & Pater. Non præmittitur mentio ascensionis, nec sequitur mentio adventus glorioši. nam illa est actus sessionis ad dextram: hæc, plane tollit omnia, separationem ab amore Dei intentantia, & glorificationem affert, de qua v. 30.

¶ ἐντυγχάνει, *intervenit*) vult servare; ipse & Pater.

35 τίς ἡμᾶς χωρίσει, *quis nos separabit*) Perpetua in posterum conjunctio cum *amore* Christi & Dei deducitur ex Christi *morte, resuscitatione, sessione ad dextram Dei* & *interventione*. conf. c. V. 5 f. 9 f. Hebr. VII. 25. *Quis* autem mox per enumerationem declaratur, sine subsequente ætiologia;

ex

ex quo iterum patet, ætiologiam ante *quis nos* esse quærendam, v. 34. & *quis* ait, non *quid*, quanquam subjicit, *afflictio &c.* quia sub his adversis latent hostes.

¶ τῆς ἀγάπης, *amore*) erga nos. v. 37. 39. Fundamentum, cur ab amore separari non possimus, est amor: fundamentum hujus fiduciæ, amor perspectus.

¶ τῷ χριστῷ, *Christi*) Cum amore Christi unus est amor Dei. v. 39.

¶ γυμνότης) *penuria vestium*, summa egestatis. 1 Cor. IV. 11. 2 Cor. XI. 27. Sermo fere incedit per paria, *fames ac nuditas* &c.

¶ κίνδυνος, *periculum*) Hypocritæ sæpe periculis meris succumbunt.

¶ ἢ μάχαιρα, *aut gladius*) instrumentum *mactationis*. Suæ mortis genus Paulus nominat. conf. c. XVI. 4. Phil. II. 17 not. Multi martyres, quos alia tormenta conficere non potuere, gladio *consummati sunt*, ἐτελειώθησαν.

36 καθὼς, *sicut*) Declarat, cur versu præc. tam multa adversa enumeret.

¶ ὅτι-σφαγῆς) Sic LXX, Ps. XLIV. 23. Sic & ecclesia V. T. & multo magis ecclesia N. T. dicere potuit & potest.

¶ ἕνεκα σοῦ, *tui causa*) Sic pati bonum est: aliis de causis irriti sunt dolores, quibus scatet mundus.

¶ θανατούμεθα, *morte afficimur*) Prima classis beatorum fere completur per eos, qui violenta morte obierant. Matth. XXIII. 34 s. Hebr. XI. 37. Ap. VI. 11. XX. 4.

¶ ὅλην τὴν ἡμέραν) Sic LXX passim. כל היום adagium. *totum diem, omni die.* Matth. XX. 6. Ps. cit. v. 16. 9.

¶ ἐλογίσθημεν, *reputati sumus*) ab hostibus, a nobis.

37 ὑπερνικῶμεν, *exsuperamus*) vim habemus non modo parem & sufficientem, sed longe superantem ad vincenda præcedentia. ne sequentia quidem oberunt. quia Christus, quia Deus major est omnibus. Hac periocha designatur illa summa quasi linea, quam Christianus ante beatam analysin assequi potest.

¶ διὰ τοῦ ἀγαπήσαντος) Aoristus: *per eum, qui amore suo* nos in Christo *complexus est*, & ob id ipsum per adversa nos probat.

38 πέπεισμαι, *persuasus sum*) victa omni dubitatione.

¶ γάρ) Minora non obsunt. *nam* majora non oberunt.

¶ οὔτε θάνατος κτλ. *neque mors &c.*) Hoc infertur ex v. 34 ordine admirando:

neque mors nocebit nobis,	nam *Christus mortuus est:*
neque vita: (conf. c. XIV. 9.)	*resurrexit*:
neque angeli neque principatus, neque praesentia neque futura: conf. Eph. I. 20 s.	*est in dextra Dei:*
neque virtus, neque altitudo neque profundum, neque alia ulla creatura.	*intervenit.*

Atque hinc illustratur series verborum. Incedit enim sermo per paria: *neque mors, neque vita: neque praesentia, neque futura:* reliqua duo paria per χιασμὸν subjiciuntur: *neque virtus, neque altitudo, neque profundum, neque alia creatura ulla;* sic tamen, ut etiam quælibet *virtus & altitudo*, ut *profundum & quaevis creatura* conjungantur. Similis χιασμὸς, Matth. XII. 22: *ita ut caecus & mutus & loqueretur & videret.* Quodsi cuipiam receptior enumerationis ordo magis placet, sic legat:

neque mors, neque vita:
neque angeli, neque principatus, neque virtutes:
neque praesentia, neque futura:
neque altitudo, neque profundum, neque alia creatura ulla:

ut

ut sint quatuor specierum paria; & secundum quartumque par, genus primo ultimove loco adjectum habeat. Sed superiorem illam enumerationis seriem defendit major testium antiquitas. [Vid. App. crit. Ed. II. p. 329 sq.] Receptum verborum ordinem egomet faciliorem agnosco: ac liberum manet lectori judicium. Certe respectus hujus enumerationis ad versum 34, paulo ante demonstratus, ita evidens est & salutari doctrina refertus, ut pro *arbitrario* interpretamento haberi recuset. Nunc eadem incisa singulatim videbimus.

¶ θάνατος, *mors*) *Mors*, maxime terribilis habetur: & primo hîc loco ponitur, collato versu 34 ejusque serie, & versu 36. Innuitur ergo mors etiam quæ ab hominibus infligitur: vivi comburium, strangulatio, bestiæ &c. *)

¶ ζωὴ, *vita*) & in ea θλῖψις, *afflictio* &c. v. 35. item vitæ diuturnitas, tranquillitas, omnesque *homines* viventes. Horum nil oberit. conf. 1 Cor. III. 22.

¶ ἄγγελοι, *angeli*) *Angelorum* mentio fit, per gradationem, post implicitam hominum mentionem. conf. 1 Cor. XV. 24 not. Hoc loco & de bonis angelis (conditionate, uti Gal. I. 8,) & de malis (categorice) accipi potest. (nam hos quoque *angelos* absolute dici, non modo *angelos diaboli*, Matth. XXV. 41, reperias.) 1 Cor. IV. 9. VI. 3. XI. 10. 1 Tim. III. 16. 1 Petr. III. 22. 2 Petr. II. 4. Iud. v. 6. Ap. IX. 11 &c. Ps. LXXVIII. 49.

¶ ἀρχαὶ, *principatus*) Hi continentur etiam angelorum appellatione, ut ceteri ordines, Ebr. I. 4. 14, sed speciatim *angeli* videntur appellari, qui sæpius reliquis mittuntur. *Principatus* sic dicuntur, atque etiam *throni*, Col. I. 16, non tamen *regna*. namque *regnum* est Filii Dei. 1 Cor. XV. 25. 24. **)

¶ οὔτε ἐνεστῶτα οὔτε μέλλοντα, *neque praesentia neque futura*) *Praterita* non memorantur, ne peccata quidem: nam præterierunt. *Praesentia* sunt, quæ nobis, quam diu peregrinamur, vel mundo toti, dum is finitur, acciduat. Sancti enim spectantur vel singulatim vel conjunctim. *Futura*, quæ nobis vel post nostra in mundo, vel post totius mundi tempora occurrent, ut judicium novissimum, conflagratio mundi, supplicium æternum; vel ea, quæ cum jam sint, tamen nobis nominetenus in futuro seculo demum innotescent. Eph. I. 21.

¶ οὔτε δύναμις, *neque virtus*) Δύναμις sæpe respondet Hebraico צבא & *copias* dicit.

39 οὔτε ὕψωμα οὔτε βάθος, *neque altum neque profunditas*) *Praeterita* & *futura* spectant ad differentias temporum: *altum* & *profunditas*, ad differentias locorum. Quam multa, magna, varia, his vocabulis comprehendantur, non novimus, nec tamen timemus. *Altum*, grandi

*) Statum *potius* mortuorum *hîc innui*, *quam* cædem actualem, *in* Vers. germ. *ex eo suspicatur b.* Auctor, *quod jam v. 35 quoduis mortis genus contineatur sub* gladii *mentione.* E.B.

**) *Ecquid vero literatorum illi agunt, qui talia* ridere, *ad* obsoletas postillas *&* somnia judaica *ablegare, quin spiritualium fabulatorum* (himmlischer Romanisten) *titulo traducere non verentur? Apertam sane nostris Scripturæ locis* vim inferant *necesse est, ut, quæ* credere nolunt, *cum aliqua certe ratione videantur negare. Enimuero argumentis vel ab* usu linguæ *vel a* verborum nexu *vel a* Theologorum consensu *depromendis destituti ad* scommata & satyras *confugiunt, quibus ii, qui* inusibilia *malunt ex diuinis tabulis, quam ex ingenio suo dijudicare, largissima mensura perfunduntur hodie. Adeone absurda res est & vesana, in vastissimo inuisibilium regno* certos ordines *a DEO constitutos agnoscere, ut, si non approbatione, tamen* excusatione aliqua *ii potius digni existimari debeant, qui Apostolum* judaico more *loqui prætendunt, quam ii, qui* nouaturiendi studio *abripi se in talibus non patiuntur? Perpendat sobrius Lector, quæ extant hanc in rem in cel. D.* Ernesti *Bibl. th. T. X. p. 508.* E.B.

di hîc ſtilo, dicitur pro cœlo: *profunditas*, pro abyſſo. coll. cap. X. 6. 7. Eph. IV. 8. 9. 10. i. e. neque ardua & alta, neque præcipitia ac profunda, non dicam, ſenſuum, affectuum, famæ, facultatum, Phil. IV. 12, nec dicam, murorum, montium, aquarum, ſed cœli & abyſſi ipſius, quorum vel ſecura cogitatio externare mentem humanam poteſt, nos terret. Porro Paulus Græce non dicit, ὕψος, βάθος, ut alibi alio ſenſu: neque ὕψωμα, βάθυσμα (uti Plutarchus, ὑψώματα τῶν ἀερίων, & Theophraſtus, βάθύσματα τῆς λίμνης) ſed ὕψωμα, βάθος· derivativum & primitivum, variumque ſonum quaſi ſtudio adhibens. ὕψος, nomen primitivum, abſolute ſonat *altitudinem*, ὕψωμα verbale quiddam, non tam altum, quam altatum ſive elatum: ὕψος, Dei eſt, & cœli tertii; unde nil infeſtum nobis. ὕψωμα fortaſſe parecheſin habet ad verbum ἱερέωμα LXX interpretibus frequens: & certe dicitur h. l. de regionibus illis, quas ſcandere arduum eſt, & ubi poteſtates tenebrarum verſantur, adverſum nos ſe horribiliter *efferentes*. βάθος, quaqua deſcendit, nil nocet nobis.

¶ κτίσις, *creatura*) quæcunque ſunt, extra Deum, & qualiacunque ſunt. Hoſtes viſibiles ne nominare quidem dignatur.

¶ δυνήσεται, *poterit*) etiamſi multa conentur.

¶ χωρίσαι, *ſeparare*) neque vi, v. 35. neque per viam juris, v. 33 ſ.

CAP. IX.

1 Ἀλήθειαν, *veritatem*) De nexu vid. not. ad c. I. 16. Non additur hîc articulus: (conf. 2 Cor. VII. 14. XI. 10.) quia non eſt ſermo de veritate omni, ſed de re quadam vera in ſpecie, quo ſenſu etiam ἀληθειαι in plurali dicuntur in Ps. XII. 2, LXX. 2 Macc. VII. 6. Hæc aſſeveratio præcipue ſpectat verſum 3, ubi *enim* ponitur, uti Matth. I. 18. Itaque v. 2 ὅτι notat *quia*, & innuit voti cauſam. Verſus 2 per ſe, ſine tanta aſſeveratione, fidem inveniebat.

¶ λέγω, *dico*) Deliberate loquitur apoſtolus.

¶ ἐν χριστῷ) ⊐ ἐν interdum facit ad juramentum.

¶ οὐ ψεύδομαι, *non mentior*) Hoc æquipollet commati illi, *veritatem dico*. utrique additur ſua confirmatio. Hoc caput paſſim in phraſibus & figuris ad Hebraiſmum accedit.

¶ συνειδήσεως, *conſcientia*) Criterium veri, in conſcientia & *corde*: quam illuminat & confirmat teſtimonium internum Spiritus ſancti.

2 λύπη, *triſtitia*) In ſpiritualibus triſtitia & (cap. VIII fin.) lætitia in ſummo gradu poſſunt eſſe ſimul. Sentiebat Paulus, quantis bonis hactenus enumeratis ſe excluderent Iudæi: ſimulque declarat, ſe ea, quæ dicere habet, non dicere inimico erga ſuos perſecutores animo.

¶ μοι - τῇ καρδίᾳ μου, *mihi-cordi meo*) Hæc æquipollent in utroque hemiſtichio.

3 ηὐχόμην, *optabam*) Verbum imperfecti temporis, vim potentialem vel conditionalem, *ſi Chriſtus annueret*, involvens. *dolor* erat *indefinens*: at hoc *votum* non videtur h. l. aſſeri indefinens, neque abſolutum. Verba humana non ſunt plane apta, quibus includantur motus animarum ſanctarum: neque ſemper iidem ſunt motus illi, neque in earum poteſtate eſt, tale ſemper votum ex ſeſe elicere. Non capit hoc anima non valde provecta. De menſura amoris in Moſe & Paulo non facile eſt exiſtimare. Eum enim modulus ratiocinationum noſtrarum non capit: ſicut heroum bellicorum animos non capit parvulus. Apud ipſos illos duumviros intervalla illa, quæ bono ſenſu

ecſta-

ecstatica dici possint, subitum quiddam & extraordinarium fuere. Ne in ipsorum quidem potestate erat, tales actus ex sese quovis tempore elicere. *Dolor* & *tristitia* de periculo & ærumna populi: pudor pro eorum culpa: zelus pro eorum salute, pro tantæ multitudinis incolumitate, pro Dei gloria per tanti populi conservationem magis promovenda: ita eos abstulit, ut sui obliviscerentur tantisper. Exod. XXXII. 32 paraphrasis mea hæc fuerit: *Condona eis: si non condonas*, pœnam in eos destinatam in me converte, i. e. ut Moses alibi loquitur, *me interfice*. Num. XI. 15. Itaque est liber vitæ temporalis, præscindendo ab æterna, pro ratione & œconomia & stilo V. T. Conf. Ex. XXXIII. 3. 5. De libro temporalis vitæ agitur Ps. CXXXIX. 16.

¶ αὐτὸς ἐγὼ, *ipse ego*) Constr. cum *esse*.

¶ ἀνάθεμα εἶναι, *anathema esse*) Satis erit contulisse locum Gal. III. 13, ubi Christus dicitur *factus pro nobis maledictio*. Sensus est: optabam Iudæorum miseriam in meum caput conferre, & illorum loco esse. Iudæi, fidem repudiantes, erant anathema a Christo. conf. Gal. I. 8. 9. V. 4. Vtrum privationem duntaxat omnis boni, & destructionem vel annihilationem sui, an etiam perpessionem omnis mali, eamque & in corpore & in anima, & sempiternam, optaret, aut in ipso voti illius paroxysmo intellectui suo obversantem habuerit, quis scit, an Paulus ipse interrogatus definiret? Certe illud *EGO* penitus apud illum in pausa erat: tantum alios, honoris divini causa, spectabat. conf. 2 Cor. XII. 15. Ex summa fide (cap. VIII.) nunc summum ostendit amorem, ex amore divino accensum. Res non poterat fieri, quam optarat: sed votum erat pium & solidum, quamlibet cum tacita conditione, *si fieri posset*. Conf. Rom. VIII. 38, *persuasus sum*. Ex. XXXII. 33.

¶ ἀπὸ τοῦ χριστοῦ, *a Christo*) Sic ἀπὸ, *a*, 1 Cor. I. 30. Vel, ut Christus, *maledictio* factus, *a Patre* derelictus fuit: sic Paulus, Christi plenus, *a Christo* destitutus esse Iudæorum vicem optabat, tanquam anathema. Non est sermo de excommunicatione ab æterna societate ecclesiæ. Differunt hæc duo. nam κατάρα, קללה *maledictio*, majore vi, dicitur quiddam magis absolutum: חרם *anathema*, aliquid respectivum, Gal. I. 8. 9. 1 Cor. XVI. 22. illud gravius, hoc mitius: illud vim reconciliationis per Christi crucem exprimit, hoc in Paulum magis convenit. neque alterum pro altero aut h. l. aut ll. cc. substitui potest.

¶ τῶν) De tota multitudine sermo est, non de individuis.

¶ ἀδελφῶν μου, *fratribus meis*) Causa amoris tanti.

¶ συγγενῶν μου κατὰ σάρκα, *cognatis meis secundum carnem*) Causa voti, cur votum, ceteris paribus, justum esset. & *cognatis* additum ostendit, *fratribus* h. l. non accipi, ut solet, de Christianis, sed de Iudæis. Christus factus est pro nobis *maledictum*, quia eramus ejus *cognati*.

4 οἵτινες, *quippe qui*) Nunc explicat causam tristitiæ & doloris: tantis bonis non frui Israëlem. Magnam adhibet euphemiam.

¶ ὧν ἡ υἱοθεσία - ἐπαγγελίαι, *quorum* est *adoptio filiorum - promissiones*) Sex prærogativæ per paria tria correlatorum enumerantur: ac primo pari spectatur *Deus Pater*; secundo, *Christus*; tertio, *Spiritus sanctus*. coll. Eph. III. 6 not.

¶ ἡ υἱοθεσία καὶ ἡ δόξα, *adoptio filiorum & gloria*) i. e. quod Israël est filius Dei primogenitus, & Deus gloriæ est Deus eorum. Deut. IV. 7. 33 l. Ps. CVI. 20. [*XLVII. 5.*] sed vi correlatorum simul Deus est Pater Israëlis; & Israël est Dei populus. Locutio item concisa, Ap. XXI. 7. conf.

conf. c. VIII. 18 f. Sunt qui δόξαν *gloriam* accipiant de arca fœderis: sed Paulus nil corporeum hîc commemorat. Ipse Deus dicitur *Gloria* populi Israël, ea metonymia, qua *Timor* pro Deo dicitur. Gen. XXXI. 42. 54. *cf. 1. Sam. 4, 21.*

¶ καὶ αἱ διαθῆκαι καὶ ἡ νομοθεσία, *& testamenta & legislatio*) conf. Hebr. VIII. 6. Causa, cur *testamenta* ante *legislationem* ponantur, patet ex Gal. III. 17. Plurale est, διαθῆκαι· quia *testamentum* sive fœdus & sæpe repetitum, Lev. XXVI. 42. 45. Eph. II. 12, & varie; Hebr. I. 1. & quia erant duæ dispositiones Gal. IV. 24, altera promittens, altera promissa.

¶ καὶ ἡ λατρεία καὶ αἱ ἐπαγγελίαι, *& cultus & promissiones*) Act. XXVI. 6. 7. Eph. I. 13. Hebr. VIII. 5. 6. Correspondent hîc per chiasmum *legislatio* & *cultus*, *testamenta* & *promissiones*. Ex *testamentis* fluunt *promissiones*: & per *legislationem* institutus est *cultus*. [*Cultui dignitatem suam conciliarunt promissiones. Promissus autem fuit Spiritus sanctus. Gal. III. 14.* V. g.]

5 ὧν οἱ πατέρες κτλ.) *Commentationem* ad h. l. & scripsit ven. *Baumgartenius*, & Explicationi hujus Epistolæ adjecit. Quæ in ea ad me pertinent, explanavi *im Zeugniss.* p. 157 seqq. (ed. 1748.) [*c. XI. 28.*]

¶ καὶ ἐξ ὧν, *& ex quibus*) i. e. ex Israëlitis, Act. III. 22. Ad sex prærogativas Israëlitarum modo memoratas accedit nunc septima & octava, de patribus deque ipso Messia. Nobilis est ac sanctus populus *Israël*.

¶ ὁ ὢν) i. e. ὅς ἐστι. sed participium sonat augustius. Doxologiam hoc loco non esse, non inepte probat Artemonius a luctu Pauli: Part. I. cap. 42. sed idem cum sociis contendit, Paulum scripsisse, ὧν ὁ ἐπὶ πάντων, θεὸς κτλ. ut notetur hæc prærogativa Israëlitarum, quod Dominus sit Deus eorum: & illud, ὁ ἐπὶ πάντων, interpretatnr ita, hanc prærogativam esse omnium Israëlis dignitatum maximam. Sed talis interpretatio τῷ ὁ ἐπὶ πάντων, coll. Eph. IV. 6, (ut hanc primo amoveamus,) sententiam habet non nisi ex patrocinio hypotheseos oriundam, & tali potius formula, τὸ δὲ πάντων μεῖζον, exprimi postulantem. Conjectura ipsa, ὧν ὁ, apertam textui vim infert. *) Nam I. ea τὸ κατὰ σάρκα discludit a membro opposito, ubique commemorari solito, κατὰ πνεῦμα. II. Eadem membrum enumerationis ultimum, cui καὶ, &, convenienter datur, καὶ ἐξ ὧν κτλ. in duo dividit, & horum alterum duro asyndeto afficit.

Objicit Artemonius: I. Christus nullibi in Scripturis sacris Deus expresse vocatur. Resp. Nullibi? scilicet quia omnia illa loca Artemonius vel alia lectione vel alia interpretatione avertere conatur. Ipse plura unius rei testimonia postulari debere negat pag. 225. De cetero vid. not. ad Ioh. I. 1. Obj. II. Si Paulus scripsit ὁ ὤν, præcipuam prætermisit Israëlitarum prærogativam, quod Deus ille Opt. Max. illorum fuerit Deus. Resp. In eo ipso constiterat *filiatio & gloria*: ergo non prætermisit. neque unquam illud, *Dominus est Deus Israëlis*, exprimitur his verbis: *Tuus, o Israël, est Deus benedictus in secula.* Instat: Etiam in *fœderibus* continetur Christus, & tamen mox *Christi* expressam Paulus mentionem facit: quanto magis ipsius Dei Patris? Resp. Ratio dispar est. Omnes prærogativas Israëlis Paulus (patribus obiter cum Christo conjunctis,) ordine temporis commemorat. Itaque Christum commemorat ut exhibitum: at de

*) *Idem etiam contra* Berolinensis Interpretis *recentiorem iniquitatem pluribus grauiter monet cel.* Michaëlis, *in der* Einleitung &c. *Tom. I. p. m. 656 sq.* E. B.

de Deo id non opus erat ita commemorari. Porro Christus singulariter propinquus erat Israëlitis: Deus autem erat etiam gentium Deus. c. III. 29. Neque tamen Deum, sed Christum apertius repudiabant Iudæi. Quid? in ipso nominis *Israël*, adeoque *Israëlitarum* etymo, quod apostolus spectat v. 4. 6, nomen *El*, *Deus*, invenitur. Obj. III. Patrum stilus dissentit: imo Pseudo-ignatius eos, qui dicerent Iesum ipsum esse super omnia Deum, Satanæ ministris annumerat. Resp. Hac phrasi Sabellianos descripsit incautius: sub quos mox Artemonitas in eadem classe ponit. Ceteroqui patres Paulinam de Christo phrasin sæpe de Patre adhibentes eo ipso vim phraseos comprobant: & tamen patribus præstat apostolus. Pluribus Artemonium refellit Wolfius in Vol. II Curar. ad N. T. p. 802 seqq.

¶ ἐπὶ πάντων, *super omnes*) Pater utique excipitur. 1 Cor. XV. 27. *Christus est ex patribus, secundum carnem: idemque erat, est, & erit super omnes*, quippe *Deus benedictus in secula, Amen!* Encomium idem Patris & Filii, coll. 2 Cor. XI. 31. *Super omnes*, in antitheto ad *ex quibus*, ostendit & προϋπαρξιν Christi ante patres, oppositam descensui ejus ex patribus secundum carnem: & majestatem infinitam, dominiumque gratiæ plenum in Iudæos & gentes. conf. de phrasi, Eph. IV. 6. de re, Ioh. VIII. 58. Matth. XXII. 45. Perversi sunt, qui aut hîc punctum (nam comma pie poni potest,) figunt; sic enim dicendum fuerat, ἐυλογητὸς ὁ θεὸς, si modo tali doxologiæ hîc peculiaris fuisset locus: aut post σάρκα. quo pacto illud τὸ κατὰ σάρκα suo careret antitheto.

¶ θεὸς, *Deus*) Impense lætari debemus, quod, in hac solenni descriptione, Christus tam aperte Deus appellatur. *) Apostoli, qui ante Iohannem scripsere, præsupponunt deitatem Christi, ut confessam: quare non directe de illa agunt; sed tamen ubi incidit, glorioſissime eam denotant. Paulus c. V. 15 Iesum Christum appellarat *hominem;* nunc Deum. sic quoque 1 Tim. II. 5. III. 16. altera appellatio alteram sustentat.

¶ ἐυλογητὸς, *benedictus*) מְבֹרָךְ. Hoc epitheto subscribitur omni divinæ laudi. 2 Cor. XI. 31.

¶ εἰς τὰς αἰῶνας, *in secula*) *Qui super omnes - in secula*, est *primus & novissimus.* Ap. I. 17.

6 οὐχ ὅιον) *non est hoc ejusmodi.* Iudæi putabant, si non omnes Iudæi salvarentur, verbum Dei excidere. id refutat Paulus, simul innuens, verbo Dei potius prædictam fuisse Iudæorum defectionem.

¶ δὲ) *autem*, tametsi scil. magnum dolorem de Israële, Christi experte, profiteor.

¶ ἐκπέπτωκεν, *exciderit*) Aptum verbum. 1 Cor. XIII. 8 not. Si totus Israël excidisset, Dei verbum excidisset. absit hoc: ergo etiam illud. nam & nunc sunt aliqui, & olim erunt omnes. Complectitur enim hæc sententia omnia, quæ dicuntur capite IX. X. XI, & aptissime est expressa. Arcte cohæret cum antecedentibus versu 2, & tamen respectu subsequentium, ubi τὸ λόγος *verbum* recurrit, inest ingens euphemia

*) *Mirum sane est (ut alia omnia taceamus), cel.* Semlerum *ad h. l. scribere potuisse:* Si de diuinitate Christi loquebatur (*Paulus*), profecto longe clarius ea hic describenda erat aduersus ipsos Iudæos. *Mirum etiam est, eundem interpretem, qui omnes Iudæorum prærogatiuas omnibus modis* eneruare *studet,* tanta nihilominus ac tam præcipua populi hujus decora *Paulo agnita h. l. sistere, ut, jure & merito* ea de re *DEVM, qui est super omnes,* per omnia secula *celebrandum esse, affirmauerit Apostolus. His inter se collatis non video, quomodo aut hypocrisi turpissima (quod absit!) Scriptor sacer liberari queat, aut interpres iste indignissimâ testimoniorum diuinorum ad sensum* suum *detorsione.* E. B.

phemia & προθεραπεία, ut sermonem tristem prius leniat, quam proferat, uti 1 Cor. X. 13.

¶ ὁ λόγος, *verbum*) promissionis, Israëli datum.

¶ ἐ γὰρ πάντες, *non enim omnes*) γὰρ, *enim*, incipit tractationem. *non omnes*, clementer dicitur, pro eo, *multi non sunt*. Iudæi sic statuebant: *omnes & soli nos sumus populus Dei.* Quare τὸ *omnes* refutatur hîc; τὸ *soli* refutatur v. 24 ss. Iudæi erant Particulariſtæ: hos ergo refutat Paulus e diametro. Tota ejus tractatio non solum tolerabilis, sed etiam amabilis erit iis demum, qui capita superiora emensi sunt per fidem & pœnitentiam: potior enim hîc *fidei* ratio. Summa hujus tractationis, ex mente eorum, qui universalem gratiam negant, hæc est: *DEVS dat FIDEM, cui vult: non dat, cui non vult.* ex mente Pauli hæc: *Deus dat IVSTITIAM credentibus, non dat operantibus: idque verbo ejus nullo modo est contrarium. Immo Ipse & typis & testimoniis declaravit, illos, promissionis filios, recipi; hos, filios carnis, repudiari. Hoc Dei decretum est certum, irrefragabile, justum: huic decreto uti homo populusve quilibet vel auscultat vel renititur, ita vel per misericordiam assumitur, vel per iram rejicitur.**) Huc recurrit analysis *Arminii*, excerpta *Calovio* Theol. apost. Rom. Oraculo LXIIX, & adoptata Oraculo LXIX. Conf. plane c. I. 16 not. Interim Paulus ad eos, quos refutat, ab hoc capite, de justitia, prius illud, de fide, non valde secernit. neque enim opus erat.

¶ ἰσραὴλ, ἰσραὴλ· *Israël, Israël*) Ploce.

7 ὅτι) *quia.* facit hæc particula ἐπίτασιν, respectu sententiæ præcedentis.

¶ ἀβραὰμ, *Abrahami*) Quod Patrum antiquissimorum filiis accidit, multo magis accidere potest ulterioribus.

¶ ἀλλ' ἐν ἰσαὰκ κτλ. *sed in Isaaco &c.*) Hoc ponitur suppositione materiali. nam subauditur: *scriptum est, idque impletur.* LXX, Gen. XXI. 12: ὅτι ἐν-σπέρμα. Congruit hîc etymon quoque nominis *Isaac.* Semen ii sunt, qui *foedus* gratiæ cum *gaudio* liberali & puro amplectuntur. Gen. XVII. 19.

8 τουτέστιν) Ex parrhesia ponit *hoc est* pro *ergo.*

¶ ταῦτα) הֵם id est, *sunt.* Pronomen substantivum pro verbo substantivo. sic *hi*, v. 6, & fere, *hic*, v. 9. Sermo hoc capite decenter hebraizat. sic v. 28 s.

9 ἐπαγγελίας, *promissionis*) Resp. *promissionis*, v. 8.

¶ ἕτος, *hic*) sc. *est.*

¶ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ἐλεύσομαι, καὶ ἔσαι τῇ σάρρᾳ υἱός) LXX, Gen. XVIII. 10: ἰδοὺ ἐπαναστρέφων ἥξω πρός σε κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον εἰς ὥρας, καὶ ἕξει υἱὸν σάρρα ἡ γυνή σε. conf. Gen. XVII. 21.

10 οὐ μόνον δὲ, *non solum vero*) Id est: mirum est, quod dixi; quod sequitur, magis etiam mirandum est. Sub Abrahamo, Ismaël: sub Isaaco, Esau: sub Israël, Ismaëlis & Esavi similes defecerunt.

¶ ῥεβεκκα, *Rebecca*) scil. ἐστὶν, i. e. hoc loco occurrit. Mater & mox Isaacus pater nominantur.

¶ ἐξ ἑνὸς, *ex uno*) Isaacus jam erat ab Ismaële divisus: & tamen sub Isaaco ipso, in quo vocatur semen Abrahamo, Esavus dividitur etiam a Iacobo. Ismaël & Isaac non eadem matre, non eodem tempore nati, atque Ismaël etiam ancillæ, Isaac liberæ filius: Iacob & Esau & eadem matre, eaque libera, & eodem tempore.

¶ κοίτην)

*) *Vacat igitur* Gnomonis auctor *eorum interpretum culpâ, quos insigni facundia perstringit D.* Semlerus *in* Paraphr. *ad h. l. Neque tamen nullum* mysterium *subest admirandæ dispensationi, quâ DEVS in his rebus utitur. Vid. c. XI. 34 sq.* E.B.

¶ κοίτην) Sic LXX pro שכבה sæpe, v. gr. Lev. XVIII. 20, ἐ δώσεις κοίτην σπέρματός σου, de viro: cui phrasi opponitur ἔχειν κοίτην, de muliere, h. l. *)

11 μήπω γεννηθέντων, *quum nondum nati essent*) Nil juvat ortus carnalis. Ioh. I. 13.

¶ μηδὲ πραξάντων, & *quum haud fecissent*) Hoc additur, quia in Ismaële posset aliquis existimare, eum non tam ob id esse expulsum, quod esset ancillæ filius, quam quod esset illusor. quanquam ancillæ filium deinde vernilitas hæc tenet, ut sit מצחק & κακόζηλος τῷ יצחק cui invidet & insultat.

¶ κατ' ἐκλογὴν) In sola electione liberrima πρόθεσις suam rationem sitam habet. conf. κατὰ, c. XVI. 25. Tit. I. 9. Latine diceres, *propositum Dei electivum.*

¶ μένῃ, *maneret*) tolli nescium. Verbo *maneret* præsupponitur, πρόθεσιν, *propositum*, esse prius.

¶ ἐκ ἐξ ἔργων, *non ex operibus*) ne ex prævisis quidem. Vide: *electioni* non opponitur fides, sed opera.

¶ ἐκ τοῦ καλοῦντος, *ex vocante*) *eo, qui* Iacobum *vocavit* superiorem; Esavum, servum. conf. v. 25.

12 αὐτῇ, *illi*) Sæpe matribus prædictum est ante conceptum vel partum, quid filiis futurum esset.

¶ ὅτι ὁ-ἐλάσσονι) Gen. XXV. 23. LXX, καὶ ὁ-ἐλάσσονι.

¶ ὁ μείζων) *major*, quem ratio putaret debere imperare; sicuti minorem servire.

¶ δουλεύσει, *serviet*) neque id tamen perpetuo. Gen. XXVII. 40.

13 καθὼς, *sicut*) Cum dicto in Genesi tanto post tempore congruit dictum apud Malachiam.

¶ τὸν ἰακὼβ ἠγάπησα κτλ.) Malach. I. 2. LXX, ἠγάπησα τὸν ἰακὼβ κτλ.

¶ ἠγάπησα-ἐμίσησα, *amavi-odi*) Sermo non est de utriusque fratris statu spirituali: sed externus status Iacobi & Esavi, perinde ut Isaaci nativitas corporalis v. 9, est typus rerum spiritualium. Non omnes Israëlitæ salvati: nec omnes Edomitæ damnati. Innuit autem Paulus, ut inter filios Abrahami & Isaaci diversitas fuerit, sic inter posteros Israëlis esse diversitatem. Hactenus demonstravit propositum: deinceps objectionem inducit & refutat. μισεῖν proprie notat *odisse*, imo *valde odisse*. vid. Malach. I. 4 fin.

14 τί ἐν; *quid ergo*?) *num* ergo hinc insimulari possumus, nos hac assertione Deum arcessere injustitiæ sive iniquitatis? Nullo modo. nam quod asserimus, Dei assertum est irrefragabile. v. seq.

¶ μὴ γένοιτο, *absit*) Iudæi putabant, se nullo modo abdicari posse a Deo; gentes nullo modo posse recipi. Vt igitur etiam homo probus adversus flagitatores morosos invidosque majore cum ἀποτομίᾳ agit (ut jus suum vel patroni tueatur, neque alieno tempore liberalitatis suæ laudem prodat ac projiciat) quam revera sentit: sic Paulus contra Israëlitas solo suo nomine meritisque fretos potestatem & jus Dei defendit; qua in re iis opportune phrasibus interdum utitur, quibus antehac in disciplina pharisaica videtur assuetus fuisse. Hoc dicit: *Domino Deo nullus homo quicquam praescribere, neque quicquam ut debitum ab eo postulare & contumacius extorquere, neque ei ulla re interdicere aut rationem ab eo requirere potest, cur etiam aliis benignum se praebeat.* Itaque Paulus morosos & invidos interpellatores

*) *Eundem & h. l.* hebraismum *observauit b. Auctor, quem observari debere, vel D.* Ernesti *monet Bibl. th. T. X. p. 153. Quam rem cur identidem in memoriam revocare lectoribus libeat, judicatu haut fuerit difficile.* E. B.

res severiori responso abruptius compescit. Talis locus Luc. XIX. 22 s. Nam nemini licet cum Deo quasi ex syngrapha agere. sin; etiam Deus cum homine severius agit. conferatur parabola plane parallela Matth. XX. 13-15: *non injuriam facio tibi &c.* Alia est igitur sententia verborum Pauli, qua satisfacit responsatoribus operariis: alia, mitior, latet in ænigmate verborum, pro fidelibus. Etiam in sacris Scripturis, præsertim ubi a thesi ventum est ad hypothesin, τὰ ἤθη, (*mores*) non modo οἱ λόγοι, (*rationes*) expendi debent. Et tamen commentarius nullus ita planus esse potest, quem facilius, quam Pauli textum, intelligat operarius.

15 τῷ γὰρ μωσῇ, *Mosi enim*) Multi ab hoc v. ad v. 18 statuunt objectionem. quo pacto *enim* ponitur, ut cap. III. 7, & *dices igitur* v. 19 objectionem concludit, versu 14 inceptam. Et sane hac sermocinatione commode exprimeretur ἀνταπόκρισις (*responsatio*) illa, quæ v. 20 redarguitur, & deinceps assumtis vel verbis ipsis vel eorum synonymis refutatur. Interim Paulus verba ita exprimit, ut ὁ ἀνταποκρινόμενος eodem tempore sibi ipse respondeat. atque adeo etiam sano sensu per apostoli personam accipi possunt; ut jam conamur ostendere. Moses Exod. XXXIII pro se & populo oraverat per חן *gratiam* Domini, v. 12. 13. 16. 17, dixeratque postremo: *ostende mihi gloriam tuam.* Respondit Dominus: *Ego transire faciam omne Bonum meum coram facie tua, & vocabo in nomine Domini ante faciem tuam.* וחנתי את אשר אחן ורחמתי את אשר ארחם *Gratiamque præstabo, cuicunque gratiam præstabo; & misericordiam, cuicunque misericordiam.* v. 19. Ne Mosi quidem sine dilatione Dominus aperuit, cui esset gratiam & misericordiam præstaturus, quamvis de Mose & populo solo Israëlitico, non de gentibus agebatur. Huic igitur Mosi, non modo aliis per Mosen (Μωσῆ, inquit Paulus, ut mox, τῷ φαραώ·) dixit hoc Dominus: *Et prædicatione mea, abundantissimoque deinceps opere eum designabo gratia & misericordia prosequendum, quemcunque gratia & misericordia prosequor.* Quibus verbis significavit, se prædicaturum de gratia & misericordia: & mox prædicavit Ex. XXXIV. 5, ורחום וחנון OIKTIPMΩN καὶ ΕΛΕΗΜΩΝ κτλ. εἰς χιλιάδας. addiditque, καὶ τὸν ἔνοχον οὐ καθαριεῖ, ἐπάγων ἁμαρτίας πατέρων κτλ. Itaque ex prædicatione ipsa subsecuta hic sensus præviæ pollicitationis elucet: *Tibi gratiam abundantissimam, eo usque, ut de me videas, quicquid & cupis & capis, quo porro sentias, gratiam esse, præstabo; quia te gratia semel complexus sum, quam tu gratiam agnoscis. & ceteris de populo misericordiam abundantissimam, quo minus interitum præsentissimum ob idololatriam eis infligam, ut porro sentiant misericordiam esse, præstabo, quia eos misericordia semel complexus sum, quam tu misericordiam pro illis agnoscis.* Hujus sententiæ vim expresserunt LXX Int. & Paulus, per differentiam temporis futuri & præsentis: ἐλεήσω ὃν ἂν ἐλεῶ, καὶ οἰκτειρήσω ὃν ἂν οἰκτείρω. Estque Ploce, fere sonans, uti infra, c. XIII. 7, & hoc loco libertatem agentis, de quo sermo est, exprimit, uti Exod. XVI. 23. Vtrumvis autem verbum, per duo commata positum, in priore commate emphasin habet, ut alias fere in commate posteriore. Gen. XXVII. 33. XLIII. 13. 2 Reg. VII. 4. Gratiæ misericordiæque agnitionem ex parte Mosis & verorum Israëlitarum simul involvi, patet ex eo, quia Paulus v. 16 *volentem & currentem* in opposito dicit hominem, cui gratia non est gratia, & cui misericordia non est misericordia. את אשר ὃν ἂν bis ponitur, innuitque priore loco Mosen, (cui ex ipsis ejus precibus τὸ חן *gratiæ* vocabulum reponitur, ex v. 13, ubi eadem Ploce est:) posteriore loco, ceteros,

teros, εἰς χιλιάδας, quibus opponuntur peccantes, eorumque filii, nepotes &c. c. XXXIV. 7. Atque ita hoc testimonium apprime convenit ad probandum, non esse injustitiam apud Deum. Hæc est sententia fidelibus aperta. Ad operarios autem est abruptior: causa, cur Deus misereatur, non est alia, nisi Ipsius misericordia. nam nulla alia apud Mosen commemoratur, de Mose & Israële. *Miserebor:* h. e. *nemo per vim extorquere quidquam potest; in mea manu, potestate, arbitrio sunt omnia. si aliter ago, nemo me injustitiæ accusare potest.* Hoc responsi satis est operario: cui si quid amplius respondetur, id fit ex abundanti.

16 ἄρα οὖν, *igitur*) Sic quoque v. 18. Infert autem h. l. Paulus non ex particula ὃν ἄν, *quemcunque*, sed ex ipso verbo ἐλεῶ & οἰκτείρω.

¶ οὐ τοῦ) *non volentis, neque currentis* (*hominis*) subaudi *est, negotium*, vel, *voluntas, cursus*. non quo irritum sit, recte velle, &, quod majus est, recte currere, sive contendere, 1 Cor. IX. 26. Phil. III. 14: sed quod velle & currere affectatum operariorum nil efficiat. Voluntas humana opponitur gratiæ divinæ; & cursus humanus operationi divinæ. conf. v. 30. 31.

17 λέγει) *dicit*, i. e. Deum sic dicentem ostendit. Conf. c. X. 20, *dicit.*

¶ γὰρ, *enim*) Probat, esse *miserentis, Dei.*

¶ τῷ Φαραὼ, *Pharaoni*) qui *Mosis* tempore vixit.

¶ ὅτι εἰς αὐτὸ τοῦτο ἐξήγειρά σε, ὅπως ἐνδείξωμαι ἐν σοὶ τὴν δύναμίν μου κτλ.) Ex. IX. 16, LXX, καὶ ἕνεκεν τούτου διετηρήθης ἕως τοῦ νῦν, ἵνα ἐνδείξωμαι ἐν σοὶ τὴν ἰσχύν μου κτλ.

¶ ἐξήγειρά σε) Exod. l. c. העמדתיך LXX Int. διετηρήθης (ut Exod. XXI. 21 עמד διαζῆν) sed Paulus, pro instituto suo, significantius, ἐξήγειρά σε. Observandum autem probe est, per ἐξεγείρω non exprimi hîc verbum הקים, uti ponitur Zach. XI. 16, sed העמיר, quod omnibus locis omnino præsupponit subjectum jam ante productum. vide differentiam הקים & העמיר 1 Reg. XV. 4. Sensus igitur est: Excitavi te regem, valde potentem (in quo ostenderem potentiam meam) & illustrem (propter quem nomen meum prædicaretur per omnem terram.) Itaque hæc ἐξέγερσις includit τὸ διατηρεῖν, ut LXX vertunt, leniore verbo; & τὸ ἐνεγκεῖν, quod v. 22 ex hoc ipso Mosis loco infertur. Antecessor magis cœperat pridem premere Israëlem, Ex. II. 23, nec tamen successor resipuit. Perbreve hujus regnum fuisse, statuit *Ordo temporum*, pag. 161. [Ed. II. 142.] tota igitur ejus statio erat experientia potentiæ divinæ. Addendum illud, non initio, sed post multos contumaciæ excessus Pharaoni hoc esse dictum: neque id vel jam eo pertinuisse, ut ab agnoscendo Iehovah dimittendoque populo deterreretur, sed ut ad frugem perduceretur.

¶ δύναμιν, *potentiam*) qua mersus cum copiis est Pharao.

¶ διαγγελῇ, *annuntietur*) Id fit hodienum.

18 ὃν θέλει, *cujus vult*) Quem autem velit Deus misereri, quem indurare; id aliis locis docet Paulus.

¶ ἐλεεῖ, *miseretur*) ut Mosis.

¶ σκληρύνει, *indurat*) ut Pharaonem. *indurat*, dicit, pro, *non miseretur* *), per meto-

*) *Huc referri posse videtur cel.* Moldenhaueri *explicatio:* Liberâ gratiâ DEVS benefacit; nec minus libere agit, quando mala hominibus immittit. *Eoque sensu verbum* σκληρύνειν *utique et* Accusatiuo *jungi, ex Iob. XXIX. 16 probatum it cel.* D. Ernesti, *Bibl. th. T. VIII. p. 667, coll. T. VII. p. 538.* E. B.

metonymiam consequentis, etsi τὸ *non miserere* quodammodo durius sonat. Sic, *sanctificatus est*, pro, *non est impurus*, 1 Cor. VII. 14. ἐρρύσασθε, pro, *non tradidistis*. Ios. XXII. 31.

19 ἔτι, *adhuc*) etiamnum. Particula valde exprimit morosum fremitum. Ad objectionem h. v. positam Paulus dupliciter respondet: I. Ius Dei in homines majus est, quam figuli in lutum. v. 20. 21. deinde II respondet mitius: Deus non est usus jure suo, ne in iræ quidem vasa. v. 22.

¶ αὐτῷ, *illius*) Hoc, pro *Dei* positum, exprimit affectum, quo Deum aversantur responsatores ejusmodi.

20 z) ἄνθρωπε) *homo*, pusille, justitiæ ignare.

¶ μὴ ἐρεῖ κτλ.) Es. XXIX. 16: ἐχ ὡς πηλὸς τῷ κεραμέως λογισθήσεσθε; μὴ ἐρεῖ τὸ πλάσμα τῷ πλάσαντι αὐτὸ, Οὐ σύ με ἔπλασας. Idem c. XLV. 9: μὴ ἐρεῖ ὁ πηλὸς τῷ κεραμεῖ· τί ποιεῖς, ὅτι οὐκ ἐργάζῃ, οὐδὲ ἔχεις χεῖρας. μὴ ἀποκριθήσεται τὸ πλάσμα πρὸς τὸν πλάσαντα αὐτό;

21 ἢ) *an?*

¶ ἐξουσίαν, *potestatem*) Constr. cum *luti*. Figulus non facit lutum, sed fodit: Deus facit hominem. ergo majorem habet potestatem, quam figulus. Sed potestas & libertas absoluta non infert voluntatem decretumque absolutum. Si Deus totum genus humanum reliquisset in peccato & morte, non feciisset injuste: sed illo jure non est usus. [*Potestatis divinæ repræsentatione percellitur homo, ut omnem posthac suspicacem cogitationum intemperiem contra justitiam divinam dediscat. Matth. XX. 15. Ex. XX. 20. Iob. XLII. 2. 6.* V. g.]

¶ φυράματος, *massa*) quæ ex *luto* parata est & macerata, partes jam magis homogeneas habens.

¶ εἰς ἀτιμίαν, *in dedecus*) Circumspecte loquitur Paulus: nondum dicit, *in iram*, cum his verbis construendum est *vas*.

22 εἰ δὲ, *si vero*) Hæc particula apodosin habet v. 23 in fine ex v. 20 subaudiendam hanc: multo jam major est, Deo, de homine querendi; & minor homini, cum Deo expostulandi, causa. Confer ἐὰν, apodosi item subaudita, Ioh. VI. 62. Interrogatio est, sed implicita, cum ellipsi, *Quid responsas?*

¶ θέλων, *volens*) Resp. *voluntati*, v. 19. *vult*, v. 18. Paulus loquitur κατ' ἄνθρωπον, adversarii verbis: & sic ἐι valet *quum*. Simul observandus est sermo ejus de vasis iræ, parcior; de vasis misericordiæ, uberior. *volens demonstrare*, inquit, non, *ut demonstraret*, coll. v. seq. & Eph. II. 7.

¶ ἐνδείξασθαι - τὸ δυνατὸν αὐτοῦ, *demonstrare potentiam suam*) Hæc repetuntur ex v. 17.

¶ τὴν ὀργὴν, *iram*) Non dicit, *divitias iræ*. conf. v. 23.

¶ τὸ δυνατὸν) Hoc *potentiam* significat, non *potestatem*.

¶ ἤνεγκεν, *tulit*) uti Pharaonem tulit.

¶ ἐν πολλῇ μακροθυμίᾳ, *in multa longanimitate*) quæ videlicet reprobos ex statu displicentiæ ad pœnitentiam alliceret. cap. II. 4. 2 Petr. III. 9. Multos malos, in magna felicitate hujus vitæ & diutina, tolerat Deus, cum eos posset primo quoque tempore morti tradere. Etiam his patuit janua

z) μενοῦνγε, *enimuero*] Seueram hæc responsio atque vehementiorem indolem redolet. Feroces nimirum compescendi sunt. Deinceps vero suauissimum totius causæ fundamentum retegitur vocatis, v. 24. In hac tractatione qui unum duntaxat membrum resecat a ceteris, eum necesse est, perplexum hærere in tricis: at expeditum iter tenet, qui totam Capitum IX. X. XI. compagem perpendit. *V. g.*

janua gratiæ. Hæc longanimitas voluntatem demonſtrandæ iræ humanitus loquendo, præcedit, nec eam demum ſequitur. quare ἤνεγκεν interpretandum *tulerat*. Quo ipſo validiſſime refutatur illud, *quis reſtitit?* v. 19.

¶ ὀργῆς) *iræ*, quæ ſane non ſine cauſa eſt, ſed peccata præſupponit. non dicit, *dedecoris*, neque, *in iram*, ſed, *iræ*.

¶ κατηρτισμένα, *adaptata*) Id internam & plenam, ſed non jam liberam diſpoſitionem notat, non deſtinationem: non dicit, *quæ προκατήρτισε ante adaptavit*, cum tamen v. ſeq. dicat, *quæ præparavit*. conf. v. 19. c. XI. 22 not. Matth. XXV. v. 34 cum v. 41. & Act. XIII. 46 cum v. 48. Præſcinditur a cauſa efficiente: tantum dicitur, quales inveniat Deus, quum iram infert.

¶ εἰς ἀπώλειαν, *in perditionem*) Antitheton, v. 23, *in gloriam*.

23 ἵνα, *ut*) Notat exſertiorem finem & ſcopum, mediis non excluſis.

¶ γνωρίσῃ, *notas faceret*) Hoc verbum dicitur de re ante non agnita; ideo hîc & v. præc. ponitur: at ἐνδείκνυσθαι *demonſtrare* tantum v. 22 ponitur de ira; de qua etiam gentiles aliquid ſciunt.

¶ ἐπὶ, *ſuper*) Oratio ſic cohæret: *ſi vero Deus, ut notas faceret divitias gloriæ ſuæ*, ſubaudi, *fecit hoc*, ſive, *notas fecit divitias ſuper vaſa miſericordiæ*: de apodoſi vid. init. not. ad v. 22.

¶ τῆς δόξης) *gloriæ*: bonitatis, gratiæ, miſericordiæ, ſapientiæ, omnipotentiæ. Eph. I. 6.

¶ ἐλέους) *miſericordiæ*: v. 15. 16. 18. 25. quæ præſupponit priſtinam vaſorum miſeriam.

¶ προητοίμασεν, *præparavit*) antecedenter ad opera, v. 11, per conformationem omnium circumſtantiarum, quas, qui *vocatur*, in primo ſuæ *vocationis* momento ſibi ſalutares invenit, externe & interne. Id infert præpoſitio in προητοίμασεν. Sic *vas in honorem, paratum*, 2 Tim. II. 21.

24 ὃς καὶ, *quos etiam*) καὶ, *etiam*, uti cap. VIII. 30. Cluverus: *quos* (*ad gloriam præparatos*) *etiam vocavit*.

¶ ἐκάλεσεν, *vocavit*) Antitheton aliqua ratione: *tulit*. Iterum, *vocabo*. v. ſeq.

¶ ἡμᾶς, *nos*) Hoc noemate Paulus ad Propoſitionem venit de gratia Iudæis & gentibus obvia: & Particulariſmum Iudaicum refutare, gratiæque univerſalitatem defendere inſtituit.

¶ οὐ μόνον ἐξ, *non ſolum ex*) Iudæus credens non eſt eo ipſo vocatus, quod Iudæus eſt: ſed vocatus eſt *ex* Iudæis. Etymon verbi ἐκκλησία. [*Vniuerſae huic periochae, nec non adhortationi c. XIV. XV exinde deductae, apprime reſpondet Epiſtola ad Epheſios.* V. g.]

¶ ἐξ ἰουδαίων, *ex Iudaeis*) Id tractat v. 27.

¶ ἐξ ἐθνῶν, *ex gentibus*) Id tractat v. 25 ſ.

25 λέγει, *dicit*) Deus. Paulus priùs jus Dei in vocandis gentibus & vocationem ipſam aſſeruit: & nunc demum, eventu oſtenſo, unum teſtimonium V. T. ac deinceps c. XV. 9 ſ. plura allegat, memorabili methodo. Prædictiones, quamvis copioſæ & ex implemento clariſſimæ, tamen prius non facile fidem inveniunt. Nervus allegationis ſubſequentis non eſt in verbo καλέσω, *appellabo*, ſed in reliquo dicto. ἐκάλεσεν, *vocavit*, ponitur, uti cap. VIII. 30. Veruntamen *vocationem* ſtatim comitatur *appellatio*, & quodammodo eam præcedit.

¶ καλέσω τὸν οὐ λαόν μου, λαόν μου· καὶ τὴν οὐκ ἠγαπημένην, ἠγαπημένην) Hos. II. 25. LXX, καὶ ἐλεήσω τὴν οὐκ ἠλεημένην· καὶ ἐρῶ τῷ οὐ λαῷ μου, λαός μου εἶ σύ.

¶ ἠγαπημένην, *amatam*) tanquam ſponſam.

26 καὶ - ἐκεῖ κληθήσονται - ζῶντος) Hos.

II. 1. LXX, καὶ κληθήσονται καὶ αὐτοὶ ζῶντος.

¶ ἐκεῖ) *ibi*: ut non opus sit, illos mutato solo patrio conferre se in Iudæam. conf. omnino Zephan. II. 11.

27 κράζει) *clamat*. Vid. Es. X. 22: ubi accentus quoque conferri possunt. Reclamat Israël: Iesajas majori etiam *clamore* declarat, residuum fore salvum.

¶ ὑπὲρ) *pro* Israële. Gall. *en faveur*.

¶ ἐὰν ᾖ ὁ ἀριθμὸς τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ κατάλειμμα ποιήσει Κύριος ἐπὶ τῆς γῆς) Es. X. 22. 23. LXX, καὶ ἐὰν γένηται ὁ λαὸς Ἰσραὴλ κατάλειμμα αὐτῶν Κύριος ποιήσει ἐν τῇ ἀκεκμένῃ ὅλῃ. In extremo Symmachus & Theodotion habent, ἐν μέσῳ πάσης τῆς γῆς. Τὸ ἀριθμὸς intexuit Paulus ex Hos. II. 1. Si Israël tanto numero fuerit, quantus est arenarum, residuum salvabitur, ex miseria Babylonica & spirituali. In multitudine residui, residuum manere, minus est mirum. *Multi* sunt indurati: *semen* vero pauçitatem dicit. v. 29 not.

¶ τὸ) Vbi defectio Israëlis ad summa venit, ibi eo ipso salus incipit.

28 λόγον) rem *auditam*, adeoque *dictam*. Es. XXVIII. 22.

¶ συντελῶν καὶ συντέμνων) Subaudi, ut sæpe apud Hebræos, ἐστί. Conf. Act. XXIV. 5. 2 Petr. I. 17. Hebr. כלה ונחרצה & כליון חרוץ Dominus λόγον de Israële συντελεῖ (ut sit כלה) ad pœnam fixam; idemque λόγον συντέμνει (ut כלה quidem sit) ad terminum pœnæ. *Dominus* subaudiendum ex seq. τὸ συντελῶν potest accipi vel pro subjecto, vel potius, quia articulus abest, pro parte prædicati.

¶ ἐν δικαιοσύνῃ) שטף צרקה Ies. X. 22.

29 εἰ μὴ ὡμοιώθημεν) Ies. I. 9. LXX, καὶ εἰ μὴ ὡμοιώθημεν.

¶ προείρηκεν, *ante dixit*) *Ante* eventum, vel ante prophetiam versu 28 citatam.

¶ σαβαὼθ) Pro Hebraico צבאת in libro 1 Sam. & in Iesaja σαβαὼθ ponitur; in reliquis libris omnibus, παντοκράτωρ. Ex quo non infirmam ducas conjecturam, alium interpretem, sive mavis, alios interpretes, duorum illorum, alios ceterorum fuisse librorum. Atque in eodem primo Samuelis libro Scriptura incipit hanc Dei appellationem ponere; quum ejus quasi loco aliæ jam antea fuissent adhibitæ. Exod. XXXIV. 23.

¶ σπέρμα, *semen*) Denotatur 1. paucitas præsens. 2. copia inde posthliminio propaganda.

¶ ὡς σόδομα, *ut Sodoma*) ubi nemo, civis, evasit; nullum *semen* relictum.

30 τί, *quid*) Ex digressione, quam v. 24 in medio cœperat, revertens, totam rem v. 30-32 complectitur summatim; & tractationis a v. 6 ad 23 perductæ severitatem mitigat, quam mitigationem nemo capiet, nisi qui viam fidei cognovit. Ex hoc denique tono præcedentia dijudicantur.

¶ κατέλαβε) *sunt assecuta*. [*Luc. XIII. 29. 24.*]

¶ πίστεως, *fide*) v. 33 fin.

31 νόμον δικαιοσύνης, εἰς νόμον δικαιοσύνης, *legem justitiæ, in legem justitiæ*) *Legem* non dixit v. præc. de gentibus: nunc dicit, de Iudæis. estque Ploce: de justitia legali & evangelica. Dum unam legem persequitur, alteram non assequitur. Convenienter *legem justitiae* dicit, pro *justitia legis*. Iudæi magis legem, quam justitiam spectabant. νόμος, doctrina, תורה

¶ οὐκ ἔφθασε) *non est assecutus*.

32 ὅτι, *quia*) scil. *persecuti sunt*.

¶ οὐκ-ἀλλ' ὡς) Lexicon Basileense: *ὡς in comparatione dissimilium geminatur, & eleganter in priore membro subauditur alterum, posteriorique parti ὡς tantum adjungitur*. Exempla ibi subjiciuntur ex Aristotele: nos conferamus Ioh. VII. 10.

2 Cor.

2 Cor. XI. 17. it. Act. XXVIII. 19. Philem. v. 14. Phil. II. 12.

33 ἰδὲ τίθημι ἐν σιὼν λίθον προσκόμματος καὶ πέτραν σκανδάλου· καὶ πᾶς ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ οὐ καταισχυνθήσεται) LXX, Es. XXVIII. 16, ἰδοὺ ἐγὼ ἐμβαλῶ εἰς τὰ θεμέλια σιὼν λίθον πολυτελῆ, ἐκλεκτὸν, ἀκρογωνιαῖον, ἔντιμον εἰς τὰ θεμέλια αὐτῶν· καὶ ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ οὐ μὴ καταισχυνθῇ. Es. VIII. 14, καὶ οὐκ ὡς λίθῳ προσκόμματι συναντήσεσθε, οὐδὲ ὡς πέτρας πτώματι. Talis οὐ καταισχυνθήσεται, *non pudefiet*, atque adeo gloriam consequetur. conf. c. V. 2. 5. Id *aeternam salutem* connotat. Es. XLV. 17.

CAP. X.

1 Ἀδελφοὶ, *fratres*) Nunc quasi superata praecedentis tractationis severitate comiter appellat *fratres*.

¶ μὲν, *quidem*) Hanc particulam solet δὲ sequi: sed δὲ v. 2 absorbetur in ἀλλὰ, *sed*.

¶ εὐδοκία, *beneplacitum*) *Lubentissime* auditurus essem de salute Israëlis.

¶ δέησις, *oratio*) Non orasset Paulus, si absolute reprobati essent.

2 a) ζῆλον θεοῦ, *zelum Dei*) Act. XXII. 3 not. *Zelus Dei*, si non est contra *Christum*, bonus est.

¶ οὐ κατ' ἐπίγνωσιν, *non secundum scientiam*) Litotes. i. e. cum magna caecitate. congruit mox, *ignorantes*. Flacius: *Iudaei habuere & habent zelum sine scientia: nos contra, prob dolor, scientiam sine zelo. Zelus* & *ignorantia* respicitur versu 19.

3 ζητοῦντες, *quaerentes*) omni modo.

¶ οὐχ ὑπετάγησαν, *non subjecti sunt*) neque ὑπήκουσαν *obediverunt*, v. 16. Ὑποταγὴ submittit se τῷ θέλειν divino, *voluntati* DEI.

4 τέλος, *finis*) justitiam & vitam, quam lex ostendit, sed dare nequit, tribuens. Τέλος, *finis*, & πλήρωμα, *complementum*, sunt synonyma. coll. 1 Tim. I. 5 cum Rom. XIII. 10. itaque conf. cum hoc loco, Matth. V. 17. *) Lex hominem urget, donec is ad Christum confugit. tum ipsa dicit: *asylum es nactus, desino te persequi, sapis, salvus es.*

¶ χριστὸς, *Christus*) Subjectum, *finis legis*: Praedicatum, *Christus* (scil. ὤν, *qui est*) *in* &c. [*v. 6. 7. 9.*]

¶ παντὶ τῷ πιστεύοντι, *omni credenti*) Tractatur τὸ *credenti*, v. 5 s. τὸ *omni*, v. 11 ss. πᾶς, *omni*, ex Iudaeis & gentibus. Caput IX non est ineludendum in angustiores terminos, quam Paulus hoc laetiori & latiori capite X patitur, in quo regnat τὸ *omnis*. v. 11 seqq.

5 γράφει, *scribit*) litera occidente. Antitheton v. 6. 8: *dicit*, voce vivida. Par antitheton: *Moses*, in concreto; *quae ex fide est justitia*, in abstracto.

¶ ὅτι ὁ ποιήσας κτλ.) Lev. XVIII. 5. LXX, ποιήσετε αὐτὰ, ἃ ποιήσας κλ.

6 ἡ ἐκ πίστεως δικαιοσύνη, *quae ex fide est justitia*) Metonymia suavissima. i. e. homo justitiam ex fide quaerens.

¶ λέγει, *loquitur*) secum.

¶ μὴ εἴπῃς) *ne dixeris:* nam qui ita dicit, is in lege, quod quaerit, non invenit; & quod in evangelio invenire poterat, non quaerit: justitiam videlicet ac salutem, quae & in Christo est, & credentibus praesto est in evangelio. Et tamen ita dicere neces-

a) γὰρ, *enim*] Itaque in iis etiam, qui non sunt in statu gratiae, aliquid certe residere potest, quod eos, qui gratiâ gaudent, compellere ad intercessionem queat. *V. g.*

*) *Summopere utique cauendum est hodie, ne fastidioso* Iudaismi *nomine circumueniri nos patiamur, ut* & Legis & Prophetarum, *i. e.* totius veteris testamenti *salutarem usum, sapissime a Christo & Apostolis commendatum, leuiter* abjicere *discamus.* E. B.

necessum habet, quisquis tantum illud ex Mose audit: *faciens vivet.*

¶ καρδίᾳ, *corde*) Fidei tribuitur etiam *os;* nam illa loquitur: at *incredulitas* fere mussat.

¶ τίς κλ.) Deut. XXX. 11-14. LXX, ὅτι ἐντολὴ ἄυλη, ἣν ἐγὼ ἐντέλλομαί σοι σήμερον, οὐχ ὑπέρογκός ἐστιν, οὐδὲ μακρὰν ἀπὸ σοῦ ἐστιν. οὐκ ἐν τῷ οὐρανῷ ἐστι, λέγων· τίς ἀναβήσεται ἡμῶν εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ λήψεται ἡμῖν αὐτήν; καὶ ἀκούσαντες αὐτὴν ποιήσομεν. οὐδὲ πέραν τῆς θαλάσσης ἐστὶ, λέγων· τίς διαπεράσεται ἡμῖν εἰς τὸ πέραν τῆς θαλάσσης καὶ λήψεται ἡμῖν αὐτὴν; καὶ ἀκούσαντες αὐτὴν ποιήσομεν. ἐγγύς σου ἐστὶ τὸ ῥῆμα σφόδρα· ἐν τῷ στόματί σου καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ σου, καὶ ἐν ταῖς χερσί σου, ποιεῖν αὐτό. Ad hunc locum hæc quasi parodia suavissime alludit, sine expressa allegatione *). Loquitur Moses item de cœlo, ut Paulus: sed ille deinde ait, *trans mare*, pro quo Paulus orationem *de abysso* dexterrime inflectit, ut e contrario mentionem facere possit resurrectionis Christi ex mortuis. Abyssus est ingens cavitas in globo terraqueo, sub mari simul & sub terra. confer, multis de rebus, Hiob XXVIII. 14. 22. Phil. II. 10 not.

¶ τίς ἀναβήσεται, *quis ascendet*) Qui ita dicit, ostendit, se velle, sed negat, se posse ascendere, &, descendere, ut e longinquo petat justitiam & salutem.

¶ τοῦτ' ἔστι, *hoc est*) Redarguitur perversitas eorum, qui dicunt: *quis ascendet in cœlum?* nam perinde loquuntur, ac si non præsto esset verbum de *Domino cœlesti*, quem os credentis confitetur Dominum, v. 9. & qui volunt salutem inde a cœlo deducere, volunt Christum (quippe extra quem salus nulla est) e cœlo, unde pridem descendit, deducere: atqui hoc fieri non potest. ergo ne illud quidem. In præsenti *hoc est* ter adhibetur magna vi.

7 τοῦτ' ἔστι, *hoc est*) *Hoc* cum *dicere* construitur, ut substantivum & adjectivum. Redarguitur autem iterum perversitas eorum, qui dicunt: *quis descendet in profundum?* nam perinde loquuntur ac si non præsto esset verbum de *Christo ex mortuis resuscitato*, quem cor credentis resuscitatum agnoscit. eodem versu 9. & qui volunt salutem e *profundo terræ* petere, volunt Christum (quippe extra quem salus nulla est) e profundo, quod ille semel in resurrectione reliquit, adducere: atqui hoc fieri non potest. ergo ne illud quidem. Itaque credens neque cœlum eatenus moratur, neque profundum, rem tam prope habens, quam ipse est sibi. Infidelitas autem fluctuat. vult semper, nec scit, quid velit: quærit semper, neque invenit quicquam. Itaque profundum cum vertigine intuetur, neque cœlum cum lætitia adspicere potest.

¶ χριστὸν, *Christum*) Infidelis *Christum* non suo, id est, Christi nomine aut e cœlo aut ex abysso repetit: sed infideli ignoranti nomenclaturam *Christi* suggerit justitia ex fide hîc loquens. q. d. illud, quod tu, ô infidelitas, cœlum & abyssum movens, ad cœlum aut abyssum perfugiens, (ut apud Virgilium est, *Acherontа movere,*) quæris, id scito extra Christum nec a me cogitari, nec abs te inveniri posse. v. 4. Est locutio hypothetica. Id,

*) *Egregia vero cel.* Michaëlis *declaratio est, quâ, hujus loci occasione,* (*in der* Einleitung &c. *T. I. p. m. 75*) profitetur: „Da ich — einige der besten Aufklärungen des hebräischen Textes, die „ich sonst nirgends antreffen kœnnen, blos dem Apostel Paulo zu danken habe: so kostet mir „die Bescheidenheit nicht mehr viel Mühe, mir selbst verdæchtig zu seyn, wenn meine Erklæ„rung von der seinigen verschieden ist.„ *Quæ* modestia *utinam omnium Criticorum atque Interpretum semper & ubique mentesque manusque animaret!* E. B.

Id, quod fieri non potest, ut a cœlo aut ex abysso petatur *justitia, procul;* removet Paulus: atque ita unum relinquit perfugium, verbum de Christo, quod est in *proximo.*

8 ἀλλὰ, *sed*) Particula h. l. aut habet vim ἐπιτατικὴν, uti Matth. XI. 8. 9, aut cadit super ἐγγὺς *prope.*

¶ ἐγγὺς, *prope*) Christum non debemus quærere procul, sed intra nos. Dum enim *fides* credere incipit, Christus habitat in corde. Quæritur non ab iis tantum, qui modo incipiunt, sed etiam a proficientibus. Cant. III. 1. Ps. CV. 3. 4. Hîc enim sermo est, ut si justitia fidei secum ipsa colloqueretur.

¶ ἐν τῷ στόματί σε καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ σε) Sic Hebr. sed LXX addunt, καὶ ἐν ταῖς χερσί σε.

¶ τοῦτ' ἔστι) *Verbum, hoc est verbum fidei, prope est tibi.*

9 ἐὰν) *si* modo.

¶ ὁμολογήσῃς, *confessus fueris*) Confessio salvat non per se; alias infantes non possent salvari: sed quatenus fidem includit.

¶ κύριον, *Dominum*) In hac appellatione est summa fidei & salutis. Qui *Dominum* fatetur Iesum, non demum conatur eum ex *cœlo* deducere.

¶ ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, *excitavit ex mortuis*) Speciale objectum fidei. Qui credit *resurrectionem* Iesu, non demum conatur eum ex mortuis adducere. v. 7. Luc. 24, 50. n. f.

10 καρδίᾳ, *corde*) Probatur consequentia a mentione cordis & oris apud Mosen ad fidem & confessionem: quia nempe cor est fidei proprium subjectum, & os confessionis. ideo *corde* & *ore* sententias inchoat.

11 λέγει, *dicit*) c. IX. 33 not. b)

12 οὐ γάρ ἐστι διαστολὴ, *non enim est differentia*) c. III. 22. Hîc non additur *primum Iudæis*, ut initio, c. I. 16.

¶ ὁ γὰρ αὐτὸς, *idem enim*) c. III. 29. 30.

¶ Κύριος, *Dominus*) v. 9.

¶ πλουτῶν) *dives*, & largus. quem nulla quamvis magna credentium multitudo exhaurire potest; qui nunquam necesse habet restrictius agere.

13 πᾶς ὃς ἂν, *omnis quicunque*) Act. II. 21 not. Hoc monosyllabon, πᾶς, (*omnis,*) toto mundo pretiosius, propositum v. 12, ita repetitur v. 12 & 13, & ita confirmatur ulterius v. 14. 15, ut non modo significet, quicunque invocarit, salvum fore; sed, Deum velle, se invocari ab omnibus salutariter.

14, 15 πῶς, *quomodo*) Climax retrograda: qua Paulus ab ulteriore quovis gradu ad citeriorem argumentatur, & hujus necessitatem, tum ex necessitate ipsam existentiam ejus infert. Qui vult finem, vult etiam media. Deus vult, ut homines invocent Ipsum salutariter. ergo vult, ut credant. ergo vult, ut audiant. ergo vult, ut habeant prædicatores. Itaque prædicatores misit. Omnia fecit, quæ ad rem pertinerent. Voluntas ejus antecedens est universalis, & efficax.

14 οὗ οὐκ ἤκουσαν) *quem*, scil. loquentem, in evangelio, v. 15, vel, se offerentem, *non audiverunt.*

15 πῶς δὲ κηρύξουσιν, *quomodo vero prædicabunt*) sc. οἱ κηρύσσοντες, *prædicantes:* hoc verbum, uti antecedentia, in futuro positum est, imitatione Ioëlis, apud quem exstat τὸ *invocaverit*, v. 13, per prospectum illum ex V. T. in Novum.

¶ καθὼς, *sicut*) i. e. non defuere nuncii. Esajas in spiritu alacres eorum gressus vidit.

¶ ὡς-

b) οὐ καταισχυνθήσεται, *non pudefiet*] Injustitia & pernicies pudorem inferunt: gloriam, justitia & salus. *V. g.*

¶ ὡς-εἰρήνην, τῶν εὐαγγελιζομένων τὰ ἀγαθὰ) Es. LII. 7. LXX, ὡς-ἀκοὴν εἰρήνης, ὃς εὐαγγελιζόμενος ἀγαθά.

¶ ὡραῖοι) ὥρα proprie dicitur de pulcritudine & amœnitate physica.

¶ οἱ πόδες, *pedes*) eminus: quanto magis ora, cominus.

¶ τῶν εὐαγγελιζομένων, *evangelizantium*) qui dum loquuntur, Ipse Dominus loquitur. Es. LII. 7. coll. v. 6.

16 ἀλλ', *at*) Hîc demum culpa notatur.

¶ οὐ πάντες, *non omnes*) Antitheton: *omnis*. v. 11 fs. Culpa est hominum, speciatim Iudæorum. *non omnes*, i. e. fere nemo. confer statim, *quis?*

¶ ὑπήκουσαν) Conf. ὑπὸ in ὑπετάγησαν, v. 3. Etiam ii debuerant & potuerant obedire, qui non sunt obedientes facti.

¶ λέγει) *dicit*, mox sub verba v. 15 citata. Vid. Ioh. XII. 38 not.

c) 17 ἄρα) *igitur*. Ex prophetæ querela de auditorum infidelitate infert, non deesse verbum Dei, & prædicationem, tanquam propriam fidei causam & ansam.

¶ ἐξ ἀκοῆς) ἀκοὴ, *auditio*, & hinc *oratio*, *sermo*, *prædicatio*.

18 μὴ οὐκ ἤκουσαν; *num non audiverunt?*) *num* facultas audiendi defuit, quando non nisi ex auditu fides est?

¶ εἰς πᾶσαν-ῥήματα αὐτῶν) Sic LXX, Ps. XIX. 5. In eo Psalmo est Comparatio, & protasis quidem v. 2-7, apodosis autem v. 8 seqq. Inde liquido eadem ratio Præconii cœlorum & evangelii, omnia penetrans, perspicitur. Comparatio nititur maxime allegatione apostolica, nec textui vim infert.

¶ ὁ φθόγγος, *sonus*) Ps. XIX 5. קָוָם Id Aquila olim verterat κανών. conf. omnino 2 Cor. IX. 13. Sua cuique apostolo definita erat regio & quasi provincia, quo vox ejus esset perventura. Sed *canon* est tantum singulorum: *sonus* sive *sermo*, ad cunctam terram pertinet.

19 μὴ οὐκ ἔγνω Ἰσραήλ; *num non novit Israël?*) Sensus est: Israëlem potuisse & debuisse agnoscere justitiam Dei: sed non voluisse. v. 3. Idque ostenditur nunc ex Mose & Esaja. Paulus cap. IX-XI frequenter appellat *Israëlem*, non *Iudæos*.

¶ πρῶτος μωϋσῆς, *primus Moses*) Moses, sub quo Israël formam populi accepit, jam tum dixit. *)

¶ ἐγὼ-ὑμᾶς-ὑμᾶς) Deut. XXXII. 21. LXX, κἀγὼ-αὐτὸς-αὐτός.

¶ οὐκ ἔθνει) Latine possis dicere: *Ne-gente*. Quemadmodum populus deos non-deos secutus est: ita Deus, perfidiam populi ulciscens, populum non populum, populum, qui non habebat Deum, populum Israëli plane dissimilem, suscepit. Sic *populi* nomen redit non v. 20, sed v. 21.

¶ ἀσυνέτῳ, *insipiente*) Sapientia populum facit. Iob XII. 2. Itaque populus insipiens est *non gens*; populus, qui Deum non novit, est *insipiens*. נָבָל est μέσον vocabulum, quo etiam Israël notatur. Epitheton נבל gentes alias notat.

20 ἀποτολμᾷ) Quod Moses innuerat, Esajas *audacter & plane eloquitur*.

¶ εὑρέθην, *inventus sum*) præsto fui. Es. LXV. 1. LXX, ἐμφανὴς ἐγενήθην τοῖς ἐμὲ μὴ ζητοῦσιν, εὑρέθην τοῖς ἐμὲ μὴ ἐπερωτῶσιν. Luc. 24, 35. n.

21 ὅλην, *totam*) Es. ib. v. 2. LXX, ἐξεπέτασα τὰς χεῖράς μου ὅλην τὴν ἡμέραν πρὸς κτλ. Conf. *totam diem*, c. VIII. 36. vid.

I. C.

c) ἡμῶν, *nostræ*] tuorum, inquit, legatorum. *V. g.*

*) *Caussam, cur ad* Canticum Mosis *h. l. prouoces Apostolus, pluribus exposuit cel. D.* Crusius, *Hypomnn. T. I. p. 625 sq.* E. B.

I. C. Pfaffii, de gratia Dei *continua*, dissertatio insignis.

¶ ἐξεπέτασα, *extendi*) Metonymia antecedentis: *finunt me extendere manus, nec veniunt.* Vel hoc uno verbo refellitur dogma de duplici voluntate divina, beneplaciti & signi.

¶ ἀπειθοῦντα, *non credentem*) corde.

¶ ἀντιλέγοντα, *contradicentem*) ore. conf. v. 8 seq.

CAP. XI.

cf. 1. Sam. XII. 22.

1 Μὴ ἀπώσατο) *num* totum *abdicavit.* Sic Gideon, in fide expostulans, ait: νῦν ἀπώσατο ἡμᾶς. Iud. VI. 13. At, οὐκ ἀπώσεται Κύριος τὸν λαὸν αὐτοῦ. Ps. XCIV. (XCIII) 14. Num abdicavit, inquit Paulus, ita, ut jam non sint populus Dei? Quum c. X gratiam erga gentes & defectionem Iudæorum tam graviter expostuit, objici hoc posset. respondet igitur: abiit, ut a Deo rejectum dicamus populum ejus: ubi ipsa *populi ejus* appellatio rationem negandi continet. Illud *abiit* declaratur (1) de præsenti tempore populi offendentis: & nunc esse aliquos, (conf. Act. XXI. 20 not.) & crescente deinceps gentium introitu permultos fore, qui credant ex Israël. hi dicuntur *reliquiae & electio*, v. 5. 7. (2) de futuro: ipsum populum aliquando conversum iri. v. 24 not.

¶ ἐγὼ, *ego*) Paulus ab individuo ad genus mavult concludere in bonam partem, quam a genere ad speciem in contrariam partem: *ego*, persecutor quondam, repelli dignus. Genus, Iudæi universi: Species, credentes ex Iudæis (quorum unus erat Paulus in individuo) vel, crediturі.

2 προέγνω) *prius agnovit*, ut populum sibi proprium. v. 29.

¶ ἐν ἡλίᾳ, *in Elia*) in historia Eliæ, qui in summis erat angustiis, qui solus sibi videbatur; quum ad majorem paucitatem, quam unquam, veniisset Israël.

¶ ἐντυγχάνει) Hesychius, ἐντυγχάνει, προσέρχεται. conf. Act. XXV. 24. 1 Macc. VIII. 32.

3 Κύριε, τοὺς προφήτας σου κτλ.) 1 Reg. XIX. 14. LXX, ἐγκατέλιπον τὴν διαθήκην σου οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ, τὰ θυσιαστήριά σου καθεῖλον, καὶ τοὺς προφήτας σου ἀπέκτειναν ἐν ῥομφαίᾳ, κἀγὼ ὑπολέλειμμαι ἐγὼ μονώτατος, καὶ ζητοῦσι τὴν ψυχήν, μου λαβεῖν αὐτήν. Observanda stili apostolici subtilitas: LXX μονώτατος h. l. ut sæpe: Paulus, μόνος.

4 κατέλιπον, *reliqui*) ne eos occidat Hasaël, Iehu, Elisa. LXX, l. c. v. 18: καὶ καταλείψω ἐν Ἰσραὴλ ἑπτὰ χιλιάδας ἀνδρῶν, πάντα γόνατα ἃ οὐκ ὤκλασαν γόνυ τῷ βάαλ. Ex verbo *reliqui* derivatur λεῖμμα *reliquiae*, v. seq.

¶ ἐμαυτῷ, *mihi ipsi*) Hoc Paulus addit emphaseos causa, in antitheto ad querelam Eliæ de sua *solitudine.* Dominus novit suos.

¶ ἑπτακισχιλίους, *septem millia*) in populo ad miram paucitatem redacto, numerus non parvus, imo ipse totus. 1 Reg. XX. 15. Ex his tota X duntaxat tribuum posteritas propagatur. Hebr. כל i. e. *mere tales*, nullo Baalita admixto. Non dico, eadem fuisse individua 1 Reg. XX. 15 & XIX. 18, sed par est numerus 7000, in cap. XX. 15, &, circiter 70 post annis, in cap. XIX. 18, post Hasaëlem, Iehu & Elisam. conf. 2 Reg. XIII. 7. 14.

¶ ἄνδρας, *viros*) Viri maxime veniebant in censum, & intererant cultui publico. horum igitur conjuges & liberi accedunt etiam ad septem millia.

¶ τῇ βάαλ) Fœmininum, subaudito εἰκόνι, *imagini* Baal, ad contemtum, in antitheto, *viros*. Sic LXX quoque Iud. II. 11 &c. Sub immunitate a cultu Baal continetur immunitas a cultu vitulorum.

5 ὄυν, *ergo*) Consequentia a V. T. ad N. T.

6 χάριτι, *gratia*) Alia vis dativi; alia particulæ ἐκ cum genitivo. Ille vehiculum potius seu instrumentum innuit, quasi canalem, in sensu puro: hæc, magis proprie, causam materialem, principium, fontem.

¶ ȣ̓κ ἔτι, *jam non*) Hoc, quater positum, ostendit vim consequentiæ. Absolutum decretum est hoc, quod Deus decrevit: *Iustos faciam non nisi ex fide, neminem ex operibus.* Hoc nemo perrumpet.

¶ γίνεται-ἐςὶν, *fit-est*) Subtilis & apta verborum differentia. Natura quærit opera: fides agnoscit gratiam supervenientem, γενομένην. sic, ἐγένετο, Ioh. I. 17. Φερομένην χάριν, 1 Petr. I. 13.

¶ εἰ δὲ ἐξ ἔργων, ȣ̓κ ἔτι ἐςὶ χάρις· ἐπεὶ τὸ ἔργον ὀυκ ἔτι ἐςὶν ἔργον, *si vero ex operibus, jam non est gratia: si quidem opus jam non est opus*) Ex inciso illo, *jam non ex operibus*, infertur illud, *Israël non est assecutus*: & ex hoc inciso, *jam non est gratia*, infertur hoc, *electio est assecuta.* Prior pars hujus versus excludit opera; altera gratiam statuit, coll. v. 5. Prior facit protasin; altera apodosin, quæ semper est pars magis necessaria, & hoc loco male a nonnullis omissa. Conf. omnino c. IV. 4. 5. Eph. II. 8. 9. Opposita sunt *gratia* & *opus.* פְּעֻלָּה LXX ut plurimum interpretantur ἔργον. v. gr. Ps. CIX. 20.

7 ἡ ἐκλογὴ, *electio*) præcipue ex Israëlitis. *electio*, i. e. electi, quia electi, assequuntur.

8 ἔδωκεν ἀυτοῖς ὁ θεὸς πνεῦμα κατανύξεως, ὀφθαλμȣ̀ς τȣ̃ μὴ βλέπειν, καὶ ὦτα τȣ̃ μὴ ἀκȣ́ειν) Deut. XXIX. 4: καὶ ȣ̓κ ἔδωκε Κύριος ὁ θεὸς ὑμῖν καρδιαν εἰδέναι, καὶ ὀφθαλμȣ̀ς τȣ̃ βλέπειν, καὶ τὰ ὦτα ἀκȣ́ειν, ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης. Es. XXIX. 10: LXX, πεπότικεν ὑμᾶς Κύριος πνεύματι κατανύξεως, καὶ καμμύσει τȣ̀ς ὀφθαλμȣ̀ς ἀυτῶν κτλ. Adde Matth. XIII. 14 not. ἔδωκεν, *dedit*, justissimo judicio, & dixit eis, *habete.*

¶ κατανύξεως) Κατάνυξις h. l. notat πάθος ex frequentissima punctione in stuporem desinens. In bonam partem sumitur Act. II. 37, & sæpissime apud scriptores asceticos. Latinis, *compunctio.*

¶ ἕως, *usque*) Tacita limitatio. 2 Cor. III. 14.

9 γενηθήτω-ἀυτῶν ἐις παγίδα καὶ ἐις θήραν, καὶ ἐις σκάνδαλον καὶ ἐις ἀνταπόδομα ἀυτοῖς. -σύγκαμψον) Ps. LXIX. 23. 24. LXX, γενηθήτω-ἀυτῶν ἐνώπιον ἀυτῶν ἐις παγίδα καὶ ἐις ἀνταπόδοσιν καὶ ἐις σκάνδαλον -σύγκαμψον.

¶ τράπεζα, *mensa*) שלחן Ps. LXIX. 23, ubi coll. v. præc. est allegoria. Id est, dum cibum capiunt securi, capiantur.

¶ σκάνδαλον, *scandalum*) H. l. magis proprie accipitur, ut synonyma *laqueus* & *captio.* nam σκάνδαλον, *scandalum*, est illud mobile tigillum in decipula. Respondet מוקש Psalm. cit. Gradatio: *laqueus* tenet partem, pedem; *captio*, totum: *scandalum* non solum capit, sed etiam lædit.

¶ ἀνταπόδομα, *retributionem*) Culpa igitur eorum intercesserat, non absolutum Dei decretum.

10 σκοτισθήτωσαν -σύγκαμψον) Qui habent oculos obtenebratos, & dorsum incurvatum, sane πταίȣσι, *titubant*, v. 11, & ruunt in decipulam. Vector. ef. ó. 1. Cor. 4, 18.

11 ἔπταισαν) πταίω proprie de *pedum* titubatione dicitur. Conf. Iac. III. 2 not. Proprietas physica verbi πταίω & de pede & de lingua opponitur significatui morali.

¶ ἵνα πέσωσι) *ut caderent* plane, cuncti, idque sine instauratione? Locutio adagialis. aliquo modo *cecidere*, v. 22, sed non prorsus.

¶ τοῖς ἔθνεσιν, *gentibus*) Ipsum articulum rei gestæ habemus Act. XIII. 46, *ecce.*

¶ εἰς

¶ εἰς τὸ παραζηλῶσαι αὐτὰς, *ut ad zelum provocarentur*) Israëlitæ, ad fidem. v. 14. [*Fac, Lector, tu quoque quavis re ad zelum provoceris, haud mediocriter valiturus gratiâ.* V. g.] Aliter hoc verbum occurrit c. X. 19.

12 εἰ δὲ, *si vero*) Duas partes habet hic versus. prior tractatur v. 13 s. posterior, *quanto* &c. tractatur v. 23 s.

¶ κοσμο-ἐθνῶν, *mundi-gentium*) *Mundus* connotat qualitatem, παράπτωμα *lapsum* pristinum; *gentes*, quantitatem sive multitudinem, cui opponitur ἥττημα, *paucitas*. unde τὸ πλήρωμα dicit mox *copias* Israël abundantes gratia.

¶ ἥττημα) *paucitas*. oppositum πλήρωμα, *abundantia*. Es. XXXI. 8, ἔσονται εἰς ἥττημα.

¶ πόσῳ μᾶλλον, *quanto magis*) Nam ubi multa sunt semina, eorum major est proventus.

¶ τὸ πλήρωμα αὐτῶν, *abundantia eorum*) Subaudi, *erit divitiae gentium*. ergo etiamsi Iudæi credidissent initio, non exclusæ fuissent gentes. Idem verbum, v. 25.

13 ὑμῖν) *vobis*, non ut vos efferamini, sed ut Iudæi invitentur.

¶ διακονίαν, *ministerium*) apostolatum in gentibus.

¶ δοξάζω, *glorifico*) Nempe Paulus amplificat gratiam ethnicis datam, ejusque in ipsos Israëlitas reciprocandam abundantiam. Et hîc causam reddit, cur eam gratiam sic amplificet.

14 τὴν σάρκα, *carnem*) i. e. fratres. Es. LVIII. 7.

15 γὰρ, *enim*) Particula cum propositione connectens tractationem.

¶ ἀποβολὴ, *jactura*) Antitheton, *assumtio*: sed eo sensu, ut Deus dicatur *assumere* per gratiam; homines, ἀποβάλλεσθαι, *jacturam pati*, suâ culpâ. Super *jactura* Iudæorum gentes *assumtae* sunt & gratiam consecutæ. v. 30.

¶ πρόσληψις) αὐτῶν. Hesychius: πρόσληψις, γνῶσις. Conf. προσελάβετο, c. XIV. 3. Tic concludit a minori ad majus. ἀποβολὴ, *jactura*, & πρόσληψις, *assumtio*, sunt contraria: itaque καταλλαγὴ, *reconciliatio*, præmittitur τὴ ζωὴ ἐκ νεκρῶν, *vitae ex mortuis*, quæ multo plus dicit.

¶ ζωὴ, *vita*) *mundi*. v. 12.

¶ ζωὴ ἐκ νεκρων, *vita ex mortuis*) id quod multo majus & optabilius. Sensus: *vita eorum, qui fuerant mortui*. Ez. XXXVII. 3 s. ita ἐκ, *ex*, c. VI. 13. 2 Cor. IV. 6. Sermo est de vivificatione totius: ut non sit residua massa mortua. Totius generis humani sive mundi conversio comitabitur conversionem Israëlis.

16 ἡ ἀπαρχὴ, *primitiae*) patriarchæ.

¶ ἁγία, *sanctae*) Deo dicatæ & acceptabiles. conf. v. 15 cum 1 Tim. IV. 4. 5.

¶ φύραμα, *massa*) Num. XV. 20. 21, ἀπαρχὴ φυράματος.

¶ ἡ ῥίζα, *radix*) stirps patriarchalis, naturaliter, nec non ut compos circumcisionis & promissionis spectata. *Wellero*, post Origenem, *radix* est Christus: *rami*, etiam patriarchæ, ex quibus natæ *primitiae*.

17 σὺ, *tu*) tu, *Romane*, gentilis.

¶ ἀγριελαιος, *oleaster*) calamus *oleastri*. Synecdoche δεινή. [*Id nostra etiamnum aetate tristis experientia clamat. Promiscua multitudo, veri christianismi impatiens, ruditate perquam agresti laborat; ne iis quidem exceptis, qui virtutem atque scientiam haud vulgarem ostentant.* V. g.]

¶ ἐν αὐτοῖς) *inter eos*: *eos* non refertur ad τὸ *quidam*, sed ad *ramos* in universum.

¶ συγκοινωνὸς) Sæpe σὺν dicit Paulus de gentibus. Eph. II. 19. 22. III. 6. conf. μετὰ, Rom. XV. 10.

18 μὴ κατακαυχῶ, *noli gloriari contra*) Videant, ne *glorientur contra*, qui negant conversionem Iudæorum.

¶ οὐ σὺ, *non tu*) Subaudi, *scito*, *memento*, *non te* &c.

19 ἵνα, *ut*) Hæc particula exprimit vim

vim *gloriationis*. confer autem, *propter vos*, v. 28, & τῷ, v. 31.

20 τῇ ἀπιστίᾳ - τῇ πίστει, *infidelitate - fide*) Neutrum (inquit Paulus) absolute. nam si absolute, gloriationi locus esset, quæ hîc refutatur. *fides*, Dei donum, demissos faciens.

¶ ἕστηκας) *hunc statum es adeptus & adhuc tenes*. oppositum: *eos, qui ceciderunt*. v. 22.

¶ μὴ ὑψηλοφρόνει, ἀλλὰ φοβοῦ) Prov. III. 7, μὴ ἴσθι φρόνιμος παρὰ σεαυτῷ, φοβοῦ δὲ τὸν θεόν.

¶ φοβοῦ, *time*) Timor opponitur non fiduciæ, sed supercilio & securitati.

21 μήπως) repete, φοβοῦ.

¶ φείσεται) Indicativus, particula μήπως quasi prætermissa, magis categorice sonat. Cum μήπως cel. *Baumgartenius* legi mavult φείσηται. At Mart. *Crusius* ἵνα, ὡς, ὅπως, μὴ, aliquando cum indicativo futuro poni docet, Gramm. Gr. Part. II. pag. 867, & præter cetera notat illud *Demosthenis*, ὅπως τὰ παρόντα ἐπανορθωθήσεται. Alia exempla collegit *Blackwallus* in class. sacris, p. 432 ed. Woll. ubi hunc ipsum Pauli locum elegantiæ nomine laudat. Certe oratio magis categorica timorem movet.

22 χρηστότητα καὶ ἀποτομίαν, *bonitatem & severitatem*) Sejugatio gravis.

¶ ἐπιμείνῃς, *permanseris*) Est *permanere* in bono, hîc: in malo, v. seq. Illud describitur ex parte Dei; hoc, ex parte hominis. Conf. v. 28. 30 s. Non permansit Romanus in bonitate, invecta operum justitia.

¶ ἐπεὶ, *alioquin*) Fideles possunt deficere & labi.

¶ ἐκκοπήσῃ, *excideris*) ferro. non modo ἐκλασθήσῃ, *defringeris*, ut illi, manu. כרת LXX κλάω. Ier. XLIV. 8. non tamen eo plerumque sensu, quo ἐξολοθρεύω.

23 ἐὰν μὴ, *si non*) Ergo conversio eorum non erit irresistibilis.

¶ δυνατὸς, *potens*) Præcipua objectio esse poterat: quomodo convertentur Iudæi, qui tot seculis id agunt, ut se subducant fidei & oracula V. T. a vero Messia deducant & credentibus eripiant? Respondet Paulus: *potentiam* Deus habet. conf. *potens*, c. XIV. 4. Et hujus potentiæ gloriam, cui nemo gentium obniti potest, ostendet. Magnum igitur opus erit!

¶ πάλιν) *iterum*, non modo minore numero, ut nunc; sed majore, ut antea, quum essent populus Dei.

24 ἀγριελαίου, *oleastro*) Magnum discrimen eorum, qui verbum revelatum vel non habent, vel habent; quantum interest inter oleastrum & oleam.

¶ παρὰ φύσιν) plane *præter naturam*. nam in re hortensi insitio, quæ duas arbores naturæ item diversæ quidem copulat, calamum, quem fructus sequitur, mitem stirpi silvestri committit: Paulus autem calamum oleastri in oleam dicit insitum esse, ut oleæ pinguedinem sequatur.

¶ πόσῳ μᾶλλον, *quanto magis*) Sensim a *posse* venit ad *esse*. Sane incrementum sumit oratio. antea Paulus ex prophetis demonstravit, plures esse malos in Israël, quam bonos: nunc item ex prophetis demonstrat, plures fore bonos, quam malos. Atque hoc ille dum expromit, *mysterium* appellat, aptum ad retundendum fastum gentium, ne putent, partes Iudæorum semper inferiores fore.

25 μυστήριον, *mysterium*) Paulus *mysteria* vocat non semper ea dogmata, quæ fidelibus initio sunt necessaria cognitu: sed arcana, multis etiam fidelibus ignota, donec illis ea, fidei charitatisve causa, re cogente, ex Scripturis antehac obsignatis aperirentur. Conf. 1 Cor. XV. 51, &, in re pari, Eph. III. 3. *Mysterium* fuerat vocatio gentium: c. XVI. 25. nunc item *mysterium*

sterium est conversio Israëlis. [*Itaque diuersum quiddam innuitur a tali conuersione, qualis Pauli temporibus quotidie prostabat.* V. g.] Vtrumque, magna pars illius *mysterii*, quod confirmatur Ap. X. 7. Porro si mysterium est, patienter ferri debent, qui non agnoscunt tam cito; & sperari tempus, quum omnes agnoscent.

d) ¶ φρόνιμοι, *prudentes*) *somniantes, ecclesiam Romanam non posse deficere.* Cluverus. Ipsa *mysterii* appellatio fastum lectorum retundit. Hinc repetitur monitum c. XII. 16, quod jam exstat v. 20 not.

¶ ἀπὸ μέρους, *ex parte*) Molliter loquitur. nam οἱ πεπωρωμένοι, *qui indurati sunt*, erant ut arena maris, v. 7. c. IX. 27. Itaque conversio, quæ non erit *ex parte*, sed *omnis Israëlis*, v. seq. erit longe abundantissima. *) Atque interea etiam semper aliqui convertuntur: cui rei fideles semper invigilare convenit.

¶ πλήρωμα, *plenitudo*) *supplementum copiosissimum.* antitheton: *ex parte.* Nulla remanebit gens, cui non prædicatum fuerit evangelium in toto orbe; etiamsi magna pars hominum, mala sit mansura. **)

¶ εἰσέλθῃ, *ingressa fuerit*) Ioh. X. 9. 16. Ingressum hunc multis jam seculis multa sufflaminant, suo tempore perrumpenda, ut plenitudo gentium, pridem vocata, penitus intret: ac tum Israëlis *obduratio* desinet. Ps. CXXVI. 2. 3. *Ad zelum* christianum Paulus *provocat* Israëlitas: idque præsupponit gentes ante Israëlem conversas, & tamen potest per plenam Israëlis conversionem deinde reliqua copia gentium lucrifieri. v. 11. 12. 15. 31. Ez. XXXIX. 7. 21 ss. 27.

26 καὶ οὕτω, *& sic*) Non dicit, *& tunc*, sed majore vi, *& sic*, quo ipso τὸ *tunc* includitur. nempe ipso introitu gentium terminabitur cæcitas Israëlis.

¶ πᾶς ἰσραὴλ, *omnis Israël*) Israël gentibus contradistinctus, de quo v. 25. Dicuntur שארית & פליטה respectu eorum, qui periere: sed ipsum *Residuum*, in se copiosum, totum convertetur. Mich. II. 12.

¶ σωθήσεται) Hoc ipsum *Latinus* expressit, *salvus fieret.* non inepte. Sententia hæc inest: *plenitudo gentium intrabit, & sic omnis Israël salvus fiet.* sed ἄχρις οὗ *usque dum* mutavit verbum prius, εἰσελεύσεται, in εἰσέλθῃ, manente altero, σωθήσεται. Talia vide notata ad Marc. III. 27. Sensum expressit Latinus. ***)

¶ ἥξει ἐκ σιὼν - διαθήκη, ὅταν ἀφέλωμαι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν) Es. LIX. 20. 21. LXX, καὶ ἥξει ἕνεκα σιὼν - διαθήκη, εἶπε Κύριος κτλ. Es. XXVII. 9. LXX, καὶ τοῦτό ἐστιν ἡ εὐλογία αὐτὸ, ὅταν ἀφέλωμαι τὴν ἁμαρτίαν αὐτοῦ κτλ. Hebr. & veniet גואל לציון *Sioni* (ejusque bono) *Redemtor, & revertentibus a* trans-

d) ἵνα μὴ, *ne*] Nullum unquam mysterium curiositatis caussâ considerandum est: humiliatio semper quærenda. *V. g.*

*) *Ad manifestam hanc* antithesin *haut equidem usquam legere memini ullum* dissentientium *argumentum, cujus pudere non debeat cordatum Interpretem.* Conditionem *v. 23 positam etiam ad* v. 25 & ultra *extendere velle, quum apertum* orationis incrementum *nemo non videat; equidem nescio qui conciliari queat cum genuinis hermeneuticæ principiis. Vid. D.* Ernesti *Bibl. th. T. X. p. 514 sq. & conf. s. pl. meine* Beleuchtung &c. § 42. p. 170 175. E. B.

**) *Attende, Lector! Non de* universitate absoluta *sermo est b.* Auctori; *sed* totum destinatum (diuino consilio) numerum gentium *aperte sistit. Ergo neque* hebraismo *vim ullam infert neque* græcismo: *at,* copiosissimum *sane numerum fore, demonstratum dedit e* contextu. *Conf. l. c. p. 515. & T. VIII. p. 667 sq. Nouissime rem illustrauit S. R. D.* Lorenz, *Diss.* de Induratione Israëlis, ante finem dierum finienda, *Argentor. 1771.* E. B.

***) *Non sine ratione moneo, etiam b. l.* genium linguæ *obseruasse b.* Bengelium, *quem Interpretes aliquos neglexisse ait D.* Ernesti, *l. c. T. IX. p. 691.* E. B.

a transgressione *in* Iacob. Paulus c. III in descriptione peccati allegarat Psalmum XIV & Esajæ caput LIX potissimum: nunc in descriptione salutis eosdem textus conjungit. ἐκ σιὼν, ait, ut LXX, Ps. XIV. 7. Venit Redemtor (ἐκ) e Sione, & (ל ἕνεκα) bono Sioni. Adventus factus est pridem: fructus ad summa perveniet suo tempore. *Sion* est totum, in bonam partem; *Iacob* h. l. est totum, in partem sequiorem: *revertentes*, sunt pars.

27 ἅυτη) *hoc*, de quo v. præc.

¶ παρ' ἐμοῦ, *a me*) Ipse faciet.

¶ διαθήκη, *testamentum*) scil. *tum erit, tum expedietur.*

¶ τὰς ἁμαρτίας) *peccata*, & ortas inde miserias.

28 ἐχθροὶ) *hostes*. Igitur obstinatio Iudæorum non debet allegari in præjudicium conversionis eorundem. Porro dicuntur *hostes*, active; mox, *dilecti*, passive: (utrumque respectu Dei, non modo respectu Pauli:) malum imputandum homini; bonum proficiscitur a Deo. Sic quoque opponuntur inter se misericordia & infidelitas. v. 30 ss.

¶ δι' ὑμᾶς, *propter vos*) v. 31. 12. 15.

29 ἀμεταμέλητα, *quorum non poenitet*) Axioma vere apostolicum. Absolutum quiddam significatur: nam Deus non in perpetuum cedet infidelitati populi sui. Pœnitudo abscondita est ab oculis Domini. Hos. XIII. 14.

¶ χαρίσματα, *dona*) erga Iudæos.

¶ κλῆσις, *vocatio*) erga gentes.

30 καὶ) Particulam, obelo quondam a me notatam, recepi dudum *): & nunc cel. *Baumgartenii* consensu delector.

¶ ἠπειθήσατε, *increduli fuistis*) *Incredulitas* cadit etiam in eos, qui ipsi non audivere verbum Dei; quia tamen primitus id in Patriarchis, Adamo, Noacho, susceperant.

31 ἠπείθησαν, *increduli fuerunt*) relicti sunt infidelitati suæ.

¶ τῷ ὑμετέρῳ, *vestra*) Genitivus objecti, uti τὰ ἐλέη δαυίδ. 2 Chron. VI. 42. רצון עמך Ps. CVI. 4. Luc. 21, 25. not.

¶ ἐλέει, *misericordia*) Constr. cum ἐλεηθῶσι, *misericordiam consequerentur*; nam ἵνα, *ut*, sæpe transponitur: & versu 30 *incredulitas* Iudæorum præcedit *misericordiam* gentium: quare versu 31 *misericordia* gentium non præcedit *incredulitatem* Iudæorum eandem. Vid. App. crit. Ed. II ad h. l.

¶ ἐλεηθῶσι, *misericordiam consequerentur*) misericordiam eam, quæ fidem antecedit, nec nisi per fidem, qua retractatur ἀπείθεια, *incredulitas*, agnoscitur & accipitur.

32 συνέκλεισε) *simul conclusit*, Iudæos & gentes. conf. Gal. III. 22 not. **) Phrasis LXX Int. εἰς θάνατον συνέκλεισε. Ps. LXXVIII. 50.

¶ εἰς ἀπείθειαν, *in incredulitatem*) Eph. II. 2. Qui vim *incredulitatis* experti sunt, tandem purius se ad fidem recipiunt.

¶ ἵνα) *ut*. Res ipsa efficietur.

¶ τοὺς πάντας) *universos*, cunctos. conf. v. 30. 31.

¶ ἐλεήσῃ, *misereretur*) Misericordia Ejus ab illis agnita, v. 6: fide eis ab Ipso donata.

33 ὦ βάθος, *o profunditas*) Paulus cap. IX quasi in freto navigarat; nunc, in oceano. *profunditas divitiarum* describitur v. 35, & respicit ad c. IX. 23. X. 12. (quare

*) *Conspirat* Vers. germ. E. B.

**) *Petrus* Abelardus, *Comm. in Ep. ad Rom.* „Cœcitate infidelitatis, *inquit*, *constrinxit* omnes, „tam Judæos scil. quam gentes, ut in omnium postmodum conuersione magnam suam clementiam „ostenderet.„ *quæ interpretatio eximie probatur cel. D.* Ernesti, *Bibl. th. T. VIII. p. 668.* E.B.

(quare non debet in epitheton resolvi:) *profunditas sapientiae*, v. 34: *profunditas cognitionis*, v. 34. Conf. de divitiis & sapientia, Eph. III. 8 not. & Ap. V. 12. Dignæ sunt observatu & collectu differentiæ vocum biblicarum. *Sapientia* dirigit omnia ad finem optimum: *cognitio* novit finem illum & exitum.

¶ ὡς, *quam*) Nemo scrutatur, nemo perveſtigat, nisi Ipse. Hîc & v. 34 s. est chiasmus, coll. anteced. & conseq. *Profunditas* describitur altera parte versûs 33. *Cognitio* ipsa, ut diximus, v. 34, *quis enim-: sapientia* ipsa *aut quis-? divitiae* ipsæ, v. 35.

¶ τὰ κρίματα, *judicia*) circa infideles.

¶ αἱ ὁδοὶ, *viae*) circa fideles. Gradatio. Viæ sunt quasi in plano: judicia, profundiora. ne vias quidem perveſtigamus.

34 τίς γὰρ-ἐγένετο) Es. XL. 13 LXX, τίς ἔγνω-καὶ τίς αὐτῷ σύμβουλος ἐγένετο; *Quis*? i. e. nemo; nisi ipse.

¶ γὰρ, *enim*) Sequitur expressior scripturæ allegatio. In dogmatibus probandis adhibetur formula, *scriptum est*: aliis in locis sæpe ea prætermittitur. c. XII. 20.

¶ νοῦν Κυρίου, *mentem Domini*) Esajas: את רוח יהוה *Spiritum Iehovah.* Paulus ponit versionem τῶν LXX. Ceteroqui non sunt synonyma רוח & νοῦς. Optima autem est consequentia: nemo capit *Spiritum*: ergo nemo capit mentem sive sensum Domini. Implicitus est ad SS. Trinitatem respectus. confer, ad τὸ εἰς αὐτὸν v. 36, Es. XXXIV. 16 fin.

¶ σύμβουλος) Non modo neminem fuisse σύμβουλον, dicit Paulus, sed ne nunc quidem esse posse. σύμβουλος autem est vel *particeps consilii*, vel certe *conscius*. nam modo dixit: *quis enim novit mentem Domini*? Et tamen multi in disceptationibus, v. gr. de ortu mali, quæ multo profundiores œconomiæ divinæ recessus tangunt, quam hæc, quæ inter v. 32 & 33 ab apostolo religiose abrumpitur, (multum enim interest inter lapsum multorum angelorum totiusque generis humani, & inter casum Israëlitarum,) perinde se jactant, ac si non modo consiliarii Domini, sed etiam quæsitores, patroni, vel judices essent. Scriptura ubique subsistit in eo, quod Dominus voluit, & dixit, & fecit: rationes rerum universalium singulariumve non pandit: de iis, quæ nostram superant infantiam, ad æternitatem remittit fideles, 1 Cor. XIII. 9 ss. Ceteros, importunos scrutatores, torquebit & uret sciendi sitis, in æternum.

35 ἢ τίς κτλ.) Hæc verba, apud LXX, Es. cap. cit. v. 14, alii habent; alii non habent. at Iob XLI. 2 Hebr. & Vulg. ita habent: *Quis ante dedit mihi, ut reddam ei? Omnia quae sub coelo sunt, mea sunt.*

36 ἐξ αὐτοῦ καὶ δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν, *ex Eo & per Eum & in Eum*) Denotatur Origo & Cursus & Terminus rerum omnium. conf. 1 Cor. VIII. 6. [*Porro*, ἐξ αὐτοῦ *divitiarum est: δι' αὐτοῦ, sapientiae*: εἰς αὐτὸν, *cognitionis*. V. g.]

¶ ἡ δόξα, *gloria*) Divitiarum, Sapientiæ, Cognitionis. [*Hac doxologia* Omnipotentiæ *simul*, Sapientiæ & Amoris *divini laus continetur, unde* vires, intellectum *ac* beatitudinem *hauriunt creaturae.* V. g.]

¶ ἀμήν· *amen*) Verbum finale, in quod affectus apostoli, quum ad suprema venit, desinit.

CAP. XII.

1 Παρακαλῶ, *hortor*) Moses jubet: apostolus hortatur. Solet Paulus hortationes ponere dogmatibus antea tractatis congruentes. Eph. IV. coll. cap. III. Sic h. l. usus generalis ex tota tractatione continetur v. 1. 2, ut allegationes statim subsequentes demonstrant.

Vsus

Vſus ſpeciales, a v. 3 usque ad concluſionem epiſtolæ, oſtendimus ad cap. I. 16.

¶ *διὰ τῶν οἰκτιρμῶν, per miſerationes*) Totum noëma derivatur ex cap. I-V. vocabulum fluit ex antitheto *irae*, c. I. 18. nam innuitur hoc loco tota œconomia gratiæ ſive miſericordiæ, ab ira nos eximens, & *gentes* inprimis ad officium excitans. c. XV. 9. Qui *miſericordia* Dei recte movetur, in omnem Dei *voluntatem* ingreditur. [*At anima irae obnoxia vix quidquam juuatur adhortationibus. Saxum perfundis oleo.* V. g.]

¶ *παραςῆσαι, ſiſtere*) In tanto officiorum catalogo Paulus nil earum rerum habet, quæ hodie apud Romanenſes fere utramque paginam faciunt. *παραςῆσαι*, repetitur ex c. VI. 13. 16. 19. *ſiſtere*. Oblatio *viva ſiſtitur*; non mactatur.

¶ *σώματα, corpora*) Antitheton ad nefarium *corporum* abuſum apud gentes. c. I. 24. Sequuntur enim mox plura antitheta, ejuſdem capitis reſpectu. Corpus plerunque impedit animam: corpus Deo ſiſte; anima non deerit. c. VI. 12. Vid. etiam cap. VII. 4. Hebr. X. 5. Vice verſa, *anima* magiſtratui ſubjecta, etiam corpore parebit. c. XIII. 1.

¶ *σώματα, λατρείαν, corpora, cultum*) Appoſitio metonymica, corpus & animam innuens.

¶ *θυσίαν, victimam*) peccato mortificato. conf. de hoc ſacrificio, c. XV. 16.

¶ *ζῶσαν, viventem*) ea vita, de qua cap. I. 17. VI. 4 ſs. Abominabile eſt, cadaver offerre.

¶ *ἁγίαν, ſanctam*) qualem poſtulat *ſanctia* lex. c. VII. 12.

¶ *εὐάρεςον, bene placentem*) cap. VIII, maxime v. 8.

¶ *τῷ θεῷ, Deo*) Conſtr. cum *παραςῆσαι, ſiſtere.*

¶ *λογικὴν, rationalem*) ſincerum, (1 Petr. II. 2.) reſpectu intellectus & voluntatis. congruit verbum *δοκιμάζειν*, v. 2. *φρονεῖν κτλ.* v. 3. Gentium *λατρεία, ἄλογος*. c. I. 18 ſeqq. 25. Iudæorum confidentia, *ἄλογος*, c. II. 3, at Chriſtianus omnia recte reputat, & ex beneficio Dei miſerentis colligit officium ſuum. Verbo illi, quod ſæpe ponit, *λογίζεσθαι*, c. III. 28. VI. 11. VIII. 18, nunc reſpondet epitheton. *λογικὸν γάλα*, 1 Petr. I. c. eſt periphraſis *verbi* ipſius, *Lac verbi*: hîc vero *λατρείας cultûs* epitheton eſt *λογικὴ, rationalis.* Ἄδολον dicit Petrus: *Verbum* eſt ſincerum, & *cultus* ex verbo eſt ſincerus.

2 *μὴ συχηματίζεσθε - ἀλλὰ μεταμορφοῦσθε*) *μορφὴ, forma*, penitius & perfectius quiddam notat, quam *χῆμα, habitus.* conf. Phil. II. 6. 8. III. 21. A *forma* interna non debet abludere *habitus* ſanctorum externus.

¶ *αἰῶνι, ſeculo*) quod totum, neglecta *Dei voluntate*, ſuitatem ſequitur.

¶ *δοκιμάζειν, probare*) Hoc quoque pertinet ad illam *μορφὴν formam* novam. Antitheton, c. I. 28. [*Dum quis haeret in antiquitate mentis, voluntatem DEI, uiut ſagaciſſimus, probare neſcit. Modo haec modo iſta defendere conabitur, DEVM ſui ſimilem opinatus.* V. g.]

¶ e) *καὶ τέλειον, & perfectam*) Qui oblationem *vivam, ſanctam, bene placentem* fiſtit, noſcit voluntatem Dei *bonam*, viva & ſancta requirentem, *beneplacentem*, &, cum profectu fidelium, *perfectam.* [Perfectam *hanc voluntatem indignis modis deuitant, qui ea ſemper exquirunt, quae citra peccatum (ut exiſtimant) perpetrare etiamnum liberum eſt. Via-*

e) *τὸ θέλημα, voluntas*] Ob rationes ſpeciales plurimæ ſubinde quæſtiones oriuntur, hoc illudue jure fiat nec ne? Facilis eſt deciſio iis, quibus DEI *voluntas* curæ eſt cordique. Sed probatione opus eſt atque intelligentia. Eph. V. 17. *V. g.*

Viatorem hi tales agunt, qui non tuto tramite, ſed extremâ ripâ, praeter neceſſitatem, incedere geſtiat. V. g.]

3 λέγω) Flacius: *edico.* Hoc verbum hortationi ſubſequenti moratæ vim addit imperativi.

¶ γὰρ, *enim*) Docet, quid Voluntas Dei velit.

¶ διὰ τῆς χάριτος, *per gratiam*) Ipſe Paulus exemplum præbet σωφροσύνης, quam commendat: ne videatur temere hac formula, λέγω, *edico*, qua ſolus Chriſtus abſolute uti potuit, aliis tam ardua præſcribere. conf. v. 6.

¶ ὄντι) cuilibet, *qui eſt inter vos*, veſtri ordinis, fidelis.

¶ ἐν ὑμῖν, *in vobis*) Multa erant, cur Romani ſe viderentur efferre poſſe, & poſtea ſe extulerunt.

¶ δεῖ) *oportet*, pro veritate & officio.

¶ φρονεῖν) *ſentire*, & inde *agere.*

¶ εἰς) Particula limitat. f)

¶ ἑκάστῳ, *unicuique*) Nemo debet ſe unum pro norma habere, ad quam ceteros exigat, & putare, ceteros plane debere tales eſſe, & idem & eodem modo agere, atque ipſum.

¶ ὡς) *ſicut.* non plus, v. 5, ſed nec minus. v. 6 ſ. ideo δὲ, *autem*, adhibetur v. 6.

¶ μέτρον, *menſuram*) Et fides & fidei menſura eſt donum Dei.

¶ πίστεως, *fidei*) *ex qua reliqua manant dona*: (Cluverus:) & quidem dona ſanctificantia & adminiſtrantia. Omnium fons eſt fides, &, in ipſo uſu, norma. *fidei*, de qua tractatum capite I & ſeqq. [*Sequitur* amor, *v. 9.* V. g.]

5 ὁ δὲ καθεὶς) Vid. Marc. XIV. 19 not.

¶ μέλη, *membra*) Eph. IV. 25.

6 ἔχοντες, *habentes*) Hoc quoque pendet ab ἐσμέν· eſt enim apodoſis ad v. 4 fin. ἐσμὲν autem notat *ſumus*, ſimulque vergit ad lenem hortationem, uti Gal. IV. 28 not. Inde in ſingulis partibus hujus enumerationis debet ſubaudiri imperativus. coll. v. 14. ſed ἦθος eſt, quod Paulus imperativum non ſæpe exprimit, v. 3 ſemel præmiſſum.

¶ χαρίσματα, *dona*) Hæc ſunt διάφορα, *diverſa*: χάρις, *gratia*, una.

¶ προφητείαν, *prophetiam*) Hæc princeps chariſmatum. vid. Act. II. 17. 18. XI. 27. XIII. 1. XV. 32. XIX. 6. XXI. 9. 10. 1 Cor. XI. 4 ſ. XII ſeqq. Eph. II. 20. III. 5. IV. 11. 1 Theſſ. V. 20. 1 Tim. I. 18. IV. 14. Ap. I. 3 &c. quibus locis collatis, patet, prophetiam eſſe chariſma, quo myſteria cœleſtia, interdum etiam res futuræ, proferuntur in notitiam hominum, fidelium præſertim, cum explicatione prophetiarum ſcripturæ, quæ per communes interpretandi regulas non poſſet elici. Non autem adduntur, in hac tam copioſa epiſtola, cetera, de quibus ad Corinthios: vid. c. I. 11. & 1 Cor. IX. 2 nott.

¶ κατὰ, *ſecundum*) Repete, *habentes*, ſcil. *donum, prophetiam.* & ſic deinceps. Sic modo, *ſecundum gratiam.* Vt homini datur, ſic homo debet adminiſtrare.

¶ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως, *analogiam fidei*) Id eſt, *ut Deus diſtribuit* (prophetæ cuique) *menſuram fidei.* v. 3, nam ibi jam hoc attigit Paulus, & eò, interjectis aliis, redit. Etiam 1 Cor. XII. 9. 10. XIII. 2 *prophetia* & *fides* arcte connectuntur. Petrus 1 ep. IV. 11 eadem de re, ΩΣ λόγια θεοῦ, *tanquam eloquia Dei.* Tantundem eſt, ut ſi Paulus diceret: *ſive prophetiam, in prophetia.* coll. ſeqq. ne extra fidem & ultra eam feratur, neve quis ex ſuo corde prophetet, ultra id quod vidit; ac rurſum, ne celet ſepeliatve veritatem: quantum vidit & novit & credit, tantum eloquatur. vid. Col. II. 18. Ap. I. 2. Exemplum talis

f) σωφρονεῖν, *moderatione uti*] Egregia virtus, σωφροσύνη in ſpiritualibus. *V. g.*

talis analogiæ ipse præbet 1 Cor. VII. 25. Erasmus: *IVXTA PROPORTIONEM ut intelligas, hoc esse majora dona, quo fides tua fuerit integrior.* sic quoque Corn. a Lapide, Piscator, Petrus Martyr. Basilius M. de Spiritu sancto: *Omnia implet virtute, solum autem digni eum accipere possunt: neque uno μέτρῳ modo accipitur, sed κατὰ ἀναλογίαν τῆς πίστεως, ad analogiam fidei distribuit operationem.* cap. IX Chrysostomus: *quanquam enim gratia est, tamen non simpliciter effunditur: sed τὰ μέτρα modos ab iis, qui accipiunt, sumens*, in tantum *influit*, in quantum *invenerit vas* fidei *sibi oblatum.* Copiose de hoc loco agit *Lichtscheid* in Tr. Germ. *vom ewigen evangelio*, pag. 60 ss. Vt Paulo hîc, ita Marco Eremitæ unum idemque est μέτρον, *modus*, & ἀναλογία, *analogia*, lib περὶ τῶν δοκούντων ἐξ ἔργων δικαιωθῆναι, paulo post medium: *rerum* (negotiorum, rerum agendarum) *notitia secundum analogiam exercitii praeceptorum obtingit: veritatis autem* (doctrinæ salvificæ) *cognitio, secundum mensuram fidei in Christum.* idemque sæpe ita vocabulo *analogia* utitur. Apud Paulum tamen vox μέτρον magis limitat, ad modestiam, ad vitandum excessum: ἀναλογία dicit quiddam abundantius, (collatis iis quæ sequuntur,) ad vitandum defectum. Omnino in fide, quæ creditur, (sic enim vocant Theologi) mirabili analogia congruunt inter se omnia capita; & quivis articulus, de quo quæstio incidit, ad articulos jam firmiter cognitos dijudicari, ad Dictum scripturæ liquido explicatum interpretatio ceterorum exigi debet. Estque hæc analogia ipsius scripturæ & fidei, quæ creditur. Sed neque omnia cognoscit unusquisque; neque pari omnia, quæ cognoscit, firmitate cognoscit: quæ autem firmiter cognoscit, hæc ille tenet ea ipsa fide, qua creditur; quare & ipse in prophetando, omnia ad analogiam fidei, qua credit, & ceteri in audiendo, ad analogiam fidei, qua credunt, dijudicare debent. 1 Cor. XIV. 29. 37. Hebr. XIII. 8. 9. 1 Ioh. II. 20 seqq.

7 s. εἴτε, *sive*) Ploce triplex: *Age*, quod *agis*, ut res nomen suum tueatur. Coh. IX. 10. Eadem ratio sententiarum subsequentium. g)

ὁ μεταδιδοὺς) διδόναι, *dare*: μεταδιδόναι, *participare*, ut se non plane exuat, qui dat.

¶ ἐν ἁπλότητι) uti Deus dat: Iac. I. 5. *simpliciter*, abundanter. 2 Cor. VIII. 2. [*neque priuati commodi studio impeditus, neque anxiâ deliberatione, sitne dignus alter beneficio, & justus in dando modus an seruetur?* V. g.]

¶ ὁ προϊστάμενος) *qui* alios *curat* & in clientela habet.

¶ ἐν σπουδῇ, *in studio*) Hujus verbi vis late patet. v. 11. 2 Cor. VII. 11 not.

9 ἡ ἀγάπη, *amor*) De fide egit a v. 3. nunc de amore. Versus 9, 10, 11 respiciunt caput VII. versus 12 respicit caput VIII. versus 13 respicit caput IX seqq. de communione fidelium Iudæorum & Græcorum. Versus decimi sexti comma tertium iteratur ex c. XI. 25.

¶ ἀποστυγοῦντες· κολλώμενοι, *aversantes-adhaerentes* & animo & ejus declaratione, etiam cum periculo & invidia. Explanatur τὸ ἀνυπόκριτον, *non simulatus. Labia mea ODERINT malitiam.* Prov. VIII. 7. Hoc recte annectitur *amori.* 1 Cor. XIII. 6. Verba valde emphatica. Odio mali qui vacat, non amat vere bonum. Ab hoc loco per paria sententiarum incedit oratio. [*Sunt homines 1) qui ma-*

g) ἐν τῇ διακονίᾳ, *in administratione*] ne quid ultra sibi sumat, neque tamen non satisfaciat officio suo. *V. g.*

malo patrocinantur & bonum impugnant: 2) qui bonum amant, sed malum non ea, qua par est, indignatione auersantur: 3) qui malum fastidiunt, sed frigidius justo bonum fouent: 4) qui malum auersantur & bono adhaerent ita, ut obscurum in eis esse nemini queat. V. g.]

10 φιλόστοργοι, *benigni*) στοργὴ, *amor* spiritualis *fratrum.*

¶ προηγούμενοι, *praevenientes*) si non semper gestu & factis, at certe semper animi judicio. id fiet, si alterius bona, & tua vitia potius contemplere. Virtutes homileticæ sanctorum. Talmudici: *Quisquis noverit, quod proximus suus consueverit ipsum salutare, praeveniat illum salutando.*

11 τῇ σπουδῇ - τῷ πνεύματι, *studio - spiritu*) Sic instruitur vita externa sive activa, & interna sive contemplativa.

¶ τῷ κυρίῳ δουλεύοντες, *Domino servientes*) Christo, & Deo, servire debemus. v. 1. c. VII. 6. XIV. 18. XVI. 18. Act. XX. 19. Phil. III. 3. Ps. II. 11, ubi *servire* & *gaudere* parallela sunt, ut h. l. [*Vid. App. crit. Ed. II ad h. l. qui lectionem καιρῷ plane debilem, neque apostolo dignam esse ostendit.* Not. crit.]

12 ἐλπίδι, *spe*) Hactenus de fide & amore: nunc etiam de spe. coll. c. V & VIII. Deinde de officiis erga alios, sanctos, v. 13, persecutores, v. 14, amicos, alienos, inimicos, v. 15 ss.

¶ χαίροντες, *gaudentes*) Gaudium verum non modo est affectus & beneficium, sed etiam officium christianum. v. 15. Summa Dei comitas: vult, nos gaudere, & gaudio vitam nostram spiritualem exerceri.

13 ταῖς χρείαις) τῇ θλίψει. Phil. IV. 14. Romæ inprimis magna erat occasio. Memorabile est, Paulum, ubi expresse de officiis e communione sanctorum fluentibus agit, nil tamen de defunctis usquam ponere.

¶ διώκοντες, *sectantes*) ut hospites non modo admittatis, sed quæratis.

14 διώκοντας, *persequentes*) Christi causa.

¶ καὶ μὴ καταρᾶσθε, *neque maledicite*) ne animo quidem.

15 χαίρειν, *gaudere*) Infinitivus pro imperativo, Græcis non infrequens, & hîc moratus. Subauditur *hortor* ex v. 1. Fletui proprie opponitur *risus*: sed hoc loco (uti 1 Cor. VII. 30.) *gaudium* dicitur, non *risus*, qui Christianis in mundo minus convenit.

16 τοῖς ταπεινοῖς, *humilibus*) Neutrum. præcedit enim, *alta.*

¶ συναπαγόμενοι, *una abducti*) Verbum medium, quo *voluntaria συγκατάβασις condescendentia* notatur. qui humilis est, eum superbi putant auferri: sed sic auferri bonum est. sic David ablatus est.

¶ μὴ γίνεσθε φρόνιμοι παρ' ἑαυτοῖς) Prov. III. 7. LXX, μὴ ἴσθι φρόνιμος παρὰ σεαυτῷ. [*Conf. Rom. XI. 25.*]

17 προνοούμενοι καλὰ ἐνώπιον πάντων ἀνθρώπων) Prov. cap. cit. v. 4. LXX, προνοοῦ καλὰ ἐνώπιον Κυρίου καὶ ἀνθρώπων.

¶ καλὰ, *pulcra*) Gemma non solum debet esse gemma, sed etiam bene sedere in annulo, ut splendor occurrat in oculos.

¶ πάντων, *omnibus*) Nam multi sunt suspicaces & iniqui. vid. v. seq.

18 εἰ, *si*) *Si pote*, conditionem facit, & potest construi hoc cum versu 17, quatenus sæpe bonæ actiones, præsertim si circumspectio desit, minus bonæ videri possunt nonnullis. τὸ ἐξ ὑμῶν, *ex vobis*, limitat. nam, per *alios*, non semper est *possibile.*

¶ μετὰ πάντων ἀνθρώπων, *cum omnibus hominibus*) quorum maximus Romæ confluxus. Nemo homo ita ferus est, ut non erga quosdam humanus sit: atqui erga omnes pacati, lenes, mites esse debemus. Phil. IV. 5. 2 Tim. II. 24. Tit. III. 2. [*Semel quandoque iterumque res tibi per omnem vitam cum homine aliquo intercedit: quocum prouti agis, sic teipsum deinceps tuamque universum agendi rationem aestimat.* V. g.]

¶ εἰρηνεύοντες, *pacem habentes*) c. XIV. 17. 19.

19 ἀγαπητοὶ, *dilecti*) Hac appellatione mitigat iratos: eamque sæpe adhibet in adhortationibus ex sensu gratiæ divinæ erga hortantem & erga hortandos fluentibus. conf. v. 1.

¶ δότε τόπον, *date locum*) Qui se ipse ulciscitur, in ea, quæ sunt iræ Dei, involat.

¶ τῇ ὀργῇ) *iræ* illi, de qua in scripturis tam multa dicuntur; id est, iræ Dei, quæ sola justa est, & sola meretur ira dici. Ellipsis religiosa. 2 Chron. XXIV. 18.

¶ ἐμοὶ, *mihi*) scil. *esto*. Deut. XXXII. 35: ἡμέρα ἐκδικήσεως ἀνταποδώσω.

¶ ἐκδίκησις, *ultio*) Intulit hinc Paulus: *non vos ipsos ulciscentes.* ἐκδικεῖν, *jure exigere*, exsequi totam litem.

¶ ἐγὼ ἀνταποδώσω, *ego reddam*) i. e. hoc mihi relinquite. [*Facile omnem haec consideratio* vindictæ cupiditatem *supprimit. Fac, aduersarium tuum non meliorem, teipsum non pejorem esse opinione tua: iste tamen aut consequetur tandem gratiam diuinam, aut non consequetur. Si consequetur; injuriam tibi quoque illatam, vel te non superstite, agnoscet profecto; quo casu accessu ad DEVM prohibere illum simultate tua haud, spero, gestiet, sed quauis potius ratione precibus eum tuis juuare. Si non consequetur; DEVS certe propter culpam, qua eum tu liberas, pro sua, supremi judicis, parte graue supplicium ab eo sumere nequaquam negliget.* V. g.]

¶ λέγει κύριος, *dicit Dominus*) Formula prophetica: qua non usi sunt apostoli, nisi in citandis prophetis. quia alia ratio theopneustiæ est in prophetis, alia in apostolis.

20 ἐὰν οὖν πεινᾷ - ψώμιζε - αὐτῷ) LXX. Prov. XXV. 21 s. ἐὰν πεινᾷ - τρέφε - αὐτῷ, ὁ δὲ κύριός ΑΝΤΑΠΟΔΩΣΕΙ σοι ἀγαθά. Formulam *scriptum est* magis adhibuere apostoli ad dogmata, quam ad mores.

¶ ἐχθρὸς, *hostis*) Id inprimis valet de hoste acerbo & vehementi.

¶ ψώμιζε, *ciba*) manu tua. Sic LXX, 2 Sam. XIII. 5. Sic vel ferreus hostis mitigabitur.

¶ ἀνθρακας πυρὸς, *carbones ignis*) Omnis vindictæ finis est, ut hostem pœniteat sui: ut hostis se tradat in potestatem ultoris. Vtrumque facillime consequetur, qui hostem benigne tractaverit. Vtrumque describitur hac phrasi insigni. *urit* enim quam maxime pœnitudo illa. 4 Esr. XVI. 54. & hostis fit ultoris proprius libenter. habebis illum ad nutum.

¶ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, *super caput ejus*) id est, super ipsum, totum, ea quidem parte, qua maxime sentiet.

21 μὴ νικῶ, *ne vincaris*) νικῶ, medium. Quos mundus victores putat, revera vincuntur.

¶ κακοῦ) a *malo*, hostis tui, & naturæ tuæ.

¶ νίκα, *vince*) Fortis est, qui ferre potest.

¶ ἐν τῷ ἀγαθῷ τὸ κακὸν, *bono malum*) Sic quoque c. XIII. 3 f. unde amœna connexio.

CAP. XIII.

1 Πᾶσα, *omnis*) Ad Romanos, quorum urbs erat sedes imperii, copiosissime scribitur de magistratu: idque vim habet apologiæ publicæ pro religione christiana. Quæ etiam causa esse potuit, cur Paulus in hac tam longa epistola, nonnisi semel, & quidem post hanc demum ipsam apologiam, appellationem *regni Dei*, alias tam solennem, adhibeat. c. XIV. 17. nam pro *regno*, *gloriam* appellat. conf. tamen Act. XXVIII. 31 not. Nemo mortalium non debet esse sub magistratu; pœnas daturus, si malum fecerit. v. 4.

¶ ψυχὴ, *anima*) Corpora Deo sistenda

da dixit c. XII. 1, animas præsupponens: nunc *animas* magistratui subditas esse vult. *Anima* est, quæ vel bene vel male operatur, c. II. 9, & mali operis formido sunt imperantes. Nobilitas hominis, non tollit obsequium.

¶ ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις) ἐξουσία ab εἰμὶ, ὑπερέχω ab ἔχω· *esse* prius est, quam *habere*. ὑπερεχούσαις continet ætiologiam. 1 Petr. II. 13. Gall. *Souverain.*

¶ ὑποτασσέσθω) Antitheton, ἀντιτασσόμενοι, v. 2. Conjugata, τεταγμέναι, διαταγή. *subjicitor:* monitum, Iudæis inprimis necessarium.

¶ ἐξουσία, *potestas*) ἐξουσία dicit munus magistratûs in abstracto: αἱ δὲ ἐξουσίαι, v. 2, *imperantes*, in concreto. ideo δὲ ἐπιτατικὸν interjicitur. Illa facilius agnoscitur esse a Deo, quam hæ. De utrisque affirmat apostolus. Omnes a Deo sunt, qui generatim omnes instituit, & singulas sua providentia constituit.

¶ εἰ μὴ ἀπὸ) Vid. App. crit. Ed. II ad h. l.

2 διαταγῇ, *ordinationi*) Abstractum, quo concretum connotatur. Sic 1 Petr. II. 13 κτίσις, *creatura*, abstractum, simul complectitur v. gr. *regem* in concreto.

¶ ἀνθέστηκεν) Præteritum: id est, *eo ipso resistit.*

¶ κρίμα) *judicium* divinum, per magistratum.

¶ λήψονται, *sument*) Dum potestatem alienam *sumunt*, sua sponte judicium *sument.* Mimesis.

3 οὐκ-ἀγαθῶν, *) *non-bonorum*) Id tractatur mox, *vis-in bonum.*

¶ κακῶν, *malorum*) Id tractatur v. 4. *si-patranti.* Mala patrant inprimis etiam rebelles. Sic *enim*, initio versus, propriam vim retinet.

¶ θέλεις, *vis*) Omnes quodammodo *volunt*, sed non perinde se gerunt.

¶ μὴ φοβεῖσθαι, *non timere*) Alius timor præcedit malas actiones, & ab iis deterret: hic manet. v. 7. alius sequitur malas actiones: & ab hoc timore liberi sunt, qui bene agunt.

¶ ἔπαινον, *laudem*) 1 Petr. II. 14. cum præmio. conf. 1 Cor. IV. 5.

4 θεοῦ γάρ, *Dei enim*) Anaphora. Divinæ providentiæ vestigium, quod etiam mali in magistratu constituti bona fovent, mala ulciscuntur.

h) ¶ σοὶ, *tibi*) Elegantissime hoc ponitur, *tibi*, de bene agente: at de male agente, indefinite τῷ dicitur.

¶ εἰς) *quod attinet* ad bonum, utile.

¶ τὸ κακὸν, *malum*) *Bonum* huic *malo* oppositum notatur v. 3, non v. 4.

¶ φορεῖ) *gestat*, non modo φέρει, *gerit:* ex divino instituto.

5 ἀνάγκη) Hoc in *aliquot mss.* deesse notat cel. *Baumgartenius.* Non nisi in græco-latinis deest: qui ubi nullos codices Græcos consentientes habent (uti etiam accidit c. I. 19.) indigni sunt nomine *manuscriptorum.* Hoc non contentionis causa moneo; sed quia eum de N. T. Græco bene mereri perspectum habeo, qui bilinguium codicum auctoritatem quovis loco imminuit.

¶ διὰ τὴν ὀργὴν, *propter iram*) quæ male agenti imminet. v. 4. Patet hinc altera connexio hujus capitis cum præcedenti, ubi vide v. 19, *iræ.*

¶ διὰ τὴν συνείδησιν, *propter conscientiam*)

*) *Lectionem* — τῷ ἀγαθῷ ἔργῳ, ἀλλὰ τῷ κακῷ, *præfert margo* Fd. 2, & Vers. germ. E.B.

h) διάκονός ἐστιν, *minister est*] Eadem verba de magistratu Paulus adhibet, quibus euangelii ministerium aliâs exprimit. Ita & v. 6. *V. g.*

tiam) quæ bonæ actionis laudem exspectat a ministro Dei. v. 3.

6 λειτεργοὶ, *ministri*) Iisdem appellationibus *ministerium* & *magistratus* ornantur. sic v. 4, διάκονος. Conf. Es. XLIV. 28. Ier. XXV. 9.

¶ προσκαρτερέντες, *perseverantes*) Vtinam id omnes recte facerent.

7 ὀφειλὰς) *debita.*

¶ τῷ) Concisa locutio, uti 2 Cor. VIII. 15 not.

¶ φόρον, τέλος) in re. φόρ☞, genus: τέλ☞, species.

¶ φόβον, τιμὴν, *timorem, honorem*) animo & verbis gestibusque. φόβ☞, *respect*, major *honoris* gradus.

8 μηδενὶ, *nemini*) Ab officiis erga magistratus transit ad officia generalia, *mutua.*

¶ ὀφείλετε, *debete*) Incipit nova pars adhortationis.

¶ ἀγαπᾶν, *amare*) Debitum immortale. Cant. VIII. 7 fin. Si amabitis, nil debebitis. nam amor implet legem. Amare, libertas est.

9 οὐ μοιχεύσεις, *non committes adulterium*) Paulus liberiore ordine præcepta recenset.

¶ οὐ ψευδομαρτυρήσεις) Hoc a Paulo repositum esse, ego non arbitrabar: arbitratur autem, *Whitbium* conferri *oportere* scribens, cel. *Baumgartenius.* Vid. App. crit. Ed. II ad h. l. *)

¶ εἴ τις ἑτέρα, *si quod aliud*) v. gr. *honora patrem.*

¶ ἐντολὴ) ἐντολὴ, *præceptum*, pars: νόμ☞, *lex*, totum.

¶ λόγῳ, *sermone*) brevi, facili.

¶ ἀνακεφαλαιοῦται) *summatim continetur;* ita, ut etiamsi de præceptis specialibus non cogites, tamen nil cuiquam eorum contrarium committas, amore præditus. conf. *impletur*, Gal. V. 14. item, *pendet*, Matth. XXII. 40.

¶ ὡς σεαυτόν.) Sic *Seidelianus* cum aliis. Alii, ὡς ἑαυτόν. approbante cel. *Baumgartenio.* Ego figma unum pro duobus scriptum censueram. Qui morem librariorum norunt, facile assentientur. Exempla dedi in Appar. crit. p. 383.

10 κακὸν οὐκ, *malum non*) Pleraque autem officia in negativo consistunt, aut certe, ubi nemo læditur, officia positiva sua sponte & cum voluptate peraguntur. Vbi verus est amor, ibi non committitur adulterium, furtum, mendacium, cupiditas. v. 9. i)

11 καὶ τοῦτο, *& hoc*) sc. agite, ea, quæ a c. XII. 1 s. maximeque a. c. XIII. 8 exstant.

¶ καιρὸν) *tempus*, gratiæ plenum. c. V. 6. III. 26. 2 Cor. VI. 2.

¶ ὥρα, *hora*) sc. *est.* Arctum temporis spatium definit. *horæ* ratio habetur ad surgendum.

¶ ἤδη, *jam*) sine mora. mox, νῦν, *in præsenti.*

¶ ἐξ ὕπνου, *ex somno*) Diluescit, quum homo fidem accipit: & tum somnus cessit. Surgendum igitur, ambulandum, opus faciendum, ne somnus iterum obrepat. Paracleſis evangelica semper PLVS VLTRA tendit: & præsentis statûs vetustatem præsupponit in comparatione ad ea, quæ sequi debent, noviora, Salutis propinquitati respondentia.

¶ ἡμῶν) Constr. cum ἐγγὺς, quod continetur in ἐγγύτερον, potius quam cum σωτηρία • namque semper alias aut *salus Dei* dicitur, aut *salus* absolute, non *salus nostra.* conf. de hac *propinquitate salutis*, Gal.

*) *Habet incisum* Vers. germ., *memoriæ potius lapsu, opiner, quam crisi mutata.* E. B.

i) ἓν, *igitur*] Amor per se non extinguitur: enimuero bene agere, nisi malo aliquo remoram patiatur, nunquam cessat. Hinc ex mali fuga impletio legis, quæ et bonum continet, deriuatur. *V. g.*

Gal. III. 3. V. 7. Vtroque loco ſupponit apoſtolus, curſum Chriſtiani ſemel cœptum ſubinde amplius progredi & propius ad metam pervenire. Pridem ſcripſerat Paulus ad Theſſalonicenſes utramque epiſtolam. ergo quum de propinquitate ſalutis ſcripſit, conſiderate ſcripſit. conf. 1 Theſſ. IV. 15 not. Obſerva: alibi dicit, nos ſaluti eſſe propinquos, Hebr. VI. 9, at hîc, ſalutem, tanquam diem, nobis eſſe propinquam. Qui bene cœpit, non debet deficere prope metam, ſed proficere.

¶ ἡ σωτηρία) *Salus*, in adventu Domini conſummanda, quæ eſt meta ſpei, c. VIII. 24, & finis fidei, 1 Petr. I. 9. Mentio *ſalutis* repetitur ex cap. V & VIII. [*Atque ex illa tota tractatione hæc adhortatio deducitur, tanto brevior, quanto ipſa prolixior fuit.* V. g.]

¶ ἢ ὅτε ἐπιστεύσαμεν) *quam* tum, *quum* initio *credere coepimus*, & viam c. I - IV deſcriptam ingreſſi ſumus. ſic, πιστεύειν, *fidem ſuſcipere*, Act. IV. 4. 32, & paſſim. [*Qui ſemel bene coepit, is ad ſalutem ſubinde propius accedit, vel ſalus ad ipſum, ut h. l. dicitur, accedit propius. Præter exſpectationis alacritatem non habet, quod magnopere curet.* V. g.]

12 ἡ νὺξ) *nox* vitæ hujus caliginoſæ, προέκοψεν, *ad ſumma venit: dies* ſalutis plenæ appropinquavit, dies Chriſti, dies noviſſimus, Hebr. X. 25, cujus diluculum eſt totum hoc tempus interjectum inter utrumque adventum Domini. Loquitur Paulus, ut ad expergiſcentes, qui non ſtatim capiunt confinium noctis & diei. Qui pridem expergefactus eſt, ipſe novit, quota hora ſit. Sed cui demum dici debet, non amplius nox eſt, dies appropinquavit, is intelligitur ſpectari ut talis, qui nunc demum expergiſcitur.

¶ ἔργα, *opera*) quæ vel jacentes patrant: *armorum* nomine indigna. conf. Gal. V. 19 not. Accedit, quod *opera* ab internis veniunt: *arma* aliunde ſuppeditantur. nox ne veſtes quidem habet; dies, etiam arma.

¶ ὅπλα, *arma*) Hoc repetitur ex cap. VI. *arma*, quæ expeditos decent; ut thoracem & galeam. 1 Theſſ. V. 8.

13 k) εὐσχημόνως) *bono amictu.*

¶ κώμοις καὶ μέθαις, *comeſſationibus & ebrietatibus*) in noſmet ipſos. κῶμος, *comeſſatio*, convivium laſcivum, cum ſaltatione & vario tumultu. Sap. XIV. 23. 2 Macc. VI. 4.

¶ κοίταις καὶ ἀσελγείαις, *cubilibus & laſciviis*) cum aliis.

¶ ἔριδι καὶ ζήλῳ, *contentione & æmulatione*) contra alios. In v. 13. 14 eſt chiaſmus: α *non comeſſationibus* - β *non contentione & æmulatione:* γ *ſed induite*, in amore, *Dominum Ieſum Chriſtum*, δ & - *non - in cupiditates.* Correſpondent β & γ, α & δ.

14 τὸν) Hîc ſummatim continetur *omnis lux & virtus* N. T. ut omnis ſalus. [*nullo vitio non excluſo.* V. g.] 1 Cor. VI. 11.

¶ ἰησοῦν χριστὸν, *Ieſum Chriſtum*) c. VI. 3 ſ.

¶ σαρκὸς, *carnis*) Reſpicitur caput VII & VIII.

¶ προνοιαν, *curam*) *Cura carnis* nec vetatur hoc loco ut mala, nec ut bona laudatur; ſed ut medium quiddam, & tamen quodammodo ſuſpectum, in ordinem redigitur, & munitur contra pericula. Προνοια *prava cura* carnis opponitur *ſpei* ſanctæ.

¶ ἐπιθυμίας, *cupiditates*) voluptatis & iracundiæ. coll. v. 13. [*et c. VI. VII.*]

CAP.

k) ὡς ἐν ἡμέρᾳ, *tanquam in die*] Qualis in die noviſſimo ſpectari cupis, talem nunc fac te geras. *V. g.*

CAP. XIV.

1 Ἀσθενοῦντα) Participium lenius est, quam ἀσθενῆ, *infirmum*, adjectivum.

¶ πίστει, *fide*) Adhuc apostolus omnia ad *fidem* refert.

¶ προσλαμβάνεσθε, *assumite*) Idem verbum v. 3. cap. XI. 15. XV. 7. Philem. v. 17. [*Vtrisque, Iudæis et gentibus, per fidem obtigit salus: itaque neutra pars alterutram impedire debet, sed utraque alteram iuuare.* V. g.]

¶ μὴ εἰς, *non in*). Qui alterum urget ad idem agendum, quod ipse agit, videtur eum assumere; sed tum assumit ita, ut διαλογισμοὶ *cogitationes* ejus in διακρίσεις *dubitationes* impellantur, ut nequeat in suo sensu πληροφορεῖσθαι, *pleno cursu ferri.* τῷ διακρίνειν opponitur τὸ ἀδιαφορεῖν. *dubitationes cogitationum* appellat: nam *dubitantes* plura *cogitant*, quam *loquuntur.*

2 πιστεύει, *credit*) Hoc verbum in prædicato sonat expressius: participium ἀσθενῶν quasi dissimulat infirmitatem edentis olera.

¶ λάχανα, *olera*) cibum (præ carnibus, v. 21.) certissimæ libertatis. Gen. IX. 3.

3 αὐτὸν, *illum*) *qui edit* in fide.

¶ προσελάβετο, *assumsit*) v. gr. ex gentibus.

4 σὺ) *tu*, infirme.

¶ τίς εἶ) *quis es*, qui tantum tibi sumas?

¶ ἀλλότριον οἰκέτην, *alienum servum*) Hunc, alio respectu, *fratrem tuum* appellat, ut proposito convenit. v. 10.

¶ κυρίῳ, *Domino*) Christo. v. 6 f. 9 f. 14 f. 18.

¶ στήκει, *stat*) etsi tibi, o infirme, non ita videtur.

¶ σταθήσεται δὲ, *statuetur vero*) si ceciderit; *statuetur*, firma cognitione.

¶ δυνατὸς γὰρ, *potens enim*) Sæpe a *posse* ad *esse*, in operibus divinæ gratiæ, valet consequentia; contra eos præsertim, qui aliter judicant; pro iis, qui sunt infirmi.

5 πᾶσαν ἡμέραν) πᾶσαν ἡμέραν κρίνει ἡμέραν, *omnem diem judicat diem*, omni tempore ex æquo benefaciendum esse judicat.

¶ ἰδίῳ νοΐ) *sua*, non aliena. νοῦς non significat sententiam mentis, sed *mentem.*

¶ πληροφορείσθω, *pleno cursu feratur*) i. e. *quilibet agat, & alter eum agere finito* (hæc vis Imperativi, uti v. 16.) *pro suo judicio*, sine anxia disceptatione, cum hilari obedientia. conf. v. 6. Non est sermo præcise de intellectu. nam hæc duo contradictoria: *licet edere, non licet edere*, non possunt esse simul vera; & tamen potest aliquis, qui vel hoc vel illud statuit, *pleno cursu ferri in sua mente*, sicut cymba potest vel in angusto canali, vel in spatioso lacu inoffensum habere cursum.

6 εὐχαριστεῖ γὰρ - καὶ εὐχαριστεῖ, *gratias enim agit - & gratias agit*) Gratiarum actio omnes actiones, quæ eam non debilitant, extrinsecus diversas, sanctificat. 1 Cor. X. 30. Col. II. 7. III. 17. 1 Tim. IV. 4. Majorem tamen vim habet *enim*, quam &. nam gratiarum actio conjunctior est cum esu, quam cum suspensione esus; & in eo, qui *edit*, fidei, illius etiam, de qua v. 22, & conscientiæ certæ; in eo, qui *non edit*, non fidei quidem illius, de qua v. 22, sed tamen conscientiæ inoffensæ, & fructus & criterium & quodammodo causa est.

¶ καὶ εὐχαριστεῖ, *& gratias agit*) pro oleribus. v. 2.

7 ἡμῶν, *nostrum*) fidelium. nam ceteri sibi vivunt & moriuntur.

¶ ἑαυτῷ, *sibi ipsi*) Wellerus: *Nemo sibi ipsi debet vivere, neque formaliter, ut sui juris existens sua juxta desideria vitam instituat: neque materialiter, quod se contentus sibi blandiri velit: neque finaliter, ut vitam ad voluptates referat.*

¶ ζῇ,

¶ ζῇ, ἀποθνήσκει, *vivit, moritur*) Eadem ars moriendi, quæ vivendi.

8 τῷ κυρίῳ, *Domino*) Divina Christi majestas & potestas.

¶ ἐσμὲν) *sumus*, non modo esse incipimus.

9 καὶ ἀπέθανε καὶ ἔζησεν, *& mortuus est & revixit*) Hoc congruit cum antecedentibus & consequentibus. καὶ ἀνέστη legit cel. *Baumgartenius*, & verisimilitudinem omissionis per librarios allegat: sed nullam verisimilitudinis causam affert. Mihi adjectio ex hac fit verisimilis, quod notissimam locutionem de Christo, ἀπέθανε καὶ ἀνέστη, 1 Thess. IV. 14, librarii facillime arripuerint: quo facto alii καὶ ἔζησεν omiserunt, alii tamen id quoque retinuerunt, & quidem vel primo loco posuerunt, ut apud *Iren.* l. III. c. 20; vel medio, ut apud *Syrum;* vel tertio, ut apud *Chrysostomum*, qui tamen in exegesi τὸ καὶ ἀνέστη ipse præterit. *Whitbius*, quem *Baumgartenius* conferri *oportere* scribit, se ipsum refutat: nam ait, ἀπέθανεν & νεκρῶν, ἔζησεν & ζώντων inter se respondere, (ut etiam *Origenes* observat, c. Cels. p. 103 ed. Hœsch.) ἀνέστη ad quod respondeat, nil reperit. Testimonia patrum, ab illo allegata, in *Apparatu* expedivi. Lectio ἔζησεν firma est; ἀνέζησεν multo debilior.

¶ νεκρῶν, *mortuis*) Morientes & mortui Domino gaudent Iesu, qui mortuus est, & mortem peremit, & diabolum devicit. Hebr. II. 14.

¶ ζώντων, *viventibus*) Viventes & revivisentes triumphant cum Goële vivo. Deus vivens est Deus viventium. Matth. XXII. 32. Christus redivivus est Dominus revivisentium. Paulus ponit hîc, v. 7. 8, hanc *vitam* ante *mortem;* & in v. 9, per gradationem, post *mortem* illam *vitam*, uti cap. VIII. 38. coll. v. 34. *Christus*, inquit, *mortuus est, ut morientibus dominaretur: Christus revixit, ut viventibus dominaretur.* Christus *mortuus* est: ergo *mors* (actus, sive potius passio moriendi & status mortis) ab Ipso nos non divellet. Christus est *resuscitatus:* ergo *vita* (futuri seculi) ab Ipso nos non divellet. Dominium Christi in mortuos tollit *psychopannychiam*, contra quam etiam argumenta solida fluunt ex apparitione Mosis & Eliæ, Matth. XVII. 3, ex resurrectione sanctorum, Matth. XXVII. 52 f., ex spe Pauli &c. Phil. I. 23. 2 Cor. V. 8. Hebr. XII. 23. Addatur sigillum V, Apoc. VI. 9 not. & ὄχλοι beatorum, Ap. VII & XIV. &c. A judicio de iis, qui foris sunt, ipsi apostoli abstrahebant 1 Cor. V. 12. Status merendi (verbo in utramque partem late sumto) sine dubio non ultra hanc vitam extenditur. Ab articulo mortis dependet hominis conditio in omnem æternitatem, quanquam, sine hominis cooperatione, diversi gradus exsistere possint. Conf. Luc. XVI. 9. 22. 25. Ioh. IX. 4. (coll. Koh. IX. 10.) Gal. VI. 10. 2 Tim. IV. 6. 8. Tit. II. 12 fin. Ebr. III. 13. VI. 11 fin. IX. 27. Ap. II. 10. Rom. VIII. 23. &c.

10 σὺ δὲ, *tu vero*) tu, infirmior. Cum hoc apostolus hactenus egit: nunc alloquitur etiam firmiorem, *aut etiam tu.*

¶ κρίνεις, *judicas*) Qui judicat, genua sibi reapse flecti postulat.

1) ¶ ἐξουθενεῖς, *nihili facis*) animo & facto.

11 γέγραπται, *scriptum est*) Christus est Deus. nam dicitur *Dominus* & *Deus:* Ipse est, cui vivimus & morimur: Ipse jurat per se ipsum.

¶ ζῶ ἐγὼ, λέγει κύριος· ὅτι καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται τῷ θεῷ) Es. XLV. 22 f. LXX, ἐγώ εἰμι ὁ θεὸς καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλος·

1) τοῦ χριστοῦ, *Christi*] DEVS judicabit per Christum. c. II. 16. *V. g.*

ἄλλῳ - ὅτι - καὶ ὁμεῖται πᾶσα γλῶσσα τὸν θεόν. m)

12 n) δώσει, *dabit*) Lenis adhortatio: nemo involet in partes judicis.

13 κρίνατε, *judicate*) Pulcra mimesis ad id, quod præcedit, *jam non judicemus*. [*Industriâ opus est ea in re.* V. g.]

¶ πρόσκομμα, *offendiculum*) si cogatur frater idem facere, v. 20.

¶ σκάνδαλον, *scandalum*) si idem vos averfetur ob factum.

14 ἐν κυρίῳ ἰησῦ, *in Domino Jesu*) Ex facie Christi resolvuntur optime & certissime omnes casus. *novi & persuasus sum*, rara verborum consociatio, sed huic loco apta, ad confirmandum, adversus *ignorantiam* & *dubitationem*.

15 δὲ, *sed*) Antitheton. Non solum fides, v. 14, *sed* etiam amor adesse debet. Matth. 27, 10. n.

¶ διὰ βρῶμα) μειωτις. conf. Hebr. IX. 10. XII. 16. XIII. 9.

¶ λυπεῖται, *contristatur*) Oppositum v. 17, *gaudium*.

¶ ἐκ ἔτι, *jam non*) Proponit sibi aliquem in amore stantem: & innuit, nunquam ex oculis dimittendum esse amorem. Amor & gaudium, non amor & tristitia, conjuncta sunt.

¶ κατὰ ἀγάπην, *secundum amorem*) Hinc patet connexio versus primi cum cap. præc. v. 8.

¶ τῷ βρώματί σε, *cibo tuo*) Ne pluris feceris tuum cibum, quam Christus vitam suam.

¶ μὴ ἀπόλλυε, *ne perdas*) 1 Cor. VIII. 11. Perire potest etiam verus frater, pro quo Christus mortuus est amantissime.

16 μὴ, *ne*) Bonum fidelium est libertas, 1 Cor. X. 29. 30, ex privilegiis regni Dei fluens. Hujus libertatis abusui opponitur *servitus* generosa. v. 18. Apud patres etiam S. Cœna appellari solita est τὸ ἀγαθὸν, *bonum*, ut docet *Sacer.* Observ. sacr. pag. 85. quod quidem ab hoc ipso Pauli loco non alienum est, qui 1 Cor. X. 16 s. eâdem de re scribens, argumentum sumit a S. Cœna. Sub *bono* fidelium comprehenditur. Dicit autem τὸ ἀγαθὸν, *bonum*, ad ostendendam indignitatem *blasphemiæ*, quæ committeretur vel ab infirmis, libertatem firmiorum pro licentia habentibus, vel etiam ab aliis.

17 ἡ βασιλεία τῦ θεῦ, *regnum Dei*) Regnum Dei est, quum homo est in potestate Dei. sic 1 Cor. IV. 20.

¶ βρῶσις καὶ πόσις, *esus & potus*) Non consistit in strenuo & securo usu libertatis, v. gr. ad cibum & potum.

¶ δικαιοσύνη, *justitia*) respectu Dei. Tria hujus descriptionis momenta summam totius epistolæ attingunt, ordine. Unica est fidei & vitæ, extra articulum de justificatione peccatoris, *justitia*. cf. not. Matth. 6, 1.

¶ εἰρήνη, *pax*) respectu proximi. conf. c. XV. 13.

¶ χαρὰ, *gaudium*) respectu nostri. conf. c. XV. 13.

18 ἐν τούτοις, *in his*) sive edat, sive non edat. ἐν τούτῳ, *Alex.* & alii, *Lat.* Non habet singularis τούτῳ, quo referatur. Ortus esse potest ex alliteratione ad τῷ subsequens.

¶ εὐάρεστος - δόκιμος, *bene placens - probatus*) Id agit, unde Deo placeat, & hominibus sese probet probarique ab hominibus debeat: *probatus* etiam iis, quibus non studet placere.

19 εἰρήνης, οἰκοδομῆς, *pacis, ædificationis*) Hæc duo valde sunt conjuncta. Theologia per se est pacifica, & ad ædificandum compara-

m) ἐξομολογήσεται, *confitebitur*] Seriò. Esaj. XLV. 23. *V. g.* DEI juramento respondet juramentum fidelium.

n) περὶ ἑαυτῦ, *de seipso*] non de alio quoquam. *V. g.*

parata. Polemica minus directe facit ad *ædificationem*, etsi interdum adjungi debet. conf. Nehem. IV. 17.

20 μὴ κατάλυε, *noli dissolvere*) Tristes iique magni effectus unius peccati esse possunt. v. 15.

¶ ἕνεκεν βρώματος, *ob escam*) rem minimam.

¶ τὸ ἔργον τοῦ θεοῦ, *opus Dei*) rem maximam: *opus*, quod Deus struit intus in anima, per *ædificationem*, & in ecclesia, per *concordiam*. [*Fides præcipue innuitur. Iob. VI. 29.* V. g.]

¶ κακὸν, *malum*) τὸ *edere*, supple ex consequentibus. non dicit κακὰ, *mala*.

¶ διὰ προσκόμματος, *per offendiculum*) ita ut edendo offendatur alter.

21 μηδὲ, ἐν ᾧ) *neque* scil. edere, bibere, facere quicquam, *in quo* &c.

¶ προσκόπτει) *impingit* & vulneratur, adductus ad te imitandum temere, cum jactura *justitiæ*. Vt differt *justitia* & *gaudium*, sic differt jactura utriusque.

¶ σκανδαλίζεται, *scandalizatur*) irretitur & impeditur, abhorrens ab actione tua, cum jactura *pacis*.

¶ ἀσθενεῖ) *infirmus fit*, vel certe manet; 1 Cor. VIII. 9 f. viribus internis defectus, & hæsitans inter imitationem & horrorem, cum jactura *gaudii*. conf. v. 17. כשל LXX ἀσθενεῖν.

22 πίστιν, *fidem*) de puritate cibi.

¶ σεαυτὸν-θεοῦ, *te ipsum-Deo*) Antitheton duplex, ad proximum: uti c. XV. 3.

¶ ἔχε, *habe*) Fundamentum veræ prudentiæ & dissimulationis.

¶ μακάριος, *beatus*) Hæc verba usque ad finem capitis habent antitheton. c. XV. 1, *autem*.

¶ κρίνων, *judicans*) Contraria: *judicare* & *probare*. quibus combinatis exquisite describitur conscientia dubitans, ubi homo rem probat, & tamen suam actionem judicat.

23 ὁ δὲ) Causa, cur firmior non debeat infirmum inducere ad edendum.

¶ ἐαν φάγῃ, *si ederit*) Hoc & de uno actu & multo magis de eiu frequenti accipiendum.

¶ κατακέκριται, *condemnatus est*) Conf. Gal. II. 11 not.

¶ ἐκ πίστεως, *ex fide*) de qua v. 2. 5 fin. 14 init. 22. Innuitur ergo ipsa fides, qua fideles censentur, conscientiam informans & confirmans; partim fundamentum, partim norma rectæ actionis.

¶ ἁμαρτία, *peccatum*) adeoque *condemnationi* obnoxium.

CAP. XV.

1 ο) Δὲ, *autem*) Magnum est periculum, nec nisi Dei virtute custodimur: debemus *autem* nos invicem observare.

¶ ἡμεῖς) *nos*. connumerat se, debitorem, ut apostolus, & ut gentium apostolus.

¶ οἱ δυνατοὶ, *potentes*) Conf. Gal. VI. 1 not.

¶ βαστάζειν, *ferre*) Id sane onus est.

¶ ἀρέσκειν) Ἀρέσκω, *placere studeo*. qui sibi placere studet, alteri placere non curat, neque conscientiam ejus moratur. Metonymia antecedentis. *sibi, utilitati, suæ consulere*.

2 εἰς τὸ ἀγαθὸν, πρὸς οἰκοδομὴν, *in bonum, ad ædificationem*) εἰς, *in*, notat finem internum, respectu Dei; πρὸς, *ad*, finem externum, respectu proximi. *Bonum*, genus: *ædificatio*, species.

3 ὁ χριστὸς, *Christus*) qui unus erat vere δυνατὸς, *potens*. conf. v. 1 cum cap. V. 6: δυνατοὶ, *potentes*: ἀσθενεῖς, *infirmi*.

¶ οὐχ ἑαυτῷ, *non sibi ipsi*) Admiranda συγκατάβασις. Non sibi, sed nobis. v. 7. 8.

ο) ὀφείλομεν, *debemus*] propter Christum, v. 3. *V. g.*

8. Ps. LXIX. 33: qui *vident* & *gaudent*, iis ἀρέσκειαν paravit Chriſtus.

¶ ἀλλὰ) *ſed*, ſc. illud in ſe ſuſcepit, quod ſcriptum eſt.

¶ γέγραπται, *ſcriptum eſt*) Ps. LXIX. 10. coll. v. 11. 12, hemiſtichio quolibet poſteriore.

¶ ὀι-ἐμὲ) Sic LXX.

¶ ἐπέπεσον, *inciderunt*) Iure potuerat Chriſtus gerere ſe, ut Deum, & divino honore florere: ſed non uſus eſt jure ſuo, propter nos. Phil. II. 6. Contumelias vero, quibus Deum afficiunt homines improbi, eo dolore perſenſit, quo ii, qui illas commiſere, debebant perſentiſcere: ipſeque eas contumelias & tulit & luit tam patienter, ac ſi ipſe eas commiſiſſet. Tota paſſio hîc innuitur: tum *miniſtrum* egit. Matth. XX. 28. [*Tum non placuit ſibi Ipſi: ſeipſum vero interpoſuit, ut in omnibus, qui DEVM deboneſtarant, beneplacitum DEVS caperet. Multa ipſum ferre oportuit, cum patientia. v. 1. 4.* V. g.]

4 γὰρ, *enim*) Cauſa allegationis modo factæ.

¶ προεγράφη) *ſcripta ſunt ante* tempus Novi Teſtamenti: uti illud, quod v. 3 de Chriſto ſcriptum allegatur.

¶ ἡμετέραν) *noſtram*, fidelium N. T. c. IV. 24. 1 Cor. X. 11.

¶ ὑπομονῆς, *patientiam*) cujus exemplum præbuit Chriſtus, *non ſibi ipſi placens.*

¶ καὶ) ἓν διὰ δυοῖν. Scripturarum *paracleſis* adducit nos ad *patientiam*. Summa Scripturæ ſacræ.

¶ παρακλήσεως, *ſolatium*) quod medium eſt inter *patientiam* & *ſpem*. c. V. 4. *paracleſis* eſt, quum in anima reſonat illud, *tu es δόκιμος probatus*. 2 Cor. I. 6.

¶ τῶν γραφῶν, *ſcripturarum*) Plurale congruit cum *quæcunque*. [Scripturæ *de Chriſto teſtantur, ejusque nos exemplo edocent, quid agendum ſit nobis quidue omittendum.* V. g.]

¶ τὴν ἐλπίδα, *ſpem*) Obſervandus articulus. Conf. de *patientia* & *ſpe*, cap. V. 4. de *ſpe*, v. 12. 13. Namque ex hac *patientiæ & ſolatii* mentione deducitur verſus 5, & ex mentione *ſpei* verſus 13.

¶ ἔχωμεν, *habeamus*) Prior pars hujus verſus agit de uſu univerſæ ſcripturæ; altera, de uſu maxime Dicti verſu 3 citati. Hinc fluit votum duplex, v. 5. 13, conveniens concluſioni appropinquanti.

5 θεὸς τῆς ὑπομονῆς καὶ τῆς παρακλήσεως, *Deus patientiæ & conſolationis*) Sic, *Deus ſpei*, v. 13. *Deus pacis*, v. 33. Appellationes ex re, quæ tractatur. Alibi, *Deus gloriæ*, *Deus ordinis*, *Deus viventium*, *Deus cœli.*

¶ τῆς παρακλήσεως-τὸ αὐτὸ φρονεῖν-κατὰ) Sic plane Phil. II. 1. 2.

p) 6 ὁμοθυμαδὸν, *unanimiter*) uno animo credente.

¶ στόματι, *ore*) confitente.

¶ δοξάζητε, *glorificetis*) Iudæi & gentes. v. 7. 9.

¶ τὸν θεὸν καὶ πατέρα τῦ κυρίυ ἡμῶν ἰησῦ χριςῦ, *Deum & Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti*) Frequens appellatio, 2 Cor. I. 3. XI. 31. Eph. I. 3. Col. I. 3. 1 Petr. I. 3. ſic reſolvenda, *Deus Domini* &c. Eph. I. 17. &, *Pater Domini* &c. pro eo, quod veteres dixere, *Deus creator* & *Dominus cœli* & terræ, Ps. CXXIV. 8, & *Deus Abrahami & Iſaaci & Iacobi*, ſubſcribentes horum fidei. Sic alibi, *Deus & Pater noſter*. Gal. I. 4. Duplicem cum Deo & Patre neceſ-

p) τὸ αὐτὸ φρονεῖν, *idem ſentire*] Patientia et ſolatium concordiam promouent. Qui a ſe ipſo diſſentit, difficillimum ſe præbet aliis. Concordia in Chriſto Ieſu fundatur; ut plena ſpes deinceps in Spiritu ſancto, v. 13. *V. g.*

necessitudinem habet Christus, præ nobis; duplicem nos quoque, per Christum. Ioh. XX. 17.

7 ὑμᾶς, *vos*) infirmos quondam: Iudæos & Græcos, sine discrimine.

¶ εἰς δόξαν θεοῦ, *in gloriam Dei*) Constr. cum *assumsit*: coll. v. 6. 8 f.

8 λέγω δέ, *dico vero*) Declaratur comma præcedens de Christo.

¶ χριστὸν ἰησοῦν, *Christum Iesum*) Alii, ἰησοῦν χριστόν, *Iesum Christum*, vel *Christum*. Qui nomen *Iesum* hoc loco prætermiserunt, versum 3 & 7 respexisse videntur. Nomenclatura *Iesu Christi* & *Christi Iesu* non debet promiscue haberi. *Iesus*, nomen est; *Christus*, cognomen. Hoc Iudæis, illud gentibus prius innotuit. Ergo *Iesus Christus* ordine verborum naturali & communi dicitur: ubi autem, inverso verborum ordine, *Christus Iesus* dicitur, officium Christi solenniore quodam instituto spectatur. Idque præsenti loco inprimis congruit. Interdum uno loco uterque verborum ordo obtinet. v. 5. 6. Gal. II. 16. (not.) 1 Tim. I. 15. 16. VI. 13. 14. 2 Tim. I. 9. 10. vide etiam 1 Cor. III. 11. coll. 1 Tim. II. 5.

¶ διάκονον, *ministrum*) Apta appellatio. coll. v. 3. Matth. XX. 28. [*Insignis humiliatio! Hîc vero* patientia *opus fuit. v. 4. 5. V. g.*] Factus est autem Christus Iesus διάκονος *minister* Patris ad salutem circumcisionis: voluntati Patris inserviit Christus; Pater eum saluti multorum impendit: unde genitivus *circumcisionis* eam vim habet, quam Gal. II. 7 f. & huic diacono mox adscribitur *imperium*. v. 12. Non repetitur autem hæc appellatio v. seq. nam vocatio gentium cum statu exaltationis cohæret: sed ibi dicitur *glorificarent*. nam major gratiarum actio a gentibus, quam a circumcisione præstatur.

¶ περιτομῆς, *circumcisionis*) id est, Israëlis.

¶ πατέρων, *patrum*) Genitivus vim habet. Matth. XV. 26.

9 διὰ - ἔθνεσι - ψαλῶ) Ps. XVIII. 50. LXX, διὰ - ἔθνεσι, Κύριε - ψαλῶ.

¶ ἐξομολογήσομαι, *confitebor*) Quod in Psalmo Christus dicit se facturum, id Paulus gentes ait facere: nempe Christus facit in gentibus. Ebr. II. 12, ubi psalmus XXII, ut hîc psalmus XVIII citatur. In ps. XXII Christus fratribus annunciat nomen Domini: in ps. XVIII confitetur Domino in gentibus, & gentes confitentur Ei in Christo. Mox, in psalmo CXVII Iudæi invitant omnes gentes & omnes nationes. לאמים dicit multitudinem, עמים politiam.

¶ ψαλῶ, *psallam*) Gentes psallunt, & laudant, quia misericordiam consecutæ sunt. Hebr. אזמרה adhibito organo.

10 λέγει) sc. ὁ λέγων.

¶ εὐφράνθητε ἔθνη, μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ) Sic LXX, Deut. XXXII. 43. Conf. Ps. LXVII. 5 *gentes in terra*. Imperativus, per apostrophen positus, neque enim gentibus data est promissio, instar est indicativi categorici.

¶ μετὰ, *cum*) Gentes non erant populus: hæc misericordia est, quod tamen admittuntur.

11 αἰνεῖτε - καὶ ἐπαινέσατε) Ps. CXVII. 1. LXX, αἰνεῖτε - ἐπαινέσατε.

q) 12 ἡσαΐας, *Esajas*) Tria Dicta sine nomine Mosis & Davidis citarat: nunc Esajam appellat, cujus *Haphtara* cum hoc Dicto legitur die octavo Paschatis, eo anni tempore, quo hæc videtur epistola data.

¶ ἔσται

q) αἰνεῖτε, *laudate*] gratiæ & veritatis nomine. Hæc enim sequuntur in Psalmo, ubi gentibus acclamat Israël. *V. g.*

¶ ἔσται ἡ - καὶ ὁ - ἐπ' αὐτῷ -) Es. XI. 10. LXX, καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἡ - ὁ - ἐπ' αὐτόν -.

¶ ἡ ῥίζα, *radix*) Christus alibi dicitur *radix Davidis*: Ap. XXII. 16. sed h. l. ex Es. l. c. coll. v. 1, dicitur *radix Iessae*. Iessæ suo prius, quam Davidis nomine destinatus fuit ortus regum & Messiæ ex ejus domo: ortusque ille etiam ex alio Iessæ filio sperari potuit. 1 Sam. XVI. 7. Sed David rex fuit, non Isai: & regnum Christi, respectu Iudæorum, fuit quodammodo hereditarium, ex Davide, Luc. I. 32, sed non respectu gentium. Ideo dicitur h. l. non *radix Davidis*, sed, quod proximum erat, *radix Iessae*. Nec Iessæ illi, Messias ex eo oriturus, nec gentibus Messias omnino promissus fuerat: & tamen utrisque obtigit. Iessæ tamen destinatum fuisse Messiam ea testantur, quæ proxime antecedunt, ubi dicitur *radix Iessae*, & locus 1 Sam. XVI. 7, ubi de primogenito Iessæ dicitur, *reprobavi eum*.

¶ ὁ ἀνιστάμενος) Sic LXX interpretati sunt Iesajanum vocabulum נס *vexillum*. Suave antitheton: radix est in infimo; vexillum ad summa surgit, ut etiam gentes remotissimæ conspicerent.

¶ ἐλπιοῦσιν, *sperabunt*) Divinus cultus debitus Christo etiam secundum humanam naturam. Gentes antea nullam spem habuerant. Eph. II. 12.

13 ἐλπιδος, *spei*) Conf. *sperabunt*, v. præc. & mox, *in spe*. *Deus spei*, nomen Deo glorioſum: gentibus ignotum antea. Nam falsa dea Spes fuerat: cujus ædem Romæ, fulmine ictam, Livius libro XXI, iterumque incendio conflagratam, libro XXIV memorat.

¶ χαρας καὶ εἰρήνης, *gaudio & pace*) Respiciatur c. XIV. 17. De *gaudio* conf. v. 10, *laetamini*: de *pace*, ibidem, *cum*.

¶ ἐν δυνάμει) Constr. cum περισσεύειν.

14 ἀδελφοί μου, *fratres mei*) Vt ex magna urbe egredientes una sæpe via per plures portas ducit: sic hujus epistolæ multiplex est conclusio. prima ab hoc versu: secunda, c. XVI. 1: tertia, ibid. v. 17: quarta ibid. v. 21: quinta, ibid. v. 25.

¶ καὶ αὐτὸς ἐγω, *etiam ipse ego*) non modo alii hoc de vobis existimant. c. I. 8.

¶ καὶ αὐτοὶ, *etiam ipsi*) vel sine mea admonitione.

¶ δυνάμενοι, *qui possitis*) Ea facultate ut utantur, hortatur hoc ipso.

¶ καὶ ἀλλήλους, *etiam vos invicem*) non modo quisque se ipsum. conf. 2 Tim. II. 2.

¶ νουθετεῖν, *monere*) Ad hanc facultatem spectat, ut aliquis sit μεστὸς *plenus bonitatis*, *plenus*, ex ipsa nova creatione; πεπληρωμένος *impletus omni cognitione*, *impletus*, diuturna exercitatione; in intellectu & voluntate. sic conjunguntur *bonitas* & *cognitio*, 1 Petr. III. 6. 7, & illa mulieribus commendatur speciatim, hæc viris. Γνῶσις est proprie *cognitio*, & ea *cognitio*, quæ vasis infirmioris rationem habet, nanciscitur nomen *moderationis*. revera tamen est *cognitio*.

15 τολμηρότερον, *audacius*) Id est, τολμηρότερον *audacius* feci, qui scriberem ignotis, cum potius ipse venire deberem. In scriptione ipsa, non in modo scribendi, *audaciam* aliquam ait esse positam. A *scripsi* pendet διὰ *propter*.

¶ ἀπὸ μέρους, *ex parte*) Modeste hoc ponit: neque omnem docendi partem, sed tantum unam, *admonendi*, neque hanc totam, sibi sumit. nam subjicit, præmisso ὡς, ἐπαναμιμνήσκων, non simpliciter, ἀναμιμνήσκων.

16 λειτουργὸν, ἱερουργοῦντα, προσφορὰ) Allegoria. Iesus est sacerdos: Paulus, sacerdotis minister: ipsi gentiles sunt *oblatio*, cap. XII. 1. Es. LX. 7. LXVI. 20, eaque *bene accepta*, quia *sanctificata*, (Ioh. XVII. 19.) cum suis muneribus. v. 31.

¶ ἐν πνεύματι ἁγίῳ, *in Spiritu sancto*) quem

quem accipiunt gentes per evangelium Dei.

17 καύχησιν, *gloriationem*) Latum cor Paulo erat. sic v. 15, *audacius*: & v. 20, *φιλοτιμούμενον*.

¶ ἐν χριστῷ ἰησοῦ, *in Christo Iesu*) Hoc declaratur versu seq. Gloriatio mea in iis rebus, quæ ad Deum pertinent, posita est in Christo Iesu.

¶ τὰ πρὸς θεὸν, *in iis, quae ad Deum* pertinent) Limitat Paulus, ceteroqui pauper & abjectus in mundo. 1 Cor. IV. 9 ss.

18 οὐ γὰρ τολμήσω, *non enim ausim*) Id est, animus refugit, sine divino impulsu.

¶ λαλεῖν τι, *loqui quidquam*) commemorare quidquam de rebus meis gestis, vel potius, doctrinam evangelii prædicare. est enim locutio concisa, hoc modo: *non enim ausim loqui quidquam* (aut facere quidquam) eorum *quae non* (loqueretur aut) *faceret Christus per me.* nam sequitur, *verbo & opere.* Theopneustia Pauli. conf. 2 Cor. XIII. 3.

19 ἐν δυνάμει σημείων καὶ τεράτων, *in virtute signorum & prodigiorum*) Id ref. ad *opere.*

¶ ἐν δυνάμει πνεύματος θεοῦ, *in virtute spiritus Dei*) Id ref. ad *verbo.* Gradatio. nam Spiritui Dei plus tribuit, quam signis.

¶ ἀπὸ-μέχρι, *a-usque*) Magnus tractus.

¶ ἰλλυρικοῦ, *Illyricum*) cujus pars Dalmatia. 2 Tim. IV. 10.

¶ τὸ εὐαγγέλιον, *evangelium*) munus evangelii prædicandi.

20 δὲ) *autem.* Declarat, cur illa sibi climata sumpserit,

¶ φιλοτιμούμενον) Accusativus absolutus, neutro genere, ut ἀρξάμενον, Luc. XXIV. 47.

¶ οὐχ ὅπου, *non ubi*) Hoc majorem habet emphasin, quam si dixisset, *ubi non.* nam indicat, se quasi vitasse illa loca, ubi Christus jam fuisset notus Ita Col. II. 1. Gal. I. 22 ignotus dicitur fuisse Paulus iis, qui antea fidem susceperant.

¶ ἀλλότριον, *alienum*) Fundamentum Paulus h. l. non appellat ipsum Christum, sed operam aliorum in prædicando Christi evangelio.

21 οἷς-συνήσουσι) Es. LII. 15. Sic plane LXX.

22 πρὸς ὑμᾶς, *ad vos*) utpote quibus nomen Christi non jam ignotum est.

23 κλίμασι, *climatibus*) Hæc appellatio præscindit a politica distributione orbis terræ. nam hanc non solet sequi evangelium. Etiam Reformationis fructus primo tempore extra Germaniam quoque exstitit.

¶ ἐπιποθίαν ἔχων) Id sonat amplius quiddam, quam ἐπιποθῶν.

24 ὡς ἂν) Ὡς principalis particula: ἐὰν, *cunque*, παρέλκει. *quocunque modo, aut tempore, aut itinere.*

¶ εἰς τὴν σπανίαν, *in Hispaniam*) ubi evangelium nondum prædicatum est.

¶ διαπορευόμενος, *transiens*) quia Romæ jam fundata est fides.

¶ προπεμφθῆναι, *deduci*) Passivum, sensu reciproco, id est, deducendum se curare vel permittere. familiariter, quasi pro jure suo, scribit ad fratres adhuc non visos.

¶ ὑμῶν, *vobis*) Modeste. Romani potius habituri erant, quod *satiarentur* Paulo.

¶ ἀπὸ μέρους, *ex parte*) Significat, se tamen non fore tam diu Romæ, quam vellet: aut, Christum esse, non fideles, unde fideles *perfecte* satientur.

25 διακονῶν, *ministrans*) Christi exemplo. v. 8.

¶ τοῖς ἁγίοις, *sanctis*) Vid. not. ad Act. XX. 32.

26 μακεδονία καὶ ἀχαΐα, *Macedonia & Achaja*) Colligi hinc tempus potest epistolæ scriptæ. Act. XIX. 21.

¶ κοινωνίαν, *communionem*) Honesta & æquitatis plena appellatio.

¶ τῶν ἁγίων, *sanctorum*) Non ait: *pauperes sanctos.* Ergo non omnes *sancti* erant *pau-*

pauperes. ergo jam ceſſarat Hieroſolymis communio bonorum, poſt mortem Ananiæ & Sapphiræ, & poſt perſecutionem, Act. VIII. 1.

27 εὐδόκησαν γὰρ, *nam placitum habuerunt)* Subaudi, *inquam.* coll. vers. præced. init. Bis memorat *placitum*; bis, *debitum.*

¶ καὶ, &) Libertas & neceſſitas in bonis operibus ſunt una.

¶ εἰ γὰρ, *ſi enim*) Hæc ratio etiam in Romanos convenit. igitur hos etiam molliter, in epilogo, invitat & monet, ut conferant. conf. c. XII. 13.

¶ ὀφείλουσι, *debent*) debito æquitatis fraternæ. 2 Cor. IX. 7.

¶ λειτουργῆσαι, *miniſtrare*) *Miniſtrat* inferior ſuperiori.

28 ἐπιτελέσας καὶ σφραγισάμενος) Verba affinia. 2 Reg. XXII. 4 וְיַתֵּם אֶת־הַכֶּסֶף LXX, καὶ σφράγισον τὸ ἀργύριον. Perfecit Paulus prius: nil abrupit, quamlibet ſtrenuus. Act. XIX. 21. σφραγισάμενος, *poſtquam obſignavero*, non tantum, ut bonam fidem tradentis agnoſcant, ſed etiam in communione ſpirituali confirmentur.

¶ ἀπελεύσομαι) *abibo*; vel ſi nunquam rediturus ſim ex Hiſpania. Hæc vis verbi compoſiti.

¶ σπανίαν, *Hiſpaniam*) Non videtur Paulus in Hiſpaniam perveniſſe. Sæpe in animis piorum exiſtit ſanctum propoſitum, quod etſi non impletur, tamen pretioſum eſt. 2 Sam. VII. 2. 4.

29 πληρώματι, *plenitudine*) conf. v. 19. Paralleliſmus realis eſt in *plenitudine* evangelica, intenſiva & extenſiva.

¶ εὐλογίας, *benedictionis*) quæ conſpicua ſit & Hieroſolymis & Romæ.

¶ τοῦ εὐαγγελίου) Omiſerunt aliqui. Cauſa hiatûs, τοῦ recurrente, facile noſcenda. *)

30 κυρίου, *Dominum*) Hortatur per *nomen Domini*: coll. *per amorem*, mox.

¶ ἀγάπης, *amorem*) *Amor ſpiritûs* latiſſime patet: ad te refert etiam quæ aliena viderentur.

¶ συναγωνίσασθαί μοι, *una certare mecum*) Ipſe oret oportet, qui alios vult orare ſecum. Act. VIII. 24. 22. Orare, *agon* eſt, præſertim ubi homines reſiſtunt. Solus ex apoſtolis Paulus preces fidelium pro ſe ipſo expetit: & quidem fere in concluſionibus epiſtolarum, neque id tamen promiſcue. Sic enim non tam ad eos ſcribit, quos ut filios cum paterna gravitate vel etiam ſeveritate tractat, ut Timotheum, Titum, Corinthios, Galatas; quam ad eos, quos quaſi æquales fraterna cum reverentia tractat, ut Theſſalonicenſes, Epheſios, Coloſſenſes, (apud quos non fuerat,) atque adeo Romanos, itemque Hebræos. Innectit id eleganter 2 Cor. I. 11. Phil. I. 19. Philem. v. 22.

31 καὶ ἵνα, & *ut*) Hæc quoque res magna.

¶ εὐπρόσδεκτος, *bene acceptum*) ut Iudæi & gentes arctiſſimo amore copulentur. Liberalitas gentium, propter nomen Ieſu præſtita, argumentum præbuit Iudæis pro veritate efficaciaque fidei chriſtianæ, & gentium legitima communione. 2 Cor. IX. 13.

32 ἐν χαρᾷ ἔλθω, *in gaudio veniam*) *Veniam* reſpicit partem priorem verſus 31, &, *in gaudio*, partem alteram.

33 ὁ θεὸς τῆς εἰρήνης, *Deus pacis*) Gradatio reſpectu v. 5. 13: *Deus patientiæ, ſpei.* ſic, *Deus amoris & pacis*, 2 Cor. XIII. 11. *Deus*

*) Omiſſionem *itaque hujus vocis* Bengelio placuiſſe, *per errorem vel S. R. D.* Foertſchius *in Progr. ad h. l.*, *vel S. R. D.* Erneſti, *in recenſione Programmatis, perhibet, Bibl. th. T. V. p. 474. Conferatur, ſ. pl.*, Editionis utriusque *margo* (*ubi ſignum δ omiſſionem pro lectione* minus firma *declarat*), *nec non* Vers. germ., *quæ, citra parentheſin, exprimit voc.* des Euangelii. E. B.

Deus pacis, c. XVI. 20. 1 Cor. XIV. 33. Phil. IV. 9. 1 Theſſ. V. 23. Hebr. XIII. 20.

r)

CAP. XVI.

1 Φοίβην, *Phoeben*) Nomina ex diis gentium ſumta retinuere chriſtiani, in memoriam gentiliſmi relicti.

¶ ὄυσαν διάκονον, *quæ eſt miniſtra*) citra docendi partes. Ea ut *miniſtra* in hac ipſa legatione erat conſideranda.

¶ κεγχρεαῖς, *Cenchreis*) ad Corinthum.

2 ἐν κυρίῳ, *in Domino*) Plurima mentio *Domini*, *Chriſti*, in hoc capite. *In Domino*: hodie dicimus, *chriſtiano more*. Phraſis Paulo propria, at frequens.

¶ καὶ γὰρ, *etenim*) Magnum argumentum. 1 Cor. XVI. 15 ſ. Phil. II. 29. Ampla neceſſitudo fidelium: Phœbe commendatur Romanis ob beneficia extra Romam poſita.

¶ προστάτις, *præſtes*) Credibile eſt, Phœben fuiſſe opulentam: quæ tamen *miniſterium* non ſubterfugit, apud peregrinos, egenos &c. nec morata eſt apud cives rei ſuæ intentos opinionem malæ œconomiæ.

¶ πολλῶν, *multorum*) Fideles debent gratiam referre non modo ei, qui ipſis, ſed etiam ei, qui aliis inſerviit.

3 ἀσπάσασθε, *ſalutate*) Obſervanda apoſtoli humanitas, in ſalutationibus ſcribendis; fidelium familiaritas, in committendis, v. 21 ſ. rurſum, illius humilitas, in ſuſcipiendis; horum amor, in frequentandis.

¶ πρίσκαν, *Priſcam*) Hanc lectionem ſatis firmat vis teſtium: πρίσκιλλαν præfert cel. *Baumgartenius*. *Priſcillæ* nomen diminutivum Latinum videtur ſancta mulier in Italia geſſiſſe, Act. XVIII. 2, ſed gravius *Priſcæ* nomen in eccleſia. Conjugis nomen hîc ante maritum ponitur; quia illa in eccleſia ſpectatior erat; Act. XVIII. 18: vel etiam, quia hîc præceſſit mentio Phœbes mulieris.

¶ ἀκύλαν, *Aquilam*) Nomina propria, Romana, Hebræa, Græca, fidelium, promiſcue poſita, *paradoxas* gratiæ *divitias* N. T. oſtendunt.

¶ συνεργοὺς, *cooperarios*) docendo, vel tuendo. v. ſeq.

4 οἵτινες, *qui*) Suis ſinguli virtutibus officiisve diſtinguuntur: nunquam vero ita quenquam ſcriptura laudat, ut cauſam habeat extollendi ſui, ſed Deum laudandi & in Deo gaudendi.

¶ ὑπέθηκαν) Vis verbi non incommode declaratur ex nomine ὑποθήκη.

¶ αἱ ἐκκλησίαι, *eccleſiæ*) etiam Romæ, propter Paulum ſervatum. Et nos adhuc quodammodo gratias agere debemus Aquilæ & Priſcillæ, vel olim agemus.

5 κατ' οἶκον, *domi*) Vbi Chriſtianus quispiam ſpatioſo utebatur domicilio, locum dedit conventui. Adhuc neque epiſcopos neque diaconos habebant fideles Romæ. Adeo nil tum ſimile papatui. Non videntur Romæ tum plures domeſticæ fuiſſe eccleſiæ: alias Paulus earum quoque mentionem faceret. Erat igitur Aquila Romæ, quod Corinthi Cajus, c. XVI. 23. quanquam perſecutio eum inprimis attigerat. Act. XVIII. 2.

¶ ἐπαίνετον, *Epænetum*) Romæ nondum fuerat Paulus, & tamen multos ibi familiares habebat, ex Aſia, vel etiam ex Græcia, Palæſtina, Cilicia, Syria. Nulla hîc Lini Clementisve mentio: unde colligas, eos poſtea demum Romam veniſſe.

¶ ἀπαρχὴ, *primitiæ*) Plane favorabilis appellatio. 1 Cor. XVI. 15.

¶ ἀχαΐας

r) ἀμὴν, *Amen* finale Græci librarii ex uſu ejus frequentiſſimo adjicere amarunt, non dicam in doxologiis, quæ *Amen* habent in Pſ. XLI. 14. LXXII. 19 &c. ſed in votis & librorum clauſulis *Not. crit.*

¶ ἀχαΐας) alii, ἀσίας· idque probat Grotius cum Britannis a Wolfio citatis, quibus haud scio, quam recte, Whitbium consentire, dicat. ἀχαΐας tuetur inprimis *D. Hauberus*, eam ratiocinandi solertiam, qua ipse pollet, nimis liberaliter tribuens librariis. *Bibl. Betracht.* Part. 3. pag. 93 seqq. Vid. App. crit. Ed. II ad h. l.

7 συγγενεῖς, *cognatos*) Sic v. 11. 21. Erant Iudæi. c. IX. 3.

¶ ἀποστόλοις, *apostolis*) Viderant Dominum, 1 Cor. XV. 6: ideo *apostoli* dicuntur, vocabulo latius sumto, quamvis quidam fortasse post ascensionem Domini ad fidem se contulerunt, per primos Petri sermones. Ceteri poterant esse veterani: & tales agnosco illos plus D fratres. Allegatus ex 1 Cor. locus innuit multitudinem eorum, qui Christum viderant, & apostolico inde testimonio fungi poterant.

¶ πρὸ ἐμοῦ, *ante me*) Venerabiles facit ætas, in Christo maxime. Apud veteres *venerabile erat praecedere quatuor annis.*

¶ γεγόνασιν ἐν χριστῷ) *coeperunt esse in Christo.*

8 ἐν κυρίῳ, *in Domino*) Constr. cum *dilectum*, nam *salutate* v. 6 & passim absolute ponitur.

9 ἡμῶν, *nostrum*) v. 21.

10 τὸν δόκιμον, *probatum*) Incomparabile epitheton. [*Spectatae hic virtutis fuit.* V. g.]

¶ τοὺς ἐκ τῶν) *Aristobulus* fortasse defunctus erat, & *Narcissus* v. 11. nec omnis eorum familia conversa. Nonnulli ex his non videntur Paulo noti fuisse facie, sed fama pietatis. Fides non facit morosos, sed affabiles. Paulum ne gravitas quidem apostolica impediit.

11 ὄντας, *qui sunt*) Ergo pars illius familiæ erant ethnici.

12 τὰς κοπιώσας, *quae laborarunt*) etsi nomen habent ἀπὸ τρυφῆς, *a deliciis*, ut *Naëmi*. Probabile est, fuisse has duas sorores secundum carnem.

13 ἐκλεκτὸν, *electum*) Insignis appellatio. 2 Ioh. v. 1. 13. 1 Tim. V. 21.

14 ἀσύγκριτον κτλ. *Asyncritum &c.*) Paulus eos conjungit, quorum propria erat conjunctio necessitudinis, viciniæ &c. Nec potuit non valde exhilarare salutatio nominatim facta ad tenuiores, qui se fortasse ne notos quidem apostolo scirent.

16 ἀσπάσασθε ἀλλήλους, *salutate vos invicem*) subaudi: *meo nomine.*

¶ ἐν φιλήματι ἁγίῳ, *osculo sancto*) Erat hic flos fidei & amoris. *Osculum amoris*, 1 Petr. V. 14. Eo utebantur post preces. *Osculum sanctum* commemorat Paulus, epistolam 1 ad Thessalonicenses, utramque ad Corinthios & hanc ad Romanos concludens. Has epistolas primo tempore scripsit. Mox puritas amoris apud quosdam refrixit; aut abusus exstitit. Nam ad Eph. Phil. Col. postea, ex vinculis, hoc osculum non præcepit. Differentia est ratione temporis: non ratione loci. nam *Philippenses* erant in Macedonia, uti *Thessalonicenses*. Differentiam tamen temporis non dico plane unicam osculi jussi aut non jussi causam. In ep. II. ad Thess. non opus fuit tam cito post priorem epistolam id juberi. Galatæ tum non erant capaces.

¶ αἱ ἐκκλησίαι*), *ecclesiae*) quibuscum fui. c. XV. 26. His significarat, se Romam scribere.

17 ἀδελφοὶ, *fratres*) Dum Christi ecclesias v. 16 animo amplectitur, hortatio subit; quia per parenthesin conclusa, iis, *qui salutantur*, adduntur, *qui salutant.* v. 21.

¶ τοὺς τὰς) Erant igitur Romæ tales ho-

*) *Lectionem* πᾶσαι, *utut per marginem* utriusque Ed. *pro minus firma declaratam, recepit postliminio* Vers. germ. E. B.

homines. Conferatur secunda ad Thess. ante hanc ad Rom. scripta, cap. II.

¶ τὰς διχοστασίας, *seditiones*) per quas bonum non bene defenditur.

¶ τὰ σκάνδαλα, *scandala*) per quæ malum invehitur.

¶ ἐμαθετε, *didicistis*) Semel didicisse, obligat. 1 Cor. XV. 1. 2 Cor. XI. 4. Gal. I. 9. Phil. IV. 9. 2 Tim. III. 14.

¶ ἐκκλίνατε) Conf. στέλλεσθαι, 2 Thess. III. 6. παραιτȣ̃, Tit. III. 10. conf. 1 Cor. V. 11. 2 Ioh. v. 10. Nondum Romæ erat forma ecclesiæ. Accommodatum est igitur monitum *singulis* potius, quam universis. Est tamen testimonium in futura tempora in hac ep. ad Rom. ut Canticum Mosis, Israëli præscriptum.

18 οἱ τοιȣ̃τοι) hi *tales*. notatur substantia cum sua qualitate.

¶ κοιλίᾳ, *ventri*) Phil. III. 19.

¶ χρηστολογίας) de se, pollicendo.

¶ εὐλογίας) de vobis, laudando & assentando.

¶ τῶν ἀκάκων) Verbum μέσον, per euphemiam פתי LXX in Prov. ἄκακος, non semel. ἄκακοι dicuntur, qui tantum carent malitia, cum deberent etiam pollere prudentia, & alienam κακίαν cavere.

19 ὑπακοὴ, *obedientia*) quæ est τῶν ἀκάκων. ipsa obedientia, non modo fama ejus, pervenit ad omnes, ubi per frequentem commeatum fideles ex Romanis etiam ad alia loca venerunt, & ipsa eorum obedientia coram observata fuit. Exsistit hoc modo, ut apud malos mala, sic apud bonos bona infectio, in bono sensu.

¶ πάντας) *omnes*, vos vel etiam alios.

¶ ἀφίκετο) Hesychius: ἀφίκετο, παρεγένετο.

¶ τὸ ἐφ' ὑμῖν, *quod ad vos attinet*) in oppositione ad turbatores, qui curam afferunt, non gaudium.

¶ θέλω δὲ, *volo autem*) Antitheton: obedientia quidem & ἀκακία, ut constat, non deficit vos; sed accedere debet discretio.

¶ σοφȣ̀ς, *sapientes*) Contra atque illi, de quibus Ier. IV. 22, σοφοί εἰσι τȣ̃ κακοποιῆσαι, τὸ δὲ καλῶς ποιῆσαι ȣ̓κ ἐπέγνωσαν.

¶ ἀκεραίȣς) Si quid mali se offert, dicitote: hoc a me alienum duco. ἀκέραιος hoc loco passive sumitur.

20 δὲ, *vero*) Dei virtus faciet, non prudentia vestra.

¶ τῆς εἰρήνης, *pacis*) Antitheton: *seditiones*. v. 17. Vid. 1 Cor. XIV. 33.

¶ συντρίψει) Futurum: *conteret* Satanam, quum apostolos ejus conteret.

¶ τὸν σατανᾶν, *Satanam*) litium satorem. Semel in tota hac epistola hostem nominat: & in omnibus epistolis Satanam novies omnino appellat: diabolum sexies. Nempe Scriptura directe de Deo & Christo agit; indirecte de Satana & antichristo.

¶ ὑπὸ τȣ̀ς πόδας, *sub pedes*) Eph. VI. 15. Quævis victoria fidei, novum dolorem affert Satanæ.

¶ ἐν τάχει) *celeriter*, quod ad initia conterendi pertinet, in periculo subito.

¶ ἀμήν.) Voculam hanc votis adjecere librarii persæpe, quanquam h. l. fere omnes ea carent. Tuetur tamen *Baumgartenius*. Κρίκιος v. 21. Grot. cf. Act. XIII. 1.

21 συνεργὸς, *cooperarius*) Hîc ponitur ante *cognatos*, non tamen ponitur c. l. 1, quia non fuerat Romæ.

22 ἀσπάζομαι, *saluto*) Hoc Pauli vel hortatu vel concessu facili interposuit Tertius. Paulus dictavit: ex quo patet, quam promti fuerint apostoli in libris suis fundendis, sine commentandi molestia.

¶ τέρτιος, *Tertius*) Nomen Romanum. Librarius Romanis sine dubio notus.

¶ ἐν, *in*) Constr. cum *qui scripsi*. Implicita fidei confessio.

23 γαΐος, *Cajus*) Corinthius. 1 Cor. I. 14.

¶ ὅλης, *totius*) Nam permulti adibant Paulum.

¶ ὁ οἰκονόμος, *oeconomus*) Romanis non potuit non læta esse fides amplissimi viri.

¶ τῆς πόλεως, *urbis*) sine dubio Corinthi.

24 ἡ χάρις-ἡμῶν) Non legebant Alexandrini.

¶ ἀμήν.) De hac particula modo egimus.

25 τῷ δὲ, *ei vero*) Doxologia claudit, uti tractationem c. XI. 36, sic jam totam epistolam. sic 2 Petr. III. 18. Iud. v. 25. Extrema hujus epistolæ verba plane respondent primis: c. I. 1-5 præsertim de Potentia Dei, Evangelio, Iesu Christo, Scripturis, obedientia fidei, gentibus omnibus.

¶ δυναμένῳ-κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου, *qui potest-secundum evangelium meum*) Potentia Dei certa est. c. I. 16. Act. XX. 32 not.

¶ ὑμᾶς, *vos*) Iudæos & gentes.

¶ στηρίξαι) Idem verbum c. I. 11.

¶ ἀποκάλυψιν) Idem verbum, c. I. 17. κατὰ ἀποκάλυψιν construendum cum εὐαγγελιόν μου.

¶ μυστηρίου, *mysterii*) de gentibus *concorporatis*. Eph. III. 3. 6.

¶ χρόνοις αἰωνίοις, *temporibus aeternis*) ex quo non modo homines, sed etiam angeli conditi sunt, quibus utrisque mysterium initio fuerat incognitum. Eph. III. 9. 10. Notantur *tempora*, primo sui initio *aeternitatem* quasi præviam attingentia, & ei quasi immixta; non ipsa æternitas, cujus quasi rivi sunt tempora. nam *ANTE tempora aeterna* dicitur 2 Tim. I. 9. Ps. LXXVII (LXXVI) 6, ἡμέρας ἀρχαίας καὶ ἔτη αἰώνια. ℳαθθ. ιϛ, 26 n.

¶ σεσιγημένου, *taciti*) Vetus Testamentum est tanquam horologium in suo cursu tacito: Novum Testamentum est sonitus & pulsus æris. In Scripturis propheticis prædicta erat vocatio gentium: sed Iudæi non intellexerunt.

26 φανερωθέντος, *manifestati*) Col. I. 26. 2 Tim. I. 10. Tit. I. 3.

¶ ἐπιταγὴν, *jussum*) Fundamentum apostolatus. 1 Tim. I. 1. Tit. I. 3.

¶ τοῦ αἰωνίου θεοῦ, *aeterni Dei*) Epitheton aptissimum. coll. v. præc. *temporibus aeternis*. Sic Tit. I. 2. Silentium divinum præsupponit scientiam æternam. Act. XV. 18. Oeconomia nova nullam in ipso Deo mutationem infert: notum ipsi suum est opus a seculo. Conf. mox, *soli sapienti*.

¶ ἔθνη, *gentes*) non tantum ut sciant, sed etiam, ut fruantur.

27 σοφῷ, *sapienti*) Sapientia Dei glorificatur per evangelium in ecclesia. Eph. III. 10. *Qui potest*, v. 25, & *sapienti*, h. l. conjunguntur, uti 1 Cor. I. 24, ubi Christus dicitur *Dei potentia & Dei sapientia*.

¶ ᾧ, *cui*) positum pro αὐτῷ, *ei*. sic ᾧν, c. III. 14. conf. 2 Tim. III. 11. Act. XXVI. 7. 2 Cor. IV. 6 not. LXX, Es. V. 28. Et hiulca esset oratio sine pronomine.

¶ ἀμήν. *Amen*) & omnis lector fidelis dicat: *Amen!*

IN EPISTOLAM PRIOREM AD CORINTHIOS.

CAPVT I.

ΠΑῦλος, *Paulus*) Constat epistola *I. Inscriptione.* c. I. 1-3

II.

II. *Tractatione: in qua*
1. *Exhortatio ad concordiam, elata carnis judicia deprimens.* v. 4-IV. 21.
2. *Elenchus:*
1) *ob malum non ejectum.* V. 1-13
2) *ob judicia perversa.* VI. 1-11
3. *Dehortatio a fornicatione.* VI. 12-20.
4. *Responsum de conjugio.* VII. 1. 10. 25. 36. 39.
5. *de idolothytis.* VIII. 1 f. 13-IX. 27. X. 1-XI. 1
6. *de muliere velanda.* XI. 2
7. *de Coena Dominica.* XI. 17
8. *de spiritualibus donis.* XII. XIII. XIV.
9. *de resurrectione mortuorum.* XV. 1. 12. 29. 35.
10. *de collecta: de suo & Timothei & Apollo adventu: de summa rei.* XVI. 1. 5. 10. 12. 13 f.

III. *Conclusione.* XVI. 15. 17. 19 f.

¶ ἀπόστολος ἰησῦ χριστῦ, *apostolus Jesu Christi*) v. 17.

¶ διὰ θελήματος θεῦ, *per voluntatem Dei*) Sic 2 Cor. I. 1. Eph. I. 1. Col. I. 1. 2 Tim. I. 1. *Mandatum* dicitur 1 Tim. I. 1. Ratio auctoritatis, ad ecclesias; humilis & promti animi, penes ipsum Paulum. Conf. Rom. I. 1 not. Namque mentione *Dei* excluditur auctoramentum humanum; Gal. I. 1. mentione *voluntatis Dei*, meritum Pauli, c. XV. 8 ss. unde hic apostolus eo gratior & promtior. 2 Cor. VIII. 5 fin. Sua ipsius voluntate Paulus nunquam factus esset apostolus. s)

¶ σωσθένης, *Sosthenes*) comes Pauli, Corinthius. Apollo hîc non memoratur, neque Aquila. non enim videntur tum cum Paulo fuisse, quanquam in eadem urbe erant. c. XVI. 12. 19. In posteriore Timotheum sibi adjungit.

2 τῇ ἐκκλησίᾳ τῦ θεῦ, *ecclesiae Dei*) *Ecclesiae* appellationem Paulus ad Thessalonicenses & Corinthios & Galatas scribens familiariùs, adhibet: ad ceteros, periphrasi augustiore utitur. *Ecclesia Dei in Corintho*: lætum & ingens paradoxon.

¶ τῇ οὔσῃ, *ei, quae est*) florenti. v. 5 f. Sic, *quae erat*, Act. XIII. 1.

¶ ἡγιασμένοις, *sanctificatis*) iis, qui Deo asserti sunt. Iam tractationi præludens admonet Corinthios majestatis ipsorum, ne se hominibus mancipent. [*Tum in Exordio etiam, v. 4-9, egregiis eosdem encomiis, utut animi elationi vicinos, mactat. Quae a gratia diuina deriuatur laus, ea humilitatem potius alit, excitationi praeterea subseruiens.* V. g.] Participii vis declaratur mox, *vocatis sanctis.* conf. Rom. I. 7 not.

¶ σὺν πᾶσι, *cum omnibus*) Connect. cum *sanctificatis* & *sanctis*, non cum *ecclesiae*. conf. *nostro* in fine versus. Consequenter tamen epistola pertinet etiam ad reliquos in Achaia fideles. 2 Cor. I. 1. Nec tamen universalitas ecclesiæ includitur in vicinam *Corinthi*. *) Paulo de locis Corinthiorum & Ephesiorum cogitanti, in mentem

s) Voluntatem DEI ducem habere, plurimum iuuat. Sua voluntate aliquid moliri, utut nomine admodum speciosо commendabile, plena discriminis res est. Facile mundo molestas tali tricas parit & perquam difficiles. *V. g.*

*) *Binas* Corinthiorum *classes per voces* κλητοῖς ἁγίοις & πᾶσι τοῖς ἐπικαλουμένοις ἰησῦ *censet* cel. Michaelis, *in der* Einleitung &c. *T. II p. m. 1344.* alteram *eorum, qui loco consueto cultum publicum frequentarent*; alteram *eorum, qui suis locis, a reliquis fidelium* separati, *congregari solerent.* E. B.

tem veniebat tota ecclesia. Consideratio ecclesiæ universalis animum liberat a studio partium, & flectit ad obedientiam. Ideo Corinthiis ea statim proponitur. conf. c. IV. 17. VII. 17. XI. 16. XIV. 33. 36.

¶ τοῖς ἐπικαλουμένοις) *invocantibus*, ita ut ad illum se in adorando vertant, & ex eo sese appellent. conf. v. 10, de auctoritate nominis Christi. [*Illi nimirum adhortationi, quae v. cit. sequitur, viam h. l. parat.* V. g.]

¶ αὐτῶν, *illorum*) prope Corinthum.

¶ ἡμῶν, *nostro*) ubi Paulus & Sosthenes versabantur.

5 λόγῳ-γνώσει, *verbo-cognitione*) Cognitionem sequitur *verbum*, in re: & ex hoc cognoscitur illa. Ostendit, tales debere esse Corinthios, quibus non necesse sit scribi. Mirabantur autem illi charismata: ergo mentione charismatum animos eorum sibi conciliat, & viam munit ad elenchum. *)

6 καθὼς, *sicut*) Corinthiis nil deesse, declarat ex eo, quod testimonium Christi in eis confirmatum sit. Particula demonstrans.

¶ τοῦ χριστοῦ, *Christi*) Christus non modo objectum est hujus testimonii, sed etiam auctor. Act. XVIII. 8 not.

¶ ἐβεβαιώθη, *confirmatum est*) per se & per concomitantia charismata & miracula. c. XII. 3. 2 Cor. I. 21 s. Gal. III. 2. 5. Eph. IV. 7 s. Ebr. II. 4.

7 ὥστε ὑμᾶς μὴ ὑστερεῖσθαι, *ita ut non egeatis*) Hoc pendet a *divites facti estis*, antitheto.

¶ ἀπεκδεχομένους, *exspectantes*) Character christiani veri vel falsi, revelationem Christi vel exspectare vel horrere. [*Suum aliis MEMENTO MORI relinquens, laetam tu exspectationem urge.* V. g.]

8 ος, *qui*) *Deus*, v. 4. coll. v. 9.

¶ ἕως τέλους, *usque in finem*) Antitheton ad *initium*, *quae data est*. v. 4. Hic *finis* mox describitur hoc versu, coll. c. XV. 24.

¶ ἐν τῇ ἡμέρᾳ, *in die*) Constr. cum *inculpatos*. 1 Thess. V. 23. Post diem illum periculi nil. Eph. IV. 30. Phil. I. 6. Nunc sunt dies nostri, quibus operemur; dies hostium, per quos exerceamur: tum erit dies Christi & gloriæ ejus in sanctis.

9 πιστὸς, *fidelis*) *Fidelis* dicitur Deus, quia præstat, quæ pollicitus est, & quæ fideles sibi de Illius bonitate pollicentur.

¶ ἐκλήθητε, *vocati estis*) Vocatio pignus ceterorum beneficiorum. [*cui respondebit finis, v. 8.* V. g.] Rom. VIII. 30. [*1 Thess. V. 24.*] 1 Petr. V. 10.

10 t) δὲ, *autem*) Connexio exordii & tractationis: Habetis finem & spem; servate etiam amorem. *Fratres*, congruit ineunti tractationi.

¶ διὰ) *per*. instar obtestationis.

¶ τοῦ κυρίου, *Domini*) Christum Paulus vult Corinthiis unum esse omnia. Ideo hoc primo capite tam sæpe Eum appellat.

¶ το αὐτὸ λέγητε, *idem dicatis*) Diversa dicebant. v. 12.

¶ σχίσματα, *schismata*) Antitheton: κατηρτισμένοι *coaptati*. coll. Matth. IV. 21. *Schisma*, discidium animorum. Ioh. VII. 43. IX. 16.

¶ νοΐ) *mente*, intus, in credendis.

¶ γνώ-

*) Semlerum *h. l.*, *v. 4-9*, & Subjecta *temere permutare*, & (*v. 7*) *exspectationem* revelationis *ad ἔννοιας judaicas referendae precariò Corinthiis tribuere*, & ironiam, *cum v. 9 nequaquam conciliandam*, *Apostolo adscribere*, *cel.* D. Ernesti *monet*, Bibl. th. nouiss. *T. I. p. 503. Dignius utique* Exordii *summam cel.* Michaëlis, *in der* Einleitung &c. *T. II. p. m. 1386, his verbis exponit:* Paulus bezeuget sein Vergnügen über das erfreuliche, so er von den Corinthern wusste, und sonderlich über die Gaben des heil. Geistes, die sie zur bekræftigung des Euangelii empfangen hatten. E. B.

t) παρακαλῶ, *hortor*] Reprehensione quum opus haberent; *adhortationis* formali utitur. *V. g.*

¶ γνώμη) *ſententia*, prolata, in agendis. Reſp. *dicatis*.

11 ἐδηλώθη, *ſignificatum eſt*) Exemplum delationis bonæ, nec ſine cauſa celandæ. c. XI. 18.

¶ ὑπὸ τῶν χλόης, *ab iis qui ſunt Chloës*) Hi homines videntur fuiſſe & Paulo & Corinthiis inprimis probati, & Chloë matrona, cujus filios Corinthii, cum literis, c. VII. 1, ad Paulum miſerint. Miſerant Stephanam, Fortunatum & Achaicum, c. XVI. 17: quorum unus alterve etiam Chloës eſſe potuit, ex Stephana patre. v. 16. XVI. 15.

¶ ἔριδες, *lites*) Rem ſuo nomine appellat.

12 λέγει, *dicit*) gloriabundus. v. 31. c. III. 21 ſ.

¶ παύλου, *Pauli*) Gradatio, qua Paulus ſe infimo loco ponit. Et Kephas, & Paulus, & Apollo, erant miniſtri genuini & doctores veri, quorum unum præ ceteris jactare majus nefas erat, quam ſi fidelis Corinthius aliquis ſe Chriſtianum Paulinum dixiſſet, ut ſe a pſeudapoſtolis diſcriminaret.

¶ κηφᾶ, *Kephae*) Petrus non videtur fuiſſe Corinthi, c. IV. 6, & tamen ibi magni habitus erat. Iure id quidem: ſed tamen abutebantur nonnulli; & hunc *Petriſmum* (qui poſtea Romæ multo vehementius pullulavit) Paulus æque ac *Pauliſmum* deteſtatur. Quanto minus dicendum aut gloriandum, *Ego ſum papae.*

¶ ἐγὼ-χριστοῦ, *ego-Chriſti*) Hi rectius loquebantur, quam ceteri; v. 2. c. III. 23: niſi eo obtentu *miniſtros* deſpexerunt. c. IV. 8.

13 μεμέρισται; *diviſus eſt?*) Num non omnia membra ſub uno jam ſunt capite? cum tamen ille unus pro vobis crucifixus, in illius unius nomen baptizati ſitis? Gloria Chriſti non eſt dividenda cum ſervis ejus; neque corporis unitas ſcindenda, quaſi Chriſtus deſinat unus eſſe.

¶ μὴ, *num*) Sæpe *num* ponitur in interrogationis inciſo ſecundo. c. X. 22. 2 Cor. III. 1.

¶ ἐσταυρώθη-ἐβαπτίσθητε, *crucifixus eſt-baptizati eſtis*) Crux & baptiſmus nos Chriſto aſſerit. Relata: redimere, ſe addicere.

14 εὐχαριστῶ, *gratias ago*) Providentia Dei regnat ſæpe in rebus, quarum ratio poſtea cognoſcitur. Pia phraſis, pro vulgari illa, *gaudeo*, gravitatem rei indicans.

¶ κρίσπον καὶ γαΐον, *Criſpum & Cajum*) Teſtes adducit. Viros ampliſſimos Paulus ſua manu baptizavit; alios non multos: non ex ambitione, ſed quia illi inter primos credidere. Iuſta æſtimatio muneris ſui non eſt ſuperbia. c. XVI. 4. Baptiſmi adminiſtratio non tam erat apoſtolorum, quam diaconorum. Act. X. 48. Neque id dignitatem baptiſmi imminuit.

15 ἵνα μὴ, *ne*) Paulus occurrit calumniis, quæ, quamlibet iniquæ, tamen oriri poterant; easque removet. 2 Cor. VIII. 20.

¶ ἐμὸν, *meum*) quaſi pro me colligerem cœtum. *)

16 u) λοιπὸν, *ceterum*) Valde ſolicitus eſt in commemoranda re geſta.

¶ οὐκ

*) *Supponendum eſſe h. l.*, ſectarios *illius temporis* frequenter ab eo, cujus operâ baptizati fuerant, *ſeipſos denominaſſe*, *celeberrimi* Michaëlis *conjectura eſt*, *modeſtiſſime tamen propoſita*, *in der* Einleitung &c. *T. II. p. m. 1349.* E. B.

u) καὶ τὸν στεφανᾶ οἶκον, *Stephanae etiam domum*] Achajæ ſcilicet primitias, c. XVI. 15. Corinthiorum credentes reliqui per Siluanum, Timotheum, Criſpum, Gajum, vel per Stephanæ certe domeſticos, baptizati fuerint. *V. g.*

¶ οὐκ οἶδα, *non novi*) sine labore non occurrit memoriæ meæ.

¶ εἴ τινα, *num quem*) Id est, aut nullum alium, aut vix ullum baptizavi. coll. v. seq. Singulorum memoriæ relinquit, per quos sint baptizati.

17 ἀπέστειλε, *misit*) Quo quis mittitur, id agere debet.

¶ βαπτίζειν, *baptizare*) in nomine suo, nedum, meo. Operosa baptismi actio; sæpe suscepta, impedisset prædicationem: ceteroqui apostoli baptizarunt, Matth. XXVIII. 19. primos præsertim discipulos.

¶ εὐαγγελίζεσθαι, *evangelizare*) Hoc, respectu antecedentium, est syncategorema; respectu consequentium, Propositio. Ipsa transeundi ratione Paulus utitur tali, cui nescio an congruerent leges eloquii Corinthiaci. [*Itaque* apostolicæ *quasi* stultitiæ *specimen hoc ipso loco Apostolus praebet: neque tamen non sapientissime omnia ordinata sunt.* V. g.]

¶ σοφία λόγου, *sapientia sermonis*) [*Cujus gratiâ majoris me vestrûm aliquis minorisue facit, quam reliquos.* V. g.] Frequenter hic adhibentur nomina *sapientia* & *potentia*. *Sapiens sermo* penes mundum habetur, qui nil minus, quam crucem edisserit: sermo autem crucis nil heterogeneum admittit.

¶ ὁ σταυρὸς τοῦ χριστοῦ, *crux Christi*) v. 24. Ignoratio mysterii crucis, totius v. gr. Alcorani fundamentum est. [*Evangelii, quoad initia, summa innuitur. v. 18. 23. II. 2.* Crucem *qui respuit, is & reliquorum expers manet: qui accipit, huic &* virtus *deinceps cum* gloria *innotescit.* V. g.]

18 μωρία, *stultitia*) *& scandalum.* Vide antitheton, *potentia*, mox. Duo gradus salutis: Sapientia & Potentia. Apud pereuntes sublato primo gradu, tollitur secundus: apud beatos, primum secundus præsupponit. *)

¶ σωζομένοις, *iis qui salvantur*) Præsens, ut in *pereuntibus*. qui evangelium audire cœpit, nec ut perditus nec ut salvatus habetur, sed est quasi in bivio, & nunc aut perit aut salvatur.

¶ δύναμις, *potentia*) *& sapientia.* Sic quoque c. II. 5.

19 ἀπολῶ-ἀθετήσω) Es. XXIX. 14. LXX, καὶ ἀπολῶ-κρύψω. verba intermedia eadem sunt, illorum ac Pauli.

¶ ἀπολῶ, *perdam*) Hinc, *destruere.* v. 28. II. 6.

20 ποῦ σοφός; ποῦ γραμματεύς; ποῦ συζητητὴς τοῦ αἰῶνος τούτου;) Es. XXXIII. 18. LXX, ποῦ εἰσι γραμματικοί; ποῦ εἰσιν ὁ συμβουλεύοντες; ποῦ ἐστιν ὁ ἀριθμῶν τοὺς συιστρεφομένους; Hebr. איה ספר איה שקל איה ספר את המגדלים Proponit prius hemistichium duas interrogationes, quarum prior declaratur hemistichio altero; posterior, versu proximo: (qualis etiam figura Es. XXV. 6.) *ubi scriba? ubi pensitator? ubi scriba cum turribus? ubi pensitator, cum populo roborato, quem visus tuus non ferat?* Videtur enim locutio proverbialis, cui inservire solet particula את *cum* in tali sermone universalitatem denotans. Deut. XXIX. 18. Penes scribas curationem aliquam turrium fuisse, colligas ex Ps. XLVIII. 13 s. Pensitatorum appellatio facile convenit copiarum præfectis. Conf. Heinr. Scharbau Parerg. Phil. Theol. P. IV. p. 109-139. qui multa erudite collegit nobisque ad hæc cogitanda ansam dedit. Locum Esajæ

*) Ineptissimæ sedulitatis & loquacitatis esse, *hunc in modum Scripturæ verbis inhærere, adeoque* respectum *frequenter h. l. a Scriptore sacro indigitatum non posthabere; nemo sibi, ut confido, persuaderi patietur, nisi inscius rerum & iniquus arbiter.* E. B.

Esajæ utrumque Paulus contra Iudæos producit; & alterum quidem verbis ita flexis, ut magis conveniant in tempora citeriora, & simul in gentes. v. 22. Sunt qui notari existiment tria doctorum Iudæorum genera חכמים ספרים דרשים Invenias certe primum & secundum, Matth. XXIII. 34. Antitheton autem triplex idque insigne est Es. cap. cit. v. 22, ubi sanctorum in Domino gloriatio exprimitur. Hoc autem dicit apostolus: Sapientes mundi non modo non probant & promovent evangelium; sed oppugnant, idque frustra.

¶ τοῦ αἰῶνος τούτου) *hujus seculi*, quod totum est extra sphæram verbi crucis.

¶ ἐμώρανεν, *stultam fecit*) ita ut rationem divini consilii & beneplaciti non possit mundus exputare. v. 21.

¶ τὴν σοφίαν, *sapientiam*) Antitheta: *sapientiam mundi hujus*; *in sapientia Dei*.

¶ κόσμῳ, *) *mundi*) in quo Iudæi & Græci.

21 ἐν τῇ σοφίᾳ, *in sapientia*) *quum* tanta Dei sapientia sit v. 25.

¶ οὐκ ἔγνω, *non cognovit*) Ante prædicationem crucis, quamvis creatura creatorem prædicaret, quamvis prophetæ eloquentissimi venerant, mundus tamen Deum non cognovit. qui prophetas audivere, sprevere; qui non audivere, hoc animo erant, ut spreturi forent.

¶ διὰ τῆς σοφίας, *per sapientiam*) scil. *praedicationis*: ut patet ex antitheto, *per stultitiam praedicationis*.

¶ εὐδόκησεν ὁ θεὸς) *placitum est Deo*, ex gratia erga nos. Plane videtur Paulus verba Domini imitatus, Luc. X. 21.

¶ διὰ τῆς μωρίας, *per stultitiam*) Deus cum homine perverso agit per contraria, ut homo se abneget ac Deo gloriam reddat, per *fidem crucis*.

¶ κηρύγματος, *praedicationis*) quippe de cruce.

22 u) αἰτοῦσι, *petunt*) ab apostolis, ut olim a Christo.

¶ σοφίαν, *sapientiam*) Christum philosophum sublimem, per demonstrationes procedentem.

23 ἡμεῖς, *nos*) Paulus, Apollo.

¶ κηρύσσομεν, *praedicamus*) methodo potius historica, quam philosophica.

¶ χριστὸν ἐσταυρωμένον, *Christum crucifixum*) **) sine articulo. Crucis mentio non additur v. seq. Sermo incipit a cruce, c. II. 2. qui sic accipiunt, iis totus Christus ejusque gloria innotescit: qui non accipiunt, toto excidunt. Act. XXV. 19. XVII. 32.

¶ σκάνδαλον, *scandalum*) Vt *stultitia* & *sapientia*, sic *scandalum* & *signum* opponuntur. nam *signum* est opus omnipotentiæ, alliciens, ut sæpe synonyma sunt *signum* & *potentia*. *Scandalum* autem, proprie in decipula dictum, res valde debilis. [*Sic res admodum viles* nugarum *hodie* (*germ.* Schwachheiten) *nomine veniunt*. V. g.] Vsque adeo crucem Christi horrent Iudæi & Græci, ***) ut cum ea vel signum & sapientiam repudient.

24 αὐτοῖς) *ipsis*, construe cum *Iudæis*, *Græcis*.

¶ κλητοῖς, *vocatis*) Huc ref. *vocationem*, v. 26.

¶ χριστὸν, *Christum*) cum sua cruce, morte, vita, regno. [*Non additur h. l.* Crucifixi

*) *Etiam h. l. pronomen* τούτῳ, *utut in* Vers. germ. *omissum*, utriusque Ed. *gr. margo defendit*. E. B.

u) σημεῖα, *signa*) potentes actiones. Non reperias, Corinthi signum editum esse per Paulum. Act. XVIII. *V. g.*

**) *Graues loci hujus vindicias contra cel.* Semleri *parhermeniam inuenire datur in cel. D.* Ernesti *Bibl. theol.* nouiss. *T. I. p. 505.* E. B.

***) *Lectionem* ἐθνεσι, *per margnem* utriusque Edit. *lectioni* ἕλλησι *aequalem, praefert* Vers. germ., *germanis nimirum lectoribus magis peruiam*. E. B.

cifixi *cognomen. Superato crucis ſcandalo, myſterium Chriſti univerſum patet.* Vulg.]

¶ δύναμιν - σοφίαν, *potentiam - ſapientiam*) Experientia potentiæ prior eſt; ſapientiæ, ſequitur.

25 τὸ θεῖον, *Dei*) in Chriſto.

¶ σοφώτερον - ἰσχυρότερον, *ſapientius - validius*) v. 30.

¶ τῶν ἀνθρώπων, *hominibus*) Sermo conciſus: i. e. ſapientius, quam ſapientia hominum; validius, quam valentia hominum: quamvis & ſapientes & potentes ſibi videantur, & definire velint, quid ſapiens & potens ſit.

26 βλέπετε) *videtis.* Indicativum innuit *enim.*

¶ τὴν κλῆσιν ὑμῶν, *vocationem veſtram*) ſtatum, in quo cœleſtis vocatio vos offendit. ſic, *vocatio*, c. VII. 20.

¶ οὐ πολλοὶ, *non multi*) Ergo tamen nonnulli. Subaudi: *vocati ſunt.* Vt cum præconibus evangelii, ſic quoque cum auditoribus comparatum eſt. Ellipſis euphemiam habet. x)

¶ κατὰ σάρκα, *ſecundum carnem*) Affine, *mundi*, mox. *Mundus* ſecundum *carnem* judicat.

¶ εὐγενεῖς, *nobiles*) qui plerunque etiam ſapientes & potentes ſunt. [*Eorum ſocietatem, qui vernaculâ* Freymæurer *audiunt, hoccine charactere diſtinctam credas?* V. g.]

27 τὰ) Articulus vim habet: *ea* potiſſimum, *quæ ſtulta ſunt* &c.

¶ ἐξελέξατο, *elegit*) [*cumulatim ſcilicet, Act. XVIII. 10.* V. g.] Hoc ter ponitur. electio, & vocatio, v. 26, conjuncta. Ez. XX. 5. Hæc illius indicium. Electio eſt judicium divinæ gratiæ, eos, qui *vocationem* per fidem admittunt, ex communi hominum pernicie eximentis in Chriſto. Omnis *vocatus* a primo fidei momento eſt *electus*: & quamdiu in *vocatione* & fide manet, *electus* manet: ſi quando vocationem & fidem amittit, electus eſſe deſinit: quando in fide fructus affert, *vocationem* & *electionem* confirmat penes ſeſe: ſi ad fidem redit & credens obdormit, ad ſtatum electionis redit & *electus* obdormit. Atque hi κατ' ἐξοχὴν dicuntur *electi* & *prægogniti. Electio* eſt vel *populorum* vel *individuorum.* De electione *populi* agitur h. l. & Ez. l. c. nec non Act. XVIII. 10. 1 Theſſ. I. 4. & *hæc electio* magis incurrit in ſenſus hominum credentium, quam *electio individuorum.* nam de populo individua quædam poſſunt excidere, ſalva *vocationis* & *electionis* æquali latitudine. Electio quorundam extra eccleſiam eſt Reſervatum divinum ad amuſſim præconii evangelici non exigendum.

¶ τοὺς σοφοὺς, *ſapientes*) Maſculinum, ad exprimendam ſpeciem ſpecioſiſſimam. cetera neutra, ut in oppoſito omnia, etiam *ſtulta.*

¶ καταισχύνῃ, *pudefaceret*) Hoc bis dicitur: deinde *deſtrueret.* Vtroque verbo tollitur *gloriatio*, de re vel magis vel minus voluntaria.

28 τὰ μὴ ὄντα, *quæ non ſunt*) Genus, ſub quo continentur *ignobilia* & *contemta*, nec non *ſtulta* & *infirma.* Eſt ergo appoſitio: cui toti unum illud opponitur, *quæ ſunt.*

¶ τὰ ὄντα) *quæ ſunt* quidpiam.

29 ὅπως μὴ, *ut ne*) Antitheton, *ut.* v. 31.

¶ πᾶσα σὰρξ, *omnis caro*) Apta appellatio: *caro* ſpecioſa & tamen caduca. Es. XL. 6.

¶ ἐνώπιον, *coram*) Non *coram* illo, ſed *in* illo gloriari poſſumus.

30 ἐξ αὐτοῦ, *ex eo*) *Ex Deo* eſtis, non jam τοῦ κόσμου, *mundi.* Rom. XI. 36. Eph. II. 8.

¶ ὑμεῖς, *vos*) Antitheton ad *multos*, v. 26.

x) σοφοὶ, *ſapientes*] Hinc Athenis, quæ græcæ ſapientiæ ſedes erant, numero tam exiguo lucrifacti ſunt homines. *V. g.*

v. 26. Ipsi illi, quos apostolus alloquitur, *vos*, erant *non multi sapientes secundum carnem* &c.

¶ ἐστὲ ἐν χριστῷ ἰησοῦ, *estis in Christo Iesu*) estis Christiani &c. Antitheton: *quæ non sunt*, & *estis:* item, *caro* & *Christus*.

¶ ἐγενήθη ἡμῖν, *factus est nobis*) Sic plus dicit, quam si diceret illud: *nos facti sumus sapientes*. &c. Factus est nobis sapientia, &c. respectu cognitionis nostræ, &, ante eam, per se, in sua cruce, morte, resurrectione. *nobis*, dativus commodi.

¶ σοφία, *sapientia*) cum antea essemus *stulti*. Miseriam nostram ex nobis præsupponit varietas beneficii divini in Christo.

¶ δικαιοσύνη, *justitia*) cum antea essemus *infirmi*. [*Rom. V. 6.*] conf. Es. XLV. 24. *Iehovah, justitia nostra*, Ier. XXIII. 6. ubi coll. v. 5 de Filio sermo est: nam Pater non dicitur *justitia nostra*.

¶ ἁγιασμὸς, *sanctificatio*) cum antea essemus *ignobiles*.

¶ ἀπολύτρωσις) *liberatio*, ad summum usque: cum antea essemus *abjecti*, ἐξουθενημένοι.

31 ἵνα, *ut*) scil. *fiat*.

¶ ὁ καυχώμενος, *qui gloriatur*) Non est omnium gloriari.

¶ ἐν κυρίῳ, *in Domino*) non in se, non in carne, non in mundo.

CAP. II.

1 Κἀγὼ, *& ego*) Ostendit apostolus, se convenienter subservisse consilio & electioni *Dei*. *)

¶ ἐ) Hoc non construitur cum ἦλθον, sed cum sequentibus verbis.

¶ λόγῳ ἢ σοφίας, *sermonis aut sapientiæ*) *Sapientiam* sequitur *sermo*, rem sublimem oratio sublimis.

¶ καταγγέλλων ὑμῖν τὸ μαρτύριον, *annuntians vobis testimonium*) Sancti homines non tam testantur, quam testimonium, quod Deus dat, annunciant.

¶ τὸ μαρτύριον τοῦ θεοῦ, *testimonium Dei*) per se sapientissimum & potentissimum. Correlatum, *fides*, v. 5.

2 ἐ γὰρ ἔκρινα, *non enim judicavi*) Quamvis alia multa scirem, tamen sic feci, ac si nescirem. Minister evangelii si eis rebus, quibus excellit, tamen abstinet, ut Christum pure prædicet, maximum earum rerum fructum capit. Doctrina christiana non debet in gratiam quidem empæctarum & scepticorum, eorumque, qui illos mirantur, aspergi & condiri philosophematis, quasi videlicet per theologiam naturalem convinci possint facilius. **) qui revelationem contumaciter repudiant, nulla disputatione ex lumine naturæ, quod pædago-

*) *Digna relatu mihi quidem videtur cel.* Michaëlis *ad h. l., v. 1-15, observatio, in der* Einleitung &c. *T. I. p. m. 38 sq. obuia:* Es macht (*ait*) noch immer vor die Wahrheit der christlichen Lehre ein gutes Vorurtheil, dass die Apostel nicht mit kitzelnden und einnehmenden Worten voll betrieglicher und das Gemüth beschleichender Schœnheit geprediget und geschrieben haben: folglich die ersten Christen nicht ihren Ohren zu gefallen, sondern aus Ueberzeugung, und weil sie durch Beweisgründe überführt waren, Christen geworden sind. E. B.

**) *Habes hic*, Lector! *earum cautelarum Summam, quæ* huic nostræ ætati *commendatissimæ esse debebant.* Sua *scilicet* ingenii alacritate abutantur, *si placet, empæctæ isti atque sceptici: dummodo* inferioris loci homines, *i.e. varii ordinis νήπιοι (Matth. XI. 25) præcipuo illo jure suo ne excidant. Bellus nimirum* Principis Legatus *audiat, qui* subditos rebelles *eo pacto reduxerit, ut,* spretis Regalibus, *suo posthac arbitrio viuere,* sua *placita sequi possint! Quo ruitis,* ministri! *quis eam* sequestrandi *licentiam vobis concessit?* ---- Declamatoria *forsitan hæc notula fuerit? Ego vero nimis etiamnum* frigidus *h. l. mihi videor.* E. B.

dagogiæ primæ duntaxat inſervit, lucrifient.

¶ ἔκρινα) Frequens Paulo ad Corinthios verbum hoc cum compoſitis. v. 13 ſs. c. IV. 3 ſs. XI. 29. 31. 32. 34.

¶ ἰησοῦν χριστὸν, *Ieſum Chriſtum*) Notat Paulus inprimis, quam parvi hoc nomen mundus faceret. y)

3 κἀγὼ, & *ego*) Antitheton: *ſermo meus*, v. 4. &, *ſcire*, v. 2. Deſcribit enim rem, præconem, orationem.

¶ ἀσθενείᾳ, *infirmitate*) Hoc opponitur *robori*. Non debemus cogitare in apoſtolis ſtatum animæ ſemper lautum & perturbationibus plane vacuum. 2 Cor. VII. 5. XI. 30. Gal. IV. 13. *)

¶ καὶ ἐν φόβῳ καὶ ἐν τρόμῳ πολλῷ, & *in timore & in tremore multo*) Sermo adagialis, notans timorem, qui etiam in corpus ejusque geſtum & motum redundat. Marc. V. 33. Eph. VI. 5. Phil. II. 12. LXX. Deut. XI. 25. Sic Es. XIX. 16. LXX, ἔσονται ἐν φόβῳ καὶ τρόμῳ. z) Alia omnia mundus miratur.

¶ ἐγενόμην) *eſſe coepi, apud* vos, erga vos.

4 λόγος, *ſermo*) privatus.

¶ κήρυγμα, *prædicatio*) publica.

¶ πειθοῖς) Verbum valde proprium. Antitheton, *demonſtratione*. Locum hunc citat Didymus l. 2 de Spir. S. ubi Hieronymus vertit *perſuaſionibus*, ut ſit appoſitio, πειθοῖς λόγοις. a πειθὼ, cui affine πειθή. Heſychius, πειθὴ, πεισμονὴ, πίστις.

¶ σοφίας, *ſapientiæ*) Cujus ſapientiæ ſermones & argumenta removeantur, declarat v. ſeqq.

5 σοφία, *ſapientia*) & virtute.

¶ δυνάμει, *virtute*) & ſapientia.

6 σοφίαν δὲ λαλοῦμεν, *ſapientiam vero loquimur*) Redit, quaſi poſt parentheſin, ad ea, quæ c. I. 23-25 attigerat. *loquimur* habet epanalepſin verbi *prædicamus*: ſed *loquimur* eſt quiddam occultum; coll. v. 7. 13. *prædicamus*, publicum. nam *ſapientia* hîc denotat non omnem doctrinam Chriſtianam, ſed capita ejus ſublimia & arcana. Eſt etiam antitheton temporis præteriti, v. 1 ſeqq. & præſentis, h. l. Matth. 25, 34. n.

¶ ἐν τοῖς τελείοις) *penes perfectos*, Corinthi aut alibi. Conſtr. cum *loquimur*. Cognitio Dei & Chriſti eſt ſumma cognitio. Conf. ἐν, c. XIV. 11. Phil. I. 30. *Perfectis* opponuntur non ſolum mundani & animales, usque ad finem capitis; ſed etiam *carnales* & *infantes*. cap. III. init. Hebr. V. 14. 13.

¶ οὐ-οὐδὲ, *non-neque*) *Seculo* opponitur *Deus*, v. 7. *principibus mundi*, *apoſtoli*. v. 8 ſ.

¶ ἀρχόντων, *principum*) c. I. 20. Lato vocabulo Paulus utitur, quo & Iudæorum & Græcorum proceres complectitur.

¶ τῶν καταργουμένων, *qui deſtruuntur*) c. I. 19. 28. Hoc epitheton pertinet ad principes mundi, & ad mundum ipſum: ex quo conſtat, ſapientiam mundi non eſſe veram, quia non affert immortalitatem.

7 ἐν μυστηρίῳ, τὴν ἀποκεκρυμμένην, *in myſterio, occultam*) Eſt occulta, antequam expromitur: & quum expromitur, tamen occulta manet multis, imperfectis. Matth. 25, 34. n.

¶ προώρισεν, *præfinivit*) Alludit ad *paravit*, v. 9.

¶ πρὸ, *ante*) Adeo non *deſtruitur*. v. 6. Sapi-

*) Ταπεινοφροσύνην & πειρασμὸς ex Act. XX. 19 cum ἀσθενείᾳ & φόβῳ καὶ τρόμῳ conferri vult cel. D. Erneſti, *tanquam Oppoſita facundorum* Philoſophorum *vel &* Pſeudapoſtolorum *faſtui*; Bibl th. T. VIII. p. 669. *Attamen majus aliquid, quam* Demuth und Beſcheidenheit τρόμῳ, *eoque* πολλῷ, *indigitari*, vix quisquam ſuſtineat negare. E. B.

y) ἐσταυρωμένον, *crucifixum*] Antitheton ſublimis ſapientiæ, v. 1. *V. g.*

z) Antitheton ſermonis eximii, v. 1. *V. g.*

Sapientia hæc mundanam antiquitate longissime antecedit.

¶ ἀιώνων, *secula*) Plurale. Oppositum, *seculi hujus*. v. 6.

¶ εἰς, *in*) ut illa sit *gloria* nostra, conf. v. seq. & *gloriatio*. c. I. 31.

¶ δόξαν) *gloriam*, ex Domino gloriæ; v. 8, olim revelandam, tum quum principes mundi *destruentur*. Antitheton ad *mysterium*.

8 ἣν, *quam*) Ref. ad *sapientiam*.

¶ οὐδεὶς τῶν ἀρχόντων - ἔγνωκεν, *nullus principum - cognovit*) *nullus*, fere nullus; immo plane nullus, qua *princeps*. Antitheton hujus prædicati est in *sed*, v. 9: subjecti, in *autem*, v. 10.

¶ τὸν κύριον, *Dominum*) qui omnes *principes* vincit.

¶ ἐσταύρωσαν) *Crux*, servorum supplicium. Eo *Dominum* gloriæ affecerunt.

9 ἀλλὰ, *sed*) scil. *factum est*. conf. Rom. XV. 3. 21 & 1 Cor. I. 31.

¶ καθὼς, *sicut*) Ostendit, principes mundi non cognosse sapientiam.

¶ ἃ ὀφθαλμὸς) Es. LXIV. 3. LXX, ἀπὸ τοῦ αἰῶνος οὐκ ἠκούσαμεν, οὐδὲ οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν εἶδον θεὸν πλὴν σου, καὶ τὰ ἔργα σου, ἃ ποιήσεις τοῖς ὑπομένουσιν ἔλεος. ¶ ἃ, *quæ*) *quæ oculus non vidit* sunt ea, *quæ paravit Deus*.

¶ ὀφθαλμὸς, οὖς· *oculus*, *auris*) hominis.

¶ οὐκ ἀνέβη) *non ascenderunt*: i. e. in mentem non venerunt.

¶ ἡτοίμασεν, *paravit*) Hebr. עשה *faciet*. Quæ Esajæ tempore futura erant, Pauli tempore facta erant. Hinc etiam ille, *exspectantibus*; hic, *amantibus*. conf. *donata*, v. 12, per *gratiam* N. T. cujus fructus consummantur in æternitate. [*Rom. VIII. 28. Iac. II. 5.*]

10 ἡμῖν) *nobis*, apostolis.

¶ ἀπεκάλυψε, *revelavit*) Antitheton: *occultatam*. Conf. Es. XLV. 19. 15. Ps. LI. 8, iterumque Luc. X. 21.

¶ πάντα, *omnia*) v. 9.

¶ τὰ βάθη, *profunda*) maxime occulta: Ps. XCII. 6. non modo ea, quæ fideles scrutantur. v. 9 & 12, utrinque in fine. Profunda Dei, etiam naturæ divinæ, non modo regni ejus.

11 τίς γὰρ οἶδεν ἀνθρώπων τὰ τοῦ ἀνθρώπου; *quis enim novit hominum ea quae sunt hominis?*) Ἀνθρώπων omittit *Al.* isque solus: & tamen id dispunctum cupit Artemon. Part. I. cap. 47. Magnopere vero hoc polyptoton, *hominum*, *hominis*, *hominis*, ad institutum apostoli pertinet. notat enim similitudinem naturæ, quæ videatur notitiam dare mutuam sensuum humanorum, nec tamen dat: quanto minus quisquam sine Spiritu Dei Deum noscet?

¶ τὰ τοῦ ἀνθρώπου) *humana*, interna.

¶ τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου, *spiritus hominis*) Articulus τὸ plane denotat spiritum hominis proprium, non aliunde immigrantem.

¶ τὸ ἐν αὐτῷ, *qui* est *in eo*) Criterium veri, natura conscia.

¶ οὐδεὶς) *nemo*, omnium sine Deum. Hominem ne homo quidem alter cognoscit: Deus est unus, sibi uni notus.

¶ τὸ πνεῦμα, *spiritus*) A Spiritu Dei non potest sejungi deitas; sicut nec ab hominis spiritu humanitas.

12 τὸ πνεῦμα τοῦ κόσμου, *spiritum mundi*) Eph. II. 2.

¶ ἐλάβομεν) Spiritus mundi *non sumitur*, sed in eo semper sunt, qui de mundo sunt. Spiritum Dei *accepimus*.

¶ ἐκ, *ex*) Antitheton, *in*. v. 11.

13 καὶ, *etiam*) Sic jungitur *sciamus* & *loquimur*.

¶ διδακτοῖς, *doctis*) doctrina & institutione constantibus. Τὸ σοφίας apud λόγοις non

non est in epitheton resolvendum. *Sapientia* est scaturigo *sermonum.*

¶ ἀλλ' ἐν, *sed in*) Oppositio immediata: neque dixeris, apostolos naturalem duntaxat, inde ab arte, hinc a spiritu remotam, sermonis facultatem contulisse.

¶ διδακτοῖς) Magis placet lectio, διδαχῇ. *in doctrina**), quam per nos præbet Spiritus **) sanctus. Ea *doctrina* complectitur & sapientiam & sermones.

¶ πνευματικοῖς πνευματικὰ, *spiritualibus spiritualia*) hominibus spiritualibus (v. 6. 15.) res & sermones spirituales convenienter interpretamur, ita ut velint & possint accipere. ***) συγκρίνω, σύγκριμα, σύγκρισις, LXX frequentant v. gr. de interpretatione somniorum. Gen. XL & XLI. Dan. capp. II. IV. V. VII.

14 Ψυχικὸς, *animalis*) qualiscunque, quantuscunque homo est citra Spiritum Dei. Bene Ephraim Syrus: τὸς κατὰ φύσιν ἀνθρώπους ὁ ἀπόστολος ψυχικοὺς ἐκάλεσε· τὸς δὲ παρὰ φύσιν, σαρκικός· οἱ δὲ πνευματικοί εἰσιν, οἱ καὶ τὴν φύσιν εἰς τὸ πνεῦμα μεθαρμοζόμενοι. f. 92. *caro & sanguis*, Matth. XVI. 17 not.

¶ οὐ δέχεται, *non capit*) quamvis oblata sint, tamen *non vult* admittere. conf. δέξασθε, *suscipite*, Iac. I. 21. Hîc mox respondet illud, *non potest*. Conf. Rom. VIII. 7. Vtrique additur ætiologia, per *enim & quia*. [*Vtrumque antithesin facit ad mentem Pauli 1 Tim. I. 15*, πιστὸς καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος. V. g.]

¶ τὰ τοῦ πνεύματος ****), *ea quæ sunt Spiritus*) Sic, *ea quæ sunt Dei.* v. 11.

¶ μωρία, *stultitia*) Ille autem sapientiam quærit. c. I. 22.

¶ οὐ δύναται, *non potest*) non habet *spiritum & potentiam.*

¶ γνῶναι, *cognoscere*) *ea quæ sunt Spiritus* Dei.

¶ πνευματικῶς) nonnisi *spiritualiter.*

15 ὁ) Pulcre additur hîc articulus: Ψυχικὸς sine articulo.

¶ πάντα, *omnia*) Neutrum plurale, uti v. 9-14. *Omnia* omnium, adeoque etiam omnes. Neutro comprehenditur masculinum, uti Matth. XI. 27.

¶ αὐτὸς) *ipse.*

¶ ὑπ' οὐδενὸς, *a nullo*) *animali.*

16 τίς, *quis*) Nemo, qui merus homo sit. conf. Ier. XXIII. 18. Es. XL. 13. LXX, τίς ἔγνω νοῦν Κυρίου· ὃς συμβιβάσει αὐτόν;

¶ ὃς, *qui*) Non est hoc interrogativum, sed relativum, quo vis interrogandi, quæ est in *quis*, propagatur. valet, *adeoque.*

¶ νοῦν χριστοῦ, *mentem Christi*) Spiritus Patris idem est Filii Spiritus.

¶ ἔχο-

*) *Consentit* Vers. germ.; *quanquam* Editiones græcæ *in medio rem reliquerunt.* E.B.

**) *Omissionem epitheti* ἁγίου Vers. germ., *cum margine* Ed. 2 *distinctius, quam* Ed. maj., *comprobat.* E. B.

***) *Qui* citra expressum Spiritus S. in N.T. indicium loca V. T. ad res spirituales adplicant, *eos hoc apostoli effato* redargui *potius, quam probari, existimat S. R. D.* Ernesti, *Bibl. th. T. I. p. 792 sq. Enimvero ubi* κατὰ ῥητὸν *Scriptor aliquis Ni. Ti. locum e V. T. excitatum interpretatur, ibi non valde opus habere videntur lectores* spirituali judicio: *sed ubi* aliis in rebus *eandem viam calcare instituunt, quam v. gr. Paulus in Ep. ad Hebr. præiuit, tum profecto feliciter id nequit fieri, nisi ipsi fuerint* spirituales. *Sane aut* solis Apostolis *facultatem* spiritualia spiritualiter dijudicandi *concessam putare debemus* (*quæ tristissima limitatio foret*): *aut* spiritualis dijudicatio, *apud* reliquos *etiam fideles, id non inuoluit,* ut expressum, *i.e. in literas relatum,* Spiritus sancti indicium *fundamenti loco subesse semper debeat. Hujus dilemmatis vim qui non agnouerit, eum omnium* theologicarum, *quas dicunt,* Consequentiarum *valorem oportet rejicere.* E. B.

****) *Non dissimulat* Vers. germ. *additamentum* τοῦ θεοῦ, *quanquam omissio, per marginem* utriusque Editionis, *firmior æstimatur.* E. B.

¶ ἔχομεν, *habemus*) Id & plus & minus est, quam *cognoscere*. qui habet *mentem Christi*, omnia *dijudicat*, a nemine *dijudicatur*.

CAP. III.

1 Καὶ ἐγὼ, & *ego*) Locutus est c. II. 1 de ingressu suo; nunc de progressu.

¶ ὡς σαρκικοῖς, *ut carnalibus*) Id lenius, quam *animalibus*, accedente præsertim mitigatione, *ut parvulis in Christo*, de gradu statim subsecuto.

2 γάλα, *lac*) Ita loquitur, ut Corinthios redigat ad humilitatem.

¶ οὐ, *non*) Subaudi verbum *cibavi*, aut aliud affine τῷ *potum dedi*. Doctoris non est docere, quæ ipse scit, sed quæ auditoribus congruunt. Scriptura est perfecta: nam v. gr. Corinthiis *lac* propinatur; Hebræis, *cibus solidus*.

3 ὅπου) *ubi*.

¶ ζῆλος, *zelus*) in affectu.

¶ ἔρις, *jurgium*) in sermone.

¶ διχοστασίαι, *dissidia*) in actione. Crescit oratio. *lites* dixerat c. I. 11. nunc verba multiplicat. sic verbo *gloriari* utitur c. III. 21, deinde graviori, *inflari*, c. IV. 6.

¶ κατὰ ἄνθρωπον, *secundum hominem*) non *secundum Deum*: humano more.

4 a) οὐχὶ, *nonne*) Nam Spiritus non fert studium partium humanarum.

5 τίς, *quis*) Redit ad institutum.

¶ διάκονοι, *ministri*) Humile verbum, eoque aptum.

¶ δι' ὧν) *per quos*, non in quos. Recte Pelagius ad h. l. *Si nos nihil sumus, quos ministros ipse constituit, quanto magis illi, qui in carnalibus gloriantur?*

¶ ἑκάστῳ, *unicuique*) i. e. *unusquisque, ut illi.*

¶ ὁ κύριος, *Dominus*) Correlatum, διάκονοι *ministri.*

¶ ἔδωκεν, *dedit*) varie. v. sq.

6 ἐφύτευσα-ἐπότισεν, *plantavi-rigavit*) Act. XVIII. 1. XIX. 1. Eadem mente postea *fundamentum* & *ea quæ superstruuntur; genitorem & pædagogos* dicit.

¶ ηὔξανεν, *incrementum dedit*) v. 10. init. Act. XVIII. 27 fin.

7 ὁ φυτεύων· ὁ ποτίζων) *plantans, rigans*, qua talis: sive *plantatio, rigatio* ipsa.

¶ ὁ αὐξάνων, *qui incrementum dat*) scil. ἐστὶν, *est*, τι *quiddam*, atque adeo, quia solus, omnia. Sine hoc incremento granum a primo sationis momento esset instar lapilli: ex incremento, protinus fides germinat. v. 5.

8 ἕν) *unum;* neuter æque *quidquam* est. Vt in cœlo stella alte supra stellam eminet; idiota autem altitudinis differentias non capit: sic Paulus apostolus longe supra Apollo eminebat; sed Corinthii id non intelligebant. neque ea de re admodum eos docet hoc loco Paulus: modo Christi eminentiam asserat.

¶ ἴδιον-ἴδιον, *propriam-proprium*) Congruens iteratio. Antitheton ad *unum.*

¶ μισθὸν, *mercedem*) quiddam salute ulterius. v. 14 s. Oeconomus fidelis accipiet laudem; operarius solers, mercedem.

¶ κόπον, *laborem*) non modo *secundum opus.*

9 θεοῦ, *Dei*) Hoc mox gravem habet anaphoram, & cum emphasi ponitur initio, ter: uti v. 10 *gratia*, & v. 11 *fundamentum.*

¶ συνεργοὶ, *cooperarii*) Sumus *operarii* Dei, & *cooperarii* invicem.

¶ γεώργιον, *agricultura*) Summa antecedentium. γεώργιον, verbum late patens, agrum, hortum, vineam complectens.

¶ οἰκοδομὴ, *ædificatio*) Summa sequentium.

10 χάριν,

a) ὅταν γὰρ, *quum enim*] Vide, quanti momenti esse queat res parum visa referre. *V. g.*

10 χάριν, *gratiam*) Προθεραπείαν adhibet, ne arroganter videatur se *sapientem* dicere.

¶ δοθεῖσαν, *datam*) Erat ergo in Paulo habituale quiddam.

¶ σοφὸς) *peritus.* Tales facit cognitio Iesu Christi.

¶ θεμέλιον, *fundamentum*) Fundamentum est prima institutio.

¶ ἄλλος) *alius*, quisquis est. Eleganter abstinet nomine proprio. Antecessor non videt successorem: & Paulus consulit dignitati Apollo. sic mox, *unusquisque.* nam erant etiam alii. c. IV. 15.

¶ βλεπέτω, *videat*) Ego, inquit Paulus, feci quod meum est: viderint, qui sequuntur.

¶ πῶς) *quomodo*, quam *sapienter*, quam *affabre.*

11 γὰρ, *enim*) Causa, cur tam deliberate dicat, *superstruit.*

¶ οὐδεὶς, *nemo*) ne Apollo quidem.

¶ θεῖναι, *ponere*) Corinthi & ubicunque Christus innotuit.

¶ ἰησοῦς χριστὸς, *Iesus Christus*) Convenienter hîc utrumque nomen ponitur.

12 εἰ) *num.* conf. *quale*, v. 13. Est interrogatio obliqua, quæ signum interrogationis non valde requirit. In v. 13 est apodosis, sive *num* valeat εἰ, sive *si.*

¶ χρυσὸν, *aurum*) Tria genera enumerat, quæ ignem ferunt: totidem, quæ comburuntur. Illa denotant homines vere fideles; hæc, hypocritas: & concreto includitur abstractum, ut connotentur doctrinæ veræ & solidæ, vel falsæ & subtilestæ; utrinque vel majoris vel minoris momenti. Etiam mica auri, autum est: etiam stipula levissima, ignem pascit.

¶ λίθους τιμίους, *lapides pretiosos*) Hoc non *gemmas* pusillas dicit, sed lapides nobiles, ut *marmor* &c.

¶ ξύλα, *ligna*) In mundo multa recte ædificantur ex ligno; sed non in ædificatione Dei. conf. Ap. XXI. 18 f.

¶ καλάμην) *stramen.*

13 ἔργον) *opus*, quod quivis exstruxit.

¶ ἡ ἡμέρα, *dies*) Domini. Sic Hebr. X. 25. conf. mox cap. IV. 3. 5, ubi ex intervallo, ut solet, clarius loquitur. Non excluduntur plane dies citeriores, qui ignem repræsentant, in adversis, in morte.

¶ δηλώσει, *declarabit*) omnibus. [*Complura, aliquibus certe, prius etiam revelantur: sed extremum Paulus atque certissimum ponit.* V. g.]

¶ ἐν πυρὶ ἀποκαλύπτεται) *in igne revelatur* sc. Dominus, cujus dies ille est: vel, opus. 2 Thess. I. 7. 8. *revelatur*, præsens, quia certum est & propinquum. Ap. XXII. 20.

¶ τὸ πῦρ, *ignis*) Metaphora, ut in toto hoc sermone.*) Significatur ignis diei novissimi & judicii divini, ut patet ex subsequente sermone proprio. c. IV. 5. 2 Cor. V. 10. [2 *Thess. I. 8.*] cui in die illo respondebit ignis visibilis.

¶ δοκιμάσει) *probabit:* non *purgabit.* Hic locus *ignem purgatorium* non modo non fovet, sed plane exstinguit: nam in novissimo demum die *ignis* probabit opus cujusque. ergo ignis purgatorius non præcedit. Neque ipso illo die *purgabitur* opus; sed, quale in utramvis partem *antea* fuerit, probabitur, quum vel manebit vel comburetur.

14 εἴ τινος, *si cujus*) Hinc Paulus ex fratrum constantia sibi gloriam polliceri [*hinc adhortationes etiam depromere*] solet. 2 Cor. I. 14. Phil. II. 16. 1 Thess. II. 19.

15 ζημιωθήσεται, *jacturam faciet*) mercede excidet, non salute. ¶ αὐ-

*) *Iniquissime h. l. tum de S. R.* Oetingero *tum de b.* Bengelio *actum esse in* Bibl. theol. *Tom. VI. p. 628, ubi* ignis proprie dictus *ea de caussa ab* Isto *assumtus perhibetur, quod in* Gnomone Bengeliano *hæc ipsa interpretatio prostet; id quidem pluribus probatum dedi in meiner* Beleuchtung &c. § *16, p. 67 - 69.* E. B.

¶ αὐτὸς) *ipse.*

¶ σωθήσεται, *servabitur*) quia fundamentum *hoc* non deserit. v. 12.

¶ ὡς, *ut*) Particula declarans & limitans: *ut* qui per *ignem* debuerit ire.

¶ διὰ, *per*) Sic διὰ, *per*, Rom. II. 27. *non citra ignem.* v. 13. Vt mercator naufragus, amissa merce & lucro, servatur per undas.

16 ναὸς, *templum*) Nobilissimum genus *ædificii.*

¶ ἐστὲ, *estis*) vos universi.

¶ τὸ πνεῦμα, *Spiritus*) Inhabitatio Spiritus sancti, & Dei, ejusdem dignationis est. Ergo eadem est Spiritus sancti dignitas, quæ Dei. c. VI. 19.

17 φθείρει, *perdit*) per schismata, ex mundi sapientia.

¶ φθερεῖ, *perdet*) talione justissima. Multæ sunt pœnæ, quæ non fluunt ex peccato per nexum physicum.

¶ ἅγιος, *sanctum*) divinum, inviolabile.

18 δοκεῖ) Frequens verbum hoc, & λογίζομαι, ad Corinthios: sed δοκῶ magis in priore; alterum, lenius, in posteriore. *si quis est sapiens, & talem se esse cogitat.* Sæpe enim, in hac præsertim epistola, δοκῶ hanc vim habet, ut res ipsa non negetur, sed hominis rem illam habentis existimatio de se ipso, vel justa vel inflata, connotetur. c. VII. 40. VIII. 2. X. 12. XI. 16. XIV. 37.

¶ σοφὸς, *sapiens*) Hîc præscindit a sapientia mundana vel divina. [*Misera sane sapientia, seipsum* decipere. V. g.] In qua enim quisque sapientia sapere vult, in eodem genere sapientiæ se prius stultum autumare debet, ut fiat sapiens.

19 ὁ δρασσόμενος τὰς σοφὰς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν) Eliphaz Iobi V. 13. LXX, ὁ καταλαμβάνων σοφὰς ἐν τῇ φρονήσει. Videntur apostoli verba LXX Interpretum maxime tenuisse in locis apud Hellenistas valde notis, v. gr. in Parschijoth & Haphtaroth, item in Psalmis; Hebraica autem, in locis minus usitatis, qualis est hic Iobi locus. Etiam alibi Paulus Iobum spectavit. Phil. I. 19 not.

¶ ἐν, *in*) non solum dum se sapienter agere putant, sed ita, ut ipsa eorum sapientia sit laqueus.

20 σοφῶν, *sapientum*) LXX, ἀνθρώπων, *hominum. Cogitationes* non per se, sed *sapientum* addito, respondet מחשבות Hebraico. Ps. XCIV. 11, LXX.

¶ εἰσὶ, *sunt*) *homines* videlicet cum suis cogitationibus. vid. Ps. cit. in Hebraicis.

21 ἐν ἀνθρώποις, *in hominibus*) Id pertinet ad extenuandum.

¶ πάντα, *omnia*) non modo *omnes.*

¶ ὑμῶν, *vestra*) Illa vestra sunt; non vos illorum. c. I. 12. 2 Cor. IV. 5.

22 παῦλος, *Paulus*) Paulus, quasi a se ipso alienus, in tertia persona loquitur, quomodo Corinthii de illo debebant loqui. Et se ipsum, quasi infimum, primo loco ponit.

¶ κηφᾶς, *Cephas*) In Petro quoque gloriabantur: ne id quidem recte. c. I. 12 not.

¶ κόσμος, *mundus*) Repentinus hic a Petro ad totum mundum saltus orationem facit amplam, cum quadam quasi impatientia enumerandi cetera. Petrus & quivis in toto mundo quamlibet excellens, vel ingenio, vel charismatis, vel munere, ecclesiastico vel politico. *vestra sunt*; vobis inserviunt, etiam inscienter. conf. de *mundo*, v. 19. c. IV. 9. VI. 2. VII. 31. Rom. IV. 13. Gal. IV. 3.

¶ εἴτε ζωὴ, εἴτε θάνατος, *sive vita, sive mors*) adeoque *vivi & mortui.* Conf. Rom. XIV. 8. Phil. I. 21.

¶ ἐνεστῶτα, *præsentia*) in terra.

¶ μέλλοντα, *futura*) in cœlo.

23 ὑμεῖς δὲ χριστοῦ, *vos vero Christi*) immediate: non interveniente Kepha.

¶ χριστὸς - θεοῦ, *Christi - Dei*) Huc resp. c. IV. 1.

¶ χριστὸς δὲ, θεοῦ, *Christus vero, Dei*) c. XV. 28. Luc. IX. 20.

CAP. IV.

1 Οὕτως, *sic*) Determinat, & ex præcedentibus repetit.

¶ λογιζέσθω, *reputet*) citra gloriationem. c. III. 21.

¶ ἀνθρώπους, *homo*) אישׁ *homo* quivis, noſtri ſimilis. c. III. 21.

¶ ὑπηρέτας, *miniſtros*) Luc. I. 2.

¶ χριστοῦ, *Chriſti*) in officio ejus: non, *hominum.*

¶ οἰκονόμους μυστηρίων θεοῦ, *oeconomos myſteriorum Dei*) Paulus miniſtros evangelii, ubi eos humillime deſcribit, tamen *oeconomos* agnoſcit. vid. Tit. I. 7 not. Conf. *Chriſti* & *Dei* cum c. III. 23. [Myſteria *ſunt doctrinae coeleſtes, quae citra DEI reuelationem ignorantur ab hominibus.* V. g.]

2 ὧδε) *Quod porro* Deus *quaerit* & homines *in oeconomis* ſuis; illud eſt, *ut aliquis fidelis reperiatur.* Huic paraphraſi reſpondet verſus 3.

¶ ζητεῖται, *quaeritur*) per inquiſitionem, cum tempus eſt. Correlatum *inveniatur.*

¶ πιστός, *fidelis*) Eo non contenti erant Corinthii.

¶ εὑρεθῇ, *inveniatur*) Interea quilibet vult fidelis exiſtimari.

3 ἐμοὶ) *mihi*, pro mea parte.

¶ δὲ) *autem*, quamvis fidelis reperiri poſſim.

¶ εἰς, *in*) Mitigans particula. Non contemno veſtrum judicium per ſe; ſed quando Dei judicium cogito, tum veſtrum pæne *ad* nihilum venit.

¶ ἐλάχιστον, *minimum*) Vnius Dei judicium magni fieri debet.

¶ ὑφ' ὑμῶν, *a vobis*) privatim. Antitheton: *ab humano die* publice. [*Limitat, quae c. III. 21 dixerat:* Omnia ſunt veſtra. V. g.]

¶ ἀνακριθῶ, *dijudicer*) fidelisne ſim, nec ne. Videbantur utique Corinthii fola fidelitate non eſſe contenti, ſed apoſtolus ἀποτόμως agit.

¶ ἀνθρωπίνης, *humano*) Hoc pertinet ad minuendum. [*Omnes dies, dominico citeriores*, humani *ſunt.* V. g.]

¶ ἡμέρας, *die*) Sic appellat in antitheto ad diem Domini. ἡμέρα, *dies* dicta rei agendæ. Eſtque hîc abſtractum, pro concreto, coll. *vobis*: item, locutio hypothetica; nemo enim fidelium erat apoſtolo diem dicturus.

¶ ἀνακρίνω, *dijudico*) Non debemus enim nos *dijudicare*, ſed *judicare.* ἀνάκρισις eſt *dijudicatio* unius, reſpectu aliorum; κρίσις, *judicium* ſimplex. Felix oblivio boni ſui. Sic vehementer refutatur *dijudicatio* Corinthiorum de Paulo.

4 οὐδέν) *nil*, perfidum. conf. *fidelis*, v. 2. Sic LXX, οὐ γὰρ σύνοιδα ἐμαυτῷ ἄτοπα πράξας, Iob XXVII. 6. Quem conſcientia accuſat, is tenetur ſe dijudicare.

¶ οὐκ ἐν τούτῳ δεδικαίωμαι) *non in hoc*, ſi me ipſe dijudicem, *juſtificatus ſum.* Iudicium enim ſupereſt. Iuſtificabit me Dominus, v. 5. Paulus vel ſpectari poteſt ut judex ſui ipſius, vel ut teſtis. Vt teſtis ſcit, ſe nihil ſibi conſcium eſſe. Vt judex non audet ideo ſe dijudicare, ſive pronunciare, ſe juſtificatum eſſe.

¶ ἀνακρίνων με) *dijudicans me*, non refugientem, in ſuo adventu, v. 5, & juſtificans. b)

5 κρίνετε, *judicate*) Non dicit, ἀνακρίνετε, *dijudicate.* propius alludit ad judicium, quod Dominus aget.

¶ ὁ κύριος, *Dominus*) Ieſus, cui ſervimus. v. 1.

¶ καὶ) *etiam.* non modo judicabit, ſed judicium proferet.

¶ φωτίσει) φωτίζειν eſt *lucem inferre in rem,*

b) κύριός ἐστιν, *Dominus eſt*] Jeſus Chriſtus, v. 5. Hujus, cum DEO mentio ſimul injicitur, ut v. 1. *V. g.*

rem, v. gr. φωτίζειν τὴν νύκτα, Ex. XIV. 20 in marg. ed. Wech. *lucem inferre in noctem:* vel, *rem proferre in lucem.* 2 Tim. I. 10. Vtrumque tum fiet.

¶ τὰ κρυπτὰ, *abſcondita*) Sane *cor* hominis, *crypta* eſt.

¶ τῶν σκότες, *tenebrarum*) quo nulla acies humana penetrat.

¶ φανερώσει, *manifeſtabit*) ita, ut tum demum nos plane cognituri ſitis.

¶ τὰς βελὰς, *conſilia*) quis *fidelis* fuerit, vel minus.

¶ τῶν καρδιῶν, *cordium*) Vt *cor* eſt, ita actio eſt *juſta* & *laudabilis*, vel ſecus.

¶ τότε, *tunc*) Eo exſpectate.

¶ ἔπαινος, *laus*) Mundus laudat ſuos principes, duces bellicos, legatos, ſapientes, artifices: Deus miniſtros ſuos deinde laudabit. Matth. 25, 21. n.

¶ ἑκάςῳ) *cuivis*, *laudabili*, fideli œconomo. vos unum duntaxat laudatis, v. gr. Paulum. Sic *quivis*, c. III. 8. De laude a Deo, vid. Matth. XXV. 21. Etiam ii, qui non ſunt fideles, laudem exſpectant, ſed laus eorum erit opprobrium. Itaque vocabulo *laus*, per euphemiam, connotatur etiam contrarium, ut in *probabit* &c. c. III. 13. VIII. 8. 10 not. Sic *benedictio* complectitur etiam *maledictionem*. Gen. XLIX. 28. 7. Similis locus 1 Sam. XXVI. 23 (24.)

6 ταῦτα) *haec*, quæ inde a cap. I. 10 ſ. exſtant.

¶ μετεσχημάτισα, *transfiguravi*) Conf. 2 Sam. XIV. 20. *Schema* in eo eſt, quod Paulus ea, quæ Corinthios admonerent, non ſolum in ſecunda, ſed in prima potiſſimum perſona ſcripſit, v. 3. 4, ut cauſæ *ſenſus* moderati, quibus Paulus & Apollo movebantur, eædem Corinthios moverent, v. 16, & Corinthii de Paulo cogitarent, quomodo Paulus de ſeſe.

¶ μάθητε, *diſceretis*) Hoc verbo componit Paulus elatos Corinthios.

¶ γέγραπται, *) *ſcriptum eſt*) Conf. ככתוב 2 Chron. XXX. 5. *Scriptum*, in tota Scriptura, unde modo c. III. 19 ſ. citata ſunt aliqua: nam præter eam, & ultra eam, ſentire *non oportet*. Rom. XII. 3. XV. 4. Ea canon eſt reſpectu omnis ſenſus ſpiritualis: & canonem migrare non licet. 2 Cor. X. 13. In Scriptura, cujus archetypon in cœlo eſt, deſcribitur communis ratio omnium fidelium, qua Dominus quemvis judicabit, & qua quisque ſolum Chriſtum ſuſpicere, quisque ſe ipſum cenſere potius debet, quam iis donis, qua alios antecellit aut ſe antecellere putat. (Luc. X. 20.) [*Adde, quod Scriptura DEO ſoli gloriam tribuit; homini, nullam omnino, c. I. 31; adeoque humana gloriatio Scripturae contrariatur ejuſque uniuerſo ſenſui. Luc. XVI 15-18. 29. Eſai. LXVI. 2.* V. g.] Congruit mox *unus*, *uno*. Tali modo *boni* omnes, & *mali*, (Iud. v. 4.) pridem in Scriptura notati ſunt.

¶ εἷς ὑπὲρ τὸ ἑνὸς, *unus pro uno*) Definitio ſectæ, ubi ſinguli ſingulos mirantur & ſequuntur. Articulus τὸ addit emphaſin. Vnicus miniſter non eſt ſolus.

¶ φυσιᾶσθε) Subjunctivus, pro φυσιῶσθε, ut ζηλᾶτε pro ζηλῶτε Gal. IV. 17. Eſt vero irregularis iſta forma Subjunctivi, quam nonnulli indicativum vocant. Singularis ratio contractionis. Non enim credibile eſt, tantum apud hæc verba indicativum pro ſubjunctivo poni.

¶ ἑτέρᾳ, *alterum*) v. gr. contra Apollo

7 τίς) *quis?* non tu, non alius homo: ſed, ſi modo aliquid habes eximium, Deus ſolus.

¶ σὲ, *te*) Hoc & ad Corinthium aliquem referri poteſt, &, mutato *ſchemate*, ad Paulum. σὲ, *te* ipſum, quantus quantus es:

*) *Verbum* φρονεῖν, *poſt* γέγραπται *paſſim obuium, ſed per marginem* utriuſque Ed. *in medio quaſi relictum, omiſit Auctor in* Vers. germ. E.B.

es: in antitheto ad dona, quæ acceperis vel non acceperis.

¶ διακρίνει, *discernit*) vel, discrimine aliquo eximie distinguit.

¶ τί δὲ ἔχεις, ὃ οὐκ ἔλαβες; *quid vero habes, quod non accepisti?*) Sensus: *quicquid habes, non a te, sed a Deo accepisti.* vel: *multa sunt, quae non accepisti; eaque idcirco non habes, nec venditare potes. aut accepisti, aut non accepisti: si non accepisti, non habes. si accepisti, non nisi acceptum habes, citra causam gloriandi.* Is quem Paulus hîc alloquitur, est homo, v. gr. Paulus, cujus sensum Corinthius imitari debet. Posterior sensus vim τε & δ, quod mox sequitur, expressiorem facit; & antanaclasin ostendit in *non accepisti*: *non accipiens.*

¶ ὡς μὴ λαβών, *quasi non accipiens*) quasi a te ipso habeas.

8 ἤδη) *jam*, præ nobis. Congruit mox, *sine nobis.*

¶ κεκορεσμένοι, *saturati*) Gradatio: *saturi, divites, reges.* Oppositum: *esurimus* &c. v. 11 s. Varium ἦθος, incomparabilem asteismum, & copiosum salem, ut duæ epistolæ ad Corinthios, sic inprimis hic locus habet; ut vel Corinthiorum vel apostolorum respectu, de internis vel externis, de rebus ipsis vel de opinione inflata Corinthiorum, accipiendus sit. Revera lautus erat Corinthiorum status spiritualis; lautus etiam apostolorum. Recte. sed apostolos crux foris macerans retinebat, ne sibi eo placerent: Corinthii etiam in rebus externis lauti, sibi placebant & plaudebant, haud recte. Itaque Corinthii imitabantur filios, qui illustrati parum curant humiles parentes. ex saturitate, fastidium habebant: ex opulentia, insolentiam: ex regno, superbiam.

¶ χωρὶς ἡμῶν, *sine nobis*) Ambiguum novum & aptum. non habetis nos consortes; inde, non habuistis nos adjutores. obliti estis nostri, sicut dicitur, πολλοὶ μαθηταὶ κρείττονες διδασκάλων.

¶ ἐβασιλεύσατε, *regnavistis*) ad regnum perveniſtis. Majestas Christianorum.

¶ καὶ ὄφελόν γε, *atque utinam*) i. e. non invideo vobis, modo vobis revera quam optime sit. 2 Cor. XII. 14 s.

¶ ἵνα καὶ ἡμεῖς, *ut etiam nos*) Vbi vos consummati eritis, otium & finis erit tribulationis apostolicæ.

¶ συμβασιλεύσωμεν, *una regnaremus*) Modeste: *vobiscum.* conf. c. IX. 23. III. 22.

9 δοκῶ, *videtur mihi*) Sensus demissus: clemens mimesis. Corinthii ἐδόκουν *videbantur* sibi præcellere.

¶ τοὺς ἀποστόλους, ἐσχάτους, *apostolos, ultimos*) ἔσχατος, *vilissimus.* v. 10 s. Opposita, uno loco posita. Etiam prophetæ affligebantur; sed multo magis apostoli. Et prophetæ poterant hostes suos tollere, v. gr. Elias: [*tantaque apud homines eorum existimatio erat, ut vel Magnates reuereri eos, & honorificis modis aut insequi aut accersere tenerentur, 2 Reg. I. 10. V. 9. VIII. 9. 12.* V. g.] at apostolorum erat pati & perpeti. v. 12.

¶ ἀπέδειξεν) Latini, *munus ostendere, munus declarare*: de spectaculis.

¶ ἐπιθανατίους) προσδοκωμένους ἀποθανεῖν. vide Hesychium.

¶ τῷ κόσμῳ, *mundo*) Hic subdividitur mox in angelos & homines, articulo non repetito.

¶ καὶ ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις, *& angelis & hominibus*) bonis; sed magis, malis.

10 μωροὶ, *stulti*) c. I. 21.

¶ διὰ χριστὸν - ἐν χριστῷ, *propter Christum - in Christo*) Hoc in sequentibus duobus membris repetendum. Salva veritate, de uno subjecto; vel de diversis subjectis, quorum eadem est ratio; v. gr. de Paulo & Corinthiis, diversa possunt prædicari; pro diverso respectu, quem h. l. *propter* &

&*in* exprimit. *propter* in ſervos, *in* in conſortes convenit.

¶ ἔνδοξοι) exiſtimatione intenſiva: at ἄτιμοι, mox, etiam exiſtimatione ſimplici ſpoliati.

¶ ἡμεῖς δὲ, *vos vero*) Hîc poſtponitur prima perſona, qua v. ſeq. pergit.

11 γυμνιτεύομεν, *nudi ſumus*) Summus inopiæ gradus. 2 Cor. XI. 27. [*Tantum abfuit, ut ſplendore aliquo regni Chriſti praecones ornati eſſent. Nos prorſus alios imaginamur.* V. g.]

¶ κολαφιζόμεθα, *colaphis caedimur*) velut ſervi: adeo non *regnamus*.

12 κοπιῶμεν) *laboramus*, quaſi neceſſitate adacti. Id pauci faciebant Corinthii.

¶ εὐλογοῦμεν - ἀνεχόμεθα - παρακαλοῦμεν, *benedicimus - toleramus - rogamus*) i. e. non reponimus convicia, perſecutionem, blaſphemiam; ſed tantum benedicimus. nil aliud licet: id mundus ſpretum putat.

13 περικαθάρματα· περίψημα) Vtrumque vocabulum ponitur pro *purgamentis*. quo denotantur homines non ſolum abjectiſſimi, ſed piaculares. כפר *περικάθαρμα δικαίᾳ, ἄνομος.* Prov. XXI. 18. *τὸ ἀργύριον περίψημα τῇ παιδίᾳ ἡμῶν γένοιτο.* Tob. V. (18) 26. adde Ierem. XXII. 28, ubi עצב נבזה nonnulli verterunt: *περίψημα φαῦλον.* Heſychius: *περίψημα, περικατάμαγμα, ἀντίλυτρα, ἀντίψυχα, ἢ ὑπὸ τὰ ἴχνη πάντων. περίψημα* Euſtathio eſt *σπόγγισμά τι* ideoque tenuius, quam λῦμα, hoc (λῦμα) mollius quam *κάθαρμα*, cujus vim *τὸ περὶ* intendit. quare Paulus dicit *περικαθάρματα τοῦ κόσμου, περίψημα* non ſolum *mundi* perſequentis, ſed *omnium*, quamvis non perſequantur nos. *mundus* nos odit; *omnes* nos contemnunt.

¶ ἕως ἄρτι, *usque huc*) Epanalepſis, coll. v. 11 init.

14 οὐκ ἐντρέπων, *non pudefaciens*) Exquiſita ἐπιθεραπεία. *Pudefacere* Corinthios potuiſſet ipſorum ac Pauli diſſimilitudo, filiorum & genitoris. Ἐντροπὴ in animo apoſtoli non finis erat, ſed medium: ſicut etiam alias dicit, noluiſſe ſe eos contriſtare, cum tamen revera ſic factum fuerit. Sæpe quendam quaſi leporem apoſtolus, ſalva gravitate apoſtolica, adhibet. ex. gr. 2 Cor. XII. 13 not.

¶ νουθετῶ, *moneo*) ut pater. Eph. VI. 4.

15 παιδαγωγοὺς, *paedagogos*) quamlibet evangelicos, *in Chriſto*, non legales. Oppoſita: plantare; rigare: fundamentum ponere; ſuperædificare: gignere; educare.

¶ οὐ πολλοὺς, *non multos*) Vnusquisque regenitus pariter non habet multos patres. Non dicit Paulus: *unum patrem*; nam hoc ſoli Deo convenit: ſatis tamen declaratur *non multos* per *ego* ſubſequens. Non ſolum Apollo excluditur, ſucceſſor; ſed etiam comites, Silas & Timotheus. Act. XVIII. 5. Spiritualis paternitas ſingularem neceſſitudinem & affectionem conjunctam habet, præ omni alia propinquitate.

¶ ἐν γὰρ χριστῷ ἰησοῦ, *nam in Chriſto Ieſu*) Hoc expreſſius, quam modo, *in Chriſto*, ubi de aliis, pædagogis, loquitur.

16 παρακαλῶ, *hortor*) Brevis hortatio poſt longam & veram exempli ſui commemorationem, valet.

¶ μιμηταί μου, *imitatores mei*) *ut filii*. Senſum illum, qui in nobis alitur per crucem, vos colite etiam ſine cruce, faſtu depoſito. Imitationem ſui proponit illis, quibuſcum fuerat. Gal. IV. 12. Phil. III. 17.

17 τιμόθεον, *Timotheum*) c. XVI. 10.

¶ τέκνον μου, *filius meus*) adeoque *imitator*. Paulus Timotheum fratrem appellat, 2 Cor. I. 1 not. ſed hoc loco *paternus* obtinet affectus.

¶ ἀγαπητὸν, *amatus*) cui libenter negotium dedi.

¶ πιστὸν, *fidus*) cui negotium dare potui.

¶ ἀναμνήσει, *admonebit*) Non dicit, *docebit*. norant Corinthii: admonitu opus erat.

¶ τὰς ὁδάς μου, *vias meas*) quas tenui apud vos.

¶ καθὼς, *ficut*) ut διάκονος, *miniſter*.

¶ ἐκκλησίᾳ, *eccleſia*) Singularis numerus cum emphaſi.

18 ὡς, *tanquam*) Quia Timotheum mitto, putant me non venturum. Id valet δὲ *autem* particula.

¶ ἐφυσιώθησάν τινες, *inflati ſunt quidam*) Hoc ſcripſit Paulus in lumine divino: cogitationes illorum in præſenti, dum hæc legerentur, naſcentes retegens & convincens. Inflabantur variis de rebus, v. ſeq. c. V. 2. Eos, inquit, adventu meo compeſcam. Potuerat forſan etiam hanc inflationem apoſtolus cognoviſſe ἐκ τῶν τῆς χλόης (c. I. 11.) At Corinthii non videntur de dilato apoſtoli adventu inflati eſſe, niſi poſtquam cum hac ipſa epiſtola Timotheum miſit, alterum ipſum. Tum vero ſubito obortæ ſunt cogitationes iſtæ inflatæ: ipſe ergo Paulus non veniet. Vitium Corinthiis frequens, *inflatio*.

19 ἐλεύσομαι, *veniam*) Paulus eccleſias paſſim, de ſuo adventu ſcribens, in officio continet.

¶ ἐὰν ὁ κύριος θελήσῃ, *ſi Dominus voluerit*) Sapienter hanc addit conditionem. Inciderunt deinde nonnulla, ne ſtatim veniret.

¶ γνώσομαι) *cognoſcam*. Verbum judiciale. Hîc & v. 21 paternam oſtendit *poteſtatem*, homo foris adeo abjectus. v. 9 ſ.

¶ οὐ τὸν λόγον, *non ſermonem*) grandem, inanem.

20 οὐ γὰρ, *non enim*) Axioma.

¶ ἐν δυνάμει, *in potentia*) Vim habet articuli abſentia, uti Eph. IV. 21. [*Tua Chriſtianiſmi* potentia *qua in re conſiſtat, perpende*. V. g.]

21 τί θέλετε; *quid vultis?*) Eligite. [*Conf. 2 Cor. XIII. 3. Sic etiamnum tum quoad caput rei tum quoad varios caſus valet iſtud*: quid vis? Amori *locum fac facias*. V. g.]

¶ ἐν ῥάβδῳ, *cum virga*) paterna. Conf. Es. XI. 4.

¶ ἢ, *aut*) Hoc mallet Paulus.

CAP. V.

1 Ὅλως, *omnino*) Particulam hanc Paulus alibi nuſquam, in hac autem epiſtola, ſuo convenienter animo, ter poſuit. h. l. & c. VI. 7. XV. 29. atque his & omnibus aliis in locis particula ὅλως *omnino* aut ponitur in oratione negante, aut orationi neganti implicite contradicit. ſic Chrys. Hom. 5 c. Anom. *Veruntamen, etſi parum differt homo ab angelo*, ἐπειδὴ ὅΛΩΣ ἐσί τι μέσον, *cum aliquid nihilominus intereſt, non ſcimus accurate, quid ſint angeli*. Sic h. l. ὅλως nulla debebat in vobis audiri ſcortatio: at auditur ὅλως. Eadem particulæ τὴν ἀρχὴν ratio.

¶ ἐν ὑμῖν, *de vobis*) veſtro nomine.

¶ πορνεία, καὶ τοιαύτη πορνεία, *ſcortatio, & talis ſcortatio*) Gravis iteratio: quo magis commoverentur Corinthii.

¶ οὐδὲ, *neque*) Infandum flagitium, etiam apud gentes, ſi aliquot monſtra excipias. προθεραπεία commatis ſubſequentis, ὥστε. Oſtendit apoſtolus, etiam gentes a tali flagitio abhorrere.

¶ γυναῖκα, *mulierem*) Hæc ſine dubio fuit ethnica: ideo non eam redarguit. v. 12 ſ. *Pater*, ut exiſtimare licet, obierat.

¶ ἔχειν, *habeat*) uno actu, aut ipſo ſtatu. v. 2. 3.

2 καὶ ὑμεῖς, *& vos*) Vrget.

¶ πεφυσιωμένοι, *inflati*) [*quaſi nulla in vobis culpa reſideret*, V. g.] Vis verbi patet ex oppoſito, *lugere*.

¶ ἐστε, *eſtis*) adhuc.

¶ ἐπενθήσατε, *luxiſtis*) Ipſe Paulus hæc ſcri-

scripsit lugens, imo flens. 2 Cor. II. 4. lugere debemus de peccatis alienis, 2 Cor. XII. 21, *poenitentiam agere*, de nostris: utrumque, de peccato primo & originali.

¶ ἵνα, *ut*) Non habuistis luctum, qui vos moveret, *ut* &c.

¶ ἀρθῇ, *tolleretur*) Iam in mente habet Paulus, quod scripturus est versu 13. Mitius verbum ἆραι h. l. quam ἐξαίρειν deinde. c)

3 ἐγὼ μὲν γὰρ, *equidem*) Antitheton inter pœnam leviorem, quæ a Corinthiis fuerat statuenda; & gravem, quæ a Paulo intentatur. inde etiam v. 2, ποιήσας, *faciens*, leniore verbo; v. 3, κατεργασάμενον, *operatum*, graviore. Postea Corinthii fecerunt, quod debebant; 2 Cor. II. 6. ideo graviore animadversione in peccatorem (hîc, v. 5,) superfederi potuit. Inde gaudium Pauli. 2 Cor. I. 24. II. 1 ss.

¶ τῷ πνεύματι, *spiritu*) Col. II. 5. 2 Reg. V. 26.

¶ ἤδη κέκρικα, *jam judicavi*) Graviter suspensa manet & vibrat oratio usque ad v. 5, ubi *operatum* reassumitur in *talem*.

¶ ὡς παρὼν, *ut praesens*) Constr. cum *tradere*. ibid.

¶ τὸν οὕτω τοῦτο) Demonstrativum triplex.

¶ οὕτω, *sic*) tam indigne, *sic*, dum frater dicebatur.

4 ἐν τῷ ὀνόματι, *in nomine*) Constr. cum *tradere*.

¶ τοῦ ἐμοῦ πνεύματος, *meo spiritu*) v. 3.

¶ σὺν τῇ δυνάμει, *cum potentia*) *Spiritus* & *potentia* fere sunt synonyma. Paulus de se loquens, *Spiritum* adhibet; de Christo, *potentiam*. conf. 2 Cor. XIII. 3. Matth. XXVIII. 20. XVIII. 20. Hypotyposis i. e. ita, ut virtus Domini statim se exserat.

5 παραδοῦναι, *tradere*) Id apostoli erat, non Corinthiorum. conf. 2 Cor. XIII. 10 not. & 1 Tim. I. 20 not. Specimen summi gradus vindictæ in rep. christiana, primis illis temporibus conveniens. *)

¶ ὀλέθρον) *perniciem*, mortem, etiamsi non subitam. Id Hebræo כרת respondet. conf. c. XI. 30.

¶ τῆς σαρκὸς, *carnis*) qua peccarat. [*1 Petr. IV. 6. coll.*, *quoad* spiritum, *Rom. VIII. 10.* V. g.]

6 οὐ καλὸν, *non bona*) τὸ *non* obnititur securitati Corinthiorum.

¶ τὸ κάυχημα, *gloriatio*) Ea per se bonum quiddam est & pulchrum, c. XV. 31, sed ubi non solicite custoditur, laborat, & ad *inflationem* accedit. v. 2. **)

¶ μικρὰ - ζυμοῖ) Iambicus senarius. Gal. V. 9.

¶ ζύμη, *fermentum*) unum peccatum, unusque peccator.

¶ φύραμα, *massam*) cœtum.

¶ ζυμοῖ, *fermentat*) reatu & exemplo latissime serpente. [*Quanto, eheu! temporum tractu, & quanto gradu uniuersum Christianum orbem, si ab iis quae renouantur discesseris, massam esse oportet colluuiemue penitissime fermentatam!* V. g.]

7 τὴν παλαιὰν, *vetus*) ex gentilismo, & naturali corruptione.

¶ ἵνα

c) τὸ ἔργον, *facinus*] Fuit actio prava, citra matrimonium. *V. g.*

*) *De mera* excommunicatione, *judaico dicendi more, intelligi hæc* posse, *facile largiturum se esse fatetur cel. D.* Ernesti, *nisi* carnis pernicies *obstaret;* Bibl. theol. nouiss. T. I. p. 507. *Obstant etiam plura: dummodo Scripturæ analogia pluris æstimetur, quam nimia fingendi licentia.* E. B

**) *Immo vero* negligenter hoc est (*ne subdole, dicam*) censuras *scribere, quod* Paraphrasis Semleriana *ad h. l. exhibet. Nimirum pronomen* vestra, *in Gnomone non expressum, addit Censor, quasi* Bengelius Corinthiorum *istam* gloriationem, *Paulo contradicens*, bonam *prædicauerit. Vide, Lector:* non *gloriatio* Corinthiorum, *qualis tum fuit, sed* gloriatio per se *spectata, bonum quiddam & pulcrum* Bengelio *dicitur. Hanc oscitantiam pluribus exagitare parco.* E. B.

¶ ἵνα ἦτε νέον φύραμα, *ut sitis nova massa*) universi, sublato malo.

¶ καθὼς, *sicut*) Tertium hujus versus comma pendet potius a primo, quam a secundo.

¶ ἄζυμοι, *infermentati*) singuli, ex conversione. c. VI. 11.

¶ τὸ πάσχα, *pascha*) Scripta est epistola circa Pascha. c. XVI. 8. *)

¶ ἡμῶν, *nostrum*) Christianorum. Pascha Iudaicum, typus paschatis Christiani & novi.

¶ ἐτύθη) *immolatum est.* Paulus loquitur in præterito. multo magis locuturus erat in præsenti, scopo ejus ita requirente, si sacrificium Missaticum agnovisset. Hesychius: ἐτύθη, ἐσφάγη.

8 ἑορτάζωμεν, *festum agamus*) Vulgatus, *epulemur*: verbo appositio.

¶ παλαιᾷ, *veteri*) Iudaismi & Ethnicismi. Genus.

¶ κακίας καὶ πονηρίας) Species. κακία est vitium virtuti contrarium, eique puræ, sive τῇ εἰλικρινείᾳ· πονηρία est in iis, qui κακίαν obnixe retinent & defendunt, oppoliturque τῇ ἀληθείᾳ. Ammonius: πονηρὸς, ὁ δρασικὸς κακῶ. conf. v. 13. *Sinceritas* cavet, ne cum bono malum admittat; *veritas*, ne malum pro bono admittat.

9 ἔγραψα, *scripsi*) Nova pars epistolæ, superiori congruens. coll. v. 1.

¶ ἐν τῇ ἐπιστολῇ) *in epistola* ante hanc scripta. **) Eam Corinthii non satis intellexerant: ideo Paulus jam declarat. Non est dubium, quin Paulus & Petrus & ceteri apostoli multa, quæ hodie non exstant, scripserint. conf. c. XVI. 3. 2 Cor. X. 10.

¶ μὴ συναναμίγνυσθαι, *non commiscere*) per conversationem. v. 11 fin.

¶ πόρνοις, *scortatoribus*) πόρνος, alias, scortum masculum; sed h. l. dicitur de omni eo, qui scortatur. Subaudi hîc quoque ex v. 11, *aut avaris &c.*

10 καὶ) *idque.*

¶ οὐ πάντως, *non plane*) Sermo non est universalis negans, sed particularis negans. Rom. III. 9 not.

¶ τοῦ κόσμου τούτου, *mundi hujus*) [*ubi in auaros, rapaces &c. nusquam non incidas.* V. g.] Antitheton, *frater*, v. 11.

d) ¶ ἅρπαξιν, *rapacibus*) Hos potius, quam *fures* appellat: quia *furtum* non apparet. [*Connotantur, qui alienas res vel vi vel injuria captant.* V. g.] Tria flagitiorum genera commemorat, quæ sunt contra hominem ipsum, proximum, ac Deum.

¶ ἐπεὶ ὀφείλετε ἄρα, *alioqui deberetis*) Alii ὠφείλετε scripsere, pro ὀφείλετε· sed præsens adhibetur etiam c. VII. 14: ἐπεὶ ἄρα τὰ τέκνα ὑμῶν ἀκάθαρτά ἐστι. Quæ sine limitatione expressa scribuntur, non debent semper absolute accipi, si aliquid inconveniens inde consequatur. Locum habet hodie parodia: alioqui deberetis ex terra a Christianis habitata emigrare. Vitandi sunt igitur inprimis, qui inter Christianos præ aliis probi haberi volunt, & tamen sunt *scortatores* &c.

¶ ὀφείλετε, *deberetis*) Sic enim tolleretur omne commercium civile. c. X. 27. Quod Monachis est perfectio evangelica, id Paulo est ἄτοπον & inconveniens.

¶ κόσ-

*) *Conf. cel.* Michaëlis, *in der* Einleitung *&c. T. II. p. m.* 1342. E. B.

**) *Confirmat hanc sententiam cel.* Michaëlis, *in der* Einleitung &c. *T. II. p. m.* 1314. 1373 *sqq. Sed indefinite epistolam* aliquam (*articulo* τῇ *loco* τινὶ *posito*) *antehac scriptam innui, cel. D.* Ernesti *censet*, Bibl. theol. *T. VIII. p.* 671. *Atqui* 2 *Cor. II.* 8, *ad quem locum prouocat, aperte Apostolus ad* hanc, *priorem, epistolam remittit; non ad aliam* quamcunque. *Neque etiam reliquis in locis, quæ l. c. producuntur*, otiosum *esse* articulum, *facile repeeiit, qui inquirere non grauatur.* E. B.

d) πλεονέκταις, *auaris*] lucri sui studiosis. *V. g.*

¶ κόσμῳ, *mundo*) qui ſcatet flagitioſis.

11 ἀδελφὸς, *frater*) Ordinaria appellatio.

¶ ὀνομαζόμενος, *qui nominatur*) Medium.

¶ πόρνος, *ſcortator*) Enumerantur hîc flagitia, quorum nomine alii vitandi ſunt: tum cap. VI. 9 ſ. adduntur plura, quorum nomine ſibi quisque timere debet.

e) ¶ μηδὲ συνεσθίειν, *ne edere quidem ſimul*) non modo non *apud talem*, ut hoſpitem, ſed ne *cum* eo quidem, apud tertium. Infimus gradus commercii, quo homines *inter ſe promiſcue agunt*, (v. 9.) *edere ſimul*. Etiam apud Iudæos חרם excommunicatio tollebat communitatem cibi. Non edendum cum eo, qui non poterit *ſimul edere* cum ſanctis in regno Dei c. VI. 10. Viderit eccleſia hodierna, in qua convivæ eucharistici non ſunt inſtar liberorum in una domo, ſed inſtar variorum hoſpitum in magno diverſorio.

12 Τί γάρ μοι καὶ τοὺς ἔξω κρίνειν; οὐχὶ τοὺς ἔσω ὑμεῖς κρίνετε;) Artemonius p. 212 Clerici conjecturam refert, paucisque mutatis eam ſic repræſentat: τί γάρ μοι καὶ τοῖς ἔξω; καὶ νῦν ὄυν τοὺς ἔσω ὑμεῖς κρίνετε. Multiplex literarum commutatio, qua verbum maxime neceſſarium κρίνειν obliteratur. Si Pauli ſenſus fuiſſet, *quid mihi & externis?* ἐμοὶ tuliſſet Græcum idioma, non μοι. Τί γάρ μοι καὶ τοὺς ἔξω κρίνειν ſcil. ἐστί; *quid enim mihi etiam externos judicatio eſt?* (Verbalia regunt caſum verbi: *Curatio hanc rem.*) Simillimæ locutiones: ἐνατί μοι ζῆν; Gen. XXVII. 46. ὅ σοὶ, ὀζία, θυμιᾶσαι, 2 Chron. XXVI. 18. οὐκ ἔστι γάρ χαίρειν, λέγει κύριος, τοῖς ἀσεβέσιν, Es. XLVIII. 22. ὅπως μὴ γένηται αὐτῷ χροτριβῆσαι, Act. XX. 16. πόθεν σοι ταῦτα εἰδέναι; *Hippolytus* de antichriſto, cap. XXXII. Hæc ad totam ſententiam: nunc verba ſingulatim expendemus.

¶ καὶ) *etiam*. q. d. Satis negotii mihi, *qui intus ſunt*, faceſſunt. *)

¶ κρίνειν, *judicare*) Iudicat, qui non *commiſcetur*.

¶ οὐχὶ, *nonne*) Ex eo, quod in eccleſia fieri ſolet, interpretari debuiſtis monitum meum. v. 9. Cives judicatis, non alienos: quanto magis ego? Sic *judicatis* notabit judicium rectum. Poteſt autem etiam prævius isque opportunus eſſe aculeus in Corinthios, qui *eos qui intus erant judicabant*, quum *ſanctos* haberent a judiciis *rerum ad victum pertinentium remotos*. c. VI. 1 ſ.

13 τοὺς δὲ ἔξω, *externos vero*) Cognitio de pernicie aut ſalute gentium eſt Reſervatum divinum.

¶ κρινεῖ) *judicabit*. Rom. II. 16. Subaudi: *& hoc judicium nos Deo ſubmiſſe relinquimus*. Sic propius cohæret & ſubſequens.

¶ καὶ, *&*) Epiphonema, utrique parti hujus capitis conveniens. Particula καὶ cum tota ſententia huc citatur ex LXX, Deut. XVII. 7. XIX. 19. XXIV. 7. καὶ, *atque ita*. Non autem præfigitur h. l. illud, *ſicut ſcriptum eſt*: idque fit vel *ſeveritatis* cauſa, vel quia ἐξαρεῖτε, Hebr. וּבַעַרְתָּ apud Moſen de improbo ex populo per ſupplicium; apud apoſtolum de improbo ex eccleſia per excommunicationem tollendo ponitur.

¶ τὸν πονηρὸν, *improbum*) v. 2. 9.

¶ ὑμῶν αὐτῶν, *vobis ipſis*) Sic LXX ſæpe. Antitheton, *externos*, h. l.

CAP.

e) μέθυσος, *ebrius*] Innuit eum, qui vino ſe ingurgitat, etiamſi non prorumpat in effrenatas debacchationes. *V. g.*

*) *Attamen hæc ipſa particula & minoris æſtimatur in* Ed. 2, *quam in* Ed. maj., *& plane omittitur in* Vers. germ. E. B.

CAP. VI.

1 Τολμᾷ, *audet*) Grandi verbo notatur læsa majestas Christianorum. *)

¶ τὶς, *aliquis*) vel unus.

¶ κρίνεσθαι) Medium, i. e. κρίμα ἔχειν, v. 7.

¶ ἀδίκων, *injustis*) Omnis *infidelis injustus*, plerumque etiam civiliter.

¶ ἐπὶ τῶν ἁγίων, *sub sanctis*) Christianis. Magnum jus fidelium, etiam civilia negotia inter se componendi: neque debet magistratus sese totum ingerere rebus privatis, nisi eorum, a quibus aditur. Iudæis multa indulgebant magistratus gentium: nec ab Iudæis adhuc in ea parte distincti erant Christiani.

2 ἢ οὐκ οἴδατε, *an nescitis*) Sexies hoc uno capite hæc formula adhibetur, magna vi. Sciebant Corinthii, & se scire gaudebant; sed contra agebant.

¶ οἱ ἅγιοι, *sancti*) judicati prius ipsi.

¶ τὸν κόσμον, *mundum*) eos universos, qui non sunt *sancti*. Antitheton, ἐλαχίστων, *minimis*. conf. c. III. 22.

¶ κρινοῦσι, *judicabunt*) Futurum: coll. v. 3. Ap. XX. 4. Interponitur præsens, *judicatur*: soll. Ioh. XV. 8. Etiam civilis potestatis potiti sunt sancti sub Constantino M. id quod præludium est **) futurorum. [*Maximarum rerum Scriptura, tanquam in transitu, radium subinde aliquem exhibet. Superbi talia contemnunt: at humiles corde, sobriâ videlicet mente, reposita tenent. Occulta Sanctis majestas est, suo tempore revelanda.* V. g.]

¶ ἐν, *in*) Conf. Act. XVII. 31.

¶ ἀνάξιοί ἐστε, *indigni estis*) Communicatio.

3 ἀγγέλους, *angelos*) eos, qui non sunt *sancti*: & sic quoque homines malos. Non additur articulus. Gradatio, respectu *mundi*.

¶ βιωτικὰ, *res ad victum pertinentes*) viles, si ad angelos comparentur.

4 τοὺς ἐξουθενημένους ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ) *eos qui in ecclesia sunt vel tenuissimi*; quosvis potius, quam ethnicos. *minimus* quisque vel maxima in rebus externis negotia capit. [*adeoque non ad antiquas quidem* ethnicorum *leges, attamen ex vera* æquitate *dirimere valet.* V. g.] conf. c. I. 28. XI. 22. itaque καθίζετε *collocate* est imperativus. [*Neque tamen judicum ethnicorum juri quidquam ea re decedere existimandum erat.* V. g.]

5 πρὸς ἐντροπὴν, *ad pudorem*) Compescitur *inflatio* Corinthiaca. c. XV. 34.

¶ σοφὸς, *sapiens*) Sapientiam mirabantur alias: & sapientia ad *dijudicandas* res *facultatem* parit.

¶ οὐδὲ εἷς, *ne unus quidem*) Vel tenuissimus fidelium optatior & sapientior judex, quam impius.

¶ δυνήσεται) futurum: *poterit*, si adhibeatur.

¶ διακρῖναι) *disceptare*. id differt a κρῖναι, *judicare*.

¶ ἀδελφοῦ, *fratrem*) Numerus singularis, pro plurali, ad facilitatem rei notandam: vult, actorem & reum inter se transigere, sine opera judicis.

6 κρί-

*) *Quanquam verbum* τολμᾶ abundare *h. l. judicat S. R. D.* Ernesti, *ad Joh. XXI.* 12 *&* Græcos auctores, *eâdem subinde periphrasi usos, provocans*, Bibl. th. nouiss. T. I. p. 507. *Atqui, locus Johanneus*, rationem *omissæ quæstionis exhibens, eo ipso verbum* ἐτόλμα *presse sumendum innuit. Itidem, quid* Græcorum *auctoritas ferat, exemplis ostendendum fuisset. Conf. not.* Gnom. *ad Rom. V.* 7. E. B.

**) *Hæc* futura *cujus generis esse* h. Auctor *arbitratus sit, ex allegato Apoc. XX. 4 clarissime constat. Apertum* parallelismum *nemo fortassis negauerit, nisi* Apocalypseos authentiæ *diffidat. De tali videlicet* judicio, *quo sanctâ conuersatione praua prauorum* opera redarguuntur, *vel h. l. vel Apoc. l. c. cogitare, absonum est.* E. B.

6 καὶ τοῦτο, *& hoc*) Sic, *& haec*, v. 8. Hebr. XI. 12.

7 ὅλως) Particula morata: c. V. 1. opponitur implicite τὸ μηδόλως. ὅλως nulla judicia habere debebatis invicem, at habetis ὅλως.

¶ ἥττημα, *defectus*) etiam ex parte ejus, qui juſtiorem cauſam habet, & ſe *vincere* putat. [*Matth. V.* 39.] non dicit, *peccatum*: hoc tamen facile accedit. v. 8. Oppoſita ſunt *defectus* & *laus*, coll. c. XI. 17 not. *Laus* hîc quidem non expreſſe legitur, ſed tamen oppoſitum tale innuitur, quia non expreſſe *peccatum* vocat. Id quod *laudatur* eſt aliquid quaſi floridius, quam ipſa actio legi conſentanea. Sic in oppoſito.

¶ ὑμῖν, *vobis*) Similis dativus, c. XV. 32. f)

¶ μᾶλλον, *potius*) Hoc, *potius*, non omnes capiunt. Multi nec lædere nec lædi ſtudent: læſionem ferre non conantur, quæ falſa eſt mediocritas juſtitiæ.

¶ ἀδικεῖσθε) Medium; ut ἀποστερεῖσθε.

8 ὑμεῖς, *vos*) Emphaſis. Antitheton ad eos, a quibus pati debebant.

¶ ἀδικεῖτε, *injuriam facitis*) auferendo.

¶ ἀποστερεῖτε, *fraudatis*) denegando, retinendo.

¶ ἀδελφούς, *fratres*) Id auget culpam.

9 ἢ) *an.*

¶ ἄδικοι, *injuſti*) v. 8.

¶ βασιλείαν θεοῦ, *regnum Dei*) In hoc regno viget juſtitia.

¶ οὐ κληρονομήσουσι, *non habebunt hereditatem*) quia non ſunt filii Dei.

¶ μὴ πλανᾶσθε, *nolite decipi*) per vos & alios.

¶ πόρνοι - ἅρπαγες, *ſcortatores - rapaces*) Flagitia Corinthiaca, 2 Cor. XII. 20 ſ. Romana, Rom. XIII. 13. Galatica, Gal. V. 19 ſ. Epheſia, 1 Tim. I. 9 ſ. Cretica, Tit. I. 12. Id valet de actu *ſcortationis* &c. ac multo magis de habitu.

¶ εἰδωλολάτραι, *idololatrae*) Idololatria ponitur inter ſcortationem & adulterium; nam hæc flagitia habebat conjuncta.

¶ μαλακοὶ) *molles.* Etiam manus, in ſumma ſolitudine, caſta eſſe debet. Neceſſarium juventuti monitum.

11 ταῦτα, *haec*) Nominativus, neutro genere pro maſculino: vel accuſativus, ſubintellecto κατὰ, ut ἴσα, Phil. II. 6. Etiam accuſativus adverbiaſcens cum verbo ſubſtantivo *ſum* conſtrui poteſt.

¶ ἀλλὰ ἀπελούσασθε, ἀλλὰ ἡγιάσθητε, ἀλλ' ἐδικαιώθητε· *ſed abluti, ſed ſanctificati, ſed juſtificati eſtis*) Liberati eſtis plane a *fornicatione* & peccatis impuritatis, circa vos ipſos; *idololatriae* & impietatis contra Deum; *injuſtitiae* contra proximum: idque, quod & ad reatum & ad dominium attinet. c. V. 7. 10. cf. n. Matth. 6, 1.

¶ ἡγιάσθητε, *ſanctificati eſtis*) *Sanctus* dicitur in reſpectu ad Deum.

¶ ἐδικαιώθητε, *juſtificati eſtis*) Reſp. *injuſti.* v. 9. Quid emphaſeos apoſtrophus in ἀλλ' huic verbo præ duobus præcedentibus (coll. 2 Cor. VII. 11.) addat, nolui olim perſcribere, ne quis exſibilaret. Expendatur tamen antitheton, *injuſti.* Sine apoſtrophio ἀλλὰ emphaſin habet: ſed ubi ἀλλ' apoſtrophum habet, accentus & emphaſis cadit ſuper verbum ſubſequens, oppoſitum vitio ei, quod reprehenditur v. 7 ſſ. nimirum ſuper ἐδικαιώθητε, *juſtificati eſtis*, quia hîc ſermo eſt, contra *injuſtitiam*; *) & 2 Cor.

f) κρίματα, *judicia*] etiamſi cauſſam non injuſtam concernentia, *V. g.*

*) *Conſentit S. R. D.* Moldenhauer *in ſeiner* Erläuterung der ſchwereſten Stellen der h. Bücher N. T., *ad h. l., recenſente cel. D.* Erneſti, Bibl. th. *T. VIII. p. 671; qui etiamſi verbo* ἐδικαιώθητε *idem* proprie *exprimi poſſe ſentiat, quod* tropice *verbo* ἐλύσασθε, *triplicis tamen* relationis *illius, a* Bengelio *&* Moldenhauero *notatae, inanitatem nullo, quod ſciam, argumento demonſtrauit.* E. B.

2 Cor. I. c. ἐκδίκησιν, *vindictam*, quia hæc est præcipua pars *studii* ex tristitia sancta. adde Marc. II. 17.

¶ ἐν τῷ ὀνόματι, *in nomine*) Inde remissio peccatorum.

¶ ἐν τῷ πνεύματι, *in spiritu*) Inde nova vita.

¶ ἡμῶν, *nostri*) Ex his causis docet, nil jam obstare, quo minus heredes esse queant regni Dei.

12 πάντα, *omnia*) Cavet apostolus, ne quis abutatur iis, quæ mox dicet de cibis & ventre. conf. c. X. 23. *Omnia* refertur ad ea, quæ sequuntur; non ad scortationem, quanquam hoc argumentum principale est, sed ad argumentum accessorium & incidens, de esu ciborum, de quo etiam infra cap. X. 29 in eodem argumento repetitur: omnia, quæ licere possunt, mihi licent.

¶ μοι, *mihi*) Sæpe Paulus prima persona singulari eloquitur, quæ vim habent gnomes; in hac præsertim epistola. v. 15. c. VII. 7. VIII. 13. X. 23. 29. 30. XIV. 11. *Mihi*, cogitare debebat Corinthius.

¶ συμφέρει, *conducunt*) Spectandum illud maxime, quid conducat.

¶ ἔξεσιν· ἐξουσιασθήσομαι) Conjugata. Qui potestate ac libertate non libere utitur, ex sua potestate exit, & in alienam. v. gr. *meretricis*, v. 15, coll. cap. VII. 4, transit. Stolidus esset viator, qui, in medio campo viam habens, semper in ripa & margine undis proximo ambularet. At sic multi vivunt, etiam in piis habiti. *Potestas* penes fidelem, non penes res, quibus utitur, esse debet. [*Libertatem, in se bonam, tollit abusus libertatis Gal. V.* 13. 1 *Petr. II.* 16. V. g.] Ipsum, *non ego*, habet *potestatem*, cum attentione ad se ipsum. *Non ego*! alius audeat per me. Hoc fidelis statuit respectu sui; respectu proximi ait: *non omnia ædificant*. c. X. 23.

¶ τινὸς) *ulla re*. Neutrum, ut πάντα.

13 τὰ βρώματα, *esca*) scil. ἐσὶ, *congruunt*. a cibis ad venerem non valet consequentia.

¶ καὶ ταύτην καὶ ταῦτα, *& hunc & hanc*) Demonstrativum, bis, de tempore præsenti: *hunc* præcedit: esca est propter ventrem.

¶ καταργήσει) *destruet*, & quidem non solum ita, uti *corpus* destruitur in morte. Ex antitheto ventris & corporis colligas, differentiam sexuum fore etiam in statu angelis simili. Quæ destruentur, per se liberum habent usum. Col. II. 20 seqq. Marc. VII. 18 *non potest*. Eleganter hîc & v. seq. ponitur *autem* pro *enim*. nam concessioni subjungitur severa denunciatio, interdicto, læta declaratio. τῷ *destruet* ex adverso respondet *exsuscitabit*.

¶ τὸ δὲ σῶμα, *corpus autem*) Corpus hîc non opponitur alvo, sed cibis. *)

¶ πορνείᾳ, *scortationi*) Abstractum.

¶ τῷ κυρίῳ, *Domino*) Christo. Huic debetur corpus: nam corpus ipse assumsit, nosque sanctificavit; & corporis resurrectione ei jungimur.

¶ τῷ σώματι, *corpori*) Quanta dignatio!

14 ἤγειρε-ἐξεγερεῖ, *suscitavit-exsuscitabit*) [*Præludit hîc Paulus ad ea, quae explicatius c. XV pertractaturus erat.* V. g.] Simplex verbum, convenienter, de primitiis; compositum, rarum, de massa dormientium. Ἐξ in compositione sæpe dicit consummationem. Usus ex resurrectione carnis nostræ. peccatum semel in carne patratum nunquam fiet infectum.

¶ διὰ, *per*) Hoc Paulus maluit cum resuscitationis, quam cum destructionis mentione connectere.

¶ δυ-

*) *Ventri tamen* corpus *oppositum censet h. l.* Vers. germ., *quæ in margine hæc habet*: Ventre corpus multo est nobilius. E. B.

¶ δυνάμεως, *potentiam*) Quis ergo dubitet? Deus est omnipotens.

15 σώματα, *corpora*) sive totum sive partes spectentur.

¶ ἄρας οὖν τὰ μέλη τοῦ χριστοῦ, ποιήσω πόρνης μέλη;) Nonnulli codices ἆρα, pro ἄρας. ἆρα οὖν sæpe dicit Paulus; sed talibus in locis, ubi ex prolixiori sermone conclusio subnectitur: ἄρας huic loco magis congruit, idque habent optimi testes, in his *Irenæus*, & summa in hoc participio inest ἐναργεια, indignitatem rei quasi depingens. *tollens*, ultro alienans, *membra Christi faciam meretricis membra?* Sic sæpe παρέλκει participium φέρων, de quo egi ad Chrysost. de Sacerd. pag. 394 ad illud, φέρων ἑαυτὸν κατεκρήμνισε.

¶ ποιήσω, *faciam*) Non enim simul possunt esse *meretricis membra* & *Christi*.

16 ὁ κολλώμενος τῇ πόρνῃ, *qui adhæret meretrici*) Syllepsis. i. e. *meretrix & is qui ei adhæret*. nam sic proprie cohæret prædicatum, *unum corpus est*, congruitque, *hi duo*.

¶ ἔσονται, *erunt*) Hoc primario dicitur de conjugibus: applicatur autem, ob paritatem rationis, ad eos, qui sine fœdere una caro fiunt. Per fœdus fit mulier *mulier viri*, antequam vir ei *adhæret:* & in eo potissimum est ratio, cur sint indissociabiles. alias etiam ii, qui scortantur, indissociabiles forent.

17 τῷ κυρίῳ, *Domino*) Christo. Eadem syllepsis.

¶ ἓν πνεῦμα, *unus spiritus*) tam arcte, quam conjuges sunt unum corpus. Experire.

18 Φεύγετε τὴν πορνείαν, *fugite scortationem*) Severitas cum fastidio: *fugite;* nam periculum propinquum est.

¶ πᾶν ἁμάρτημα, *omne peccatum*) etiam gulositas & ebrietas: (conf. v. 13.) etiam autochiria. [-- *etiam* idololatria, *utut grauius ceteroquin peccatum sit*. V. g.] Gravius est abuti membris Christi, quam cibo aut vino, & ventre: & fœdius, a flagitio, est corpus scortatoris, quam cadaver etiam hominis sua manu interfecti. Non dissimilis comparatio, Prov. VI. 30 seqq.

¶ ἐκτὸς, *extra*) Peccat quidem cum corpore & per corpus; sed non εἰς *in* corpus: non terminatur peccatum ejus in corpore; ac lædit quidem, sed non alienat corpus: magis peccat in κοιλίαν, *ventrem*, quam in *corpus*, ut distinguit apostolus. Tales sententiæ morales non morose urgendæ sunt, nec secundum summam ἀκρίβειαν. Videntur viscera, quæ proprie ad œconomiam animalem spectant abolenda, nec in resurrectione restituenda esse. Ad ossa Scriptura respectu boni & mali, pœnæ & præmii, multum refert, tanquam ad partes solidas: unde non vana conjectura est, intensissimum dolorem, & sic etiam intensissimum gradum lætitiæ & voluptatis futurum esse in ossibus.

19 ἢ, *an*) Suaviter limitatur τὸ *proprium* v. 18. Ita nostrum est corpus, ut sit templum Dei, i. e. habitaculum proprium & perpetuum.

¶ τοῦ ἐν ὑμῖν, *qui in vobis*) Hoc vim habet ætiologiæ. Spiritus sanctus est in vobis: ergo estis templum ejus.

¶ οὗ) *quem*, spiritum.

¶ καὶ οὐκ ἐστὲ ἑαυτῶν, *& non estis vestri*) Hoc coeinne sequitur: sed tamen arctius cohæret cum *emti estis*, & in construendo & pendet ab ὅτι, *quod*.

20 ἠγοράσθητε, *emti estis*) toti estis juris alieni. *Vendere* dicitur pro *alienare; emere, sibi vindicare*, & hîc quidem proprie; nam additur *pretii* mentio.

¶ τιμῆς, *pretio*) Hoc majorem vim sic habet, quam si epitheton esset adjectum. Sic quoque cap. VII. 23.

¶ δοξάσατε, *glorificate*) Epiphonema. Errant, qui putant, intrinsecus duntaxat vel extrinsecus duntaxat colendum esse Deum.

¶ ἐν τῷ σώματι ὑμῶν, *) *in corpore vestro*) Rom. XII. 1. Phil. I. 20.

CAP. VII.

1 Περὶ δὲ ὧν ἐγράψατε, *de quibus autem scripsistis*) Eleganter rem initio exprimit, generatim potius, quam speciatim. Sæpe apostoli in epistolis de conjugio agunt: unus Paulus, semel, nec sua sponte, sed interrogatus, cœlibatum suadet, idque leniſſime. [*Tantum abest, ut præceptis humanis ea res obtrudi debuerit.* V. g.]

¶ καλὸν, *bonum*) Hoc congruit cum affectu capitis præced. Conf. infra, v. 7. 8. 26. 34 med. 35 fin. 40. *Bonum*, pulcrum, conveniens, ob libertatem & immunitatem a *debito*, de quo v. 3, & ob potestatem sui integram, v. 4. quum e diverso *tactus*, de quo v. 1, semper *pudorem* habeat comitem apud castos.

¶ ἀνθρώπῳ, *homini*) in genere, etiamsi non sit christianus. v. 7. 26.

¶ γυναικὸς, *mulierem*) & sic, mulieri, non tangi. Relatorum uno etiam in iis, quæ sequuntur, involvitur alterum.

2 διὰ, *propter*) conf. *propter*, v. 5.

¶ τὰς πορνείας, *fcortationes*) Corinthi grassantes, [*ethnicisque*, & Græcis *præcipue*, *ne in peccatis quidem habitas*, V. g.] ad quas facile illicerentur cœlibes. Plurale vagas libidines notat, eoque magis opponitur unitati conjugis.

¶ τὴν ἑαυτῆ) *suam*; ut mox, ἴδιον, *proprium*. Eadem variatio, Eph. V. 22. 25. ἑαυτῆ *suam* innuit dominium maritale. Vtroque verbo excluditur omnis communitas, quæ est in polygamia. conf. v. 4. Porro, quæ est ratio, cur vir debeat habere mulierem, eadem est, cur debeat retinere, *propter fcortationes*. Hinc refutatur etiam *concubinatus*. nam concubina aut est uxor, aut non est. si non est, peccat: si est, manere debet. v. 10 f.

3 ὀφειλὴν, *debitum*) Id explicatur v. seq. Idem officium Græcis χάριν, poëtis φιλότητα dici, docet Gatakerus. ὀφειλομένην εὔνοιαν dixit paraphrasis hujus loci. [ὀφειλὴν, *lectio natiua et simplex*. Not. crit.]

4 ἰδίᾳ, *sui*) Hoc cum *potestatem non habet* elegans facit paradoxon. Ius utrinque est æquale.

5 μὴ ἀποστερεῖτε) Sic LXX, Es. XXI. 10. τὴν ὁμιλίαν αὐτῆς (עֹנָתָהּ) οὐκ ἀποστερήσει. Congruit hoc verbum cum verbo *debendi*. v. 3.

¶ εἰ μή τι ἂν, *nisi forte*) Valde limitat. Vbi hæ conditiones adsunt, non est privatio, sed abstinentia.

¶ ἵνα σχολάζητε, *ut vacetis*) Magnam σχολὴν atque otium hîc dicit apostolus. Abstinentia prævia servit precibus. [Iejunium *adjecere Græci jejunatores*. Not. crit.] Alias etiam malas habere causas potest abstinentia.

¶ καὶ πάλιν, & *iterum*) De intervallis talibus eorumque modo vide Seldenum in uxore Hebraica.

¶ ἐπὶ τὸ αὐτὸ, *simul*) Hoc non dicit ipsam consuetudinem, sed opponitur priori sejunctioni.

¶ πειράζῃ, *tentet*) ad scortationem. &c. v. 2.

¶ ὁ σατανᾶς, *Satanas*) qui inter exercitia virtutis sublimioris maximam quærit ansam nocendi. Non facile est tentatio sine Satana præsumenda.

¶ ἀκρασίαν, *incontinentiam*) v. 9.

6 τοῦτο) *hoc*, quod inde a v. 2 dictum est.

¶ κα-

*) *Quæ sequuntur usque ad finem hujus commatis, ea per marginem* utriusque Ed. *pro lectione non genuina declarantur: quapropter & in* Vers germ. *nonnisi per parenthesin exstant. Consentit* Not. crit. *ad h. l.*: ὑμῶν. περὶ) Lectio firma. Agitur h. l. de *corporis* usu & abusu. E.B.

¶ κατὰ συγγνώμην, οὐ κατ' ἐπιταγήν) Vid. v. 25 not.

7 θέλω) *volo* equidem, v. 32. Paulus gustarat dulcedinem cœlibatus: eadem alios gaudere, cupiebat. Possit τὸ *volo* etiam absolute accipi, pro *optandum est.* conf. c. VI. 12 not. ut alias dicit οὐκ ἦν θέλημα, *es wolte nicht seyn.*

¶ γὰρ) *enim*, proprie. Ref. ad v. 6.

¶ ὡς καὶ ἐμαυτὸν, *sicut etiam me ipsum*) cœlibem. Videntur Corinthii exemplum Pauli spectasse. v. 8.

¶ χάρισμα, *donum*) Quod in homine naturali est naturalis habitus, id in sanctis sit *donum. Charisma* h. l. est totus habitus animæ & corporis apud Christianum, quatenus v. gr. conjugium aut cœlibatus ei magis convenit, cum actionibus utrique statui cohærentibus, secundum præcepta Dei. In statu autem involuntario certius auxilium gratiæ apud pios.

8 λέγω δὲ, *dico vero*) Conf. v. 12, ubi expressius.

¶ τοῖς ἀγάμοις, *cœlibibus*) utriusque sexus. coll. v. 10 s.

¶ χήραις, *viduis*) Viduos & viduas dicit.

¶ μείνωσιν, *maneant*) in libertate.

¶ ὡς κἀγὼ, *ut etiam ego*) Sine uxore tum fuisse Paulum, perspicuum est: conf. c. IX. 5: & quanquam hîc etiam de viduis loquitur, tamen ille videtur potius fuisse cœlebs, quam viduus. conf. Act. VII. 58, & deinceps.

9 κρεῖσσον, *melius*) Hic comparativus positivum non tollit. v. 38.

¶ ἢ πυροῦσθαι, *quam uri*) Vehemens verbum. Etiam continens potest habere, quicum luctetur, etiamsi non uratur. *Thomas Aquinas* in h. l. uri, *id est, concupiscentia superari. concupiscentia enim est calor quidam noxius: qui ergo concupiscentia impugnatur, calescit quidem, sed non* uritur, *nisi humorem gratiæ perdat a concupiscentia superatus.* Hæc *ustio* detrudit tandem in gehennam ignis.

10 g) παραγγέλλω οὐκ ἐγὼ, *præcipio non ego*) Simile zeugma, *vivo autem non jam ego.* Gal. II. 20. *) Vis verbi *præcipio* affirmate nectitur cum *Dominus.*

¶ ὁ κύριος, *Dominus*) Christus, qui hac de re docuerat Matth. V. 32. XIX. 4 s. **) vel etiam Paulo hac de re locutus est. coll. v. 12.

¶ μὴ χωρισθῆναι, *non separari*) *Separatur* pars ignobilior, mulier; *dimittit* nobilior, vir: inde conversa ratione etiam mulier fidelis dicitur *dimittere*: & vir infidelis, *separari.* v. 13. 15.

11 ἐὰν, *si*) Hoc quoque in fine hujus versus de viro accipiendum.

¶ καὶ χωρισθῇ) *etiam separata fuerit*, contra præceptum.

12 τοῖς δὲ λοιποῖς) *ceteris vero*, in matrimonio viventibus.

¶ ἐγὼ, *ego*) Vid. v. 25 not.

¶ λέγω, *dico*) non ait, *præcipio*, uti v. 10, hoc scilicet, quod versu 12 s. 15 s. & quidem

g) τοῖς - γεγαμηκόσι, *matrimonio junctis*] quum uterque conjux credentium e numero est. Antitheton τοῖς λοιποῖς, v. 12; ubi alterutra pars est infidelis. *V. g.*

*) *S. R. D.* Crusius, *Hypomnn. T. I. p. 90, his verbis rem illustrat:* Cum *intertexere expositionem sui animi* jam prophetis licuerit---, ubi inspirationi non res sed rei relatio attribui debet, nemo mirabitur, idem in Apostolis reperiri. Quare Paulus in eadem epistola a præceptis Domini sua discernit consilia, quibus nihilominus propter dona sanctificantia, quorum ubertate nemine inferior erat, obtemperari vult. --- Petrus judicium de Siluano, tanquam humanum & suum 1 Petr. V. 12 inserit, sed testimonium de Paulo, ut certum & nullo modo restrictum, profert 2 Petr. III. 15. *Conf.* Gnom. *ad c. VII. 25.* E. B.

**) *Hæc ipsa loca etiam cel.* Moldenhauerus *huc refert, approbante cel.* Ernesti, *Bibl. th. T. VIII. p. 672.* E. B.

dem maxime versu 15 f. dicitur. nam si versus 12-14 seorsum spectentur, ex versu 10 fluunt.

¶ συνευδοκεῖ, *consentit*) Multi esse poterant, qui vel dubitarent, vel non abhorrerent a fide.

¶ μὴ ἀφιέτω, *ne dimittat*) In V. T. arctior erat hæc regula. Respici h. l. differentiam V. & N. T. colligitur ex v. 18. 15 not.

13 γυνὴ, *mulier*) *soror.*

14 ἡγίασται) *sanctificatus est*, ut pars fidelis sancte uti possit, neque dimittere debeat. conf. 1 Tim. IV. 5. Verbum ponitur valde significans; quia conscientiam ubique expeditam Scriptura nobis præstare vult.

¶ ἐν τῇ γυναικὶ) *respectu mulieris*, cum qua libenter manet. sic ἐν, c. XIV. 11. Non additur πιστῇ, *fideli*, κατ' ἄνθρωπον. nam vir *infidelis* nescit, quid sit *fides*.

¶ ἐπεὶ ἄρα, *alioqui*) Nam partus sequeretur conditionem parentis *infidelis*. Est matrimonium christianum: est soboles christiana.

¶ τέκνα, *liberi*) qui parente fideli & infideli nascuntur.

¶ ἀκάθαρτα, *impuri*) ut ii, qui utroque parente infideli nascuntur, quamvis non sint spurii.

¶ ἅγιά ἐστιν, *sancti sunt*) Ab hoc differt ἡγίασται, ut *sanctum fieri* a *sanctum esse*: sed sanctitas ipsa liberorum, & parentis *infidelis*, eadem est. dicit puritatem aliquam, quæ non solum facit, ut proles sit legitima, non adulterina; qualem habent etiam ii, qui e matrimonio duorum infidelium nascuntur: sed propinquiorem aliquam cum ecclesia necessitudinem & apertiorem januam ad fidem ipsam importat, perinde ut si ex utroque parente christiano essent. Conf. Rom. XI. 16. Exemplo est Timotheus, Act. XVI. 1, qui hanc epistolam tulit: multique tales in subole Corinthiaca esse potuere. [*Maritus aliâs præfertur: at uxoris fides plus etiam, quam infidelitas mariti, valet.* V. g.]

15 ὁ) ἡ ἀπιστος.

¶ χωριζέσθω, *separator*) suas sibi res habeat. frater sororve sit æquo animo: ne putet, mutandum sibi esse, quod mutare nequit. [*Fidelis pars in gratiam partis infidelis non tenetur fidei renunciare.* V. g.]

¶ ὁ δεδούλωται) *non est mancipi.* Libertas eo justior in hac parte, quia parti fideli non multum opis paratum erat a magistratu infideli. quanquam etiam hodie ratio illa valet a libertate & pace; sed cum exceptione illa, *maneat extra conjugium.* v. 11.

¶ ἐν δὲ εἰρήνῃ, *in pace vero*) Axioma; ab internis etiam ad externa procedens. Antea fuerat *inimicitia.* Eph. II. 15.

16 τί γὰρ, *quid enim*) Ideo non debes nimis anxie laborare; sed tranquillitatem animi retinere tui. Pro modo spei, conandum.

¶ ἄνδρα, γυναῖκα, *virum, mulierem*) a te, adeoque a fide abhorrentem.

¶ σώσεις, *servabis*) Conjux conjugem, quoad potest, debet ad salutem perducere.

17 εἰ μὴ, *si non*) q. d. *si hoc non est*, sive, *ceteroqui.* A *conjugibus* (v. 10.) ad quemlibet externum vitæ statum digreditur.

¶ ἑκάστῳ, *unicuique*) Resolve: *unusquisque ambulato, sicut distribuit ipsi Deus.*

¶ ἐμέρισεν, *distribuit*) v. 7.

¶ ὡς κέκληκεν, *sicut vocavit*) quo quemque statu vocatio cœlestis invenit.

¶ ὁ κύριος, *Dominus*) Christus.

¶ περιπατείτω, *ambulato*) Hæc conclusio, ex *jussu* & *permissu* contemperata, repetitur & declaratur v. 20 & 24. Vocatio superna non abolet status externos. Quod quis citra eam fecit aut facturus fuit, in ea fieri licere, docet Paulus.

¶ καὶ

¶ καὶ οὕτως, *& sic*) Doctrina universalis: in qua etiam Corinthii possunt acquiescere.

18 μὴ ἐπισπάσθω, *non adducat*) Complures, qui a Iudæis ad gentes defecerant, præputia sibi quodammodo, chirurgico artificio, recuperarunt. 1 Macc. I. (15) 16. vide *Reineccium* ad h. l. Id nonnullos, qui ex Iudæis Christiani facti erant, imitatos esse, ex Pauli monito colligi potest.

19 οὐδέν ἐστι, *nihil est*) Conf. c. VIII. 8. Sic quoque, a paritate rationis, nil est *servitus, libertas; conjugium, coelibatus.*

¶ τήρησις, *servatio*) Axioma insigne.

¶ ἐντολῶν, *præceptorum*) Etiam circumcisio præcepta erat: sed non in perpetuum, ut amor.

20 ἐν τῇ κλήσει, *in vocatione*) Status, in quo vocatio quemque offendit, instar vocationis est.

21 μή σοι μελέτω, *ne tibi curæ sit*) ne anxie quæsieris libertatem. sic, *noli quærere.* v. 27.

¶ μᾶλλον χρῆσαι, *potius utere*) *utere, facultate libertatis assequendæ*, vel potius, *utere servitute.* nam qui liber fieri posset, habet herum benignum, cui servire præstat, quam alias sequi conditiones. 1 Tim. VI. 2. conf. v. seq. initium. idcirco versu 23 non dicit, *nolite esse*, sed *nolite fieri servi hominum.*

22 ἀπελεύθερος, *libertus*) Ἐλεύθερος, *liber*, etiam is, qui nunquam serviit; ἀπελεύθερος, *libertus*, qui servierat.

¶ κυρίῳ, *Domini*) *Christi*, ut mox dicitur.

¶ ὁ ἐλεύθερος κληθείς, *qui liber vocatus est*) Initio versus *vocatus* ponitur ante *servus*: hic *liber* præponitur τῷ *vocatus*, emphaseos causa, ut includatur etiam is, qui ex vocatione facultatem libertatis assequendæ nanciscitur. Conf. de ordine verborum, Gal. IV. 25 not.

23 ἠγοράσθητε, *emti estis*) Deo. [*ut servi Christi.* V. g.]

¶ μὴ γίνεσθε, *nolite fieri*) Status internus & externus debet congruere, quantum consequi licet, & hic illi subservire. *fieri* hic proprie dicitur ad eos, qui non *sunt* servi. [*Qui liber est, libertatem ne abjiciat.* Not. crit.]

24 παρὰ θεῷ, *apud Deum*) Antitheton ad homines. Rom. XIV. 22. Qui Deum semper spectant, sanctam circa externa habent indifferentiam. Limitatur tamen hac ratione illud, quod v. 20 dixerat. Potest enim v. gr. ex servo fieri liber, non mutato statu apud Deum.

25 παρθένων, *virginibus*) utriusque sexus. v. seqq. sic, *virgo*, Ap. XIV. 4.

¶ οὐκ ἔχω, *non habeo*) Non dicit: *non habemus.* Exspectabant Corinthii mandatum speciale, per revelationem, quæ Paulo obtingeret.

¶ γνώμην δὲ) Vocabulum hic & v. 40, exquisite positum, ut mox νομίζω. *Aristoteles* proprietatem Græcorum vocabulorum, in Ethicis præsertim, accurate designans, sic ait: ἡ καλυμένη γνώμη ἡ τῆ ἐπιεικεῖς ἐστὶ κρίσις ὀρθή. iterumque, ἡ δὲ συγγνώμη, γνώμη ἐστὶ κριτικὴ τῆ ἐπιεικοῦς ὀρθή. ὀρθὴ δὲ ἡ τῆ ἀληθές. l. 6 Eth. Nic. c. XI. Copiosior ibi disputatio exstat, qua tota lecta distinctius percipietur, quid sit γνώμη καὶ συγγνώμη. Imperat ἐπιταγὴ· γνώμη censet, affinemque habet συγγνώμην, (quæ est γνώμη ad alterius statum animumve accommodata,) ut in re facta, sic etiam in facienda. Vide v. 6 & 2 Cor. VIII. 10. 8. ubi harum utraque opponitur τῇ ἐπιταγῇ. Utraque spectat τὸ συμφέρον *commodum* ejus, cui consulitur: eodem versu 10, & hic, 1 Cor. VII. 35. Earum rerum, de quibus hoc capite agitur, talis est natura, ut ipsæ partim sub ἐπιταγὴν, partim sub συγγνώμην & γνώμην cadant. Decorum autem erat, ut ἐπιταγὴ nomine Domini perscriberetur, γνώμη & συγγνώμη nomine apostoli. Itaque de ea re,

re, quæ sub ἐπιταγὴν cadit, Dominus expresse dederat apostolo, quæ scriberet: sed de hac re, quæ sub γνώμην cadit, non opus fuit dari. Namque apostoli nil scripsere non θεόπνευστον, sed interdum habuere revelationem & mandatum speciale: c. X. V. 37. 1 Thess. IV. 15. cetera deprompserunt ex habitu fidei, quæ in eis ex misericordiæ dominicæ experientia extiterat: h. v. & ex thesauro Spiritus Dei. v. 40. Atque in his potuere pro varietate negotiorum & personarum, ut sanctus ferebat affectus, varios liberrime adhibere modos, & de suo jure decedere, se ipsos deprimere aut reprehendere, alios sibi anteferre, rogare, deprecari, hortari, 2 Cor. VI. 1. VII. 8. XI. 17 not. ac jam severius agere, jam lenius. quo pacto v. gr. νομίζω mollius dicit Paulus, quam λέγω. v. 26. 12. Itaque hîc quoque, citra ἐπιταγὴν, tamen ea scripsit, quæ menti Domini, γνώμην dumtaxat hanc dari volentis, exacte convenirent. Eodem autem tempore fideliter indicat, ex quo quidque principio scripserit; (a quo modestia quam longe quæso abiit stilus papæ?) documentumque præbet, non debere eos, qui a Dei Spiritu & verbo jam satis præsidii habent, extraordinarium quidpiam postulare.

¶ ὡς ἠλεημένος, *tanquam misericordiam consecutus*) Misericordia Domini fideles facit: fides verum Casuistam.

¶ ὑπὸ κυρίου, *a Domino*) Christo.

¶ πιστὸς, *fidelis*) fidem habens Domino: fidem præstans & Ipsi & hominibus.

26 διὰ τὴν ἐνεστῶσαν ἀνάγκην, *propter praesentem necessitatem*) Fames sub Claudio, Act. XI. 28, valde diutina fuit, & gravis, in Græcia inprimis. Itaque consilium hoc Pauli, ex parte certe, accommodatum erat ad tempus.

¶ ἀνθρώπῳ, *homini*) utriusque sexus.

¶ οὕτως, *sic*) uti est. v. 27.

27 δέδεσαι - λέλυσαι, *alligatus es - solutus es*) In ipsis verbis est argumentum. *Alligatus uxori*, sæpe retinetur, ut, cum culpa, vel sine culpa, liberalitatem & alias virtutes minus laute exercere possit, quam vellet. In verbo λέλυσαι, *solutus es*, latet participium, & participium habet vim nominis, ut *solutus* denotet non solum eum, qui uxori desiit esse alligatus, sed etiam eum, qui nunquam alligatus fuit. Similis phrasis, Iob XXXIX. 5.

¶ μὴ, *ne*: bis) Id est, non cogeris quærere.

28 τῇ σαρκὶ, *carne*) Non *spiritu*, cui *afflictio* est peccatum, quod hîc nullum.

¶ ἐγὼ δὲ, *ego autem*) Paterno affectu scribit. v. 32.

¶ φειδομαι, *parco*) Magis arduum & forte est, matrimonium, quam cœlibatum bene gerere.

29 τοῦτο δὲ φημι, *hoc vero dico*) Eadem formula, c. XV. 50, ad explanandum, in summa.

¶ ἀδελφοὶ, *fratres*) Solet Paulus, de rebus præsertim externis scribens, digressiones inserere multo nobilissimas, Spiritu semper ad optima quævis vocante.

¶ ὁ καιρὸς) *tempus* præsens, vel mundi, v. 31. c. X. 11, vel singulorum, flendi, gaudendi &c.

¶ συνεσταλμένος) *angustum*, expeditæ libertati contrarium. v. 26.

¶ τὸ λοιπὸν, *ceterum*) Particula valde hîc opportuna. [*Innuit, non multum abesse a consummatione seculi.* V. g.]

¶ ἵνα, *ut*) tempus denique est ejusmodi, *ut* debeant &c. [*Sunt, qui superflua vitae* commoditate, *qui vagabundis* cogitationibus, *qui pertinaciori* literarum *studio*, *qui* conviviorum *atque* oblectationum *diuturnitate & frequentia multum temporis consumunt; & virtutis est paenes mundanos, ubi quis dies noctesve vel dimidias, vel totas adeo, verborum & rerum inanitatibus modo haut inuenusto traducere cum sodalibus nouit.*

Quodsi

Quodsi vel precibus vacandum, vel liberorum educationi inuigilandum, vel amoris officium proximo exhibendum est, tum vero temporis penuria obstat: immo, ne perpendere quidem vacat, quanto ista reatu constent. V. g.]

¶ γυναῖκας, *mulieres*) & sic, *liberos, amicos, patronos*. Nil debemus proprium existimare.

¶ μὴ, *non*) Sic abnegatio christiana proprie exprimitur. Ea carent, qui habent, ut qui habeant, & diu habituri sint.

¶ ὦσι, *sint*) Hoc subauditur etiam v. sqq.

30 οἱ χαίροντες, *gaudentes*) Non dicit: *ridentes*. [*Rom. XII. 15. De* nuptiis *&c. hic cogites; ut de obitu* conjugis *&c. in praecedentibus.* V. g.] Temperate loquitur pro valle lacrymarum.

¶ ὡς μὴ κατέχοντες, *tanquam non tenentes*) Post *emere* epitasin facit *tenere;* quemadmodum post *uti, abuti* v. seq. unde patet, tria cola præcedentia habere Plocen. namque uti Paulus hortatur, ut *docens doceat*, & quisque, quod in bono agit, agat, Rom. XII. 7, sic in mundo *gaudentes gaudent:* at hoc idem ille prohibet.

31 οἱ χρώμενοι, *utentes*) Videtur Paulus hoc pro illo, & *vendentes*, posuisse, quia ex omni usu mundi, *venditio* per se maxime convenit peregrinatoribus. Vtendum, non fruendum.

¶ ὡς μὴ καταχρώμενοι) *tanquam non abutentes*. Compositum Græcum & Latinum non *perversitatem* usus tantum, sed *abundantiam* notat.

¶ παράγει) *praeterit*, omni momento; non modo *praeteribit*.

¶ τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου, *habitus mundi hujus*) mundus ipse, ejusque *habitus*, qui est nubere, flere, gaudere, emere &c. Hebr. צר Ps. XXXIX. 7. LXXIII. 20. Dum homo v. gr. ab anno XX ætatis ad XL progreditur, pristinas fere necessitudines amisit, novis tenetur.

32 ἀμερίμνους, *sine cura*) non modo sine afflictione, v. 28, sed etiam sine cura animum distrahente.

¶ ὁ ἄγαμος, *cœlebs*) videlicet si statu suo velit sapienter uti.

¶ τοῦ κυρίου, *Domini*) Christi.

¶ ἀρέσει) *placitum sit praestet*, per sanctimoniam corporis & spiritus.

33 πῶς ἀρέσει, *quomodo placeat*) Verbum placendi repetitur ex v. præced. & complectitur hoc versu omnia officia mariti, quæ conjux in societate vitæ omni postulare potest.

34 μεμέρισται καὶ ἡ γυνὴ καὶ ἡ παρθένος) Id est, *divisa quoque est mulier & virgo:* non tantum mas cœlebs & mas, qui uxorem ducit, divisas sibi partes habent, sed etiam uxor & virgo (sexus feminini) quam maxime diversas sibi partes habent. Sunt, qui verbum μεμέρισται, particula καὶ *etiam* præposita, alia interpunctione connectant cum verbis antecedentibus: sed Paulus refert ad ea, quæ sequuntur. *Divisio* videlicet inter conjugium & cœlibatum, quorum generum utrumvis alias sibi aliasque partes vindicat, magis pertinet ad mulieres, quam ad viros. nam viri adjutorium mulier: majoremque status sui mutationem subit mulier, quam vir, matrimonium contrahendo. conf. v. 39. 40. Accedit, quod præcipue de virginibus sermo est. v. 25. Ideo verbum μεμέρισται huic potissimum loco aptum est: neque obstat *singularis* numerus, quo minus id cum *muliere & virgine* construatur. Sic 2 Reg. X. 5 in Hebr. *& MISIT praefectus domus, & praefectus civitatis, & seniores, & nutricii.* Sic infra, c. IX. 6, ἢ ΜΟΝΟΣ ἐγὼ καὶ βαρνάβας κτλ.

¶ ἵνα ᾖ ἁγία, *ut sit sancta*) Sic *placet* Domino, si sit sancta, tota Ei dedita. *Sanctitas* hîc plus quiddam dicit, quam versu 14.

35 αὐτῶν, *ipsorum.*

¶ βρόχον, *laqueum*) *Laqueus*, metus peccati, ubi non est peccatum: vel etiam coacta servitus. Laqueo trahuntur inviti. conf. Prov. VII. 21, LXX. Facile pro *laqueo* habetur, quod maxime *conducit.*

¶ εὐχήμον) Antitheton ἀχημονεῖν, v. seq.

¶ εὐπάρεδρον) Affine verbum, προσεδρεύειν. cap. IX. 13. Exemplum, Luc. X. 39.

¶ τῷ κυρίῳ, *Domino*) Dativum regit εὐπάρεδρον, ut παρεδρεύω.

¶ ἀπερισπάστως) Declaratur τὸ εὐπάρεδρον. nam opposita sunt *apta assessio* & *distractio*. *Sedere*, adjuvat animam devotam. Conf. Luc. X. 39. 40. Simile quiddam Paulus de vidua dicit, 1 Tim. V. 5.

36 τὶς, *aliquis*) parens

¶ ἀσχημονεῖν) scil. ἑαυτόν.

¶ τὴν παρθένον αὐτοῦ) *virginem, suam* filiam.

¶ νομίζει, *existimat*) Antitheton: *existimo*, v. 26.

¶ ἐὰν ᾖ ὑπέρακμος) si ἀκμὴν annorum prætermittat citra nuptias, quasi spreta a procis.

¶ ὀφείλει, *debet*) [*eo quod melius consulere filiæ nescit*, V. g.] Antitheton: *non habens necessitatem*, v. seq.

¶ οὐχ ἁμαρτάνει, *non peccat*) Suaviter res exprimitur per incisa.

37 ἕστηκεν) *constituit se*, constitutum habet. Egregia hoc loco synonymia, descriptioque libertatis.

¶ μὴ ἔχων ἀνάγκην, *non habens necessitatem*) ob quam cœlibatum conjugio, v. 26, vel conjugium cœlibatui præferat.

¶ ἐξουσίαν) *arbitrium*, nulla re interpellante.

¶ ἔχει, *habet*) pro *habens*. nam *non* & *autem* ad se invicem referuntur. Eadem enallage, Col. I. 6 not.

¶ περὶ, *de*) Nam sæpe alia voluntas est, alia potestas.

¶ ἰδίᾳ, *propria*) Eleganter notatur libertas. [*Qui voluntatis jam diuinæ curam habent, in eas ii sæpe cogitationes adducuntur, ac si unâ duntaxat viâ datum esset consequi, quæ voluntati diuinæ respondeant. Immo vero plenam DEVS quoad res Legi suæ consentaneas* libertatem *homini concedit.* Deut. Num. XXXVI. 6. V. g.]

¶ κέκρικεν) *judicatum habet.*

¶ καλῶς ποιεῖ, *bene facit*) non modo non peccat. καλῶς *perbene.*

38 ὥστε, *igitur*) Observandum, quanto studio, quanta fide & copia Paulus huic loco immoretur.

¶ καὶ) *etiam.*

39 ἐν κυρίῳ, *in Domino*) ut Christus hîc quoque sit omnia. Mixti inter se habitabant christiani & infideles: christianos ergo christianas jubet ducere.

40 μακαριωτέρα, *beatior*) v. 1. 28. 34 f. Luc. XXIII. 29.

¶ δοκῶ, *videor mihi*) Corinthii *videbantur sibi* plus quam par erat, de se; & minus de Paulo. Id verbum Paulus eis ἀσείως reponit.

¶ κἀγὼ) *ego quoque*, non minus certe, quam quivis vestrum.

¶ πνεῦμα θεοῦ, *spiritum DEI*) cujus consilia sunt spiritualia, divina.

CAP. VIII.

1 Περὶ - οἴδαμεν, *de - scimus*) Hoc, parenthesi *), quæ sequitur, concluſa, reassumitur v. 4.

¶ ὅτι) *quia.* Declaratur τὸ *scimus.*

¶ γνῶσιν, *cognitionem*) Non addit articulum **), non nimium concedens.

¶ ἔχομεν, *habemus*) Loquitur in prima persona, de se, & reliquis firmioribus in fide; latius, in tertia, v. 7. Sic facile conciliatur τὸ *omnes* & *non in omnibus.*

¶ ἡ γνῶσις, *cognitio*) sine amore. [*Etiamsi de doctrinis fundamentalibus, maximeque necessariis atque arduis sermo sit.* V. g.]

¶ Φυσιοῖ, *inflat*) quum quis sibi placet. conf. δοκεῖ, *videtur sibi*, v. 2.

¶ ἡ δὲ ἀγάπη, *amor vero*) *cognitione* recte

*) *Eandem parenthesin, cujus neglectus non possit non difficultates parere, etiam Er.* Schmidio *& Lamb.* Bos *observatam fuisse, cel. D.* Ernesti *monet*, Bibl. th. nouiss. *T. I. p. 510 sq.* E. B.

**) *Itaque et in* Vers. germ. *abesse h. l. articulus debebat.* E. B.

recte utens: amor, erga Deum, v. 3, & erga proximum.

¶ οἰκοδομεῖ, *ædificat*) quum quis proximo placet. *Scientia* tantum dicit, *omnia mihi licent*: amor addit, *sed non omnia ædificant.*

2 εἰδέναι, *scire*) Respicitur τὸ *scimus.* v. 1. Diff. a *cognoscere.*

¶ τι) *aliquid.* Tenue quiddam concedit Paulus. confer comma subsequens.

¶ οὔπω, *nondum*) instar tironis.

¶ καθὼς, *quemadmodum*) videlicet per viam amoris, a Deo.

3 τὸν θεὸν, *Deum*) Amorem Dei sequitur amor proximi.

¶ οὗτος, *hic*) *qui amat.*

¶ ἔγνωσται) *cognitus est.* *) Cognitionem passivam sequitur cognitio activa c. XIII. 12. Habetur hoc verbo egregia metalepsis: cognitus est, adeoque cognovit. Gal. IV. 9 not. Est cognitio mutua.

¶ ὑπ' αὐτοῦ) ab Ipso.

4 βρώσεως) Rem versu 1 propositam determinat propius: *de esu igitur &c.*

¶ οὐδὲν) Prædicatum: *nihil.* cujus vim auget oppositum, *in mundo.* הדו 1 Sam. XII. 21. LXX, οὐδέν. Conf. c. X. 19 not. [*Ligni lapidisue pars: prætereaque* nihil. V. g.]

5 λεγόμενοι, *dicti*) Deus dicitur Unus ille potentissimus: inde per homonymiam *dii dicuntur* angeli, propter naturam spiritualem potentes, & homines imperio potentes.

¶ ἐν οὐρανῷ-ἐπὶ γῆς, *in coelo-super terra*) Deorum provinciæ sunt apud gentes distributæ in cœlo & terra cum mari: quorum tamen utrumque Dei est.

¶ θεοὶ πολλοὶ καὶ κύριοι πολλοὶ, *dii multi & domini multi*) Psalm. CXXXVI. 2. 3.

6 ἡμῖν) *nobis*, credentibus.

¶ ἐξ οὗ τὰ πάντα, *ex quo omnia*) Ergo nobis unus Deus.

¶ τὰ πάντα, *omnia*) per creationem.

¶ ἡμεῖς, *nos*) credentes.

¶ εἰς αὐτὸν, *in eum*) Finis fidelium.

¶ καὶ εἷς, *& unus*) Christus, objectum cultus divini & religiosi. Apostoli etiam hanc ob causam, ut polytheismi speciem vitarent, Christum sæpius appellavere Dominum, quam Deum, ubi ad ecclesias ex gentibus scripserunt.

¶ κύριος, *Dominus*) Hæc appellatio notionem *filii Dei*, adeoque etiam *Dei* in se complectitur, cum idea Redemtoris.

¶ δι' οὗ, *per quem*) Probatur dominium Christi: *per illum* cuncta sunt *ex* Deo.

¶ δι' αὐτοῦ, *per illum*) Per illum nos venimus εἰς *ad* Patrem.

Schema hujus periochæ sic habet:

ex quo omnia } per creationem: & *nos* { *ad ipsum*, per restitutionem. *per quem omnia* } { *per ipsum*,

7 ἀλλ') Nos habemus γνῶσιν, *cognitionem:* sed alii non perinde habent.

¶ τινὲς, *aliqui*) Antitheton *omnes*, v. 1. Aliqui, Iudæi, idolum abominantes; Græci, idolum reverentes. c. X. 32.

¶ τοῦ

*) *Per* hebraismum *hanc phrasin* θεοδίδακτον *innuere, (ut verbum* ידע *in Hophal), cel. D.* Ernesti *judicat*, Bibl. th. nouiss. *T. I. p. 895. Quæ observatio si aliis* exemplis *vel ex LXX vir. vel ex N. T. desumtis fulta esset, sensum utique facilem funderet.* E. B.

¶ τῷ εἰδώλῳ, *idoli*) Sic affecti sunt*), quasi idolum non sit nihil; vel certe, quasi idolothytum inde sit inquinatum.

¶ ἕως ἄρτι, *usque huc*) cum jam *scientiam* debebant habere.

¶ ὡς) *ut*. hinc discrimen pendet.

¶ μολύνεται, *inquinatur*) Verbum appositum, per metaphoram a carnibus.

¶ βρῶμα, *esca*) Indefinite positum. v. 13.

¶ ἡμᾶς, *nos*) scientiam habentes, vel non habentes.

¶ οὐ παρίστησι) neque ad placendum, in judicio, neque ad displicendum, πρὸς τὸ ὑστερεῖσθαι. συνίστημι, *commendo*: at verbum μέσον, παρίστημι, ut patet ex Ep. Athanasii πρὸς ἀμὼν, ubi parodian instituit: φυσικήν τις ἔκκρισις ἡμᾶς οὐ παραστήσει πρὸς τιμωρίαν. sic v. 10, ut verbum μέσον οἰκοδομηθήσεται adhibetur. Est hoc fundamentum ἐξουσίας. coll. δὲ, v. seq.

¶ οὔτε-περισσεύομεν· οὔτε-ὑστερούμεθα. *neque-abundamus*: *neque-deficimus*) quia utrinque manet gratiarum actio. Rom. XIV. 6.

9 ἡ ἐξουσία, *potestas*) *Potestatis* & *libertatis* vocabulum frequens in hac tractatione. c. IX. 1. 4. &c. conf. c. VI. 12.

¶ ὑμῶν, *vestra*) quam obnixe tuemini. v. 11.

10 εἰδωλείῳ) Vocabulum aptum ad deterrendum. Exstat 1 Macc. I. (47) 50. X. 83. 3 Ezr. II. 10.

¶ οἰκοδομηθήσεται, *ædificabitur*) Antiphrasis: tu deberes *ædificare* ad bonum; sed impellis ad malum. [*Magna exemplorum vis.* V. g.]

¶ τὰ εἰδωλόθυτα ἐσθίειν, *idolothyta edere*) His ipsis verbis exprimitur horror infirmi, tamen edentis.

11 ἀπολεῖται, *peribit*) jacturam faciet fidei, &, nisi eam recuperet, salutis ipsius. Rom. XIV. 23. [*Vide, una actio, parum in externis referre visa, quantas euentorum consequentias habere queat.* V. g.]

¶ δι' ὃν) *propter quem*. *Propter* magis, quam *pro* convenit loco præsenti; ut doceamur, quid nos fratrum *causa* debeamus.

¶ ἀπέθανεν, *mortuus est*) ex amore, quem tu sic minime imitaris.

12 τύπτοντες, *verberantes*) sicut jumentum lassum verberibus urgetur. Eleganter ait, *verberantes*, non, *vulnerantes*. nam *vulnus* cernitur; verbera, minus. *Verberatis* fratres, vel facitis, ut ipsi se feriant.

¶ εἰς χριστὸν, *in Christum*) cui conjuncti sunt fratres. Emphasin accentûs in hoc inciso habet illud, *in Christum*; in priore, *peccantes*.

13 κρέα, *carnes*) Quo certius vitarem carnem idolo immolatam, toto genere carnium abstinerem.

¶ σκανδαλίσω, *offenderem*) Commutatur persona: modo dixit, *si cibus offendit*.

CAP. IX.

1 Οὐκ εἰμὶ ἐλεύθερος; οὐκ εἰμὶ ἀπόστολος;) Duo hæc membra trajicit receptior hodie lectio. atqui Paulus primo ponit thesin, *Liber sum*: deinde ætiologiam, *Apostolus sum*: & inest ἓν διὰ δυοῖν, hoc sensu, *competit mihi libertas non solum christiana, sed etiam apostolica*. Tractatio χιασμὸν habet. nam in ea prius sibi vindicat *Apostolatum*, mox, v. 1-3: deinde *libertatem*, eamque apostolicam, asserit v. 4 s. 19. Quod in adjectivo *liber* est, id in

*) *Lectionem* συνηθείᾳ *h. v. lectioni communi* συνειδήσει *præferre cum* Heumanno Bengelium, *cel. D.* Ernesti *perhibet*, Bibl. th. nouiss. *T. I. p. 511; idque cum approbatione quidem, sed nullo fundamento. Videlicet* margo Bengelianus *antiquior lectioni* συνηθείᾳ *signum* γ, *recentior autem signum* δ *subjecit, &* Versio germanica *vocem* συνειδήσει *distincte expressit.* E. B.

in ſubſtantivo eſt ἐξουσία, *poteſtas*, v. 4. coll. c. VIII. 9.

¶ οὐχὶ-ἑώρακα; *nonne-vidi?*) Vide firmitudinem apoſtoli.

¶ τὸ ἔργον μου, *opus meum*) *Rerum* teſtimonium, validiſſimum.

2 ὑμῖν, *vobis*) ad quos veni: qui evangelium ſuſcepiſtis. non poteſtis negare. ὑμῖν, *quod ad vos attinet.* Similes Dativi, v. 21.

¶ ἡ γὰρ σφραγὶς, *ſigillum enim*) Ex eccleſia fidelium, argumentum ſumi poteſt pro veritate evangelii & religionis chriſtianæ.

¶ ἀποστολῆς, *apoſtolatus*) Poterat etiam aliquis, qui non erat apoſtolus, per evangelium adducere homines ad fidem, ut Philippus, Epaphras, alii: ſed Paulus *ſigillum vocationis*, non cujuscunque, ſed *apoſtolicæ* ſuæ vocat Corinthios; quia ſigna apoſtoli habuit, 2 Cor. XII. 12. Rom. XV. 18 ſ. neque Corinthii fidem ſolum, ſed etiam ſingularem chariſmatum abundantiam acceperunt. 1 Cor. I. 7.

3 ἡ) Anaphora cum ἡ σφραγίς.

¶ ἀπολογία, *defenſio*) Plus ſibi ſumit pontifex Rom. volens eſſe ἀνυπεύθυνος.

¶ τοῖς ἐμὲ ἀνακρίνουσιν, *iis qui me dijudicant*) qui de meo apoſtolatu ambigunt.

h) 4 μὴ οὐκ ἔχομεν, *num non habemus*) A ſingulari ad pluralem venit, *collegas* includens.

¶ φαγεῖν καὶ πιεῖν, *edere & bibere*) ſine labore manuum.

5 ἀδελφὴν γυναῖκα, *ſororem uxorem*) In caſu recto hæc eſt propoſitio: *hæc ſoror eſt uxor mea.* quare *ſororis* nomine non tollitur matrimonium. cf. Tob. c. 5, 20.

¶ περιάγειν, *circumducere*) Sermo conciſus: pro, *habere & circumducere.* non enim habebat uxorem. Non ex habendo, ſed ex circumducendo, ſumtus afferebatur eccleſiis.

¶ ὡς, *ſicut*) Pertinet hoc etiam ad v. 4.

¶ οἱ λοιποὶ, *ceteri*) Articulus oſtendit, omnes reliquos ſic feciſſe. Etiam de Iohanne cogitare licet.

¶ καὶ οἱ ἀδελφοὶ τοῦ κυρίου, & *fratres Domini*) Act. I. 14. Gal. I. 19.

¶ καὶ κηφᾶς, & *Cephas*) Gradatio. coll. c. III. 22 not.

6 τοῦ μὴ ἐργάζεσθαι) *ſuperſedendi opere manuario.*

7 τίς, *quis*) Pulcre confertur miniſter evangelii cum milite, vinitore, paſtore. Loquitur apoſtolus de eo, quod communiter fieri ſolet, etiamſi jam tum fuiſſent, qui propriis ſtipendiis milites fuerint, *Volontairs.*

¶ φυτεύει, *plantat*) c. III. 6.

8 καὶ) *etiam.* Non modo non *ſecundum hominem*, ſed ipſa lege approbante id dico.

9 οὐ φιμώσεις βοῦν ἀλοῶντα) Sic LXX, Deut. XXV. 4.

¶ ἀλοῶντα, *triturantem*) Hodie equi triturant in nonnullis Germaniæ locis.

¶ μὴ τῶν βοῶν, *num boves*) Id non plane negatur, boves curæ eſſe Deo. nam qui bovi trituranti os obturaſſet, peccaſſet contra legem. Sed concluſio procedit a minori ad majus. Specimen tractandi leges Moſaicas, circa animantia latas.

10 πάντως, *omnino*) Ipſi interrogationi inſeritur vocula ajendi.

¶ ὅτι) nempe, *quod.*

¶ ἐπ' ἐλπίδι) לבטח LXX ſolent reddere ἐπ' ἐλπίδι. conf. Act. II. 26.

¶ ὀφείλει, *debet*) Commutatio perſonæ. Debitum eſt penes remunerantes, non penes laborantes: alias hi peccarent non accipiendo. Sic de *præcepto*, v. 14. Conf. *debui*, 2 Cor. XII. 11.

¶ ὁ ἀροτριῶν, *arans*) Hic quoque boum labor.

h) ἅυτη ἐστὶ, *hæc eſt*] quod ſcil. vos muneris mei ſigillum eſtis. *V. g.*

labor. Videtur adagium; quale illud: *Spes alit agricolas.*

¶ τῆς ἐλπίδος αὐτοῦ *), *ſpei ſuæ*) Abſtractum pro concreto: *fructuum, quorum ſpe aravit* is, qui nunc triturat.

¶ μετέχειν, *particeps fieri*) ſcil. *debet. Spei ſuæ particeps fieri*, periphraſis verbi *triturare.* Nempe qui arat, arat *ſpe* triturandi & edendi: qui triturat, potitur ea *ſpe*, quam in arando habuit, & triturat in *ſpem* edendi.

11 ὑμῖν, *vobis*) Non dicit, *veſtra*, ut mox.

¶ μέγα, *magnum*) Conf. 2 Cor. XI. 15. 14, ubi exponitur, *mirum.*

12 ἄλλοι, *alii*) apoſtoli veri, v. 5, aut falſi, 2 Cor. XI. 20.

¶ ὑμῶν) *veſtri.* Luc. 21, 25. n.

¶ μᾶλλον, *potius*) propter majorem laborem.

¶ τῇ ἐξουσίᾳ ταύτῃ) Vim habet iteratio: *poteſtate iſta.*

¶ στέγομεν) στέγω, proprie, *tego;* inde, *protego, defendo:* item, *diſſimulo, diſſimulanter fero & tolero.* h. l. & cap. XIII. 7. Contra, οὐ στέγειν, *non ferre*, in affectu vehementi, erumpente. 1 Theſſ. III. 1. 5. [*Hac tolerantia opus eſt Euangelii miniſtro. Tali enim arrogantiæ ſeu auaritiæ nomine exprobrantur, quæ virtutis eſſe cenſentur inter politicos.* V. g.]

¶ ἵνα μή ἐγκοπήν τινα δῶμεν, *ne impedimentum ullum afferamus*) i. e. ut quam maxime promoveamus. Expeditiores, plus operis faciunt, & minus ſumtuum afferunt. Hinc cœlibatus ſacerdotum in papatu, & militum in republica.

13 τὰ ἱερὰ) *rem ſacram.*

¶ ἐκ τοῦ ἱεροῦ) *ex æde ſacra.*

¶ θυσιαστηρίῳ, *altari*) Si Miſſa eſſet ſacrificium, plane Paulus verſu ſequenti apodoſin huc accommodaſſet.

14 ὁ κύριος, *Dominus*) Chriſtus. Matth. X. 10.

15 ἔγραψα, *ſcripſi*) modo.

¶ μᾶλλον, *potius*) Conſtr. cum *mori.* Ratio tantæ aſſeverationis explicatur 2 Cor. XI. 7 ſeqq.

¶ τις, *aliquis*) qui victum ex evangelio vel det mihi vel dari dictitet.

16 γὰρ, *enim*) Declarat, in quo ſit illa *gloriatio.*

¶ εὐαγγελίζωμαι, *evangelizem*) Id ſumendum excluſive: ſi evangelizem, neque id faciam gratis; ſi nil præterea faciam.

¶ ἀνάγκη, *neceſſitas*) Debitio tollit gloriationem.

¶ οὐαὶ δέ, *vae vero*) *vero*, intenſivum: non modo non habeo gloriationem, ſed etiam *vae.* Ion. I. 4. Ex. IV. 14. Ier. XX. 9.

17 ἑκών, *volens*) Hîc ponitur pro *gratis.* unde *mercedem habeo* facit oxymoron. *mercedem* autem & *lucrum* definit v. ſeqq. Sæpe Paulus de ſuis rebus loquens, αὔξησιν & μείωσιν, catachreſi non abſimilem, & abnegationi ſui convenientem, ſolet adhibere. poterat *volens* evangelizare, & tamen mercedem accipere a Corinthiis: ſed ſi mercedem acciperet, id ſibi imputat pro prædicatione ab invito facta. ſic v. ſeq. uſus *poteſtatis* eſſe poterat citra *abuſum;* ſed illum ipſum pro hoc ſibi imputat. conf. Rom. XV. 15. 2 Cor. XI. 8 ſ. I. 24. II. 5. VII. 2. 3.

¶ οἰκονομίαν πεπίστευμαι, *diſpenſatio mihi credita eſt*) Non poſſum me ſubducere, tametſi mercede illa excidam. Iterum oratio excluſiva, uti v. 16.

18 ἵνα, *ut*) Reſpondet interrogationi.

¶ θήσω) Futurum ſubjunctivi.

¶ εἰς

*) *Breuiorem lectionem*, ἐπ' ἐλπίδι τοῦ μετέχειν, *cujus nec in margine* Ed. maj., *nec in* Gnom., *nec in* Vers. germ. *veſtigium eſt, præfert margo* Ed. 2. E. B.

¶ εἰς τὸ μὴ καταχρήσασθαι) *ut ne abutar*: i. e. ut me ab abusu quam longissime removeam.

19 ἐκ πάντων, *ex omnibus*) Masculinum, ut mox, *omnibus*, coll. *plures*. liber ex omnibus eram: i. e. nemo me habuisset sibi obnoxium.

¶ ἐδούλωσα, *servum exhibui*) *Servus* se totum ad alium accommodat.

¶ τοὺς πλείονας, *plures*) Articulus habet vim relativam ad *omnes*, i. e. *quam plurimos eorum*.

¶ κερδήσω, *lucrarer*) Congruit hoc verbum cum consideratione *mercedis*. *)

20 ὡς Ἰουδαῖος, *tanquam Iudaeus*) in iis rebus, quae non sunt *lege* definitae. sequitur enim, *tanquam sub lege*, quanquam etiam ii, qui Noachicas leges observarunt, homines *sub lege* inter Iudaeos & ἀνόμους medii, dici poterant.

¶ ὡς ὑπὸ νόμον) μὴ ὢν αὐτὸς ὑπὸ νόμον, subjungitur in vetustissimis monumentis. **) Facile omissum in aliis, νόμου recurrente.

¶ τοὺς) Articulus hic non tam emphaseos, quam necessitatis causa videtur positus, sequente ὑπὸ, *sub*.

21 ἀνόμοις) Hic ponitur eo sensu, quem etymi vis praecise parit, ut ἀνυπότακτον. Ebr. II. 8.

¶ ὡς ἄνομος, *tanquam sine lege*) praetermittendo, quae praetermitti possunt, in ceremonialibus.

¶ μὴ ὢν ἄνομος, *qui non sim sine lege*) Paulus non fuit *anomus*, nedum *antinomus*.

¶ μὴ ἄνομος θεῷ, ἀλλ' ἔννομος χριστῷ) χριστὸς, θεοῦ ἐστι, c. III. 23: unde, qui est ἄνομος θεῷ, est etiam ἄνομος χριστῷ· qui est ἔννομος χριστῷ, est ἔννομος θεῷ. de Lege Christi, conf. Gal. VI. 2 not. Clementius ἔννομος dicitur, quam ὑπὸ νόμον.

22 τοὺς ἀσθενεῖς, *infirmos*) Articulus non additus ad Ἰουδαίους, nec ad ἀνόμους· additus ad ἀσθενεῖς, quia de his praecipue sermo est; c. VIII. 7. & ki facile omnes lucrifiunt, si recte tractentur.

¶ γέγονα, *factus sum*) Verbo sic posito oratio ab ἐγενόμην commode traducitur ad praesens πάσιν.

23 ἵνα συγκοινωνὸς αὐτοῦ γένωμαι) Σὺν & γίνομαι magnam habent modestiam. Ea, quae sequuntur, referuntur ad hunc versum, tanquam ad Propositionem.

¶ αὐτοῦ, *ejus*) Evangelii, & salutis: collato verbo, *servarem*.

24 οὐκ οἴδατε; *haud scitis?*) Similitudo a re Corinthiis valde nota.

i) ¶ εἷς, *unus*) Etiamsi sciremus, *unum* fore salvum; tamen operae pretium esset, currere. [*Enimuero de iis quid fiet, qui aliorum tueri se torpore non desinunt? Conf. c. X. 5. V. g.*]

¶ οὕτω τρέχετε, ἵνα καταλάβητε, *sic currite, ut comprehendatis*) Paulus ad finem usque capitis de se loquitur; nondum directe Corinthios cohortatur. itaque hic videtur per sermocinationem illa induci cohortatio, qua athlothetas & paedotribas, & spectatores uti solitos docet *P. Faber* l. 2 Agonist. c. 32. *Chrysostomus* Homil. in illud, ἐὰν πεινᾷ· & Caesarius quaest. 29. Nam non semel reticetur verbum *inquit*, *inquiunt*. c. *N*. 13. XV. 32. 33. Eph. VI. 2. Col. II. 21. Ps. CXXXVII. 3. Ier. II. 25 LI. 9. Itaque hic quoque sensus est: *ita*, inquiunt, *currite:* pertinetque comma hoc ad protasin, quae v. seq. initio continua-

*) *Ergo non solum* καύχημα *istud, v. 16 memoratum, sed majus quiddam indigitari* mercedis *nomine videtur.* E. B.

**) *Adeoque tum in margine* Ed. 2 *a signo* γ *ad signum* β *eleuatum, tum in* Vers. germ. *ipsi contextui insertum est.* E. B.

i) πάντες, *omnes*] Conf. c. X. 1. *V. g.*

tinuatur. οὕτω, *ita*, particula laudandi juxta atque hortandi. Phil. IV. 1.

¶ τρέχετε, *currite*) Omnes incitantur; quasi singuli sint accepturi, non unus.

¶ ἵνα, *ut*) quo.

25 πᾶς, *omnis*) Multa genera erant certaminum.

¶ δὲ, *autem*) Ἐπίτασις. Cursus erat in levioribus; lucta, ad quam mox alluditur, in gravioribus certandi generibus.

¶ πάντα, *omnia*) subaudi κατὰ, *ad, per*.

¶ ἐγκρατεύεται, *continet se*) Admirabilis erat diæta athletarum. Vide eundem *Fabrum*, eundemque Chrysostomum de Sacerd. l. 4. c. 2 in extremo.

¶ ἐκεῖνοι) *illi*, qui currunt & luctantur. Christiani spectacula reliquerunt.

¶ φθαρτὸν, *corruptibilem*) ex oleagine, malo, apio, picea. Non solum corona, sed etiam memoria ejus perit.

26 ἐγὼ) *ego*, pro mea parte.

¶ οὕτως) *sic*, ut dixi v. 23. conf. ὅτω, *ita*, v. 24.

¶ οὐκ ἀδήλως, *non in incertum*) Scio, quid petam, & quomodo. qui liquido currit, metam rectâ spectat & rectâ petit, omnem farcinam abjicit, & sermones adstantium negligit, ipsoque interdum lapsu incitatur.

¶ πυκτεύω, *pugilem ago*) Pugilatum cursui præ ceteris certandi generibus adjicit Paulus.

¶ ὡς οὐκ ἀέρα δέρων, *non quasi aërem verberans*) In *sciamachia*, quæ certamini serio præmitteretur, solebant aërem verberare. conf. *aërem*, c. XIV. 9.

27 ὑπωπιάζω) Eustathius: ὑπώπια Φασὶ τὰς περὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς πληγάς· ἐξ ὧν ἔκ μέρους καιριωτάτου, καὶ τὸ ὑπωπιάζειν, καὶ σώματος ὑπωπιασμὸς μεταφορικῶς, ὁ κατὰ σύντηξιν. Idem docet, in pede esse πρόσκομμα, quod in capite ὑπώπιον. itaque cum ὑπωπιάζω conf. πρόσκομμα & τύπτοντες. c. VIII. 9. 12.

¶ τὸ σῶμα, *corpus*) Antagonista propinquus. Rom. VIII. 13. 1 Petr. II. 11.

¶ δουλαγωγῶ) manum corpori, veluti *mancipio*, injicio, idque *compesco*. conf. de servo, Sir. XXXIII. 25. ὑπωπιάζω, ut *pugil*: δουλαγωγῶ, ut *cursor*. Illi verbo, hoc postponitur. illud magis actum, hoc statum notat. illud gravius, quam hoc: initio enim majore opus est austeritate, dum subigitur corpus.

¶ κηρύξας) Κήρυκες apud agonas erant. [*qui coronas victoribus, nomina eorum nuncupantes, imponebant*. V. g.]

¶ ἀδόκιμος, *reprobus*) indignus brabeo, corona. Vocabulum agonisticum.

CAP. X.

1 Οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν, *nolo autem vos ignorare*) Formula pertinet ad totum locum. nam historiam norant Corinthii. conf. c. IX. 13. Particula *) *autem* transfert sermonem a singulari, c. IX. 26, ad pluralem.

¶ οἱ πατέρες ἡμῶν, *patres nostri*) Corinthiorum quoque. nam gentes in locum Iudæorum successerunt. [*Antecessores nostri*, ait, *respectu communionis cum DEO*. V. g.]**)

¶ πάν-

*) *Attamen particulæ* γὰρ *tum in margine* utriusque Edit. *tum in* Vers. germ. *palma decerpitur*. E. B.

**) *Hanc explicationem quamvis* haud parum coactam *judicet cel. D.* Ernesti (*Bibl. th.* nonis. *T. I. p.* 514): *ipse tamen calculum suum* tacite *adjicit, quum* illustratione *potius quam* refutatione *rem perficiat. Nimirum ex eo, quod omnium coetuum Christianorum inter gentes collectorum Iudæi* basin *quasi constituerint, Apostolos in sermonibus & epistolis suis* Christianorum exjudæorum *præcipue*, connotatis exgentilibus, *opportune rationem habere concludit. Etenim hoc ipso, non alio, sensu* successionem gentium *in locum Iudæorum* Bengelii *cogitatis respondere, inter lectores ejus nemo est qui ignoret. Vid.* Gnom. *ad Rom. XI. 17. &c.* E. B.

¶ πάντες, *omnes*) Ægypto exierant, ne uno quidem ex tanta multitudine aut per vim aut morbi causa detento. Ps. CV. 37. Commemorantur quinque beneficia divina, v. 1-4, & totidem peccata patrum, v. 6-10.

¶ ὑπὸ τὴν νεφέλην ἦσαν, *sub nubem erant*) Ex. XIII. 21 f.

¶ διὰ τῆς θαλάσσης διῆλθον, *per mare transierunt*) Ex. XIV. 29.

2 καὶ πάντες εἰς τὸν μωϋσῆν ἐβαπτίσαντο, *& omnes in Moysem baptizati sunt*) καὶ, *& sic.* Reassumit, quod v. præc. de nube & mari attigit; ostenditque, quorsum utrumque pertineat. baptizati sunt in nube, quatenus sub eam erant; & in mari, quatenus per id transierunt. Nec nubes eos, nec mare madefecit, nedum tinxerit; (quanquam ex nube illa miraculosa pluviam lapsam fuisse, ex Ps. LXVIII. 9. CV. 39, nonnulli conjiciunt:) neque baptismi appellatio apud Mosen exstat. Paulus autem percommode sic appellat, 1. quia nubes & mare sunt naturæ aqueæ: (quare etiam Paulus de columna ignis silet.) 2. nubes & mare patres oculis subduxit & reddidit, sic fere, quomodo aqua eos, qui baptizantur. 3. per nubem & per mare initiati sunt: atque initiatio ut Col. II. 11 per circumcisionem, sic h. l. per baptismum, mutua inter V. & N. T. metaphora, conf. c. V. 7, describitur. Baptizati sunt autem in Mosen, tanquam servum Dei, Ex. XIV. 31, quia ei credere cœperant, atque ut ei posthac crederent, conf. εἰς, *in*. Rom. IV. 20, ἐβαπτίσαντο, medium, *baptismum susceperunt.* Versu 1 innuitur, quid Deus eis præstiterit: versu 2, quid patres acceptarint. Plura, quam duo, fuerunt Sacramenta V. T. si annumerentur hæc extraordinaria sub exitum ex ægypto.

¶ καὶ ἐν τῇ θαλάσσῃ, *& in mari*) *In* repetitum, indicat novum gradum.

3 καὶ πάντες, *& omnes*) Tres superiores articuli spectant baptismum: hic & subsequens, S. Cœnam. Si plura essent N. T. sacramenta, ceteris quoque simile quiddam posuisset Paulus.

¶ τὸ αὐτὸ) *eundem*, respectu Patrum cadentium vel non cadentium; non respectu illorum ac nostri. nam in N. T. non est manna Mosaicum. conf. *ex uno*, v. 17.

¶ βρῶμα, *cibum*) Ex. XVI. 14.

¶ πνευματικὸν, *spiritualem*) Manna, spiritualis cibus erat, non per se, Ioh. VI. 32, nec solum ratione præfigurationis: sed quia Israëlitis una cum cibo corporis alimentum animarum *ex Christo* datum est, manna externo longe nobilius. conf. v. seq. Atque ab hac parte potiori fit denominatio. conf. Ps. LXXVIII. 24. 25. Et erat cibus spiritualis non solum credentibus, sed etiam, ex parte Dei, ceteris.

4 πόμα, *potum*) Respicitur potius Ex. XVII. 6 quam Num. XX. 8, ubi etiam pecudis mentio.

¶ γὰρ, *enim*) Qualis Petra, talis aqua.

¶ ἐκ πνευματικῆς ἀκολουθούσης πέτρας, *ex spirituali sequente petra*) Non additur articulus τῆς. Populus non norat, quæ esset petra. idcirco Paulus postliminio addit: *petra vero erat Christus.* Hæc petra spiritualis dicitur *sequens*: non quo sequeretur populum, nam præibat potius; sed quia, quamvis jam tum vere præsens erat, v. 9, tamen postero tempore demum innotuit. conf. de verbo ἀκολουθεῖν, *sequi*, 1 Tim. V. 24: de ordine rerum naturalium & spiritualium, 1 Cor. XV. 46.

5 ἀλλ', *sed*) etsi tot habuere signa præsentiæ divinæ.

¶ οὐκ ἐν τοῖς πλείοσιν αὐτῶν, *non in pluribus eorum*) Observandus *non* particulæ situs. Ratio conjiceret, utique ἐν τοῖς πλείοσιν, *in pluribus, beneplacitum habere* Deum. id negat apostolus. Notat

non solum eos, qui mox speciatim describuntur, sed multos simul alios.

¶ ὁ θεὸς, *Deus*) cujus judicium unius valet.

¶ κατεστρώθησαν, *prostrati sunt*) magnis cumulis, magna vi. Hoc verbum posuere LXX, Num. XIV. 16.

¶ γὰρ, *enim*) Eventus docuit, non placuisse eos.

¶ ἐν τῇ ἐρήμῳ, *in deserto*) citra terram promissionis.

6 ταῦτα) *hæc*, beneficia, quæ populus accepit; & peccata, quæ idem admisit.

¶ τύποι) *exempla*, quibus erudiamur nos, unde discamus, quid nobis, si paribus beneficiis affecti, pari modo peccemus, exspectandum pœnarum esset.

¶ εἰς τὸ μὴ, *ut ne*) Beneficia describuntur eo ordine, quo apud Mosen, diversis Exodi capitibus; delicta, cum pœnis, alio ordine. Fundamentum delictorum, concupiscentia. mox, idololatriæ mentio maxime ad propositum facit, v. 7. 14, & cum idololatria conjuncta esse solebat scortatio, v. 8, tentatio, cum murmuratione, v. seqq. Ea potissimum delicta memorantur, quæ ad Corinthios admonendos pertinent.

¶ ἐπιθυμητὰς) Verbale hoc habent LXX.

¶ κακῶν, *malorum*) Rom. XIV. 20.

¶ ἐπεθύμησαν, *concupierunt*) Num. XI. 4.

7 γίνεσθε, *efficiamini*) Hoc & v. 10 in secunda persona proponitur; nam Paulus erat extra periculum idololatriæ; *murmurationis* vero etiam objectum: cetera in prima: utrumque decore. Sic 1 Petr. IV. 1. 3, in secunda persona.

¶ τινὲς αὐτῶν, *aliqui eorum*) Notandum *aliqui*. ubi *aliqui* incipiunt, facile sequitur major multitudo, & in peccatum & in pœnam ruens.

¶ ἐκάθισεν κτλ.) Sic LXX, Ex. XXXII. 6.

¶ φαγεῖν καὶ πιεῖν, *edere & bibere*) Id apposite allegatur. conf. v. 21.

¶ παίζειν, *ludere*) Innuitur festum lætum [*lasciua saltatione circa* vitulum *celebratum*, V. g.]; idemque inane, ob idolum.

8 ἐπόρνευσαν, *scortati sunt*) Num. XXV. 1.

¶ εἴκοσι τρεῖς χιλιάδες, *viginti tria millia*) *Viginti quatuor millia* dicuntur l. c. v. 9. Eos plaga divina abstulit: præterea vero principes suspensi fuere, & judices jussi sunt *viros suos*, quibus præerant, Baal Peori junctos, interficere. Moses æque ac Paulus eos numerat, quos *ipsa ejus diei plaga* absumpsit. Num. XXV. 18. Cur ergo Paulus mille detrahit? Præcisus mortuorum numerus, ut existimare fas est, inter utrumque rotundum medius, si placet, 23600, & ex traditione notus fuerat. Subtilitates aliorum interpretum non sequimur.

9 μηδὲ ἐκπειράζωμεν) Compositum, ut Matth. IV. 7. Simplex sequitur mox.

¶ τὸν χριστὸν, *Christum*) Commemorat Paulus quinque beneficia, v. 1-4, quorum quartum & quintum arcte connexa erant: & quinque crimina, quorum quartum & quintum item arcte connexa erant. In mentione quinti beneficii expresse memorat Christum: & in mentione quarti criminis indicat, id commissum fuisse in Christum. [*Vid. App. P. II ad h. l. ubi lectio* χριστὸν *aduersus Artemonium defenditur.* Not. crit.]

¶ ἐπείρασαν, *tentaverunt*) Num. XXI. 5. *Christus*, Deus. Ex. XVII. 2. Sæpe ea, quæ in V. T. de *Domino* enunciantur, in N. T. dicuntur de *Christo*. Rom. XIV. 10 s. *Tentatioque* illa, qua populus peccabat, singulari ratione *Christum* offendit. Exod. XXIII. 20 ss. XXXII 34. Es. LXIII 9. nam quum ex Petra, quæ Christus erat, bibissent, v. 4, tamen de aquæ defectu

quere-

querebantur. Num. XXI. 5. Proinde etiam, a serpentium ardoribus, exaltato serpente, *Christi* typo, servabantur. Quomodo Abraham vidit Christi diem: quomodo Moses opprobrium Christi amplexus est: sic Israëlitæ tentarunt Christum. expressius tamen Christum tentare poterant Corinthii.

10 μηδὲ γογγύζετε, *neque murmurate*) Conf. v. 22. Objectum murmurationis in V. T. *secundarium* fuere, Moses & Aaron.

¶ ἐγόγγυσαν, *murmuraverunt*) Num. XVI. 41. Apud Mosen *murmur* erat ante *tentationem:* Paulus vero *murmur* post *tentationem* ponit ultimo loco, tanquam simillimum ei peccato, in quod incidere poterant Corinthii. qui infirmior est (coll. v. 22,) non debet *murmurare*. Ex. XVI. 8. 10 fin.

¶ ἀπώλοντο, *perierunt*) Ibid. v. 49.

¶ ὀλοθρευτῆ, *exterminatore*) Conf. Sap. XVIII. 22. 25. Hebr. XI. 28 not.

11 πάντα, *omnia*) Reassumit, quæ dixit v. 6, & in hac anakephalæosi addit, *omnia*, quod cum *typi* stat in appositione.

¶ τύποι) *) *exempla*.

¶ ἐκείνοις, *illis*) Constr. cum *contingebant*.

¶ ἐγράφη, *scripta sunt*) Vsus Scripturæ V. T. maxime in N. T. viget. Ea *initio* non fuit perscripta.

¶ τὰ τέλη τῶν αἰώνων, *fines seculorum*) οἱ αἰῶνες, cuncta, etiam priora *secula; τὰ τέλη*, in N. T. coll. Rom. X. 4. Pluralis habet vim magnam. omnia concurrunt & ad summa veniunt: beneficia & pericula, pœnæ & præmia. conf. v. seqq. Restat, ut Christus veniat vindex & judex: quod dum fit, ipsi fines plures, includunt varias periodos inter se succedentes.

¶ κατήντησεν, *devenerunt*) quasi de improviso. Non dicit, *qui in fines devenimus*. Idem verbum, c. XIV. 36.

12 ὁ δοκῶν) *qui* stat, & id ipsum *existimat*.

¶ ἑστάναι, *stare*) *in beneplacito Dei*. v. 5.

¶ μὴ πέσῃ, *ne cadat*) v. 8. 5.

13 πειρασμὸς, *tentatio*) Tentatio humana est, ubi negotium est homini vel cum semet ipso vel cum aliis sui similibus, homini superabilis. huic opponitur *tentatio daemoniaca*. conf. v. 20. 14.

¶ ὑμᾶς) *vos*. Majora expertus Paulus: Corinthii, inexperti, securiores erant.

¶ οὐκ εἴληφεν, *non cepit*) οὐκ, inquit, non οὐκέτι. Loquitur ergo de tentatione quadam, quæ in medio sit. Ad εἴληφεν, *cepit* confer Luc. V. 5. 26. 2 Cor. XII. 16.

¶ πιστὸς δὲ, *fidelis vero*) Sermo concisus, cujus membrum alterum ex altero supplendum. Adhuc non graviter tentati estis; id non vestro, sed Dei præsidio debetis: sed nunc major tentatio imminet; in ea quoque tuebitur vos Deus: sed vos etiam vigilate. Ita *vero* vim suam porrigit ad v. 14. *Fidelis* est Deus in præstanda ope, quam & verbum ejus & pristina opera *pollicentur*.

¶ πειρασθῆναι, *tentari*) ab hominibus aut dæmoniis.

¶ δύνασθε, *potestis*) scil. *sufferre*. ex fine v.

¶ σὺν, *cum*) Deus nos finit modice tentari: & simul exitum providet.

¶ καὶ, *etiam*) indivulso nexu.

¶ ἔκβασιν) *exitum*, qui fit paulatim, etiam dum aliqua *sufferenda* restant. Idem vocabulum, Sap. II. 17. VIII. 8. XI. (14) 15.

14 ἀπὸ τῆς εἰδωλολατρείας, *ab idololatria*) Consequens ponitur, quo magis deterreantur Corinthii, pro antecedente: id est, fugite idolothyta, eorumque usum religiosum, quatenus sunt idolothyta. Hac cautione præmissa, usum eorum civilem licitum quidem esse, sed tamen hunc quo-

*) *Lectionem* τυπικῶς, *in margine* Ed. 2 *a signo* ε *ad signum* γ *eleuatam, exhibet* Vers. germ. E. B.

quoque cautum esse debere, docet v. 23 ss.

15 Φρονίμοις, *prudentibus*) quibus pauca verba, de hoc arcano, sufficiunt ad *judicandum*.

¶ κρίνατε ὑμεῖς, *judicate vos*) vobis relinquo judicandum.

16 τὸ ποτήριον, *poculum*) Poculum ponitur ante panem; quia considerationi *cibi* magis ex instituto immoratur, v. 21: ponitur tamen, quia inseparabile. Ordo hîc commutatus argumento est, corpus Christi seorsum accipi, non quatenus sanguinem habet concomitantem. In mentione alimenti magis spectatur cibus, quam potus: sed in mysterio redemtionis sæpius nominatur sanguis, quam corpus Christi. Hinc ordo promiscuus Paulo.

¶ τῆς εὐλογίας, *benedictionis*) Eo distinguitur a poculo communi. Matth. XXVI. 27.

¶ ὃ εὐλογοῦμεν, *cui benedicimus*) Plurale, ut in *frangimus*. subaudi, *nos*, antistites & fideles, pro sua quisque parte. conf. c. V. 4. Omnes qui simul benedicunt, & frangunt, eo arctius ingrediuntur in communionem.

¶ κοινωνία, *communio*) Prædicatum hoc in abstracto positum indicat, Subjectum item in abstracto debere accipi: *poculum, quo utimur*: i. e. *usus poculi*. (conf. Marc. VII. 30 not.) qui de hoc poculo bibit, est particeps sanguinis Christi. sic v. 18, *edentes*. Innuitur summa realitas. coll. v. 19 not.

¶ τοῦ αἵματος, *sanguinis*) effusi. Porro qui particeps est sanguinis & corporis Christi, particeps est etiam sacrificii in cruce peracti, conf. v. 18, particeps denique ipsius Christi. conf. oppositum, v. 20 fin.

¶ τὸν ἄρτον) Similis constructio, c. VII. 17. LXX, Num. XXXII. 4. Hîc denuo subauditur τῆς εὐλογίας, panis *benedictionis*.

¶ τοῦ σώματος τοῦ χριστοῦ, *corporis Christi*) *corporis*, pro nobis traditi. conf. oppositum, v. 20 init. Corpus Christi est etiam ecclesia, v. seq. sedhîc innuitur ipsum corpus Christi, cui *sanguis* contradistinguitur. *)

17 ὅτι, *quoniam*) Probat, poculum & panem esse *communionem*: nam panis per se non facit, ut vescentes fiat unum corpus; sed panis id facit, quatenus est *communio &c.*

¶ εἷς ἄρτος, *unus panis*) scil. *est*. [*& quidem talis, qui frangitur, corporisque Christi* communionem *infert*. V. g.]

¶ οἱ πολλοὶ, *multi*) fideles.

¶ ἐκ τοῦ ἑνὸς ἄρτου, *ex uno pane*) adeoque etiam ex uno calice.

18 τοῦ θυσιαστηρίου, *altaris*) adeoque *Dei*. Is, cui offertur, ea, quæ offeruntur, altare, super quo offeruntur, communionem habent: uti patet ex versibus sequentibus. conf. Matth. XXIII. 20 s.

19 τί, *quid*) In protasi posuit argumentum a sacris christianis & judaicis: nunc apodosin daturus, προθεραπείαν adhibet per occupationem, ipsamque apodosin ἐυλαβῶς, in v. 20, implicite ponit: qui idolothyta edit, communionem, cum dæmoniis, colit. *Idolum* **) est lignum, præterea nihil: idolothytum, est frustum carnis, præterea nihil: at poculum illud & ille panis, de quibus v. 16, non est merum poculum, non panis merus.

20 ἀλλ', *sed*) scil. *dico*.

¶ δαιμονίοις, *daemoniis*) præ idolis.

¶ κοινωνοὺς, *socios*) Qui sacrificiis gentium, dæmonia invitantibus, aderant, dæ-

*) *Conf. Theologi anonymi* Schreiben an den Hn. Probst und Oberconsistorialrath D. Wilh. Abr. *Teller* in Berlin, wegen seines Wœrterbuchs &c. *Leipz. 1773. p. 25.* E. B.

**) *Inuerso ordine,* εἰδωλόθυτον *præponendum*, εἴδωλον *postponendum esse*, utriusque Ed. *margo innuit: sed lectionem textûs* Vers. germ. *sequitur.* E. B.

dæmoniis feneſtram aperiebant ad ſeſe invadendos. *)

¶ θεῷ, *Deo*) in cujus communione eſſe debetis. Deut. XXXII. 17: ἔθυσαν δαιμονίοις, καὶ οὐ θεῷ. Conf. Baruch IV. 7.

21 οὐ δύνασθε) *non poteſtis*, ſine maximo peccato.

¶ κυρίȣ, *Domini*) Chriſti.

¶ τραπέζης κυρίȣ, *menſae Domini*) S. Cœna convivium eſt, non ſacrificium; in menſa, non in altari.

22 παραζηλȣ̃μεν) *irritamus?* nempe per idololatriam. v. 7. Ex. XX. 5. Affine הלאות ἀγῶνα παρέχειν. Es. VII. 13. Sic Deut. cap. cit. v. 21, αὐτοὶ παρεζήλωσάν με ἐπ' ȣ̓ θεῷ.

¶ ἰσχυρότεροι, *validiores*) ut effugere poſſimus *zelum* ejus accenſum? [Debilior *citra periculum irritatur: ſecus*, validior. V. g.]

23 συμφέρει, *conducunt*) v. 33. Poteſtas, qua ἔξεστιν omnia, datur a *Deo*: συμφέρον, utilitas eſt *mea*: οἰκοδομὴ, ædificatio, eſt *alterius*.

25 k) μηδὲν ἀνακρίνοντες, *nihil dijudicantes*) utrum ſit idolothytum, nec ne. Sæpe curioſitas plus nocet, quam ſimplicitas.

¶ διὰ τὴν συνείδησιν, *propter conſcientiam*) alienam, v. 29. cui conſulitur taciturnitate, ne commoveatur.

26 τȣ̃ κυρίȣ, *Domini*) non *idolorum*. Ps. XXIV (XXIII) 1, τȣ̃ κυρίȣ ἡ γῆ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. Ps. L (XLIX) 12, ἐμὴ γάρ ἐστιν ἡ οἰκȣμένη καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς.

¶ πλήρωμα, *plenitudo*) etiam omnes cibi.

27 θέλετε πορεύεσθαι, *vultis ire*) Id Paulus non valde probat, nec prohibet.

28 τὸν μηνύσαντα καὶ τὴν συνείδησιν, *indicantem & conſcientiam*) ἓν διὰ δυοῖν. μηνύω notat indicium rei ſerium.

29 τὴν ἑαυτȣ̃) *tuam ipſius*, coll. v. præc. vel potius, quia ibi ſermo eſt in plurali, *meam ipſius*, coll. eo, quod mox ſequitur.

¶ ἑτέρȣ, *alterius*) de quo v. 28.

¶ ἡ ἐλευθερία μȣ, *libertas mea*) i. e. *ego*, *cum libertate* conſcientiæ meæ. ſic mox, *ab aliena conſcientia*, ab alio, cum ejus conſcientia impedita.

¶ κρίνεται, *judicatur*) i. e. conſcientia illius infirma non poteſt meam conſcientiam libertate privare.

¶ ἄλλης) *aliena*. Hoc vim habet majorem, quam ſi dixiſſet, *alterius*.

30 ἐγὼ, *ego*) Hoc facit ad *poteſtatem*.

¶ τί βλασφημȣ̃μαι; *quid blaſphemor?*) ab eo, qui libertatem non capit. i. e. nemo poteſt me *reprehendere* (ſed gravius eſt βλασφημεῖν) quaſi contra *meam* conſcientiam faciam.

¶ ὑπὲρ οὗ, *pro quo*) i. e. cur pro mea gratiarum actione mihi probra ingeruntur?

¶ εὐχαριστῶ, *gratias ago*) Gratiarum actio cibum omnem ſanctificat: auctoritatem

*) *Hac de re conferre juuabit, quæ cel. D.* Cruſius *habet*, Hypomn. *P. I. q. 133 ſq.; ubi:* ex quo, *inquit*, ſtatim apparet, Apoſtolum *dæmonia* illa *pro naturis exiſtentibus* habere, non pro figmentis cerebri humani. Alioqui communione cum illis interdicere non poterat, quia non entis nulla prædicata ſunt. Sed deitatem iis competere negat, c. VIII. 4. 5: *cognitum habemus, quod idolum* (deaſtrum ipſum putat, nam non modo *ſimulacrum*, ſed etiam falſo creditum numen *idolum* dicitur) *in mundo nihil ſit* (i. e. res inanis ſit, nihil valens, quemadmodum etiam v. 19 εἰδωλόθυτον dicitur nihil eſſe, quamquam cibus erat, nec non circumciſio & præputium dicitur nihil eſſe, 1 Cor. VII. 19.) *quodque nullus alius Deus ſit niſi unus.* Item negat, *dæmonibus*, propterea quod cibus ab ipſorum cultoribus ipſis conſecratus fuerit, *jus competere in talem cibum*, ut fidelibus eo veſci non liceat. Nam Domini, h. e Chriſti, ait, terra eſt, omnesque res, quibus repleta eſt, v. 26 28. --- E. B.

k) πᾶν, *omne*] ad differentiam ciborum quod attinet, v. 26. *V. g.*

tatem idolorum, negat; Dei, asserit. 1 Tim. IV. 3 f. Rom. XIV. 6.

31 εἴτε, *sive*) Magnum axioma. Conf. Ier. XXII. 15. 16.

¶ εἴτε τι ποιεῖτε) *sive facitis aliquid*, quod vel magis vel etiam minus commune sit, quam edere & bibere. [*Summae aequitatis est, in omnibus verbis nostris factisque considerare, num in DEI gloriam cedant. 2 Cor. IX. 12. 1 Petr. IV. 11.* V. g.]

¶ εἰς δόξαν θεοῦ, *in gloriam Dei*) cum gratiarum actione & proximi ædificatione.

32 τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ, *ecclesiae Dei*) ecclesiæ sanctæ, ex Iudæis & gentibus vocatæ. Eadem appellatio, c. XI. 16. 22.

33 πάντα) κατὰ πάντα.

¶ πᾶσιν, *omnibus*) Iudæis, Græcis, Christianis.

¶ ἀρέσκω, *placeo*) in conscientia illorum.

¶ ἵνα σωθῶσι, *ut serventur*) Ex eo dijudicandum *utile*.

CAP. XI.

1 Μιμηταί μου, *imitatores mei*) Hunc versum priori addit, ut ostendat, summum exemplum esse Christi, non suum.

¶ χριστοῦ, *Christi*) qui *non sibi ipsi placuit*, Rom. XV. 3, sed se ipsum saluti nostræ impendit. Eph. V. 2.

2 ἐπαινῶ, *laudo*) [*Veri limites capitum.* Not. crit.] Non alibi tam expresse laudat Paulus ullos, ad quos scribit: hîc autem scribere instituit de re quapiam, quæ proprie non cadit sub παραγγελίαν. conf. v. 17: qua in re si tamen rationibus ab ipso allatis, & mori sanctorum, v. 16, quem ut stringentiorem postremo ponit, obsecuturi sint, *laude* dignos fore statuit Corinthios, neque eos aut *Petri aut suam indignationem incursuros* esse edicit.

¶ πάντα) κατὰ πάντα.

¶ μου, *mei*) Constr. cum *meministis*; vel cum *omnia*, c. XVI. 14.

¶ παρέδωκα - παραδόσεις, *tradidi - traditiones*) Hoc dicitur de doctrinis sive coram sive per literas impertitis, sive ad mysteria sive ad ritus spectent: v. 23. c. XV. 3. 2 Thess. II. 15. magis tamen de ritibus. Versu 23 dicit, se, de cœna dominica, & accepisse & tradidisse: sed hoc loco tradidisse se dicit; accepisse, non dicit.

3 δέ, *autem*) De hac re Paulus antea Corinthiis nihil videtur præcepisse, sed nunc primum, cum opus esse intelligeret, scripsisse. *volo*, apertam facit professionem animi.

¶ ὅτι, *quod*) Etiam ritualia ex moralibus resolvenda, ut eis congruant. Dices: Quomodo virum ad aperiendum caput, mulierem ad operiendum movet una eademque capitis (i. e. Christi virive) ratio? Resp. Christus non conspicitur: vir, conspicitur. sic velamen ejus, qui Christo subest, non conspicitur; ejus, quæ viro subest, conspicitur.

¶ ἀνδρὸς, γυναικὸς, *viri, mulieris*) etiamsi non vivant in matrimonio. v. 8 seq.

¶ ἡ κεφαλὴ, *caput*) Alludit hæc appellatio ad caput proprie dictum, de cujus habitu agit. v. seq. Affine illud vulgatum, *Principal.* Articulus ἡ mox bis est ex hoc inciso subaudiendus.

¶ κεφαλὴ χριστοῦ, *caput Christi*) c. III. 23. XV. 28. Luc. III. 23. 38. Ioh. XX. 17. Eph. III. 9, ubi Deus omnia per Christum condidisse dicitur: ergo Christi caput est.

¶ ὁ θεὸς, *Deus*) v. 12.

4 προσευχόμενος ἢ προφητεύων, *orans aut prophetans*) præsertim in *ecclesia*, v. 16, & *conventu*. v. 17.

¶ κατὰ κεφαλῆς, *in capite*) Habitus capitis, partis præcipuæ, toti corpori dignitatem affert. [Facies *inprimis, ubi de velamine sermo est, spectatur.* V. g.]

¶ ἔχων

¶ ἔχω) *habens*, i. e. *si habeat*. Viri Corinthii non velabantur: & in eo ipso mulieres imitabantur viros. ad eas ergo refutandas Paulus conditionate loquitur de viro.

¶ τὴν κεφαλὴν αὐτῆ, *caput suum*) *caput*, proprie dictum, ut modo hoc versu, coll. not. ad v. 6. Alias vir operto capite orans, plus peccaret in Christum, quam mulier in virum, capite aperto.

5 πᾶσα δὲ γυνὴ, *omnis vero mulier*) δὲ *vero* facit epitasin. Toto hoc loco mulier potissimum, Corinthia præsertim, admonetur. *)

¶ προσευχομένη ἢ προφητεύουσα, *orans aut prophetans*) Ergo ab his officiis mulieres non plane sunt exclusæ: certe Corinthiæ id faciebant, quod quatenus liceat, Paulus differt ad cap. XIV, nempe extra conventum solenniorem.

¶ ἀκατακαλύπτῳ, *non velato*) Velamen natura poscit: sed sinciput cum facie, & occiput, quousque velandum sit, moribus populorum relinquitur. Verisimile est, Iesum & discipulos ejus fuisse operto capite, Israëlitico more. unde regula non est universalis, neque antiquior Paulo. Et παράδοσις erat; non regula stricte dicta, sed institutum, *eine Verordnung*. Quæritur hoc loco, quid de *Capillamentis* habendum sit? Primum ea pro περιβολαίῳ sive tegmine capitis non habenda videntur: nam sunt comæ imitamentum, &, ubi ea tenuior, supplementum, hodie interdum valetudinis causa probe necessarium, ac faciem nihilo magis velant, quam capillus cujusque viri proprius: neque enim, si mulieres talibus uti solerent, eæ pro sat velatis haberentur. Itaque caput viri vix magis, dum orat, quam dum non orat, per ea dehonestatur. Revera tamen capillamentum, prolixum præsertim & silvæ suæ luxuria a similitudine comæ naturalis degenerans, est quiddam adventitium, & ortum ætatemque habet a superbia vel certe a mollitie vel voluntaria vel falsam necessitatem contrahenti: *ab initio non erat sic; neque ita semper erit.* Paulus, si hodie eum consulere possemus, eos, credo, qui capillamenta jam gerunt, non cogeret protinus ex toto abjicere; sed eos certe, qui nondum gerere cœperunt, ut quiddam viros eosque orantes minime decens, in perpetuum dedoceret.

¶ ἓν, *est*) Tales mulier non differt a rasa.

6 κειράσθω, *tondeatur*) Quale occiput est natura in viro & muliere; tale fere sinciput esse decet cultu. v. 14 s. Imperativus permittens; sed permissio habens mimesin sive deductionem ad inconveniens. Dedecet rasura moniales.

¶ αἰσχρὸν, *turpe*) Sic, *dedecus*, v. 14. Oppositum, *decorum*, v. 13, *gloria*, v. 15.

¶ τὸ κείρασθαι ἢ ξυρᾶσθαι) Hoc plus est, quam illud. Mich. I. 16, ξύρησαι καὶ κείραι. ξυρᾶται sinciput: κείρεται occiput. Gradatio apud Micham, l. c. sequitur, in *latitudine* rasuræ.

7-10 ἐκ ὀφείλει κτλ. *non debet &c.*) Magis liber est viro, præsertim extra actum orandi & prophetandi, habitus capitis, quam mulieri.

¶ κατακαλύπτεσθαι, *velari*) Versus 7 & 10 exactum habet antitheton. Observa primum, *non debet* & *debet*. deinde aspice diagramma: Vir *non debet* velari: quia vir est *A* imago Dei *B* & gloria Dei. at mulier *debet* velari: *C* quia est gloria viri; *D* & propter angelos. Vir, inquit, est imago Dei; subaudi, *& Christi*, ex v. 3. (vid. v. 8. coll. v. 12. ἐκ, *ex*, de viro & de Deo;

*) *Mulieres Corinthiacas* Baccharum, *aliarumue prophetissarum gentilium hac in parte mores imitari voluisse, cel.* Michaëlis *conjectura est, in der* Einleitung &c. *T. II. p. m. 1368 sq.* E.B.

Deo; at διὰ, *per*, de muliere:) non ſolum propter ipſam poteſtatem in mulierem, ſed etiam propter poteſtatis cauſas, ſcil. quia mulier eſt ex viro: eſt autem ex viro, *quia* (γὰρ) propter virum condita eſt. At vir propius & ex Deo & ſub Deo eſt; & ſic Deum repræſentat. Porro quia vir eſt imago Dei, eſt idem gloria Dei. conf. *gloria*, 2 Cor. VIII. 23. *Mulier autem eſt gloria viri:* quia vir caput & dominus mulieris. Non, *imago & gloria viri;* ſed tantum, *gloria viri*, ait, ſermonem quaſi ſuſpendens. Gloriam autem viri eſſe probat v. 8 & 9 quaſi per parentheſin: ex quo etiam colligi poteſt, cur vir ſit *imago & gloria Dei.* Nunc quum mulier eſt gloria viri, poſſet eadem dici imago viri: ſed hoc Paulus alio ſermone rependit, & ait, *propterea*, quia ſcil. mulier eſt gloria viri, debet velari *propter angelos.* *) etenim in diagrammate, quod modo poſuimus, *D* habet ſe ad *A*, uti *C* ad *B*. Hujus breviſſimi noëmatis ſententia [*in notis ad* Vers. germ. *eodem prorſus modo expreſſa,*] ex ipſis verbis adjectis elici debet: mulier *ſe tegat* propter angelos, i. e. quia etiam angeli teguntur. ſicut ad Deum ſe habent angeli: ſic ad virum ſe habet mulier. Dei facies patet: velantur angeli. Es. VI. **) Viri facies patet: velatur mulier. Neque eo pacto vir ſupra angelos effertur: ſed conſideratur duntaxat, quatenus Deum repræſentat erga mulierem, quod de angelis dici nequit. Velari autem maxime debet mulier orans & prophetans. nam viri præ muliere eſt orare & prophetare: quum ergo mulier eas partes ſumit, tum maxime opus eſt aliqua proteſtatione, mulierem tamen viro inferiorem eſſe merito libenterque. Externusque corporis habitus, humilitatem cordis, angelis non pervii, oſtendens, & ordo, ipſos angelos delectat: qui etiam ordinem tuentur, & res humanas ſpectant in eccleſiæ cœtu: c. IV. 9. Eph III. 10. conf. Eccl. V. 5: ubi LXX πρὸ προσώπου θεοῦ· ab angelis ad increatum angelum concluditur ut a minori ad majus. adde Ps. CXXXVIII. 1. Sin minus, mulier ea difformitate offendit angelos, Matth. XVIII. 10. 31. Offendere autem angelos eo minus debet, quia mulier etiam aliquanto magis, quam vir, tutela an-

*) *Contra recentiorum aliquem, qui lectioni* διὰ τὰς ἀγγέλους *aliam,* διὰ τὸς διαβόλους (propter calumniatores noſtros) *ſubſtituere auſus fuit, S. R. D.* Erneſti (*Bibl. th. T. VII. p. 440*) *monet, ſatius fore, ipſos* ἀγγέλους *hoc modo interpretari, ut* καλαπόπους *deſiguare dicantur,* miſſos ad ſpeculanda noſtra, & inde captandam criminandi materiam &c. *Quæ ſententia quamuis tolerabilior ſit iſtâ fingendi, quicquid placet, libidine: nullatenus tamen conuenire eam exiſtimem uniuerſo Scripturæ tenori.* E. B.

**) *Ad eundem Scripturæ locum, eodem ſcopo, pronocat S. R. D.* Moldenhauer, *in ſeiner* Erläuterung der ſchwereſten Stellen N. T. &c. *& conſentit cel. D.* Zachariæ, *in* paraphraſi *ad h. l., recenſente cel. D.* Erneſti, *Bibl. th. T. VIII. p. 673. & Bibl. th.* nouiſs. *T. I p. 897. Neque* inſtantia, *quam S. R. Erneſti l. c. regerit,* fundamentum velationis *in relatione iſta* poſitum *videtur tollere. Quanquam enim,* ex v. 3, *etiam* viri caput eſt Chriſtus; *vix tamen rationis paritas requirit, ut &* viri, *ob ſimilem* ad Chriſtum *ſcheſin,* velentur. *Nam quæ* in cœleſtibus *angelorum ad Deum relatio eſt, ea* in viſibilibus *uxoris ad maritum quodammodo eſſe poteſt, ſaluâ illa Chriſti dignitate, quâ* caput viri *audit; cujus ſubordinationis externum ſymbolum* in viro *tanto minus deſideratur,* quòd vir *Chriſtum non ſolum ut caput ſuum venerari, ſed* Ipſius *etiam, ceu* capitis eccleſiæ, *ſpeculum quaſi eſſe in relatione* ad uxorem *debet. Non* uni *videlicet reſpectui inhærendum eſt, ſed ad plures attendendum. Conſiderari præterea fas eſt, quod neque* Chriſtus, *cujus itidem* caput DEVS *dicitur v. 3, ullo velamento opus habet. Ergo neque ad* viri velationem *concludi ex eo neceſſe eſt, quod* Chriſto capite *gaudet: ſed de* ſola muliere, *v. 10, conſequentia iſta valet ex ordine diuinitus conſtituto.* E. B.

angelorum eget. Eget autem magis, ob infirmitatem propriam, perinde ut minores. Matth. l. c. coll. not. ad Greg. Thaum. Paneg. 160. ſicut etiam *) *daemones* magis inſidiantur mulieri, 2 Petr. II. 19 fin. cum ſeductione & devictione proportionem habet jus adverſus ſeductum & devictum. atqui mulier prior devicta fuit. *vel etiam* eam magis appetunt impuri illi quamlibet ſpiritus, quos ob pabuli aviditatem Græci φιλάλλας vocant. conf. Matth. VIII. 31. XII. 43. Hæc magna viri præ muliere excellentia temperatur verſu 11. 12, per ἐπιθεραπείαν, ne vir ſe efferat, neve mulier ſe contemtam putet. Iac. Faber Stapulenſis: *Vir immediate factus eſt a Deo, imago & ſimilitudo Dei, ad ejus gloriam: mulier vero mediante viro, quaſi velamine inter eam & Deum poſito. medium enim, ut interſtitium & velamen quoddam eſt. Ad quod*

*) *Hæc obſeruatio, Dicti hujus* explicationi, *multis ceteroquin probatæ*, appendicis *quaſi loco ſubjuncta, inſignem* Beato *eruditorum quorundam contemtum peperit. Paucula itaque, ne probi lectores iniquioribus declamationibus circumueniantur, illuſtrationis cauſſa placide reponere animus eſt.* Primo *quidem doctrina* de inſidiantibus dæmonibus (*taceo* angelorum tutelam, *Ps. XXIV. 8. Hebr. I. 14. Act. XII. 15 not.*) *neutiquam talis eſt, quæ nunc demum* Chriſtianis parari *debeat* ex judaicis ideis & narrationibus, *ſed prorſus* apoſtolica, *Eph. VI. 10 ſqq. &c.* Deinde, *qui perpenderit, qualem* Apoſtolus *1 Tim. II. 13. 14* concluſionem *nectat, is non habebit, cur eam* proportionem juris in deuictum, *quam* Gnomon *ex 2 Petr. II. 19 deriuat, ridendam exiſtimet.* Porro, *locutio*, vel etiam, *haut obſcure innuit, non* theſin, *ſed* conjecturam, *vero certe non abſimilem, proferri; quæ ipſa* denique *indignas iſtas* conſequentias *minime inuoluit, quibus onerare nonnemo b.* Bengelium *conatus eſt: nam non* ſolas *mulieres* appeti, *ſed* magis *fortaſſis appeti ait, quam* viros. *Quapropter &* pabuli auiditas, *dæmonibus adſcripta, ex ejusmodi Scripturæ locis probatur, quæ* mulieris *nec volam habent nec veſtigium, ſed nonniſi* φιλάλλας, *i. e.* materiæ cupidos *eſſe dæmones inferunt. Mulieri, ut* vaſi infirmiori, *cui facilius perſuadetur*, magis inſidiari *angelos malos, quam* potiori ſexui, *alienum nemini eſſe debet, qui* lapſus hiſtoriam, *collatis locis 2 Cor. XI. 3. 1 Petr. III. 7. 1 Tim. II. 13 ſq. eâ, qua par eſt,* religione *ponderare mauult, quam alto ſupercilio res non quotidianas traducere.* — De voce φιλαλλος *etiamnum qui ambigant, erunt forſitan. In Lexicis fruſtra quæſieris. Exſtat vero locus* Ephraimi Syri, *Opp. Ed. Oxon. d. A.* ᾳψθ (1709) fol. Ξγ (63), *ubi* φίλαλλος & αὔλος *opponuntur* τῷ φιλοκλήμων & ἀκλήμων, *hac ſermonis ſerie:* Μοναχὸς φιλοκλήμων φοινιξ ἄκαρπος· ὁ δὲ ἀκλήμων, ὡς κεκαρμένος φοινιξ ἀναβρέχων εἰς ὕψος. Μοναχὸς φίλαλλος ἔοικεν ἱέρακι ἐκπελαθέντι, λαβόντι λώρας εἰς τὰς πόδας, καὶ ὅπῃ δ' ἂν καθίσῃ, ἐμπλακήσεται· ὁ δὲ αὔλος ὥσπερ ἔυσολος ὁδοιπόρος. Πολλοὶ δοκοῦσι φρόνιμοι εἶναι ἐν ἑαυτοῖς, καὶ δύνανται νοεῖν, ὅτι ἦν δοκοῦσι φρόνησιν, ζημία ψυχῆς αὐτοῖς ἀποβήσεται. κτλ. *Quum vero in compoſitione vel per* apocopen (*ut* φιλυδρος) *vel cum* nota diæretica (*ut* ὀλιγόϋδρος) ο & υ *ſoleant combinari, adeoque* non contrahi *in* ω: *pro* φιλαλλος *l. c. videtur* φιλοΰλος *ſcribendum fuiſſe, ſiquidem ab* ὕλη *deriuandum omnino ſit vocabulum. Alii enim ab* ὗλος (mollis) *vel ab* ὄυλος (criſpus) *vel ab* οὐλὴ (cicatrix) *vel ab* οὖλον (gingiua, *ob teneritatem ſic dicta*) *derivatum cenſent. Nolo tamen ſilentio premere, apud* Syrum *l. c. typis minoribus* gloſſam marginalem *haberi, quæ* τὸ φιλαλλος *per* φιλαυλος & τὸ αὔλος *per* ἄναυλος *interpretatur. Poſſit fortaſſis hac in re nonnihil etiam lucis afferre* Aen. Gazæi *locus in* Theopraſto, *ex recenſione Caſp.* Barthii, *Lips. 1655, ubi p. m. 65 fin.* δαιμόνια *dicit* κακόεργα καὶ ἕνυλα ἰὰς ἀνθρωπείας ψυχὰς ὑποκρίνεσθαι κτλ. *Quid, ſi* Euſebii (*H. E. L. III. c. XXVIII*) *ex* Dionys. Alex. *de* Cerintho *teſtimonium conferas,* ὢν αὐλὸς, *inquientis,* ὠργέλο, φιλοσώμαλος ὢν καὶ πάνυ σαρκικός? *Affine ſcil.* τὸ φιλοσωμαλος *videri queat* τῷ φιλαλλος. *Expendant peritiores rerum arbitri. Mihi quidem,* quales Græcos *b. Parens in* Gnomone *innuat, non ſatis conſtat: multorum ei documenta, tum ſacrorum tum profanorum, frequentata fuiſſe, certum habeo.* E. B.

quod myſterium deſignandum, cum vir ſe convertit ad Deum, quod maxime aut orans aut prophetans facit, detecto capite, quaſi nullum inter ſe & Deum velamen habens, ſuae creationis honorem, ut eſt, Deo offerens, id facere debet: mulier autem capite velato, ſuam creationem agnoſcens, & ut decet, honorem Deo offerens: ſecundo loco, & gloria viri intermedia. eſt enim vir prima & immediata gloria Dei: mulier media a & ſecunda, & immediate gloria viri, & ipſius viri gratia facta. Idem Stapulenſis: *Et vir & angeli,* inquit, *immediate creati ſunt a Deo; & ideo nullum velamen in hujus rei ſymbolo debet habere vir, cum convertitur ad Deum, non ſecus ac angeli: at mulier non ſolum propter virum habere debet, ſed etiam propter angelos. ſuperbia enim eſſet, ſi creationem ſuam angelis faceret aequam, cum hanc poteſtatem habeat mediante viro. Quid eſt enim, mulierem poteſtatem habere, & debere quidem habere in capite, niſi mediante viro, mediante capite, qui vir ejus eſt?* Hæc cordatus lector ad noſtra dextre attemperabit.

8 οὐ γὰρ, *non enim*) Sicut ad primum virum ſe habet mulier ſua; ſic totum genus mulierum ad viros.

¶ ἐξ ἀνδρὸς, *ex viro*) ex viri coſta.

10 ὀφείλει, *debet*) Hoc verbum differt a δεῖ, *oportet.* ὀφείλει notat obligationem, δεῖ neceſſitatem; illud morale eſt, hoc quaſi phyſicum: ut in vernacula *wir ſollen und müſſen.*

¶ ἐξουσίαν ἔχειν) *poteſtatem habere, ſuper capite.* Ex antitheto illo verſûs 7 & 10 patet, *poteſtatem* idem eſſe, quod κάλυμμα, *tegumentum.* ſic Gen. XX. 16, כסות עינים LXX, εἰς τιμὴν τοῦ προσώπου σου· *in tegmen,* i. e. in teſtimonium intemeratæ caſtitatis matrimonialis. E diverſo caput mulieris e viri *poteſtate* per adulterium egreſſæ vel certe ea de re ſuſpectæ ἀποκαλύπτειν *aperire* juſſus eſt ſacerdos, Num. V. 18. Cum utroque loco illo congruit præclare hic locus: tantum ἐξουσία *poteſtas* vocabulum aptius hîc fuit, quam τιμὴ, *honor.* Nec plane alienum fuerit conferre illud Ps. LX. 9: *Ephraim robur capitis mei.* Ἐξουσίαν dicit Paulus per metonymiam elegantem, ſigni pro ſignato; vel etiam clementem, relati, pro correlato, ὑποταγὴ aut ſimili: niſi potius eſt ſignum, quo proteſtetur & confiteatur mulier, ſe, quanquam oret ac prophetet, tamen viro eſſe inferiorem; qua demum conditione *poteſtas* ei obtingit orandi & prophetandi, ſine ſigno illo non exercenda. Atque hæc appellatio eo eſt convenientior, quod affinis eſt τῷ δόξα, *gloria*, v. 15. & ἐξουσία etiam de angelis dicitur.

11 ἐν κυρίῳ, *in Domino*) *in Chriſto*, per quem & vir & mulier & conditi & redemti ſunt. Reſpectu Chriſti, h. l. & reſpectu Dei, v. ſeq. jam magis diſparet differentia viri & mulieris, Gal. III. 28, quam reſpectu angelorum. Itaque verſus 9. 10. 11 & 12 in clauſulis ſibi eleganter reſpondent.

12 ἡ γυνὴ ἐκ τοῦ) Hîc duntaxat & v. 10 adduntur articuli. In v. 10 eſt relativa vis ad v. 9, & in verſu 12 ad v. 11.

¶ ἐκ-διὰ, *ex-per*) Differunt particulæ. mox, de Deo, etiam *ex* dicitur.

¶ πάντα, *omnia*) vir mulier, & alterius utrius mutua ab altero dependentia.

13 ἐν ὑμῖν αὐτοῖς, *in vobis ipſis*) ſine longa explicatione.

¶ ἐστι) *eſtne?* Directa interrogatio, uti c. VI. 5.

¶ γυναῖκα-τῷ θεῷ, *mulierem Deo*) Exprimit Paulus ſaltum, quem mulier non velata faciat, & *virum* & *angelos* prætergrediens Egregia hypotypoſis, quamlibet brevis.

14 οὐδὲ αὐτὴ) *ne ipſa quidem* natura, ex qua facillime omnes diſcunt.

¶ ἡ φύσις) *natura*, ejusque de decoro lumen.

¶ ἐὰν κομᾷ) *ſi* magnam *habeat comam*, in-

instar *tegminis*. non enim plane tonsus esse jubetur.

¶ ἀτιμία, *dedecus*) scil. si id sine causa faciat. nam interdum etiam viros decet coma. Num. VI. 5. 2 Sam. XIV. 26. Act. XVIII. 18. Qui comam quamlibet longam habebat Nazir, debuit eam retinere.

15 ἀντὶ περιβολαίου, *pro tegmine*) Non quin accedere debeat *tegmen* artificiale: sed quod coma prolixior documento sit, capitis quam maxime velandi. naturæ debet respondere voluntas.

¶ δέδοται, *) *data est*) per naturam.

16 εἰ δὲ, *sin autem*) Præcisio, uti c. XIV. 37. Perspicit Paulus, nonnulla posse excipi: sed ea reprimit auctoritate.

¶ δοκεῖ φιλόνεικος, *videtur contentiosus*) Talis disputator putaret, se recte contendere: sed Paulus appellat *contentiosum*. hoc dicit: *si quis vult contendere, idque se jure facere autumat*. Habet hæc periocha aliquid ad Corinthios modestiam docendos potius, quam ad omnes obligandos spectans. conf. 2 Cor. II. 9. Nam inprimis φυσίωσιν eorum compescit. conf. c. XIV. 34-38.

¶ ἡμεῖς, *nos*) doctores vestri, ex Hebræis.

¶ συνήθειαν, *consuetudinem*) ut mulier caput non tegat, orans præsertim.

¶ αἱ ἐκκλησίαι τοῦ θεοῦ, *ecclesiae Dei*) quæ non contemni debent. c. XIV. 36.

17 τοῦτο) *hoc*, quod sequitur.

¶ παραγγέλλω, *jubeo*) Domini nomine. v. 23. Cap. XIV. 37.

¶ οὐκ ἐπαινῶν, *non laudans*) Oppositum: *laudo*. v. 2. Hoc antitheto duæ partes hujus capitis arcte connectuntur. in altera erant probi; in altera peccabant Corinthii.

¶ εἰς τὸ κρεῖττον, *in melius*) Conventus fidelium semper debebat proficere in melius.

¶ εἰς τὸ ἧττον, *in deterius*) adeoque *in judicium*. v. 34. Initio Paulus loquitur mitius. Paronomasia, κρεῖττον, ἧττον.

18 πρῶτον, *primum*) Hoc, non subsequente *deinde*, moratam facit orationem. Conventus etiam in usu charismatum poterat apud Corinthios fieri in melius. c. XIV.

¶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, *in ecclesia*) *Ecclesia* hîc vergit ad significationem loci. ἐπὶ τὸ αὐτὸ, v. 20. [*ubi omnia ad concordiam fas est componi*, V. g.]

¶ σχίσματα) *schismata*, non modo in sensibus, c. I. 10, sed etiam in cœtibus, v. 21.

¶ μέρος τι, *ex parte*) Excipit innocentes: & miti sermone utitur.

¶ πιστεύω, *credo*) salvo amore. c. XIII. 7.

19 καὶ αἱρέσεις, *etiam haereses*) *Schismata* & *haereses* hoc loco de una re dicuntur; neque *etiam* pertinet ad faciendum discrimen; sed hoc significat: non modo multa bona, neque modo *offendicula*, c. VIII. 9, sunt penes vos, sed etiam hæreses sive diversas sententias & plerunque nascentia ex iis schismata esse oportet. Harum necessitas tum & est, & conducit piis, ubi admixti eis sunt *minus probati*. Schisma est discessus mutuus; hæresis, discessus unius partis, ab unitate ecclesiæ, vel in fide, vel in cultu.

¶ οἱ δόκιμοι, *probati*) Tales ergo certe nonnulli erant. Sermo ἀσεῖος· nam voluit dicere: ut *minus probati* fiant palam.

20 συνερχομένων οὖν ὑμῶν, *convenientibus ergo vobis*) *Ergo* facit ad reassumendum sermonem v. 18.

¶ οὐκ ἔστι φαγεῖν) *non est edere*. i. e. *non con-*

*) *Voc.* αὐτῇ, *cujus omissio per marginem* Ed. 2 *a signo* γ *ad signum* ε *detrusa est, exhibetur in* Vers. germ. E.B.

contingit edere: esus impeditur, videlicet, quia panis avertitur. ideo notanter ait, *edere.* Locutio indefinita. [*Man kommt nicht dazu, wegen Abgang des Brots und Weins.* Not. crit.] Interdum perveniebant ad cœnam dominicam ipsam edendam: v. 26. interdum excludebantur, nonnulli certe, qui tardius adveniebant, non exspectati. v. 33. Sic ἐρχ cum infinitivo, Hebr. IX. 5. Sic non semel Chrysostomus. vid. ad l. 2. de Sacerd. p. 388. Similis usus verbi γίνεται. Act. XX. 16. Sic אין לשמור 2Chron. V. 11. אין לבוא Esth. IV. 2. οὐκ ἔρχιν ἆραι LXX, 1 Chron. XV. 2. οὐκ ἔρχι πρός σε ἀντιςῆναι, 2 Chron. XX. 6. & plane Gen. VI. 21, καὶ ἔςαι σοὶ καὶ ἐκείνοις φαγεῖν.

¶ κυριακὸν, *dominicam*) Antitheton: *propriam.* v. seq.

21 ἕκαςος, *unusquisque*) G. Raphelius: *Moris fuit Athenis*, inquit, *Socratis aetate, ut, qui ad coenam conveniebant, ipsimet singuli aliquid obsonii afferrent: quod non semper in commune apponebant, sed plerunque quisque suo vescebatur.* inde inducto Xenophontis testimonio, infert: *Quem morem, indicio est hic ipse apostoli locus, illa etiam tempestate a Corinthiis, jam Christianis, eatenus servatum fuisse, ut celebraturi S. Coenam, si non alios etiam cibos, panem certe & vinum in ecclesiam afferrent, ex quibus deinde partes sumebantur, quae consecrabantur in eucharistiam. Primum enim ἴδιον δεῖπνον vocat Paulus sine dubio, quem quisque cibum domo attulerat, in quem quasi jure suo irruebant, non exspectatis ceteris. Deinde οἱ μὴ ἔχοντες v. 22 non alii possunt intelligi, quam tenuiores, in quorum conspectu non sine contemtu ipsorum intemperanter epulabantur ditiores, ante distributionem coenae dominicae, cujus fruendae causa aderant pauperes, cibis nullis praeterea sibi paratis.*

¶ προλαμβάνει, *praesumit*) cum deberet exspectare, v. 33.

¶ ἐν τῷ φαγεῖν, *in edendo*) Sermo de pastu corporis, v. 33 s. a quo S. Cœna longissime differt.

¶ καὶ, *&*) *& alius quidem* (non habens) *esurit* (& sitit:) *alius vero* (habens, saturatur &) *ebrius est.* Alter plus justo habet sibi, alter minus.

22 γάρ, *enim*) Interrogando urget.

¶ οἰκίας, *domos*) v. 34.

¶ τῆς ἐκκλησίας, *ecclesiam*) cujus melior pars, pauperes. Iac. II. 5.

¶ τὸ θεῦ, *Dei*) Dignitas ecclesiæ.

¶ καταφρονεῖτε, *contemnitis*) quum id, quod *domi* facere poteratis, in ecclesia facitis seorsum.

¶ μὴ ἔχοντας, *non habentes*) *Habentes*, locupletes: *non habentes*, egeni.

¶ οὐκ ἐπαινῶ, *non laudo*) Μείωσις. Valde reprehendendi estis.

23 ἐγὼ γὰρ παρέλαβον, *ego enim accepi*) immediate. *Magna ergo veneratione ad id augustissimum mysterium accedere oportet, quod, dum in terris adhuc esset, instituit Dominus, ut ex Matthaeo, Marco & Luca aperte cognoscitur: & quod, ubi coelos scandit, revelatione sancto apostolo ejus Paulo facta, adhuc innovavit.* Iac. Faber Stapulensis.

¶ ἀπὸ τῦ κυρίυ, *a Domino*) Iesu Christo.

¶ παρέδωκα, *tradidi*) coram.

¶ ὁ κύριος ἰησῦς, *Dominus Iesus*) Hoc, *Iesus*, considerate additur. Modo dixerat, *a Domino.*

¶ ἐν τῇ νυκτὶ, *in nocte*) Inde *Coena* dicitur. Conf. Ex. XII. 6. quanquam de agno paschali tempus diei expresse præceptum est; de Eucharistia, non item.

¶ ᾗ παρεδίδοτο, *qua prodebatur*) Hoc plane considerate sic effertur. nam proditio abrupit conversationem Iesu cum discipulis. conf. not. ad v. 26.

24 ἔκλασε, *fregit*) Ipsa fractionis mentio, distributionem involvens, refutat *proprietatem* Corinthiacam. v. 21.

¶ τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον, *quod pro vobis*

bis frangitur) Apud Lucam, *quod pro vobis datur*. In S. Cœna, cum pane *fracto*, corpus Christi, quod pro nobis in mortem datum est, sumitur & editur, tanquam verus cibus: quanquam nisi *fractio* panis tum communi pridem usu recepta esset, Dominum adhibiturum eam fuisse, nemo spoponderit. Passio natura prior est, quam eucharistia: ideo institutio S. Cœnæ quam proxime ante mortem Christi facta est. Itaque corpus Christi dicitur *datum* respectu passionis per se: *fractum*, respectu passionis corpus Dominicum ad edendum aptantis; & τὸ *datum* connotari, docet τὸ *pro vobis*, ut sit locutio concisa, hoc sensu, *Quod pro vobis* datur & vobis *frangitur*. Hæc ad communem quidem lectionem, quæ habet κλώμενον, ex verbo ἔκλασε proxime præcedente: sed Alexandrina lectio non habebat participium, ut patet ex libro *Cyrilli* contra Nestorium quarto; *) unde alii supplevere διδόμενον, ex Luca. Nervosa sententia, *corpus meum, quod pro vobis:* uti Ioh. VI. 51 in codd. vet. *caro mea pro mundi vita*. Allegoria contin. de pane fracto.

25 μετὰ τὸ δειπνῆσαι, *post coenam*) Itaque vos, Corinthii, a Sacra Cœna debetis sejungere epula communia.

¶ ὁσάκις, *quoties*) Non præcipitur, *quoties:* sed sæpe edendum ac bibendum esse, indicatur.

¶ πίνητε, *bibatis*) hoc poculum. v. 26.

¶ εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν, *in mei memoriam*) Hoc Matthæus & Marcus præsupponit: Lucas semel ponit; Paulus bis, quia ad institutum ejus maxime facit. Sacrificia vetera faciebant ad *memoriam peccatorum:* Hebr. X. 3. sacrificium corporis Christi, semel peractum, recolitur per *memoriam remissionis*.

26 τὸν θάνατον τοῦ κυρίου, *mortem Domini*) *mortem*, qua Christus immolatus est pro nobis. [*& sanguis ejus a corpore separatus. Hinc sigillatim*, Hoc est corpus meum, *inquit*, *& sigillatim*, Hic est sanguis meus. V. g.] Sic quoque in apocalypsi *agnus* ut *mactatus* memoratur.

¶ καταγγέλλετε, *annunciatis*. Indicativus, cum *enim*, refertur ad *tradidi*. v. 23. Corinthios ex ipsa eorum praxi qualicunque convincit. *annunciantur* nova: & mors Domini semper nova esse debet memoriæ nostræ. Ex. XIII. 8, καὶ ἀναγγελεῖς, *& annunciabis:* de Paschate. unde lectio illa paschalis dicitur הגדה *annunciatio*. Etiam *Syro* est indicativus.

¶ ἄχρις οὗ, *usque dum*) Hoc deducit Paulus ex particula ἕως Matth. XXVI. 29. Quicquid nobis per abitum Christi decedere videtur, id per S. Cœnam quasi per quiddam æquivalens compensatur, ut a discessu Domini ex oculis credentium, usque ad adventum ejus visibilem & gloriosum, Ipsum, quem tantisper non videmus, tamen habeamus. *Quod Redemtoris nostri conspicuum fuit, in sacramenta transivit*. Leo M. serm. 2 de ascens. Ideo dicitur, *in mei recordationem:* qua recordandi ratione non opus fuit, quamdiu ipse cum discipulis fuit; unde etiam S. Cœnam non citius instituit, sed ea nocte, qua proditio conversationem Iesu in terra visibilem abrupit: tum vero instituit, ne cum visu etiam memoria intermitteretur. Quæres: cur non instituerit S. Cœnam illis XL diebus inter resurrectionem & ascensionem? Resp. 1. Quia maxime pertinet ad memoriam *mortis* ejus. 2. Sacra Cœna est specimen communis quasi convictus cum Christo in cœlo: at post resurrectionem suam Christus non edit & bibit cum discipulis; sed tantum edit, & eo tantum fine, ut eos convinceret de se ipso

vere

*) *Hinc & participium* κλώμενον, *& imperativus præcedens*, λάβετε φάγετε, *tum in margine* Ed. 2 *infirmioribus lectionibus, mutatâ Crisi, annumerantur, tum dubie ponuntur in* Vers. germ. E. B.

vere resuscitato & præsente. Hæc memoria est intima & vividissima, ut est liberorum erga parentes, sponsæ vel conjugis erga maritum, fratris erga fratrem, cum fide, amore, desiderio, spe, gaudio, obsequio conjuncta, summam status christiani complexa. Hæc ratio viget a clausula ultimi cum discipulis convivii usque ad adventum Matth. XXVI. 29. Hoc mysterium duo tempora extrema conjungit.

¶ ἄν) quocunque tempore fiat adventus. *) Tum *bibetur novum.* Matth. XXVI. 29.

¶ ἔλθῃ) *venerit*, in gloria. c. IV. 5. Non dicitur *reditus.* Act. I. 11 not.

27 ὥστε ὃς ἂν ἐσθίῃ τὸν ἄρτον τοῦτον ἢ πίνῃ τὸ ποτήριον τοῦ κυρίου ἀναξίως) Pridem ἢ legerunt aliqui pro καὶ, sed manet **) καὶ, ut in eo quod subsequitur, *corporis ET sanguinis.* Ex particula ἢ Pamelius ad Cyprianum de Lapsis frustra necessitatem communionis sub utraque specie impugnat. Particula disjunctiva, si quis Paulum ea usum putat, tamen non separat panem & calicem: alias posset calix æque sine pane, ac panis sine calice sumi. Paulus bis, & cum pane, & cum calice, *recordationem* Domini Iesu, verbis Ipsius, postulat: v. 24. 25. at apud Corinthios, in ea ratione, qua cœnam dominicam celebrabant, poterat aliquis simul & panem hunc edere & calicem Domini bibere, & tamen seorsum panem hunc indigne edere, *vel* calicem hunc indigne bibere, Domini recordatione in alteram utram duntaxat partem violata. v. 21. Quodsi quis jam tum in illa confusione apud Corinthios panem sine calice, *vel* calicem sine pane sumsit, ob id ipsum indigne sumsit, & reus est factus corporis & sanguinis Domini.

¶ ἀναξίως, *indigne*) Id faciunt, non modo qui plane pœnitentia & fide carent, sed qui se non probant. Alia est indignitas edentis, alia esus. *Quidam sane dicunt, quia non indignum, sed indigne accipientem revocet a sancto. Si ergo etiam dignus indigne accedens retrahitur, quanto magis indignus, qui non potest accipere digne?* Pelagius inter opera Hieronymi.

28 δοκιμαζέτω, *probato*) dijudicando se ipsum, dijudicando corpus Domini. v. 29. 31.

¶ ἄνθρωπος, *homo*) quilibet, c. IV. 1. &, per se, indignus.

¶ οὕτως) *sic* demum.

¶ ἐκ τοῦ) Præpositio exprimit circumspectum animum: at τὸν ἄρτον, τὸ ποτήριον, facit sermonem indiscretos exprimentem. v. præc.

29 κρίμα) [*Sine articulo. conf. v. 32.* Not. crit.] *judicium* aliquod, morbum, mortemve corporis. v. seq. ut, qui Domini corpus non discernunt, suo corpore luant. Non dicit, τὸ κατάκριμα, *condemnationem.*

¶ μὴ διακρίνων, *non dijudicans*) Conf. Hebr. X. 29.

¶ τὸ σῶμα, *corpus*) subaudi, *& sanguinem.*

¶ τοῦ κυρίου, *Domini*) Antonomasia, i. e. *Iesu.* Ecclesia non dicitur *corpus Iesu*, aut *corpus Domini;* sed *corpus Christi.* hîc igitur de *proprio corpore Domini Iesu* agitur.

30 διὰ τοῦτο, *propter hoc*) Causam hanc Corinthii non observarant: observari autem hodienum convenit.

¶ ἀσθενεῖς καὶ ἄῤῥωστοι, *infirmi & invalidi*)

*) *Immo vero hanc ipsam particulam* ἄν *omittendam potius per codices esse*, utriusque Ed. *margo*, *consentiente* Vers. germ., *innuit.* E. B.

**) *Recentiorem hanc* ἐπίκρισιν, *a crisi* Ed. maj. *abludentem*, *confirmat margo* Ed. 2, *cum* Vers. germ. E. B.

lidi) *infirmi* morbis minoribus & *invalidi* gravioribus. conf. Ap. II. 22.

¶ κοιμῶνται, *obdormiunt*) Verbum μέσον, præscindens a statu post mortem. 2 Petr. III. 4. Hîc tamen non denotat mortem diram.

31 διεκρίνομεν, *dijudicaremus*) ante factum.

¶ ἐκρινόμεθα, *judicaremur*) post factum. Concinne ponitur verbum simplex & composita; neque statim additur, *a Domino*: sed Paulus deinde aperit, *a Domino castigamur*. Ap. III. 19.

32 σὺν τῷ κόσμῳ, *cum mundo*) Mundo igitur certa est *condemnatio*, experti *castigationis*.

33 ὥςε, *itaque*) Reprehensionem vitii bene sequitur remedium & consilium, quo simplicius, eo melius.

¶ ἀδελφοί μου, *fratres mei*) Appellatio hæc convenit conclusioni.

34 πεινᾷ, *esurit*) quo minus exspectet. Occupatio.

¶ λοιπά, *reliqua*) de S. Cœna. nam mox in hac epistola item *disponit* de spiritualibus.

CAP. XII.

1 Περὶ δὲ τῶν πνευματικῶν, *de spiritualibus autem*) Neutrum. c. XIV. 1. Mirere, in aliis epistolis non agi etiam de charismatis, quibus tamen non carebant aliæ ecclesiæ. c. XIV. 36. Gal. III. 5. 1 Thess. I. 5. II. 13. Charismatum in ecclesiis Græcis abundantia potenter refutavit literatam Græcorum, sed inanem, curiositatem. Occasionem Paulo ad Corinthios dedit abusus eorum: vestigiumque hoc sapientiæ divinæ est, quod singuli libri Scripturæ sacræ etiam N. T. proprias quasdam habent tractationes. Corinthii abundabant donis *spiritualibus*: ac tamen habuit Paulus, quod ad eos scriberet, cum de ceteris, tum de hoc ipso capite, idque sine mora. coll. c. XI fin. Describitur autem I unitas corporis, v. 1-27. II varietas membrorum & functionum, v. 27-30. III fundamentum recte exercendi charismata, v. 31 & cap. seq. toto, per amorem. IV comparatio charismatum inter se, c. XIV.

¶ οὐ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν, *nolo vos ignorare*) Hoc per synonymiam, quasi post parenthesin, iteratur versu 3.

¶ ἀγνοεῖν, *ignorare*) c. XIV. 38.

2 οἴδατε, *scitis*) Affine verbo *meministis*, quod exstat Eph. II. 11.

¶ οἴδατε, ὅτι, ὅτε ἔθνη ἦτε, πρὸς τὰ εἴδωλα τὰ ἄφωνα ὡς ἂν ἤγεσθε ἀπαγόμενοι) Expeditam hæc habebunt analysin, si modo nervum hunc tenueris, ὅτι ἤγεσθε, *vos ductos esse*: ut τὸ ἤγεσθε non sit syncategorema, sed ipsum prædicatum. conf. Eph. II. 12, ubi ethnici & ethnicismus item distinguuntur in enunciatione. Namque pro ὅτι sive ὡς etiam conjunctim dicitur ὡς ὅτι, Germ. *wie daß*, & ὅτι ὡς· idque interjecta alia vocula, ut apud Xiphilinum in Epitome Dionis, λεχθὲν αὐτῷ, ὅτι ἆρα ὡς ἀλέξανδρος ἐλθὼν αὐτὸν διαδέξεται· vel etiam parenthesi longiore, ut apud Xenophontem: ἐνταῦθα γνόντες οἱ μαντινεῖς ὡς, εἰ μὴ ἀποκρύσονται αὐτὲς, ὅτι κτλ. itaque *quod* Græce geminatur, uti *an* in Hebræo, Gen. XVII. 17, subaudito *inquam*. Porro ἂν cohæret cum verbo ἤγεσθε· ut apud eundem Xenophontem, καιρὸς δὲ γράψαι ὡς ἂν ὀρθότατα ἑκατέρῳ χρῷτο. ubi Devarius (qui utrumque hoc Xenophonteum nobis commodavit) ἂν δυνατικῶς in constructionis distributione verbo χρῷτο adjungi docet. itaque summa sententiæ manebit, si totum ὡς ἂν in construendo seponas, uti 2 Cor. X. 9, ubi notat *quasi*, quo pacto etiam hîc accipi posset. neque enim ἂν facile cum indicativo, qualis est ἤγεσθε, construitur. Iam in ἤγεσθε ἀπαγόμενοι, passivum cum medio,

dio, simplex cum composito constructum: *ducebamini & abducebamini;* ductui cuilibet vos permittebatis. Huc redit fere Scholion Chrysostomi, a recentioribus sine causa reprehensum: ὅιδατε, ὅτε ἕλληνες ἦτε, ὡς ἀπήγεσθε, ἐλκόμενοι τότε. Adde Castellionem. ἄφωνα, *muta*, epitheton aptum, coll. v. 3. *caeci* ad *mutos* ibatis, muti ad cæcos.

3 διὸ, *quapropter*) Infert thesin hanc, *spiritualia* esse apud Christianos omnes & solos, i. e. eos, qui Iesum gloria afficiunt: & fidem in Iesum probari per illa. nam idola nil *spirituale* donant. destructa gentium superstitione, non item opus est donis miraculosis. Vicissim, qui Iesum gloria afficit, Spiritum Dei habet: qui gloria non afficit, Spiritum Dei non habet. 1 Ioh. IV. 1 s. Paulus præbet criterium veri contra gentes; Iohannes, contra falsos prophetas.

¶ γνωρίζω ὑμῖν, *notum facio vobis*) Incognitæ Corinthiis antea fuerant ejusmodi operationes divinæ. Ante has Pauli literas minus distinctam habebant cognitionem, non multo ante ex gentilismo erepti.

¶ ἐν πνεύματι θεοῦ, *in Spiritu Dei*) Mox, *in Spiritu sancto.* Deitas & Sanctitas, synonyma, præsertim ubi sermo est de S. Trinitate.

¶ λαλῶν, *loquens*) Hoc latissime patet. nam etiam ii, qui sanationes & virtutes operantur, verbis uti solent. Antitheton ad *muta* idola.

¶ λέγει ἀνάθεμα, *dicit anathema*) ut faciebant gentes, sed magis Iudæi. Estque ταπείνωσις. *Non dicit anathema*, i. e. maxime *benedicit.* Opposita, *anathema* & *Dominum.* [*Longanimitatis est, omnem captum superantis, quod* Iesus *Christus, Dominus, ad Dexteram Patris, tanto temporum tractu tantum blasphemiarum cumulum ab infidelibus, & a Iudaeis praecipue, quâ sunt miseri coecitate, tolerare non recusat.* Christianum *ea consideratio quauis indignatione de quocunque utut minime promerito, opprobrio liberare debebat.* V. g.]

¶ εἰπεῖν, *dicere*) πνευματικῶς, *modo spirituali.* *)

4 διαιρέσεις, *divisiones*) Hoc vocabulo LXX Hebraicum מחלקת exprimunt, de sacerdotum ordinibus. Conf. *dividens*, v. 11.

¶ δὲ, *vero*) Antitheton inter unum fontem & flumina multa.

¶ χαρισμάτων, *donorum*) Quæ v. 1 dixerat *spiritualia*, nunc, post mentionem Iesu, appellat *dona.*

¶ πνεῦμα, *Spiritus*) Hoc versu agitur de Spiritu S. v. 5, de Christo: v. 6, de Deo Patre: & his nominibus congruit appellatio charismatum, ministeriorum, operationum. De Spiritu, tractatur v. 7 seqq. de Domino, v. 12 seqq. de Deo, v. 28 seqq. [*Conf. Eph. IV. 4. 5. 6.*]

5 διακονιῶν, *ministeriorum*) v. 28.

¶ ὁ δὲ αὐτὸς κύριος, *idem vero Dominus*) Filius Dei, quem Spiritus sanctus glorificat per diaconos illos.

6 ἐνεργημάτων, *operationum*) v. 10.

¶ ὁ δὲ αὐτός **) ἐστι θεὸς, *idem vero est Deus*) *Deus*, operante Spiritu ejus. v. 11.

¶ τὰ πάντα, *omnia*) Aliquanto latius spectatur operatio Dei, quam munera Christi & charismata Spiritûs.

¶ ἐν πᾶσιν, *in omnibus*) Masculinum, coll. *unicuique*, v. seq.

7 φανέρωσις, *manifestatio*) varia, per quam

*) *E contextu illustris quidam* paraphrastes *addit:* atque ita, ut vires miraculosas queat exserere; *approbante cel. D.* Ernesti, *Bibl. th. T. VIII. p. 880; qui tamen ipse*, quemuis *etiam* Christianorum *Spiritu S. opus habere ad salutarem Christi agnitionem & confessionem, nullus, ut confido, negabit.* E. B.

**) *Voc.* ἐστι *tum per* utriusque Ed. *marginem, tum per* Vers. germ. *exulare potius debebat.* E. B.

quam Spiritus sese *manifestat*, per se absconditus.

¶ πρὸς τὸ συμφέρον, *ad id quod conducit*) Id tractatur v. 12 f.

8-10 ᾧ· ἑτέρῳ· ἑτέρῳ· *huic: alteri: alteri*) Genera tria, coll. c. XIII. 8: & inter hæc species multas τὸ ἄλλῳ *alii* denotat, singulas sub genere suo. sic etiam c. XV. 39. 40. 41. ἄλλος distinguit species, ἕτερος genera. Vicissim ἄλλος ad genera distinguenda adhibetur, ἕτερος ad species: Hebr. XI. 35. *Prophetia* ponitur hîc in secundo potius genere, quam in primo, quia in secundo talia enarrantur, quæ magis ad extra, ad infideles, valent, quam quæ in primo genere, ad fideles.

¶ διὰ, *per*) Mox κατὰ, *secundum:* ἐν, *in.* singula convenienter adhibita.

¶ λογος, *sermo*) Sermone exeruntur in ecclesia & sapientia & cognitio.

¶ σοφίας-γνώσεως, *sapientiae-cognitioni*) *Cognitionem* Paulus, præsertim ad Corinthios, varie nominat, vel per se, 2 Cor. VI. 6, vel cum rebus affinibus: *sermone & cognitione*, 1 Cor. I. 5. coll. 2 Cor. XI. 6. *fide & sermone & cognitione & omni studio*, 2 Cor. VIII. 7. *prophetiam* (de mysteriis) *& cognitionem*, adjunctis *linguis*, 1 Cor. XIII. 2. 8. *aut in revelatione, aut in cognitione, aut in prophetia, aut in doctrina*, c. XIV. 6. *sapientiae & cognitionis*, h. l. Col. II. 3. Eph. I. 17. III. 19. Loquitur ut de rebus, quæ Corinthiis sint quotidianæ: hodie de ipsarum vocum vi & differentia ambigimus. *) Illud certum, quod, ubi Deo adscribuntur, in solis objectis differunt: vid. Rom. XI. 33 not. ubi fidelibus tribuuntur, *Sapientia* magis in longum, latum, profundum & altum penetrat, quam *Cognitio*. *Cognitio* est quasi visus; *sapientia*, visus cum sapore. *Cognitio*, rerum agendarum; *sapientia*, rerum æternarum. quare etiam sapientia non dicitur abroganda, c. XIII. 8. & cognitio est frequentior: uti de Corinthiis non tam illam, quam hanc prædicat Paulus. c. VIII. 1. II. 6. *prophetia* est prophetarum; *sapientia*, sapientum; reliqua *cognitio*, scribarum. Matth. XXIII. 34. Luc. XI. 52.

¶ τὸ αὐτὸ) *eundem*, per quem datur *sermo sapientiae.*

9 πίστις, *fides*) *Fides* hîc non dicitur ea, quæ omnibus sanctis est communis, sed charisma singulare, idque distinctum a quatuor speciebus illis, quæ mox sequuntur, & tamen cum iis magis, quam cum primo illo & tertio charismatum genere, v. 8 & v. 10 fine, conjunctum. Est ergo *Fides* hæc ardentissima & præsentissima apprehensio Dei, in Ipsius potissimum voluntate, ad effectus vel in naturæ vel in gratiæ regno singulariter conspicuos. idcirco conjungitur cum *operatione virtutum*, c. XIII. 2. (cujus potissima, quia proximo utilissima, species, *sanationes:*) & cum *prophetia* (cui affines *dijudicationes spirituum*, c. XIV. 37.) Rom. XII. 6. Atque ex hac, quam modo vidimus, descriptione patet, quomodo fides communis sive salvifica, & miraculosa, quæ charisma est peculiare, vel conveniant vel differant; quomodo altera sine altera, utravis autem sine amore esse possit vel non possit. Omnipotentem Dei voluntatem apprehendere in Christo possunt etiam homines justitiæ & amoris expertes: Matth. VII. 22. Voluntatem autem Dei in Christo nobis reconciliatam non nisi sancti homines. Et in his fides non alia est miraculosa, alia salvifica; sed una eademque: eaque actu primo semper habet vim

*) *Vberiorem earum declarationem dedit Magn. Dn. Canc. D.* Reuss, *in* Diss. theol. *de* Donis Spiritus S. miraculosis, ut præcipuo pro Veritate doctrinæ apostolicæ argumento, *Tub. 1768 edita, P. I. § IX sqq. & P. II. § II sqq. Ea qui cum* recentiorum quorundam *explicationibus contulerit: facile, quænam interpretandi ratio Scripturæ tenori proxima sit, arbitrari queat.* E. B.

vim miraculosam, ipsa enim tota est supernaturale quiddam, Eph. I. 19, tametsi non semper eo gradu, eave occasione, ut sese exserat. vid. Not. ad Chrys. de Sacerd. § 416.

¶ χαρίσματα ἰαμάτων, *dona sanationum*) *Non tantum intelliguntur miraculosæ sanationes, Act. V. 15. XIX. 12. XXVIII. 8, sed etiam gratiosa benedictio curationis ægrotorum per naturalia remedia: sicut negari non potest, medicorum alios aliis esse felciores, quod non tantum peritiæ ipsorum, sed inprimis gratiæ divinæ tribuendum.* E. Schmidius. Potest hoc etiam ad reliqua applicari charismata. quippe ut rex Iudæ, amissis clypeis aureis, æneos substituit: sic postquam ecclesia a puris charismatis defecit, Gratia tamen sub humanis studiis & subsidiis sese occultius præbet, idque eo locupletius, quo plus ei loci datur.

10 προφητεία, *prophetia*) vid. ad Rom. l. c.

¶ διακρίσεις πνευμάτων, *discretiones spirituum*) ut possit aliis demonstrare, qualem quisque propheta spiritum habeat. c. XIV. 29.

¶ γένη γλωσσῶν - ἑρμηνεία, *genera linguarum - interpretatio*) v. 30. c. XIV. 5. 13. 26 f.

11 βούλεται, *vult*) *Spiritus.* sic, *sicut voluit Deus.* v. 18. Singulis dat singula, vel aliqua, varia mensura.

12 οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς, *sic etiam Christus*) *Totus Christus caput & corpus est. caput unigenitus Dei Filius, & corpus ejus ecclesia.* Augustinus. Congruit Ps. XVIII. 51, *Vncto suo, Davidi & semini ejus.* sic enim postulat accentus.

13 ἐν ἑνὶ πνεύματι, *in uno Spiritu*) Spiritus S. est in baptismo.

¶ εἰς ἓν σῶμα, *in unum corpus*) ut simus unum corpus, uno quippe Spiritu animatum.

¶ εἴτε Ἰουδαῖοι εἴτε Ἕλληνες, *sive Iudæi sive Græci*) qui maxime diversa fuerant *corpora*, naturâ.

¶ εἴτε δοῦλοι εἴτε ἐλεύθεροι, *sive servi sive liberi*) qui maxime diversa fuerant *corpora*, instituto.

¶ πάντες ἓν πνεῦμα) *omnes uno Spiritu* potati sumus. [*Omittio* τοῦ εἰς, *lectio firma.* Not. crit.] Ioh. VII. 37 ss. Hinc quoque corporis infertur unitas. Ad S. cœnam hîc immediate alludi non existimo. confer tamen Marc. X. 38 not.

14 καὶ γὰρ, *etenim*) Hæc protasis de corpore pertingit ad v. 26, & ita instruitur, ut apodosis v. 27 summatim addatur.

15 ἐὰν, *si*) Ignobiliora membra neque a se ipsis abjici debent, v. 15 f. neque a nobilioribus negligi possunt. v. 21 f.

¶ πούς, *pes*) Eleganter pes de manu, auris de oculo loquens inducitur, pars de parte quam simillima. sic enim in hominibus se quisque cum iis, quibus quam simillima dona habet, potius quam cum longe superioribus aut longe inferioribus comparare solet. Thomas Aquinas: *per membra deservientia motui designantur homines dediti vitæ activæ: per membra deservientia virtuti apprehensivæ designantur, qui student vitæ contemplativæ.* itaque *pedes* statuit esse subditos; *manus*, prælatos: *oculos*, doctores; *aures*, discipulos.

¶ οὐκ εἰμὶ ἐκ, *non sum ex*) Subaudi *propter hoc*, ex commate sequenti.

15, 16 οὐ παρὰ τοῦτο οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ σώματος.) Mὴ interrogans negat quidem v. 29, μὴ πάντες ἀπόστολοι; sed οὐκ affirmat. c. XIV. 23, οὐκ ἐροῦσιν; Itaque interrogatio, qua nonnulli legunt, οὐ παρὰ τοῦτο οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ σώματος; sensum pervertit. Duplicem, non simplicem, negandi vim οὐ παρὰ τοῦτο οὐκ obtinet, uti Act. IV. 20, οὐ δυνάμεθα μὴ λαλεῖν. 2 Thess. III. 9, οὐχ ὅτι οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν. Si pes dixerit, *Quia non sum manus, non sum ex corpore*, huic ejus sermoni benigne contradicitur, *non pro-*

propterea non es ex corpore, non idcirco desinis esse ex corpore. Simillima phrasis Theophili Antiocheni: οὐ παρὰ τὸ μὴ βλέπειν τὰς τυφλὰς, ἤδη καὶ οὐκ ἔστι τὸ φῶς τοῦ ἡλίου φαῖνον. lib. I ad Autol. c. 3. quo item loco παρὰ notat *propter*, uti Deut. XXIII. 4. Origenes: οὐ διὰ τοῦτο οὐ μοιχεύσουσιν. c. Cels. p. 385. Chrysostomus: οὐ γὰρ δήπου ἐν τοῖς δυσχερέσι κοινωνοῦντες, ἐν τοῖς χρησοτέροις οὐ κοινωνήσετε. ad 2Cor. I. 7.

16 τὸ οὖς, *auris*) pars minus nobilis.

¶ ὀφθαλμὸς, *oculus*) pars nobilissima, & maxime ἡγεμονική. conf. Num. X. 31. Visus præstat auditui. v. 17. 21.

17 εἰ ὅλον ἀκοή, *si totum auris*) Non dicitur, *& si.* nam subauditur in fine versus τὸ &c. vel, *si totum olfactus, ubi gustus & tactus?*

18 καθὼς ἠθέλησεν, *sicut voluit*) Non debemus ultra voluntatem Dei alias rerum causas requirere altiores: *infra* eam voluntatem philosophari fas est; de mundo optimo, ut apostolus hoc loco de corpore humano optimo.

20 ἓν δὲ σῶμα, *unum vero corpus*) Ex hac unitate sequitur mutua membrorum indigentia.

21 χρείαν, *opus*) Huc ref. *necessaria.* v. 22.

¶ ἡ κεφαλὴ, *caput*) pars summa.

22 ἀσθενέστερα, *infirmiora*) manus, ad oculum collata.

23 ἀτιμότερα, *ignobiliora*) ut pedes. Comparativus molliens: *ignobilia*, gravius erat. Ea autem sic vocat, quæ vestibus teguntur.

¶ ἀσχήμονα, *inhonesta*) quæ egent cultu.

¶ τιμὴν - περιτιθέμεν) Sic LXX, Esth. I. 20: περιθήσουσι τιμήν. item Prov. XII. 9.

¶ ἔχει, *habent*) a curatura, quæ ab aliis membris præstatur.

24 οὐ χρείαν ἔχει, *non opus habent*) Quid igitur opus, planas genas muscis (*mouches*) distinguere?

¶ συνεκέρασε) *contemperavit.*

¶ τιμὴν, *honorem*) Conf. v. 23 init.

25 ὑπὲρ ἀλλήλων μεριμνῶσι, *pro se invicem curent*) Id explicatur versu seq. Plurale μεριμνῶσι curam omnium membrorum expressius notat, quam si Attice diceretur μεριμνᾷ.

26 συγχαίρει) *gratulantur.* Et hoc, & *compatiuntur*; non solum affectum, sed etiam effectum denotat.

27 ἐκ μέρους, *ex parte*) Hoc addit, quia non soli Corinthii erant corpus Christi & membra. c. XIV. 36. Etiam Roma satis habere debebat, si sit *ex parte.*

28 ἐν, *in*) Sic, ἐν, *in*, v. 18. cum eodem verbo *posuit.*

¶ πρῶτον, *primum*) Apostoli, non Petrus seorsum, in primo gradu sunt; ceteri eos sequuntur, natura officii, tempore, dignitate, utilitate.

¶ προφήτας, *prophetas*) Act. XIII. 1.

¶ τρίτον διδασκάλους, *tertio doctores*) *Doctores* eminentem locum habent, præ iis ipsis, qui *miracula* edunt. Sub prophetis & doctoribus continentur etiam evangelistæ, & pastores, coll. Eph. IV. 11.

¶ ἔπειτα, *deinde*) Cetera genera non distinguuntur numeris.

¶ δυνάμεις, *potestates*) Abstractum pro concreto, etiam in sequentibus.

¶ ἀντιλήψεις, κυβερνήσεις, *opitulationes, gubernationes*) *Gubernationes* gerunt, qui clavum in ecclesia tenent; *opitulationes*, qui, cum gubernatores non sint, tamen virtute quadam vel facultate pollent, qua fulciantur alii. conf. c. XIII. 3. Hæc duo non reassumuntur versu 30. Principes, ut ipsi christianam fidem admiserunt, *opitulationum & gubernationum* sibi partes vindicarunt: initio autem ii, qui auctoritate, prudentia, opibus in ecclesia præstabant, eam sublevabant & gubernabant. *Guber-*

natio

natio circa externa versatur: ideo Spiritus eam inferiore loco recenset.

¶ ἑρμηνείας γλωσσῶν, *interpretationes linguarum*) Non videtur esse glossema ex v. 10*), nam ibi est ἑρμηνεία γλωσσῶν, singulari numero: & repetitur versu 30. Asyndeton tantundem valet, quantum clausula illa, *& cetera.*

29 μὴ πάντες) *omnes ne?* i. e. non plurimi.

¶ δυνάμεις, *potestates*) sc. *sunt?* nam si Paulus *habent* huc referret, hîc exprimeret.

31 ζηλοῦτε, *æmulamini*) Spiritus dat, ut vult: v. 11. sed fideles tamen libere aliud præ alio possunt sequi & exercere. c. XIV. 26. Deus operatur suaviter, non cogit.

¶ τὰ κρείττονα, *meliora*) ut quodque amori opportunius est. Theologia comparativa. c. XIV. 5. 19.

¶ ἔτι) *quin etiam.* Luc. XIV. 26. Non solum hortor, sed etiam methodum & viam sive rationem ostendo.

¶ καθ' ὑπερβολήν) Hoc nomini substantivo vim superlativi conciliat (Rom. VII. 13.) quasi dicat, *viam maxime vitalem.*

¶ ὁδὸν, *viam*) Non addit articulum; suspensos nonnihil tenens Corinthios, dum viam explanat. דרך *via* amoris.

¶ δείκνυμι, *ostendo*) Præsens. Iam ardet Paulus & fertur in amorem. Hac ostensione facta, redit ad charismata, ut verbum *æmulamini* iteratum docet, hîc & c. XIV. 1.

CAP. XIII.

1 Ἐὰν, *si*) Omnia charismata [*utut eximia suauitate, amplitudine atque utilitate polleant* V. g.], pro amore ejusque norma, debent æstimari, exerceri, sublimari. Tractationi de charismatis interponit tractationem efficaciorem de amore. Sic in Disputationibus semper revertendum ad ea, quæ majorem dant gratiam.

¶ ταῖς) omnibus.

¶ γλώσσαις, *linguis*) Gradatio: *linguis: prophetiam, fidem: distribuero.*

¶ λαλῶ, *loquar*) Tenor amoris facit, ut, quum modo dixerit, *vobis*; nunc tamen in prima persona singulari loquatur. Se non excludit, sub conditione.

¶ καὶ τῶν ἀγγέλων, *& angelorum*) Angeli præstant hominibus; & lingua vel linguæ illorum, linguis horum. Linguis autem utuntur ad homines certe. Luc. I & II.

¶ ἀγάπην, *amorem*) quo proximi salus quæritur.

¶ μὴ ἔχω, *non habeam*) in ipso usu charismatum & in reliqua vita. Sane prophetiam aliaque dona habent multi, charitatis, ejusque fructuum, v. 4 f. expertes. Matth. VII. 22. quæ non tam ipsorum, quam aliorum respectu *charismata* dicuntur.

¶ γέγονα) *factus sim*, per defectum amoris. Oratio obtinet ἀποτομίαν.

¶ χαλκὸς, *æs*) *Æs*, v. gr. æreus numus, minus artis habet, quam v. gr. *cymbalum*, v. gr. argenteum. Cum illo conferri possit, qui sine amore loquatur hominum linguis; cum hoc, qui angelorum.

¶ ἠχῶν - ἀλαλάζον, *tinniens - jubilans*) sono qualicunque, lugubri aut læto; sine vita & sensu. Oratio variat: *nihil sum; nil proficio.* v. 2. 3. Sine amore, linguæ sunt *sonus merus*: prophetia, cognitio, fides, *non est*, *quod est*: Matth. VII. 22. 15. 1 Cor. VIII. 1 f. Iac. II. 14. 8: impensa omnis, *sine mercede est.* quamlibet talis homo sibi placeat: se aliquid esse putet: magnum præmium sibi polliceatur. Cum amore,

*) *Plus fauet, cum* Gnomone, *lectioni pleniori margo* Ed. 2, *quam* Ed. maj. & Vers. germ. E. B.

amore, subaudiuntur bona istis defectibus opposita.

2 μυστήρια, *mysteria*) Rom. XI. 25 not. Non addit *sapientiam*, quæ nulla est sine *amore*.

¶ καὶ πᾶσαν τὴν γνῶσιν, *& omnem cognitionem*) Constr. cum εἰδῶ *noverim*, tanquam cum verbo cognatæ significationis, eoque proxime præcedente. Ex iis, quæ cap. XII enumerata sunt, Paulus capite XIII ea, quæ sunt insigniora, & quibus opportune opponantur prærogativæ amoris, delegit. *Mysteria* sunt rerum reconditarum; *cognitio* complectitur ea, quæ sunt magis in promtu & magis necessaria: uti vulgo dicuntur *Wissenschaften*, de rebus naturalibus.

¶ πίστιν, *fidem*) c. XII. 9 not.

3 καὶ ἐὰν, *& si*) Id summum est, quod facere possunt *opitulationes*, *gubernationes*. c. XII. 28.

¶ ψωμίσω, *distribuero*) Summo loco ponit ea, quæ sunt humanæ voluntatis, & cum amore quam conjunctissima videntur, ad agendum & ad patiendum. qui *opes* & *corpus* tradit, valde amat, 2 Cor. XII. 15: sed qui sine *amore* tradit, *animam* sibi retinet. nam animæ facultas est amor. ideo in apodosi de *utilitate* loquitur. ψωμίζειν vid. Rom. XII. 20.

¶ παραδῶ, *tradidero*) pro aliis.

¶ ἵνα) *usque eo ut* urar. Dan. III. 28, παρέδωκαν τὰ σώματα αὐτῶν εἰς πῦρ.

4 ἡ ἀγάπη, *amor*) Naturam amoris describit. non dicit, amor loquitur linguis, habet prophetiam, dat pauperibus; sed, est longanimis. Estque metonymia, pro homine amorem habente. Eos autem potissimum amoris fructus nominat Paulus, qui in exercendis charismatis necessarii sunt, quos a Corinthiis requirit, & sine quibus prophetiæ esse, sed non prodesse possunt. Characterem amoris, quem Paulus Corinthiis, & Characterem sapientiæ, quem Iacobus item iis, ad quos scripsit, c. III. 17, attemperavit, utiliter inter se conferas, adhibito loco 1 Cor. VIII. 1 f.

¶ μακροθυμεῖ, *longanimis est*) Amoris laudes duodecim (si ab initio unum par, & a fine duo paria connumeres, uti in notis sequentibus ostenditur) per tres classes enumerantur v. 4-7. prima bimembris est: *longanimis est*, *benignus est*: *non æmulatur*. Idem syntheton & antitheton, Gal. V. 22. 20. *Longanimis* est in malo ab aliis profecto; *benignus*, in bono ad alios propagando: contra, non dolet alieno bono, nec gaudet alieno malo. Etiam asyndeton est in *benignus est*.

4, 5 οὐ περπερεύεται, οὐ φυσιοῦται· οὐκ ἀσχημονεῖ, οὐ ζητεῖ τὰ ἑαυτῆς· *non agit procaciter*, *non inflatur*: *non agit indecore*, *non quærit sua*) Secunda classis, quatuor membrorum. in primo & secundo tolluntur duo excessus, plerunque conjuncti; in tertio & quarto tolluntur duo defectus item conjuncti. ἀσχημονεῖν enim est, etiam id decorum non observare, eam civilitatem, quam observasse conveniebat: & ζητεῖν τὰ ἑαυτοῦ conjunctum est cum neglectu aliorum, ubi quis tantummodo se ipsum spectat & alios sibi relinquit. Hos duos *defectus* vitat amor. & primo respondet tertium, nam utrumque pertinet ad studium probandi se aliis; secundo opponitur quartum, nam utrumque pertinet ad cavendum studium partium. οὐ περπερεύεται, *non agit insolenter*, cum fastu & ostentatione: rursum, οὐκ ἀσχημονεῖ, *non est inconditus*, impolitus, rudis.1) vide quæ de verbo περπερεύομαι notavi

1) Vbi amor, ibi vera modestia viget, quæ *ciuilitas* mundanis audit (neque tamen *familiaritas* insolentiæ incusari debet): contra, quæuis *morum concinnitas*, in summo suo apice, apud homines seculi, *insolentiæ* indolem, propter philautiam, refert. Desinat mundus virtutes jactare: nonnisi vero Christianismo istæ conueniunt. *V. g.*

notavi ad *Gregorii* Paneg. p. 141 seqq. ὐ *φυσιᾶται*, *non inflatur*, nimiis in alium studiis. conf. c. IV. 6. rursum, ὐ *ζητεῖ τὰ ἑαυτῆς*, *non studet sibi*, nec sibi ab aliis studeri postulat. Non dissimili modo item bis duo membra se invicem respiciunt, (licet alio subinde ordine collocentur, per chiasmum directum vel inversum) versu 7, & præsertim c. XIV. 6.

5 ſ. ὐ *παροξύνεται-πάντα ὑπομένει*, *non irritatur-omnia sustinet*) Tertia classis, sex membrorum: quorum tertium & quartum, atque adeo secundum & quintum, primum & sextum, inter se respondent. Est enim *χιασμὸς*, isque retrogradus, valde congruens climaci geminæ per gradus negativos & affirmativos. Atque horum omnium objectum personale est proximus; reale, futurum, *amor non irritatur: omnia sperat, omnia suffert:* præteritum, *non cogitat malum: omnia tegit, omnia credit:* præsens, *non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati.* sed membris ita trajectis concinnitas ordinis Paulini eo magis perspicitur; quem hoc modo repræsentat schema, & cujus nervum & nexum *evidens* ratio ostendit:

1	*non irritatur*	
2	*non cogitat malum*	
3	*non gaudet super iniquitate*	
4	*congaudet autem veritati*	præsens
5	*omnia tegit, omnia credit*	præteritum
6	*omnia sperat, omnia suffert*	futurum

Ita ordo sibi mutuus constat: & apparet ratio, cur hæc postrema *sperat*, *suffert*, in extremo ponantur, quia nimirum ad *futura* referuntur.

¶ ὐ *παροξύνεται*, *non irritatur*) etiamsi studio ardet gloriæ divinæ, tamen non exacerbatur. conf. Act. XV. 39.

¶ ὐ *λογίζεται τὸ κακὸν*) *non cogitat malum* ab altero illatum quasi ulturus. Sic LXX pro חשב רעה sæpe. [*Non cogitat: Hic vel ille hoc illudue mihi infert; hoc illu lue vel fecit vel promeritus est.* V. g.]

6 *ἀδικίᾳ-ἀληθείᾳ*, *iniquitate - veritati*) De hoc antitheto vid. Rom. II. 8 not.

¶ *συγχαίρει*, *congaudet*) gratulatur, cum lætitia. Veritas omnis *gaudium* alit.

7 *πάντα*, *omnia*) Quater, *omnia*; videlicet, quæ tegenda vel credenda; quæ speranda & sufferenda sunt. Quatuor hi gradus pulcre se invicem sequuntur.

¶ *στέγει*) *tegit*, dissimulat, penes se & penes alios. *στέγομεν*, *tegimus*, c. IX. 12 not.

¶ *πιστεύει*, *credit*) ut tegit *mala* proximi, quæ apparent: sic credit *bona*, quæ non apparent.

¶ *ἐλπίζει*, *sperat*) Causam *spei* vide Rom. XIV. 4, *σωθήσεται*. *sperat* item *bona* in posterum, & suffert *mala*.

¶ *ὑπομένει*, *suffert*) dum spes aliquando nascatur. 2 Tim. II. 25. Sic laudes amoris quendam quasi orbem efficiunt, in quo extrema & prima sibi invicem respondent. *longanimis est*, *benignus est: omnia sperat, omnia suffert.* Quartumque hunc gradum suaviter sequitur illud multo majus, *nunquam excidit.*

8 ἀ*δέποτε ἐκπίπτει*, *nunquam excidit*) *non destruitur*, *non cessat.* semper locum suum obtinet: nunquam e statu suo movetur. conf. *ἐκπίπτοντες*, Marc. XIII. 25 not.

¶ *εἴτε δὲ προφητεῖαι*, *sive autem prophetiæ*) scil. *sunt.* sic c. XV. 11. *Prophetiæ*, in plurali, quia multifariæ.

¶ *καταργηθήσονται*, *destruentur*) Sic de prophetiis & cognitione: at de linguis, *παύσονται*, *desinent. Linguæ*, floridissimum

mum quiddam, sed minime durabile: quæ in Pentecoste Act. II primum exstiterunt, sed in ecclesia primitiva non tam diu manserunt, quam cetera dona miraculosa. neque habent analogum quidquam in genere perfecto, ut prophetia & cognitio habent, cui cedere debeant: unde ad has præ linguis mox, cum de perfecto agit, respicit.

¶ γλῶσσαι, *linguæ*) Hæ medio loco ponuntur, quia sunt vehiculum prophetiarum & appendix: at prophetia & cognitio duo genera diversa constituunt. v. 9. 12.

9 ἐκ μέρους, *ex parte*) Non solum hoc dicit: hæc prophetia & hæc cognitio, quam nos habemus, imperfecta est; nam sic etiam dicendum esset, *ex parte amamus*: sed ipsius prophetiæ, excepto uno propheta Iesu Christo, & cognitionis, ea est natura, ut haberi debeat in iis, quæ sunt *ex parte*, quia utimur iis in hac vita imperfecta. De locutione conf. not. ad Rom. XV. 15, *audacius scripsi*.

10 ἔλθῃ, *venerit*) suo tempore; per gradus, non per saltum. In spiritualibus ætas imbecillior non debet cupidius affectare maturiora. Venit, quod perfectum est, in obitu, 2 Cor. V. 7, & in die novissimo.

¶ τότε, *tunc*) non prius. Itaque prophetia & cognitio nunquam plane exspirant in hac vita.

11 ὅτε, *quum*) Cum ætatibus hominis confertur profectus a gratia ad gloriam, singulos fideles & totam manens ecclesiam.

¶ νήπιος, *infans*) Humilitas Pauli. Homo naturalis præ fastu non libenter recordatur infantiæ suæ: at anima adversis macerata vel primas ortus sui vias fatetur. Iob X. 10.

¶ ἐλάλουν, *loquebar*) Id refertur ad linguas.

¶ ἐφρόνουν, *sentiebam*) Id refertur ad prophetiam: est enim simplicius quiddam.

¶ ἐλογιζόμην, *ratiocinabar*) Id refertur ad cognitionem: est enim magis compositum.

¶ ὅτε δὲ, *quum vero*) Non dicit: *quum abolevi puerilia, factus sum vir.* Hiems non affert ver; sed ver pellit hiemem. sic est in anima & in ecclesia.

¶ κατήργηκα, *abolevi*) ultro, libenter, sine labore.

¶ τὰ τοῦ νηπίου, *puerilia*) sermonem, sensum, consilium infantile. Abstractum, τά. Homo non tollitur, sed vir fit.

12 βλέπομεν, *videmus*) Respondet apud LXX Hebraicis ראה & חזה 1 Sam. IX. 9. 1 Par. XXIX. 29, de *Prophetis*. Habetque hic locus synecdochen speciei nobilioris, pro toto genere: & cum verbo *videmus* subaudias, & *audimus*. nam prophetæ & vident & audiunt; & visionibus plerunque verba adjungi solita sunt. Evolvisse juverit *Gregorii* Paneg. & insignem, quem ad illum notavimus, Origenis locum, p. 104 s. 217. 218 s. Quod autem visui est *speculum*, id auditui est *ænigma*, cui *lingua* inservit. Cum hoc loco multis de rebus conferas Num. XII. 8. Dicit autem *videmus*, in plurali: *cognosco*, in singulari. ac *videre* & *cognoscere* differunt in genere rerum spiritualium, ut sensus externus & internus in genere rerum naturalium. Nec toto hoc versu *Deum* nominat; sed loquitur de illo, ut erit *omnia in omnibus*.

¶ τότε, *tunc*) Magnum futurorum illorum gustum habebat Paulus. 2 Cor. XII. 2 s.

¶ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον, *facie ad faciem*) פנים אל פנים facie nostra videbimus faciem Domini. Id plus, quam פה אל פה στόμα πρὸς στόμα. Visio, præstantissima fruendi ratio. Concinne posuit verbum βλέπομεν, utrique statui, sed diversa notione, aptum.

¶ γινώσκω· ἐπιγνώσομαι) Compositum multo plus significat, quam simplex: *nosco, pernoscam*. Atque ita Eustathius Homericum

ricum ἐπιὼψομαι interpretatur, ἀκριβέσατα ἐπιτηρήσω· & ἐπίσκοπος, σκοπευτὴς ἀκριβής· rationemque addit, ὅτι ἡ ἐπιωρόθεσις καὶ ἀκρίβειάν τινα σημαίνει καὶ ἐπίτασιν ἐνεργείας.

¶ καθὼς καὶ ἐπεγνώσθην, *sicut etiam cognitus sum*) Hoc respondet illi *ad faciem*.

13 νυνὶ δὲ μένει, *nunc vero manet*) Non est proprie sermo de duratione: nam in ea non conveniunt hæc tria; sed fides in *speciem*, spes in gaudium terminatur, 2 Cor. V. 7. Rom. VIII. 24. solus amor perstat, v. 8. sed de valore, in antitheto ad prophetiam &c. hoc sensu: omnibus rationibus subductis, hæc tria sunt necessaria & sufficientia; stent modo hæc tria. hæc sunt: hæc manent: nil amplius. Christianus potest esse sine prophetia &c. sed non sine fide, spe, amore. conf. de verbo μένω, *maneo*, Rom. IX. 11. 1 Cor. III. 14. 2 Cor. III. 11. Hebr. XIII. 1. Fides est in Deum; spes, pro nobis; amor, erga proximum. Fides proprie conjuncta est cum œconomia Patris: Spes, cum œconomia Filii: Amor, cum œconomia Spiritus sancti. Col. II. 12. 1. 27. 8. Quæ ipsa etiam ordinis est ratio, quo hæc tria enumerantur. νυνὶ *nunc* facit ad epitasin. [*et quæ* viatorum *præcipuæ partes sint, indigitat.* V. g.]

¶ τρία, *tria*) duntaxat. Necessaria non sunt multa. Sæpe Paulus hæc tria respicit. Eph. I. 15. 18. Phil. I. 9 s. Col. I. 4 s. 22 not. 1 Thess. I. 3. V. 8. 2 Thess. I. 3 s. Tit. I. 1 s. Hebr. VI. 10 ss. Interdum fidem & amorem commemorat; interdum fidem, totum Christianismum synecdochice denotans. 1 Thess. III. 6. 5. In malo sunt, infidelitas, odium, desperatio.

¶ ταῦτα, *hæc*) Hebr. זה i. e. *sunt*, scil. majora prophetiis &c.

¶ μείζων) *major*, maximus, *horum*, trium. Amorem non solum anteponit prophetiæ, sed etiam iis, quæ prophetiam excellunt. Amor proximo plus *prodest*, quam fides & spes per se. conf. *major*, c. XIV. 5. Ac Deus non dicitur *fides* aut *spes* absolute, *amor* dicitur.

CAP. XIV.

1 Διώκετε, *sectamini*) Id plus, quam ζηλοῦτε *æmulamini*, hîc, & v. 12. 39. c. XII. 31.

¶ μᾶλλον, *potius*) præ linguis. De *Cognitione* hîc non jam expresse agit Paulus: nam ea, respectu aliorum, cum *prophetia* coincidit. v. 6.

2 τῷ θεῷ) *Deo* soli, omnes linguas intelligenti.

¶ ἀκούει, *audit*) i. e. intelligit.

¶ πνεύματι, *spiritu*) v. 14.

¶ μυστήρια, *mysteria*) quæ alii potius mirentur, quam discant. Non additur articulus.

3 οἰκοδομὴν, *ædificationem*) Huic generi adduntur duæ species præcipuæ. παράκλησις, *exhortatio*, tollit tarditatem, παραμυθία, *consolatio*, tristitiam.

4 ἑαυτὸν, *se ipsum*) ea, quæ lingua loquitur, intelligentem.

¶ ἐκκλησίαν, *ecclesiam*) totam congregationem.

5 γλώσσαις, *linguis*) Has inprimis colebant Corinthii: quos Paulus non refutat, sed in ordinem redigit. v. 12.

¶ μείζων, *major*) utilior. v. 6.

¶ διερμηνεύει) διὰ eleganter exprimit interventum interpretis inter loquentem lingua & inter auditorem. Si idem ipse, qui lingua loquitur, etiam interpretem agit, tum idem ipse inter se ipsum quodammodo & auditorem intervenit: pro diverso scilicet respectu.

¶ ἡ ἐκκλησία, *ecclesia*) ædificationem *quærens*; congruit, *accipiat*.

6 ἢ ἐν ἀποκαλύψει, ἢ ἐν γνώσει, ἢ ἐν προφητείᾳ, ἢ ἐν διδαχῇ, *aut in revelatione, aut*

aut in cognitione, aut in prophetia, aut in doctrina) Quatuor genera prophetiae late dictae. duo priora pertinent ad illum ipsum, qui charismate gaudet: duo altera majorem simul propensionem ad audientes afferunt. *) De differentia *prophetiae* (quae *revelationi* respondet) & *cognitionis* (cui *doctrina* respondet) vid. ad c. XII. 8. 10, & de tota re, infra, ad v. 26 seqq. *Prophetia* refertur ad res singulares, antea non valde cognitas, ad mysteria, noscenda demum ex revelatione. *Doctrina* & *cognitio* ex communi fidelium penu depromitur, & refertur ad res in materia salutis obvias.

7 ἀυλὸς - κιθάρα, *tibia - cithara*) Duo summa organorum genera: non solum tibia, quae spiritu tibicinis quasi animatur, sed etiam cithara.

¶ τοῖς φθόγγοις, *sonis*) Casus sextus, coll. *per*, v. 9.

¶ πῶς γνωσθήσεται, *quomodo cognoscetur*) quomodo dignoscetur tibia a tibia, cithara a cithara? alius aliusque unius instrumenti sonus, ad alia & alia pertinens negotia.

8 γὰρ, *enim*) servit gradationi: nam inferiorem gradum comprobat ulterior.

¶ ἄδηλον, *incertam*) Vnius tubae cantus alius ad alia vocat milites.

9 ὑμεῖς, *vos*) *animati*: coll. v. 7.

¶ διὰ, *per*) i. e. tum, quum lingua loquimini.

10 τοσαῦτα, *ei τύχοι*) ἐι τύχοι, Lat. *verbi gratia*, coll. c. XV. 37. facit, ut τοσαῦτα habeat vim certi numeri. Si homines unquam inire potuissent numerum vocum, Paulus eum voluerat ponere.

¶ ἐδὲν ἄφωνον, *nullum mutum*) Quodvis eorum suam habet *potestatem*, δύναμιν.

11 βάρβαρος, *barbarus*) vid. Act. XXVIII. 2 not.

12 πνευμάτων, *spirituum*) Plurale, uti v. 32. c. XII. 10. Vt unum est mare, & maria multa, sic spiritus unus, & spiritus multi. *tuba* una, edit sonos multos.

¶ πρὸς τὴν οἰκοδομὴν, *ad aedificationem*) ut quam maxime aedificetur ecclesia.

13 προσευχέσθω) *oret*: & hoc faciet eo fructu & effectu, ut ad linguam accedat interpretatio. v. seqq. Innuitur, precibus hoc impetratum iri.

14 τὸ πνεῦμά μου - ὁ δὲ νοῦς μου, *spiritus meus - mens vero mea*) πνεῦμα, *spiritus* est facultas animae, quum ea Spiritus divini operationem suaviter *patitur*: at νοῦς, *mens*, est facultas animae foras progredientis & cum proximo *agentis*: adtendentis ad objecta extra se posita, res & personas alias, quanquam tamen possit esse ἀπόκρυφος λογισμός. conf. v. 20 not. sic *mens*, v. 19. πνεῦμα, penetrale τῦ νοός. Eph. IV. 23. coll. Hebr. IV. 12. νοῦς autem a νέω, propter agitationem: conf. Alexand. Aphrod. l. 2 περὶ ψυχῆς, f. 144 ed. Ald.

¶ ἀκαρπος, *sine fructu*) fructum habet, sed non affert. De hoc vocabulo vid. ad Matth. XIII. 22.

15 προσεύξομαι, *orabo*) voce. Prima persona singularis pro secunda plurali.

¶ ψαλῶ, *psallam*) cantu vel etiam organo.

16 ἐπεὶ) si id facias solo spiritu.

¶ εὐλογήσης, *benedixeris*) Nobilissima species orandi.

¶ ὁ ἀναπληρῶν τὸν τόπον τῦ ἰδιώτου, *implens locum idiotae*) Locutio haec non est mera *idiotae* paraphrasis, sed complectitur omnes, qui, quamlibet charismatis excellentes, duntaxat eam, qua quis loquebatur, linguam, juxta cum idiota non intelligebant. Eoque magis pudefacit Paulus eum, quem hoc loco refutat. Frequens Hebraeis locutio,

*) *Plane cum bis conueniunt, quae in* Moldenhauero *approbat cel. D.* Ernesti, *Bibl. theol. T. VIII. p. 673.* E. B.

cutio, *implet locum patrum suorum*, i. e. majoribus se dignum præbet.

¶ πῶς ἐρεῖ τὸ ἀμὴν, *quomodo dicet amen*) Sic jam tum solebant: nec solum idiotæ, sed cuncti auditores dicebant, subscribentes *ei, qui benedicebat.* Atque ita etiam ii, qui non poterant multa verba facere, aliorum verba adoptabant, & suæ mentis assensum declarabant.

¶ τί λέγεις, *quid dicas*) Non modo debet scire, te nil mali dixisse, sed etiam, quid boni dixeris.

18 εὐχαριστῶ, *gratias ago*) Gratiarum actionem & προθεραπείαν Paulus adhibet, laudabile quiddam de se dicturus.

¶ πάντων, *prae omnibus*) præ singulis, vel etiam universis.

¶ ὑμῶν, *vobis*) Sæpe ii, qui minus habent, plus sibi placent & insolentius faciunt.

19 πέντε λόγους) *quinque sententias.* Numerus definitus pro indefinito: bis millesima pars *myriadis.* conf. Lev. XXVI. 8.

20 ἀδελφοὶ, *fratres*) Vocativus initio positus suavem vim habet.

¶ τῇ κακίᾳ· ταῖς φρεσὶ) Opportune Ammonius: νῆς μέν ἐστιν ἀπόκρυφος λογισμός· φρένες δὲ, αἱ ΑΓΑΘΑΙ διάνοιαι. Neque κακία denotat *malitiam*, sed *vitium*, sive, quicquid virtuti opponitur.

¶ νηπιάζετε) *infantes estote.* νηπιάζω, formæ ἀκμάζω, πυρράζω.

¶ τέλειοι, *perfecti*) adeoque verum cuique rei pretium statuentes ex usu ejus.

21 νόμῳ, *lege*) etiam prophetas complexa.

¶ ἐν ἑτερογλώσσοις καὶ ἐν χείλεσιν ἑτέροις) Es. XXVIII. 11. LXX, διὰ φαυλισμὸν χειλέων, διὰ γλώσσης ἑτέρας. ἑτερογλώσσοις, masculinum, vel neutrum. Paraphrasis textum Esajanum ad locum Paulinum accommodans sit hæc: *Non audit Me populus iste, consueta lingua loquentem: loquar ergo eis per alias linguas, hostium eis immissorum; sed ne tum quidem mihi auscultabunt.* conf. Ier. V. 15. Quatenus Deus linguis hostium loqui dicitur, ab illis ad donum linguarum procedit paritas rationis.

¶ οὐδ' οὕτως εἰσακούσονταί μου) Es. XXVIII. 12. LXX, καὶ οὐκ ἠθέλησαν ἀκούειν.

22 εἰς σημεῖον) *in signum*, quo allecti *auscultare* debebant, sed οὐδ' οὕτως *ne sic quidem* auscultant.

¶ εἰσὶν) *exsistunt.* Accentus ad emphasin pertinet.

¶ ἡ δὲ προφητεία, *prophetia vero*) scil. *in signum est*, vel simpliciter, *est.* coll. c. VI. 13.

¶ τοῖς πιστεύουσιν, *credentibus*) Id sumendum in ampliatione: quatenus prophetia ex infidelibus credentes facit. lingua loquens infidelem sibi relinquit. Sermo Pauli est indefinitus. Infideles fere, ubi linguæ in eos incidunt, infideles manent: sed prophetia ex infidelibus fideles facit, & fideles pascit.

23 ὅλη ἐπὶ τὸ αὐτὸ, *tota in unum*) Id rarum, in tanta urbe.

¶ εἰσέλθωσι δὲ, *ingrediantur autem*) hospitum ritu, vel etiam ex curiositate.

¶ ἰδιῶται, *idiotae*) qui qualemcunque fidei gradum habent, sed charismatis non florent. Sequitur, per gradationem, *aut infideles*; qui non tam facile ingrediebantur, nec tamen arcebantur. Hoc versu loquitur Paulus in plurali, versu sequente in singulari. Plures mali se malis sermonibus impediunt: singuli, facilius lucrifiunt.

¶ ὅτι μαίνεσθε, *vos insanire*) Non enim poterunt ardorem istum a furore discernere. hinc improbe loquentur. conf. Act. II. 13.

24 πάντες, *omnes*) *singulatim.* v. 31.

¶ εἰσέλθῃ, *ingrediatur*) Exemplum 1 Sam. XIX. 20 f.

¶ ἄπιστος, *infidelis*) Huc refertur, *redarguitur.* coll. Ioh. XVI. 9.

¶ ἰδιώτης,

¶ ἰδιώτης, *idiota*) Huc refertur, *dijudicatur*. c. II. 15. *Elenchus* ille *infidelitatis*, & *dijudicatio* ille *idioticae* ruditatis, fit ipsius prophetiæ vi, etiamsi hæc sine applicatione ad individua fiat. Atque hi sunt duo gradus; sequitur tertius, *occulta &c.*

24, 25 ἐλέγχεται ὑπὸ πάντων, ἀνακρίνεται ὑπὸ πάντων, (καὶ οὕτω) τὰ κρυπτὰ τῆς καρδίας αὐτῦ φανερὰ γίνεται· καὶ οὕτω πεσὼν ἐπὶ πρόσωπον, προσκυνήσει τῷ θεῷ, ἀπαγγέλλων ὅτι ὁ θεὸς ὄντως ἐν ὑμῖν ἐστι) Prius illud, καὶ οὕτω, alienum est. namque præsens verbi γίνεται, indicat, incisum hoc, τὰ κρυπτὰ-γίνεται, arctius cohærere cum præcedentibus, ubi sermo fluit in præsenti, quam cum sequentibus, quæ habent futurum προσκυνήσει.

¶ ὑπὸ πάντων, *ab omnibus*) partim loquentibus, partim assentientibus.

25 τὰ κρυπτὰ τῆς καρδίας αὐτῦ, *occulta cordis ejus*) intima omnia cordis ethnici, talia nunquam experti, & sibi nunc primum innotescentis & de se confitentis. Præcipue enim agitur de *infideli*. *Idiota* obiter additur, ob rationem ejus non plane disparem. Deum vere in fidelibus esse, quilibet in infimo *fidei* gradu ante ingressum in cœtum ejusmodi norat.

¶ αὐτῦ, *ejus*) hospitis non credentis.

¶ φανερὰ γίνεται, *manifesta fiunt*) Dan. II. 30 fin.

¶ οὕτω) *sic* demum.

¶ πεσὼν, *cadens*) Publica declaratio eorum, qui virtutem verbi in se sentiunt & experiuntur, hodie nimis parce fieri solet.

¶ ἀπαγγέλλων, *pronuncians*) ultro, plane, diserte pronuncians, vel in ecclesia, vel etiam foris. conf. de hoc verbo, *Greg.* Paneg. § 123 cum Annot.

¶ ὅτι, *quod*) Conf. Dan. cap. cit. v. 46. 47. Argumentum pro veritate religionis, ex operationibus Dei in hominibus divinis, efficacissimum.

¶ ὄντως, *vere*) Confitebitur, vos non furere, sed Deum vere esse in vobis, & verum Deum esse, qui in vobis est.

26 ἕκαστος, *quilibet*) Fructuosior tum erat concio, quam hodie, ubi unus, quocunque est animo, tempus explere sermone debet.

¶ ψαλμὸν ἔχει) *psalmum habet*, habitu vel actu, vel paulo ante, vel jam modo. conf. v. 30. Dabantur eis a Spiritu cantica extemporalia. Habebant singuli *psalmum*, quo Deum laudarent; vel *doctrinam* proximo impertiendam; vel *linguam*, qua sibi loquerentur quisque. Verbum ἔχει, *habet*, iteratum, eleganter exprimit divisam donorum copiam.

¶ ἀποκάλυψιν, *revelationem*) qua Deus homini aliquid pandit: Gal. II. 2. *revelationem* propheticam. v. 30. 29.

¶ ἑρμηνείαν, *interpretationem*) qua homo homini *linguam* interpretetur.

¶ οἰκοδομὴν, *aedificationem*) Optima norma.

27 εἴτε, *sive*) Specialius explicat, quomodo omnia fieri possint ad ædificationem. *)

¶ τὶς, *aliquis*) Nunquam debuit unus tan-

*) *Digna, opinor, consideratu est cel.* Michaëlis *ad h. l.* (*in der* Einleitung &c. *T. II. p. m. 1369 sq.*) *observatio:* Bey dem Gebrauch der aufferordentlichen Gaben (*inquit*) gieng manches vor, das die gemeinschaftliche Erbauung hinderte. Einige, die sich in ihren Gaben sehr wohl gefielen, missbrauchten sie in der Gemeine dergestalt, dass andere vor ihnen nicht zu Worte kommen konten. — Es war dieses nicht bey allen Gaben mœglich: niemand z. e. konte weissagen, wenn ihm der h. Geist keine Eingebung verliehe. Hingegen waren die Gaben der Sprachen auf die Weise mitgetheilet, dass, wer sie hatte, zu aller Zeit in fremden Sprachen reden konte, ohne eine neue Eingebung zu erwarten. Diese Gaben wurden daher am meisten gemisbrauchet, und von denen vorgezogen und erhoben, die sie besassen. —. E. B.

tantummodo lingua loqui; sed si unus loquebatur, debebat unus alterve subsequi, ad vindicandam Spiritus opulentiam.

¶ τρεῖς, *tres*) *loquantur.*

¶ ἀνὰ μέρος) divisis temporibus, vel etiam locis.

28 ἐὰν δὲ μὴ ᾖ, *si vero non sit*) Interpretari poterat vel is ipse, qui lingua loquebatur, v. 13, vel alter.

¶ σιγάτω, *taceto*) *qui lingua loquitur.*

¶ ἑαυτῷ καὶ τῷ θεῷ, *sibi ipsi & Deo*) v. 4. 2.

¶ λαλείτω, *loquatur*) privatim.

29 προφῆται δὲ, *prophetae vero*) Antitheton ad *lingua loquentes.* Prophetia stricte dicta opponitur *revelationi:* v. 6. prophetia latius dicta (perinde ut *revelatio*) opponitur *cognitioni.* ibid. iterum, *cognitionem* complectens, opponitur *linguis* v. 4.

¶ λαλείτωσαν, *loquantur*) subaudi, ἀνὰ μέρος, *singulatim.* v. 27.

¶ οἱ ἄλλοι, *reliqui*) sc. prophetæ.

¶ διακρινέτωσαν, *dijudicent*) etiam sermone.

30 καθημένῳ) *dum sedet*, auscultans.

¶ ὁ πρῶτος, *primus*) qui antea loquebatur.

31 καθ' ἕνα, *singulatim*) ut semper singuli singulis concedant.

¶ πάντες, *omnes*) Notanda universalitas.

¶ πάντες μανθάνωσι, *omnes discant*) colloquendo, quærendo, dicendo, auscultando: *omnes*, prophetæ. Docendo discitur: loquendo, interrogando, discitur. v. 34. 35. [*Multi quoad spiritualia ideo, quod nihil fere de talibus loquuntur, inepti manent & languidi.* V. g.]

¶ παρακαλῶνται, *confirmentur*) Interdum magis excitat nos alterius sermo, interdum noster.

32 καὶ) *& quidem.* sic καὶ, 2 Cor. V. 15. 1 Ioh. III. 4.

¶ πνεύματα προφητῶν, *spiritus prophetarum*) Abstractum pro concreto: prophetæ, etiam dum aguntur.

¶ προφήταις, *prophetis*) Non dicit: *spiritibus prophetarum.*

¶ ὑποτάσσεται, *subjiciuntur*) non ut propheta veritatem suæ prophetiæ propter alterum neget aut abjiciat; 1 Reg. XIII. 17 seqq. nam verbum propheticum est supra prophetas: v. 37. sed utne se solum postulet audiri, verum aliis quoque audiendis, dum verba faciunt, det operam, & ex illis ea, quæ præ ipso accepere, discat *subjectio*, silentis, discentis. v. 34 s. [*1 Tim. II. 12.*] Omnis actus docendi involvit authentiam quandam. *subjiciuntur*, dicit; non modo *debent* subjici. Dei Spiritus hoc prophetas docet.

33 ὡς, *ut*) Simillima clausula partis proximæ, v. 36.

34 αἱ γυναῖκες, *mulieres*) Id scribit Paulus etiam 1 Tim. II. 11 s. & tamen inprimis Corinthiis hoc scribi expediit. conf. not. ad c. XI. 16.

¶ ὑμῶν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις) *in concionibus vestris;* præsentibus viris, qui loqui possunt.

¶ ἐπιτέτραπται) *commissum est.*

¶ ὑποτάσσεσθαι, *subjici*) ut suam voluntatem alienæ submittant. Gen. III. 16. Ad virum est תשוקת applicatio mulieris, & quidem ut ad dominum suum.

¶ καὶ) *etiam.* conf. c. IX. 8 not.

35 μαθεῖν, *discere*) per sermonem.

¶ θέλουσιν, *volunt*) Occupatio.

¶ ἰδίους) *suos* potius, quam alios.

¶ ἐπερωτάτωσαν, *interrogent*) Viris integrum erat in concione interrogare.

¶ ἐν ἐκκλησίᾳ) *in concione* vel civili vel sacra.

¶ λαλεῖν, *loqui*) vel docendo vel rogando.

36 ἢ, ἤ, *an, an*) Vos, Corinthii, (vos item,

item, Romani,) nec primi nec soli estis. Atqui etiam alibi silent mulieres.

37 προφήτης, *propheta* Species: *spiritualis*, genus. Ille, præ hoc, eloquio prædítus.

¶ ἐπιγινωσκέτω, *cognoscat*) Non patitur Paulus demum quæri, an recte scribat. *)

¶ τὰ κυρίου, *Domini*) Iesu.

38 εἰ δέ τις ἀγνοεῖ, *sin autem quis ignorat*) quo minus possit *cognoscere*. si quis ignorat, inquit, vel ignorare se simulat. Argumentum valídum apud Corinthios, *cognitionis* avidissimos.

¶ ἀγνοείτω, *ignoret*) q. d. Non possumus ob talem omnia projicere. habeat ille sibi. Qui sibi ita permittuntur, facilius resipiscunt, quam si invitos doceas.

39 ὥστε, *itaque*) Summa.

¶ ζηλοῦτε, *aemulamini*) Id plus, quam *non prohibete*.

40 εὐσχημόνως, *honeste*) quod ad singulos attinet.

¶ κατὰ τάξιν, *secundum ordinem*) invicem.

CAP. XV.

1 Γνωρίζω, *notum facio*) Constr. cum τίνι *quo* v. 2. conf. Gal. I. 11. Paulus Corinthiis jam antea notum fecerat evangelium; sed nunc certiores eos facit amplius, *quo modo* illud eis evangelizarit, qua ratione, quo fundamento, quibus argumentis. Antea fuerat *doctrina*, nunc fit *elenchus*, qui versu 34 ἀγνωσίαν *ignorantiam* severe notat.

¶ τὸ εὐαγγέλιον, *evangelium*) de Christo, maxime de ejus resurrectione. Grata appellatio, qua Corinthios allicit: & morata præfatio, qua eos quasi suspensos tenet.

¶ παρελάβετε, *accepistis*) Præteritum. [*Aeternam haec acceptatio obligationem inuoluit.* V. g.]

¶ ἕστήκατε, *stetistis*) i. e. statum nacti estis. Præsens, in sensu.

2 σώζεσθε, *salvamini*) Futurum, in sensu. v. 18. 19.

¶ εἰ κατέχετε, *si tenetis*) *Si* hîc significat spem, ut patet ex eo, quod sequitur, *nisi &c.*

m) 3 ἐν πρώτοις, *in primis*) Quæ maximi momenti sunt, *in primis* doceri debent. בראשונה LXX ἐν πρώτοις, i. e. *pridem*, 2 Sam. XX. 18: at, *primo*, Deut. XIII. 9, & sic h. l.

¶ παρέλαβον, *accepi*) a Christo ipso. Non ego finxi. conf. 2 Petr. I. 16.

¶ ὅτι, *quod*) Paulus dicit, se non solum resurrectionem Christi, sed etiam resurrectionem mortuorum inde fluentem, *in primis* prædicasse fidei capitibus: quorum fidem susceperint Corinthii, antequam *baptizarentur* in nomen Christi pro ipsis *crucifixi*, adeoque etiam mortui & resuscitati. c. I. 13. coll. Hebr. VI. 2.

¶ ὑπὲρ) *pro*. Efficacissima locutio, *pro peccatis nostris* abolendis. Gal. I. 4. 1 Petr. II. 24. 1 Ioh. III. 5. Sic ὑπὲρ Hebr. V. 3. Confer plane Tit. II. 14. Luc. I. 71-74. 2 Cor. V. 15.

¶ ἁμαρτιῶν, *peccatis*) quibus *mortem* commeriti eramus. v. 17.

¶ γραφάς, *scripturas*) *Multa* dicta exstant in Scriptura de morte Christi. Testimonium Scripturæ præmittit Paulus testimonio eorum, qui Dominum viderunt ex resurrectione.

4 ἐτάφη, *sepultus est*) Matth. XII. 40. [*Arctius hîc* sepultura *Christi cum* resurrectione *conjungitur, quam cum morte. Nimirum sub ipsum mortis Christi momentum virtus vitae dissolui nesciae se exseruit. I Petr. III. 18. Matth. XXVII. 52. Non receptaculum corruptioni destinatum, Christo Domino sepulcrum fuit; sed conclaue vitae adeundae aptum. Act. II. 26.* V. g.]

¶ ἐγή-

*) *Adeoque recte eorum impudentiam miratur cel.* Michaelis (*in der* Einleitung &c. *T. I. p. m. 869.*) *qui non* prophetam, *sed* doctorem *tantummodo haberi se Paulum voluisse prætendant.* E. B.

m) εἰκῇ, *frustra*] Triste vocabulum. Gal. II. 2. III. 4. IV. 11. *V. g.*

¶ ἐγήγερται, *exsitatus est*) Eo opportunior est copia sermonis de resurrectione Christi, quia circa tempus paschale scripta est epistola. c. V. 7 not. Vrgendum est pondus materiæ de *resurrectione*, quod variis titulis hodienum elevatur.

¶ κατὰ τὰς γραφὰς, *secundum scripturas*) quæ non impleri non potuere.

5 κηφᾷ, *Cephae*) Luc. XXIV. 34.

¶ δώδεκα, *duodecim*) Luc. XXIV. 36. Probabile est, Matthiam tum quoque interfuisse. ἕνδεκα *Photius* in Amphilochiis & alii.

6 ἔπειτα, *deinde*) progressione facta ad numerum majorem.

¶ ἐπάνω πεντακοσίοις, *plus quingentis*) Illustris apparitio. His omnibus se postponit Paulus.

¶ οἱ πλείους, *plures*) circiter 300 ad minimum. οἱ πλείους, *plerique*, ob id ipsum tam diu in vita divinitus servati, ut essent testes. [*auctoritatem nacti apostolicae affinem*, V. g.] conf. Ios. XXIV. 31.

¶ μένουσιν, *manent*) in vita. Hos integrum erat percontari. Tales, Andronicus & Iunias fuisse censendi sunt, Rom. XVI. 7.

¶ καὶ, *etiam*) Hos testes allegare non minoris erat. Hac fide obierant.

¶ ἐκοιμήθησαν, *obdormiverunt*) ut resurrecturi.

7 n) πᾶσιν, *omnibus*) Apostoli videntur hîc plures dici, quam illi duodecim, v. 5: strictiori tamen sensu, quam Rom. I. c.

8 ἔσχατον δὲ πάντων) *ultimo omnium*: vel potius, *post omnes*, ut se excludat. Etiam post Stephanum. Deut. XXXI. 27. 29, ἔσχατον τὸ θανάτω μου κτλ. [*Non excluduntur hac locutione apparitiones* postmodum *insecutae. Act. XXIII. 11.* V. g.]

¶ ὡσπερεὶ τῷ ἐκτρώματι, *tanquam abortui*) LXX, ἔκτρωμα, Num. XII. 12. Articulus vim habet. Paulus se unum sic appellat, pro statu apparitionis, & pro tempore præsenti scriptionis. Quod inter liberos est ἔκτρωμα *abortus*, inquit, id ego sum in apostolis: & hoc uno verbo se plus deprimit, quam ullis aliis modis. Vt abortus non est dignus humano nomine, sic apostolus negat se dignum apostoli appellatione. Metaphora inde, unde etiam *regeneratio* dicitur. 1 Petr. I. 3. εἰ in ὡσπερεὶ nonnihil mitigat: *ut si.* docet, non debere hoc nimium premi.

¶ κἀμοί. *etiam mihi.*) Hoc eleganter ponitur in fine periodi.

9 ἐλάχιστος) Latine, *Paulus*, *minimus*.

¶ ὃς, *qui*) Incrementum habet oratio.

¶ ἐδίωξα, *persecutus sum*) Fideles etiam post resipiscentiam imputant sibi, quæ semel patrarunt.

10 χάριτι, *gratia*) solâ.

¶ ὅ εἰμι, *quod sum*) i. e. apostolus, qui Christum vidi.

¶ εἰ κενὴ, *non vacua*) Probat Paulus auctoritatem evangelii & testimonii sui ab effectu.

¶ αὐτῶν, *illis*) Hoc refertur ad v. 7.

¶ πάντων, *omnibus*) singulis.

¶ σὺν ἐμοὶ, *mecum*) *Cum* particula conveniens, quia dicit *laboravi.* conf. Marc. XVI. 20.

11 κηρύσσομεν, *praedicamus*) uno ore, omnes apostoli.

¶ ἐπιστεύσατε, *credidistis*) Fides semel suscepta fundat fidem subsequentem: & titubantes non modo obligat, sed sæpe etiam retinet firmitas prima.

12 εἰ) *si.* Particula affirmans.

¶ πῶς, *quomodo*) Nexus inter resurrectionem Christi ex mortuis & mortuorum erat Paulo longe evidentissimus. Qui vero resurrectionem in genere pro impossibili habebant, ne Christi quidem resurrectionem credere poterant.

¶ τινὲς,

n) Ἰακώβῳ, *Iacobo*] Minori. *V. g.*

¶ τινὲς) *aliqui*, sine dubio ex gentibus. Act. XVII. 32.

13 εἰ δὲ, *si vero*) Instituit regressum, & enumerat, quæ v. 3-11 allegavit.

14 κενὸν-κενὴ, *vacua-vacua*) contra ac vos ipsi agnovistis. v. 11. κενὴ, sine vera re. diff. ματαία, *vana*, v. 17, sine usu.

15 ψευδομάρτυρες, *falsi testes*) Non licet prædicare de Deo, quod non ita est; tametsi glorioſum videatur. Falsi testes sunt v. gr. Negotiatores, qui quæstus sui causa terræ motus, eluviones, aliosque magnos casus, e remotis fingunt locis, animasque ceteroqui non nimis credulas ad cogitationes & collocutiones de judiciis *divinis*, in thesi bonas, in hypothesi erroneas inducunt.

17 ἁμαρτίαις) *peccatis*, etiam cæci ethnicismi. v. 34. [*spe vitae aeternae cassi.* V.g.]

18 ἀπώλοντο, *perierunt fuerunt*, *nulli sunt*. Loquitur Paulus sub conditione: sub ea conditione ethnicus poterat, resurrectionem negans, mortuos perinde æstimare, ac si nunquam fuissent. Neque hîc opus erat, a Paulo distincte exprimi, quid sit, *in peccatis esse*.

19 εἰ, *si*) Præcedit hunc versum & v. 18 propositio eorum, quæ tractantur v. 20 ss. *) Et hoc versu est propositio eorum, quæ tractantur v. 29-34.

¶ ἐν, *in*) ἐν, *quod attinet*. i. e. si spes nostra in Christo fixa intra hujus μόνον *tantummodo* vitæ fines tota vertitur.

¶ ζωῇ, *vita*) Non facile hanc vitam Scriptura *vitam* dicit; sæpius, αἰῶνα, *seculum*. hîc dicitur κατ' ἄνθρωπον, uti Luc. XVI. 25.

¶ ἠλπικότες ἐσμὲν, *speravimus*) *credidimus* cum læta exspectatione futuri.

¶ ἐλεεινότεροι, *miserabiliores*) Comparativus proprie: nam si superlativi vim haberet, articulus præcederet. *miserabiliores sumus omnibus hominibus:* ceteri *homines omnes* nec falsa spe lactantur, & præsentis vitæ fructum libere percipiunt; nos, si mortui non resurgunt, falsa spe lactamur stolide, &, per abnegationem nostri & mundi, certum præsentis vitæ fructum amittimus, dupliciter miserabiles. Iam nunc *beati* sunt Christiani: sed non in iis rebus, quibus ceteri homines pascuntur; & sublata spe alterius vitæ, præsens lætitia spiritualis imminuitur. Præsentissimum in Deo gaudium habent fideles, & ideo jam sunt beati: sed si non est resurrectio, gaudium illud magnopere debilitatur. Hoc momentum est alterum: prius momentum est, quod Christianorum beatitas non est sita in rebus mundanis. Vtroque momento confirmatur felicitas ex spe resurrectionis.

20 νυνὶ, *nunc*) Declarat Paulus, non esse inane præconium, non esse vanam fidem: abolita esse peccata: non esse nullos, in Christo defunctos: non hac vita terminari spem Christianorum.

¶ ἀπαρχὴ, *primitiae*) scil. ὄυσα vel ὤν. *Primitiarum* mentio egregie convenit tempori paschali, quo tempore scriptam hanc epistolam paulo superius notavimus: immo ipsi diei resurrectionis Christi, qui item erat postridie sabbati. Lev. XXIII. 10. 11.

21 καὶ) *etiam* ἐπειδὴ γὰρ, *siquidem enim* hîc habet apodosin.

22 πάντες ἀποθνήσκουσιν, *omnes moriuntur*) *Moriuntur*, inquit, non in præterito, uti v. gr. Rom. V. 17. 21, sed in præsenti, quo apertius in antitheto loquatur de resurrectione etiamnum futura. Et dicit, *omnes*. Moriuntur in Adamo maxime impii; sed Paulus loquitur hîc

*) *Respondet hæc partitio* Werenfelsii *aliorumque cogitatis, quibus palmam concedit D.* Ernesti, *Bibl. th. T. I. p. 289*, E. B.

hîc de piis, quorum ἀπαρχὴ *primitiae* Christus est: atque hi ut in Adamo omnes moriuntur, sic etiam in Christo omnes vivificabuntur. Scriptura ubicunque cum fidelibus agit, de ipsorum resurrectione agit primario; 1 Thess. IV. 13 s. de impiorum resurrectione, incidenter.

¶ ἐν τῷ χριστῷ, *in Christo*) Hoc emphasin habet in hoc commate. Posita resurrectione Christi, ponitur omnium vivificatio.

¶ ζωοποιηθήσονται, *vivificabuntur*) Dixerat: *moriuntur*, non, ἀποκτείνονται, *occiduntur*: nunc, non *revivisc*ent, sed *vivificabuntur*, virtute non sua.

23 ἕκαστος· ἀπαρχὴ - ἔπειτα) Ter hoc versu subaudiendum ἐστὶ vel εἰσί. Versu 24 item subauditur *est*.

¶ τάγματι) *ordine* divinitus constituto. τάξις tamen est abstractum, τάγμα concretum. Conjugatum, ὑπέταξεν, v. 27.

¶ ἀπαρχὴ, *primitiae*) Vis hujus verbi complectitur vim verbi ἀρχὴ, *initium*, cui ex opposito respondet *finis*.

¶ ἔπειτα - εἶτα) Ἔπειτα magis disjungit: εἶτα magis copulat. v. 5. 6. 7. ἔπειτα, *posterius*, comparativo opposito ad *primum*, v. 46, cujus, *primum*, vis inest in *primitiae* h. l. εἶτα, *postea*, sensu magis absoluto. Disjunctiva vis τοῦ ἔπειτα & copulativa τοῦ εἶτα clara est v. 5. 6. 7. Conjunguntur enim οἱ *Duodecim* cum *Kepha* per εἶτα· disjunguntur *Quingenti*, & ab his *Iacobus*: Sed copulantur huic, per εἶτα, *Apostoli*. Itaque qui per ἔπειτα memorantur, quasi per parenthesin interponuntur. Sed hîc, v. 23, videtur res ambigua. Si dichotomiam instituas, potes vel Christum & eos qui Christi sunt uni membro dichotomiæ inferere, atque alteri τὸ τέλος, *finem*: vel Christum, solum, principalissimum, ponere & alteri lateri eos qui Christi sunt & *postea* τὸ τέλος, *finem* adjungere. Priore modo Christiani sunt appendix capitis sui: posteriore modo Christus retinet suam ubique prærogativam, & cetera in unum coacervantur latus. Priore modo post χριστὸς in textu ponitur comma, posteriore etiam colon: & sic εἶτα sensum magis absolutum, & tamen vim copulativam præ τῷ ἔπειτα retinet. Describit Paulus totum processum resurrectionis, cum iis, quæ illam sequentur; eoque ipsam resurrectionem reddit credibiliorem. Nam hæc necessario requiritur, ut res eo perducatur, ut Deus sit omnia in omnibus.

¶ οἱ τοῦ χριστοῦ, *qui sunt Christi*) Suave polyptoton, χριστος, χριστοῦ. Christiani sunt quasi appendix τῆς ἀπαρχῆς, *primitiarum*. Eodem tempore resurgent impii; sed illi non veniunt sub hunc beatum censum.

¶ ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ, *in adventu ejus*) tum erit *ordo* Christianorum. 1 Thess. IV. 16. Non alii post alios resurgent illo tempore. Non appellat Paulus *judicium*; quia cum fidelibus agit.

24 εἶτα, *postea*) post resurrectionem *eorum, qui Christi sunt*, qui, ut *rex*, inter resurrectionem & inter finem, judicium peraget.

¶ τὸ τέλος) *Finis*, resuscitationis omnis. Correlatum *primitiarum*. In hoc fine omnes *ordines* suum nanciscentur complementum. 1 Petr. IV. 7. Rom. VI. 22. Hoc nomen continet vim verborum *tradiderit* & *destruxerit*. Vide, quanta mysteriorum pondera apostolus deducat ex syllabis propheticis עד & כל Ps. CX. 1. VIII. 6. Gr. ἄχρις, *usque*, & πάντα, *omnia*. Itaque etiam verba sunt θεόπνευστα. Nam quæ horum ratio, eadem omnium est.

¶ ὅταν - ὅταν) *quum* -: nempe, *quum*. Prius declaratur per alterum: & ad prius refertur pars prior versus sequentis; ad alterum, pars altera. Simulac Filius Patri regnum tradiderit, Pater destruet

omne

omne imperium: & traditio regni fit, ut fiat abolitio *omnis imperii.*

¶ παραδῷ τὴν βασιλείαν, *tradiderit regnum*) Non incipiet tum regnare Pater, ſine Filio: neque deſinet tum Filius, ſine Patre, regnare. nam regnum divinum & Patris & Filii eſt ab æterno & erit in æternum. Sed ſermo eſt de regno Filii mediatorio, quod tradetur; & de regno Patris immediato, cui tum locus fiet. Interjecto tempore Filius negotium, quod ei Pater dedit, gerit, pro ſuis & per ſuos, pro electis, per angelos etiam, & apud Patrem, & contra hoſtes, dum horum vel conatus ſupereſt. Regnum, quatenus Pater Filio dedit, Filius Patri tradet: Ioh. XIII. 3: nec Pater, quum Filium regem conſtituit; nec Filius, cum regnum Patri tradit, regnare deſinit: atque eo ipſo, quod non *abolendum*, ſed *Patri tradendum* dicitur, ſignificatur, id ipſum quoque infinitæ eſſe majeſtatis. Gloria autem antemundana, etiam poſt traditionem illam manebit: Ioh. XVII. 5. Hebr. I. 8. neque ſecundum humanam naturam rex eſſe deſinet. Luc. I. 33.*) Si cives novæ Ieruſalem regnabunt in ſecula ſeculorum, Ap. XXII. 5: quanto magis regnabit Deus & Chriſtus?

¶ τῷ θεῷ καὶ πατρὶ, *Deo & Patri*) Duplex reſpectus. Conſideratur & ut Deus & ut Pater, ad Chriſtum, Ioh. XX. 17, etiam exaltatum, Ap. III. 12. 21, & ad fideles. Col. III. 17. Conſideratur, ut Deus, adverſum hoſtes.

¶ καταργήσῃ, *aboleverit*) *Deus & Pater*, de quo etiam dicitur *ponat* & *ſubjecit*. Pari ratione ſermo ad alium in tertia perſona flectitur v. 25 & 29.

¶ πᾶσαν ἀρχὴν καὶ πᾶσαν ἐξουσίαν καὶ δύναμιν, *omne imperium & omnem poteſtatem & potentiam*) *Imperia & poteſtates* dicuntur etiam de poteſtatibus humanis, Tit. III. 1, ſæpius autem de angelicis, Col. I. 16, idque in concreto, ut ipſas denotent ſubſtantias: hîc autem in abſtracto, uti βασιλείαν, de *regno* Filii. neque enim ſubſtantiæ angelicæ deſtruentur. ἀρχὴ notat *imperium:* huic ſubordinatur ἐξουσία, *poteſtas*, magiſtratus, & δύναμις, *exercitus, copiæ*. ἐξουσία & δύναμις, magis conjunctæ, commune habent epitheton *omnem*. Significatur hîc non modo imperium, poteſtas, copia hoſtium, v. 25, qualis eſt mors, v. 26, ſed *omnis*, etiam bonorum angelorum. Nam ubi rex, debellatis hoſtibus, arma deponit, vacatio datur militibus. neque indignum his eſt verbum καταργεῖν, *abolere*. c. XIII. 8. 2 Cor. III. 7.

25 δεῖ, *oportet*) Prædictum enim eſt.

¶ αὐτὸν, *illum*) Chriſtum.

¶ βασιλεύειν, *regnare*) רדה *dominare in medio hoſtium tuorum*. Ps. CX. 2.

¶ ἄχρις οὗ ἂν, *usque dum*) Vlterius non opus erit.

¶ θῇ, *ponat*) Pater.

¶ πάντας, *omnes*) Inſerit hoc Paulus, ut tranſitum paret ad ea, quæ ſequuntur.

¶ τοὺς ἐχθροὺς, *hoſtes*) corporales & ſpirituales. Subaudi, *ejus*, ex illo, *pedes ejus*, ſcil. *Filii*. ſed elegans eſt jam ellipſis: quoniam Chriſtus eos, quatenus *Chriſti* hoſtes erant, pridem *deſtruxit*; quatenus noſtri, eos *deſtruet*. Ad peractum jam triumphum ejus reſidua pars victoriæ ſe habet, ut ad orbem alicujus monarchiæ humanæ ſubjugatum margo ejus quiſpiam aut angulus.

26 ἔσχατος, *noviſſimus*) Prægnans enunciatio: *Mors* eſt hoſtis: eſt hoſtis, qui deſtruitur: eſt hoſtis, qui deſtruitur noviſſimus. noviſſimus autem, id eſt, poſt Satanam, Hebr. II. 14, & poſt peccatum: v. 56. nam eodem ordine invaluerunt; & Sa-

*) *Eundem locum, coll. Dan. VII. 14, huc refert S. R. D.* Moldenhauer *ad h. l., ſæpiſſime cum* Bengelio *conſentiens, e. g. v. 32. 49 &c.* E. B.

Satanas invexit peccatum, peccatum peperit mortem. Illi hostes aboliti sunt: ergo etiam mors aboletur. Dices: *Nonne omnium hostium par est ratio? nam quatenus ceteri sunt aboliti, etiam mors est abolita. 2 Tim. I. 10. ergo quatenus mors manet, etiam ceteri hostes manent adhuc: neque adeo mors aboletur ultima.* Resp. Christus, quatenus ipse cum hostibus olim conflixit, primo Satanam, per mortem suam; deinde peccatum, in morte; postremo mortem, in resurrectione devicit: eodemque ordine hostium potestati eripit fideles universos; eodem hostes ipsos destruit. Iterum dices: *Quomodo mors ultima aboletur, si resurrectio mortuorum praecedit abolitionem OMNIS IMPERII?* Resp. Resurrectionem statim sequitur judicium, cum quo conjuncta est abolitio *omnis imperii:* atque hanc statim excipit abolitio mortis cum inferno. Ordo abolitionis describitur Ap. XIX. 20. XX. 10. 14. Debet autem sermo accipi reduplicative: hostes destruentur, ut hostes. Namque etiam postea Satanas erit Satanas; infernus, infernus; hœdi, maledicti. Destruentur scilicet prius, ante mortem, hostem noviſſimum, non ut plane non sint, sicut mors; neque ut non sint, quod audiunt, nempe Satanas, infernus, maledicti: sed ut non sint hostes, resistentes, repugnare valentes. nam fient debellati, imbelles, capti, supplicio affecti, sub pedibus Domini nostri. Abolitio *OMNIS IMPERII* non debet ad abolitionem hostium accenseri: abolitio autem potestatis inimicæ juxta Apoc. XIX. 20 etiam ante abolitionem mortis fit, quam subsequitur abolitio *OMNIS* potestatis, *OMNIS* imperii. Etiam boni angeli nanciscuntur vacationem.

¶ ἐχθρός, *hostis*) Mors, hostis: itaque homini initio non fuit naturalis. Qui negabant resurrectionem, negabant etiam immortalitatem animæ. Illa vindicata, hæc vindicatur.

¶ καταργεῖται, *destruitur*) Præsens, pro futuro.

¶ ὁ θάνατος, *mors*) Mentione mortis continetur etiam *infernus*, quatenus destruendus. v. 55.

27 πάντα γάρ, *omnia enim*) ne morte quidem excepta. Psalmus videri posset hac syllaba כל *omnia*, animalia duntaxat & astra, quæ appellat, innuere: sed multo eum longius spectare, docet apostolus. *Bona*, subjiciuntur lautissima conditione; *mala*, tristissima. nam hæc *abolentur*, & scabellum pedum fiunt.

¶ ὑπέταξεν, *subjecit*) *Deus & Pater.* Conf. ad ὑποταγήν, Eph. I. 22. Phil. III. 21. Hebr. II. 8. 1 Petr. III. 22. *subjiciet*, suo tempore: jam *subjecit*, quia *dixit.*

¶ ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ) *Sub pedes ejus* subjecti sunt non modo hostes, sed etiam cetera. Eph. I. 22. Locutio est synecdochica: *omnia* ei subjiciuntur: & ea quæ se opponunt neque subjecta esse volunt, plane ad pedes detruduntur tanquam scabellum. Est sane discrimen inter τὸ *subjici sub pedes* & inter τὸ *dari in manus.* Non tamen illud tam crudeliter intelligere licet: alias non haberet locum exceptio *praeter eum qui subjecit.*

¶ εἴπῃ, *dicat*) propheta. Hebr. II. 6.

¶ δῆλον, *manifestum*) Nam Pater non subjicitur Filio; *sed* (δὲ, v. 28.) Filius Patri. Summam rerum omnium ex Psalmo potenter & sapienter demonstrat apostolus.

28 ὑποταγῇ, *subjecta fuerint*) ita ut in æternum mansura sint subjecta.

¶ τότε) *tum* demum. Antea conflictandum semper est cum hostibus.

¶ καὶ) *etiam.*

¶ αὐτὸς) *ipse*, ultro. *Ipse* hîc facit antitheton ad *omnia*, ut infinita denotetur excellentia Filii: & præterea, ut sæpe, significat quiddam *voluntarium:* nam Filius se subordinat Patri: Pater Filium glorificat. Gloriosius est nomen Dei & Patris,

&

& Filii, quam Regis. Hoc nomen ab illo absorbebitur, ut antea ex illo fluxerat.

¶ ὁ υἱὸς, *Filius*) Christus, secundum utramque naturam, etiam divinam. id quod non tam ex eo colligas, quia *hîc* Filius appellatur, conf. not. ad Marc. XIII. 32, quam quia expresse consideratur in relatione ad Patrem. Nec tamen hîc sermo est de Filio, quatenus Pater & Filius unum sunt, quæ quidem unitas essentiæ hîc præsupponitur; sed respectu œconomiæ, quatenus Pater ei omnia subordinavit.

¶ ὑποταγήσεται) *subordinabitur.* hoc enim verbum magis & proprium est & dignum, quam, *subjicietur.* Aptissimum verbum ad res diversissimas denotandas. Plane enim alia est subordinatio Filii ad Patrem, alia creaturarum ad Deum. Filius Patri subordinabitur eo modo, quo antea non fuerat subordinatus. namque in regno mediatorio separatus quodammodo fulgor Filii a Patre fuerat: deinceps autem Filius Patri plane subordinabitur. eaque *subordinatio* Filii erit plane voluntaria, ipsi Filio optata atque gloriosa: non enim subordinabitur veluti *minister*, Hebr. I. 14. coll. anteced. sed tanquam Filius. [*Scilicet in humanis quoque non* subditorum *duntaxat, sed* filiorum *etiam est subordinatio. Luc. II. 51. Hebr. XII. 9.* V. g.] Medium igitur verbum est ὑποταγήσεται, non passivum. *Bonum meum*, inquit, *non est praeter TE*, Iehovah. Ps. XVI. 2. Hessusius: *Subjectio & obedientia Filii erga Patrem non tollunt aequalitatem potentiae, nec essentiae diversitatem probant. Filius in omni aeternitate reverentia summa agnoscit, quod ab aeterno a Patre sit genitus: agnoscit etiam, quod regnum spirituale a Patre acceperit, & dominus totius orbis sit constitutus. Hanc suam sanctissimam reverentiam, subjectionem & filialem amorem, toti creaturae demonstrabit, ut omnis honor Patri aeterno tribuatur. Verum hîc nihil decedit Filio; siquidem Pater vult, ut omnes honorent Filium, quemadmodum Patrem. Ioh. V.* Exam. p. 10.

¶ ἵνα ᾖ ὁ θεὸς πάντα ἐν πᾶσι, *ut sit Deus omnia in omnibus*) Significatur hîc novum quiddam, sed idem summum, ac perenne. *Omnia* (adeoque omnes) sine ulla interpellatione, nulla creatura occupante, nullo hoste obturbante, erunt subordinata Filio, Filius Patri. *Omnia* dicent: *Deus est mihi omnia.* Hoc τέλος est, hic *finis* & apex. Vltra, ne apostolus quidem quo eat habet. Vt in Christo non est Græcus, Iudæus, circumcisio, præputium, barbarus, scytha, servus, liber, sed omnia & in omnibus Christus: Col. III. 11. sic tum non erit Græcus, Iudœus &c. neque *principatus*, *potestas* &c. sed Deus omnia in omnibus. Ab impiis in mundo habetur Deus pro nihilo; Ps. X. 4. XIV. 1. & apud sanctos multa obstant, ne sit unus omnia apud ipsos: sed tum erit omnia in omnibus.

29 s. ἐπεὶ τί ποιήσουσιν οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν; εἰ ὅλως νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται, τί καὶ βαπτίζονται ὑπὲρ αὐτῶν; τί καὶ ἡμεῖς κινδυνεύομεν πᾶσαν ὥραν;) Primum de distinctione hujus versiculi dicemus aliquid. Incisum hoc, εἰ ὅλως νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται, recte multi cum sequentibus jampridem connectunt. nam ejusdem incisi vim in priore hemistichio exhaurit particula sola ἐπεί. εἰ inchoat sententiam, uti v. 32 bis, & sæpe v. 12 seqq. Hinc ad νεκροὶ refertur αὐτῶν, pronomen. *) Porro de *baptismo super mortuis* tanta est interpretationum varietas, ut is, qui, non

*) Vers. germ., *nomen* τῶν νεκρῶν, *loco pronominis, in fin. vers., repetens & a* Gnomone *abludit & ab* utriusque Ed. *margine.* E. B.

non dicam, varietates ipsas, sed varietatum catalogos colligere velit, Dissertationem scripturus sit. Nec martyria, nec baptismi super sepulcris &c. jam tum erant, Corinthi præsertim: sed baptismus super sepulcris, & baptismus pro utilitate mortuorum, ex sequiore hujus ipsius loci interpretatione sumtus est; sicut ignis usus apud Ægyptios & Abyssinos in baptizatis, ex Matth. III. 11. Sæpe, ubi opinione propior & facilior est interpretatio germana, e longinquo petitur. Nobis notanda I. Paraphrasis: *Alioqui quid agent qui baptizantur super mortuis? si plane mortui non resuscitantur, quid etiam baptizantur super iis? quid etiam nos periclitamur omnem horam?* II. Sensus phraseos, βαπτίζεσθαι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, *baptizari super mortuis.* baptizantur enim *super mortuis* ii, qui baptismum & christianismum suscipiunt eo tempore, quum mortem ante oculos positam habent, jam jamque vel ob decrepitam ætatem, vel ob morbum aut luem, vel per martyrium *ad mortuos accumulandi*, omni fere fructu hujus vitæ carentes, *devenientes* ad mortuos, & mortuis quasi *imminentes*. qui dicere possent קברים לי *sepulcra mihi* præsto sunt. Iob XVII. 1. III. Prior versiculi pars est lenior: posterior vero, quæ a *si plane* incipit, habet epitasin, in protasi sua per *omnino* & in apodosi per *etiam* expressam, quæ duæ particulæ inter se respondent: eademque apodosis anaphoram habet, duas partes ejus per *quid etiam* jungentem. IV. Nexus sermonis. Argumento de Christi resurrectione, ex qua resurrectio nostra fluit, innectit Paulus *propositionem* duorum (plura quidem sunt quam duo: sed absurda antecedentia repetuntur ex prioribus satis jam refutata:) absurdorum, quæ, si mortui non resurgant, si Christus non resurrexerit, emergant: & expedito interim argumento de Christo, v. 20-28, duo absurda illa refutat per *tractationem* paulo uberiorem, ex argumento de Christo nervis auctam. Posterius absurdum (hoc enim evidentiorem habet rationem) de miseria christianorum in hac vita, proposuit versu 19, & tractat versu 29 med. & seqq. *si plane:* similiterque prius, de interitu christianorum defunctorum proposuit versu 18, & nunc tractat vel repetit vel declarat parte versus 29 priore. V. Vis argumenti apostolici: quæ per se & evidentissima est & urgentissima. VI. Verborum singulorum constans sibi proprietas. α. *quid facient?* est futurum, respectu salutis æternæ. i. e. frustra erunt, nil agent tales baptizati, si defuncti sopiuntur somno sempiterno. β. *Baptismi* vocabulum notione usitata perstat: & sane in hac epistola Paulus frequentiorem, quam in ulla alia, baptismi mentionem fecit. c. I. 13-17. X. 2. XII. 13. γ. ὑπὲρ præpositio cum genitivo varie sic quoque posset accipi; de objecto simpliciter, ut Latini dicunt *super*, *de*, *quod attinet:* hoc sensu, *ut mortuos, sine consideratione resurrectionis, sibi proponant;* vel de impendendo quasi pretio, *ut mortuos pro nullis reputent;* vel de acquirendo pretio, *ut ad mortuos aggregentur in perpetuum:* sed retinemus proprietatem, qua ὑπὲρ notat *propinquitatem super aliqua re imminentem;* quo modo Theocritus appellat ἀσφόδελον τὸν ὑπὲρ γᾶς, *asphodelum humi nascentem.* Idyll. 26. Plura exempla dant lexicographi, e Thucydide maxime. Sic baptizantur *super mortuis* ii, qui mox post baptismum ad mortuos aggregabuntur: quo pacto *super mortuis* hoc loco dicitur, ut si diceretur *super sepulcro*, uti Luc. XXIV. 5, *cum mortuis*, i. e. in sepulcro. Neque incredibile est, sæpe baptismum apud funera administratum fuisse. δ. Vocabulum *mortuorum* proprie sumitur, de mortuis, in genere, ut articulus quoque poscit, tam

late

late sumtis, quam patet resurrectio. ε. Adverbium ὅλως, Lat. *plane*, adhibet inductus a Paulo Corinthius, resurrectioni morosius refragatus, neque de jacturis commodorum etiam hujus vitæ, quæ in baptismo fiant, cogitans. & εἰ ὅλως perinde ponitur, ut ἐπειδὴ ὅλως apud Chrysost. homil. V c. Anomœos: *Veruntamen*, inquit, *etsi parum differt homo ab angelo*, ἐπειδὴ ὅλως ἐστί τι μέσον, *quum aliquid nihilominus intersit, haud scimus accurate, quid sint angeli.* ϛ. καὶ non παρέλκει, sed intendit vim præsentis temporis βαπτίζονται, *quid agunt, qui baptizantur?* in antitheto ad futurum, τί ποιήσουσιν; *quid agent?* Confer καὶ, 2 Cor. I. 14. XI. 12. Phil. III. 7. 8. IV. 10. Nempe eos, qui super mortuis baptizantur, quasi in articulo mortis constituit Paulus, & iis neque in futurum, negata resurrectione, neque in præteritum, quicquam mercedis remanere ostendit. Videtur Paulus eos redarguere, qui & resurrectionem corporum & immortalitatem animæ negabant. Illa vindicata hæc satis superque vindicatur. Estque hæc συγκατάβασις Scripturæ, quod propter imbecilles & simplices non se immittit in illam subtilem litem, sed rem in ea parte prehendit, quæ facilior est demonstratu & tamen demonstrationem partis difficilioris etiam secum vehit. ζ. Duo commata a τί incipientia pulcre cohærent; cum gradatione, ab iis, qui aliquantisper duntaxat hac vita frui possent, ad (*nos*,) eos, qui diutius frui possent, nisi spem in Christo fixam haberent.

¶ νεκροὶ, *mortui*) Toto hoc capite, in quæstione, *an*, Paulus νεκρὸς dicit sine articulo: deinde hac expedita, in quæstione *quomodo*, v. 35 &c. articulum adhibet. τῶν autem hoc versu vim relativam habet.

30 ἡμεῖς, *nos*) apostoli. c. IV. 9.

31 ἀποθνήσκω, *morior*) non solum periculo semper proposito, 2 Cor. I. 8 s. XI. 23, sed etiam ipsa *mortificatione* perpetua. Congruit hoc toti sermoni.

¶ νὴ τὴν ὑμετέραν καύχησιν, *) ἣν ἔχω ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν· *per vestram gloriationem, quam habeo in Christo Iesu Domino nostro.*) In jurando vel asseverando, si humana persona allegatur, ea solet allegari, quæ ut dignior præfertur, adeoque interdum tertia, Gen. XLII. 15. 16, νὴ τὴν ὑγίειαν Φαραώ· interdum prima, 2 Sam. III. 35, τάδε ποιήσαι μοι ὁ θεὸς καὶ τάδε προσθείη· conf. ibid. v. 9. sed plerumque secunda. 1 Sam. I. 26, ζῇ ἡ ψυχή σε. ibid. c. III. 17, τάδε ποιήσαι σοι ὁ θεὸς καὶ τάδε προσθείη. Ita Paulus hîc allegat Corinthiorum lautissimum vitæ etiam spiritualis statum, suæ ipsius morti oppositum, quam pro gloriatione illorum sustinebat: conf. c. IV. 8 seqq. 2 Cor. IV. 12. 15. Phil. I. 26. Eph. III. 13. & ideo allegat, ut ipsos Corinthios commoveat. Non attenderunt hoc, qui pro ὑμετέραν scripsere ἡμετέραν. Sequitur prima quidem persona, ἣν ἔχω, sed singulari numero: ac refertur ἣν non ad ὑμετέραν καύχησιν, sed ad καύχησιν· sic enim interdum relativa solent poni. Gal. I. 6. 7. Eph. II. 11, ubi *dicta circumcisio* concretum est, & additur tamen *in carne manu facta*, quod nonnisi abstracto congruit. 1 Tim. VI. 20 s. 2 Tim. I. 5. Ostendit Paulus, se non temere mori quotidie, sed participem esse gloriationis Corinthiorum. 2 Cor. IV. 14.

32 εἰ κατὰ ἄνθρωπον ἐθηριομάχησα ἐν Ἐφέσῳ, τί μοι τὸ ὄφελος; εἰ νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται, φάγωμεν καὶ πίωμεν, αὔριον γὰρ ἀπο-

*) *Vocativus* ἀδελφοὶ, *tum in marg.* utriusque Ed. *firmioribus lectionibus annumeratus, tum in* Vers. germ. *receptus, exulat h. l.* E.B.

ἀποθνήσκομεν. *si secundum hominem cum beſtiis pugnavi Epheſi, quae miki utilitas? ſi mortui non excitantur, edamus & bibamus, eras enim morimur*) Inciſum hoc, *ſi mortui non excitantur*, recte pridem ſequentibus verbis annectitur: nam in antecedentibus vim ejus repræſentat formula, *ſecundum hominem*: id eſt, ſi humanitus, humano auctoramento, ſpe vitæ præſentis duntaxat, non ſpe reſurrectionis divinitus exſpectandæ, cum beſtiis pugnavi Epheſi &c.

¶ ἐθηριομάχησα ἐν ἐφέσῳ, *cum beſtiis pugnavi Epheſi*) Hoc unum certamen Paulus nominatim commemorat, non ſolum, quia prægrande, ſed etiam, quia recentiſſimum. Epheſi adhuc erat: c. XVI. 8 ſ. atque ibi habuerat, ante epiſtolam hanc ſcriptam, diſcrimen ſingulare, quod deſcribi videtur Act. XIX. 29 ſ. 2 Cor. I. 8. quapropter *pugnam cum beſtiis*, quâ vita agebatur, appellat. coll. c. IV. 9: ſicut Epheſios Heraclitus Epheſius 400 ante annis θηρία ſolitus fuerat appellare. conf. Tit. I. 12, de Cretenſibus & Epimenide.

¶ φάγωμεν - ἀποθνήσκομεν, *edamus - morimur*) Sic plane LXX, Es. XXII. 13. Id eſt, utamur corporis & vitæ præſentis bonis. Mimeſis *colloquii mali*.

33 μὴ πλανᾶσθε) Medium.

¶ φθείρουσιν) *corrumpunt*. Conjugatum, *corruptio*, v. 42. Sententiam Menandri notam ſublimiore ſenſu adhibet & opponit ſymbolo Epicureo, v. 32, mox v. 34 graviorem ſtimulum adhibiturus. [*Sane pravorum ſermonum & prouerbiorum ingens eſt in vita humana multitudo, quibus quamplurimi res utut ſanctas & ſalutares repellunt, ſuamque proteruiam tueri ſtudent atque hypocriſin. Ejusmodi dicteria Iſraëlitis quoque frequentata ſunt. Ez. XI. 3. 15. XII. 22. XVIII. 2.* V. g.]

¶ ἤθη, *mores*) Boni mores ſunt, quibus homo a rebus caducis ad æterna tranſit.

¶ χρηστὰ) bonos, vel etiam *faciles*, *leves*. vid. Scap. ad hanc vocem col. 1820. Conf. Rom. XVI. 18.

¶ κακαὶ, *mala*) fidei, ſpei, amori adverſa. Contra, boni ſermones, de reſurrectione, perimunt gulam & pravos mores.

34 ἐκνήψατε) Exclamatio plena majeſtatis apoſtolicæ: *excutite veternum* ſive *crapulam*, v. 32. Sic LXX, ἐκνήψατε οἱ μεθύοντες, Ioel I. 5. Mitius dicit, *vigilate*, in concluſione, c. XVI. 13.

¶ δικαίως, *juſte*) ea juſtitia, quæ fluit ex vera Dei agnitione. Antitheton, *peccare*, &, *mores corrupti*, v. 33.

¶ καὶ μὴ ἁμαρτάνετε) Imperativus poſt imperativum habet vim futuri: (Ioh. VII. 37 not.) *& non peccabitis*, vel per errorem intellectus, vel per malos ſermones, vel per corruptos mores. qui peccatum in voluntate ſola, ac non in intellectu collocant, errant adeoque peccant. Argumentis probantibus adduntur commoventia, uti Gal. IV. 12 not. nam Scriptura totum hominem inſtruit.

¶ ἀγνωσίαν, *ignorantiam*) ἀγνωσία, & *ignorantia*, 1 Petr. II. 15, & *oblivio*, 3 Macc. V. 24: κατὰ τὴν ἀγνωσίαν κεκρατημένος. *Ignorantiam habere* gravior eſt phraſis, quam *ignorare*: & includit antitheton ad *ſcientiam*, quæ alias Corinthiis placebat.

¶ θεοῦ, *Dei*) adeoque etiam *potentiae* & *operum* Dei. Matth. XXII. 29.

¶ τινὲς, *aliqui*) Temperat elenchum.

¶ ἐντροπὴν, *pudorem*) Corinthii magnam ſibi *cognitionem* vindicabant. Turpe, ignorantia, ſomnolenta, unde evigilandum.

¶ ὑμῖν, *vobis*) qui vel ignoretis, vel ignorantes habeatis. Eſt tamen ſimul dativus commodi.

¶ λέγω, *dico*) Parrheſia. Severius loquitur, quam initio, de alia re, cap. IV. 14.

35 τὶς)

35 τὶς) *aliquis*, qui ex ignoratione *modi* rem ipsam audeat negare, quia mors tanta fuerit destructio, & resurrectio dicatur tam glorioſa fore.

¶ δὲ, *vero*) ἐπίτασις.

¶ ἔρχονται, *veniunt*) Viventes dicuntur *manere*, v. 6: mortui, ἀπελθόντες, *abeuntes*, Chrys. de Sacerd. p. 494: & *redeuntes*, Ps. XC. 3. Coh. XII. 7. At redivivi, *veniunt*: ac potius *venire*, quam *redire* dicuntur, propter ſummam illam novitatem. v. ſeqq. Conf. Act. I. 11 not. Paulus ad Corinthios in quæſtione *an* hærentes, quæſtionem *quomodo* ita tractat, ut identitatem corporis cadentis ac reſurgentis, aliquanto quaſi remiſſius ac parcius, quam alias ſolet, exprimat.

36 ἄφρον, *inſipiens*) Miratur apoſtolus, quenquam hîc hærere poſſe. adeo certum ipſe habebat. Hoc quoque pertinet ad *pudorem*, v. 34. Quærenti illi de *via* reſurrectionis & de *qualitate* corporum reſurgentium, reſpondet primo per ſimilitudinem, v. 36-42 med. deinde citra ſimilitudinem, v. 42 ſeq. In ſimilitudine protaſis & apodoſis præclare inter ſe reſpondent: agiturque, de *via* reſurrectionis, in protaſi, v. 36: in apodoſi, v. 42, *ſeminatur &c.* tum, de *qualitate* corporum, in protaſi, v. 37-41: in apodoſi, v. 43.

¶ σὺ) *tute*, homuncio.

¶ σπείρεις, *ſeminas*) in agro. Sequitur allegoria copioſa.

¶ οὐ ζωοποιεῖται, *non vivificatur*) ad novum germen.

¶ ἐὰν μὴ ἀποθάνῃ, *niſi moriatur*) Invertit Paulus objectionem: mors vivificationem non impedit, ſed prægreditur & præmonſtrat, tanquam ſementis meſſem.

37 οὐ τὸ σῶμα τὸ γενησόμενον, *non corpus, quod naſcetur*) *corpus*, ſpecioſum, non jam *nudum*.

38 ὁ δὲ θεὸς, *Deus vero*) non tu, homo; non granum ipſum.

¶ αὐτῷ, *illi*) *grano*.

¶ ἠθέλησε) *voluit*. Præteritum, reſpectu creationis, Gen. I. 11 vel certe, quia *velle* eſt ante *dare*.

¶ ἑκάστῳ, *unicuique*) non modo ſemini frugum, ſed etiam animantum. Gradatio ad v. ſeq.

¶ ἴδιον, *proprium*) ſpeciei conveniens, individuo proprium, ex ſeminis ſubſtantia productum. Hoc *proprium* amplius declaratur v. ſeq.

39 οὐ πᾶσα, *non omnis*) Hoc univerſaliter negat. Quælibet ſpecies carnis diverſa eſt a ceteris. Docet Paulus, etiam a terreſtribus differre corpora terreſtria, & a cœleſtibus cœleſtia, v. 41: ſed ita, ut utrumvis horum ad differentiam corporis a ſemine, & corporum cœleſtium a terreſtribus magis illuſtrandam referat. namque in apodoſi nihil de gradibus gloriæ ponit, ſed hoc ſapientibus tanquam per ænigma relinquit exiſtimandum, ſatis habens ipſam corporum reſurgentium gloriam aperte aſſeruiſſe.

¶ ἄλλη ἀνθρώπων, *alia hominum*) Eleganter omittit vocabulum *carnis*, ubi *humanæ* opponit brutorum carnes. κτήνη hoc loco dicuntur quadrupedes omnes; nam eis piſces & volucres opponuntur.

¶ ἰχθύων, *piſcium*) Itaque qui piſcibus veſcuntur, carne veſcuntur; idque lautius, varietate delectante.

40 ἐπουράνια, *cœleſtia*) Sol, luna, ſtellæ.

¶ ἐπίγεια, *terreſtria*) vegetabilia, animalia.

¶ ἑτέρα δὲ, *alia autem*) De gloria terreſtrium conf. Matth. VI. 28 ſ. 1 Petr. I. 24.

41 ἀστὴρ γὰρ, *ſtella enim*) *Enim* intenſivum. Non modo ſtellæ aliam gloriam habent, ac ſol, luna, ſed etiam, quod majus, una ſtella ſubinde aliam vincit claritate. Nulla ſtella ab altera, nullum corpus glorioſum ab altero plane nihil differt.

42 οὕτω, *sic*) Hoc respicit protasin jam v. 36 cœptam.

¶ σπείρεται, *seminatur*) Verbum amœnissimum, pro sepultura.

¶ ἐν φθορᾷ, *in corruptione*) Non solum *mortui* corporis, sed *mortalis* corporis conditio notatur.

43 ἐν ἀτιμίᾳ, *in dedecore*) in *nuditate*, v. 37: cui opponitur *gloria*, tanquam *vestitus*, v. 53. 49.

¶ σπείρεται ἐν ἀσθενείᾳ, *seminatur in infirmitate*) Figura continuatur: sed re ipsa, finita similitudine illa, ad novam partem responsionis fit transitus, cujus propositio hæc est: *est corpus animale, & est corpus spirituale.* Affinia inter se sunt, *in virtute*, & *spirituale*, Luc. I. 17. sicut *incorruptio* & *gloria*, v. 42 s.

44 ψυχικὸν, *animale*) quod totum informatur ab anima, constans *carne & sanguine.* v. 50.

¶ πνευματικὸν, *spirituale*) quod totum informatur a spiritu.

¶ καὶ) *atque adeo*, consequenter.

45 γέγραπται, *scriptum est*) Gen. II. 7. LXX, ἐγένετο ὁ ἄνθρωπος εἰς ψυχὴν ζῶσαν. Cetera Paulus addit, ex natura oppositorum.

¶ πρῶτος) Id est, *primus*: nam opponitur *ultimus.* at v. 47, πρῶτος, *prior*: nam opponitur δεύτερος, *alter*: & uterque ibi consideratur, ut exemplar ceterorum. ὁ ἔσχατος, *ultimus* æque atque ὁ δεύτερος, *alter* innuit Christum: non totam speciem humanam in consummatione.

¶ ἀδὰμ, *Adamus*) Nomen proprium h. l. sed mox per antonomasian iteratur.

¶ ψυχὴν, *animam*) Hinc, ψυχικὸν, *animale*, v. 44.

¶ ὁ ἔσχατος, *ultimus*) Iob XIX. 25 אחרון idem qui האל dicitur, ut ibidem ex parallelismo gemini prædicati patet. Christus, *ultimus*: dies Christi, *ultimus*. Ioh. VI. 39. [Christus, *spiritus. 2 Cor. III. 17.* V. g.]

¶ ζωοποιοῦν, *vivificantem*) Non solum vivit, sed etiam vivificat.

46 ἀ πρῶτον) *non prius.*

¶ τὸ πνευματικὸν, *spirituale*) corpus. Hic versus versum 44 respicit, versu 45 quasi parenthesin faciente, cui deinde versus 47 respondet.

¶ ἔπειτα, *deinde*) Observent hoc ii, qui de origine mali ita disputant, ac si debuissent omnia statim initio non modo bona esse, ut fuerunt, sed etiam talia, qualia erunt in consummatione.

47 ὁ πρῶτος ἄνθρωπος, ἐκ γῆς, χοϊκός· ὁ δεύτερος ἄνθρωπος, ὁ κύριος ἐξ οὐρανοῦ. *primus homo, ex terra, terrestris: secundus homo, Dominus ex cœlo*) Exacta oppositio. Primus homo, ἐκ γῆς scil. ὤν, *quum ex terra sit*, est χοϊκὸς, *terrestris*, ita affectus, uti χοῦς, χυτὴ terra ac diffluens. ratio, quia *ex terra* est ortus. Hæc est protasis: sequitur apodosis, in qua non erat conveniens dicere, *secundus homo, ex cœlo, cœlestis.* nam terræ quidem hoc in acceptis refert homo, ut sit terrenus: sed Dominus non debet cœlo gloriam suam, qui ipse cœlum fecit cœlum, & per descensum ex cœlo se nobis ut Dominum ostendit. Proinde conversa est verborum series, *Dominus, ex cœlo.* Verbum *Dominus* in concreto idem notat, quod *Gloria* in abstracto: (Germ. *Herr, Herrlichkeit:*) unde proprie opponitur *terreno.* v. 43. Phil. III. 20 seq. & ex hac *gloria* fluit incorruptibilitas carnis Christi. Act. II. 24. 31. Tali pacto defenditur recepta lectio, & varietates, quamlibet antiquæ, in *Apparatu* memoratæ, amoventur.

49 καὶ καθὼς, *& sicut*) Ex priore statu alterum infert Paulus.

¶ ἐφορέσαμεν, *gestavimus*) veluti vestem.

¶ τὴν εἰκόνα, *imaginem*) Hoc non solum similitudinem, sed etiam dependentiam notat.

¶ φο-

¶ φορέσωμεν καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου, *portemus etiam imaginem coelestis*) Tertullianus, *Portemus, non portabimus: præceptive, non promissive.* Imo φορέσωμεν, ac tamen promissive. Subjunctivus sermonem facit modalem & moratum, quo Paulus divinam ordinationem (coll. v. 53, *oportet*,) & fidem ei assentientem exprimit. Confer subjunctivum Iac. IV. 13. 15, πορευσώμεθα κτλ. Recentiores fecere, φορέσομεν· eademque varietas est in codd. Origenis c. Celsum, ut notat Sam. Battierius in Biblioth. Brem. Class. VI. p. 102 seq. lectionem φορέσωμεν etiam e *Maximo* περὶ ἀγάπης comprobans.

50 σὰρξ καὶ αἷμα, *caro & sanguis*) Terminus abstractus, [*hominem, quatenus circulatio sanguinis carnem ejus vivificat, innens*, V. g.] uti φθορὰ, *corruptio.* Alterum refertur ad viventes in mundo, alterum ad mortuos. Vtrique debent alii fieri. A fœcibus vini non tam valde differt spiritus inde extractus, quam ab homine mortali homo glorificatus.

¶ βασιλείαν θεοῦ, *regnum Dei*) plane spirituale, nulla parte animale. Magna mutatio interveniat, *oportet*, dum homo ad regnum illud capax fit.

¶ οὐ δύνανται, *non possunt*) Syllepsis numeri. Notatur enim multitudo eorum, qui sunt caro & sanguis.

¶ οὐδὲ κληρονομεῖ, *neque hereditate consequitur*) Non dicit, *non potest hereditate accipere. caro & sanguis* longius abest, quam ipsa *corruptio:* & *corruptionem* id non posse, per se patet, quanquam certe via est ad *incorruptibilitatem.* v. 36. Vim præsentis colligas ex v. 52 init.

51 ὑμῖν, *vobis*) ne putetis vos omnia scire.

¶ λέγω, *dico*) prophetice. c. XIII. 2. 1 Thess. IV. 15.

¶ πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα, πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα, *omnes quidem non obdormiemus, omnes vero immutabimur*) Latini, magno consensu: *Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur.* Eamque lectionem, præter ceteros, *Tertullianus* & *Rufinus* sequuntur. Neque tamen Latinus interpres Græca a nostris Græcis diversa videtur legisse; sed sententiam, ut eam ille quidem accipiebat, expressisse potius, quam verba. Sic enim in hac epistola solet, ut quum c. XII. v. 10 & 28 vertit γλωσσῶν, *sermonum:* & vicissim c. XIV. 10, φωνῶν, *linguarum.* itaque οὐ κοιμηθησόμεθα videtur interpretatus: οὐ μενοῦμεν κοιμηθέντες, id est, *resurgemus.* Inde sequebatur, ut mox suppleret *non*, antitheti gratia, uti *non* suppresserat c. IX. 6, quo item loco Tertullianus vestigia illius premit. Porro ex Latino fictum est ἀναβιώσομεν apud *Veles.* & ἀναστησόμεθα, (quo verbo Paulus in hoc toto capite non utitur,) in *Clar.* manu prima. Ex Græcis nonnulli habent, πάντες μὲν οὖν κοιμηθησόμεθα, ἀλλ' οὐ πάντες ἀλλαγησόμεθα· ubi ex μὲν οὐ facile factum est μὲν οὖν· neque vero apostolus in hoc versiculo de immutatione negare protinus aliquid, sed affirmare & mysterium proferre voluit. Manet lectio textûs, ne Latinis quidem ignota codicibus, Hieronymo ex Didymo laudatis. Vtrumque autem incisum habet universalitatem: *Omnes quidem*, nos videlicet, quibus mox contradistinguuntur mortui, *non obdormiemus; omnes autem*, iidem nos, *immutabimur.* Idem subjectum utriusque enunciationis. Conf. πᾶς ἐκ, universaliter, c. XVI. 12. Rom. IX. 33. Eph. V. 5. Ap. XXII. 3. Act. XI. 8. Spectat sermo non tam ad illos ipsos, qui tum vivebant, exspectantes consummationem seculi; quam ad eos, qui illorum loco tum victuri sunt. v. 52 fin. 1 Thess. IV. 15 not.

¶ ἀλλαγησόμεθα, *immutabimur*) Anima manente in corpore, corpus ex animali fiet spirituale.

52 ἐν ἀτόμῳ, *in momento*) Ne pro hyperbola

perbola habeatur, addit phrasin magis popularem, *in ictu oculi*. Eximium opus omnipotentiæ divinæ! Quis ergo dubitet, quin etiam in morte homo possit subito liberari a peccato?

¶ σάλπιγγι, *tuba*) Plena tubarum descriptio reservata in apocalypsin: aliqua tamen præcerpuntur etiam Matth. XXIV. 31. 1 Thess. IV. 16 de tuba *ultima*; quod quidem epitheton hoc loco expressum est, tubas priores præsupponens: vel quia Spiritus præviam Paulo allusionem ad apocalypsin inspiravit; vel quia tubas indefinite aliquas ante *ultimam* esse, Scriptura pridem docet; Es. XXVII. 13. Ier. LI. 27. Zach. IX. 14. Hebr. XII. 19. 4 Ezr. V. 4. vel præcipue respectu tubæ in *ascensione*. Ps. XLVII. 6. coll. Act. I. 11. nam *ultimus* dici potest, ubi duo spectantur tantummodo, v. 45, ne dicam, ubi unum; nullo altero subsequente, Ap. I. 7.

¶ σαλπίσει γὰρ) *clanget enim* Dominus, per archangelum. 1 Thess. IV. 16. Tubarum usus olim erat diebus festis, ad convocandum.

¶ καὶ) & illico.

¶ ἄφθαρτοι, *incorruptibiles*) Proprie dicendum videtur fuisse, *immortales*: nam *incorruptibilitas* induetur per *immutationem*, v. 53, sed *immortalitatem* complectitur *incorruptibilitas*.

53 τοῦτο) *hoc ipsum*, præsens.

¶ ἀφθαρσίαν, *incorruptibilitatem*) per alterationem illam.

54 ὅταν δὲ - ἀθανασίαν, *quum autem - immortalitatem*) Suavissima est horum verborum frequentatio.

¶ τότε, *tunc*) non prius. Certa est Scriptura: ergo certa est resurrectio.

¶ κατεπόθη ὁ θανατος εἰς νικος, *absorpta est mors in victoriam*) Es. XXV. 8 LXX, κατεπιεν ὁ θανατος ἰσχύσας, *absorpta est* uno hausto momentaneo. conf. Ap. XXI. 4.

¶ εἰς νῖκος) Hebr. לנצח quod LXX non hîc, sed alias sæpe vertunt εἰς νῖκος.

55 ποῦ σου, θάνατε, τὸ κέντρον; πῦ σου, ᾅδη, τὸ νῖκος;) Hos. XIII. 14. LXX, ποῦ ἡ δίκη (νίκη) σου, θάνατε; ποῦ τὸ κέντρον σου, ᾅδη; Hebr. שאול אהי דבריך מות אהי קטבך h. e. *ubi pestes tuae, mors? ubi exitium tuum, inferne*? vid. omnino G. Olearii diss. inaug. de redemtione ex inferno. In hoc epinicio *ubi* significat, mortem & infernum antea valde feroces fuisse: nunc conversa res est. θάνατος *mors* & ᾅδης *infernus* sæpe promiscue usurpantur; sed tamen differunt, neque enim pro altero utro semper alterum substitui potest. nimirum *infernus* opponitur cœlo; *mors*, vitæ: & *mors* est prior; *infernus* profundior. *mors* accipit corpora sine animis, *infernus* animas, etiam sine corporibus: non modo impiorum, sed etiam piorum, ante mortem Christi quidem. Gen. XXXVII. 35. Luc. XVI. 23. Ideo junctim memorantur; & in gradatione dicitur, *mors & infernus*. coll. Ap. XX. 13. 14. VI. 8. I. 17: quibus in locis, evidens est, pro *inferno* non posse substitui *sepulcri* vocabulum. Porro quia hîc de corporum resurrectione agitur, ideo *infernus* non nisi semel appellatur, *mors* sæpe, etiam v. seq.

¶ τὸ κέντρον) *aculeus*, *pestiferum* habens venenum. Paulus *victoriam* & *aculeum* transponit: id quod non solum magis congruit cum synonymorum hebraicorum gradatione, sed etiam commodiorem facit transitionem ad versum seq. ubi *aculeus* & *potentia* sunt affinia. *Stimulus*, κέντρον majus: (conf. Act. XXVI. 14.) *aculeus*, κέντρον minus: interdum promiscue dici possunt, ubi a quantitate abstrahitur. Etiam contra *aculeum* in spinis potest calcitrari.

¶ ᾅδη, *inferne*) Non denotatur hîc æterni supplicii locus, sed receptaculum animarum, in resurrectione cum corporibus iterum conjungendarum. Nil jam hîc

hîc de diabolo, coll. Hebr. II. 14 quia illi prius, quam morti, *victoria* eripitur. v. 26.

¶ νῖκ☞) LXX, δίκη, an νίκη; Paulus νῖκ☞ iterat suaviter, coll. v. præc. Raritas verbi opportuna ad *epinikion*.

56 ἡ ἁμαρτία, *peccatum*) Si peccatum non esset, mors nil posset. conf. Hos. cap. cit. v. 12. Contra hunc *aculeum* nemo sua vi potuerat *calcitrare*; nemo illud *ubi* cantare. hoc innuit *vero* particula.

¶ ὁ νόμος, *lex*) pro peccato mortem intentans. sine lege peccatum non sentitur: sub lege, peccatum dominatur Rom. VI. 14.

57 τῷ δὲ θεῷ χάρις, *Deo autem gratia*) Nostræ opis id non fuerat.

¶ δὲ) *autem*.. tametsi & lex, & peccatum, & mors & infernus nos oppugnarunt, tamen vicimus. Hæc est sententia; sed accedit modus sive ἧ☞, *gratia Deo*.

¶ τῷ διδόντι, *qui dat*) Præsens, pro statu credentium. *)

¶ τὸ νῖκος, *victoriam*) Repetitio, conveniens triumpho. victoriam affectarant mors & infernus.

¶ χρις☒, *Christum*) in cujus fide, *legi* morientes, vitam assecuti fuimus. v. 3 seqq.

58 o) ἀγαπητοὶ, *dilecti*) Vera consideratio novissimorum accendit amorem erga fratres.

¶ ἑδραῖοι, *stabiles*) ne ipsi declinetis a fide resurrectionis.

¶ ἀμετακίνητοι, *immobiles*) ne per alios deducamini. v. 12. Sic Col. I. 23.

¶ ἐν τῷ ἔργῳ τ☒ κυρί☧, *in opere Domini*) Christi. Phil. II. 30. Generatim dicitur *opus*, quod *Domini* causa geritur. Specialior determinatio pendet a circumstantiis cujusvis textus.

¶ εἰδότες, *scientes*) Certum jam habet de assensu Corinthiorum.

¶ ☧κ ἔστι κενὸς, *non est inanis*) i. e. maxime conducibilis. *Inanem* faciebant, qui resurrectionem negabant: hos Paulus etiam in conclusione refutat leniter.

CAP. XVI.

1 Λογίας, *collatione*) Aptum initio verbum proprium, v. 2. *benedictio* dicitur 2 Cor. IX. 5.

¶ εἰς τὸὺς ἁγίους, *in sanctos*) Sic mavult dicere, quam *pauperes*. id facit & ad gravitatem, & ad impetrandum.

¶ διέταξα, *disposui*) auctoritate apostolica, *Galatis* domestica.

¶ γαλατίας, *Galatiæ*) Galatarum exemplum Corinthiis, Corinthiorum exemplum Macedonibus, Corinthiorum & Macedonum Romanis proponit. 2 Cor. IX. 2. Rom. XV. 26. Magna exemplorum vis.

2 κατὰ μίαν, *in una*) Dies dominicus jam tum singulari ratione observatus. Sabbato, una erant Iudæi & Christiani: postridie, hi res sibi proprias agebant. *Sabbatum*, synecdochice *hebdomas*. Plerunque dicitur ἡ μία σαββάτων, *una*, prima *sabbatorum*: sed hîc non additur articulus, ut κατὰ retineat vim distributivam. Consilium facile. Semel, non tam multum datur. Si quis singulis diebus dominicis aliquid *seorsum posuit*, plus collectum fuit, quam quis semel dedisset.

¶ ἕκαστος, *quisque*) etiam non ditissimi.

¶ παρ' ἑαυτῷ) *seorsum*; ut appareat, quid ipse ponat: sive alii parcius sive largius ponant. Nondum habebant ærarium commune in ecclesia Corinthii.

¶ ἵ-

*) *Attamen lectionem* δόντι, *adeoque* præteritum *tempus*, & *margo* Ed. 2, & Vers. germ. *præfert*. E. B.

o) ὥστε, *itaque*] Gravis h. l. error Paulo refutandus fuerat; neque tamen adhortationem negligit subjungere. *V. g.*

¶ τιθέτω) *ponat*, in concione.

¶ θησαυρίζων, *recondens*) copiose. Verbum gratum. 1 Tim. VI. 19.

¶ εὐοδῶται, *commodum sit*) facilitate animi & opum. Prudentiæ christianæ est, ut res dant sese, ita in agendo obsequi. Eccl. IX. 10. 1 Sam. X. 7.

¶ ἵνα μὴ, *ut ne*) Occupatio, ne putent, tum quoque collectum iri: simulque parrhesia, q. d. *non plane vos praeteribo.*

¶ ὅταν ἔλθω, *quum venero*) Coram id agere, nec Paulum juvaret, nec Corinthios. nunc, inquit, generosius facietis: tunc alia agemus.

¶ λογίαι, *collationes*) Hæc appellatio, minus favorabilis, moram dissuadet.

3 ὃς ἂν δοκιμάσητε) *quoscunque*, me præsente, *probaveritis*, ut fidos.

¶ δι' ἐπιστολῶν τούτους πέμψω) *hos cum litteris* vestro nomine *mittam.* antitheton: *Paulus ipse.* v. 4. Conf. διὰ, Rom. II. 27. 2 Cor. II. 4.

¶ τὴν χάριν ὑμῶν, *gratiam vestram*) Gratiosa appellatio, eoque frequens. 2 Cor. VIII. 4.

4 ἄξιον, *dignum*) *si operae pretium erit, ut ipse perferam.* Invitat ad liberalitatem.

¶ κἀμὲ, *etiam me*) Iusta æstimatio sui non est superbia. 2 Cor. I. 19. Paulus se primo loco nominat.

¶ σὺν ἐμοὶ, *mecum*) ut occurratur omni suspicioni. 2 Cor. VIII. 20 s.

5 ἐλεύσομαι δὲ, *veniam autem*) Dixerat, *quum venero.* v. 2.

¶ ὅταν μακεδονίαν) Vnius apicis uno hoc loco erratum est in editione minore, post datam præfationem novam, repertum: cujus indicium ideo tantum facere cogimur, ut præfationis illius affirmatio, de editione nostra ad literulam usque correcta, sibi constet.

¶ διέρχομαι, *transeo*) Ploce, cujus antitheton sequitur: *transire*, *commorari.* Quare non est urgendum tempus præsens. *) Nondum erat in Macedonia, sed id cogitabat. v. 8.

6 τυχὸν) *fortasse.* Familiarissime loquitur.

¶ ὅπου ἐὰν, *quocunque*) Modestiæ causa non exprimit, quam longe cogitet. Act. XIX. 21.

7 ἄρτι, *nunc*) post moram hactenus adhibitam.

¶ ἐὰν ὁ κύριος ἐπιτρέπῃ, **) *si Dominus permittat*) Pia conditio. Sanctorum destinationes libertatem aliquam habent, quas bonitas divina varie & antecedit & sequitur.

8 ἐν ἐφέσῳ, *Epheso*) Ephesi erat Paulus. conf. v. 19 de *Asia.*

9 θύρα, *janua*) Sapientis est, observare occasiones.

¶ ἀνέῳγε, *aperta est*) Ephesi.

¶ μεγάλη καὶ ἐνεργὴς, *magna & efficax*) Tantæ occasioni aliquot hebdomadibus satisfacturus erat. coll. c. V. 7 not.

¶ ἀντικείμενοι, *adversarii*) quibus resistam. Sæpe bonum, &, contra ea, malum, simul valde vigent.

10 δὲ, *autem*) Antitheton inter Paulum ipsum & Timotheum vicarium.

p) ¶ ἀφόβως, *sine timore*) Id fiet, si nemo eum contempserit. Si Paulum nonnulli contempserunt, quanto facilius Timotheum, adolescentem Lystranum.

¶ κυρίου, *Domini*) Christi.

¶ ἐργάζεται, *operatur*) Id par est fieri sine timore. Fundamentum veræ observantiæ erga antistites.

11 ἀν-

*) *Idem monet cel.* Michaëlis, *in der* Einleitung &c. *T. II. p. m. 342 sq.* E.B.

**) *Lectionem* ἐπιτρέψῃ, *praeunte margine* Ed. 2, *exprimit* Vers. germ. *Crisin priorem h. l. sequitur* Gnomon. E.B.

p) τιμόθεος, *Timotheus*] Epistolæ hujus perlator. *V. g.*

11 αὐτὸν, *eum*) juvenem. Ps. CXIX. 141, νεώτερος ἐγώ εἰμι καὶ ΕΞΟΥΔΕΝΩΜΕΝΟΣ.

¶ ἀδελφῶν, *fratribus*) qui item exſpectant, vel, item veniant.

12 πολλὰ παρεκάλεσα, *multum adhortatus ſum*) Non metuit Paulus, ne Corinthii præſentem Apollo præ ſe amplecterentur. Apollo, cum Paulus hanc epiſtolam daret, non aderat. nam nec v. 19, nec cap. I. 1 memoratur.

¶ μετὰ τῶν ἀδελφῶν, *cum fratribus*) v. 17. Alii ſunt hi, atque verſu 11.

¶ οὐκ ἦν θέλημα, *non erat voluntas*) Sermo quaſi imperſonalis: ubi res conſideratur, ut volenda vel non volenda, non expreſſo, cujus ſit voluntas; ubi tamen norma eſt voluntas Dei. conf. Matth. XVIII. 14. Sic quoque Græci verbum θέλω adhibent. Act. II. 12.

¶ ὅταν εὐκαιρήσῃ, *cum opportunum ei fuerit*) *Opportunitas* innuitur non carnalis, ſed quæ voluntatem Dei ſequitur.

13 ſ. γρηγορεῖτε, *vigilate*) Concluſio, inprimis ad *fidem* & *amorem* hortans. [*Haec omnium eorum Summa eſt, quae Corinthiis vel Timotheus vel Apollo inculcanda cenſeret.* V. g.]

¶ ἐν τῇ πίστει, *in fide*) c. XV. 2. 11. 14. 17.

14 ἐν ἀγάπῃ, *in amore*) c. VIII. 1. XIII. 1.

15 τοῖς ἁγίοις, *ſanctis*) Dativus regitur a *miniſterium*. *Sanctis*, ex Iſraële: nam erant *primitiae* ex Achaia.

¶ ἑαυτοὺς, *ſe ipſos*) ultro. [*Hi ipſi erant, qui Corintho peruenerant ad Paulam, v. 17.* V. g.] Quo magis voluntarium munus in re ardua, eo gratius & laudabilius. 2 Cor. VIII. 16 ſ. Es. VI. 8.

16 καὶ, *&*) viciſſim.

¶ ὑποτάσσησθε, *ſubordinemini*) Reſp. ἔταξαν, *ordinaverunt*.

¶ συνεργοῦντι, *cooperanti*) cum aliis.

¶ κοπιῶντι, *laboranti*) per ſe.

17 χαίρω, *gaudeo*) Paulus, Dei reſpectu, *gratias agit*, quum dicere poterat, *gaudeo*: c. I. 14. at quum ad homines ſcribit, pro *gratias ago* dicit *gaudeo*, vel, *gaviſus ſum*. Phil. IV. 10. Philem. v. 7. conf. Act. X. 33. 3 Ioh. v. 3. Iam iterum diſceſſerant legati Corinthiorum; ac tamen dicit *gaudeo* in præſenti. nam jucunda manebat memoria, & ſupponitur præſens pro tempore epiſtolæ Corinthi lectæ.

¶ στεφανᾶ, *Stephanae*) Hic videtur fuiſſe filius Stephanæ illius, cujus domus memoratur ſine ipſo. v. 15.

¶ ὑστέρημα, *defectum*) quatenus mihi defueratis, nec me abſentem potuiſtis ipſi *recreare*.

18 ἀνέπαυσαν, *recrearunt*) Veri fratres, quamvis minores, non fruſtra veniunt aut adſunt. *Recreatio* ſanctorum.

¶ τὸ ἐμὸν πνεῦμα, *meum ſpiritum*) 2 Cor. VII. 13.

¶ καὶ τὸ ὑμῶν, *& veſtrum*) in me. 2 Cor. VII. 3.

¶ ἐπιγινώσκετε, *agnoſcite*) Antecedens pro conſequente. ſic, εἰδέναι, *ſcire*. 1 Theſſ. V. 12. qui id non facit, ἀγνώμων dicitur.

19 πολλὰ, *multum*) pro ſingulari deſiderio. Act. XVIII. 2. 1.

¶ ἀκύλας καὶ πρίσκιλλα, *Aquila & Priſcilla*) Alibi mulier hæc prius ponitur; ad Corinthios, poſtponitur. conf. c. XIV. 34.

¶ κατ' οἶκον, *domi*) Hoc par conjugum etiam poſtea Romæ *domeſticam* inſtituit eccleſiam. Rom. XVI. 5.

20 ἐν φιλήματι ἁγίῳ, *in oſculo ſancto*) quo omnes diſſenſiones abſorbeantur.

21 τῇ ἐμῇ χειρὶ, *mea manu*) Igitur dictavit ſuperiora.

22 εἴ τις οὐ, *ſi quis non*) Paulus amat Ieſum: vos quoque omnes eum amate.

¶ φιλεῖ) *amat*, corde: oſculatur, opere. reſp. φιλήματι, *oſculo*. v. 20. nam φι-

φιλεῖν dicitur pro *osculari*, Luc. XXII. 47, & *osculari* pro *amare*. Ps. II. 12.

¶ τὸν κύριον, *Dominum*) Hic anteferendus omnibus etiam fratribus, etiam Paulo & Apollo.

¶ ἤτω ἀνάθεμα, μαρὰν ἀθά. *sit anathema, maran atha*) Tantum abeſt, ut ſalutem ei dicam, ut potius anathema eum eſſe jubeam. Anathemati pondus addit τὸ μαρὰν ἀθά. quæ formula, familiari Iudæis idiomate expreſſa, indicat, Iudæorum, peſſimo odio Ieſum anathema dicentium, c. XII. 3, in anathemate juſtiſſime in ipſos recidente conſortem illum fore, qui Ieſum non amet. ſic enim per euphemiam loquitur, pro eo, ſi quis Ieſum oderit. μαρὰν ἀθά, i. e. *Dominus venit*. μαρὰν, Syriace, *Dominus noſter*, vel ſimpliciter, *Dominus*. nam Heſychius, μαραναθὰ, ὁ κύριος ἦλθεν κτλ. perinde ut Gallis *monſeigneur* idem eſt quod *ſeigneur*. Videtur μαρὰν ἀθὰ Symbolum Paulo frequens fuiſſe, cujus ſententiam Corinthii vel jam noſſent, vel nunc vehementer commovendi, ex aliis diſcere poſſent.

23 ἡ χάρις, *gratia*) Hæc eſt ſalutatio verſu 21 propoſita: verſu 22 excluduntur indigni. conf. 2 Ioh. v. 10. 11.

24 ἡ ἀγάπη μου μετὰ πάντων ὑμῶν ἐν χριστῷ Ἰησοῦ, *amor meus cum omnibus vobis in Chriſto Ieſu*) Apoſtolus amore divinitus accenſo non modo eos, qui ſe Pauli eſſe dixerant, ſed omnes Corinthios amplexatur in Chriſto Ieſu. In ſolo cod. Alex. omittitur μου· ſed plane congruit vocula cum initio & concluſione hujus epiſtolæ. Poſtea additum ἐγράφη ἀπὸ Φιλίππων. Atqui Epheſi ſcripta eſt, v. 8: fortaſſe tamen Philippis miſſa, v. 5, quod Corinthiorum legati Paulum eo comitati eſſent. Certe Aquila & Priſcilla, de quibus v. 19, Epheſi erant: Act. XVIII. 19. inde ſupra Philippos iter erat Corinthum. Commodiorem conciliandi viam non refugio. confer ord. Temp. p. 282 lin. 4 & 9, & finem paginæ 281.

IN EPISTOLAM II AD CORINTHIOS.

CAPVT I.

1 Παῦλος, *Paulus*) Paulus erga Corinthios, ſuperiore epiſtola ſevera pie commotos, amorem apoſtolicum & στοργὴν pandit, cum repetitione monitorum: & ceteroqui, ut in illa de rebus Corinthiorum ſcripſerat, ſic jam de ſuis rebus ſcribit, ſed cum perpetuo reſpectu ad Corinthiorum utilitatem ſpiritualem. Filum autem & nexus totius epiſtolæ eſt *hiſtoricus*: cetera per modum digreſſionum intexuntur. Nervos vide verſu 8. 15. c. II. 1. 12. 13. VII. 5. VIII. 1. X. 1. XIII. 1 de *praeterito*, *praeſenti* & *futuro*. Vnde hic epiſtolæ conſpectus exſiſtit: eſt in ea

I. In-

I. Inſcriptio. c. I. 1. 2
II. Tractatio.
1. *In ASIA valde preſſi fuimus:*
ſed Deus nos eſt conſolatus.
namque ſincero animo agimus; etiam in eo, quod non jam ad vos veni,
quos decet mihi obſequi. 3. II. 11
2. *TROADE feſtinavi in vicinam vobis Macedoniam: cum progreſſu*
evangelii, cujus glorioſo munere digne fungimur. 12 - VII. 1
3. *In MACEDONIA laetum accepi de vobis nuncium.* 2 - 16
4. *Macedonum liberalitatem in hoc itinere perſpexi. Quocirca vos id*
exemplum ſequi decet. VIII. 1 - IX 15
5. *In via ſum ad vos, armatus virtute Chriſti. Ergo obedite.* X. 1 - XIII. 10
III. Concluſio. 11 - 13

¶ τιμόθεος ὁ ἀδελφὸς, *Timotheus frater*) Timotheum Paulus, ad ipſum ſcribens, *filium* appellat; de illo, ad Corinthios & alios, *fratrem.*

¶ τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ, *eccleſiae Dei*) Vim ſynonymi id habet, quod ſequitur, *ſanctis.*

3 εὐλογητὸς, *benedictus*) Lauta exordiendi ratio, & apoſtolico ſpiritui conveniens, in adverſis præſertim.

¶ ὁ πατὴρ τῶν οἰκτιρμῶν καὶ θεὸς πάσης παρακλήσεως, *pater miſerationum & Deus omnis conſolationis*) *Miſerationes*, fons *conſolationis*: conf. Rom. XII. 1: παρακαλεῖν eſt *zuſprechen.* Eadem ſæpe ratio hortationis & conſolationis. *conſolatio*, indicium *miſerationum.* [*Et prius miſerationum atque auxilii Paulus, quam afflictionum, mentionem facit.* V. g.] Miſerationes ſuas exhibet in ipſa calamitate: neque calamitas ſanctorum contraria eſt miſerationi divinæ, neque illa apud ſanctos contra hanc parit ſuſpicionem: conſolationem etiam poſtea præbet. ideo additur πάσης *omnis.*

4 πάσῃ· πάσῃ· *omni: omni*) Qui in uno genere afflictionum fuit, in eo potiſſimum poteſt alios conſolari; qui in omni, in omni. Hebr. IV. 15.

¶ θλίψει, *afflictione*) Oppoſita ſunt, ex una parte, παθήματα, *adverſa*, & θλῖψις, *anguſtia animi*; quorum altero alterum connotatur: & ex altera parte, σωτηρία, *ſalus*, & παράκλησις, *conſolatio*; quorum altero item connotatur alterum. Frequentatio horum verborum valde ſapiet, ſed nonniſi expertis. [*Experientiae quanta eſt neceſſitas! quid qui caret, quam ineptus magiſter eſt!* V. g.] De adverſis tractatur a v. 8: de conſolatione, a cap. VII. 2 ſs. De ſolatio generatim loquitur Paulus initio; ſpeciatim tamen ſpectat illud, quod ex Corinthiorum obſequio hauſit.

¶ αὐτοὶ) *ipſi.*

5 τοῦ χριστοῦ, εἰς ἡμᾶς· διὰ χριστοῦ, ἡμῶν· *Chriſti, in nos: per Chriſtum, noſtra*) Suaviter commutantur verba eorumque ordo.

¶ παθήματα· παράκλησις· *adverſa: conſolatio*) Illa, multa ſunt: hæc, una, & tamen potior.

¶ ἕτως, *ſic*) Ex hac ipſa epiſtola, ad priorem collata, major poſt anguſtias, quæ intervenerant, conſolandi vis, Corinthiis, priore epiſtola percuſſis, opportuniſſima, adeoque novitas totius interni hominis in dies major præclare elucet.

6 ſ. εἴτε δὲ θλιβόμεθα κτλ. *ſive autem angimur &c.*) Sententia eſt hæc, εἴτε δὲ θλιβόμεθα, (θλιβόμεθα) ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλήσεως καὶ σωτηρίας· εἴτε παρακαλούμεθα,

(παρακαλούμεθα) ὑπὲρ κτλ. *sive autem angimur*, (angimur) *pro vestra consolatione & salute: sive confirmamur*, (confirmamur) *pro vestra consolatione, quae operatur in patientia eorundem adversorum, quae etiam nos patimur, & spes nostra firma pro vobis: scientes, quod sicut participes estis adversorum, sic etiam consolationis.* Quemadmodum Phil. I. 16. 19 θλῖψις & σωτηρία inter se opponuntur, ita hoc loco θλῖψις *angustia* ministrorum evangelii, & *consolatio salusque* Corinthiorum inter se opponuntur, perinde ut *mors* illorum & *vita* horum, c. IV. 12. Porro uti ex *afflictione* ministrorum evangelii pendet *consolatio* & *salus* Corinthiorum: ita ex *consolatione* illorum pendet *consolatio* horum & *spes* illorum pro his. Participium *scientes* pendet a verbis *angimur* & *confirmamur* subauditis. Ita sibi constant membra hujus periochæ, quæ aliter aliterque trajecta, in *Apparatu* notamus. Nunc etiam singulatim aliqua declarabimus.

¶ εἴτε, *sive*) Interdum magis sentiuntur adversa; interdum consolatio.

¶ ὑμῶν, *vestra*) Communio sanctorum, in corde Pauli, Titi, Corinthiorum, aliarum ecclesiarum exercita, egregie repræsentatur in hac epistola. c. II. 3. IV. 15. VI. 12. VII. 7. 13. IX. 12. Hæc corda fuere quasi specula, imagines inter se reciprocantia. Conf. Phil. II. 26 f.

¶ παρακλήσεως, *consolatione*) in anima.

¶ σωτηρίας, *salute*) in re.

¶ τῆς ἐνεργουμένης) Medium. c. IV. 12. Rom. VII. 5.

¶ τῶν αὐτῶν) *eorundem* numero. Pauli *adversa* erant eadem Corinthiorum, qui erant in corde Pauli: c. VI. 12. ad illosque redundabat fructus eorum, quanquam obstiterant, quo minus Corinthum veniret. Declaratur communicatio mutua.

¶ πάσχομεν, καὶ ἡ ἐλπὶς, *patimur*, & *spes*) Cum mentione afflictionum & patientiæ jungi solet spes. v. 10. Rom. V. 3 f. XV. 4.

¶ βεβαία) *firma* est; firmitatem per res adversas nacta.

8 ἐν τῇ ἀσίᾳ, *in Asia*) 1 Cor. XV. 32 not. Afflictionem illam Asiaticam *norant* Corinthii: magnitudinem vero & fructum nunc declarat Paulus. [*Vniuersa epistola itinerarium refert; sed praeceptis pertextum praestantissimis.* V. g.]

¶ ὑπὲρ δύναμιν) *supra facultatem*, ordinariam.

¶ ἐξαπορηθῆναι, *desponderemus*) Affirmat hîc, quod c. IV. 8 alio respectu negat. nam hîc de humano, illic de divino loquitur auxilio.

9 ἀλλὰ, *sed*) id est, immo. subaudi *propterea, ipsi &c. utne &c.*

¶ τὸ ἀποκριμα) Hesychius: ἀπόκριμα, κατάκριμα, ψῆφον. ἀποκρίνειν, *perditum judicare*, pro nullo habere. oppositum, *confisi*. Aliter Simonius.

¶ ἀλλ' ἐπὶ, *sed in*) Mira natura fidei, in summis difficultatibus, nullum exitum habere visis.

¶ ἐγείροντι, *excitante*) 1 Cor. XV copiose scripserat de resurrectione mortuorum: nunc eandem doctrinam identidem attingit, &, veritate ejus apud Corinthios præsupposita, usum urget.

10 ῥύεται, *eripit*) Præsens, respectu ipsius *afflictionis*, i. e. *dum* in morte sumus, eripimur.

¶ ἠλπίκαμεν) *spem sumus nacti.*

¶ ῥύσεται, *eripiet*) ut possim ad vos venire.

11 συνυπουργούντων, *subadjuvantibus*) Ex ἔργον est ὑπουργεῖν. ἔργον, *opus* opis, est Dei: ὑπουργεῖν, *adjuvare*, est apostolorum: συνυπουργεῖν, *subadjuvare*, Corinthiorum.

¶ καὶ) *etiam* vobis, non modo aliis.

¶ ἐκ

q) ¶ ἐκ πολλῶν προσώπων, *ex multis respectibus*) πρόσωπον, *facies*, respectus. *Respectu* scil. præteriti, præsentis, futuri: *eripuit, eripit, eripiet.* Non vertimus, *ex multis personis:* id enim continetur in *per multos.* *)

¶ τὸ εἰς ἡμᾶς χάρισμα) *auxilium, quod a gratia nobis obtingit.*

¶ διὰ πολλῶν εὐχαριστηθῇ) *per multos gratiarum actione celebretur.* Correlata, χάρισμα & εὐχαριστία. c. IV. 15.

¶ ὑπὲρ ὑμῶν, *pro vobis*) Modo, *pro nobis*, de precibus; nunc, *pro vobis*, de gratiarum actione. In Corinthios redundabat fructus. Neque iterum necesse fuit, post εἰς ἡμᾶς, dicere ὑπὲρ ἡμῶν. **)

12 γὰρ, *enim*) Nexus: Dei opem & piorum preces non frustra expetimus nobisque pollicemur.

¶ καύχησις, *gloriatio*) etiam in adversis & contra adversarios.

¶ τῆς συνειδήσεως ἡμῶν, *conscientiae nostrae*) quicquid alii de nobis sentiant.

¶ ἁπλότητι, *simplicitate*) intentione in unum scopum per viam rectissimam.

¶ εἰλικρινείᾳ, ***) *sinceritate*) nulla admixta aliena qualitate.

¶ οὐκ ἐν, *non in*) Opposita: *sapientia carnalis*, & *gratia Dei*, suos sapienter regentis. v. 17 s.

¶ ἐν τῷ κόσμῳ) *in mundo* toto, perfido.

¶ περισσοτέρως, *abundantius*) c. II. 4.

13 ἄλλα) *alia*, contraria.

¶ γράφομεν, *scribimus*) hac epistola. Ad rem præsentem provocat.

¶ ἀναγινώσκετε, *legitis*) in epistola superiore.

¶ ἢ καὶ, *vel etiam*) Plus est ἐπίγνωσις, quam ἀνάγνωσις. ****)

¶ ἕως τέλους, *usque ad finem*) cursus mei. Conf. v. 14 fin. 1 Cor. IV. 5: unde patet, respectum ad diem Domini non excludi.

14 ἀπὸ μέρους, *ex parte*) Antitheton, *usque ad finem.* v. præc.

15 ταύτῃ, *hac*) de qua v. 12 init.

¶ πρότερον, *prius*) De hoc consilio passim

q) τῇ δεήσει - εὐχαριστηθῇ, *supplicatione - gratiarum actio fundatur*] Qui Sanctorum communionem colit, precum is opportunitate nunquam carebit; etiamsi de seipso quod curaret, nihil haberet reliqui. *V.g.*

*) *Cel. D.* Ernesti *locutionem hanc illustraturus:* χάρισμα ἔκ τινος, *ait*, kan wol nichts anders heissen, als eine Wohlthat, die man einem zu danken hat: und uns dünkt immer noch, es sey offenbar, dass χάρισμα ἐκ πολλῶν und εὐχαριστία διὰ πολλῶν einander respondiren, und also auch auf einerley Art verstanden werden müssen: eine Gnade, die mir um vieler willen, die für mich gebetet haben, widerfahren ist, und ein Dank, den eben die vielen für die Erhœrung ihres Gebets abstatten. (*Bibl. theol. T. II. p. 494 sq.*) *Quodsi articulus* τὸ *particulam* ἵνα *in textu immediate exciperet: vix dubii quidquam contra hanc interpretationem superfore censerem. Jam vero id, quod per locutionem* ἐκ πολλῶν προσώπων *expressum vult Vir literatissimus, in propositione præcedente* συνυπουργούντων - δεήσει *jam præoccupatum esse, adeoque nouam* diuersorum respectuum *ideam*, diuersis hominibus *superadditam, non temere debere negligi, mihi quidem videtur.* E. B.

**) *Itaque lectio* ἡμῶν *in fine versus, per* utriusque Ed. *marginem non probata, in* Vers. germ. *videtur non cogitanti irrepsisse.* E. B.

***) *Lectionem* εἰλικρινείᾳ θεοῦ, *per* Ed. maj. *in æquilibrio positam, præfert* Ed. 2, *& plane recipit* Vers. germ. *Sinceritatem* Dei *eam interpretatur cel. D.* Ernesti, *qualem* DEVS desiderat *&* comprobat; Heumannus, *quam* DEVS *ipse* operatur. *Vid. Bibl. th. T. II. p. 495.* E. B.

****) *Istam a* conuersatione *Apostoli potius, hanc a* scriptis *deriuat cum* Heumanno *cel. D.* Ernesti, *Bibl. th. T. II. p. 496. Congruit nota* Gnom. *ad* ἕως τέλους. E. B.

sim in epistola priore. Constr. cum *volebam*.

¶ δευτέραν χάριν, *secundam gratiam*) Primam gratiam [*diuinitus exhibitam, v. 12*] habuerant primo Pauli adventu: (conf. *amorem primum*, Ap. II. 4.) secundam secundo suo adventu eis destinarat. *Gratia* per se una est: sed in *habendo* est prima, secunda &c. conf. Ioh. I. 16.

16 προπεμφθῆναι, *deduci*) deducendum me vobis committere.

17 τῇ ἐλαφρίᾳ, *levitate*) plus promittendo, quam præstando.

¶ ἤ) Lat. *an?* disjunctive.

¶ κατὰ σάρκα, *secundum carnem*) Significat Paulus, si secundum carnem consuleret, sibi potius veniendum fuisse, quam non veniendum. nam qui secundum carnem consulunt, omni modo id agunt, ut *nae* promissionis, quicquid inciderit, appareat in re, pro tuenda constantia. [*siue bona inde siue mala eueniant*, V. g.] Apostolus autem neque inconstans neque carnaliter constans fuit: quorum utrumvis suspicari potuissent iniquiores. Pollicitus erat sub conditione: & deinde adventum distulit magna de causa, quæ interverat.

¶ τὸ ναὶ καὶ τὸ οὔ) Vid. App. Crit. Ed. II ad h. l. Simplex *est & non* *) apud Paulum prorsus comprobatur versu sequente, ubi *est & non* negat nimirum de eadem re: quod affirmat v. 17 de diversis rebus. Emphasin in v. 17 habet τὸ ἦ *fit*: ut ex. gr. de homine inconstante dici potest: *Nec* est *nec* non *apud eum invenias:* id est, non potest quis sermonibus ejus fidere: vel ut de constante viro dicas: *Ejus* est *&* non *valet*.

18 πιστὸς, *fidelis*) Sermo categoricus: Doctrina nostra firma est. Accedit modus: *fidelis* est *Deus*. אמן coll. *amen*, v. 20.

¶ δὲ, *autem*) Antitheton inter consilium itineris & doctrinam ipsam. illud justis de causis in re externa mutatum nullam infert inconstantiam doctrinæ. Interim ostendit Paulus, qui in rebus externis leves sunt, etiam in spiritualibus leves esse & videri solere.

¶ πρὸς) *apud*, ad. *apud vos*, antitheton, *apud me*. v. 17.

¶ οὐκ ἐγένετο ναὶ καὶ οὔ, *non factus est nae & non*) Contradictoria non sunt in Theologia.

19 ὁ γὰρ τοῦ θεοῦ υἱὸς Ἰησοῦς Χριστὸς, *Dei enim filius Iesus Christus* de quo summa sermonis nostri est. Observandæ tres appellationes conjunctæ, firmitudinem ostendentes: tum, naturali ordine positæ; neque enim prima cum tertia plane eadem est.

¶ καὶ Σιλουανὸς, *& Silvanum*) *Silam* hunc appellat Lucas Act. XV. 22 not.

¶ ἀλλὰ ναὶ) *sed Ita* merum, ex parte nostra & vestra.

¶ ἐν αὐτῷ, *in ipso*) *Christus praedicatus* i. e. prædicatio nostra de Christo, facta est *nae in Ipso* Christo. Sic congruit ætiologia versu seq. Omnes promissiones in Christo sunt *nae*. Ergo sane etiam testimonium de ipso Christo, in Christo est *nae*.

20 ἐπαγγελίαι) *promissiones*, declarationes.

¶ τὸ ναὶ - τὸ ἀμήν, *nae - amen*) Suaviter voculis *nae & non* inter se pugnantibus opponuntur voculæ congruentes, *nae & amen*. *nae*, per affirmationem; *amen*, per juramentum: vel *nae*, respectu Græcorum; *amen*, respectu Iudæorum: coll. Gal. IV. 6 not. nam *nae* Græcum, *amen* Hebræum est. vel *nae*, respectu Dei promit-

*) *Quæ lectio quamuis pro minus firma per marg.* Ed. 2 *declarata sit, præeunte tamen* Gnomone *exprimitur in* Vers. germ. E.B.

mittentis; *amen*, respectu credentium: conf. 1 Ioh. II. 8. *næ* respectu apostolorum; *amen*, respectu auditorum.

¶ τῷ θεῷ πρὸς δόξαν, *Deo ad gloriam*) Nam Dei veritas in omnibus ejus promissionibus in Christo verificatis glorificatur.

¶ πρὸς δόξαν, *ad gloriam*) c. IV. 15.

¶ δι' ἡμῶν, *per nos*) Constr. cum *est* iterum subaudito. *Quotquot* enim *promissiones Dei* sunt, est in Illo *Næ* & in illo *Amen*. *Deo ad gloriam* (est illud *Næ* & *Amen*) per nos. Τὸ *næ* per nos resonat.

21 ὁ δὲ βεβαιῶν, *qui vero confirmat*) Filius glorificat Patrem, v. 19, Pater *autem* vicissim Filium.

¶ βεβαιῶν, *confirmans*) ut firmi simus in fide Christi. Huic verbo respondet τὸ *obsignans*: alterum est ex Christo & unctione; alterum ex Spiritu, tanquam arrhabone. *Obsignatur*, quod alicujus esse confirmatur, sive sit mancipium, sive literæ &c. ut certum sit, ad quem pertineat. conf. 1 Cor. IX. 2. Tropus abstrahit a personis ac rebus, unde desumtus sit.

¶ ἡμᾶς, *nos*) apostolos & doctores.

¶ σὺν ὑμῖν, *vobiscum*) Modeste de se loquitur.

¶ εἰς χριστὸν, καὶ χρίσας, *in Christum, & ungens*) Conjugata. Ex *oleo*, *robur*, h. l. & *bonus odor*. c. II. 15. Omnia tendunt ad τὸ *næ*. εἰς χριστὸν, in fide *in Christum*.

22 ἀρραβῶνα, *arrhabonem*) c. V. 5. ἀρραβὼν Gen. XXXVIII. 17 f. dicitur pro *pignore*, quod debito soluto redditur: alias autem pro *arrha*, quæ datur in antecessum, ut fides fiat de subsecutura præstatione plena. Hesychius, ἀρραβὼν, πρόδομα. *Est enim arra*, inquit Isid. Hispal. *complenda, non auferenda: unde qui habet arram, non reddit sicut pignus, sed desiderat plenitudinem.* Talis *arrhabo* est ipse Spiritus: Eph. I. 14: unde etiam *primitias Spiritus* habere dicimur, Rom. VIII. 23. Vide *Ruttershusii* lib. 7 Sacr. lect. c. 19.

23 ἐγὼ δὲ, *ego vero*) Antitheton facit *vero* particula. *volebam venire: nondum vero veni.*

¶ τὸν θεὸν, *Deum*) omniscium.

¶ ἐπικαλοῦμαι, *invoco*) Iurat apostolus.

¶ ἐπὶ, *super*) Gravis sermo.

¶ ψυχὴν, *animam*) in qua rerum mearum mihi conscius sum, quam perimi nolim.

¶ φειδόμενος, *parcens*) Grande verbum: ideo declaratur mox. *Parcere* potest, qui dominatur: parcit etiam, qui gaudium potius, quam dolorem affert. Hanc vim declarandi confirmat, quod *non quo dominemur* dicit, non, *quod non dominamur*. *)

¶ εἰς κόρινθον, *Corinthum*) Eleganter, pro *ad vos*, in sermone *potestatem* ostendente. Coram, tristius agendum fuisset: nam præsentia, severior. conf. Ex. XXXIII. 3. Hos. XI. 9. Ideo Titum præmiserat apostolus.

24 κυριεύομεν, *dominemur*) Legitima quoque potestate apostolo uti grave fuerat; idque idcirco appellat *dominari*. conf. 1 Cor. IX. 17 not. de tali genere loquendi.

¶ τῆς πίστεως, *fidei*) Fideles, *liberi*.

¶ συνεργοὶ, *cooperarii*) non *domini*.

¶ χαρᾶς, *gaudii*) ex *fide*. Phil. I. 25. Antitheton, *tristitia*, c. II. 1 f.

¶ τῇ πίστει, *fide*) per fidem. Rom. XI. 20.

¶ ἑστήκατε, *stetistis*) neque lapsi estis, quanquam periculum fuerat.

CAP. II.

1 Ἔκρινα δὲ ἐμαυτῷ, *judicavi autem mihi ipsi*) quod ad me ipsum attinet, meo commodo. antitheton: *vobis*, c. I. 23.

¶ δὲ,

*) *Eundem sermonis nexum agnoscit* D. Ernesti, *Bibl. th. T. II p. 497.* E. B.

¶ δὲ, *autem*) Antitheton ad *non jam*, c. I. 23.

¶ πάλιν, *iterum*) Constr. cum *venire*, non cum *venire in tristitia*. *in tristitia* antea scripserat, non venerat.

¶ ἐν λύπῃ, *in tristitia*) duplici. sequitur enim, *si enim ego contristo*, &, *si vero quis contristavit*. Efficit hæc anaphora duas partes oppositas, quarum tractatio concinne respondet. *scripsi*, *ut cognosceretis*: *scripsi*, *ut cognoscerem*. v. 4. 9. *omnium vestrum*: *omnes vos*. v. 3. 5.

2 λυπῶ, *contristo*) vel coram, vel literis.

¶ καὶ τίς ἐστιν, *& quis est*) Τὸ *si* habet apodosin bimembrem: *& quis*, *& scripsi*. *&*, *&*: cum, tum.

¶ εὐφραίνων με, *exhilarans me*) per tristitiam pœnitentialem.

¶ εἰ μὴ, *nisi*) Ei qui mihi lætitiam per pœnitentiam affert, tristitiam per objurgationem incussisse non juvat. Mallem, opus non fuisse.

¶ ὁ λυπούμενος, *contristatus*) Notat Corinthios, sed magis illum, qui peccarat.

¶ ἐξ ἐμοῦ, *ex me*) ἀφ' ὧν, *a quibus*, versu seq. Differunt particulæ: *a* dicit quiddam liberius; *ex*, quiddam penitius. conf. c. III. 5. 1 Thess. II. 6.

3 καὶ ἔγραψα, *& scripsi*) Demonstrat, se jam tum, quum primam epistolam, qua adventum promiserat, dedit, hoc animo fuisse, quem v. 1 explicat.

¶ ἀφ' ὧν, *a quibus*) tanquam a filiis.

¶ ὅτι, *quod*) Ipsum gaudium Paulo non sua, sed Corinthiorum causa est optabile.

4 ἐκ γὰρ, *nam ex*) Volui vos commovere ante adventum meum, ut postea non opus esset. *angustia cordis* peperit lacrymas, *multa multas*. Lacrymarum vestigia in literis, si ipse scripsit, videre poterant Corinthii, signum angustiæ.

¶ οὐχ ἵνα) *non* tam *ut* &c. Tristitiæ fructus non est tristitia; amoris autem, amor.

¶ λυπηθῆτε, *contristaremini*) Facile dolet, qui a flente admonetur.

¶ τὴν ἀγάπην, *amorem*) Fons veræ correptionis, & ex ea gaudii.

¶ γνῶτε, *cognosceretis*) ex mea fideli admonitione.

¶ περισσοτέρως εἰς ὑμᾶς, *abundantius in vos*) singulariter mihi commendatos. Act. XVIII. 10.

5 τὶς, *aliquis*) Clementer jam loquitur, *quis*, & *quid*, v. 10. In utraque epistola pepercit Paulus nomini hujus, de quo loquitur.

¶ οὐκ ἐμὲ λελύπηκεν) *non me contristavit*, i. e. non contristatum habet.

¶ ἀλλ' ἀπὸ μέρους) *tantummodo ex parte* attulit mihi tristitiam.

¶ ἐπιβαρῶ, *onerem*) Id gravius, quam *contristem*.

6 ἱκανὸν) Neutrum, loco substantivi. *satis tali* est, ita ut non possit plus ab eo postulari. ἱκανὸν, verbum forense. Prudentiæ christianæ est, modum tenere. Bene longum tempus intercessit inter utramque epistolam.

¶ ἐπιτιμία, *objurgatio*) Antitheton, *condonare*, item, *consolari*.

¶ τῶν πλειόνων, *pluribus*) non solum iis, qui præerant. Ecclesia gerit claves.

7 χαρίσασθαι) Hoc vim habet indicativi, *unde potius condonatur*: & indicativus mitissime hortatur. c. XII. 9. Matth. XXVI. 18 not.

8 κυρῶσαι, *sancire*) κῦρος est penes amorem, non penes tristitiam. majestas regiminis & disciplinæ ecclesiasticæ sita est in amore. Hic regnat. קם LXX, κυροῦσθαι. Gen. XXIII. 20. Lev. XXV. 30.

9 καὶ ἔγραψα) non modo scribo, sed *etiam scripsi*.

¶ τὴν δοκιμὴν) *documentum*, an sitis filii genuini, amantes, obedientes.

¶ εἰς πάντα, *ad omnia*) ad *objurgationem*, & ad *amorem*.

10 τὶ,

10 τι, *aliquid*) Leniſſime loquitur de peccato atroci, ſed agnito.

¶ χαρίζεσθε, *condonatis*) Non dubitat, quin faciant, quod ſcripſit verſu 7.

¶ καὶ ἐγὼ, *etiam ego*) Modeſte ſubſcribit & ſe quaſi aggregat Corinthiis.

¶ εἴ τι κεχάρισμαι, *ſi quid condonavi*) Res limitatur per *ſi quid:* ut oſtendat Paulus, ſe veniam a Corinthiis peccatori datam ſubſequi. Ex præſenti, *condono*, ſtatim fit præteritum, *condonavi*, dum Paulus hæc ſcribit.

¶ δι' ὑμᾶς, *propter vos*) ſcil. *condonavi.*

¶ ἐν προσώπῳ χριστοῦ, *in facie Chriſti*) coram Chriſto. 1 Cor. V. 4.

¶ ἵνα μὴ πλεονεκτηθῶμεν, *ut ne fraudémur*) Detrimentum unius peccatoris, detrimentum commune. Ideo dixit, *propter vos.*

¶ ὑπὸ τοῦ σατανᾶ, *a Satana*) cui tradidit vel traditurus fuit Paulus peccatorem. 1 Cor. V. 5. Satanas non modo carnem, ſed animam perdere *cogitabat*: & maxime nocendi locum quærit per *triſtitiam.*

11 οὐ γὰρ, *non enim*) Vera prudentia eccleſiaſtica. qui habent *mentem* Chriſti, non ignorant νοήματα *cogitationes* & molimina hoſtilia. Conjugata, νοήματα, ἀγνοεῖν.

12 καὶ) *etiam* quamvis. Paulus libenter Troade commoratus eſſet.

¶ θύρας, *janua*) Nec tamen peccavit Paulus diſcedens, quia liberum manebat.

¶ ἄνεσιν, *requiem*) Hac primo ſpiritus, deinde etiam caro cœpit carere. c. VII. 5. Scire cupiebat, quomodo priorem epiſtolam ſuſcepiſſent Corinthii.

¶ τῷ πνεύματι, *ſpiritu*) Inde ſenſit, non neceſſum eſſe, *janua* illa uti.

¶ τίτον, *Titum*) a vobis venturum.

13 εἰς μακεδονίαν, *in Macedoniam*) ubi propior eſſem & citius fierem certior. [*qualis fuerit prioris epiſtolæ ad vos meæ fructus*, V. g.] Hæc continuantur c. VII. 2. 5. Interjacetque nobiliſſima digreſſio, de rebus tantiſper alibi geſtis & toleratis; quarum fructum hoc pacto etiam ad Corinthios derivat, apologiæ præludens contra pſeudapoſtolos.

14 τῷ δὲ θεῷ, *Deo vero*) Tametſi Corinthum non veni, Troade non manſi; tamen non deeſt victoria evangelii, etiam aliis in locis. Accedit ſermo modalis: *Gratia Deo.*

¶ πάντοτε, *ſemper*) Sequitur parallelum, *in omni loco.*

¶ θριαμβεύοντι ἡμᾶς) *qui triumpho nos oſtendit*, non ut victos, ſed ut victoriæ ſuæ miniſtros. non ſolum victoria, ſed victoriæ oſtenſio denotatur: ſequitur enim, *manifeſtanti.* *Triumphus* oculos; *odor* nares vehementer ferit.

¶ τὴν ὀσμὴν *odorem*) Ab omnibus ſenſibus metaphora ſumitur ad deſcribendam virtutem evangelii. Hîc *viſus* (triumphi) & *odor* occurrunt.

¶ αὐτοῦ, *ejus*) Chriſti. v. 15.

¶ φανεροῦντι, *manifeſtanti*) Frequens verbum in hac epiſtola, ſuſpiciones Corinthiacas refutans. ſic 1 Cor. IV. 5.

15 εὐωδία) *odor bonus*, i. e. validus, gratus piis, gravis impiis. Chriſti odor per nos, ut aromatum per veſtimenta, ſeſe exerit.

¶ ἐν) *penes.*

¶ σῳζομένοις· ἀπολλυμένοις· *qui ſervantur: qui pereunt*) Vtrius generis quisque ſit, ex eo patet, prout quisque evangelium accipit. De priori genere agit c. III. 1-IV. 2. de altero, c. IV. 3-6.

¶ ἀπολλυμένοις, *pereuntibus*) c. IV. 3.

16 ὀσμὴ θανάτου, *odor mortis*) Habent pro re mortua: inde mortem nanciſcuntur jure.

¶ οἷς δὲ, *illis autem*) qui ſalvantur. Hic verſus, collatis antecedentibus & conſequentibus, χιασμὸν habet.

¶ καὶ πρὸς ταῦτα τίς ἱκανός; *& ad hæc quis*

quis idoneus?) Quis? i. e. pauci, nos. *) Ea sententia modeste innuitur & Corinthiis agnoscenda relinquitur. coll. v. seq. Paulus suam & paucorum ἱκανότητα *sufficientiam* copiose asserit c. seq. & hoc ipsum verbum repetit v. 5 s. ut adversarii videantur vel expresse vel in sensu negasse, Paulum esse *idoneum*.

17 οἱ πολλοὶ, *multi*) Sic c. XI. 18. Conf. רַבִּים 1 Reg. XVIII. 25. Articulus vim habet. *multi*, plerique, ἄοσμοι, *odoris expertes*. Conf. Phil. II. 21.

¶ καπηλεύοντες) *cauponantes*. qui non id laborant, ut quam plurimum virtutis edant, sed ut quæstum faciant. Loquuntur tales de Christo, sed non ut ex Deo & coram Deo. κάπηλοι *caupones* aliunde mercem sumunt: adulterant: cum quæstu tractant. aliter apostoli in verbo Dei versantur. nam *ex Deo* loquuntur, & *sincere*, & ut Deo se probent. Synonyma, δολοῦντες, *adulterantes*, c. IV. 2. & ἐμπορεύεσθαι, *mercari*. 2 Petr. II. 3.

¶ ἐξ εἰλικρινείας, *ex sinceritate*) Verbo Dei per se studemus.

¶ ἀλλ' ὡς ἐκ, *sed ut ex*) Gradatio, *sed* iterato. *ut*, declarat. **)

¶ κατενώπιον - λαλοῦμεν, *coram - loquimur*) Sic plane c. XII. 19. Semper cogitamus, Deum, ex quo loquimur, præsentem esse loquentibus: homines non curamus.

¶ ἐν, *in*) Sermo, quem *in* Christo habemus, divinitus datur & regitur.

¶ λαλοῦμεν, *loquimur*) Linguam adhibemus: virtus est Dei.

CAP. III.

1 Ἀρχόμεθα, *incipimus*) Iustus aculeus, in illos *quosdam*, qui *coeperant*.

¶ πάλιν, *iterum*) ut antehac factum in epistola priore. sic, *iterum*, c. V. 12.

¶ συνιστάνειν, *commendare*) humano more: c. XII. 19. commemorando res alibi gestas.

¶ εἰ μὴ) *nisi*. Particula morata: num ita demum pares sumus ipsi ad nos commendandos, *si non* etiam epistolis egeamus? Alii, ἤ.

¶ τινὲς, *quidam*) *multorum*. c. II. 17. Hac quoque in re abhorrere se significat a pseudapostolis. illi *egebant*.

¶ ἐξ ὑμῶν, *ex vobis*) ad alios. Hic ergo mos erat Corinthi.

2 ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, *in cordibus nostris*) Vestra fides scripta est in corde nostro: in quo eam & vos ipsos circumferimus, ubique cognoscendam & legendam. Ex corde Corinthiorum reflectebatur ad cor apostolicum. ***)

¶ πάν-

*) *Eandem S. R. D.* Moldenhaueri *interpretationem haut obscure ratam habet S. R. D.* Ernesti, *Bibl. th. T. VIII. p. 674. Sedulus rerum arbiter facile obseruauerit, hunc ipsum Eruditum,* Bengelii *ceteroquin hermeneuticam gnauiter extenuare solitum,* Bengelii *tamen sententias,* alibi *repertas, frequentissimo assensu donare. Qui vel* Moldenhaueri *meletemata, vel illustris* Anonymi (*C. d. L.*) *Paraphrasin Epistolarum apostolicarum* (*quæ recensentur Bibl. th. T. V. p. 867 sqq.*), *vel* aliorum *quoque recentiorum dilucidationes cum* Gnomone *conferre curatius dignati fuerint, eos meæ huic obseruationi non defuturos esse, prorsus confido. Distinctius, opinor, hæc patescerent, si quæ paraphrasis continua ex* meris *Gnomonis obseruationibus conflata exstaret.* E. B.

**) *Attameu et particulam* ὡς, *ante* ἐξ εἰλικρινείας, *et particulam* ἀλλ', *ante* ὡς ἐκ θεοῦ, *omittit* Vers. germ., *utut omissio minus probata fuerit per* utriusque Ed. *margines.* E. B.

***) *Egregie nimirum, stante lectione* ἡμῶν, *per* η, *respondent sibi inuicem locutiones* ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, *v. 2, et,* ἐν πλαξὶ καρδίας σαρκίναις, *v. 3; ita, ut duo quasi epistolæ hujus exemplaria, alterum in* apostolorum, *alterum in* Corinthiorum *cordibus, exacte conformia, innuantur prostare in publicum rei documentum.* E. B.

¶ πάντων, *omnibus*) a vobis & aliis. Argumentum pro veritate evangelica, obvium omnibus, ex ipsis desumendum credentibus. [*c. IV. 2. 1 Cor. XIV. 25.*]

3 Φανερούμενοι, *manifestati*) Constr. cum ὑμεῖς *vos*. Ætiologia, cur legi possit hæc epistola.

¶ χριστοῦ - ὑφ' ἡμῶν, *Christi - a nobis*) Declarat τὸ *nostra*, v. 2. Christus, auctor epistolæ.

¶ διακονηθεῖσα) Verbum διακονέω sæpe accusativum rei habet. c. VIII. 19. 20. 2 Tim. I. 18. 1 Petr. I. 12. IV. 10. Sic Pæanius: τὴν μάχην διακονούμενος, *pugnam administrans*. l. 7 metaphr. Eutr. Apostoli διακόνων *tanquam ministri dederunt* epistolam. Christus per eos lucem, spiritum, in tabulas cordis Corinthiorum intulit, ut scriba atramentum in cartam fert. Ad scribendam epistolam requiritur membrana vel carta, & calamus, non modo *atramentum*. Quod Paulus atramentum sine calamo & carta memorat, est synecdoche: τὸ μέλαν non præcise atramentum notat, sed quamcunque nigredinem, v. gr. etiam carbonum, quibus lapidi aliquid inscribi potest. Totius scriptionis, quæ atramento & calamo fit, eadem est ratio, quæ decalogi in tabulis lapideis exarati. Lapidi insculptæ erant literæ, ut cartæ inscribitur atra litera. Corda innuuntur Corinthiorum: nam Paulus erat quasi stilus.

¶ οὐ μέλανι, *non atramento*) Synecdoche. nam tabulæ apud Mosen, divinitus inscriptæ, sine atramento, certe erant materiales.

¶ ζῶντος, *viventis*) Conf. v. 6. 7.

¶ λιθίναις, *lapideis*) v. 7.

¶ πλαξὶ καρδίας σαρκίναις, *tabulis cordis carneis*) Tabulæ cordis, genus: tabulæ carneæ, species. nam non omne cor est carneum.

4 πεποίθησιν, *fiduciam*) qua tales nos esse & statuimus & profitemur. Antitheton, *segnescere*. c. IV. 1.

¶ διὰ τοῦ χριστοῦ, *per Christum*) non per nos ipsos. Hoc tractatur v. 14 fin. & seqq.

¶ πρὸς τὸν θεὸν, *ad Deum*) Hoc tractatur v. 6 seqq.

5 r) λογίσασθαι, *cogitare*) cogitando consequi, nedum loqui aut perficere. *) Inesse quiddam videtur mimesεos. Non enim cogitant, quos Deus agit: id est, nil cogitando fingunt aut elaborant. 2 Petr. I. 21.

¶ τι) *quicquam*, vel minimum.

6 καὶ, *etiam*) Epitasis. *sufficientiam* dedit

r) ἐσμέν, *sumus*] Hac ipsa etiamnum hora. *V. g.*

*) *Hunc ipsum sensum pluribus & aptissimis, ni fallor, verbis exprimit cel. D.* Ernesti: Der Apostel will sagen: es sey nur Gottes Werk, das er durch ihn um Christi willen gethan hætte, und auf den gründe sich sein Vertrauen, nicht aber auf seine eigene Geschicklichkeit, als wenn er die Art und Weise zu lehren, die Raisonnemens, Beweise &c. welche die Kraft an den Glæubigen gehabt hætten, selbst ausgedacht hætte oder hætte ausdenken kœnnen: sondern alle seine Geschicklichkeit komme von Gott, der ihn unmittelbar das Euangelium gelehret habe, und allezeit lehre, was er reden und schreiben solle. *Vid. Bibl. th. T. II. p. 499. Neque tamen non* quilibet ex grege *Christianus omnem suam* ἱκανότητα *et pie et vere soli DEO acceptam referre, hoc ipso Dicto admonitus, & potest et debet. Sic v. gr. Eph. V. 18 sqq. ex* plenitudine spiritûs, *& 2 Petr. I. 3 sqq. ex* divinæ naturæ *participatione* quoduis *officiorum christianorum genus deriuatur. Tales igitur consequentiæ sive ad* compendia *sive ad* cathedras sacras *contemtim ablegandæ esse non videntur. Conf. not.* Gnom. *ad c. V. 18.* E. B.

dit nobis, & *sufficientiam* diaconorum N. T. quæ multo plus postulat.

¶ ἡμᾶς διακόνους, *nos ministros*) Appositio.

¶ καινῆς, *novi*) Antitheton, *veteris*. v. 14.

¶ οὐ, *non*) *Novi Testamenti: id est, non literæ, sed Spiritus.* vid. Rom. VII. 6 seqq. cum annot.

¶ γράμματος, *literæ*) Paulus etiam dum hæc *scripsit*, non literæ, sed *spiritus* ministrum egit. Moses in proprio illo officio suo, etiam cum haud scripsit, tamen in litera versatus est.

¶ πνεύματος, *spiritûs*) cujus *ministerium* majorem & gloriam habet & *capacitatem* requirit.

¶ ἀποκτίνει) *occidit;* peccatorem exstimulat ad sensum mortis. nam si peccator vitam haberet, antequam litera venit; vivificatione per Spiritum non esset opus. Huc conf. v. seq. *mortis.*

7 ἡ διακονία, *ministerium*) quo Moses fungebatur.

¶ ἐντετυπωμένη) LXX, κεκολαμμένη. Ex. XXXII. 16.

¶ λίθοις, *lapidibus*) Fuerunt igitur duæ tabulæ diversæ, non ex uno lapide. Ex. XXXIV. 1. *impressum lapidibus*, est declaratio incisi hujus, *in literis.*

¶ ἐγενήθη ἐν δόξῃ) *nacta est gloriam.* γίνομαι, *fio*, & εἰμί, *sum*, v. 8, differunt.

¶ μὴ δύνασθαι ἀτενίσαι) Ex. XXXIV. 30, ἐφοβήθησαν ἐγγίσαι αὐτῷ.

¶ μωϋσέως, *Moysis*) in sua functione versantis.

8 ἔσαι) *erit.* Loquitur ex prospectu V. T. in novum. adde, *spem*, v. 12.

9 κατακρίσεως· δικαιοσύνης· *condemnationis: justitiæ*) Per hanc multo magis quam per illam refulget Dei gloria. Litera *condemnat*: *condemnatio* mortem infligit: Spiritus, cum justitia, vitam affert.

¶ δόξα, *gloria*) Abstractum pro concreto, brevitatis gratia.

10 οὐδὲ δεδόξασαι, *ne glorificatum quidem est*) Sequitur mox limitatio, *in hac parte.* Lumen majus obscurat minus.*)

¶ τὸ δεδοξασμένον, *glorificatum*) Sic LXX. Ex. XXXIV. 29. 35, קָרַן *δεδόξασαι.*

11 διὰ δόξης· ἐν δόξῃ· *per gloriam: in gloria*) Particulæ convenienter variatæ. Subaudi *est.*

¶ τὸ μένον, *quod manet*) Non manet ipsa διακονία, *ministerium*, & quicquid *ex parte* est, 1 Cor. XIII. 10, sed Spiritus, justitia, vita. Ideo neutrum genus adhibetur.

12 ἐλπίδα, *spem*) *Fiduciam* dixit v. 4, nunc *spem*, intuitu ejus, *quod manet*, v. 11.

¶ παῤῥησίᾳ) *aperta agendi ratione.*

13 καὶ οὐ, *ac non*) Subaudi *sumus* aut *facimus.*

¶ κάλυμμα) Sic LXX, l. c.

¶ πρὸς τὸ μὴ) Πρὸς, *ad*, congruentiam notat, coll. Matth. XIX. 8. Nam τὸ μὴ ἀτενίσαι erat ante impositionem velaminis: sed ipso splendore Mosis posterius, v. 7. quare illic ὥστε ponitur. Quod de Mose dicitur, Paulus de ministris N. T. negat, nempe totum illud, *ponere velamen, ne inspiciant Israëlitæ.* Sæpe aliquid inseritur in protasin, quod proprie in apodosin redundet. In v. 7 est ὥστε μὴ δύνασθαι ἀτενίσαι. hîc πρὸς τὸ μὴ ἀτενίσαι. Hîc nempe negatur actus, non potentia. Potentia apud Mosen deerat omnibus: apud apostolos, quibusdam.

¶ εἰς τὸ τέλος τοῦ καταργουμένου, *in finem ejus, quod aboletur*) Paulus verba flectit ad allegoriam. *Id quod aboletur*, habet

*) *Prorsus huic observationi consentanea est ill.* Anonymi *paraphrasis:* daß solcher Glanz wie ein Stern bey der aufgegangenen Sonne verschwindet, *non sine approbatione producta a cel. D.* Ernesti, *Bibl. th. T. V. p. 880.* E. B.

bet *finem* suum in Christo: v. 14 fin. Rom. X. 4. eo tendit & terminatur lex.

14 ἀλλ' ἐπωρώθη, *sed obdurati sunt*) *sed* opponitur τῷ *non intendere oculos.*

¶ τὸ αὐτὸ) *idem*, quod Mosis tempore.

¶ ἐπὶ, *super*) i. e. *cum legunt*, *) &, *tametsi legunt.*

¶ ἀναγνώσει) *lectione*, publica, frequenti, perpetua. Limitat Paulus: velamen non est jam in facie Mosis, aut in scriptis ejus; sed *in lectione*, dum Mosen legunt, & quidem ita, ut Christum non admittant, item, *super corde.* v. 15.

¶ μένει, μὴ ἀνακαλυπτόμενον) *manet* superjacens, *ita ut ne retegatur quidem.*

¶ ὅτι) *quia* non nisi *in Christo aboletur.* Propositio eorum, quæ sequuntur.

¶ καταργεῖται, *aboletur*) *vetus testamentum.* conf. omnino v. 7. 11. 13. Non dicit, *abolitum est*, sed *aboletur*, respectu convertendorum.

15 ἀλλ' ἕως, *sed usque*) *Sed* opponitur τῷ *non retegitur.*

¶ ἡνίκα) Hoc uno loco Paulus hoc adverbio utitur: videtur ei hæsisse ex recenti lectione τῶν LXX, Ex. l. c.

¶ ἀναγινώσκεται μωϋσῆς, *legitur Moyses*) & quidem obnixe, sine intuitu Christi. sequitur antitheton, *cum vero conversum erit.*

16 ἡνίκα δ' ἂν περιαιρεῖται τὸ κάλυμμα, *quum autem - aufertur velamen*) Parodia hæc est ad Ex. XXXIV. 34, ἡνίκα δ' ἂν εἰσεπορεύετο μωϋσῆς ἔναντι Κυρίε λαλεῖν αὐτῷ, περιῃρεῖτο τὸ κάλυμμα. Igitur ἡνίκα, non *si*, sed *quum*, plane affirmat, uti versu præc. & apud LXX passim. ἡνίκα ἐὰν, ἡνίκα ἄν, Gen. XXIV. 41. XXVII. 40. Ex. I. 10. XXXIV. 24. Lev. VI. 4. X. 9. Deut. XXV. 19. ἡνίκα δ' ἄν, Ex. XXXIII. 8. 22. XL. 36.

¶ ἐπιστρέψῃ, *conversum erit*) scil. ἡ καρδία, *cor.* Resipiscendo veritas agnoscitur. 2 Tim. II. 25. Non disputationis, sed conversionis methodus erga Iudæos adhibenda est.

¶ πρὸς κύριον, *ad Dominum*) Christum. v. 14 fin. Insignis appellatio. c. IV. 5.

¶ περιαιρεῖται) περιαιρῶμαι, passivum est, Act. XXVII. 20. & apud LXX, Lev. IV. 31. 35. sed Medium, apud LXX, persæpe, & quidem eo quoque loco, quem Paulus respicit. Passivam tamen significationem suadet h. l. antitheton versûs 15 & 16: *velamen jacet: velamen aufertur.* Præsens, *aufertur*, emphasin habet.

17 ὁ δὲ κύριος τὸ πνεῦμά ἐστιν, *Dominus autem Spiritus est*) Subjectum, *Dominus.* Christus non est litera, sed est Spiritus,**) & *finis legis.* Sublimis enunciatio. conf. Phil. I. 21. Gal. III. 16. Particula *autem* ostendit, hoc versu declarari præcedentem. Conversio fit ad Dominum, ut spiritum.

¶ οὗ δὲ τὸ πνεῦμα κυρίε, *ubi vero Spiritus Domini*) Vbi Christus est, ibidem Spiritus Christi: ubi Spiritus Christi, ibi Christus. Rom. VIII. 9 s. Vbi Christus & Spi-

*) *Non citra mimesin Apostolum h. l. ad morem Judæorum, quo, in lectione Legis, capitis velamine* (Tallith *dicto*) *uti jamtum cœperint, hodieque vulgo uti soleant, alludere; plausibilis cel.* Michaëlis *conjectura est, in der* Einleitung &c. *T. II. p. m. 1365.* E. B.

**) *Vix capio, cur cel. D.* Ernesti (*Bibl. th. T. II. p. 502*) *eam* Gnomonis *h. l. explicationem esse judicet, quasi* Auctor *legisset,* ὃ δὲ κύριος (ἐστὶν) τὸ πνεῦμά ἐστιν. *Diserte enim:* Subjectum, *ait,* est Dominus. *Nota quidem sequens habet:* Vbi Christus est, ibidem Spiritus Christi.: *at hæc non hemistychii prioris* explicatio *est, sed enthymematis Paulini* supplementum, *ex quo intelligat lector, hanc esse argumentandi seriem:* Dominus (*i. e.* Christus) est Spiritus: (ubi autem Christus est, ibidem & Spiritus Christi:) ubi vero Spiritus Christi, ibi vera libertas. E. B.

Spiritus ejus, ibi libertas. Ioh. VIII. 36. Gal. IV. 6 ſ.

¶ ἐκεῖ) *ibi* demum.

¶ ἐλευθερία) *libertas*, oppoſita *velamini*, ſervitutis ſymbolo. *libertas*, adſpiciendi ſine timore tali, qualem habebant filii Iſraël. Exod. XXXIV. 30.

18 ἡμεῖς δὲ πάντες, *nos vero omnes*) *nos*, Miniſtri N. T. *omnes*. antitheton ad unum *Moſen*. v. 13.

¶ ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ) *facie* noſtra *retecta* erga homines. nam erga Deum ne Moſis quidem facies erat velata. Antitheton, *opertum*, c. IV. 3.

¶ τὴν δόξαν, *gloriam*) majeſtatem divinam.

¶ κυρίου, *Domini*) Chriſti.

¶ κατοπτριζόμενοι) Dominus nos κατοπτρίζει, *ſplendorem* faciei ſuæ in corda noſtra *tanquam in ſpecula immittens*: nos illum ſplendorem ſuſcipimus & referimus. Elegans antitheton ad ἐντετυπωμένη, *inſculpta*. Nam quæ *inſculpuntur*, fiunt paullatim: quæ *in ſpeculo repraeſentantur*, fiunt celerrime.

¶ τὴν αὐτὴν) *eandem*, cum ſimus multi. Eadem gloriæ Chriſti in tot fidelibus expreſſio, character veritatis.

¶ εἰκόνα, *imaginem*) *Domini*, glorioſam.

¶ μεταμορφούμεθα, *tranſformamur*) Dominus *format*, celeri ſcriptura, imaginem ſuam in nobis; ſicut Moſes retulit gloriam Dei. Paſſivum retinet accuſativum; ut in illo: διδάσκομαι υἱόν.

¶ ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, *a gloria in gloriam*) a gloria Domini in gloriam in nobis. Iſraëlitæ a gloria Moſis non erant transformati in ſimilem gloriam. erant enim in litera.

¶ καθάπερ, *ſicut*) Adverbium ſimilitudinis. coll. v. 13. *Sicut* Dominus ſe nobis inprimit, ſic per nos exprimitur. Ipſe eſt exemplar; nos, imagines.

¶ ἀπὸ κυρίου πνεύματος) *a Domini* (Chriſti v. 14) *Spiritu*. Reſpicit v. 17, *ubi vero Spiritus Domini*. Si eſſet appoſitio, Paulus diceret, ἀπὸ κυρίου τοῦ πνεύματος. Alias dicitur *Spiritus Domini*; ſed hîc, *Domini Spiritus*, emphatice. Ἀπὸ eſt, uti cap. I. 2, & ſæpe.

CAP. IV.

1 Τὴν διακονίαν ταύτην, *miniſterium hoc*) de quo cap. III. 6 ſeq.

¶ καθὼς ἠλεήθημεν, *ſicut miſericordiam nacti ſumus*) Miſericordia Dei per quam *miniſterium* accipitur, facit ſtrenuos & ſinceros. Etiam Moſes *miſericordiam adeptus eſt*, & inde tantam invenit admiſſionem. Ex. XXXIII. 19.

¶ οὐκ-ἀλλ', *non ſed*) Duplex propoſitio. altera pars, per χιασμον, tractatur mox; prior, a verſu 16. Quare ibi repetitur, οὐκ ἐκκακοῦμεν, *non ſegneſcimus*, nil vitii capimus, in loquendo, in agendo, in patiendo:

2 ἀπειπάμεθα) Heſychius: ἀπειπάμεθα, ἀπερρίψαμεθα· ἀπειπαντο, παρητήσαντο, ἀπετάξαντο. *abdicavimus*, & abdicata eſſe jubemus.

¶ τὰ κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης, *occulta pudoris*) *Pudor*, gloriæ dominicæ expers, ex *occulto* agit. eam nos agendi rationem miſſam eſſe jubemus. Rom. I. 16. Antitheton, *manifeſtatione*, mox, & *loquimur*. v. 13.

¶ ἐν πανουργίᾳ, *in aſtutia*) Hæc opponitur *ſinceritati*. *aſtutia latebras* quærit: nos non utimur.

¶ μηδὲ δολοῦντες) *neque adulterantes*.

¶ τῇ φανερώσει, *manifeſtatione*) conf. c. III. 3.

¶ τῆς ἀληθείας, *veritatis*) evangelicæ.

¶ ἑαυτὸς, *nos ipſos*) ut ſinceros.

¶ πρὸς) *ad*.

¶ πάσαν) *omnem*, de omnibus rebus.

¶ συνείδησιν) *conſcientiam*, c. V. 11: non ad judicia carnalia: c. III. 1, ubi implicite no-

notatur *commendatio quorundam* carnalis. *)

3 εἰ δὲ, *sin autem*) perinde ut Mosis tempore.

¶ καὶ ἔστι, *etiam est*) *Etiam* intendit vim temporis præsentis in *est*.

¶ τὸ εὐαγγέλιον, *evangelium*) per se apertissimum.

¶ ἐν, *in*) quod ad pereuntes attinet. sic *in*, 1 Cor. XIV. 11.

¶ ἐν τοῖς) *in illis*, non in se.

¶ ἀπολλυμένοις, *pereuntibus*) 1 Cor. I. 18.

4 ἐν οἷς) *ad quos quod attinet.*

¶ ὁ θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου, *deus aevi hujus*) Grandis sed horribilis descriptio Satanæ. [*grandi ejus, at horribili operi h. l. memorato, respondens*, V. g.] conf. Eph. II. 2 de re; & Phil. III. 19 de vocabulo. quis alias putaret, illum posse in hominibus tantæ luci officere? Inest autem mimesis aliqua. nam pereuntes, Iudæi præsertim, putant, se habere & nosse Deum. *Hujus aevi infidelium*, constituxere veteres, quo magis resisterent Manichæis & Marcionitis. – *qui se instar Dei gerit* –

¶ τοῦ αἰῶνος τούτου, *aevi hujus*) *hujus*, inquit: non enim semper grassari poterit.

¶ ἐτύφλωσε, *occaecavit*) non modo *velavit*.

¶ τῶν ἀπίστων, *infidelium*) Epitheton, subaudito relativo pronomine, ἐκείνων, *illorum*. nam in iis, qui pereunt, maxime sunt ii, qui, cum audierint, non credunt. *Fide* recipitur *evangelium* ad *salutem*.

¶ εἰς τὸ μὴ αὐγάσαι) **) *ne luceat.*

¶ τὸν φωτισμὸν τοῦ εὐαγγελίου κτλ. *illuminatio evangelii &c.*) Mox appellat *illuminationem cognitionis* &c. φωτισμὸς, *illuminatio*, est reflexio sive propagatio radiorum ab illuminatis ad illuminandos plures. *Evangelium* & *cognitio* sunt correlata, ut causa & effectus.

¶ τῆς δόξης, *gloriae*) c. III. 18 not.

¶ εἰκὼν τοῦ θεοῦ, *imago Dei*) Hinc satis intelligi potest, quanta sit gloria Christi. v. 6. 1 Tim. VI. 15. Qui Filium videt, Patrem videt, *in facie* Christi. Filius Patrem exacte repræsentat ac refert.

5 οὐ, *non*) Non *commendamus* nos ipsos, c. III. 1. quanquam pereuntes id putant.

¶ γὰρ, *enim*) Penes nos culpa non est cæcitatis illorum.

¶ κύριον· δούλους· *Dominum: servos*) Antitheton. non prædicamus nos ipsos dominos. conf. c. I. 24.

¶ δούλους ὑμῶν, *servos vestros*) Inde Paulus Corinthios sibi præferre solet. v. 12 f.

¶ διὰ Ἰησοῦν, *propter Iesum*) Ex Illo majestas Christianorum.

6 ὅτι, *quia*) Probat, se veros esse *servos*.

¶ ὁ θεὸς, *Deus*) *Deus-splendere*, subjectum: deinde, subaudito *est*, (uti Act. IV. 24. 25.) prædicatum sequitur, *qui splenduit.*

¶ ὁ εἰπὼν, *qui dixit*) qui verbo jussit. LXX, εἶπεν, Gen. I. 3.

¶ ἐκ σκότους φῶς, *ex tenebris lucem*) LXX, Iob XXXVII. 15, φῶς ποιήσας ἐκ σκότους. Magnum opus.

¶ ἔλαμψεν) *fulgorem dedit*, ipse Lux nostra: luminis non solum autor, sed etiam fons, ac Sol.

¶ καρδίαις, *cordibus*) per se obscuris.

¶ ἐν προσώπῳ ***) Ἰησοῦ χριστοῦ, *in facie Iesu Christi*) qui est Patris unigenitus & imago, & *manifestatus est* in carne cum gloria sua.

7 τὸν

*) *Hæc ipsa antithetorum ratio infert, ni fallor, tutius & h. l.* usitatam συνειδήσεως *ideam seruari, quam* συνειδησιν *de* judicio *explicari. Sæpe enim* conscientiæ *sensus, non malitiose oppressus, meliora homini de homine persuadet, quam* judicium *ex meris ratiociniis conflatum.* E. B.

**) *Pronomen* ἀὐτοῖς, *in marg.* Ed. 2 *pluris, quam in* Ed. maj., *æstimatum, exhibet quoque* Vers. germ. E. B.

***) *Nomen* Ἰησοῦ *dubiæ lectionis esse, & margo* Ed. 2 & Vers. germ. *innuit. Eademque ratio est lectionis* τοῦ κυριου, *v.* 10. E. B.

7 τὸν θησαυρὸν τοῦτον,, *thesaurum hunc*) descriptum a c. II. 14. Nunc ostendit, afflictiones & ipsam mortem adeo non obstare ministerio Spiritus, ut id etiam adjuvent, & exacuant ministros, & fructum augeant.

¶ ὀστρακίνοις, *testaceis*) Thesauros antiqui asservabant in *ollis*. Sunt testacea vasa, sed tamen munda; contra ac vas aureum tamen immundum esse potest.

¶ σκεύεσιν, *vasis*) Sic appellat *corpus* sive *carnem*, afflictioni & morti subjectam. v. seqq.

¶ ἡ ὑπερβολὴ τῆς δυνάμεως, *excellentia virtutis*) quæ in thesauro sita se in nobis, dum servamur, & in vobis, dum locupletamini, exserit. v. 10 s.

¶ ᾖ, *sit*) esse agnoscatur, cum gratiarum actione. v. 15.

¶ τοῦ θεοῦ, *Dei*) non modo *ex Deo*. Deus non modo semel largitur *virtutem*, sed semper præstat.

8 ἐν παντὶ θλιβόμενοι, *dum in omni premimur*) Sic c. VII. 5, *in omni*, scil. *re, loco*. conf. *semper*, v. 10.

¶ θλιβόμενοι, *dum premimur*) Quatuor participia in hoc versu, ad affectum; totidem in sequenti, ad ea quæ foris accidebant, spectant. c. VII. 5. Construuntur cum ἔχομεν, *habemus*: & in quovis membro prius comma probat, *vasa esse testacea*: posterius prædicat *excellentiam virtutis*.

¶ ἐ στενοχωρούμενοι, *non ad angustias redigimur*) Nunquam deest *exitus*.

¶ ἀπορούμενοι, *haesitamus*) de futuro: ut *premimur*, in præsenti.

9 διωκόμενοι, *persecutionem patimur*) Plus est καταβαλλόμενοι, *dejecti*, ubi fuga non patet.

10 πάντοτε) Ab hoc differt ἀεὶ, v. seq. πάντοτε, *toto tempore*: ἀεὶ, *quibusvis temporibus*. conf. ἀεὶ, Marc. XV. 8. Congruunt verba, *circumferentes*, *tradimur*, versu hoc & 11.

¶ τὴν νέκρωσιν, *mortificationem*) Hæc est quasi actus: *vita*, habitus.

¶ τοῦ κυρίου, *Domini*) Hoc nomen subaudiendum ter versu hoc & seq. *) commode autem primo hoc loco mitigat mentionem *mortificationis*. *Mortificatio Domini* dicitur, & genitivus innuit communionem, uti c. I. 5.

¶ Ἰησοῦ, *Iesu*) Sæpius in hoc toto loco Paulus hoc nomen solum ponit, v. 5, quam alias solet. itaque hîc singulariter sensit dulcedinem ejus.

¶ περιφέροντες, *circumferentes*) in terris.

¶ ἵνα καὶ, *ut etiam*) Incrementum sumit consolatio. Modo, quater, *sed*.

¶ ἐν τῷ σώματι ἡμῶν φανερωθῇ, *in corpore nostro manifestetur*) *manifestetur in mortua carne nostra*. v. seq. Altero loco nomen, altero verbum, emphaseos causa præponitur. versu 10 spectatur glorificatio: v. 9 conservatio in hac vita, & corroboratio. *nostro* hîc potius addit, quam ineunte versu. corpus est nostrum, non tam in morte, quam in vita. *manifestetur* explicatur versu 14. 17 s.

11 οἱ ζῶντες, *viventes*) Oxymoron. conf. *viventes*, c. V. 15. Miratur se tantis mortibus, vel etiam aliis ob testimonium Christi jam interfectis, v. gr. Stephano, Iacobo, superstitem. Antitheta, *viventes*, *mortem*; *vita*, *mortua*.

¶ παραδιδόμεθα, *tradimur*) Eleganter & modeste abstinet mentione ejus, qui *tradit*. Extrinsecus traditio videri posset temere fieri.

12 θάνατος, *mors*) corporis. [*per corruptionem hominis externi*, V. g.]

¶ ζωὴ, *vita*) spiritûs.

13 τὸ αὐτὸ) *eundem*, quem [*& Dauides habuit & habetis*] vos. conf. v. 14.

¶ κατὰ,

*) *Conf. not. marg. ad v. 6.* E.B.

¶ κατὰ, *secundum*) Hoc construitur cum *credimus* & *loquimur*.

¶ ἐπίστευσα, διὸ ἐλάλησα) Sic LXX, Ps. CXVI. 10. Hebr. ἐπίστευσα, ὅτι λαλήσω. Altero sensu alter includitur. Fides nata mox loquitur: & ex loquela se noscit & auget.

¶ λαλοῦμεν, *loquimur*) sine metu, in media afflictione & morte. v. 17.

14 εἰδότες, *scientes*) *fide* magna. c. V. 1.

¶ παραστήσει) *praesentes sistet*. Hoc verbum est instar hypotyposeos.

15 γὰρ, *enim*) Causa, cur modo dixerit, *vobiscum*.

¶ πάντα, *omnia*) adversa, secunda.

¶ ἡ χάρις, *gratia*) quae nos servat, & vos in vita confirmat.

¶ πλεονάσασα· περισσεύσῃ) Πλεονάζω habet vim positivi; περισσεύω, comparativi. Rom. V. 20. Itaque cum περισσεύσῃ construendum διά. Πλέον idem quod πλῆρες non est comparativus.

¶ διὰ) *propter* complurium gratiarum actionem, pro illa gratia. Gratiarum actio gratiam uberiorem invitat. Ps. XVIII. 4. L. 23. 2 Chron. XX. 19. 21 s.

¶ εὐχαριστίαν, *gratiarum actionem*) nostram vestramque. c. I. 3 s.

¶ περισσεύσῃ) *abundantius obtingat* nobis & vobis, iterum ad gloriam Dei.

16 διὸ οὐκ ἐκκακοῦμεν, *propterea non segnescimus*) v. 1 not.

¶ ὁ ἔξω, *exterior*) corpus, caro.

¶ διαφθείρεται, *corrumpitur*) per *afflictionem*.

¶ ἀνακαινοῦται, *renovatur*) per spem. v. seqq. Haec novitas omne *vitium* κακίαν arcet.

17 παραυτίκα) *modo*. notatur praesens breve. 1 Petr. I. 6. Antitheta: *modo*, *aeternum*: *leve*, *pondus*: *afflictionis*, *gloriae*: *secundum praestantiam*, *in praestantiam*.

¶ καθ' ὑπερβολὴν, *secundum praestantiam*) Etiam illa *pressura*, quae καθ' ὑπερβολὴν, *secundum praestantiam*, est, comparata ad minores afflictiones ceteras, c. I. 8. tamen est levis, ad gloriam εἰς ὑπερβολὴν, *in praestantiam*, comparata. Oxymoron generosum.

¶ κατεργάζεται) *comparat*, conficit.

18 σκοπούντων) *dum spectamus* &c. Quod quisque pro *scopo* habet, id assequitur.

¶ μὴ βλεπόμενα, *quae non cernuntur*) Aliud significat ἀόρατα, *invisibilia*. nam multa, quae non cernuntur, erunt *visibilia*, confecto itinere fidei.

¶ γὰρ, *enim*) Causa, cur spectent illi ea, quae non cernuntur.

CAP. V.

1 Γὰρ, *enim*) Aetiologia ad illud: *pressura* parit *gloriam*.

¶ ἡ ἐπίγειος) *quae est in terra*: 1 Cor. XV. 47. Antitheton, *in coelis*.

¶ ἡμῶν, *nostra*) Antitheton, *ex Deo*.

¶ οἰκία τοῦ σκήνους, *domus tabernaculi*) Antitheton, *aedificium*, *domum non manu factam*. Paulum *tabernacularium* metaphora ab arte sua potuit eo magis afficere.

¶ καταλυθῇ, *dissolutum fuerit*) Mite verbum. Antitheton, *aeternam*.

¶ ἔχομεν, *habemus*) Praesens: illico a tempore solutae domus terrenae.

¶ ἀχειροποίητον) *non factam manu* humana.

2 ἐν τούτῳ, *in hoc*) Eadem phrasis c. VIII. 10, & alibi.

¶ στενάζομεν, *gemimus*) Sequitur epitasis, *gemimus gravati*, v. 4.

¶ οἰκητήριον, *domicilium*) οἰκία, *domus*, est quiddam magis absolutum: οἰκητήριον, *domicilium*, respicit incolam.

¶ τὸ ἐξ οὐρανοῦ) *quod ex coelo est*. *ex* hic denotat *ortum*, ut, *ex terra*, Ioh. III. 31. Itaque

Itaque hoc domicilium non est cœlum ipsum. *)

¶ ἐπενδύσασθαι, *superindui*) Medium. ἔνδυμα, *indumentum*, corpus; inde *induti*, degentes in corpore: ἐπένδυμα, *superindumentum*, habitatio cœlestis & glorioſa, qua etiam corpus, *indumentum*, induetur. Sicut graminis viror & decus est vestimentum graminis, Matth. VI. 30, sic gloria cœlestis est domicilium & amictus totius hominis, cœlum intrantis.

3 εἴγε καὶ, *siquidem etiam*) Illud, quod v. 2 optatur, locum habet, si nos vivos inveniat dies novissimus.

¶ ἐνδυσάμενοι, *induti*) Corpore induti sumus. v. 4 init. **)

¶ οὐ γυμνοὶ) *non nudi* a corpore hoc, i. e. defuncti.

¶ εὑρεθησόμεθα) *inveniemur*, a die Domini.

4 καὶ γὰρ, *& enim*) Causa *desiderii*.

¶ στενάζομεν βαρούμενοι, *gemimus gravati*) Proprius sermo. Onus suspiria exprimit.

¶ ἐκδύσασθαι) *exuere* corpus. Non agnoscit fides philosophicum corporis a Creatore dati fastidium.

5 κατεργασάμενος, *parans*) per fidem.

¶ εἰς αὐτὸ τοῦτο) *ad hoc ipsum*, sc. ut ita suspiremus. Rom. VIII. 23. ***)

¶ καὶ) *etiam*. Novum indicium.

¶ τὸν ἀρραβῶνα, *arrhabonem*) c. I. 22 not.

¶ τῆς πνεύματος, *Spiritûs*) suspiria operantis.

6 θαρροῦντες) Antitheta: θαρροῦντες ἓν πάντοτε, θαρροῦμεν δὲ καὶ εὐδοκοῦμεν μᾶλλον κτλ. Vtrivis parti sua subjungitur explicatio: *cum semper* & in omni vita *confidimus; tum vero confidimus maxime* spe discessus beati.

¶ καὶ) &.

¶ ἐνδημοῦντες· ἐκδημοῦμεν) Hæc duo verba hic commorationem denotant: at v. 8, ubi commutantur, profectionem.

¶ ἐκδημοῦμεν) *peregrinamur*. In hoc ipso verbo latet causa *fiduciæ*. nam peregrinator patriam habet, sive cito sive tardius eo perventurus. Hebr. XI. 14.

¶ ἀπὸ τοῦ κυρίου, *a Domino*) Christo. Phil. I. 23.

7 διὰ πίστεως, *per fidem*) Non videre, prope tantundem est, atque disjunctum esse.

¶ γὰρ, *enim*) Ref. ad ἀπὸ, *a*.

¶ περιπατοῦμεν, *ambulamus*) in mundo. Sic, πορεύεσθαι, Luc. XIII. 33.

¶ οὐ διὰ εἴδους, *non per [speciem*) LXX מראה *visionem*, *adspectum*, *speciem*, vertunt εἶδος. vid. præcipue Num. XII. 8: ἐν εἴδει, καὶ οὐ δι' αἰνιγμάτων it. Ex. XXIV. 17. Opponuntur inter se fides & species: fides in morte terminum habet, h. l. Ergo tum incipit species.

8 δὲ, *vero*) Epitasis, coll. v. 6 not.

¶ εὐδοκοῦμεν) *ita decretum habemus, valde gratum nobis fore.*

¶ ἐνδημῆσαι) *domum ire*. v. 6 not.

¶ πρὸς τὸν κύριον, *ad Dominum*) Phil. I. 23.

9 διὸ καὶ, *ideo etiam*) ut assequamur, quod optamus.

¶ φι-

*) *Consentit S. R.* Moschius *in seinem* Bibelfreund, *recensente D.* Ernesti, *Bibl. th.* nouiss. *T. II. p. 409.* E. B.

**) *Lectionem* ἐκδυσαμενοι, *a cel.* Moschio *hoc sensu*, Wiewol wir doch nicht ohne Leib seyn werden, wenn wir auch den jetzigen ausziehen, *assumtam approbat cel. D.* Ernesti, *Bibl. th. l. c. p. 410.* Bengelius, *cur* ἐνδυσάμενοι *præferat, per allegationem* v. 4 init. *non obscure innuit.* E. B.

***) *Hoc ad c. IV. 16*, ὁ ἔσωθεν ἀνθρωπος ἀνακαινοῦται, *D.* Ernesti *refert*, parenthesin *constituens a c. IV. 16 ad c. V. 4 progredientem.* (*Bibl. th.* nouiss. *T. I. p. 900*). *At non prorsus videri queat opportunum esse, ut, quum c. V. 6 ss. aperte ad ea respiciatur, quæ c. V. 1-4 prolata sunt*, solus *versus 5 intermedius ad ea lectorem remittat, quæ finiente v. 16, ex ista hypothesi, abrupta sunt.* E B.

¶ φιλοτιμούμεθα *contendimus*) Hæc una φιλοτιμία, ſive *ambitio* legitima.

¶ εἴτε, *ſive*) Conſtr. cum *bene placentes eſſe.*

*) ¶ ἐνδημοῦντες, *domi verſantes*) in corpore.

¶ ἐκδημοῦντες) *decedentes*, ex corpore.

¶ εὐάρεστοι, *bene placentes*) præſertim in miniſterio.

10 τες γὰρ πάντας, *omnes enim*) Convenienter, de morte, reſurrectione & vita æterna agens, etiam de judicio cogitat. Motivum ſanctæ illius *ambitionis.*

¶ πάντας ἡμᾶς, *omnes nos*) etiam apoſtolos, ſive peregrinantes ſive decedentes.

¶ φανερωθῆναι) non modo *comparere* in *corpore*, ſed *manifeſtos fieri* cum occultis noſtris. 1 Cor. IV. 5. Etiam peccata fidelium prudem remiſſa patebunt. nam multa eorum bene facta, pœnitentia, vindicta contra peccatum, ut plane diſpaleſcant, requirunt revelationem peccatorum. Si quis fratri ignovit offenſam, etiam offenſa patebit. &c. Sed id fiet ipſis volentibus, ſine pudore & dolore. nam erunt alii, ac fuerant. Revelatio illa fiet, indirecte, ad majorem eorum laudem. Conſideremus rem altius.

§. 1. Dicta Scripturæ ſacræ de remiſſione peccatorum ſunt longe ſignificantiſſima. Peccata teguntur: non reperiuntur: jacta ſunt retrorſum: in pelago demerſa: diſſipata ut nubes ac nebula: ſine recordatione. Itaque apud omnes, qui in judicio a dextris ſtabunt, ne atomus quidem peccati hærebit.

§. 2. Viciſſim, Dicta de omnibus omnium hominum operibus in judicium proferendis ſunt univerſalia Eccl. XII. 14. Rom. XIV. 10. 1 Cor. III. 13 ſſ. IV. 5. &c.

§. 3. Congruit locus 2 Cor. V. 10, ubi apoſtolus ex manifeſtatione omnium, ſive domum euntium ſive peregrinantium, coram tribunali Chriſti, infert *TIMOREM* Domini ac ludicis, v. 11. 12, eumque timorem non modo reprobis, ſed etiam ſibi & ſui ſimilibus cordi eſſe declarat. Is timor apud ſanctos, ſuppoſita ſententia de peccatis eorum non revelandis, nullus erit. Porro Paulus ſe & ſui ſimiles manifeſtatum iri dicit non modo eatenus, quatenus rem bene in ſumma geſſerint, ſed etiam quatenus ulla ex parte defecerint. Mirabilis eſt apud eos, qui ſervantur, mercedis varietas: effectumque demerita habent, non ad pœnam quidem, ſed tamen ad jacturam mercedi oppoſitam. 1 Cor. III. 14. 15. coll. 2 Cor. I. 14. Phil. II. 16. IV. 1. Illud, *ut quilibet accipiat* &c. docet, apud juſtos manifeſtatum iri defectus quoque. Nam ita demum patebit, cur quivis accipiat hoc mercedis, quod accipit, non minus, non plus. Reddet Dominus cuique, VTI opus ejus erit.

§. 4. Quare dicta § 1 citata non debemus nimium premere. Peccata electorum præterita non deſinent eſſe objecta divinæ omniſcientiæ ſempiternæ, quanquam ſine ulla offenſa & exprobratione. Et hoc unum pluris eſt, quam patefactio peccatorum coram omnibus creaturis, ſi hæc etiam perpetua eſſet, nedum in uno judicii die, ubi non ut commiſſa, ſed ut per

*) *Lectionem* εἴτε ἐκδημοῦντες εἴτε ἐνδημοῦντες, *inverſo ordine, receptæ textûs lectioni æqualem conſtituit* utriusque Editionis *margo.* *Quodſi* Not. crit. (*Appar. Ed. II. P. IV. nro. XIV. p. 896*) *cum* Vers. germ. *comparetur: videtur b. Auctor &* ordinem *&* ſignificatum *verborum, qualem* Gnomon *exhibet, poſtea mutaſſe.* *Nam* Not. crit. *habet:* ἐνδημοῦντες, domum euntes, *non,* domi verſantes; *&* Vers. germ.: Wir mœgen in der Fremde ſeyn (*i. e.* ἐκδημοῦντες) oder heimgehen (i. e. ἐνδημοῦντες,). E. B.

per pœnitentiam retractata & deleta peccata occurrent.

§ 5. Neque apud ipsos electos propria ipsorum peccata desinent esse objectum recordationis suæ, quanquam sine ulla molestia. Cui multum remissum est, is multum diligit. Æterna magni debiti condonati recordatio erit fomentum maximi amoris.

§ 6. Tanta verbi divini est efficacia apud homines in hac vita, ut a spiritu separet animam, Hebr. IV. 12, & occulta cordis recludat, 1 Cor. XIV. 25. Pudor admissorum ac remissorum est *animæ*, non *spiritûs*. Homines in flagitiis se volutantes, sæpe occulta sua jactant: desperati, nihil celant. Gratia vero, multo potentior, plane ingenuos facit suos. Vere pœnitentes ad apertissimas confessiones occultorum malorum summa cum lubentia progrediuntur. Act. XIX. 18. Quanto magis in illo die ferent, se patefieri, plane absorpta affectuum naturalium teneritudine? conf. 1 Cor. VI. 9. 11. Talis candor magnam pacem & laudem confert. Si in judicio esset locus apud justos v. gr. pudori, ea, credo, peccata, quæ hodie plurimum teguntur, minus molesta forent, quam ea, quorum hodie minus pudet. Pudet nos hodie eorum maxime peccatorum, quæ adversus verecundiam sunt. Jure major esse debebat pudor aliorum peccatorum, ex gr. adversus tabulam primam.

§. 7. Adamum esse salvum, non dubitamus. at lapsus ejus in perpetuum memorabitur. nam aliter restitutio per Christum facta qui celebrari digne possit in cœlo, non capio. Davidis cum Vria negotium, Petri abnegatio, Sauli persecutio, aliorum peccata, ipsis remissa, tamen in V. & N. T. tam diu scripta exstant. Si hoc non obstat remissioni pridem factæ, ne in judicio quidem extremo mentio peccatorum obstabit remissioni. Non omnis manifestatio delictorum est pars pœnæ.

§ 8. Tam arctum nexum bona & mala, tam inseparabilem invicem respectum habent, ut bonorum revelatio sine malis intelligi non possit. Quodsi quædam peccata sanctorum patefient, consentaneum est, omnia in lucem proditura. Facit hæc sententia ad gloriam omniscientiæ & misericordiæ divinæ: & tali pacto rationes judicii in alios benigni, in alios severi egregie invicem elucescent, cum ἀκριβείᾳ retributionis.

§ 9. Non dico, omnia omnium beatorum peccata omnibus creaturis actu & distincte perspectum iri. Maledicti fortasse ea non cognoscent: justi non habebunt, cur inter se vereantur. Peccata eorum, luce magni illius diei omnia retegente, non erunt manifestata *directe*, ut fit apud reos, qui plectuntur, (unde Matth. XXV nulla eorum mentio:) sed *indirecte*, quoad conveniens fuerit: quemadmodum in foro humano plenam *speciem facti* multa sæpe ingredi solent obiter. Et tali modo bona quoque opera reproborum manifesta fieri poterunt. In luce omnia nosci possunt, sed non omnes omnia nosunt.

§ 10. Hæc consideratio timorem nobis in posterum incutere debet: incussit enim apostolis, ut hic locus 2 Cor. V docet. Quod si ob præterita manifestationem illam refugiunt animæ teneriores; rite instructæ ex iis, quæ dicta sunt, præsertim § 6, acquiescent. Sæpe veritas, quæ initio amara videbatur, penitius introspecta dulcescit. Si quem amo ut me ipsum, ei licet mea pace omnia de me scire, quæ de me egomet scio. Multa aliter judicabimus, in multis aliter affecti fiemus, donec illuc perveniamus.

¶ κομίσηται, *referat*) Hoc verbum non solum de præmio vel pœna, sed etiam de actionibus, quas præmium vel pœna ex-

excipit, dicitur. Eph. VI. 8. Col. III. 25. Gal. VI. 7.

¶ ἕκαστος, *quisque*) seorsum.

¶ τὰ διὰ τοῦ σωματος) Homo, cum corpore, agit, bene vel male: homo cum corpore, mercedem capit. conf. Tertull. de resurr. carnis, c. XLIII. τὰ-πρὸς ἅ, *ea* intima, *ad quae* extrinsecus *egit*. διὰ τοῦ σώματος, dum is *corpus* habuit. v. 6. 8. c. IV. 10. conf. διὰ, Rom. II. 27.

¶ εἴτε ἀγαθὸν εἴτε κακὸν, *sive bonum sive malum*) Constr. cum *egit*. Nemo potest simul & bonum & malum facere.

11 s) πείθομεν, *persuademus*) ita nos gerimus, & vehementer & modice agendo, v. 13. ut homines, nisi nolint, probare nos possint. Confer, quæ de conscientiis dicit, mox & c. IV. 2. Opponi solent πείθειν & ἀναγκάζειν. vid. ad Chrysost. de Sacerd. p. 396. 392 f.

¶ πεφανερωμεθα, *manifestati sumus*) manifestos nos præbemus & gerimus. Tales qui sunt, sine terrore possunt *manifestari* in judicio. v. 10.

¶ ἐλπίζω, *spero*) *Manifestatum esse* est præteritum: *spes* est rei futuræ. Sperat Paulus aut *manifestationis* jam factæ fructum, aut ipsam *manifestationem* adhuc futuram.

¶ συνειδήσεσιν, *conscientiis*) Pluralis habet gravitatem. [*Fit aliquando, ut quis talium quoque conscientiae manifestatus sit, qui rem conantur dissimulare.* V. g.]

12 γὰρ, *enim*) Ætiologia, cur existimandum relinquat conscientiæ Corinthiorum.

¶ διδόντες, *dantes*) Subaudi *scribimus*, aut simile verbum generale, cujus vis continetur in speciali *commendamus*. Simile participium, cap. VII. 5. XI. 6. Argumenta, inquit, vobis præbemus gloriandi de nobis.

¶ καυχήματος, *gloriationis*) de nostra sinceritate: tantum abest, ut demum opus esse commendatione nostri putem.

¶ ἔχητε, *habeatis*) repete, *occasionem*.

¶ ἐν προσώπῳ. καὶ ȣ̓ καρδίᾳ· *in facie: & non corde*) Idem antitheton, 1 Sam. XVI. 7 LXX, & alio modo, 1 Thess. II. 17.

¶ καρδίᾳ) *corde*. Hæc Pauli vena erat: ab ejus corde fulgebat veritas ad conscientias Corinthiorum.

13 εἴτε ἐξέστημεν· εἴτε σωφρονοῦμεν) Illud tractatur v. 15-21: hoc, c. VI. 1-10. Alterius verbi vis patet ex altero: *ultra modum*, vel *modice*, agere. nimius videri Paulus poterat ex Symperasmate, quod dedit versu præc. [*tantis videlicet encomiis munus suum ornans.* V. g.]

¶ θεῷ, *Deo*) scil. *ultra modum egimus*, quamvis homines non capiant nos.

¶ ὑμῖν, *vobis*) Etiam pii æquiore animo ferunt doctorum moderationem, quam ἔκστασιν, *excessum*: sed horum est obsequi Spiritui.

14 γὰρ, *enim*) Eadem sententia c. XI. 1. 2, sed cum incremento. nam hîc *ultra modum egimus* ait & *amor*: illic *insipientiae* & *aemulor*.

¶ ἀγάπη) *amor*, mutuus: non modo *timor*. v. 11. *amor* Christi, erga nos, quam maxime, & inde noster quoque amor erga illum. [*Quod* amorem *h.l. dicit apostolus, qui fines migrare fortassis videri queat, id vel* æmulationem *postea nuncupat, quae* metu *ad* insipientiam *usque concitetur, c. XI. 1-3.* V. g.]

¶ συνέχει, *distinet*) ut nos & Deo & vobis probare conemur.

15 κρίναντας, *judicantes*) judicio verissimo

s) τὸν φόβον, *timorem*] Cohel. XII. 13. *V. g.*

¶ ἀνθρώπȣς, *hominibus*] Multis, quæ ipse *DEVS* facit, non probantur: quibus quî probari queant, quæ faciunt *serui* Ejus? Quid consilii? Audis, lector, hoc ipso loco. *V. g.*

simo. Amor & judicium non obstant inter se, apud spirituales.

¶ ὑπὲρ πάντων, *pro omnibus*) pro mortuis & viventibus.

¶ ἄρα οἱ πάντες, *igitur hi omnes*) Hinc summa vis τῦ ὑπὲρ, *pro*, & summa magnitudo mysterii patet. non modo tantundem est, ac si omnes essent mortui, sed omnes mortui sunt. neque mors, neque alius ullus hostis, neque ipsi potestatem sui habent: toti sunt in potestate Redemtoris. οἱ habet vim relativam ad πάντων, *omnibus*. Apta universalitas: Doctores urgent, auditores urgentur; quia pro utrisque mortuus est Christus.

¶ ἀπέθανον, *mortui sunt*) neque jam se ipsi respiciunt. Quod omnium est, id inprimis ad se applicant generosi amatores Redemtoris. *Mors* facta in morte Christi.

¶ καὶ, ℈) Hoc quoque pendet ab ὅτι, *quod*. Primum illa inter se respondent, *unus* & *pro omnibus*: deinde, *mortuus est* & *vivant*.

¶ οἱ ζῶντες, *viventes*) in carne.

¶ ἀλλὰ, *sed*) scil. *vivant*, in fide & vigore novo. Gal. II. 20.

¶ τῷ) non dicit, ὑπὲρ τῦ. Dativus est commodi, ut appellant: ὑπὲρ, plus notat.

¶ καὶ ἐγερθέντι, ℈ *excitato*) Hîc non subauditur *pro illis*; nam non congruit cum phrasi apostolica: sed analogum quiddam, v. gr. ex Rom. XIV. 9.

16 ἀπὸ τῦ νῦν, *ab hoc tempore*) ex quo amor Christi nos occupavit. Etiam hæc epistola gradu differt a priore.

¶ ἕδενα, *neminem*) neque nos ipsos, neque alios apostolos, Gal. II. 6, neque vos, neque alios. magnos non timemus, tenues non ducimus nobis tenuiores. omnia agimus & patimur, & omni modo curamus, ut omnes adducamus ad vitam. In hac *ecstasi*, (v. 13.) imo in hac *morte*, (v. 15.) neminem novimus superstitum, etiam in ministerio nostro.

¶ κατὰ σάρκα, *secundum carnem*) secundum statum veterem, ex nobilitate, divitiis, opibus, sapientia. [*ut ex respectibus naturalibus hoc illudue vel ageremus vel omitteremus.* V. g.]

¶ εἰ δὲ καὶ ἐγνώκαμεν) οἶδα & ἔγνωκα differunt. 1 Cor. II. 8. 11. VIII. 1 seq. Tolerabilior erat talis cognitio ante mortem Christi. tum enim erant dies carnis.

¶ κατὰ σάρκα, *secundum carnem*) Constr. cum ἐγνώκαμεν, *cognovimus*.

¶ χριστὸν, *Christum*) Non dicit hîc, *Iesum*. Appellatio *Iesu* est quodammodo *spiritualior*, quam *Christi*: & *Christum cognoscunt secundum carnem*, qui eum non *mundi*, v. 19, sed *Israëlis* duntaxat, c. XI. 18 not. agnoscunt Salvatorem, & sibi eo nomine gratulantur, quod sint ex ea gente, ex qua Christus ortus est, & in ejus gloria splendorem politicum, in pristino ejus ante passionem aspectu & auditu qualicunque excellentiam, in ejus cognitione fructum sensuum naturalium quærunt, neque ad illum fructum enituntur, qui hîc describitur, & ex ejus morte ac resuscitatione deducitur. v. 15. 17 f. coll. Ioh. XVI. 7. Rom. VIII. 34. Phil. III. 10. Luc. VIII. 21.

17 εἴ τις ἐν χριστῷ, *si quis in Christo*) ita, ut Christo vivat: *) *si quis* eorum, qui nos

*) *Penitissimæ* communionis cum Christo *descriptiones hujusmodi nunquam sane exhauriuntur eâ interpretandi methodo, quæ humanæ rationis captui nimis liberaliter sese accommodat. Neque est, cur* vel mysticismi (*vel fanaticismi, si placet*) *vel reliquarum* ignominiæ *specierum formidine abduci nos a recto tramite patiamur. Malim equidem sive* eruditorum *sive* idiotarum plebeculæ *annumerari, quam diuini amoris* mysteriorum *quidquam, in gratiam sensus humani, nunquam talia capientis, ullo modo extenuare.* E. B.

nos audiunt &c. Observa correlatum, *nos in Christo*, h. l. *Deus in Christo*, v. 19. Christus ergo mediator & reconciliator.

¶ καινὴ κτίσις, *nova creatura*) Non solum Christianus ipse novum quiddam est, sed ut Christum ipsum non secundum carnem novit, sed secundum vim vitæ & resurrectionis, sic & se ipsum & omnia pro novitate illa intuetur æstimatque. De hac, Gal. VI. 15. Eph. IV. 24. Col. III. 10.

¶ τὰ ἀρχαῖα, *vetera*) Hæc appellatio fastidium aliquod ostendit. vid. Gregor. Thaum. Paneg. cum annot. p. 122. 240.

¶ παρῆλθεν, *transiverunt*) ultro, ut nives vere novo.

¶ ἰδοὺ, *ecce*) Demonstrativum rei præsentis.

18 τὰ δὲ πάντα, *haec autem omnia*) quæ a v. 14 dicta sunt. Infert Paulus ex morte Christi, obligationem suam erga Deum. v. 13.

¶ ἡμᾶς, *nos*) *mundum*, & nominatim apostolos. conf. v. seq. ubi rursum subjungitur *in nobis*. Illud *nos* inprimis complectitur apostolos, sed non solos. nam initio v 18 jam late patet oratio. Sic sæpe Subjectum in eadem oratione variat, neque tamen mox diserte additur nota diversitatis.

¶ ἡμῖν, *nobis*) apostolis.

¶ τὴν διακονίαν, *ministerium*) *sermonem*, v. seq. *Ministerium* dispensat *sermonem*.

19 ὡς ὅτι) Particulæ declarantes.

¶ ἦν καταλλάσσων) *erat, reconcilians*. conf. v. 17 not. *) Tempus verbi ἦν declaratur v. 21.

¶ ἐν χριστῷ· ἐν ἡμῖν· *in Christo: in nobis*) Hæc inter se respondent.

¶ κόσμον, *mundum*) infensum antea.

¶ καταλλάσσων· μὴ λογιζόμενος· *concilians: non imputans*) Eadem res affirmativis, & negativis verbis solet amplificari.

¶ τὰ παραπτώματα) *offensas* multas & graves.

¶ θέμενος, *ponens*) sicut interpreti committitur, quid loqui debeat.

20 ὑπὲρ χριστοῦ, *pro Christo*) Christus, fundamentum *legationis* divinitus missæ.

¶ πρεσβεύομεν· δεόμεθα· *legatione fungimur: rogamus*) Duo quasi extrema, inter se opposita; quæ pertinent ad τὸ *ultra modum egimus*: horum antitheton, inter extrema illa medium, *adhortamur*, c. VI. 1. X. 1. quod pertinet ad τὸ σωφρονοῦμεν, *moderate agimus*. Ideo sermo apostolicus plerunque παρακαλεῖ, *adhortatur*: quum τὸ *legatione fungimur* habeat majestatem, τὸ *rogamus* submissionem non quotidianam. c. X. 2. [*Conf 1 Thess. II. 6. 7.*] Utroque verbo non tam, quid nunc faciat, Paulus indicat, quam quid in toto suo munere. alteri τὸ *pro Christo* præponitur, emphaseos causa, coll. verss. anteced. Mox alterum, eadem de causa, prius ponitur.

¶ καταλλάγητε, *reconciliamini*) esse reconciliati.

21 τὸν) *eum, qui* non norat peccatum; qui nulla egerat reconciliatione. Elogium Iesu proprium. Maria non erat ἡ μὴ γνοῦσα *quae non norat* peccatum.

¶ ἁμαρτίαν ἐποίησεν, *peccatum fecit*) *peccatum* ita, uti nos *justitia*. Quis auderet sic loqui, nisi Paulus præiret? Conf. Gal. III. 13. Ideo Christus etiam derelictus in cruce.

¶ ἡμεῖς) *nos*, qui non noramus justitiam, qui debueramus consumi, nisi reconciliatio inventa esset.

¶ ἐν αὐτῷ, *in eo*) in Christo. Antitheton, *pro nobis*.

CAP.

*) *Haut abs re fuerit, ipsam optimi Saluatoris declarationem huc referri, quae exstat Joh. XIV. 10: ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί.* — *Eundem locum ab* Attone *collatum esse, scriptâ jam hac notulâ disco ex cel. D.* Ernesti *Bibl. crit. T. X. p. 127.* E. B.

CAP. VI.

1 Συνεργοῦντες, *cooperantes*) Non modo ut *legati Dei*, vel contra, ut *rogantes*, vobiscum agimus; sed etiam, ut amici vestri, *cooperamur* vobis ad salutem vestram. [*Hoc est medium inter gravitatem legatorum, & inter submissam rogationem, c. V. 20. Id est, omnia experimur.* Not. crit.] nam vos debetis salutem vestram *operari* Phil. II. 12. *cooperatio* describitur v. 3 s. *adhortatio*, v. 2. 14 s. [*usque ad c. VII. 1.* V. g.] Ab Iudaismo deterret, ut *legatus*, & *rogando*: ut *cooperans* deterret ab ethnicismo. In omnes ejusmodi formas non nisi *sanctus* evangelii minister vertere se potest.

¶ καὶ) *etiam.*

τ. τὴν χάριν, *gratiam*) de qua c. V. 18 s. [*& c. VI. 2. 17. 18.* V. g.]

¶ δέξασθαι) Hoc deducitur ex δεκτῷ. Gratia divina se offert, fides & obedientia humana se permittit.

2 λέγει, *dicit*) Pater ad Messiam, Es. XLIX. 8, omnes in eo fideles amplectens.

¶ γὰρ, *enim*) Describit *gratiam.*

¶ δεκτῷ, *accepto*) divini beneplaciti. Hinc Paulus mox infert correlatum, εὐπρόσδεκτος, *bene acceptum*, ut nobis quoque gratum sit.

¶ ἐπήκουσά σου) *audivi te*, orantem.

¶ ἐν ἡμέρᾳ, *die*) Luc. XIX. 42. Hebr. III. 7.

¶ ἰδοὺ νῦν, *ecce nunc*) Summa *adhortationis*, v. 1 per sermocinationem proposita.

3 ἐν μηδενὶ, *in nullo*) Resp. ἐν παντὶ, *in omni.* v. seq.

¶ διδόντες, *dantes*) Participium pendet ex v. 1.

¶ προσκοπὴν, *offensionem*) quæ esset, si careremus patientia & ceteris, quæ mox memorantur.

¶ ἡ διακονία, *ministerium*) Abstractum. Concretum v. 4, *Dei ministri.*

4 διάκονοι, *ministri*) Hoc majorem vim habet, quam si scripsisset διακόνους, *ministros.*

¶ ὑπομονῇ, *patientia*) Hæc primo loco ponitur. c. XII. 12. Sequuntur, *castitas* &c. v. 6. Insignis Gradatio.

¶ πολλῇ, *multa*) Sequuntur ter tria patienda, quibus *patientia* exercetur, *pressurae-, plagae-, labores-.* Primus ternarius continet genera; secundus, species adversorum; tertius, spontanea. Et notanda singulorum varietas, plurali numero expressa.

¶ ἐν θλίψεσιν, ἐν ἀνάγκαις, ἐν στενοχωρίαις· *in pressuris, in necessitatibus, in angustiis*) Affinia hæc vocabula & inter se & cum aliis varie junguntur. c. XII. 10. 1 Thess. III. 7. Rom. II. 9. VIII. 35. Luc. XXI. 23. In *pressuris*, complures patent viæ, sed difficiles; in *necessitatibus* una, difficilis; in *angustiis*, nulla.

5 ἀκαταστασίαις, *seditionibus*) vel contra nos, vel propter nos.

6 ἐν γνώσει) γνῶσις sæpe dicit *aequitatem*, quæ commodas rerum austeriorum interpretationes amat & admittit: & congruit, quod sequitur, *in longanimitate.* conf. 2 Petr. I. 5. 1 Petr. III. 7 not.

¶ ἐν μακροθυμίᾳ, ἐν χρηστότητι, *in longanimitate, in benignitate*) Hæc nomine unius virtutis junguntur etiam 1 Cor. XIII. 4.

¶ ἐν πνεύματι ἁγίῳ, *in Spiritu sancto*) ut semper habeamus præsentem Spiritum sanctum, semper vigeamus, etiam in exserendis donis miraculosis. 1 Thess. I. 5. Sequitur continuo, *in amore*, qui præcipuus fructus est *Spiritus*, & usum donorum *spiritualium* gubernat.

7 δεξιῶν καὶ ἀριστερῶν) per arma *offensiva*, quum floremus; & *defensiva*, quum laboramus. Milites κλίνειν, ἄγειν, ἐπιστρέφειν ἐπὶ δόρυ aut ἐπὶ ξίφος, *ad dextram*; ἐπὶ ἀσπίδα, ἐφ' ἡνίαν aut χαλινὸν, *ad laevam* significat, perinde ut Gallis

lis *manus freni* dicitur læva; *lanceæ*, dextra. adde Not. ad Chryſ. de Sacerd. p. 464. Hæc ita collocavit Paulus, ut ſimul facerent tranſitionem. nam modo de armis dextris egit, de ſiniſtris ſtatim acturus.

8 δόξης, *gloriam*) Δόξα, *gloria* & ἀτιμία *dedecus* proficiſcitur ab iis, qui auctoritate pollent, & cadit in præſentes: *infamia* & *bona fama*, apud multitudinem, in abſentes. [*Porro*, gloria *ab iis proficiſcitur, qui, qualis ſit miniſter DEI, agnoſcunt*: dedecus *ab iis, qui non agnoſcunt, adeoque alios, in rebus ſeculi hujus qualemcunque opellam nauantes, pluris æſtimant.* Infamia *ab ignorantibus et maleuolis*: bona fama, *a bene informatis pariter atque animatis. Quanto quis vel* gloriæ *vel* bonæ famæ, *tanto etiam vel* dedecoris *vel* infamiæ *plus minusue habet.* V. g.] Contraria concinne miſcentur.

¶ δυσφημίας, *infamiam*) Hanc ſi ne apoſtoli quidem effugerunt, quis effugere poſtulet?

¶ ὡς πλάνοι, *ut ſeductores*) Summa *infamia.*

¶ ἀληθεῖς, *veraces*) apud fideles, & re ipſa.

9 ἀγνοούμενοι, *ignoti*) [*ita ut vel plane ignoremur & negligamur, vel habeamur prorſus alii quam qui reapſe ſumus.* V. g.] Gal. I. 22. Col. II. 1.

¶ ἐπιγινωσκόμενοι) *agniti.*

¶ t) ἰδοὺ, *ecce*) repente, contra ſpem.

10 ἀεὶ) *quovis tempore*, quoties triſtati eramus.

¶ πλουτίζοντες, *locupletantes*) ſpiritualiter.

¶ πάντα κατέχοντες, *omnia tenentes*) ne aliis pereant.

11 τὸ στόμα, ος) Symperaſma, quo viam ſibi præparat Paulus, ut ex laude miniſterii evangelici a c. II. 14. hucusque deducti derivet *adhortationem* ad Corinthios.

¶ ἀνέῳγε, *apertum eſt*) aperuit ſe. Sane ſingulare quiddam habet hæc epiſtola.

¶ κορίνθιοι, *Corinthii*) Rara & præſentiſſima appellatio, quoddam quaſi privilegium Corinthiorum exprimens. conf. Phil. IV. 15 not.

¶ ἡ καρδία, *cor*) Ab ore ad cor concludere debebant. Affinia ſunt, *apertum* eſſe & *dilatatum.*

¶ πεπλάτυνται, *dilatatum eſt*) *diffuſum eſt.* 1 Reg. IV. 29 רחב לב χύμα καρδίας, ὡς ἡ ἄμμος ἡ παρὰ τὴν θάλασσαν.

12 οὐ στενοχωρεῖσθε, *non angimini*) Indicativus. Antitheton: *dilatati eſtote.*

¶ ἐν ἡμῖν) *in nobis.* ἐν, *in*, proprie, uti c. VII. 3. Sat ſpatii habet cor noſtrum ad vos capiendos. Paulini cordis *latitudo* eadem eſt Corinthiorum, propter neceſſitudinem ſpiritualem, de qua v. 13.

¶ στενοχωρεῖσθε, *angimini*) anguſtia cordis, propter delictum nuperum.

¶ ἐν τοῖς σπλάγχνοις ὑμῶν, *in viſceribus veſtris*) quæ mea cauſa doluere.

13 τὴν) Subaudi κατὰ, *ſecundum.*

¶ αὐτὴν) *eandem:* ut eodem ſenſu ſitis, quo nos.

¶ ἀντιμισθίαν, *remunerationem*) quam mihi ut patri debetis. conf. Gal. IV. 12.

¶ ὡς τέκνοις λέγω, *ut liberis dico*) Innuit hac parentheſi, ſe nil grave & acerbum poſtulare.

¶ πλατύνθητε, *dilatamini*) Adhortatio duplex: Pandite vos primum Domino, deinde nobis. conf. c. VIII. 5. *dilatamini*, ut Dominus vos inhabitet: v. 14 - c. VII. 1. *capite nos*, c. VII. 2.

14 μὴ γίνεσθε, *ne fiatis*) Molliter, pro *ne ſitis.*

¶ ἑτεροζυγοῦντες, *cum parte aliena jugati*) Lev.

t) ἀποθνήσκοντες, *morientes*] c. XI. 23. *V. g.*

Lev. XIX. 19. *) LXX, τὰ κτήνη σε ἑ ετεροζύγῳ. Heterogenea sunt, fidelis & infidelis. *Iugo* vicina est notio *servitutis*. Affine verbum הכלאים Num. XXV. 5. Deterret apostolus Corinthios a connubiis infidelium, coll. 1 Cor. VII. 39, *tantummodo in Domino*. Eas tamen rationes adhibet, quæ etiam ab reliquo cum infidelibus commercio propiore eos deterreant. conf. v. 16. cum 1 Cor. VIII. 10. X. 14 seqq.

¶ ἀπίστοις, *infidelibus*) ethnicis. Omnes peregrinitatis fibras evellit.

¶ τίς, *quæ*) Quinque interrogationes: quarum tres primæ vim habent argumenti; quarta, *aut quæ*, & quinta, simul conclusionis.

¶ δικαιοσύνη καὶ ἀνομία, *justitiæ & injustitiæ*) Status fidelium & infidelium, diversissimus.

15 βελίαρ, *Belial*) Semper græcis verbis exprimunt LXX, בליעל Hebraicum: hoc autem loco Hebraicum euphenias gratia Paulus adhibet. Est hoc appellativum, 1 Sam. XXV. 25. primumque occurrit Deut. XIII. 14. Hiller. Onom. S. p. 764: *Belijahal, sine adscensu: i. e. infimæ conditionis, humilimi & obscuri loci. B. Paulus Satanam Belial vocat.* Veruntamen Satanas Deo, *Christo* autem Antichristus opponi solet: quare hîc quoque *Belial*, Christo oppositus, omnem colluviem antichristianam notare videtur. **)

16 συγκατάθεσις) LXX. Ex. XXIII. 1. ἐ συγκαταθήσῃ μετὰ τῦ ἀδίκυ.

¶ μετὰ εἰδώλων, *cum idolis*) Non dicit: μετὰ ναῦ εἰδώλων, *cum templo idolorum*, (quamvis *templo* subaudit Syrus:) nam idola non inhabitant cultores suos.

¶ ὑμεῖς, *vos*) Quæ Israëli promissa sunt, pertinent etiam ad nos.

¶ ἐνοικήσω λαὸς, *inhabitabo-populus*) Lev. XXVI. 11 f. LXX, θήσω τὴν σκηνήν μυ ἐν ὑμῖν· καὶ ἐμπεριπατήσω ἐν ὑμιν, καὶ ἔσομαι ὑμῶν θεὸς· καὶ ὑμεῖς ἔσεσθέ μοι λαός. Unum versum citat Paulus; totam periocham vult repetitam censeri.

¶ ἐμπεριπαλήσω, *inambulabo*) Divinam præsentiam perpetuam significat *inhabitabo*, *inambulabo* operationem. Materia de inhabitatione Dei gratiosa in anima & corpore sanctorum, declarari potest ex contrario, de obsessione spirituali & corporali; ut omnis œconomia mali & boni inter se conferri possunt secundum rationes contrarias.

¶ ἔσομαι, *ero*) Summa divini fœderis. Ex. VI. 7. Hebr. VIII. 10.

¶ θεὸς· λαος· *Deus: populus*) Gradatio, *in*

*) *Hoc ipso Scripturæ loco ad illustrandum vocis* ἑτεροζυγεῖν *significatum cel. D.* Ernesti *utitur, Bibl. th. T. II. p. 504 sq.* E. B.

**) *Quibus modis vel* diabolo *vel* hominibus *nomen istud competat, postquam ostendit S. R. D.* Crusius, *Hypomnem. P. I. p. 135 sq.; de ipsa* vocis origine *hæc porro suppeditat:* Vulgo בליעל vertunt *qui nullius est frugis, ein Taugenicht.* Rectius puto interpretandum esse, *qui nec ipse causam suam obtinet, nec cuiquam prodesse potest. Nam* יעל in Hiphil est *profuit;* in Kal, quod Ebraice inusitatum, putatur primum notasse *eminuit, ascendit*, quæ verbi significatio est apud Arabes, (vid. Celeberr. Io. Simonis Lexicon Ebr.) Atque sic apparet, cur *Belial* nomen dæmonum factum, quoniam de deastris gentilium, quibus colendis dæmones colebantur, et recte putabantur coli propterea, quod cultus ille per omnes gentes vigebat, gentiumque opes et fortuna illis tribuebantur, diligentissime inculcari solet, quod cultus ille nullo modo utilis, sed noxius futurus, spes vero in numinibus his posita inanis, et, quicquid de diuinitate illorum jactetur, vanum sit. Sæpe hoc expresse dicitur, e. g. Ier. II. 28. Hab. II. 18. 1 Sam. XII. 21. Sed eandem ob causam deastris quoque nomina a propheris ponuntur ignominiosa, cultusque vanitatem & damnum exprimentia. Veluti vocantur עֲצַבִּים *dolores*, אֱלִילִים *res nihili*, גִּלּוּלִים *stercora*, שִׁקּוּצִים *σκύβαλα*, תֹּהוּ *inane quiddam*, et similiter. — E. B.

in Patrem: in filios &c. v. 18. Ap. XXI. 3. 7. Ier. XXXI. 1. 9.

17 ἐξέλθετε - μὴ ἅπτεσθε) Es. LII. 11, ἀπόστητε ἀπόστητε, ἐξέλθετε ἐκεῖθεν, καὶ ἀκαθάρτου μὴ ἅψησθε· ἐξέλθετε ἐκ μέσου αὐτῆς, ἀφορίσθητε κτλ.

¶ ἐκ μέσου αὐτῶν, *ex medio eorum*) ex gentilibus.

¶ λέγει κύριος, *dicit Dominus*) Sequitur epitasis, dicit *Dominus omnitenens*. v. 18.

¶ ἀκαθάρτου, *impurum*) Masculinum. Es. LII. 11. 1. conf. Es. LXV. 5. Huc ref. *purificemus*, c. VII. 1.

¶ μὴ ἅπτεσθε, *non tangite*) Videre, cum opus est, non semper inquinat: Act. XI. 6. tangere, magis.

¶ εἰσδέξομαι, *intro recipiam*) tanquam in familiam aut domum. [*Conf. c. V. 1-10.* V. g.] Sumus foris: sed intromittimur. Respondet, *exite ex &c.* Deus est in sanctis: v. 16. & sancti sunt in Deo. εἰσδέχομαι respondet Hebræo נבך Ez. XX. 41. Zeph. III. 19. 20.

18 εἰς υἱὸς καὶ θυγατέρας, *in filios & filias*) Es. XLIII. 6. Promissio Salomoni data, 1 Chron. XXIX. (XXVIII) 6. applicatur ad omnes fideles.

¶ Κύριος παντοκράτωρ) *Dominus omnitenens.* Ex hac appellatione perspicitur magnitudo promissionum. Porro τὸ παντοκράτωρ *omnitenens* in N. T. alibi nusquam nisi in Ap. ponitur: hoc autem loco Paulus adhibet more LXX interpretum, quia locum V. T. citat.

CAP. VII.

1 Καθαρίσωμεν, *purificemus*) Hæc postrema pars est hortationis, quæ proposita erat c. VI. 1, & exhibita ibid. v. 14. Exhortationem concludit in prima persona. Antitheta, *impurum*, c. VI. 17. item, *inquinamento*. h. l. Idem officium ex simili fonte deducitur 1 Ioh. III. 3. Apoc. XXII. 11.

¶ μολυσμῷ, *inquinamento*) *Inquinamentum carnis*, v. gr. fornicatio; & *inquinamentum Spiritus*, idololatria, sæpe conjuncta erant apud gentes. Etiam Iudaismus, in puritate carnis occupatus, nunc est quodammodo *inquinamentum Spiritus.* Illi opponitur *sanctimonia*, huic *timor Dei*, (coll. iterum 1 Cor. X. 22.) promovens *sanctimoniam.*

¶ πνεύματος, *spiritûs*) Conf. Ps. XXXII. 2. LXXVIII. 8.

¶ ἐπιτελοῦντες, *perficientes*) usque ad finem. Cœpisse non satis est: finis coronat opus. Antitheta: ἄρχομαι, ἐπιτελέω, *incipio, perficio.* c. VIII. 6. 10. 11. Gal. III. 3. Phil. I. 6.

¶ ἁγιωσύνην, *sanctimoniam*) Resp. *separamini*, c. VI. 17.

¶ ἐν, *in*) Non dicit, καὶ φόβον, *& timorem.* Timor est sancta passio, quæ non *perficitur* studio nostro, sed duntaxat retinetur. [*Purus* DEI timor *cum ipsa lautissimarum* promissionum *consideratione conjunctus est. c. V. 11. Hebr. IV. 1.* V. g.]

2 χωρήσατε ἡμᾶς, *capite nos*) Summa eorum, quæ hoc capite & c. X seq. dicuntur.

¶ ἡμᾶς) *nos*, vestri amantes, vestra causa lætantes; & nostrum sensum, sermonem, actiones.

¶ οὐδένα ἠδικήσαμεν, οὐδένα ἐφθείραμεν, οὐδένα ἐπλεονεκτήσαμεν) Tria proponit per gradationem, quorum primum tractat a v. 4, ipso verbo ἀδικεῖν repetito, v. 12. Secundum, a c. X. 1, ipso verbo φθείρειν repetito, c. XI. 3. Tertium a c. XII. 13, ipso verbo πλεονεκτεῖν repetito, ib. v. 17. Periochæ tamen initium notavi in v. 11, cap. cit. Translitio potest ad antecedentia vel ad sequentia referri. Ipsius incisi illius, οὐδένα ἐπλεονεκτήσαμεν, tractatio incipit versu 13. Hoc ergo dicit: Nil est,

cur nos non capiatis. nam neminem læsimus, asperitate, tristitiam absorbentem pariente: imo ne deteriorem quidem fecimus elatiore agendi ratione: imo ne circumvenimus quidem per quæstum. in omni re consuluimus vobis & commodis vestris, coll. v. 9, idque gratis. Dum malum Corinthiis illatum esse negat, bona eis præstita innuit, sed modestissime oculos quasi avertens.

3 οὐ πρὸς κατάκρισιν, *non ad condemnationem*) Ostendit, se id, quod v. 2 dixit, non ideo dicere, quod existimet, Corinthios abhorrere a Paulo & collegis, sed dicere animo paterno, c. VI. 13: eamque existimationem, ut ostendat, quam longe ab illa absit, *condemnationem* vocat, nova sui demissione.

¶ προείρηκα, *ante dixi*) c. VI. 12.

¶ γὰρ, *enim*) Causa, cur nec ipse eos condemnet, & cur illi debeant ipsos capere.

¶ ἐν καρδίαις, *in cordibus*) Sic Phil. I. 7.

¶ εἰς τὸ συναποθανεῖν καὶ συζῆν, *ad una moriendum & una vivendum*) c. I. 6. IV. 12. Summa amicitia.

4 παρρησία, *fiducia*) v. 16. c. VI. 11.

¶ ὑπὲρ ὑμῶν, *pro vobis*) ad alios. antitheton, *ad vos.*

¶ παρακλήσει, *consolatione*) De hac, v. 6 f. de *gaudio*, v. 7 f. 16. de utroque, v. 13. *consolatio levat*, *gaudium* omnino liberat a tristitia.

¶ ὑπερπερισσεύομαι, *superabundo*) *super* omnia adversa.

¶ θλίψει, *pressura*) de qua v. 5. θλιβόμενοι, *pressi.* Huc pertinent, quæ commemoravit c. IV. 7 f. VI. 4 f.

5 σὰρξ, *caro*) Late sumitur hoc. expende τὸ φόβοι, *timores.*

¶ θλιβόμενοι) *pressi*, scil. eramus.

¶ ἔξωθεν, *extrinsecus*) a gentibus.

¶ ἔσωθεν, *intus*) a fratribus. conf. 1 Cor. V. 12. 2 Cor. IV. 16.

6 τὸς ταπεινὸς, *humiles*) Nam *erecti* & *elati* non capiunt solatium.

7 ἀναγγελλων) *renuncians*, exspectantibus. hæc vis verbi compositi. Nominativus pendet a *consolationem accepit:* sensus pertinet etiam ad τὸ *præsentia.*

¶ τὴν ὑμῶν ἐπιπόθησιν, *vestrum desiderium*) erga me.

¶ τὸν ὑμῶν ὀδυρμὸν, *vestrum fletum*) de vobis, peccatum non statim ultis.

¶ τὸν ὑμων ζῆλον, *vestrum zelum*) pro salvando spiritu peccatoris. Hæc tria recurrunt v. 11: sed cuilibet horum accedit syntheton aliquod. hîc autem parcius agit, & euphemias causa *desiderium* primo loco ponit, & *fletum* dicit, non *indignationem.*

¶ ὑπὲρ ἐμοῦ) *pro me.* Quia Corinthii zelum adhibuere, Paulus sublevatus est, quo minus exerceret zelum.

¶ ὥςτε με μᾶλλον, *ita ut ego potius*) Transitio occulta. Exstitit apud me non tam solatium, quam gaudium: gaudium *potius.* v. 13.

8 ἐν τῇ ἐπιςολῇ) *in epistola.* non addit, *mea.* mox etiam longius ab ea se removet, quum addit, ἐκείνη, *illa.*

¶ εἰ καὶ) *etiamsi.* Optarat Paulus, ut a Corinthiorum pœnitentia, si fieri posset, remota esset tristitia. Ter uno versu hanc particulam adhibet. item v. 12. Vide paternam ejus lenitatem: tantum non deprecatur.

¶ βλέπω, *video*) ex re ipsa.

¶ εἰ καὶ, *etiamsi*) In inciso hocce, ὅτι ἡ ἐπιςολὴ ἐκείνη εἰ καὶ πρὸς ὥραν ἐλύπησεν ὑμᾶς, formula εἰ καὶ vel ante se & post se comma habere debet, vel neque ante neque post. Causam explanat apostolus, cur ipsum haud pœniteat tristitiæ Corinthiis allatæ. Contristavit vos, inquit, epistola, tantummodo ad tempus, vel potius ne ad tempus quidem. Vnde etiam Chrysostomus illud, ὅτι πρὸς ὥραν ἐλύπησεν ὑμας, ita repetit in exegesi, ut εἰ καὶ præter-

prætermittat. Valde morata est εἰ καὶ particula, absolute posita. *Sextus* πρὸς ἀστρολόγον· Μεθ' ἡμέραν οὐδὲν τῶν προειρημένων δυνατόν ἐστι παρασημειοῦσθαι, μόνα δέ, εἰ καὶ ἄρα, τὰς τῆ ἡλίε κινήσεις. *ubi* εἰ καὶ ἄρα, ut appositе loquitur Devarius, *detrahit concessioni factæ*, Solis videlicet tantum motus observari posse: *si modo*, inquit, scil. ipsi motus Solis observari possunt. Vide Devar. de partic. Gr. in εἰ καὶ, nec non in ἀλλ' εἴπερ & ἀλλ' εἰ ἄρα, & Budæi Comm. L. Gr. f. 1390. ed. 1556. &, si placet, quæ notavi ad Gregorii Neocæs. Paneg. p. 174, de εἰ absolute posito. Percommode Lutherus, *Vielleicht*. Alii non observata particulæ vi, mire vexarunt hunc locum, ἁθρες apostolici plenissimum. Affinis locutio, εἰδὲ πρὸς ὥραν, Gal. II. 5.

9 νῦν χαίρω, *nunc gaudeo*) *Nunc* facit epitasin: non modo *non pœnitet* me, quia *tristitia* fuit *brevis; sed etiam gaudeo*, quia fuit *salutaris*.

¶ εἰς μετάνοιαν, *in pœnitentiam*) *In* hîc determinat speciem *tristitiæ*.

¶ κατὰ θεὸν, *secundum Deum*) *Secundum* hîc significat sensum animi, Deum spectantis & sequentis. In Deum non cadit tristitia: sed tristitia pœnitentium mentem cum Deo conformat. conf. κατὰ, *secundum*, Rom. XIV. 22. Col. II. 8. 1 Petr. IV. 6. Sic apud Philostr. in Heroicis, p. 665. κατὰ θεὸν ἥκω, *divino auspicio adsum*.

¶ ἐν μηδενὶ, *in nullo*) Congruit hoc cum affectu illo, ex quo apostolus loquitur etiam c. XI. 9, ἐν παντὶ, *in omni*.

¶ ζημιωθῆτε, *detrimentum pateremini*) Omnis tristitia, quæ non est *secundum Deum*, *detrimentosa* est, & mortifera. v. 10.

10 μετάνοιαν - ἀμεταμέλητον, *pœnitentiam - non pœnitendam*) Vi etymi μετάνοια proprie est mentis, μεταμέλεια voluntatis; quod illa sententiam, hæc solicitudinem vel potius studium mutatum dicat. Vnde *Thomas Gatakerus* Advers. misc. posth. c. XXIX, ubi de his pœnitentiæ vocabulis accuratissime agit, longam dissertationem hac anacephalæosi claudit: *Ita seriem habemus non* ὁλοχερῶς, *sed* ἀκριβῶς *delineatam, qua affectio ista a prima sui origine, quasi per gradus & incrementa quædam, ad* maturitatem, *ut cum Septimio loquar, justam tandem perducitur. Primo loco* animadversio *habetur, quod* שוב לב *pro* שוח לב *Hebræis dicitur: ab hac* erroris agnitio, μετάνοια resipiscentia *oritur. Excipit hanc* δυσαρέσκησις *sive* λύπη, displicentia, tristitia; τὸ נחם pœnitentia: *hanc, ubi* efficax καὶ γνησία *i. e.* genuina *fuerit*, consequitur τὸ שוב conversio, ἐπιστροφὴ, μεταμέλεια, *quæ colophonem & coronidem imponit, cum* vitæ novam *plane* a priscina rationem *inducat*. Hæc ille. Porro propter arctissimam intellectus & voluntatis necessitudinem μεταμέλεια & μελάνοια simul sunt, & nomina ac verba utraque promiscue apud philosophos quoque sumuntur, unique verbo Hebraico נחם apud LXX respondent: in utroque etiam μετὰ significat *post*. Vnde Plato in Gorgia: ταῦτα προνοήσασι μὲν, δυνατά· μετανοήσαντι δὲ, ἀδύνατα. & Synesius Ep. IV, τῷ ἐπιμήθει, φασὶν, τὸ μὲν μέλειν ἐκ ἦν, τὸ δὲ μεταμέλειν, ἐνῆν. Vtrumque ergo dicitur de eo, quem facti consiliive pœnitet, sive pœnitentia bona sit sive mala, sive malæ rei sive bonæ, sive cum mutatione actionum in posterum, sive citra eam. Veruntamen si usum spectes, μεταμέλεια plerunque est μέσον vocabulum, & refertur potissimum ad actiones singulares: μετάνοια vero, in N. T. præsertim, in bonam partem sumitur, quo notatur pœnitentia totius vitæ ipsorumque nostri quodammodo: sive tota illa beata mentis post errorem & peccata reminiscentia, cum omnibus affectibus eam ingredientibus, quam fructus digni sequuntur. Hinc fit, ut μετανοεῖν sæpe in imperativo ponatur,

μεταμελεῖσθαι nunquam. ceteris autem locis, ubicunque μετάνοια legitur, μεταμέλειαν possis substituere: sed non contra. Idcirco hoc loco Paulus utrumque vocabulum distincte ponit: & μετάνοιαν εἰς σωτηρίαν dicit ἀμεταμέλητον, quia neque ipsum pœnitere potest hanc Corinthiis μετανοιαν attulisse, neque hos, eam suscepisse.

¶ εἰς σωτηρίαν, *in salutem*) cujus omnia impedimenta sic removentur.

¶ κατεργάζεται, *operatur*) Ergo *tristitia* non est ipsa *pœnitentia*, sed parit *pœnitentiam*, i. e. *studium &c.* v. 11.

¶ ἡ δὲ) *at* sola mundi tristitia &c. cujus ego non exstiti autor vobis.

¶ τοῦ κόσμου) *mundi:* non modo, *secundum mundum.* [*Qualis* Achabi *in caussa* Nabothi *tristitia fuit. Subinde malignæ quoque tenebrarum vires, ut in* Saulo, *se immiscent. Tum vel infantum innocens alacritas volucriumue cantus vitulorumue exultationes indignationem quandoque mouent. Talis mundi* tristitia *non minus cauenda est, quam* lætitia *mundi.* Lætitiâ *mundus in sodalitiis, reliquo fere tempore* tristitiâ *detinetur.* V. g.]

¶ θάνατον, *mortem*) animæ maxime. Patet ex opposito.

11 ἰδοὺ, *ecce*) Demonstrat hoc Paulus ab experientia præsenti.

¶ ὑμῖν, *vobis*) Dativus commodi: coll. v. 9 fin.

¶ σπουδὴν, *studium*) σπουδαῖον dicitur, quicquid in suo genere probum, integrum ac strenuum est. Pulcher locus Aristotelis l. 2 Eth. Nicom. c. 5. ἡ τοῦ ὀφθαλμοῦ ἀρετὴ τόν τε ὀφθαλμὸν σπουδαῖον ποιεῖ καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ· ὁμοίως ἡ τοῦ ἵππου ἀρετὴ, ἵππον τε σπουδαῖον ποιεῖ, καὶ ἀγαθὸν δραμεῖν κλ. ut τὸ σπουδαῖον sit τὸ εὖ ἔχον· & opponatur τῷ φαύλῳ, ibid. c. 4. Itaque σπουδὴ dicit *nauitatem:* & in præsenti exprimit præcipuum characterem pœnitentiæ, serio animam penetrantis, quo carent οἱ καταφρονηταὶ, *contemtores.* Act. XIII. 41. Hoc studium sequuntur sex characteres speciales, mox: & hujus unius mentio repetitur, v. 12. Idem verbum c. VIII. 7 s. 16 s. 22.

¶ ἀλλὰ ἀπολογίαν κλ. *sed defensionem &c.*) *Sed* facit epitasin: non solum hoc, quod dixi, *sed* etiam &c. Corinthiorum alii bene, alii minus bene se gesserant in isto negotio; vel etiam cuncti ex una parte fuerant expertes culpæ, ex altera culpabiles: unde varii affectus exstitere. *defensionem* ceperant & *indignationem*, respectu sui ipsorum: *timorem* & *desiderium* respectu apostoli: *zelum* & *vindictam*, respectu ejus, qui peccarat. Confer de hoc triplici respectu, v. 7 not. & v. 12 not.

¶ ἀπολογίαν, *defensionem*) quod non approbaveritis factum.

¶ ἀγανάκτησιν, *indignationem*) quod non statim coërcueritis. ἀγανάκτησις hîc mira proprietate accipitur. notat dolorem, cujus causam aliquis in se ipso habet, v. gr. in dentitione. huc enim confert E. Schmidius illud ex Platone: νύνσις γε καὶ ἀγανάκτησις περὶ τὰ ὄυλα.

¶ φόβον, *timorem*) ne cum virga venirem.

¶ ἐπιπόθησιν, *desiderium*) ut me videretis.

¶ ζῆλον, *zelum*) pro *bono* animæ illius, qui peccarat.

¶ ἀλλ' ἐκδίκησιν, *sed vindictam*) contra *malum* ab illo patratum. 1 Cor. V. 2 s.

¶ ἐν παντὶ) *in omnibus*, quas dixi, rebus.

¶ συνεστήσατε ἑαυτὸς, *commendastis vos ipsos*) probavistis vos mihi, satisfeciistis.

¶ ἁγνὸς εἶναι) *puros esse*, clementer dictum, *esse*, pro, *factos esse*. nam non plane fuerant *puri* 1 Cor. V. 6. Exprimitur amnestia mutua, versu hoc & seq.

¶ πραγ-

¶ πράγματι, *negotio*) Indefinite loquitur de re odiosa.

12 ἐχ ἕνεκεν τοῦ ἀδικήσαντος) Quicquid scripsi, *non illius causa, qui laesit*, jam scriptum habeo. τὸν ἀδικήσαντα appellat illum, quem c. II. 5 τὸν λελυπηκότα· nunc variat verbum, quia τὸ *contristare* de se ipso dixit, v. 8 f. & ipsam *tristitiam* missam facit. Quia vos Corinthii feciſtis de illo, qui peccarat, quod fas fuit, per *zelum* & *vindictam*, acquiesco.

¶ οὐδὲ ἕνεκεν τοῦ ἀδικηθέντος, *neque laesi causa*) Singularis pro plurali, per euphemian. *Laesi* erant Corinthii, c. II. 5. quorum *defensio* & *indignatio* faciebat ut Paulus illorum quoque causa jam posset acquiescere. Alii interpretantur de parente offenso. 1 Cor. V. 1.

¶ τὴν σπουδὴν ἡμῶν, *studium nostrum*) Conf. c. II. 4.

¶ ἐνώπιον, *coram*) Constr. cum φανερωθῆναι, *ut manifestaretur*.

13 ἐπὶ τῇ παρακλήσει ὑμῶν, *super consolatione vestra*) quae ipsam *tristitiam* secuta est.

¶ περισσοτέρως μᾶλλον, *abundantius magis*) Affectus ille *magis* obtinet nomen *gaudii*, quam *consolationis*: & *gaudium*, περισσοτέρως, *abundantius* fuit, quam *consolatio*. sic μᾶλλον cum superlativo, c. XII. 9. μᾶλλον pro δὲ *) *autem* ponitur magnifice.

14 κεκαύχημαι, οὐ κατῃσχύνθην, *gloriatus sum, non pudefactus sum*) c. IX. 4. XII. 6.

¶ πάντα, *omnia*) Opportune respicit ad c. I. 18.

16 ἐν παντὶ, *in omni*) Hoc convenit in antecedentia & consequentia. Si vos reprehendo, inquit, bene accipitis: si de vobis polliceor, praestatis. Sic viam sibi munit ad cap. VIII. 1. X. 1, ubi ipsum verbum θαῤῥῶ *confido* reassumitur.

¶ ἐν ὑμῖν, *in vobis*) vestra causa.

CAP. VIII.

1 Γνωρίζομεν, *notam facimus*) Haec adhortatio hoc perquam idoneo loco, post amoris mutui dulcissimam declarationem, per mentionem Titi connexa, inseritur, & ex ordine itineris Paulini proponitur, ut postea in graviorem admonitionem epistola possit desinere. Ipsa porro adhortatio, etiam ad Corinthios, ad quos apostolus auctoritate paterna uti poterat, vel maxime liberalis est & evangelica.

¶ τὴν χάριν, *gratiam*) Cum quid bene fit, *gratia* est iis, qui faciunt, & iis, quibus fit. Frequens hîc verbum. v. 4. 6. 7. 9. 19. c. IX. 8. 14.

2 θλίψεως, *pressurae*) cum paupertate conjunctae. v. 13, θλῖψις *pressura*.

¶ περισσεία καὶ πτωχεία, *abundantia & paupertas*) Oxymoron & ἓν διὰ δυοῖν suaviter contextum.

¶ κατὰ βάθους) Βάθους est genitivus, qui a κατὰ regitur. conf. κατα, Matth. VIII. 32, nec non E. Schmid. ad 2 Ioh. v. 3. Citat ille suam Syntaxin particularum graecarum; librum egregium.

¶ ἁπλότητος, *simplicitatis*) Simplicitas liberales facit. c. IX. 11. **)

3 ὅτι, *quod*) Anaphora, cum epitasi.

¶ μαρ-

*) *Attamen omissio partic.* δὲ *tum in marg.* utriusque Edit. *tum in* Vers. germ. *minus firma censetur.* E. B.

**) Matrem *itaque liberalitatis esse simplicitatem*, contextus *utique docet; sed ipsam vocem* ἁπλότης *per* liberalitas *verti debere, non puram inde consequi. Cf. Iac. I. 5. Vellem ipse cel.* D. Ernesti *(Bibl. th.* nouis. *T. I. p. 901) subjunctis* exemplis, *quae in* Paraphrasi Zachariana *desiderauit, probatum dedisset, quod* hebraismus *istam* ἁπλότητα *translationem requirat. Ego certe, cur* generalibus *monitis de* usu linguae *identidem diffidam, sonticas rationes habeo.* E. B.

¶ μαρτυρῶ, *testor*) Hoc & ad *secundum* & ad *supra* spectat.

¶ αὐθαίρετοι) *sua sponte*: non modo non rogati, sed ipsi rogantes. v. seq.

4 δεόμενοι, *rogantes*) Amanter moniti fuerant a Paulo, ne *supra facultatem* facerent. Macedones contra rogarunt scil. ut munus acciperetur.

¶ τὴν χάριν καὶ τὴν κοινωνίαν, *gratiam & communionem*) ἓν διὰ δυοῖν.

5 ἔδωκαν, *dederunt*) Hoc verbum totam periochæ structuram sustinet, tali sensu: Non modo gratiam & communionem, sive δόμα, munus illud, dederunt, sed plane se ipsos dederunt. Ita Chrysost. Homil. XVI in II Cor. coll. maxime Homil. XVII, ubi repetit ὑπὲρ δύναμιν ἔδωκαν. Cum eodem verbo ἔδωκαν cohærent nominativi illi, αὐθαίρετοι, δεόμενοι· & ab eodem pendent accusativi, χάριν, κοινωνίαν, ἑαυτὸς, sensu facili & suavi. Librarii, post ἁγίες, intrusere δέξασθαι ἡμᾶς· quæ verba qui pro Paulinis habent, valde se torquent, Beza maxime. Alii alias adhibuere Glossas, plane supervacuas.

¶ πρῶτον, *primum*) se ipsos, præ munere. conf. Rom. XV. 16.

¶ τῷ κυρίῳ, *Domino*) Christo.

¶ καὶ ἡμῖν διὰ θελήματος θεοῦ, *& nobis per voluntatem Dei*) Ideo dicitur *gratia Dei*. v. 1. Macedones non ipsi muneris amplitudinem antea determinarunt, sed id apostoli dispositioni reliquerunt.

6 εἰς) Non finis, sed consequens significatur.

¶ καθὼς προενήρξατο, *sicut antea incepit*) *in rebus spiritualibus*. c. VII. 15. Qui bene cœpit, huic facile ulteriora obtingunt. Ierat ad Corinthios: ibat ad Corinthios.

¶ ἐπιτελέσῃ, *perficeret*) in *hac re*. [*Si quid boni adortus fueris*, perfice. V. g.]

¶ εἰς ὑμᾶς, *in vos*) ut imitaremini Macedonas.

7 ἀλλ' ὥσπερ, *sed sicut*) *Sed*, inquit. Quæ Paulus antea per Titum egerat cum Corinthiis, vim habuerant ἐπιταγῆς, *præcepti*: c. VII. 15. coll. 1 Cor. V. 7. nunc aliter agit. itaque *ut* mox pendet a *dico*, v. seq.

¶ ὥσπερ, *sicut*) Spiritus in omnibus partibus ducit ad abundantiam.

¶ γνώσει, *cognitione*) Hæc appositе memoratur, coll. c. VI. 6 not. Conjugatum, mox v. 10, γνώμην, coll. 1 Cor. VII. 25 not.

¶ καὶ πάσῃ σπουδῇ) *& omni navitate*. σπουδὴ h. l. *fidem* & *sermonem* (cordis & oris,) *cognitionem &c.* complectitur. Et sæpe speciei aut parti uni aut pluribus, interjecto vinculo, *& omnis*, subjungitur genus aut totum. c. X. 5. Matth. III. 5. XXIII. 27. Marc. VII. 3. Luc. XI. 42. XIII. 28. XXI. 29. Act. VII. 14. XV. 17. XXII. 5. Eph. I. 21. IV. 31. V. 3. Hebr. XIII. 24. Iac. III. 16. Ap. VII. 16. XXI. 8. XXII. 15.

¶ καὶ τῇ ἀγάπῃ, *& amore*) Generi subjungit speciem cum re proposita maxime conjunctam.

¶ ἐξ, *ex*) Non dicit, *amore vestro erga nos*, sed dicit, *amore ex vobis in nobis*, quia Corinthii erant in corde Pauli. c. VII. 3. Amorem eorum allegat. non addit, ut Pauli nomine, qui gratis prædicasset illis, eo plus darent.

¶ ἵνα, *ut*) Hoc pendet a λέγω, *dico* eleganter subjuncto.

8 διὰ, *per*) aliorum studio vobis commemorato. v. 1.

¶ καὶ) *etiam*. Hoc omni *imperio* validius.

¶ ἀγάπης, *amoris*) Nil *studiosius* amore.

¶ δοκιμάζων, *probans*) Participium pendet a v. 10.

9 γινώσκετε γὰρ, *cognoscitis enim*) ea *cognitione*, quæ debet *amorem* habere.

¶ χά-

¶ χάριν, *gratiam*) *amorem* ſinceriſſimum, uberrimum & liberrimum.

¶ ἐπτώχευσε) *pauperem egit*, paupertatem geſſit. neque id tamen a vobis poſtulatur. v. 14.

¶ ἐκείνε, *Illius*) Hoc magnitudinem Domini innuit.

¶ πτωχεία πλουτήσητε, *panpertate divites eſſetis*) Sic omnibus iis, quæ perpeſſus eſt Dominus, contraria bona nobis parta ſunt. 1 Petr. II. 24 fin.

10 καὶ) *etiam.*

¶ συμφέρει, *conducit*) Argumentum ab *utili*, movens ad dandum. ſic v. 16, ὑπὲρ. Suaviſſimum paradoxon.

¶ τὸ ποιῆσαι, *facere*) pro anno præterito.

¶ τὸ θέλειν, *velle*) in hunc annum.

11 τὸ ποιῆσαι, *facere*) ut faciatis iterum.

¶ ἐπιτελέσατε, *perficite*) Initium & exitus inprimis fundat actionum laudem vel culpam. Gen. XI. 6. Ios. VI. 26. Ier. XLIV. 25.

¶ ὅπως, *ut*) ſcil. *ſit.*

¶ ἐκ τοῦ ἔχειν) *ex habentia*, non ultra. Propoſitio reſpectu ſequentium.

12 πρόκειται, *in medio eſt.* Sic, πρόκειται πρόκειται ὑμῖν. Ex. X. 10.

¶ εὐπρόσδεκτος, *bene acceptabilis*) Deo, c. IX. 7, cum ſuo munere.

¶ οὐ καθὸ οὐκ ἔχει, *non ſicut non habet*) Sic enim minus acceptabilis foret tenuior.

13 οὐ γὰρ) *non enim*, ſcil. *id agitur.* Regula exercendæ liberalitatis.

¶ ἄνεσις· θλῖψις) Idem antitheton, 2 Theſſ. I. 6. 7.

¶ ἐξ ἰσότητος, *ex aequalitate*) in carnalibus. [*Proximum tuum*, ut te ipſum, *amato.* V. g.]

¶ ἐν τῷ νῦν καιρῷ, *praeſenti tempore*) Hæc limitatio non recurrit v. ſeq.

¶ τὸ περίσσευμα, *abundantia*) in facultatibus externis. Benigne ἐλλείπει imperativus γενέσθω, *fiat.* Non enim *imperat*, v. 8.

14 καὶ τὸ περίσσευμα, *& abundantia*) ſpiritualis.

¶ γένηται ἐς) Eadem locutio, Gal. III. 14.

¶ τὸ ὑμῶν ὑστέρημα, *veſtrum defectum*) quatenus eratis gentes. Iam illorum abundantia explere cœperat Corinthiorum defectum: ſermo eſt igitur de continuatione, augmento & præmio. Neque tamen negare auſim etiam abundantiam *corporalem* Iudæorum aliquando expleturam defectum gentium *corporalem.* omittitur enim limitatio, v. 13 not. quanquam *ſpiritualis* abundantia Iſraëlis nititur parallelo Rom. XV. 27.

¶ ἰσότης, *aequalitas*) in ſpiritualibus.

15 γέγραπται, *ſcriptum eſt*) Ex. XVI. 18, οὐκ ἐπλεόνασεν ὁ τὸ πολὺ, καὶ ὁ τὸ ἔλαττον, οὐκ ἠλαττόνησεν. Articulus τὸ vim ſuperlativi addit.

¶ ὁ τὸ πολὺ, *qui multum*) ſcil. συλλέξας, *collegit.* Similis locutio, Num. XXXV. 8: ἀπὸ τῶν τὰ πολλὰ, πολλά.

¶ οὐκ ἐπλεόνασε) *non plus habebat*, quam Omer.

16 χάρις, *gratia*) Studium erat in me; unde profecta eſt *exhortatio* ad Titum: ſed *idem* erat in Tito ipſo, datum divinitus: quare Deo gratias ago. Vide, quam late pateat hoc officium gratias agendi. Sæpe in aliquo caſu magnum unus præ aliis habet ſtudium, ut Titus. Id non debet reprehendi, ſed pro *Dei dono* agnoſci.

17 παράκλησιν, *adhortationem*) illam, de qua v. 6, nempe ut exiret.

¶ σπουδαιότερος) *ſtudioſior*, alacrior, quam ut opus eſſet hortatu. v. 22.

18 συνεπέμψαμεν, *una miſimus*) ego & Timotheus. ſic v. 1 &c. Hoc verbum per anaphoram repetitur verſu 22, & hoc priore loco cum μετὰ habet emphaſin.

¶ τὸν ἀδελφὸν, *fratrem*) Hunc Titi comitem, & illum, de quo v. 22, non opus fuit nominare. c. XII. 18. Lucam indigitari,

tari, existimarunt veteres.*) vide clausulam epistolæ. coll. Philem. v. 24.

¶ οὗ, *cujus*) Qui in evangelio fidelis est, fidelis etiam erit in re minori.

19 χειροτονηθεὶς, *constitutus*) Hoc participium non construitur cum *exivit*, v. 17. nam ea constructio interpellaret nexum v. 18. 20. συνεπεμψαμεν - στελλόμενοι, *una misimus - vitantes.* Itaque subauditur ὃς, *qui* ex οὗ *cujus* v. præc. Ecclesiæ hunc Paulo comitem dederant, quocunque iret: inde *apostoli ecclesiarum* dicuntur v. 23. idque Paulus declarat pertinere etiam ad præsens negotium. Patet hinc mutuum jus ecclesiarum.

¶ συνεκδημῳ ἡμῶν, *comes peregrinationis nostrae*) Qui συνεκδημῳ ὑμῶν legunt, apud Wolsium, ii variam pronominis lectionem a fine versiculi per errorem huc referunt. **)

¶ σὺν, *cum*) Constr. cum συνεκδημῳ, *comes peregrinationis.* Secum portabant munus Macedonum Hierosolymam.

¶ πρὸς, *ad*) Constr. cum χειροτονηθεὶς *constitutus.*

¶ αὐτοῦ τοῦ κυρίου, *ipsius Domini*) Christi. v. 21.

¶ καὶ προθυμίαν ἡμῶν, *& alacritatem nostram*) Longe prævalent monumenta, quæ ἡμῶν legunt: atque ὑμῶν in pauculis irrepsit, obvia pronominum Græcorum permutatione, quæ hîc pronior erat ob alliterationem υ in ὑμῶν ad προθυμίαν. Fratrem, de quo agitur, ordinarant ecclesiæ, Pauli comitem, cum munere suo ipsarum, non ad *alacritatem Corinthiorum*, quæ ad ecclesias illas minus pertinebat, sed ad *alacritatem Pauli* & fratris illius, id est, *ne* ob metum *reprehensionis* illius, de qua mox loquitur, *lubentia* suscipiendi & conficiendi negotii minueretur.

20 ἁδρότητι, *exuberantia*) Hæc appellatio Corinthios non sinit esse restrictos.

21 ἐνώπιον κυρίου, *coram Domino*) in occulto, in veritate. Conf. Rom. XII. 17 not. u)

22 αὐτοῖς, *illis*) cum Tito & fratre.

¶ πεποιθήσει, *fiducia*) Constr. cum *una misimus*, hîc & v. 18. coll. v. 23.

¶ εἰς ὑμᾶς, *in vos*) de liberalitate vestra.

23 ὑπὲρ, *pro*) Motivum *fiduciae.*

¶ τίτου, κοινωνὸς, *Tito, socius*) Appositio. conf. Luc. XXII. 20 not.

¶ ἀδελφοὶ, *fratres*) Dici poterat, *pro fratribus*: sed interveniente casu recto, *socius*, casu recto dicitur, *fratres*, & subauditur verbum *sunt*. i. e. sive fratres nostri sunt & spectantur.

¶ ἀπόστολοι) *legati*: qui publico nomine pium exsequuntur officium. ***) Iterum subaudi, *sunt.*

24 ἔνδειξιν ἐνδείξασθε) Dicitur hoc, ut χαίρειν χαράν.

¶ εἰς αὐτὰς, εἰς πρόσωπον τῶν ἐκκλησιῶν, *in eos, in faciem ecclesiarum*) Per legatos notitia rei erat dimanatura in ecclesias.

CAP. IX.

1 Τὸ γράφειν, *scribere*) Nam testes habebitis præsentes, & scio, vos sine literis promtos esse.

2 καυ-

*) *Ex his Iac.* Macknight, *novus in Anglia sententiæ hujus fautor*, Origenem, Hieronymum & Ignatii Interpolatorem *nominat, observante cel.* Michaëlis, *in der* Einleitung &c. *T. II. p. m. 1200, 1217 sqq.* E. B.

**) *Itaque & margo* Ed. 2, *secus ac* Ed. maj., *&* Vers. germ. *præfert lectionem* ἡμῶν. E. B.

u) ἐνώπιον ἀνθρώπων, *coram hominibus*] Praui sunt homines; adeoque suspicaces. Hinc & integerrimos quosque omnem suspicionem fas est auertere. *V. g.*

***) *Congruit cel.* Michaëlis *observatio, in der* Einleitung &c. *T. II. p. m. 1423; ubi non Christi, sed* Ecclesiarum apostolos *innui monet, ortu Iudæos, qui ab Ecclesia Hierosolymitana Romam ablegati fuerint, ut Iudæos Romanos in doctrina christiana confirmarent.* E. B.

2 καυχῶμαι, *glorior*) Præsens. Adhuc erat Paulus in Macedonia.

x) ¶ ὁ ἐξ ὑμῶν ζῆλ(ος) *zelus, qui ex vobis* propagatus est ad Macedonas.

¶ τὸς πλείονας) *plerosque* Macedonum.

3 ἔπεμψα, *misi*) ante me. v. 5.

¶ ἐν τῷ μέρει τούτῳ, *in parte hac*) Limitat.

¶ καθὼς ἔλεγον, *sicut dicebam*) v. 2.

4 ὑμεῖς, *vos*) multo magis.

¶ ὑποστάσει) *constantia.* c. XI. 17.

5 ἀναγκαῖον) *necessum*, non modo *conveniens.*

¶ προεπηγγελμένην, *antea promissam*) a me, apud Macedonas, de vobis.

¶ εὐλογίαν) Vt רבר dicitur *sermo* & *factum*; sic εὐλογία *benedictum* & *benefactum*, munus lautum. LXX, Ios. XV. 19.

¶ εἶναι) pro, τὸ εἶναι, *ut sit.*

¶ ἕτως, *sic*) Demonstratur Ploce in *benefactum.*

¶ πλεονεξίαν, *avaritiam*) *Avaritia* est, quum datur restricte, & accipitur inique.

6 φειδομένως) *parce.* [*Sementis rationibus respondet messis. Id ipsa verba inferunt.* V. g.]

¶ εὐλογίαις) Pluralis vim habet.

7 καθὼς προαιρεῖται τῇ καρδίᾳ) *pro inductione animi.* Gen. XXXIV. 8 חָשְׁקָה נַפְשׁוֹ LXX, προείλετο τῇ ψυχῇ. *ante destinat: tristitia: necessitate: hilarem:* quatuor verba, quorum primum & tertium, secundum & quartum inter se opponuntur.

¶ ἐξ ἀνάγκης, *ex necessitate*) ideo tantum, quia recusare non potest.

¶ ἱλαρὸν, *hilarem*) Dei similem. Prov. XXII. 9. LXX, ἄνδρα ἱλαρὸν καὶ δότην ἀγαπᾷ (Alex. εὐλογεῖ) ὁ θεός.

8 πᾶσαν χάριν, *omnem gratiam*) etiam in bonis externis.

¶ περισσεῦσαι) *abundantem reddere*, etiam dum largimini.

¶ ἵνα, *ut*) Datur nobis, & habemus, non ut habeamus, sed ut bene faciamus. Omnia in hac vita, etiam præmia, sunt semina fidelibus, in messem futuram.

¶ αὐτάρκειαν, *sufficientiam*) ut non egeatis aliena liberalitate. Huc ref. *panem.* v. 10.

¶ ἀγαθὸν, *bonum*) erga egentes. Huc ref. *semen.* v. 10.

9 ἐσκόρπισεν, *sparsit*) Verbum generosum: *spargere*, plena manu, sine anxia cogitatione, quorsum singula grana cadant. Estque metonymia: *sparsit*, i. e. semper habet, quod spargat. Sane Psalmo CXII. 9 est pars promissionis.

¶ ἡ δικαιοσύνη αὐτῦ, *justitia ejus*) *justitia*, i. e. beneficentia. v. seq. Stricte hoc notatum est. Plus est *justitia.*

¶ μένει, *manet*) inexhausta, inoblita, indefatigata.

10 ὁ δὲ) Deus.

¶ ἐπιχορηγῶν, *suppeditans*) Abundantia est, quod semen datur; panis, necessarius, utique datur prius. Innuit Paulus, promissione seminis, quæ verbo *dispersit* denotatur, præsupponi etiam promissionem panis: sed plura addit. Est enim in textu chiasmus: Deus, qui exhibet *semen* seminanti, præbebit & multiplicabit *semen vestrum*: qui exhibet *panem* in cibum, augebit *germina* justitiæ vestræ, animam pascentis. cibus animæ, justitia. Matth. V. 6. VI. 31. 33. ἐπιχορηγεῖν, *suppeditare* habet emphasin, sed plus est χορηγεῖν, *dare*, addito verbo πληθύνειν, *multiplicare.* Σπόρος, *semen*, quatenus opes pie collocantur: γεννήματα, *germina*, omnis proventus spiritualis & corporalis benedictionis, ex illa *satione.* Hæc distinctionis ratio, ut ponatur comma post βρῶσιν, non post χορηγήσει, jam in Apparatu notata est.

¶ καὶ

u) ἀπὸ πέρυσι, *ab anno superiori*] ex priori Pauli adhortatione, 1 Cor. XVI. 1. *V. g.*

¶ καὶ ἄρτον, *& panem*) Es. LV. 10: ἕως ἂν δῷ (ὁ θεὸς) σπέρμα τῷ σπείροντι καὶ ἄρτον εἰς βρῶσιν.

¶ χορηγήσει) *dabit.* Indicativus. *) Corinthii locum præbebunt divinæ largitati, & hæc se iis præstabit.

¶ γεννήματα) Sic LXX, γεννήματα δικαιοσύνης. Hos. X. 12.

11 πλουτιζόμενοι, *opibus crescentes*) Pendet ab *abundetis.* v. 8. Præsens: plus, quam, *sufficientiam habentes.*

12 ἡ διακονία τῆς λειτουργίας ταύτης) Decora appellatio. λειτουργία, functio ipsa: διακονία, actus.

¶ προσαναπληροῦσα, *amplius supplet*) Decompositum. Etiam aliunde *supplebantur defectus.*

¶ πολλῶν) Fœmininum: *multarum.*

13 δοκιμῆς) *documentum.*

¶ δοξάζοντες, *glorificantes*) Hoc pendet ex *gratiarum actiones*, v. 12. Iterum casus rectus, uti c. VIII. 23 not. **)

¶ ἐπὶ τῇ ὑποταγῇ τῆς ὁμολογίας ὑμῶν, *super subjectione confessionis vestrae*) Rebus ipsis professuri erant, se recognoscere beneficium divinum sibi in evangelio præstitum. [*& victas dedisse verbo gratiae.* V. g.]

¶ καὶ εἰς πάντας, *& in omnes*) Qui aliquos sanctos beneficio affecit, eo ipso omnes afficit. Omnibus enim se favere ostendit.

14 δεήσει, *oratione*) Construe, *glorificantes super eorum oratione.* nam gratias agimus etiam pro orationibus, quæ nobis datæ sunt. 2 Tim. I. 3.

¶ ἐπιποθούντων, *desiderantium*) Constr. cum αὐτῶν, *eorum.*

¶ διὰ, *propter*) Constr. cum *gratiarum actiones.*

¶ ἐφ' ὑμῖν) *super vobis*, ita, ut in illos redundet.

15 χάρις, *gratia*) Sententia: Deus nobis dedit τὴν δωρεὰν, *donum*, abundantiam bonorum internorum & externorum, quæ & ipsa est *inenarrabilis*, & fructus habet consimiles; conf. v. 8 ss. (ubi *enarratio* est, cujus verba animo Pauli non satisfaciunt:) & c. VIII. 9. 1: quorum *enarratio*, præ copia rerum, ipsam orationem in fine capitis præcedentis quodammodo impeditam reddidit. Accedit modus: *gratia Deo.*

CAP. X.

1 Αὐτὸς δὲ ἐγὼ παῦλος, *ipse vero ego Paulus*) Sermo valde demonstrativus & emphaticus. *ipse*, facit antitheton vel ad Titum & fratres duos, quos præmisit Paulus; vel ad Corinthios, qui ipsi debebant officium observare; vel etiam ad Paulum ipsum, majore coram usurum severitate, ut αὐτὸς *ipse* denotet *ultro.*

¶ παρακαλῶ) *hortor, moneo*, vestra causa; cum possem jubere & minari. Antitheton, δέομαι δὲ, *rogo autem*, mea causa v. seq.

¶ διὰ, *per*) Motivum Pauli & Corinthiorum.

¶ πραότητος καὶ ἐπιεικείας, *lenitatem & aequitatem*) πραότης, *lenitas*, virtus magis absoluta: ἐπιείκεια, *aequitas*, magis refertur ad alios. Utraque, origo vera admonitionum etiam severissimarum. † cf. 1. Sam. XII. 22.

¶ τοῦ χριστοῦ, *Christi*) Significat, lenitatem suam non esse a natura. Vel, διὰ *per* ponitur, uti Rom. XII. 1: ut Christi ipsius *lenitas & aequitas* intelligenda videatur. Sed obstat, quod de ipso Christo ἐπι-

*) *Qui, secus ac in* Ed. maj. *factum fuerat, tum in* Ed. 2 *tum in* Vers. germ. *præfertur.* E. B.

**) *S. R. D.* Ernesti (*Bibl. th.* nouiss. *T. I. p. 902*) *etiam versum 12, non minus quam v. 9 & 10, pro* parenthesi *habet, adeoque participium* δοξάζοντες *pendere judicat a* πλεονάζομεν, *v. 11.* E. B.

ἐπιείκεια, *aequitas* nullibi prædicari videtur, & est hæc consueta ratio loquendi apud Paulum, quod de Christo in se & per se operante & vim suam exserente dicit. Confer *veritatem Christi*, i. e. *veritatem* in *Christo*, 2 Cor. XI. 10, & adde Phil. I. 8 not.

¶ ὃς, *qui*) Mimesis suavis, v. 10, quæ hîc etiam frequens in verbo λογίζομαι.

¶ ταπεινὸς) *humilis*, timidus.

2 δέομαι, *rogo*) *Deum*: c. XIII. 7. vel, hîc, *vos*. Significat Paulus, se, uti per literas roget, sic coram tamen posse graviter agere.

¶ λογίζομαι, *existimor*) Passivum, uti Rom. IV. 4. 5.

¶ ἐπί τινας, *super quosdam*) Constr. cum *audere*.

¶ τοὺς λογιζομένους, *putantes*) Medium.

¶ ὡς, *tanquam*) Necte cum *secundum carnem*.

¶ κατὰ σάρκα, *secundum carnem*) quasi impune possint nos contemnere.

3 ἐν σαρκὶ, *in carne*) cum debilitate. v. seq.

y) ¶ στρατευόμεθα, *militamus*) Hoc verbo fit aditus ad ea, quæ sequuntur; continetur que ratio *audaciae*, τοῦ θαρρῆσαι.

4 τὰ γὰρ ὅπλα, *nam arma*) A *baculo* paterno 1 Cor. IV. 21, nunc ad *arma*, crescente severitate, progreditur. conf. mox v. 6, nec non 1 Cor. V. 5. 13.

¶ οὐ σαρκικὰ, ἀλλὰ δυνατὰ) *non carnalia* & debilia, *sed* spiritualia, eoque *valida*.

¶ τῷ θεῷ, *Deo*) Est casus quartus. Sic c. II. 15, *Deo*. item, Act. VII. 20. ut præpositio ל præfixi Ion. III. 3. Non nostra, sed Dei est virtus. Efficacia religionis christianæ, argumentum veritatis.

¶ ὀχυρωμάτων, *munimentorum*) Grande verbum. [*Sermonis ampullas hîc suspicari queat sensus humanus: enimuero haud vulgaris earum rerum vis est atque potentia, quae in anima ex utroque latere eueniunt.* V. g.]

5 λογισμοὺς, *cogitationes*) eas ipsas, de quibus v. 2.

¶ καθαιροῦντες, *destruentes*) Poterat hoc construi cum v. 3. sed magis pendet a v. 4, *destructionem*. Iterum casus rectus pro obliquo, uti c. IX. 13 not.

¶ πᾶν ὕψωμα, *omnem altitudinem*) *Cogitationes*, species: *altitudo*, genus. non dicit ὕψος, coll. Rom. VIII. 39 not.

¶ ἐπαιρόμενον, *extollentem se*) muri instar ac valli.

¶ κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ θεοῦ, *contra cognitionem Dei*) Vera *cognitio* facit humiles: [*DEO soli potentiam omnem tribuens*, V. g.] ubi est elatio sui, deest agnitio Dei.

¶ αἰχμαλωτίζοντες πᾶν νόημα) Νόημα dicit facultatem *mentis*, cujus actus sunt λογισμοὶ, *cogitationes*. Hi, per se infesti, *destruuntur*: illud, *victum* & captum, se dedit, ut necessario & libenter Christo victori præstet obedientiam fidei, deposita omni auctoritate sua, sicut servus ex domini sui arbitrio totus pendet.

6 ἐν ἑτοίμῳ ἔχοντες) scil. ἡμᾶς *parati*, inquit, sumus. Zelus jam adest: prometur, cum tempus erit.

¶ πᾶσαν, *omnem*) Hoc latius patet, quam ὑμῶν *vestra*, mox.

¶ ὅταν, *quum*) ne lædantur imbecilliores. v. 8. Caput prudentiæ pastoralis. [*Ejusmodi nonnihil Paulus Corinthi jam fecerat, Act. XVIII. 7. Pari ex ratione tantam DEVS longanimitatem in vastissima praauorum multitudine exercet, dum ea, quae lucrifieri possunt, educta sint. Vid. Exod. XXXII. 34.* V. g.]

7 τὰ κατὰ πρόσωπον βλέπετε; *quae secundum faciem sunt, videtis?*) Notatur error Corinthiorum: & refutatur, generatim; v. 7-9. tum, speciatim expositus, spe-

y) ἐν σαρκὶ - οὐ κατὰ σάρκα, *in carne - non secundum carnem*] Magna differentia. *V. g.*

speciatim, v. 10. 11. Ideo, *hoc cogitet*, iteratur.

¶ κατὰ πρόσωπον, *secundum faciem*) v. 1. Antitheton, *per epistolas*. v. 9. Coram possum agere severe, inquit.

¶ εἴ τις) *si quis* vestrûm.

¶ πέποιθεν) πεποίθησις & πέποιθα varie hactenus in hac epistola adhibitum Paulo. v. 2 &c.

¶ ἀφ' ἑαυτῷ, *a se ipso*) antequam per nos convincatur severius. Christianus ex suo sensu metiri fratrem potest.

¶ καθὼς, *sicut*) Indulgentia Pauli, quod parem duntaxat cum iis locum postulat, quos genuerat per evangelium. nam per quem alius Christi erat, is ipse prius erat Christi, sive Christianus. Causa hæc pudoris erat apud Corinthios.

¶ καὶ ἡμεῖς, *etiam nos*) Id quod talis experiri poterit.

8 γὰρ, *enim*) Hoc facit epitasin.

¶ καὶ περισσότερόν τι, *etiam excellentius quid*) Erant enim non modo Christiani, sed Apostoli. &c.

¶ ἐξουσίας, *potestate*) v. 6. c. XIII. 10.

¶ ὁ κύριος, *Dominus*) Christus.

¶ οὐκ αἰσχυνθήσομαι, *non pudefiam*) Non fuerint fulgura ex pelvi: auctoritatem non defugero.

9 ἵνα μὴ) Hoc eo dico, *ne* &c.

¶ ὡς ἂν) Appositæ particulæ.

¶ ἐκφοβεῖν ὑμᾶς, *terrere vos*) sicut pueros, vano terrore.

10 φησὶ) *inquit*, scil. is, qui sic inquit: scil. is, de quo v. 11. Occultus obtrectator innuitur, quem Dominus, vel etiam, ostendente Domino, Paulus, videbat. Talis obtrectator erat etiam apud Galatas. Gal. V. 10.

¶ βαρεῖαι, *graves*) Antitheton, *contemtus*.

¶ ἰσχυραὶ, *validae*) Antitheton, *infirma*.

¶ παρουσία, *praesentia*) Exstabat illud, quod hodie jactatur, *minuit praesentia famam*. Anthologium ecclesiæ Græcæ d. XXIX Iunii Commemorationem habet Petri & Pauli, cum descriptione formæ apostoli utriusque; quæ, quod ad Paulum attinet, satis bene cum hoc loco congruit.

¶ ἀσθενὴς, *infirma*) nullum spectantibus metum afferens.

11 τῷ λόγῳ, *sermone*) Antitheton, τῷ ἔργῳ, *opere*.

12 οὐ γὰρ τολμῶμεν, *non enim audemus*) Copiosissime vindicat Paulus potestatem suam apostolicam, in qua sint etiam Corinthii; refutatque pseudapostolos, qui apud illos etiam, quacunque specie arrepta, falcem in Pauli messem immittentes, se ingerebant. quorum fucorum *audaciam* redarguens, ait, *non audemus*: in quo, dum dicit, quid ipse non faciat'; notat, quid isti faciant. Ego, inquit, nil ab istis mihi vindico: isti vicissim desinant se nobis, etiam Corinthi, adjungere. Sepem inter se & illos ponit.

¶ ἐγκρῖναι ἢ συγκρῖναι) *aequiparare*, veluti consortes ejusdem muneris; *aut comparare*, veluti participes ejusdem laboris: utrumque penes vos. ἐγκρίνονται, *aequiparantur* invicem, quæ sunt ejusdem generis; συγκρίνονται, *comparantur*, quæ, cum differant genere, rationem saltem eandem habere judicantur. τῷ ἐγκρῖναι respondet mox μετροῦντες, ut τῷ συγκρῖναι συγκρίνοντες.

¶ τῶν) Genitivus. Eorum, qui se ipsi commendant, audacissimi se ἐγκρινασι κτλ.

¶ καὶ συγκριτολες, *& comparantes*) Hoc ineunte commate ponitur, emphaseos causa.

¶ ἑαυτοὶς, οὐχι κτλ.) Vid. App. Crit. ad h. l. Non sane in pseudapostolos hic sermo convenit, qui revera se conabantur aliis commetiri & ingerere. Paulus contra de se & sui similibus ait: *in nobis*, non in istis, pseudapostolis,

ſtolis, *nos ipſos metimur; nobis*, non iſtis, *comparamus nos ipſos.* *)

13 οὐχὶ, *non*) Verſu 13-16 & ἔγκρισις & σύγκρισις inter apoſtolum & pſeudapoſtolos tollitur. Summa eſt hæc: ἐχὶ εἰς τὰ ἄμετρα καυχησόμεθα ἐν ἀλλοτρίοις κόποις. Prius membrum, ἐχὶ εἰς τὰ ἄμετρα opponitur τῷ ἐν ἑαυτοῖς μετρεῦντες, & tractatur v. 13. 14, voce μέτρον frequenter poſita. Alterum, οὐχὶ ἐν ἀλλοτρίοις κόποις, opponitur τῷ ἑαυτοὺς συγκρίνοντες, & tractatur v. 15. 16, voce ἀλλοτρίοις iterata. Paulus *menſuram* habet; iſti *in immenſa* gloriantur: atque Paulus inter gentes *rudes* evangelizare perget; iſti εἰς τὰ ἕτοιμα gloriantur.

¶ εἰς) *in*, ſuper. conf. v. 15 not.

¶ ἄμετρα, *immenſa*) Acuta amphibolia. ἄμετρον, quod modum ſive menſuram vel non ſervat, vel non habet. Paulus menſuram ſervat: pſeudapoſtoli plane nullam habent.

¶ ἀλλὰ) *ſed*, ſcil. agemus.

¶ τὸ μέτρον τοῦ κανόνος, *menſuram canonis*) Μέτρον καὶ κανὼν interdum dicitur per ſynonymiam: hîc differunt. Μέτρον dicitur reſpectu Dei diſtribuentis, κανὼν reſpectu apoſtoli laborantis. Itaque κανὼν determinatur per μέτρον. nam μέτρον, apud Euſtathium, ταξις· & μέτρον ac μερίζω ſunt conjugata: quia utrumque a μείρω. Conf. Clavis Homerica, p. 222. Singulis apoſtolis diviſæ provinciæ.

¶ μέτρα, *menſurae*) Hoc iteratur, ut ἕ agnoſcatur ad μέτρον referri. τοῦ κανόνος abſolute ponitur. poſt accuſativum μέτρον ponitur genitivus μέτρα, ad notandam *partem*, apud Corinthios.

¶ ἐμέρισεν, *partitus eſt*) Hoc verbo aperte excluduntur pſeudapoſtoli.

¶ ἐφικέσθαι) i. e. ἐφικέσθαι.

¶ ἄχρι καὶ ὑμῶν) *etiam ad vos usque.* Μείωσις.

14 οὐ γὰρ ὑπερεκτείνομεν) *non enim extendimus nos* ultra menſuram noſtram.

¶ ἄχρι γὰρ, *nam usque*) Paulus ab effectu probat, Corinthios contineri canone divinitus ſibi aſſignato.

¶ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ) *in functione evangelica.* conf. c. II. 12.

15 ἐκ εἰς, *non in*) Hoc initium alterius membri, quod ad conſtructionem attinet, nectitur cum fine prioris. conf. not. ad Rom. VIII. 1. *Non* inferemus pedem *in* alienam provinciam, dicentes: *Haec mea ſunt.*

¶ αὐξανομένης, *creſcente*) Præſens. Paulus Corinthios neque ante tempus omittere voluit, neque alios diutius differre.

¶ ἐν ὑμῖν, *in vobis*) Noſter penes vos profectus ſolidiſſimus gradum nobis magnificum dabit ad proficiendum plus ultra.

¶ μεγαλυνθῆναι - εὐαγγελίσασθαι) *amplificari* revera, *evangelizando.* utrique verbo conjunctim, ſed præſertim τῷ *amplificari*, opponitur *gloriari.*

¶ εἰς περισσείαν) *abundanter.*

¶ εἰς, *in*) Antitheta ſunt, *in illa quae ultra vos*, &, *in parata.*

16 τὰ ὑπερέκεινα, *illa quae ultra ſunt*) quo nullus adhuc pervenit cum evangelio, meridiem verſus & occidentem. nam Athenis Corinthum venerat. Act. XVIII. 1.

¶ ἐκ ἐν ἀλλοτρίῳ, *non in alieno*) Antitheton, *ſecundum canonem noſtrum.*

¶ εἰς) *in* ea, quæ parata ſunt, gloriando nos inferre. ἕτοιμα, *parata*, plus etiam, quam ἡτοιμασμένα, notat.

17 ὁ δὲ, *qui vero*) Receptui quodammodo canit: & tamen hac ipſa ἐπιθεραπεία iterum pſeudapoſtolos ferit.

¶ ἐν κυρίῳ, *in Domino*) adeoque Domino *probante.*

CAP.

*) *Congruit, quod* Verſio germ., *utut voces* οὐ συνιᾶσιν· ἡμεῖς δὲ *exprimat, ita tamen verborum cohærentiam inſtruit, ut idem ſenſus emergat, quem fundit* Gnomon. E. B.

CAP. XI.

1 Ὄφελον, *utinam*) Pedetentim accedit, cum insigni προθεραπείᾳ & προεπιπλήξει, cui respondet ἐπιθεραπεία. c. XII. 11.

¶ μικρὸν, *paullum*) Antitheton, v. 4. 20.

¶ τῇ ἀφροσύνῃ, *insipientiâ*) Sic appellat, antequam exponat, eoque ipso Corinthios capit. Mitius hoc vocabulum, quam μωρία.

¶ ἀνέχεσθε, *tolerate*) Imperativus. coll. v. 16.

2 ζηλῶ γὰρ, *aemulor enim*) Hoc versu & seq. exprimitur causa *insipientiae;* amantes enim videntur amentes. causa *tolerantiae* Paulo debitae explanatur, v. 4. coll. v. 20.

¶ θεοῦ ζήλῳ, *Dei zelo*) zelo sancto & magno. [*Si nimius sum*, inquit, *Deo sum nimius.* V. g.]

¶ ἡρμοσάμην, *despondi*) Appositio est, *uni viro*, *Christo*, & utrumque construitur cum *sistere*. Itaque *despondi* absolute ponitur. Et ἁρμόζομαι, *despondeo*, de ipso quidem sponso dici solet: *) hîc autem Paulus eadem mente de se dicit, qua sibi etiam zelum, qui mariti est, adscribit. nam Christi causa sentiebat & faciebat omnia.

¶ παρθένον ἁγνὴν, *virginem castam*) non singulatim, sed conjunctim. Non dicit παρθένους ἁγνάς.

3 φοβοῦμαι, *metuo*) Talis metus non modo non contra amorem est, sed est amoris. c. XII. 20. 19. [*Omnis nimirum zelus ex metu oritur.* V. g.]

¶ δὲ, *vero*) Hoc opponitur τῷ *despondi.*

¶ ὡς, *ut*) Similitudo perquam apposita.

¶ ἕναν, *Evam*) simplicem, mali ignaram.

¶ πανουργία, *astutia*) quae *simplicitati* inimicissima. **)

¶ ἕτως, *sic*) Sancti, vel si plane quiesceret peccatum originale, tentari possunt.

¶ φθαρῇ, *corrumpantur*) amissa virginali puritate. Imminebant corruptores Corinthiis. v. seq. Sermo concisus, *corrumpantur* & deducantur *a simplicitate.*

¶ ἁπλότητος, *simplicitate*) *uni* intenta, tenerrima; non *alium*, neque *alterum*, quaerente. v. 4.

4 εἰ, *si*) Ponit conditionem, ex parte rei, impossibilem; ideo dicit in imperfecto, *toleraretis;* sed pro conatu pseudapostolorum, non modo possibilem, sed plane praesentem; ideo dicit in praesenti, *praedicat.* conf. plane Gal. I. 6 s.

¶ γὰρ, *enim*) Ratio *timoris* Paulini, facilitas Corinthiorum.

¶ ὁ ἐρχόμενος, *veniens*) quilibet; ex Iudaea, si placet. Gen. XLII. 5, ἦλθον μετὰ τῶν ἐρχομένων. [*Dicit jam, quae, ut dicerentur, Corinthii debebant concedere. v. 1.* V. g.]

¶ ἄλλον· ἕτερον· *alium: alterum*) Differunt

*) *Probaturus cel. D.* Ernesti (*Bibl. th. T. III. p. 405 s.*) *verbum* ἁρμόζειν *pro* παρασκευάζειν, ἑτοιμάζειν, *in usu esse, adeoque h. l. de* ornatu *potius, quam* desponsatione *intelligi debere, ad* Chrysost. de Sacerd. L. IV. c. 7 (*Ed. Beng.* § 432) *provocat, quem* τὸ ἁρμόζειν *per* πλάττειν, ῥυθμίζειν, πρὸς τὸ πνευματικὸν κάλλος ἄγειν *rectissime interpretari ait. Verba* Chrysostomi *haec sunt:* Τούτοις γὰρ ἔτι καὶ νῦν οἱ προεστῶτες χρώμενοι, ἵνα ἁγνὴν παρθένον, ἣν ἡρμόσαλο τῷ χριστῷ, ῥυθμίζωσί τε καὶ πλάττωσι καὶ πρὸς τὸ πνευματικὸν ἄγωσι κάλλος. *Qui verborum hic nexus* eandem *plane officii partem reliquis ministris, quam Apostolo, tribuat; fateor me non videre. Conf. 1 Cor. III. 6. 10; ubi per similes tropos, id, quod ipse* inchoauerit, *aliorum operâ* perfici *debere docet Apostolus.* E. B.

**) *Prorsus h. l. congruunt D.* Ernesti *observationes l. c. p. 407, distinctius id ipsum, quod succincte* Gnomon *innuit, illustrantes.* E. B.

runt hæc verba. Act. IV. 12 not. *alium* minus longe hîc disterminat, quam *alterum*.

¶ οὐκ ἐλάβετε· οὐκ ἐδέξασθε· *non accepistis: non recepistis*) Verba diversa, rei apta. non concurrit voluntas hominis in accipiendo spiritu, ut in recipiendo evangelio.

¶ ἢ εὐαγγέλιον ἕτερον, *aut evangelium alterum*) Commode verbum *est*, aut *accipitis*, subaudiendum relinquitur.

¶ καλῶς ἠνείχεσθε, *bene toleraretis*) Non probatur hæc *tolerantia*, *corruptionem* allatura, sed τὸ *bene* ponitur, uti Marc. VII. 9. Notatur saturitas Corinthiorum, & aviditas, in Christianismum, si quis esset, magis novum lautumque intenta.

5 γὰρ, *enim*) Particula propositioni annectens tractationem. Ponitur hîc summa *gloriationis* Paulinæ, & repetitur c. XII. 11.

¶ τῶν ὑπερλίαν, *eximiis*) quales Iacobus, Kephas, Iohannes, [*magnâ praerogatiuâ in transformatione Iesu distincti*, V. g.] vel etiam reliqui de duodecim superstites: Gal. II. 2. non modo quales ii, qui latiore sensu dicuntur apostoli. i. e. tam sum apostolus, quam qui maxime. Petrus nil habet præcipuum. [*Act. XXVI. 13. 16. Gal. I. 16.*]

6 εἰ, *si*) Apostolum se esse, probat 1. a cognitione apostolo digna: hoc versu. 2. ab abstinentia. v. 7 s. Ad utrumque proponendum viam sibi facit per occupationem, ut necessitas proponendi perspiciatur.

¶ ἰδιώτης, *idiota*) Hoc opponitur *excellentiae apostolicae*. Idiotam Paulum dicebant iniqui. *Cognitione*, quæ prima dos apostoli, negat se esse idiotam; atque exemplum exstat singulare capite sequenti: *sermone* idiotam se esse, neque valde negat, cum id non obsit apostolatui, immo etiam conducat; 1 Cor. I. 17 ss. neque prolixius, quam facultas ejus in dicendo ferebat, confitetur; neque respondet, etiam alios apostolos sermone idiotas haberi posse; sed rem in medio relinquit, coll. c. X. 10. 11, ab ipsis Corinthiis dijudicandam. subjicit enim, *sed in omni manifestati &c.* [*Earum itaque rerum, quas Corinthii apostolicae praerogatiuae suae opponerent, aliam post aliam declinat.* V. g.]

¶ ἀλλ' ἐν παντὶ φανερωθέντες ἐν πᾶσιν εἰς ὑμᾶς) Latinus habet, *in omnibus autem manifestati sumus vobis:* ut si superfluum esset vel ἐν παντὶ vel ἐν πᾶσιν. Atqui diversam vim habent duæ locutiones: ἐν παντὶ, *in omni* re, etiam in sermone & cognitione; ἐν πᾶσιν, *in omnibus* hominibus. cap. I. 12. III. 2. IV. 2. ἐν πᾶσι, masculino genere dicitur 1 Cor. VIII. 7. Hebr. XIII. 4, & aliis locis. idem, neutro genere, 1 Tim. III. 11. IV. 15. 2 Tim. II. 7. IV. 5. Tit. II. 9. 10. Hebr. XIII. 18. Sed ἐν παντὶ non nisi neutro genere, idque sæpissime, v. 9. cap. IV. 8. VI. 4. VII. 5. 11. 16. VIII. 7. IX. 8. 11. Phil. IV. 6. Itaque hoc loco ἐν πᾶσιν est masculinum, ἐν παντὶ neutrum. Sic Phil. IV. 12, ἐν παντὶ καὶ ἐν πᾶσι μεμύημαι.

¶ εἰς ὑμᾶς, *in vos*) Ex eo, quod Paulus etiam apud alios agebat, fructus in *Corinthiorum* corda redundabat.

7 ἢ ἁμαρτίαν) *an peccatum.* Sic posset objici contra illud, *in omni*, v. præc.

¶ ταπεινῶν, *humilians*) in victu. [*De jure suo* apostolico *hac in re decesserat.* V. g.]

¶ ὑψωθῆτε, *exaltaremini*) spiritualiter.

¶ τὸ τοῦ θεοῦ εὐαγγέλιον, *Dei evangelium*) *divinum*, pretiosissimum.

8 ἐσύλησα, *spoliavi*) Iustissimam stipendii acceptionem imputat sibi pro *rapina*, & mox pro *segnitie* & *onere*. conf. not. ad 1 Cor. IX. 17. Hoc verbum, & *opsonium*, allegoriam efficit, a re militari.

¶ λαβών, *sumens*) in viam, quum ad vos veni. Antitheton, *praesens*, quum vobiscum essem.

9 προσ-

9 προσανεπλήρωσαν, *amplius supplevérunt*) Decompositum: nonnihil *supplevit* Paulus sua manu laboriosa.

¶ καὶ τηρήσω, *& servabo*) tantum abest, ut pœniteat. c. XII. 14.

10 ἔστιν ἀλήθεια, *est veritas*) Verbum emphatice præponitur: *stat.* sermo est de *veritate* speciali. conf. Rom. IX. 1 not.

¶ οὐ, *non*) Metonymia consequentis: *gloriatio non obstruetur*, i. e. posthac nihilo gravior ero.

11 ὅτι, *quod*) Sæpe læditur *amor* etiam recusando.

12 καὶ ποιήσω) *etiam faciam.*

¶ ἐκκόψω, *amputem*) Pseudapostolis non erat commodum, gratis prædicare. v. 20.

¶ τὴν ἀφορμὴν, *occasionem*) in hac re: mox, sine articulo, ἀφορμὴν, quacunque in re.

¶ ἐν ᾧ, *in quo*) Gloriatio eorum *in* hoc constitit, ut dicerent: invenimur, ut Paulus.

13 οἱ γὰρ τοιοῦτοι, *tales enim*) Ætiologia, cur nolit istos similes putari ipsius.

¶ ψευδαπόστολοι, *pseudapostoli*) Hæc jam pars prædicati. antitheton, v. 5. Nunc tandem scapham scapham dicit. Congruit mox, δόλιοι, *dolosi.* [*Insignis hîc sermonis est severitas. Cogitaverint haud pauci:* Oppido etiam tales non spernendæ indolis homines sunt; quos tam inuidiose deformari non oportebat: Christum videlicet viderunt, Eique diuturnum jam testimonium præbent; adeoque non habendi sunt nullo inter ceteros loco. *Atqui subtilissima est veritatis causa. Qui multis hodie arridet* Indifferentismus, *eum Paulus non coluit.* (Er war kein so gefælliger Toleranz-Prediger.) *Accedit, quod in frequentibus vitae discriminibus zelus Apostoli nil debilitatus perstitit.* V. g.]

¶ εἰς ἀποστόλους χριστοῦ, *in apostolos Christi*) Non plane negabant Christum; sed non vere prædicabant, v. 23.

14 οὐ θαυμαστὸν, *non mirum*) *Non magnum.* v. seq. Magis mirum, de Satana, qui longius differt ab angelo lucis.

¶ αὐτὸς) *ipse*, auctor & magister eorum.

¶ μεταχηματίζεται, *transformat se*) Præsens: i. e. solet se transformare. Fecit id jam in paradiso. Oratio II in annunciationem, adscripta Gregorio Thaumaturgo, in Ethopœia Mariæ: μὴ πάλιν εἰς ἄγγελον φωτὸς μεταχηματισθεὶς ὁ ἀρχέκακος δαίμων κτλ.

¶ ἄγγελον φωτὸς, *angelum lucis*) Id facit, non solum, ut noceat nobis, sed etiam, ut fruatur honore.

¶ φωτὸς, *lucis*) quum tamen Satanæ potestas sit in tenebris.

15 οὐ μέγα, *non magnum*) non difficile.

¶ αὐτοῦ, *ejus*) *Satanae.*

¶ δικαιοσύνης, *justitiae*) quæ est in Christo.

¶ τὸ τέλος, *finis*) Quacunque specie se nunc efferant, detrahitur tandem *schema.* Efficacissimum criterium a futuris, in bono & malo. Phil. III. 19. 21.

16 πάλιν λέγω, *iterum dico*) Novo huic argumento gloriationis iteratam ex v. 1 προθεραπείαν præmittit: qua certe nemo *insaniens* utitur.

¶ μὴ, *ne*) Particula prohibendi: *nemo me putarit desipere.* Hoc incisum non ponitur per parenthesin, sed vis verbi λέγω, *dico*, super hoc ipsum incisum cadit.

17 ὃ λαλῶ, οὐ λαλῶ κατὰ κύριον, *quod loquor, non loquor secundum Dominum*) Theopneusta sunt igitur, & *secundum Dominum dicta*, quæcunque Paulus sine hac expressa exceptione scripsit: quin etiam hunc locum, & propriam huic loco exceptionem, sic perscripsit ex regula decori divini, a Domino instructus; perinde ut vir literatus puero dictat epistolam puero accommodatam, cum tamen puer per se non posset ita scribere.

18 πολλοὶ, *multi*) Quod multis licet, uni facilius condonatur.

¶ κα-

¶ κατὰ τὴν σάρκα, *secundum carnem*) v. gr. quod Hebræi sint. v. 22.

19 ἡδέως) *libenter.*

20 γάρ, *enim*) Particula intensiva: fertis *insipientes*; nam fertis etiam oppressores. Cleon apud Thucydidem lib. 3, πέφυκεν ὁ ἄνθρωπος τὸ μὲν θεραπεῦον ὑπερφρονεῖν· τὸ δὲ μὴ ὑπεῖκον θαυμάζειν.

¶ εἴ τις, *si quis*) ut pseudapostoli, gloriabundi.

¶ καταδουλοῖ, *in servitutem redigit*) Genus: sequuntur bis duæ species.

¶ καταδέχεται) Sic LXX, Ps. LIII. 5.

¶ λαμβάνει, *accipit*) scil. a vobis. neque enim necessario subauditur ὑμᾶς *vos*, collato inciso subsequente.

¶ ἐπαίρεται, *extollitur*) prætextu majestatis apostolicæ.

¶ εἰς πρόσωπον δέρει, *in faciem cædit*) sub specie zeli divini. Id Corinthiis accidere potuerat. conf. Es. LVIII. 4. 1 Reg. XXII. 24. Neh. XIII. 25. 1 Cor. IV. 11. 1 Tim. III. 3.

21 κατὰ ἀτιμίαν, *secundum ignominiam*) quasi jam pro *infami* habitus. Vide 1 Cor. IV. 10, quo ex loco etiam τὸ *infirmi* huc conferas, & *prudentes* ad v. 19. Conf. *secundum*, Phil. IV. 11.

¶ ὡς ὅτι ἡμεῖς ἠσθενήσαμεν) *quasi nos infirmati simus* animo, nil habentes, qui gloriemur & audeamus. sequitur antitheton: *quacunque autem in re aliquis, infames* & *infirmi* non possunt gloriari; sed tamen audebo. conf. v. 30.

¶ ἐν ἀφροσύνῃ, *in insipientia*) Sic appellat κατ' ἄνθρωπον, v. 16, & modestiæ causa.

22 ἑβραῖοι, *Hebræi*) Capita gloriationis, quorum primum & secundum prærogativas naturales, tertium & quartum spirituales indicat. Conf. Phil. III. 5.

¶ κἀγώ, *etiam ego*) Hebræus, (non Hellenista,) ex Hebræis.

23 διάκονοι, *ministri*) extrinsecus. *)

¶ παραφρονῶν λαλῶ, *insipiens loquor*) Cum perpetuo labore abnegandi sui hæc perscripsit Paulus.

¶ ὑπὲρ) *supra*, quam isti. quo quisque plus patitur, eo magis *ministrat.*

¶ περισσοτέρως, *abundantius*) *Labores* & *carceres* experti erant etiam pseudapostoli, sed minus: cetera Pauli propria erant.

24 πεντάκις, *quinquies*) Prodest servis Dei, omnia, quæ egerunt, & exantlarunt, accurate meminisse, ut, cum opus olim est, narrare possint. conf. Gal. I.

¶ τεσσαράκοντα παρὰ μίαν, *quadraginta, minus una*) Triplici loro tredecim ictus incussi *undequadraginta* plagas efficiebant. vid. *Buxt.* dedic. Abbrev.

25 τρὶς ἐναυάγησα, *ter naufragium feci*) ante naufragium Melitense.

¶ ἐν τῷ βυθῷ) ὁ βυθὸς quodvis *profundum* notat; sed, ubi absolute ponitur, *marinum*, hic præsertim, cum mentione naufragiorum. מצולה LXX plerunque βυθός.

¶ ἐποίησα) *transegi* natans. Multi naufragi cum aquis multas horas ita conflictantur, ut tandem emergant.

26 ὁδοιπορίαις, *itineribus*) Vide Acta.

¶ ἐν ψευδαδέλφοις, *in falsis fratribus*) Hoc periculum molestissimum: præter *exspectationem* ceteris adjectum, cum suavitate. [*Acerbi erant isti ac pestiferi homines, utut boni specie non destituti. Gal. II. 4.* V. g.]

27 ἐν, *in*) Quinque commata: primo cohæret secundum, tertio quartum, suavi rhythmo.

¶ ἐν λιμῷ, *in fame*) Deut. XXVIII. 48,

ἐν

*) *Neque tamen hac distinctione opus fuerit, si* Not. crit. *ad h. l. conferas:* Interrogatio. nam istos negat diaconos Christi, v. 15. *Congruit* Vers. germ. E. B.

ἐν λιμῷ καὶ ἐν δίψει, καὶ ἐν γυμνότητι, καὶ ἐν ἐκλείψει πάντων.

28 χωρὶς, *præter*) Particula servit connexioni.

¶ τῶν παρεκτὸς) Sic appellat labores *externos*. hactenus descripsit suos proprios; nunc alienos, secum communicatos.

¶ ἡ) Appositio casus obliqui & recti. qualis illa Basilii Seleuciensis, ὦ φωνῆς, σωτηρίας πηγή. conf. not. ad Chrys. de Sacerd. p. 504.

¶ ἐπισύστασίς μοι, *incursus in me*) Verbum ἐφίστημι & verbale ἐπίστασις LXX sæpe ponunt de seditione Kore cum suis. conf. Act. XXIV. 12. Itaque hîc notatur obturbatio illorum, qui doctrinæ vitæve perversitate Paulo molestiam exhibebant, v. gr. Gal. VI. 17.

¶ καθ' ἡμέραν, *quotidie*) Latitudo temporis: loci, in *omnium*.

¶ πασῶν, *omnium*) Id modestius, quam si diceret, πάσης τῆς ἐκκλησίας, *totius ecclesiæ*. *Omnium*, etiam ad quas non veni. Col. II. 1. Id non peræque Petrus de se dicere potuisset.

29 τίς, *quis*) Non solum ecclesias, sed singulas animas curat.

¶ ἀσθενῶ, *infirmor*) non modo per συγκατάβασιν, 1 Cor. IX. 22, sed per compassionem.

¶ σκανδαλίζεται, *scandalizatur*) *Infirmari* & *scandalizari*, hoc certe loco, (coll. tamen Rom. XIV. 21 not.) differunt. Illud fit per se; hoc per alios.

¶ καὶ οὐκ ἐγὼ πυροῦμαι) *quin ego incendar*. Non priore, sed hac versiculi parte addit *ego*: nam illic infirmo se accommodat; hîc dissimilem se scandalizantis fatetur, partes a scandalizante neglectas scandalizati causa *ipse* suscipiens. Partes a scandalizante neglectæ sunt amor, prudentia &c. Idem tamen Paulus etiam partes scandalizati, sive incommodum, quod scandalizatus sentit, in se suscipit. Hæc omnia sic sequuntur, vi relatorum. πυροῦσθαι τοῖς θυμοῖς, non semel l. 2 Macc. Male sentiunt aut loquuntur, qui scandalum videntes vernacula formula ajunt: *me ipse scandalizavi*.

30 εἰ) *si*. i. e. quum.

¶ τὰ τῆς ἀσθενείας μου καυχήσομαι, *de iis, quæ infirmitatis meæ sunt, gloriabor*) Eximium oxymoron. c. XII. 5. 9. 10. Nam opposita sunt *infirmitas* & *gloriatio*.

31 εὐλογητὸς, *benedictus*) Hoc auget religionem jurisjurandi.

¶ οἶδεν, *novit*) Persecutio Damascena erat e primis & maximis, & huc inprimis pertinebat: Deumque invocat testem Paulus, quia nullum testem ex hominibus ad Corinthios allegare poterat, de re paucis cognita & pridem facta. conf. Gal. I. 20. Lucas postea perscripsit, Act. IX. 25. Hæc religiosa præfatio auget etiam fidem eorum, quæ mox cap. seq. commemorantur.

32 ἐθνάρχης) Sic appellatur Simon sacerdos summus, 1 Macc. XIV & XV.

CAP. XII.

1 Δὴ) *sane*.

¶ οὐ συμφέρει μοι, *non conducit mihi*) propter periculum elationis, & colaphorum Satanicorum, & impediendæ virtutis Christi.

¶ ἐλεύσομαι) *veniam*, inquit, non, *vénio*: non cupide accurrit. sic, *gloriabor*, non *glorior*, in conclusione ipsa, v. 5.

¶ γὰρ, *enim*) Causa, præfatiunculæ modo positæ.

¶ ὀπτασίας καὶ ἀποκαλύψεις, *visiones & revelationes*) *Visiones*, ad videndum: *revelationes*, ad audiendum. 1 Sam. IX. 15. LXX. Vtrumque numero plurali; quia duos gradus habuere *raptus* illi, ut mox memorat. Sic, *revelationum*, v. 7. Plures ceteroqui visiones & revelationes habuit Paulus.

¶ κυρίου, *Domini*) v. 8. i. e. *Christi*. v. 2.

2 οἶδα·

2 οἶδα· εἴτε· ἁρπαγέντα· *novi: sive: raptum*) Hæc verſu ſequente iterata non ſolum ſuaviter ſuſpendunt acuuntque lectorem, & gloriationi conſideratæ pondus addunt; ſed etiam plane duplex rei momentum exprimunt. Clemens Al. Strom. l. V. ἕως τρίτου οὐρανοῦ, κἀκεῖθεν εἰς τὸν παράδεισον. f. 427. Et ſic Irenæus l. 2. c. (56) 55 (ubi Grabius addit Iuſtinum M. Methodium & ex recentioribus Ieremiam Taylor:) it. l. 5. c. 36, ubi (coll. Matth. XIII. 23. Ioh. XIV. 2.) ex diverſitate fructificantium diverſas habitationes infert, & ſtatuit διαφορὰν οἰκήσεως *differentiam habitationis* eorum, qui cœlo, qui paradiſo, qui ſplendore civitatis gaudent. Athanaſius in Apol. καὶ ἕως τρίτου οὐρανοῦ ἡρπάσθη καὶ εἰς τὸν παράδεισον ἀνηνέχθη. Orig. ejusve interpres in Rom. XVI, *in tertium cœlum, & inde in paradiſum.* Oecumenius, ἡρπάγη ἕως τρίτου οὐρανοῦ, καὶ πάλιν ἐκεῖθεν εἰς τὸν παράδεισον. Diverſasque loco hoc revelationes commemorari, agnoſcunt Hilarius Diac. Primaſius, Anſelmus, Gregorius Papa apud Eſtium. Accedit Hieron. in Ez. XXVIII. Pelag. in h. l. Caſſiodor. Haymo, Aquinas. Duplici raptui reſpondet duplex illud, *ut ne extollerer.* v. 7. *Paradiſus* certe, in gradatione ſubſequens, cum articulo emphatico, interius quiddam in cœlo tertio dicit, quam ipſum *cœlum tertium.* id quod cum ſententia veterum apprime congruit. vid. Gregor. obs. c. 18. conf. Luc. XXIII. 43 not. & Ap. II. 7. Ideo res paradiſi duntaxat *audire* contigit Paulo; cœli tertii, etiam *videre*, (conf. v. præc.) quanquam de hoc etiam parcius loquitur. Verbi οἶδα, *novi*, vis præcipue cadit ſuper participium, *raptum.* coll. ὅτι *quod*, v. 4.

¶ πρὸ ἐτῶν δεκατεσσάρων, *ante annos quatuordecim*) Conſtr. cum ἁρπαγέντα *raptum.* Priſtinum aliquid recenſet. longo tempore alius a ſe ipſo quisque factus videtur; ut bona & mala ſua liberius commemorare poſſit. [*Diuturnum ſane ſilentium iſtud fuit. Neque tamen exiguo temporis interuallo inter Corinthios verſatus fuerat, iisque præcipuo quodam familiaritatis vinculo junctus.* V. g.]

¶ ἐν σώματι, *in corpore*) Hoc ſine articulo: tum ἐκτὸς τοῦ σώματος, *extra corpus*, cum articulo. & ſic conſtanter v. ſeq. Videtur *opinari* Paulus, *extra* corpus fuiſſe. Vtut eſt, incorpoream eſſe meliorem hominis partem, recte hinc infert Claudianus Mamertus l. 2 de Statu animæ c. 12. atque hæc, anima, ipſa rapta fuit. Extra corpus aut intra erat, quicquid, præter corpus Pauli, erat.

¶ οὐκ οἶδα, *non novi*) Ignoratio modi non tollit certam rei ſcientiam. Apoſtoli multa non ſcivere.

¶ ἁρπαγέντα, *raptum*) Conf. Act. VIII. 39 not.

¶ ἕως) *usque*, longe, *in* tertium cœlum. conf. εἰς, *in.* v. 4. Ergo paradiſus eſt extra cœlum tertium? Reſp. ἕως, *usque*, incluſive, uti Luc. II. 15 &c.

¶ τρίτου, *tertium*) Primum cœlum, nubium: ſecundum, ſtellarum: tertium, ſpirituale. Duplex cœlum viſibile dualis in שמים denotat: *tertii* nomenclatura, quod oculus non vidit, Novo Teſtamento reſervata fuit. conf. Eph. IV. 10 not.

3 καὶ, *&*) Particula hoc loco novum rei momentum exprimit. Finge, *cœlum tertium* & *paradiſum* plane eſſe ſynonyma; valde imminuetur nervus orationis Paulinæ.

¶ τὸν τοιοῦτον, *talem*) τὸν ἐν Χριστῷ, *eum qui* erat *in Chriſto.*

¶ εἴτε, *ſive*) Hoc repetitur, quia vel ſi in corpore usque ad tertium cœlum raptus fuerit, tamen ulteriori gradu in paradiſum extra corpus potuit raptus eſſe.

4 ἄῤῥητα) *ineffabilia*, non in ſe; alias

Paulus non potuisset audire: sed *homini*, ut sequitur mox, adeoque ipsi Paulo. *Quis* ea effatus sit, Deus, an Christus, an angelus, an angeli, an spiritus justorum, & cui; Paulus non indicat, an sciat. Sublimitatis certe magnæ fuere; nam non omnia cœlestia sunt *ineffabilia*, v. gr. Ex. XXXIV. 6. Es. VI. 3. quæ tamen valde sublimia.

¶ οὐκ ἐξὸν) *non licet.* ἔξον & δυνατὸν, *licere* & *posse*, dicitur, quod neque res neque lex prohibet. itaque *ineffabilia* & *non licet* se mutuo declarant, negantque, aut posse ea loqui hominem, aut licere homini. Ceteri, qui non audivere, non possunt: Paulus, qui audivit, non satis potest. &, si posset, tamen non liceret, non conveniret, in mortalitate: quia tericolæ non caperent. Ioh. III. 12. Latius patet auditus, quam loquela.

¶ ἀνθρώπῳ, *homini*) Constr. cum *licet.* Arctior sæpe loquendi, quam cognoscendi potestas.

5 ὑπὲρ τοῦ τοιούτου, *pro tali*) Masculinum. antitheton, *me ipso.* Removere debemus τὸ *ego* a rebus magnis. Duas partes hic versus habet: altera habet ætiologiam versu seq. altera declaratur v. 7 s.

¶ καυχήσομαι, *gloriabor*) i. e. gloriari possem. coll v. 6 init.

6 οὐκ ἔσομαι ἄφρων, *non ero insipiens*) Etiam cap. præc. dixit *veritatem*, & tamen *insipientiam* sibi adscribit: quia scilicet gloriatus est de rebus minime gloriosis, hîc de gloriosissimis.

¶ φείδομαι, *parco*) parce hæc tracto.

¶ μή τις, *ne quis*) O quam non verentur hæc plerique, etiam Theologi. [*Cominus & eminus haud pauci pluris æstimari se, quam fas est, patiuntur: at quam notabili eos honoris parte pænes DEVM seipsos ea re defraudare existimes? Filiorum DEI siquidem jure gaudeas, fac luceat lumen istud tuum: sed singularibus rebus* caute & parce *uti memento.* V. g.]

¶ βλέπει· ἀκούει· *videt: audit*) in vita communi, me non prohibere valente.

7 ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι, *ut ne extollerer*) Omnibus, quæ Paulus egit, quæque eum apud homines magnum, carum & admirabilem fecerunt, minus efferri poterat, quam his, quorum ipse unus erat sibi conscius. Vana & pusilla est anima, quæ ob hominum plausum sibi applaudit. Potiora sunt intus. [*Quanti vero periculi rem oportet esse* sui elationem; *quum* Apostolo *tanto repagulo fuerit opus!* V. g.]

¶ σκόλοψ) Hesychius: σκόλοπες, ὀξέα ξύλα ὀρθὰ, σαυροί. notatur sudes acuta, pungens. conf. LXX, Num. XXXIII. 55. Ez. XXVIII. 24. Hoc generale mox declaratur specialiter per *colaphos* illos: neque duplex hæc declaratio tertiam ullam requirit, varie tentatam ab iis, qui *colaphos* improprie interpretantur.

¶ τῇ σαρκὶ) Casus sextus: *carne*, ad carnem macerandam. Idem casus, 1 Petr. III. 18. IV. 1. 6. Hæc infirmitas major erat omnibus capite præcedente enumeratis: & hanc ut commemorare posset, necesse habuit revelationes commemorare.

¶ ἄγγελος σατᾶν, *angelus Satan*) Paulus *angelica* expertus nunc *angelum* persentiscit contrarium. τὸ σατὰν non nisi bis terve habent LXX, idque ut ἄκλιτον· sed XXXIV locis in N. T. & in his novies a Paulo σατανᾶς declinatur; hocque uno loco ponitur ut indeclinabile, quasi per apocopen consideratam, certe non sine causa. Itaque *angelus Satan* hoc loco non videtur esse appositio, quasi diceretur *angelus Satanas*, pro diabolo. nam diabolus nusquam dicitur angelus, sed habet angelos suos ipse. Ergo *Satan* aut est nomen proprium in genitivo, aut adjectivum in nominativo, ut notetur vel *angelus a Satana immissus;* vel *angelus infestissimus*, angelus ipsi Satanæ sive diabolo similis,

similis, præscindendo a Satanæ missione. Amphibolia videtur innuere, ipsi apostolo (quo magis humiliaretur) nesciendum fuisse, quæ esset hujus angeli ratio. Ex alto habuit revelationem: ex profundo, castigationem. Iob & Paulus per hostem vexabantur: Herodem angelus Domini percussit.

¶ ἵνα με, *ut me*) Paulus non est angelus ipse (conf. tamen Num. l. c.) sed, quod angelus Paulum colaphis vexavit. ἵνα, *ut* conjunxit iterum in medio commatis ponitur, ut antitheton bis præcedat particulam, bis eam subsequatur. Opponuntur enim *excellentia revelationum* & *angelus Satan*; itemque *extolli* & *colaphis caedi*.

¶ κολαφίζῃ, *colaphis caedat*) *Colaphis* (μεγάλαις ἀφαῖς· hoc enim apud Eustathium habetur etymon:) cædebantur *servi*. 1 Petr. II. 20. neque obstat quicquam, quo minus proprie hic accipiatur verbum. vid. Iob II. 6 f. *) Nam si ab hominibus colaphos aliaque incommoda acceperunt & apostoli & ipse Dominus, c. XI. 24 f. 1 Cor. IV. 11. Matth. XXVI. 67. coll. c. IV. 5. cur non Paulus a Satana ejusve angelo, vel visibili vel invisibili modo? Talia Antonio quoque obtigere, ut in vita ejus memorat Athanasius. Omnis generis adversa obvenere apostolo, v. 10, quæ non deprecabatur: sed hic præcipuum quiddam nominat, quod *infirmitatibus* eum macerabat & dolore ignominiaque occurrebat elationi, magis etiam, aut certe non minus, quam furor libidinis in membris excitatus (quo tamen quam mirabiliter excruciari possint quamlibet sanctæ animæ, apud Ephraimum Syrum, Estium in h. l. Ioh. a Cruce, & P. M. Petruccium legere est) aut cephalalgia vehementissima. Horum colaphorum quasi recentem Paulus pavorem in momenta habuisse videtur, quum tanta frequentia, quantam naturalis lector fastidiat, se inter gloriandum reprimit. Notat Chrysostomus, κολαφίζῃ, *colaphis caedat*, non κολαφίσῃ, *colaphis caederet*, Paulum dicere, ut de re præsenti. *Visus* & *auditus* Pauli ad lautissima admissus erat: *tactus* durissime maceratus.

8 τρὶς, *hoc*) Demonstrativum. Oblitus erat elationis.

¶ τρὶς) *ter*, ut ipse Dominus in monte obliveti. Paulus rogationes, nescio quibus ex intervallis, tres peregit: deinde palum toleravit, cum vidit, ferendum esse. ne tum quidem, cum hæc scripsit, videtur palo caruisse, & quamdiu se efferre potuerat. confer, quæ sequuntur.

¶ τὸν

*) *Mirari haut immerito possis, quû cel. D.* Ernesti (*Bibl. th. T. IV. p. 704*) *eam sententiam, qua* ἄγγελος σατᾶν *per* falsum doctorem, *Paulo infestissimum, explicatur, assensu numerosiore dignam asserturus, subjicere queat:* Sie ist nicht künstlich genug. *Magis etiam mirum est, hanc ipsam interpretationem, Bibl. th. l. c. p. 767, præter ceteros* Bengelio *quoque tribui; qua de re plura dixi in meiner* Beleuchtung &c. § *13. p. 59 sq. Ego vero* minus artificiosam *esse putauerim illam interpretandi rationem, quæ in declaratione* apostolica (*ut* Gnomonis *nota ad vocem* σχόλοψ) *simpliciter acquiescit. Quis interpretem tulerit, qui v. gr. Matth. XIII. 37 sqq. vel* seminantis *vel* agri *vel* seminis boni *vel* zizaniorum *vel* aduersarii *vel* messis *vel* messorum *vel* ignis *explicationem authenticam denuo in* tropum *conuertere gestiat, noua exegesi illustrandum? Nemo facile, si adæmonistarum pertinacissimos exceperis, talia conabitur. ---- Neque tamen dissimulare fas est, ipsum Eruditum jam citatum non de* solo *homine malo, sed de falsis apostolis* per angelum satanicum instigatis, *cogitare l. c. De* arthritide *vel simili morbo* angelum *istum explicare quam sit absonum, pluribus ostendit* Theologus anonymus, (J. F. B., *ut fama est*) *largam dictorum de* Satana *segetem e Scriptura promens, in seinem* Schreiben an den Hn. Pr. und O. Cons. R. D. W. A. Teller in Berlin, wegen seines Wœrterbuchs des N. T. zur Erklærung der christlichen Lehre p. 28 f. *Leipz. 1773.* E. B.

¶ τὸν κύριον, *Dominum*) *Christum.* v. seq. Non est rogandus Satanas, ut parcat.

ὃ εἴρηκέ μοι, *dixit mihi*) tertium roganti.

¶ ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου, *sufficit tibi gratia mea*) Benignissima repulsa, indicativo modo expressa. Dominus Paulo hæc verba quasi in os inserit, ut subsequens ea dicat: Sufficit mihi, Domine, gratia tua. Gratia esse potest, etiam ubi maximus doloris sensus est.

¶ ἡ γὰρ δύναμις ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται, *virtus enim in infirmitate perficitur*) Pro δύναμις plerique scripsere δύναμίς μου, ex alliteratione ad χάρις μου. Si Paulus scripsisset δύναμίς μου· credo, subjecisset, ἐν ἀσθενείᾳ σου. *) Innuitur tamen, ut *gratia Christi*, sic *virtus Christi*. γὰρ, *enim*, hoc loco, ut sæpe, est particula διακριτικὴ, qua discrimen ponitur inter *gratiam* & inter *virtutem*. *Sufficit gratia*: noli postulare *virtutem* sensibilem. *virtus enim---*. Sic demum particula *enim* vim causandi nanciscitur, non immediate, sed mediante discrimine inter *gratiam* & *virtutem*.

¶ ἐν ἀσθενείᾳ, *in infirmitate*) Ex sermone Domini Paulus sæpe hoc verbum repetit, cap. XI. XII. XIII.

¶ τελειοῦται, *perficitur*) omnia sua peragit, perficit. **) Non ergo debemus sub prætextu falsæ αὐταρκείας & sufficientiæ abjicere virtutem Christi.

¶ μᾶλλον καυχήσομαι) *potius gloriabor* in infirmitatibus meis, quam in revelationibus: nam si in his glorier, impediero virtutem Christi. Illis pronomen addit, non his.

¶ ἐπισκηνώσῃ ἐπ' ἐμὲ) *ut* tanquam tentorium *superobtegat me*. σκῆνος, *tabernaculum*, corpus: τὸ ἐπισκηνοῦν, *superobtegens*, extrarium quiddam. non dicit hîc, *ut inhabitet me*; nam sic imminueret sensum infirmitatum suarum.

¶ ἡ δύναμις τοῦ χριστοῦ, *virtus Christi*) id est, Christus cum sua *virtute*. Quæ huc inserviunt, *libentissime* debemus accipere.

10 εὐδοκῶ, *bono sum animo*) Non dicit hîc, *gaudeo*, quod plus notaret.

¶ ἐν ἀσθενείαις, *in infirmitatibus*) Genus. hinc mox, *infirmor*. sequuntur bis duæ species.

¶ ἐν ὕβρεσιν, ἐν ἀνάγκαις, *in contumeliis, in necessitatibus*) quas etiam angelus Satan infert.

¶ ἐν διωγμοῖς, ἐν στενοχωρίαις, *in persecutionibus, in angustiis*) humanitus allatis.

¶ ὑπὲρ, *pro*) Constr. cum εὐδοκῶ, *bono sum animo*.

¶ τότε) *tum* demum.

¶ δυνατὸς, *potens*) *virtute* Christi.

11 γέγονα, *factus sum*) Receptui canit.

¶ ὤφειλον, *debebam*) Commutatio personæ: i. e. *vos debebatis me commendare*.

¶ ὑφ' ὑμῶν) *a vobis*, inter vos.

¶ οὐδέν εἰμι, *nihil sum*) ex me. 12

*) *Hæc tamen* Gnomonis *crisis tum ab* utriusque Ed. *marg. tum a* Vers. germ. *haut obscure abludit. Ergo* non *omni* jure *eo nomine* carpitur *b.* Bengelius, *quod* μου *post* δύναμις *omissum voluerit* (*ut habet D.* Ernesti *Bibl. th. T. IV. p. 705*): *immo vero hoc ipso loco occasionem Vir celeberrimus habuisset*, pertinaciæ criticæ *culpâ liberandi Beatum. Facile etiam ex* Bibl. th. l. c. *suspicari quis possit*, Bengelium *partic.* μᾶλλον *post* ἥδιστα *eliminatum voluisse*: *at contrarium reperient, qui suis utuntur oculis.* E. B.

**) *Pie ad h. l. & grauiter* Ioh. Michaëlis, *Theol. Gryphiswald.*, Nott. exegetico-criticis in N. T., *Rostoch. & Lips. A. 1708 editis*, *commentatur*: „Tanto propior sum ego (*inquit*) meo auxilio & potentia adjutrice, quanto imbecillior est, qui a me adjuuatur, & quo magis premitur infirmitatibus.--- Quid dulcius eo, quod sciamus, potentiam Dei non tam in robustis ac nullo calamitatis genere exercitatis, adeoque non tam in statu tranquillo optimoque rerum nostrarum firmamento, quam in infirmitate diuinitus immissa, exeri, perfici, & ad Nominis diuini gloriam consummari? „ E. B.

12 μὲν, *quidem*) Hæc particula ſive mica modeſtiam alit.

¶ σημεῖα, *ſigna*) Rerum teſtimonia adſunt.

¶ τὸ ἀποστόλε, *apoſtoli*) Articulus vim habet: *ejus qui ſit apoſtolus.*

¶ σημείοις) Sic *Al. Lat.* (in cod. Reutl.) *Hilarius.* Lectio media. unde, ἐν σημείοις, plerique: καὶ σημείοις, *Chrys. Baern. Lat.* in mſſ. σημείοις τε *Lin.* nec non *Syr.* De σημείοις & τέρασι vide ad Matth. XXIV. 24. Δυνάμεις ſunt evidentiſſima *omnipotentiae* divinæ opera.

13 τί, *quid*) Hoc pertinet & ad antecedentia & ad conſequentia.

¶ λοιπὰς, *reliquas*) vel per me vel per alios apoſtolos plantatas.

¶ εἰ μὴ - ταύτην, *niſi - hanc*) Inſignis aſteiſmus.

¶ αὐτὸς) *ipſe.* Sequitur antitheton: *nec per alios*, v. 16 ſ.

¶ ἀδικίαν, *injuriam*) *Iure* poterat apoſtolus opſonia a Corinthiis accipere: quo quum *haud* uſus eſt *jure*, *injuriam* ſibi imputat: eamque ſic appellat, non per ironiam, a qua ſermo apoſtolicus abhorret; ſed per amphiboliam. nam ἀδικίαν appellat hoc loco inuſitata præcipue notione, quæ Latino *non jus* poſſit exprimi, & α privativum habet, uti ἄνομος, ἀνόμως, Rom. II. 12. 1 Cor. IX. 21, ἀνυπότακτον, Hebr. II. 8, & tamen notionem *injuſtitiae* ſimul admittit, minoris erga Corinthios amoris ſuſpicionem *deprecans: condonate.* coll. c. XI. 11.

14 τὰ ὑμῶν, *veſtra*) Phil. IV. 17.

¶ ὑμᾶς, *vos*) ut vos lucrifaciam. Matth. XVIII. 15. Theſauros ſpirituales congerit pro Corinthiorum *animis.* v. 15.

15 ἐγὼ δὲ, *ego vero*) *Vero* facit epitaſin.

¶ δαπανήσω) *pendam* mea.

¶ ἐκδαπανηθήσομαι) *expendar* ipſe.

¶ ἧττον, *minus*) Amor deſcendit potius, quam aſcendit. [*Indignum eſt, intenſiſſimum amorem amoris exilitate rependere.* V. g.]

16 ἀλλ' ὑπάρχων, *ſed cum eſſem*) Objectio, quam formare Corinthii [*ſuſpicione permoti*, V. g.] poſſent. Reſpondet verſu ſeq.

¶ ἔλαβον, *cepi*) ne rete quæſtui poſitum plane effugeretis.

17 μή τινα ὧν - δι' αὐτῆ) Pro, μὴ διά τινος τούτων, ἃς ἀπέσταλκα κτλ. [*Egregie Paulum ſociorum bona fides juuit.* V. g.]

18 παρεκάλεσα, *hortatus ſum*) ut ad vos iret.

¶ τὸν ἀδελφὸν, *fratrem*) Hic videtur fuiſſe Corinthius.

¶ πνεύματι, *ſpiritu*) intrinſecus.

¶ ἴχνεσι, *veſtigiis*) extrinſecus.

19 πάλιν δοκεῖτε) Nonnulli, πάλαι δοκεῖτε· quæ quidem lectio pertinacius averſum a Paulo Corinthiorum animum, coll. c. III. 1, notaret. Nam πάλαι, cum verbo præſentis temporis, perſeverantiam notat. *Plato* in Gorgia, ἀλλ' ἔγωγε καὶ πάλαι λέγω. Probatior lectio, πάλιν δοκεῖτε· coll. iterum c. III. 1.

¶ ὑμῖν, *vobis*) quaſi noſtra cauſa opus eſſet hoc modo favorem veſtrum retinere.

¶ ὑπὲρ τῆς ὑμῶν οἰκοδομῆς, *pro veſtra aedificatione*) ut potius videatis, quam experiamini cum dolore, quam ſim apoſtolus.

20 οἷχ οἵους, *non quales*) Id tractatur uſque ad finem capitis. Tum, *qualem non vultis*, c. XIII. 1 ſeq. Qualis auditor, talis ei paſtor.

¶ ἔριες, ζῆλοι, θυμοὶ, ἐριθεῖαι) Gal. V. 20.

21 μὴ πάλιν, *ne iterum*) Anaphora, *ne forte, ne forte, ne.* Et hoc quidem verſu gravius loquitur.

¶ ταπεινώσῃ, *humiliet*) Metonymia conſequentis. *) ¶ ὁ

*) *Cujus* Antecedens *cel.* Heumannus, *annuente D.* Erneſti (*Bibl. th. T. IV. p. 706*) *hac periphraſi expreſſit*

¶ ὁ θεός μου, *Deus meus*) Reddit causam, cur commissa in Deum, ad se pertinere existimet.

¶ τῶν προημαρτηκότων) *eorum, qui peccarant ante* proximum meum adventum.

¶ ἀκαθαρσία, *impuritate*) v. gr. conjugum. 1 Thess. IV. 7.

¶ πορνεία, *fornicatione*) inter cœlibes.

¶ ἀσελγεία, *lascivia*) contra naturam.

CAP. XIII.

1 Τρίτον) Numerus decretorius, *tertium*. Sic LXX, τρίτον τοῦτο. Num. XXII. 28.

ante dixi
|
quasi praesens secundum
(quum nimirum in viciniam Corinthum versus veniisset, jamque statuisset ipse quoque eo venire, quanquam deinde pepercit)
|
iis qui ante peccaverunt, scilicet ante secundum hunc adventum.

¶ οὐ φείσομαι, *non parcam*) Pepercerat antea. c. I. 23.

3 δοκιμὴν ζητεῖτε, *documentum quaeritis*) Metonymia: irritatis me; tentatis me; sentire cupitis, quis sim. v. 5. *) δοκιμὴ conjugata sua habet versu 5 s.

¶ τὸ - χριστὸ) i. e. *an Christus* in me loquatur. Dubitarunt Corinthii: dubitare eos non debere, mox probat.

¶ εἰς ὑμᾶς· ἐν ὑμῖν· *in vos: in vobis*) Diff-

¶ ἔρχομαι, *venio*) jam sum in procinctu.

¶ μαρτύρων, *testium*) Ergo in ea re non revelatione immediata, sed testimonio humano niti cogitabat apostolus: neque jubet, reos ante suum adventum ex ecclesia ejici.

2 προείρηκα καὶ προλέγω, *ante dixi, & ante dico*) Ad illud refer *quasi praesens secundum*; ad hoc *absens nunc*. Serio denunciat. Est in textu, qui τὸ γράφω tanquam lectionem sequiorem excludit, continuus chiasmus per tria membra, hoc ordine:

& *ante dico*
|
& *absens nunc*
|
& *reliquis omnibus*, qui postea peccaverunt, post adventum secundum, & tamen ante adventum tertium.

ferunt particulæ. c. X. 1.

¶ οὐκ ἀσθενεῖ, *non infirmatur*) per me, & hanc ipsam epistolam.

¶ δυνατεῖ) Ardor spiritûs verbum hoc novum, per parodian ad ἀσθενεῖ, produxit.

4 εἰ, *si*) Particula concessiva.

¶ ἐσταυρώθη, *crucifixus est*) *Crux*, summa infirmitas; mortem includit. nam *vita* opponitur.

¶ ἐξ

sit: dass er mich werde niedergeschlagen machen. *Non tamen existimem nullam Decori rationem subesse, quod* Consequens *potius, quam* Antecedens *hac in re DEO apostolus tribuit.* E. B.

*) *Aduersarium Pauli Corinthiacum aut reapse* documento *ejusmodi virtutis Paulinae Corintho* expulsum *fuisse, aut Corinthum* sponte *deseruisse, tum ex salutationibus Rom. XVI. 22 sq. obuiis, tum ex Epistola* Clementis *ad Corinthios data, quae Pauli diuinam auctoritatem Corinthiis agnitam aperte supponat, suauiter concludit cel.* Michaëlis, *in der* Einleitung &c. *T. II. p. m. 1394.* E. B.

¶ ἐξ ἀσθενείας, *ex infirmitate*) Infirmitatis est, crucifigi. Hæc vis particulæ.

¶ ἀσθενοῦμεν ἐν αὐτῷ, *infirmamur in illo*) Variatur mox particula, σὺν, *cum* illo. *infirmamur*, non exercemus δύναμιν, *potentiam*, adeoque hanc ipsi minus sentimus, tribulationum sensu prævalente. *)

5 ἑαυτοὺς) *vos ipsos*, non Paulum. Si examinaveritis vos ipsos, sentietis, quales nos simus. Vbi veri sunt doctores & veri auditores, ab altera parte de altera, qualis sit, existimare licet.

¶ ἐν τῇ πίστει, *in fide*) adeoque in Christo.

¶ δοκιμάζετε, *probate*) Graviori verbo, *tentate*, subjicitur lenior admonitio: *si estis in fide, vos ipsos probate.* εἰ, *si*, ut mox in εἰ μήτι.

¶ ἤ, *an*) i. e. potestis utique vos *probare:* nam Iesus Christus est in vobis, eumque in vobis esse nostis. [*Quilibet nimirum* tentare *seipsum potest, siue in fide sit siue minus:* probare *se suumque valorem explorare nemo valet, nisi fidelis.* V. g.]

¶ ἐπιγινώσκετε, *agnoscitis*) Compositum emphaticum.

¶ ὅτι, *quod*) Ratio sub qua.

¶ ἰησοῦς, *Iesus*) non solum sensus Christi, sed ipse Iesus Christus. [*ut patet ex adjecto proprio nomine*, Iesus. *Cf. 2 Tim. IV. 22.* V. g.]

¶ εἰ μήτι, *nisi quid*) Sic, *nisi.* c. III. 1. τί *quid*, mitigat sermonem.

¶ ἀδόκιμοι, *reprobi*) passive & active. nam respicitur conjugatum δοκιμάζετε, reciproco sensu.

6 γνώσεσθε, *noscetis*) per *probationem* vestri, sine experimento potestatis meæ. v. 10.

7 εὔχομαι) Idem verbum cum accusativo & infinitivo, Act. XXVI. 29.

¶ μὴ ποιῆσαι ὑμᾶς κακὸν μηδέν) *ut nihil mali faciatis:* sic recte Interpres vulgatus. Sequitur enim, *ut vos bonum faciatis.* Grotius interpretatur: *ne cogar cuiquam malum*, pœnam, *infligere.* Sed sic amittitur antitheton modo notatum. Habet ποιεῖν accusativum personæ: sed Paulus, ποιεῖν πρός τινα, εἰς τινα.

¶ οὐχ ἵνα) *non ut.*

¶ δόκιμοι, *probati*) coërcendo vos male facientes.

¶ ὡς ἀδόκιμοι, *quasi reprobi*) nulla nobis causa data, potestatis exercendæ. ὡς *quasi* mitigat.

8 δυνάμεθα, *possumus*) Conf. *potestatem*, v. 10.

¶ ἀληθείας, *veritatem*) Veritas hîc notat jus accuratum, in Corinthios exercendum.

9 ἀσθενῶμεν, *infirmemur*) corpore, & quiescente potestate nostra.

¶ δυνατοὶ, *potentes*) fide.

¶ καὶ εὐχόμεθα, *etiam optamus*) Infirmitas, læta est, non optata. κατάρτισις *etiam* optata.

¶ κατάρτισιν) *coagmentationem:* v. 11. 1 Cor. I. 10. ne opus sit quenquam de corpore *rescindere*, ἀποτόμως *severe.*

10 μοι, *mihi*) De potestate apostolica propria agens Paulus a plurali ad singularem redit.

11 λοιπὸν, *ceterum*) Conclusio. Severius scripserat Paulus in tractatione: nunc benignius, re tamen ipsa non dimissa. coll. c. XII. 20.

¶ χαίρετε) *gaudete.* Redit ad prima, c. I. 24. Opportune autem hîc ponitur verbum χαίρετε, quo etiam *vale* solet dici.

¶ παρακαλεῖσθε, *confirmamini*) c. I. 6.

13 ἥν) Respondet hoc votum utrique epistolæ. Habet quidem etiam prior epistola

*) *Plus satis frigidum est,* τὸ ἐν ἀὐλῷ *vel de* similitudine *cum Christo Christiue* imitatione *explicare, vel interpretari per* um seinet willen. *Conf. Rom. VIII. 17. 2 Cor. IV. 10. Col. III, 3. 4. &c.* E.B.

epistola suam clausulam & votum: sed tamen quia prior epistola in multis capitibus per secundam reassumitur renovaturque, hoc votum etiam in illam quadrat, & in voti universalitate ipsa videtur apostolus etiam ad priorem epistolam respexisse.

¶ χάρις, *gratia*) Hæc primo loco nominatur. nam per gratiam Christi venitur ad Patris amorem. [*Egregium de S. S. Trinitate testimonium!* V. g.]

¶ ἡ ἀγάπη τοῦ θεοῦ, *amor Dei*) v. 11.

¶ ἡ κοινωνία, *communio*) quæ etiam vobis gentibus obtigit, & concordiam parit.

IN EPISTOLAM AD GALATAS.

CAPVT I.

1 Παῦλος ἀπόστολος, οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων, οὐδὲ δι' ἀνθρώπου, ἀλλὰ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ θεοῦ πατρὸς τοῦ ἐγείραντος αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, *Paulus apostolus, non ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum & Deum Patrem, qui suscitavit eum a mortuis*) Notabile antitheton, quo Paulus, apostolatum suum asserens, memorat & vocationem divinam: οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων, ἀλλὰ (subaudi διὰ) θεοῦ πατρὸς, *non ab hominibus, sed* (per) *Deum Patrem*: coll. v. 15 seq. & institutionem immediatam: οὐδὲ δι' ἀνθρώπου, ἀλλὰ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, *neque per hominem, sed per Iesum Christum*. coll. v. 12. Institutio plerumque facta per unum, v. gr. per Gamalielem; vocatio per plures: hinc differentia numeri, *hominibus, hominem*. Contendit, Clericum secutus, Artemonius, p. 211 s. post καὶ inserendum esse ἀπὸ, a: sed recte ex proximo subauditur διὰ *per*, & vis particulæ διὰ *per* includit h. l. vim particulæ ἀπὸ, *a*, non contra. Sæpe Paulus in conjuncta Patris & Filii mentione unam præpositionem habet. 1 Tim. VI. 13.

¶ διὰ, *per*) Modo διὰ per apostrophum posuerat; nunc sine apostropho, emphaseos causa.

¶ ἐγείραντος, *qui suscitavit*) Semina sparguntur tractationis. Resuscitatio Christi, est fons justitiæ & apostolatus. Rom. I. 4. 5. IV. 25. 2 Cor. V. 19.

2 πάντες, *omnes*) Hic versiculus huic epistolæ addit *symboli* formam. *)

¶ ἐκκλησίαις, *ecclesiis*) Plurali utitur, ob multitudinem ecclesiarum & oppidorum in Galatia. Neque addit epitheta, uti ad Rom. Cor. &c.

¶ γαλατίας, *Galatiae*) 1 Petr. I. 1.

4 τοῦ δόντος, *qui dedit*) Gratiæ & pacis apprecationi nusquam alibi Paulus talem peri-

*) *Quibus modis ex hoc epistolæ introitu concludat cel.* Michaëlis, *prius eam, quam Paulus Thessalonicâ discessit fer, scriptam esse, videre est in seiner* Einleitung &c. *T. II. p. m. 1324 sq.* E. B.

periphrasin addit. *qui tradidit*, c. II. 20.

¶ ἁμαρτιῶν, *peccatis*) quæ nos malo huic seculo manciparant.

¶ ἐξέληται, *eriperet*) Totum beneficium redemtionis Paulus describit ab ea parte, in qua potissimum laborabant Galatæ, malo Iudaico abrepti.

¶ ἐνεστῶτος, *praesente*) *Praesens* hoc durat, quam diu malitia viget.

¶ αἰῶνος πονηροῦ, *seculo malo*) Rarum loquendi genus, quo notatur tota œconomia peccati, sub potestate Satanæ. Huic *seculo*, [*& prauo & infelici*, V. g.] de quo conf. Rom. V. 6, quo Galatæ pæne ablati erant, opponuntur *secula seculorum*. v. seq. Præsens *seculum* obstat gloriæ Dei, & est sub potestate τοῦ πονηροῦ, *Mali*. Nusquam parcius, quam in hac epistola, Paulus de Satana loquitur.

¶ κατὰ, *secundum*) Constr. cum *qui dedit*. Ioh. X. 18 fin.

¶ τὸ θέλημα, *voluntatem*) sine merito nostro. conf. Ioh. VI. 38 s.

¶ καὶ, &) Vid. Rom. XV. 6 not.

5 ἡ δόξα, *gloria*) pro hac *voluntate* salutifica. Exordium lætum.

6 θαυμάζω, *miror*) Ad reliquas omnes ecclesias scribens Paulus exorditur ab expressa gratiarum actione & laude Dei: quæ, re hîc aliud poscente, tamen repræsentata est versu 5. Etiam appellationem *fratrum* differt. Summam epistolæ hanc damus: Partes sunt III.

I. Inscriptio. c. I. 1-5

II. Revocatio Galatarum ad verum evangelium: ubi

1. *eos reprehendit.* 6-10
2. *evangelii ab sese praedicati auctoritatem divinam asserit:*
   quippe qui
   1. *ex persecutore factus sit apostolus per vocationem coelestem.* v. 11-17
   2. *ipsi Petro se nunquam imparem gesserit.* 18 s. 21 s. II. 1 s. 11 s.
3. *justificationem per fidem vindicat, Galatas denuo objurgans.* c. III. 1 s. 15 - IV. 11
4. *Galatis, tenerrimo affectu, eandem rem per allegoriam filii ancillae & filii liberae explanat.* c. IV. 12
5. *inde ad libertatem tuendam eos hortatur:* c. V. 1-12. & *a libertatis abusu deterret, atque ut non in carne, sed in spiritu ambulent, monet.* v. 13 s. 16 - VI. 5. 6-10

III. Conclusio. v. 11 s. 17. 18.

Vid. etiam not. ad cap. II. 16.

¶ ἔτω ταχέως, *tam cito*) Non multo ante Paulus apud Galatas fuerat. Vide *Ord. temp.* pag. 281. [*Ed. II. p. 242. no. 6.*]

¶ μετατίθεσθε, *transferimini*) Grave verbum, admixta excusatione. Hieronymus: *Galatia* translationem *in nostra lingua sonat.*

¶ ἀπὸ τοῦ καλέσαντος ὑμᾶς, *ab eo qui vocavit vos*) Vocatio, gratiæ canalis, regula in posterum. c. V. 8. 13. Habetur versu 6-10 *Propositio* & *Partitio* quædam: & de *vocatione in gratia* agitur deinceps a versu 11, de *turbatoribus*, c. V. 7 seqq.

¶ ἐν χάριτι, *in gratia*) Act. XV. 11.

¶ χριστῷ, *Christo*) Hoc conſtruitur cum ἀπὸ *ab.**)

7 ὅ, *quod*) Ref. ad *evangelium*, non ad *alterum evangelium.*

¶ οὐκ ἔστιν ἄλλο, *non eſt aliud*) Diff. ab ἕτερον, *alterum.* Paulus non modo illud, quod Galatæ ſibi obtrudi paſſi erant, ſed quodvis aliud repudiat.

¶ τινὲς, *quidam*) infelices. v. 8. c. V. 10. 12.

¶ ταράσσοντες, *turbantes*) c. V. 10.

¶ θέλοντες, *volentes*) Re ipſa non poterant: *volebant* tamen obnixe. Sæpe Paulus hoc verbo tangit Galatas eorumque corruptores. c. IV. 9. 17. 21. VI. 12 ſ. Sic Col. II. 18.

¶ μεταστρέψαι) Hoc verbo ſæpe הפך exprimitur.

¶ τὸ εὐαγγέλιον τοῦ χριστοῦ, *evangelium Chriſti*) Turbatores non plane negabant Ieſum Chriſtum: ſed Paulus evangelium nonniſi purum agnoſcit.

8 ἡμεῖς) *nos*, multi. v. 2.

¶ ἢ ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ, *aut angelus ex coelo*) cujus auctoritas, extra Deum & Chriſtum, ſumma eſt. c. IV. 14.

¶ ὃ εὐηγγελισάμεθα, *quod evangelizavimus*) Infallibilitas apoſtolica.

¶ ἀνάθεμα, *anathema*) expers Chriſti & Dei. Antitheton, c. VI. 16.

¶ ἔστω, *eſto*) Controverſiæ non modo poſſunt, ſed ne debent quidem ſine affectu tractari: **) ſed affectus debet eſſe ſanctus.

9 ὡς, *ſicut*) Deliberate loquitur. Videtur inter utriuſque verſiculi ſcriptionem pauſa fuiſſe interjecta. Similis aſſeveratio iterata, c. V. 2. 3. 21.

¶ προειρήκαμεν, *ante diximus*) Plurale. nam v. 8 ſcripſit, *nos* & *evangelizavimus*, item pluraliter.

¶ λέγω, *dico*) in ſingulari. Omnes ſciebant veritatem evangelii; Paulus, Galatas vere imbutos evangelio. ideo nunc dicit, *recepiſtis*, in quo verbo epitaſis eſt hujus iterationis.

¶ εἰ) Hoc magis poſitivum, quam ἐὰν, v. 8.

¶ ὑμᾶς εὐαγγελίζεται, *vos evangelio inſtruit*) Hîc *vos* ante verbum *evangelizare* ponitur, verſu 8 poſtpoſitum; emphaſeos cauſa. neque nullum in caſu diſcrimen eſt: *evangelium praedicavimus vobis*, habet dativum commodi; *evangelio aliquem inſtruere*, convenit inſultationi falſorum doctorum.

10 ἄρτι γὰρ, *nunc enim*) Cauſa, cur etiam *nunc* tam aſſeveranter ſcribat. *nunc* repetitur ex v. 9.

¶ ἀνθρώπους, *homines*) Hoc ſine articulo: at mox, τὸν θεὸν *Deum*, cum articulo. Dei ſolius habenda eſt ratio.

¶ πείθω) πείθω τινα fere idem, ac mox ἀρέσκω, *placere quaero alicui.* πείθειν τινὰ, conſenſum alicujus aut veniam impetrare. Plato de Leg. lib. 10 init. conf. 2 Cor. V. 11 not.

¶ ἀνθρώποις, *hominibus*) Antitheton: *Chriſti.*

¶ ἔτι, *adhuc*) Senſus: neque antea quæſivi, neque *adhuc* placere hominibus quæro. Conf. *adhuc*, c. V. 11. Particulæ temporis præſentis, ἄρτι *nunc* & ἔτι *adhuc*, refutant ſermones ejus, qui Galatas turbabat: contradiſtinguunt hoc loco tempus præſens ſuperiori tempori, non phariſaico, ſed item apoſtolico. De phariſaico

*) *Hæc ipſa vox* χριστῷ, *utut per marginem* utriusque Ed. *non prorſus firma cenſeatur, exprimitur tamen in* Vers. germ. E. B.

**) *Immo verò illi ipſi, qui* Indifferentiſmo *frigidam ſuffundunt hodie, ſibi ſolis* declamandi *licentiam largiſſimam ſumunt; reliquos, quibus* DEI cauſſa *curæ cordique eſt, ad meram* tolerantiam *ablegantes. Vid. Pſ.* CXIX. *139. 158.* LXXIII. *8. 9.* XII. *5.* E. B.

risaico neque negat Paulus h. l. neque ait. Paulus non multo ante circumciderat v. gr. Timotheum. Id in vim consequentiæ apud Galatas ei vertere volebant.

¶ ἀνθρώποις, *hominibus*) Nam hominum sensus a Deo & Christo abhorret. hinc *seculi malignitas*. v. 4.

¶ ἤρεσκον, *placerem*) ἀρέσκω, quæro placere. Rom. VIII. 8 not. Cui autem quisque placere quærit, vel non quærit, ei fere aut placet aut non placet.

¶ χριστοῦ, *Christi*) cui placere quæro, ut *servum* decet. Tit. II. 9.

11 ἀδελφοί, *fratres*) Nunc demum *fratres* appellat.

¶ κατὰ, *secundum*) κατὰ complectitur vim præpositionum ἀπὸ, διὰ & παρὰ, v. 1. 12. Non est humani census evangelium meum.

12 παρέλαβον, *accepi*) Diff. a *doctus sum*. nam alterum fit sine labore, alterum cum labore discendi.

¶ δι' ἀποκαλύψεως, *per revelationem*) scil. *accepi*.

13 ἠκούσατε, *audivistis*) antequam ad vos veni.

¶ ποτὲ, *aliquando*) quo tempore Paulus minime cupidus fuerat evangelii colendi.

¶ ἐπόρθουν, *vastabam*) Hoc plane contrarium *aedificationi* notat.

14 προέκοπτον, *proficiebam*) in factis ipsis.

¶ συνηλικιώτας, *coaetaneos*) vegetos tum.

¶ πατρικῶν μου, *patriarum mearum*) carissimarum, ut si me solo patrono niterentur. Mimesis.

15 εὐδόκησεν, *beneplacitum habuit*) *Beneplacitum* divinum est summum, ubi quisque de suæ salutis causis quærit. Nil meritis tribuit Paulus: mox addit, *ex utero*. conf. Rom. IX. 11.

¶ ὁ ἀφορίσας με, *qui separavit me*) ut hoc *beneplacitum* mihi præstaret.

¶ ἐκ κοιλίας μητρός μου, *ex utero matris meae*) Ier. I. 5.

16 ἀποκαλύψαι, *revelare*) Constr. cum *beneplacitum habuit*. Insigne verbum.

¶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ, *filium suum*) c. II. 20.

¶ ἐν ἐμοὶ) *in me*, non modo, *per me*. id *) enim demum consequens. Revelatus erat antea filius Dei, nunc revelabatur etiam *in Paulo*, quod ad Paulum attinet, i. e. Paulo. Sic *in* mox hoc versu & v. 24.

¶ ἐν τοῖς ἔθνεσιν, *in gentibus*) quarum vocatio in multis meæ respondet. **) Eo minus opus erat, Hierosolyma petere.

¶ εὐθέως, *statim*) Cohæret maxime cum ἀπῆλθον *abii*. Notatur subita habilitas apostoli. Act. IX. 20: *statim praedicabat*. [*Attamen, animi modestiâ permotus, collegis senioribus, siquando praesentes eos habuit, lubens palmam concessit*. V. g.] Hieronymus construit: *ut evangelizem continuo*.

¶ οὐ προσανεθέμην) *non retuli* ad carnem & sanguinem, consulendi causa. Idem verbum, & ἀνεθέμην, c. II. 6. 2. Lexica (quæ vide) nullam verbi compositi & decompositi differentiam tradunt: sed apostolus videtur considerate distinxisse, ut πρὸς valeat *praeter*, *ultra*. i. e. satis mihi fuit divina revelatio.

¶ σαρκὶ καὶ αἵματι, *carni & sanguini*) i. e. homini, vel, hominibus. c. II. 6. conf. Matth. XVI. 17 not.

17 οὐδὲ

*) *Specimen habes, Lector, non per* hebraismi *neglectum, sed aliis de causis,* verborum proprietatem *identidem teneri ab Auctore.* E.B.

**) *Idem de pertinaci incredulitate* gentis Judææ, *etiamnum conuertendæ, coll. 1 Tim. I. 12-16, suauiter monet S. R. D.* Lorenz, *Argentor., in Diss.* de Induratione Israëlis, ante finem dierum finienda, *Argent. 1771. p. 2. 3. 4.* E.B.

17 οὐδὲ ἀνῆλθον) *neque ascendi.* sic, ἀνῆλθε, Ioh. VI. 3.

¶ ἱεροσόλυμα, *Hierosolyma*) sedem apostolorum.

¶ ἀραβίαν, *Arabiam*) regionem *gentium.*

¶ πάλιν ὑπέστρεψα, *iterum reversus sum*) Paulus hîc Damascenum iter, in quo conversus erat, ut notum præsupponit.

¶ δαμασκὸν, *Damascum*) Syriæ. Non datur alia *Damascus*, nisi Syriæ. Sed *Syriæ* mentionem addidi, quia antea de *Arabia* &c. sermo erat.

18 τρία, *tres*) editis documentis muneris apostolici.

¶ ἱστορῆσαι) Grave verbum, ut de re magna. Non dixit ἰδεῖν, sed ἱστορῆσαι. ὅπερ (inquit Chrys.) οἱ τὰς μεγάλας πόλεις καὶ λαμπρὰς καταμανθάνοντες λέγεσι. Solonem Plutarchus aliosque reponit multos, qui πολυπειρίας ἕνεκα καὶ ἱστορίας peregrinati sunt. Iulianus, magos consulturus in urbibus Græciæ, eundi causam obtendit καθ' ἱστορίαν τῆς ἑλλάδος καὶ τῶν ἐκεῖσε παιδευτηρίων. Greg. Naz. Or. 4. *Cresoll.* theat. rhet. p. 163.

¶ πέτρον, *Petrum*) Hunc ergo Paulus ceteris antetulit. c. II. 7.

¶ δεκαπέντε, *quindecim*) Tantillo tempore, inquit Paulus, Petrus me non potuisset apostolum facere. [*Iuuat curatius, quæ tecum aguntur, notare; ut, quum res tulerit, post longa etiam interualla confidenter ad ea prouocare queas.* V. g.]

19 τὸν ἀδελφὸν τοῦ κυρίου, *fratrem Domini*) Iesu consobrinum. *) Non alius Iacobus frater Domini, atque apostolus.

20 ἰδοὺ, *ecce*) scil. ἐστὶ, *est.* nam ὅτι, *quod.*

21 ἦλθον, *veni*) cum evangelio. v. 23.

22 τῆς ἰουδαίας, *Iudææ*) extra Ierusalem.

23 ὁ διώκων, *persequens*) Hoc nomine notissimus fuerat: neque tam celebre ipsum nomen Sauli, quam persecutoris.

24 ἐδόξαζον, *glorificabant*) Atque hodie ecclesia Deum glorificat *in Paulo.* [*Idem obseruare memento, quoties bona fama perlata ad te fuerit.* V. g.]

¶ ἐν ἐμοὶ) *in me.* conf. not. ad v. 16. Glorificarant Deum antea; nunc glorificabant etiam Pauli *causa.*

CAP. II.

1 Διὰ, *per*) interjectis XIV annis, inter duo itinera Hierosolymitana.

2 κατὰ ἀποκάλυψιν, *secundum revelationem*) Paulo, revelationes habenti, non opus erat, discere ex hominibus. Hæc revelatio ei magna de causa obtigerat.

¶ ἀνεθέμην) *proposui*, ut solent æquales; non ut confirmarent me, sed ut alios. Act. XV. 2.

¶ αὐτοῖς, *illis*) Hierosolymitanis. Id tractatur v. 3 f.

¶ κατ' ἰδίαν) *seorsum.* non omnes capiebant.

¶ τοῖς δοκοῦσι, *iis, qui magni fiebant*) Antitheton ad Paulum, qui minus agnoscebatur. [*Apostoli præcipue indigitantur*, v. 9. V. g.] conf. 2 Cor. XI. 5. Hesychius, δοκοῦντες, οἱ ἔνδοξοι. Id tractatur v. 6 f.

¶ μήπως, *ne*) Hoc pendet a *proposui.* In vanum currerem, inquit, aut cucurrissem, si circumcisio judicata fuisset necessaria.

¶ τρέχω, *curram*) cum celeri victoria evangelii.

3 οὐδὲ)

*) *Ex hac ipsa determinatione, quâ* Iacobus minor *a* Iacobo majori *distinguitur, concludit cel.* Michaëlis, *neque Iohannem Apostolum neque fratrem ejus germanum ullo consanguinitatis vinculo junctum fuisse Saluatori, in der* Einleitung &c. *T. II. p. m. 1245.* E. B.

3 οὐδὲ) *Ne* Titi *quidem*, qui mecum erat, circumcidendi neceſſitatem nobis imponi paſſi ſumus.

4 διὰ δὲ) Id *vero*, de Tito, factum eſt *propter* &c. δὲ, *vero*, particula, declarat & intendit.

¶ παρεισάκτους) Hîc & in παρεισῆλθον παρὰ notat *præter*, *ſub*.

¶ ψευδαδέλφους, *falſos fratres*) Majorem eorum, qui profeſſi Iudæi erant, rationem habuerat in Timotheo. Act. XVI. 3.

¶ οἵτινες, *qui*) Conf. Act. XV. 1. 24.

¶ κατασκοπῆσαι) *explorare*, & peſſundare.

5 τῇ ὑποταγῇ, *ſubjectione*) Limitat. *Amore*, libenter ceſſiſſemus.

¶ ἡ ἀλήθεια) *veritas evangelii*, evangelium genuinum; non alterum, c. I. 6, quod ſubſtituere conabantur *fratres non genuini*. Eadem locutio, v. 14. Col. I. 5. Veritas, præciſa, rigida: nil ſuum deſerit, nil alienum admittit.

¶ ὑμᾶς, *vos*) Græcos. *) Veſtra cauſa defendimus, quæ vos repudiatis.

6 ἀπὸ) Subaudi οἱ, οἱ ἀπὸ κτλ. & conſtrue, ἐδέν μοι διαφέρει, ὁποῖοί ποτε ἦσαν ἀπὸ κτλ. *nil mea intereſt, quales tandem fuerint illi ex inſignioribus*. Pariter præpoſitio poſita, omiſſo articulo, Marc. V. 35. Luc. XI. 49. Non tantum tres, Iacobus, Petrus & Iohannes, erant δοκοῦντες· ideo dicit ἀπὸ τῶν. οἱ δοκοῦντες, οἱ ὑπὲρ λιαν ἀποστολοι. 2 Cor. XI. 5.

¶ εἶναί τι) *eſſe aliquid*, apud eos, qui Paulum non ita æſtimabant.

¶ ὁποῖοί ποτε) *qualeſcunque*. ποτε enclitica h. l. eſt, non adverbium temporis.

¶ θεὸς, *Deus*) Dei judicium ſequebatur Paulus. Auctoritatem divinam aſſerit; non deprimit apoſtolicam.

¶ γὰρ, *enim*) Ætiologia non rei, ſed ſermonis. Præfationem aliquam modo poſuit Paulus; nunc innuit, cur ea præfatione uſus ſit, & rem ipſam proponit. Simile *enim*, c. VI. 7. Præfatur, ſe non pendere ex conſenſu aliorum: deinde tamen conſenſum illum oſtendit.

¶ ἐδὲν προσανέθεντο) *nil* ad me *retulerunt*. i. e. nil in mea doctrina reprehenderunt. Sæpe qui vult reprehendere aut monere, id modeſte facit per ſpeciem communicationis. Nulla tali ratione uſi ſunt *anteceſſores*, (ſic Tertullianus appellat τὰς δοκήσεις,) erga Paulum. Ego illis ἀνεθέμην, v. 2. illi nil προσανέθεντο, nil habuere, quod adderent.

7 ἰδόντες) *videntes*, ab ipſo effectu, quem eis demonſtravi. v. 8. Act. XV. 12.

¶ τῆς ἀκροβυστίας, *præputii*) i. e. gentium, citra circumciſionem ad fidem perducendarum.

8 εἰς τὰ ἔθνη, *in gentes*) i. e. in apoſtolatum gentium.

9 γνόντες, *cognoſcentes*) me audito & viſo.

¶ δοθεῖσαν, *datam*) conf. de Paulo, 2 Petr. III. 15.

¶ ἰάκωβος, **) *Iacobus*) Hic primo loco ponitur, quia maxime manebat Hieroſolymis, vel etiam quia maxime agebat in hac re, Paulusque videri potuiſſet magis ab Iacobo, quam a Petro, magis a Petro, quam

*) *Congruit cel.* Michaëlis *obſeruatio*, *in der* Einleitung &c. *T. II. p. m. 1328*, *qua non* Galatas *præciſe*, *ſed generatim* gentiles *vocabula* ὑμᾶς *innui judicat*. E. B.

*) *Lectio marginalis* πέτρος καὶ ἰάκωβος, *hoc verſu*, *in* utraque Ed. gr. *æquiparatur lectioni* ἰάκωβος καὶ κηφᾶς, *tum in* Vers. germ. *tum in* Gnom. *expreſſæ*: *v. 11 nomen* κέφας, *quod* Ed. maj. *itidem in æquilibrio poſuerat*, *in* Ed. 2 *&* Vers. germ. *aperte præfertur alteri*: *denique v. 14 lectio* κηφᾷ, *per marginem* Ed. maj. *genuinis adnumerata*, *in margine* Ed. 2 *ad minus firmas dejicitur*, *&* *in* Vers. germ. *permutatur cum lectione* πέτρῳ. E. B.

quam ab Iohanne abhorrere. Etenim ex multis rebus intelligi potest, Iacobum & Paulum, nec non Petrum & Paulum &c. in sua natura & in ipsius animæ affectu habuisse, qui alter erga alterum, cum sui abnegatione, amorem & tolerantiam exerceret, salva veritate omnibus agnita. Hinc fit, ut non facile & Iacobum & Paulum æque capiat unus idemque homo aut cœtus. Luthero hoc excidit, ut Iacobi epistolam diceret stramineam: quod qui exagitant, viderint, quid monstri ipsi adversus Paulum alant. Vnum caput, unus Sol Christus est: maximi apostoli, membra erant; neque hi singuli, omnes Solis illius radios æque exceperunt, sed universi Christum in apostolatu retulere. Conf. de varietate illorum Ap. XXI. 14. 19 s. Divinitusque ita gubernata res est, ut Iacobus, legis retinentior, Iudæis; Paulus, nunquam ceterorum odore imbutus, ac fidei libertatisque studiosior, gentibus prædicaret: & ut quisque ad clima sibi assignatum characterem & dotes afferret quam aptissimas.

¶ κηφᾶς, *Cephas*) Hoc nescio quomodo augustius sonat, quam *Petrus*. Si Petrus illum primatum, qui ei postea tributus est ab hominibus, jam tum habuisset, maxima Paulo fuisset causa, primatum illum hîc commemorandi, aut Petrum certe eximio loco nominandi.

¶ στῦλοι) Hoc Hebræo עמוד respondet, Prov. IX. 1 & passim.

¶ δεξιὰς ἔδωκαν) Sic, δῶμεν δεξιὰν, *pacem faciamus*. 1 Macc. VI. 58 &c.

¶ κοινωνίας) *communionis*, quæ collegarum est.

¶ ἵνα, *ut*) scil. iremus, cum evangelio.

¶ εἰς τὰ ἔθνη, *in gentes*) præcipue. Nam Paulus etiam Iudæos, Petrus & Iohannes etiam gentes docuere: sed ille extra Iudæam cucurrit; hi in Iudæa, dum ea fuit, substiterant. Petrus si Romam venit, certe fixam ibi sedem non habuit.

10 τῶν πτωχῶν, *pauperum*) ex Iudæis.

¶ μνημονεύωμεν, *meminerimus*) Antecedens pro consequente. nam *studuit* Paulus non modo *meminisse*, sed *sublevare*.

¶ ἐσπούδασα, *studui*) etiam apud Galatas. 1 Cor. XVI. 1. Paulus non abjecit *studium* bonorum operum.

11 ὅτε, *quum*) Ad summa venit argumentum. Paulus ipsum Petrum reprehendit: ergo non debet homini doctrinam suam. *)

¶ ἀντιόχειαν, *Antiochiam*) arcem tum ecclesiæ ex gentibus.

¶ κατὰ πρόσωπον) *coram*. (conf. v. 14, *coram omnibus*.) Sic LXX, 1 Reg. I. 23. bis: 1 Chron. XXVIII. 8. Ps. L. 21. Dan. XI. 16 &c. Infra, κατὰ, c. III. 1.

¶ ἀντέστην, *restiti*) Rigidum verbum.

¶ κατεγνωσμένος) κατακεκριμένος, *condemnatus*, propter actiones contrarias, quarum altera alteram condemnabat. v. s. coll. v. 18. Participium habet vim reciprocam. Suo enim ipse judicio, sua se praxi condemnaverat Petrus.

12 συνήσθιεν) *una edebat*, nobiscum, cum gentibus.

¶ ὑπέστελλε, *subducebat*) paulatim.

¶ ἀφώριζεν, *separabat*) plane.

¶ φοβούμενος, *timens*) Timor hominum, multum obest.

13 οἱ λοιποὶ) *ceteri*, credentes.

¶ καὶ) *etiam* Barnabas, quem minime censeres id facturum.

¶ συναπήχθη, *una abductus est*) Vis exempli frequentis.

14 εἶδον, *vidi*) Beata animadversio.

¶ ὀρθο-

*) *Itaque* in docendo *quidem ubivis ἀνυπεύθυνοι sunt Apostoli, quanquam non æque* in omni usu *et consuetudine* vitæ communis, *monente ad h. l. S. R. D.* Crusio, *Hypomn. T. I. p. 90.* E. B.

¶ ὀρθοποδοῦσι) *recto* & aperto *gradu incedunt*, ad canonem, c. VI. 16; in via recta, vel potius corpore erecto, ut opponatur claudicationi, & prævaricationi proprie dictæ. Innuitur rectitudo pedum. Græci dicunt etiam ὀρθοβατεῖν, ὀρθοδρομεῖν.

¶ τῇ εὐαγγελίᾳ, *evangelii*) Namque evangelium docet, cum redemtione per mortem Christi non constare justitiam ex legis operibus & observationem necessariam legis ceremonialis.

¶ εἶπον, *dixi*) Unus Paulus rem sustinuit, sine sociis, hoc loco, contra judaismum: deinde etiam contra ethnicismum. 2 Tim. IV. 16 f.

¶ τῷ) Auctores rei peti debent.

¶ ἔμπροσθεν πάντων, *coram omnibus*) 1 Tim. V. 20.

¶ εἰ σὺ, *si tu*) In hoc elencho Paulus Petro in memoriam redigit elenchum Petri ad Pharisæos, Act. XV. 10 f. Incipit hîc propositio bimembris, cujus pars prior, *si tu* &c. tractatur v. 15 f. altera, *quid gentes* &c. tractatur v. 17 f.

¶ Ἰουδαῖος ὑπάρχων, *Judæus cum sis*) eoque propinquior legi.

¶ ἐθνικῶς ζῇς, *ethnice vivis*) Sic Paulus loquitur κατ' ἄνθρωπον. nam Petrus priorem agendi modum retractans pro *ethnico* declaravit, cum in se esset rectus. Demta hac figura, propositio ipsa, non vivendum jam esse judaice, tractatur mox.

¶ τὰ ἔθνη, *gentes*) lege solutas.

¶ ἀναγκάζεις, *cogis*) facto tuo. *Necessum* habuissent gentes aut sequi Judaicum ritum, aut carere communione ecclesiæ.

¶ Ἰουδαΐζειν, *judaizare*) Quod antea fuerat obedientia erga legem, nunc est merus Judaismus.

15 ἡμεῖς, *nos*) Paulus, Petri personæ parcens, missa secunda singulari transit ad primam pluralem; inde ad primam singularem, figurate, v. 18. inde proprie, *ego*, v. 19 f. Nos, quamvis natura Judæi, & non ex gentibus peccatores, scil. *fuimus*: coll. præt. *scientes-credidimus*. Hoc *nos*, interjecta per parenthesin ætiologia, reassumitur versu seq. cum epitasi, & pertingit ad *credidimus*.

¶ φύσει, *natura*) non modo professi.

¶ ἐκ ἐξ ἐθνῶν ἁμαρτωλοὶ, *non ex gentibus peccatores*) Paulus ut rem confessam pronunciat, gentes, quæ legem ne habebant quidem, esse peccatores, quum Judæi e contrario legem vel etiam opera haberent, Tit. III. 5. Inde obiter concedit, nonnisi in Christo Judæos cum illis communionem habere posse; præcipue autem justificationem gentium, per fidem, ut confessam pronunciat; eandemque etiam de Judæis infert. Huc refer, *peccatores*, v. 17 not.

16 εἰδότες, *scientes*) i. e. quoniam cognovimus.

¶ ἄνθρωπος, *homo*) quivis, Judæus, Græcus.

¶ ἐξ ἔργων νόμου, *ex operibus legis*) Galatisni sectatores, ex ipsius legis moralis natura ac fine haud perspecta & sinistre accepta, legem ceremonialem obnixe tuebantur: & discrimen legis ceremonialis & moralis aut nullum aut exiguum agnoscentes, uno utramque *legis* vocabulo comprehendebant, adeoque in totius legis observatione justificari quærebant. Pariter igitur apostolus eos refutans, uno utramque vocabulo comprehendit, aut ubi legis vocabulo strictius utitur, ipsam legem moralem innuit; legem ceremonialem aliter appellat, elementa &c. Controversiæ autem status magis in oculos incurrit, quatenus ea erat de lege ceremoniali, quam quatenus erat eadem de lege morali: materia quippe illius, circa tempora, præputium, cibos &c. versantis, in oculos magis incurrebat, quam hujus: & abrogatio illius, ex toto facta, magis conspicua erat, quam hujus, secun-

dum quid facta. Sic fit, ut argumenta quædam contra justificationem ex lege ceremoniali particulariter militent; plura tamen contra justificationem ex lege universa, etiam morali. Totum patet lucidius ex œconomia epistolæ ad Galatas. nam c. I & II apostolus se demonstrat divinitus missum & doctum, ceterisque apostolis nullatenus inferiorem, uti Collationes Irenicæ, imo etiam polemicæ, cum illis, ipsoque cum Petro habitæ, evincant. Capite III est tractatio de lege morali. unde c. IV. 1-11 argumenta de lege ceremoniali deducuntur, &, interjecta allegoria ad utramque spectante, capite V speciatim de circumcisione agitur. Summa: e diametro inter se opponuntur, Moses & Iesus Christus: lex & promissio: facere & credere: opera & fides: merces & donum: maledictio & benedictio. Decalogusque aut a Paulo plane intactus relinquitur, aut sub legis vocabulo continetur: imo decalogus ea proprie lex est, quæ, justificare negata, tamen per fidem stabilitur: nam sane lex ceremonialis *aboletur;* Rom. III. 31. *Sina* autem, Gal. IV. 24, multo magis ob decalogum, quam ob legem ceremonialem, celebratur. Neque per se intolerabile jugum erat lex ceremonialis, sed robur ex morali habuit. Act. XV. Itaque lex moralis est *legalior*, ut ita dicam, quam ceremonialis, quæ simul erat quasi evangelium elementare & præliminare. Vid. etiam Rom. III. 20 not.

¶ ἐὰν μὴ, *si non*) Particula resolvenda in ἀλλὰ, *sed*, sed majore vi. Non justificatur homo ex legis operibus, neque adeo ulla alia ratione, nisi per fidem. Eadem mox vis particulæ & *non*.

¶ διὰ, *per*) *Per*, de gentibus: *ex*, mox, de Iudæis. Rom. III. 30 not.

¶ ἰησοῦ χριστοῦ, *Iesu Christi*) i. e. *in Christum Iesum;* ut sequitur mox, transpositis nominibus. Gentibus nomen *Iesu*, Iudæis nomen *Christi* prius innotuit. Quare non semper promiscuus est ordo, ubi utrumque nomen, ut hîc, ponitur. Rom. XV. 5 s. 1 Tim. I. 15 s. II. 5. VI. 13. 14. 2 Tim. I. 9 s. nott. Et fere in sermone solenniori dicitur, *Christus Iesus*: in communiori, *Iesus Christus*.

¶ καὶ ἡμεῖς) *nos quoque* ipsi; quanto magis gentes.

¶ ἐπιστεύσαμεν) *credidimus;* i. e. pridem credere cœpimus.

¶ διότι, *propterea quod*) Probatur consequentia ad Iudæos.

17 εἰ δὲ, *si vero*) Quum Petrus communitatem victus cum gentibus cœptam, subducto se ipso, retractavit, tantundem id fuit, ac si se communitate illa *peccatorem ethnicum* egisse dixisset. Necessitudinem autem cum gentibus, cujus causa recte cum illis comederat, conciliarat Christus. Quare si Petrus cum illis comedendo peccavit, consequens erit, illius *peccati ministrum* fuisse Christum. Ab hujus consequentis inconvenientia *) sic abhorret Paulus, ut non modo subjiciat, *absit*, sed statim in eo expri-

*) *Hanc* inconuenientiam *sequenti porro periphrasi* Ioh. Michaëlis *in* Nott. exegetico-criticis *ad h. l. descriptam dedit:* Si nos, qui cupimus per Christum justificari, adhuc in peccatis deprehendimur, adeo ut simulationi & hypocrisi locum demus, tuo, Petre, exemplo, quid futurum putamus de merito Christi, quod tantopere deprædicamus? annon illud calumniae male feriatorum hominum exponemus? annon dignitas ejus periclitabitur apud imperitos & peruersos ethnicos, qui putabunt illud Christi meritum opportunum esse latibulum vel velum obtegendi omnia etiam atrocissima peccata &c. E. B.

exprimendo sermonem molliat per interrogationem, adhibito etiam verbo, διάκονος, *minister*, ad indignitatem hoc loco notandam aptissimo. Culpa nulla Christi est, gentibus justitiam & sanctitatem conferentis; sed est tota ejus, qui separationem a gentibus, postquam ad Christum conversæ sunt, *instaurat*. v. seq.

¶ ζητοῦντες) *quaerentes*, inde a suscepta fide, & libertate a lege. Hoc *quaerere* exprimitur versu præc. Estque nervosum antitheton, *quaerentes-inventi sumus*.

¶ εὑρέθημεν, *inventi sumus*) nunc, postliminio.

¶ καὶ αὐτοὶ) *ipsi quoque*, nostra sponte.

¶ Χριστὸς, *Christus*) *in quo* tamen quærimus justificari.

18 κατέλυσα, *destruxi*) per fidem Christi.

¶ πάλιν οἰκοδομῶ, *iterum aedifico*) per subjectionem erga legem.

¶ παραβάτην) *praevaricatorem*, transgressorem legis, dum [*retractatâ quasi priscâ Iudaismi immutatione*, V. g.] ejus observator esse videor. Vocabulum horribile, legis studiosioribus. [*Hoc scilicet erat fidei legem transgredi*. V. g.]

¶ συνίστημι, *commendo*) Petrus voluerat commendare se. v. 12 fin. Ejus commendationis tristem Paulus fructum hac mimesi ostendit.

19 ἐγὼ γὰρ, *ego enim*) Ætiologia ad μὴ γένοιτο, *absit*. Christus non est minister peccati & mortis, sed Stator justitiæ & vitæ: in Ipso totus sum. Hæc summa ac medulla Christianismi.

¶ διὰ νόμου νόμῳ) *per legem* fidei, *legi* operum. Rom. III. 27. Non sum injurius in legem: lege nitor, non minus divina. Hoc quasi per ænigma proponitur, & mox declaratur, descripta lege fidei. Quo sensu *praevaricator* dicitur, eo sensu *lex* dicitur, in sermone de fide.

¶ ἀπέθανον, ἵνα θεῷ ζήσω) Rom. VII. 4. 6 not.

20 συνεσταύρωμαι, *una crucifixus sum*) Cruce includitur mors, ut patet ex antitheto, *vivo*. conf. Phil. II. 8. De eadem communione, Phil. III. 10.

¶ ζῶ δὲ, *vivo vero*) ex illa morte.

¶ οὐκ ἔτι ἐγὼ) *non jam ego*, ut *Iudaeus*. Col. III. 11.

21 οὐκ ἀθετῶ) *non aboleo*, ut faciunt Iudaizantes, sed tota anima amplector.

¶ τὴν χάριν τοῦ θεοῦ, *gratiam Dei*) qua Christus pro nobis mortuus est.

¶ εἰ γὰρ, *si enim*) Christus est justitia nostra per se; non quatenus legis justitiam implet in nobis. Id patet ex præsenti consequentia Pauli.

¶ ἀπέθανεν, *mortuus est*) & sic, *resurrexit*. Nihil horum opus fuisset, si ex lege esset justitia.

CAP. III.

1 Ὦ, o) Ex abrupto Galatas adoritur.

¶ ἀνόητοι γαλάται, *insipientes Galatae*) rem liquidissimam non assequentes aut retinentes. v. 3. Non appellat ἀγαπητὲς, *dilectos*; quia non erant amabiles, sed reprehendendi: quanquam revera eos amabat.

¶ ἐβάσκανε, *fascinavit*) [*h. e. tam repentinam eamque ingentem vobis mutationem intulit*. V. g.] Huic verbo, si illud, *non obedire veritati*, seponas, *) cohæret propius, quod sequitur; nam *fascino* impediuntur *oculi*. [*ut quis vel non videre opinetur, quae videt; vel, quae non sunt, existimet videre*. V. g.]

¶ κατ' ὀφθαλμοὺς, *ob oculos*) evidentissime.

¶ προεγράφη, *praescriptus est*) προγράφεσθαι

*) *Seponendum vero esse*, utriusque Ed. *margo*, *consentiente* Vers. germ., *innuit*. E.B.

φεῦται dicuntur, quæ publice scripta ante oculos omnium ponuntur, ut docet H. Valesius, Not. in Harpocr. p. 116. Ita scriptus sive pictus fuerat Iesus Christus ante oculos Galatarum per evangelium.

¶ ἐν ὑμῖν ἐσταυρωμένος, *in vobis crucifixus*) forma crucis ejus in corde vestro per fidem expressa, ut jam vos etiam cum illo crucifigeremini, c. II. 20. IV. 19 not. præsertim in S. Cœna.

2 μόνον, *solum*) Grave argumentum. *)

¶ μαθεῖν, *discere*) quid sentiatis vos. Aculeus: multa didiciſtis ex me; ego hoc solum volo a vobis discere.

¶ ἐξ ἔργων νόμου, *ex operibus legis*) in quibus justitiam quæritis.

¶ τὸ πνεῦμα, *Spiritum*) *in quo DEVM compellastis Patrem*, V. g.] per charismata conspicuum, v. 5. Marc. XVI. 17. Hebr. II. 4. Iustitiam comitatur donum Spiritus. v. 14. Eph. I. 13. Ideo sæpe alterum pro altero ponitur. conf. not. ad Rom. VI. 18. Hoc argumentum repetitur versu 5, & interjecto v. 3. 4 pondus additur. Porro Paulus in hac una sua epistola, quum toties nominet Spiritum, tamen epitheton, *sanctum*, ne semel quidem addit; id quod non temere feciſſe videtur. nempe epitheton illud est valde lætum; ad hæc epistola, plane severa.

¶ ἢ, *an*) Duo directe opposita.

¶ ἐξ ἀκοῆς πίστεως, *ex auditu fidei*) Exquisite sic denotatur natura fidei, non operantis, sed recipientis.

3 οὕτως ἀνόητοι, *adeo insipientes*) οὕτως facit epitasin. non modo picturam Christi evangelicam, sed etiam donum Spiritûs negligitis, quod multo magis in sensum incurrebat. vid. ad 1 Cor. I. 6.

¶ ἐναρξάμενοι, *cum inceperitis*) Initio respondet progressus. Non datur justificatio secunda per opera legis. **)

¶ νῦν, *nunc*) quum magis magisque deberetis spirituales fieri, relicta carne.

¶ σαρκὶ, *carne*) Hebr. IX. 10. [*Phil. III. 2. Rom. II. 28.*] Sine dubio putarant Galatæ, se profundius in Spiritum ire. facile potest caro pro Spiritu, etiam a proficientibus, haberi, nisi maneant in fide pura.

¶ ἐπιτελεῖσθε, *consummamini*) ad finem tendentes, carnem sectamini. Omnia fine censentur & exitu.

4 ἐπάθετε) *passi estis*: dum patientissime (quæ patientia fructus est Spiritus) sustinuistis pertulistisque me, quum vobis Christum ejusque crucem ob oculos pingerem, v. 1 not. & in vos laborarem, infirmus carne, ut explicatius loquitur ex intervallo, c. IV. 11. (ubi repetitur vocula εἰκῇ, *frustra*) 13 seq. Non dicit, *feciſtis*, (coll. 2 Ioh. v. 8.) quia *operantes* hoc loco refutat: dicit autem, *passi estis*, valde *proprie*; nam *patitur*, qui paritur, c. IV. 19. nec non, qui currit: c. V. 7. & *appositè*, ad indignitatem damni amplificandam. Non dissimilis usus hujus verbi, Amos VI. 6. Zach. XI. 5. Interdum εὖ πάσχειν, ἀγαθὸν πάσχειν, est *beneficio affici*, Baruch VI. 33. Sed hæc quidem notio a Paulo non est adhibita.

¶ εἴγε καὶ εἰκῇ, *si tamen etiam frustra*) Est hæc quasi correctio: non frustra passi tanta estis. nam Deus vobis Spiritum dedit, & operatus est virtutes in vobis. Conf. Hebr. X. 32.

5 ὁ ἐπιχορηγῶν - καὶ ἐνεργῶν) *qui præbebat - & operabatur*. Sic Chrysost. Etenim participium imperfecti temporis habetur in præsenti. ἐπὶ in priore participio vim habet:

*) *Cujus vim probandi grauiter urget* Michaëlis, *in der* Einleitung &c. *T. I p. m. 13.* E.B.

**) *Eandem & h. l. sententiam* Gnomon *exhibet, quam in* Moldenhauero *valde probat* Ernesti, *Bibl. th. T. VIII. p. 678.* E.B.

habet: nam qui prædicat, χορηγεῖ. Deus ἐπιχορηγεῖ proprie.

¶ δυνάμεις, *virtutes*) miraculosas.

¶ ἐξ, *ex*) subaudi, *fecit* id.

¶ ἐξ ἀκοῆς πίστεως, *ex auditu fidei*) Hoc cum versu seq. propositionem constituit, & in καθὼς, *sicut*, induit vim affirmativam.

6 Ἀβραὰμ, *Abraham*) Vid. Rom. IV. 3 not. Genesis, armamentarium Pauli. v. 6. 8. 16. c. IV. 22. Recurrendum enim ad origines. Matth. XIX. 4.

7 γινώσκετε, *cognoscite*) Imperativus, coll. 2 Tim. III. 1. Indicativum nec Galatarum tarditas æque ferebat, nec tractatio iniens.

¶ οἱ ἐκ πίστεως, *qui ex fide*) Nam Abraham credidit.

¶ οὗτοι) *hi* demum, exclusis ceteris Abrahamo natis.

¶ υἱοὶ, *filii*) v. 29.

8 προϊδοῦσα δὲ, *providens vero*) Δὲ, *vero*, ἐπιτατικὸν, vim argumenti extendit etiam ad *gentes*. τὸ *providens* innuit *praescientiam* divinam, lege antiquiorem. Excellentia magna scripturæ sacræ, quod omnia, quæ in controversiam vocari possunt, in ea provisa & decisa sunt, etiam verbis aptissimis.

¶ ἡ γραφὴ, *scriptura*) Sermo multipliciter concisus, uti evolventi patebit: Deus est, qui hæc testatus est. Deus præscivit, se cum gentibus sic acturum. Deus ideo jam cum Abrahamo simili ratione egit. Deus etiam scripto id consignari fecit. & quidem tum, cum scripto consignaretur, adhuc futurum fuit. Hæc omnia continentur in illo *providens*--. Hæc omnia nostro more loquendi non sic breviter exprimi possent: alias obscura haberentur. Sed facit id ardor pectoris apostolici, quod Spiritu plenum in unam eamque principalem rem intentum erat. Quæ *Abrahamo* dicta sunt, *Mosis* tempore perscripta sunt.

¶ ἐκ πίστεως, *ex fide*) *non ex operibus.*

¶ δικαιοῖ, *justificat*) Præsens, respectu Pauli scribentis. sic, *benedictionem habent.* v. 9.

¶ προευηγγελίσατο, *ante evangelizavit*) Verbum ad catachresin accedens suavissime. Abrahamo *ante* tempora evangelii *evangelizatum* est. Evangelium lege antiquius.

¶ ἐνευλογηθήσονται) ונברכו Gen. XII. 3. inde expressius והתברכו Gen. XXII. 18. Ps. LXXII. 17. Mera benedictionis promissio; nil, operum. Porro justificatio & benedictio conjuncta sunt. Simul ex forma Hebraici verbi patet natura fidei: *benedicent sibi*, gratulabuntur sibi de benedictione. Es. LXV. 16. coll. Deut. XXIX. 18.

¶ ἐν σοὶ, *in te*) ut in patre Messiæ: ergo multo magis in Messia. Gentes, ut credentes in Christum, sunt semen Abrahæ. Abrahamo semen prius, deinde benedictio promissa est. Adde not. ad v. 16.

9 οἱ ἐκ πίστεως) *qui ex fide* sunt, omnes, & soli: ut patet ex opposito. v. seq.

¶ σὺν τῷ πιστῷ, *cum fideli*) Ipsi Abrahamo per fidem collata benedictio: *cum* quo, qui credunt, benedicti sunt. Observa: nunc σὺν *cum* dicit, non ἐν *in. in te*, dictum, antequam natus est Christus ex Abrahami semine; deinceps, *cum*, immo etiam antea. conf. *coheredes*. Hebr. XI. 9.

10 ὑπὸ κατάραν, *sub maledictionem*) *Sub*, hîc & deinceps cum accusativo magna vi ponitur. *maledictio* & *benedictio*, opposita.

¶ εἰσὶν, *sunt*) Verbum hoc iteratur magna vi.

¶ γέγραπται, *scriptum est*) Deut. XXVII. 26, ἐπικατάρατος πᾶς ἄνθρωπος, ὃς οὐκ ἐμμένει πᾶσι τοῖς λόγοις τοῦ νόμου τούτου, ποιῆσαι αὐτούς. ubi πᾶς & πᾶσι non est in Hebræo, sed in Samaritano. Requiritur obedientia perfecta, *in omnibus*,

& perpetua, *permanet*. Hanc nemo præstat.

¶ τοῖς γεγραμμένοις ἐν τῷ βιβλίῳ, *scriptis in libro*) Hoc addit Paulus paraphraseos gratia.

11 ἐν νόμῳ, *in lege*) Pressius urget Paulus rem, ne quis dicat: *Agnosco, justitiam non esse ex operibus legis; sed ea tamen ex ipsa lege est.* Multi nitebantur lege, quamvis eam non servarent. Rom. II. 17. 23. Respondet, eam nil juvare non facientes. v. 12.

¶ παρὰ τῷ θεῷ, *apud Deum*) quicquid sit apud homines. Rom. IV. 2.

¶ δῆλον, ὅτι, *manifestum, quia*) Formula pertinet ad ea, quæ sequuntur. 1 Tim. VI. 7. 1 Cor. XV. 27. Δηλονότι a Græcis adhibetur tanquam una vox, ut latinum *id est*. Quod attinet ad id, quod in lege nemo justificetur coram Deo, id sane certum est & indubitatum, quod justus ex fide victurus sit. Prius illud adhuc tanquam in dubio allegatur, posterius vero est τὸ δῆλον, *manifestum*, per quod etiam prius illud extra dubium collocari debet.

¶ ὁ δίκαιος ἐκ πίστεως, *justus ex fide*) Vid. Rom. I. 17.

¶ ζήσεται, *vivet*) Idem verbum, v. seq.

12 οὐκ ἔστιν ἐκ πίστεως, *non est ex fide*) non agit fidei partes: non dicit, *crede*, sed, *fac*.

¶ ὁ ποιήσας αὐτά, *faciens illa*) Rom. X. 5.

13 Χριστὸς, *Christus*) Christus solus. Hoc ex abrupto, sine conjunctione, cum indignatione quadam adversus operarios legis, exclamat. Non dissimile asyndeton, Col. III. 4, ubi item de Christo.

¶ ἡμᾶς, *nos*) Iudæos præcipue pressit maledictio: nam etiam benedictio propior illis erat. antitheton, *in gentes*. v. 14. conf. c. IV. 3. 6.

¶ ἐξηγόρασεν, *exemit*) *emtione* nos *inde* eruit, ubi tenebamur. Idem verbum, c. IV. 5.

¶ ἐκ τῆς κατάρας, *ex maledictione*) sub qua sunt, qui vel lege vel legis operibus nituntur.

¶ γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα, *factus pro nobis maledictio*) Abstractum nomen, non concretum, hîc ponitur. Quis auderet sine blasphemiæ metu sic loqui, nisi apostolus præiret? *Maledictio* plus dicit, quam *anathema*, Rom. IX. 3. nam *maledictio* aliunde infligitur, anathema ultro incurritur. Pariter de Christo dictum, יכרת ἐξολοθρευθήσεται, Dan. IX. 26. coll. v. 24 cum annot. C. B. Michaëlis. Etiam ὑπὲρ *pro* hîc summa proprietate accipitur. nam *maledictio*, quæ nos eramus, factus est Christus, vicem nostram, ut nos esse desineremus.

¶ γέγραπται, *scriptum est*) Deut. XXI. 23, κεκατηραμένος ὑπὸ θεοῦ πᾶς κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου. *)

¶ ἐπὶ ξύλου, *in ligno*) inter cœlum & terram. Nostra vernacula dicit *patibulum*. Apostoli, dum de redemtione agunt, crucem potius, quam agonem in monte Oliveti commemorant. 1 Petr. II. 24. Nisi crucis supplicium pridem esset abrogatum, magis in oculos incurreret stupenda crucis Christi vis.

14 ἵνα· ἵνα· *ut: ut*) Prius *ut* respondet τῷ *factus &c.* posterius respondet τῷ *nos exemit*. conf. *ut* geminatum, c. IV. 5 not.

¶ εἰς

*) *Hunc ipsum Scripturæ locum plurimos interpretum, Iudæorum subdolis traditionibus abreptos, non de* crucifixione, *tanquam supplicio quondam usitato, sed de* additamento *pœnæ capitalis, vivis infligatæ, siniſtre explicasse, Corn.* Boott, *in* Barkeyi *Bibl. Hagana, Cl. I, monuit; suffragante cel. D.* Ernesti, *Bibl. th. T. X. p. 214.* E.B.

¶ εἰς τὰ ἔθνη) *in gentes*, quæ procul erant. v. 8.

¶ τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ πνεύματος, *promissionem Spiritus*) Luc. XXIV. 49 not.

¶ λάβωμεν, *acciperemus*) nos, Iudæi, benedictioni in Christo propinqui. Hoc verbo exprimitur natura fidei: promissio & fides, relata sunt.

¶ διὰ τῆς πίστεως, *per fidem*) non ex operibus. nam fides solâ *promissione* nititur. *Spiritus ab extra in nobis excitat aliquam scintillam fidei, apprehendentem Christum & etiam ipsum Spiritum, ut intra nos habitet.* Flacius.

15 ὅμως) *tamen*; etsi *hominis* tantummodo testamentum est, unde comparatio sumitur.

¶ ἀνθρώπου, *hominis*) cujus institutum servari, longe minus refert.

¶ κεκυρωμένην, *sanctum*) quum semel omnia rata sunt, v. gr. per mortem testatoris. *) Hebr. IX. 16. sic, καὶ ἐκυρώθη ὁ ἀγρὸς, קוּם Gen. XXIII. 20.

¶ οὐδεὶς) *nemo*, ne auctor quidem ipse, nisi causa nec opinata aut in animo ipsius aut extra incidat; (qualis causa Deo non potest occurrere:) nedum alter quispiam; [*Siquidem* de jure *sermo fit; ipso enim* facto *testamenta aut legata humana citius seriusue, non sine graui reatu, infringuntur*, V. g.] cui alteri in apodosi respondet lex. Consideratur enim hîc lex ὁ νόμος quoque, ut alter quispiam a Dei promissione, quasi per prosopopœiam, sicuti opponuntur *peccatum & lex Deo*, Rom. VI. 13. VIII. 3. & *Mamonas*, quasi herus, opponitur *Deo*: Matth. VI. 24. & *elementa mundi* comparantur cum *tutoribus*, & lex dicitur *paedagogus:* mox, v. 24. c. IV. 2. 3. Spectatur promissio, ut antiquior, & a Deo dicta: lex, ut recentior, & præscindendo a Deo legislatore: quia promissio est magis propria Dei; lex, quasi quiddam alienius. vid. v. 17 s. 21 s. nott.

¶ ἀθετεῖ ἢ ἐπιδιατάσσεται, *abrogat aut insuper praecipit*) in toto vel in parte; abrogando, legata demendo, aut mandata & conditiones novas addendo. utrique verbo respondet, *irritum facit*, v. 17.

16 ἐρρέθησαν, *dictae sunt*) Grave verbum.

¶ αἱ ἐπαγγελίαι, *promissiones*) Plurale: promissio sæpe repetita, [*v. 17. 18.*] eaque duplex, rerum terrenarum & cœlestium; terræ Canaan, & mundi, & bonorum divinorum omnium. Rom. IV. 13. At lex semel data.

¶ καὶ, &) Gen. XIII. 15. XII. 7. XV. 18. XVII. 8.

¶ λέγει, *dicit*) Deus.

¶ ὡς ἐπὶ πολλῶν, *quasi de multis*) quasi aliud esset semen ante legem, aliud sub lege.

¶ ὡς ἐφ' ἑνός, *tanquam de uno*) Vide, quanti ponderis conclusionem Paulus ex accidente Grammatico, numero, deducat: id-

*) *Quæ S. R. D. Ad.* Struensee, *in seiner* Erkl. des Briefes an die Galater, *prolixe ad h. l. commentatus est de conuenientia promissionis diuinæ cum* testamento, *iis S. R. D.* Ernesti (*Bibl. th. T. V. p. 318*) *hanc denique epicrisin subjungit:* Alles dieses lässt sich nun wohl hören, aber nur so lange, bis es jemanden einfällt, ob nicht διαθήκη auch einen *Bund* bedeute? und ob diese Bedeutung nicht eine schicklichere Vergleichung der göttlichen Verheissungen an die Hand gebe, als der Wille eines Sterbenden? --- *Annon vero existimandum est*, pædagogi, hereditatis, majorennitatis, minorennitatis &c. *ideas, quæ proxime sequuntur in contextu, multo aptius* testamenti, *quam* fœderis *notioni respondere? Promissiones autem diuinas sub schesi* testatoris decedentis *opportune proponi, nemini debet esse dubium, qui meminerit, hac ipsa comparationis formulâ aperte Apostolum uti Ebr. IX 16. 17.* E. B.

idque eo magis mirandum, quia זרע nunquam in plurali ponitur, nisi 1 Sam. VIII. 15, ubi tamen *agros*, non *semina* denotat. Videlicet in LXX int. magis apparet vis numeri singularis. Porro non statuit hîc Paulus, *semen* denotare unicam prolem, *semina* demum multam; nam *) semen in singulari sæpissime multitudinem denotat: sed hoc dicit, unum esse semen, i. e. unam posteritatem, unam familiam, unum genus filiorum Abrahami, quibus omnibus per promissionem obtingat hereditas; [post *Mosen aeque ac* ante *Mosen: ex* præputio *non minus quam ex* circumcisione, V. g.] non aliis per promissionem, aliis per legem. Rom. IV. 16. Bene autem discernenda est promissio benedictionis & promissio hereditatis mundi sive terræ: in illa, non in hac, *seminis* appellatio *Christum* spectat. Namque benedictio fit *in Abrahamo*, non per se, qui obiit ante gentes benedictionem assecutas; sed quatenus habet semen: & fit *in semine Abrahami*, non quatenus semen illud est innumerabile; nam Abraham ipse non benedixit, sed benedictionem accepit; quanto minus posteri ejus benedicere possunt, qui *cum* Illo benedictionem, per fidem, duntaxat accipiunt? Fit ergo benedictio in Christo, qui est Semen unum excellentissimum & exoptatissimum, per se benedicens. Sed tamen, quia cum hoc propinquitatem habet omnis posteritas Abrahami; ideo communiter *in semine* Abrahami dicitur fieri benedictio, *ad gentes* vero pervenire. v. 14. Terræ autem atque adeo hereditatis promissio data est Abrahamo & semini ejus, i. e. posteritati numerosæ: v. 19. 22: non autem Christo, sed *in Christum*.

¶ ὅς ἐστι χριστὸς, *qui est Christus*) ὅς, *qui* non refertur præcise ad *semini*, sed ad totum sermonem præcedentem, hoc sensu: *id quod totum Deus dicit in Christum.* [i. e. *ad Abrahamum ejusque semen promissiones pertinent seu benedictio* in Christo *promissa*, V. g.] nam Christus promissiones omnes sustinet. 2 Cor. I. 20. In Græco & Latino sæpe genus pronominis respondet Substantivo subsequenti. Cic. *Ignes, quae sidera vocatis.*

17 τοῦτο δὲ λέγω, *hoc vero dico*) Ostendit, quo pertineat similitudo. v. 15.

¶ διαθήκην) Vocabulum hîc paullo latiore, quam *testamenti* notione accipitur. nam ὁ διαθέμενος hîc laudatur Deus *immortalis*. Et tamen huc magis congruit *testamenti* appellatio, (v. 18 fin.) quam *foederis*. Conf. not. ad Matth. XXVI. 28.

¶ προκεκυρωμένην, **) *ante sancitum*) Respondet, *sancitum*, v. 15. sed accedit πρὸ, *ante*, ob CCCCXXX annos illos. *Sancitum* est testamentum promissione ipsa, eaque iterata, & juramento, & quidem multis *ante* annis. cum hoc *ante* congruit ἔτι, v. 18.

¶ μετὰ, *post*) Dices: Epistola ad Hebræos, (c. VII. 28 not.) passim ea, quæ μετὰ *post legem* sancita sunt, legi præfert: quomodo hîc id, *post quod* lex facta est, præfertur? Resp. Illic ea notantur, in quibus veteri sanctioni expresse derogabat nova: sed promissioni, quæ hîc urgetur, legem derogare, nec Abrahami nec Mosis tempore additum est. Vtrimque præfertur τὸ ἀπ' ἀρχῆς, *id quod ab initio fuit.* conf. Matth. XIX. 8. Vbique Christus prævalet.

¶ ἔτη, *annos*) Magnitudo intervalli auget promissionis auctoritatem.

¶ γε-

*) *Notari velim contra iniquiores Bengelii censores, etiam h. l. &* veram emphasin *observari in Gnomone, &* fictitiam *redargui.* E. B.

**) *Verba sequentia,* εἰς χριστὸν, *per marginem* Ed. maj. *omittenda potius fuerant: sed, praelucente crisi* Ed. 2, *recepta sunt in* Vers. germ. E. B.

¶ γεγονὼς, *facta*) Hoc quoque pertinet ad poſtponendam legem, & ad proſopopœiam ornandam. non dicit, *data*, quaſi lex fuiſſet, antequam data ſit: neque addit, *a Deo*, ut de teſtamento dixerat. Alia ratio horum verborum, Ioh. I. 17.

¶ νόμος, *lex*) Caſu recto loquitur; ut certa ratione opponatur *Deus* promittens & *lex* non derogans. Et hujus antitheti cardo eſt proſopopœia ante notata.

¶ οὐκ ἀκυροῖ, *non irritum facit*) Metonymia conſequentis. i. e. lex non confert hereditatem.

¶ εἰς τὸ καταργῆσαι) *ad reddendam inanem* promiſſionem. Redditur autem inanis, ſi vis conferendæ hereditatis ab ea ad legem transfertur.

18 εἰ, *ſi*) Syllogiſmus conditionalis; cujus conſequente ſublato, tollitur antecedens: ut concluſio ſit, *ergo non ex lege eſt hereditas.*

¶ ὁ θεὸς, *Deus*) Hîc expreſſe promiſſio prædicatur de Deo.

19 τί οὖν ὁ νόμος;) Sunt, qui diſtinguant ſic: τί οὖν; ὁ νόμος κτλ. Et ſæpe quidem per ſe dicitur τί οὖν; interdum tamen producitur interrogatio. τί οὖν φημι; 1 Cor. X. 19. τί οὖν τὸ περισσὸν τοῦ Ἰουδαίου; Rom. III. 1. *Quid ergo lex?* i. e. Diceret aliquis: ergone lex fruſtra data eſt?

¶ τῶν παραβάσεων χάριν, *tranſgreſſionum gratia*) ut agnoſcerentur & invaleſcerent. Notantur tranſgreſſiones non tam ante legem datam, Rom. V. 13, quam deinceps ab hominibus patratæ. Idem vocabulum, Rom. IV. 15 not. Idem pluralis, Hebr. IX. 15. Antitheton, *permanere*. v. 10. Res ipſa declaratur verſu 21 ſ. Omnia ſub peccatum concluſa.

¶ ἐτέθη) *poſita eſt*, inquit, non, *ſurrogata*. Multi habent προσετέθη· ſed ἐτέθη facilius ſtat cum verſu 15.

¶ ἔλθῃ, *veniret*) Conf. *veniret*, v. 23.

¶ τὸ σπέρμα, *ſemen*) fideles Novi Teſt. quibus obtingit promiſſionis impletio. v. 22.

¶ ᾧ ἐπήγγελται) *cui promiſſio facta eſt*: vel potius, *cui promiſit* Deus. conf. ἐπηγγελται, Rom. IV. 21. Hebr. XII. 26.

¶ διαταγεὶς, *diſpoſita*) non ἐπιδιαταγεὶς, coll. v. 15.

¶ δι' ἀγγέλων, ἐν χειρὶ μεσίτου, *per angelos, in manu mediatoris*) Dupliciter mediate. Pro Deo, angeli: Hebr. II. 2. mediator aliquis, pro populo. Angelis legem delegavit Deus, quaſi alienius quiddam & ſeverius: promiſſionem ſibi reſervavit, & ipſe pro ſua bonitate dedit ac diſpenſavit. Mediator erat Moſes: hinc frequens illud ביד משה *per Moſen*. Definitio mediatoris exſtat Deut. V. 5. Mediator Moſes, longe alius, atque Chriſtus. Ille arcet; hic adducit.

20 ὁ δὲ μεσίτης, *Mediator vero*) Articulus habet vim relativam. *Mediator ille*, Moſes, promiſſione longe ſerior, idemque ſeverus.

¶ ἑνὸς, *unius*) Medius terminus in ſyllogiſmo, cujus major propoſitio & minor exprimitur, concluſio ſubauditur. *Vnus non utitur mediatore illo:* (id eſt, quisquis eſt unus, is non, prius, ſine mediatore; deinde idem per mediatorem agit: neque poſtea ſe ſubtrahit, ut per mediatorem agat; nam familiaritas non ſolet decreſcere, ſed creſcere:) atqui *Deus eſt unus*. Ergo Deus, non, prius ſine mediatore, deinde per mediatorem, egit. Ergo is, cujus erat mediator, non eſt unus idemque cum Deo, ſed diverſus a Deo, nempe ὁ νόμος, *Lex*.

¶ ὁ δὲ θεὸς εἷς ἐστιν, *Deus autem unus eſt*) Non eſt alius Deus ante legem, alius deinceps: ſed unus idemque Deus. Ante legem egit ſine mediatore; ergo mediator Sinaiticus non eſt Dei, ſed legis; Dei autem, promiſſio. conf. de Dei unitate, eadem in re, Rom. III. 30, nec non

1 Tim. II. 5. Et pulcerrime assonat ad unitatem seminis ante legem & post legem unitas Dei ante legem & post legem. Sic infert Paulus ex ipso modo legislationis, legem datam esse peccati causa: & sic cohæret objectio nova, v. seq.

21 ἄν, *igitur*) Sic objici possit ex eo, quod lex dicatur data transgressionum causa. Respondet, legem non esse adversus promissiones, responsionisque duæ sunt sententiæ. una: Lex per se, cum velit, non potest vitam promissam dare. v. 21. altera: veruntamen pædagogice adjuvit promissionem vitæ. v. 22-c. IV. 7. Prior sententia hoc enthymemate (quale etiam v. 18.) probatur: Si lex posset vivificare, justitia foret ex lege. atqui justitia non est ex lege. subaudi, ergo lex non potest vivificare. Major est evidens. nam nonnisi justus vivet. v. 11. Minor, simulque ipsa illa altera sententia, probatur versu 22, idque per epanodon. nam ex his quatuor, *vivificare*, *justitia*, *peccatum*, *promissio*, primum & quartum, secundum & tertium inter se respiciunt.

¶ νόμος, *lex*) *Lex* dicitur, non, *Dei lex*; at *promissiones Dei*, non *promissiones* absolute.

¶ εἰ γὰρ, *si enim*) Vis conditionalis non super *data est* cadit: nam utique lex data est: sed super *potens*.

¶ ὁ δυνάμενος, *potens*) Articulus demonstrat emphasin in δύναμαι. Lex vellet, v. 12. nam *vivet* ait: sed non potest.

¶ ζωοποιῆσαι, *vivificare*) Hoc verbo præsupponitur *mors* peccatori intentata, adeoque oratio fit valde evidens. Lex vitam offert, sub conditione: v. 12. sed non confert; quia non potest infirmata per peccatum.

¶ ὄντως, *revera*) non solum opinione operariorum. Res agitur seria, quamlibet nunc impossibilis legi.

¶ ἡ δικαιοσύνη, *justitia*) Nam justitia est vitæ fundamentum. Antitheton *peccatum*. v. 22.

22 ἀλλὰ, *sed*) Tantum abest, ut ex lege sit justitia, ut potius ex lege sit agnitio peccati.

¶ συνέκλεισεν, *conclusit*) peccatores antea securos comprehendit & conclusit omnes simul. conf. *concluserunt*, Luc. V. 6.

¶ ἡ γραφὴ, *scriptura*) Scriptura, non Deus, dicitur omnia sub peccatum conclusisse; quum tamen ejusmodi conclusio adscribatur Deo alibi. Rom. XI. 32. Notanter porro dicit, *scriptura*, non, *lex*. Non tum, quum promissio, sed tum, quum lex dabatur, scribi cœptum est. nam Deus etiam sine scripto stat promissis: sed peccatoris perfidiam per literam redargui opus fuit. Porro subsequenti quoque commate, *ut &c.* tangit Paulus quiddam, quod legis, non scripturæ, sphæram excedit.

¶ τὰ πάντα, *omnia*) non modo *omnes*, sed etiam *omnia*, quæ illi sunt & habent. *)

23 τὴν πίστιν, *fidem Jesu Christi*) sic v. seqq.

¶ ἐφρουρούμεθα συγκεκλεισμένοι, *custodiebamur conclusi*) Eleganter hæc duo verba disjungunt legem & fidem. Inclusionis consequens, custodia. Sap. XVII. 16, ἐφρουρεῖτο εἰς τὴν ἀσίδηρον εἱρκτὴν κατακλεισθείς.

¶ συγκεκλεισμένοι εἰς) Sic LXX, συγκλείειν εἰς θάνατον κτλ. Ps. LXXVIII (LXXVII) 50. XXXI. 9. Amos. I. 6. 9. Est autem locutio concisa: concluси adeoque reservati atque adacti *ad fidem* &c. [*ita ut nullum nobis perfugium restaret praeter fidem.* V. g.] Polybius, εἰς αὐτὰς συνεκλείσθη τὰς ἐν τοῖς ἰδίοις οἰκέταις καὶ φίλοις ἐλπίδας. & sic idem sæpe. vide Ra-

*) *Etiam justissima, ut ipsis videntur, hominum opera; quæ* Ioh. Michaëlis *annotatio est ad h. l.* E. B.

Raphelium. *) Irenæus, *In fidem adventus filii Dei concluduntur.* l. 3. c. 25.

24 παιδαγωγὸς, *paedagogus*) qui nos continuit in disciplina, ne elaberemur. Tali egent νήπιοι, *infantes.* c. IV. 3. Prosopopœia, iterum, de lege. **)

26 υἱοὶ) *filii*, emancipati; remoto custode.

27 χριστὸν ἐνεδύσασθε, *Christum induistis*) Christus vobis est toga virilis. Non jam censemini eo, quod fuistis; æque estis in Christo, & Christi. v. seqq. Christus est Filius Dei, & vos in illo estis filii Dei. Tho. Gatakerus: *Si quis Christiani definitionem me poscat, ei ego nullam ista promtius darem: Christianus is est, qui Christum induit.* ***) l. 1. misc. c. 9.

28 οὐκ ἔνι, *non est*) Antea erant hæ differentiæ; nunc exspirant, una cum suis causis & signis. ἔνι pro ἔνεστι, cum præpositione, cui mox respondet ἐν.

¶ ἰουδαῖος κτλ. *Iudaeus &c.*) Col. III. 11 not.

¶ ἄρσεν καὶ θῆλυ, *masculus & femina*) In circumcisione erat *masculus*. nam sexus sequior, per quem transgressio incepit, expers erat.

¶ εἷς, *unus*) homo novus, Christum indutus. Eph. II. 15.

¶ ἐν χριστῷ ἰησοῦ, *in Christo Iesu*) Constr. cum *unus*.

29 ἄρα, *ergo*) Christus totam Abrahami posteritatem sanctificat.

¶ ἐπαγγελίαν, *promissionem*) Abrahamo datam.

CAP. IV.

1 Λέγω δὲ, *dico vero*) Declarat, quod c. III. 24 dixit de pædagogo.

¶ ὁ κληρονόμος, *heres*) Hæc appellatio repetitur ex c. III. 29.

¶ νήπιος) *infans*, minorennis.

¶ οὐδὲν διαφέρει δούλου, *nihil differt a servo*) quia non est sui arbitrii, in actionibus & contractibus.

¶ πάντων, *omnium*) eorum, quæ ad hereditatem spectant.

2 ἐπιτρόπους) *tutores* heredis.

¶ οἰκονόμους) *curatores* bonorum.

3 ὑπὸ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου, *sub elementa mundi*) Στοιχεῖον, *elementum*, primum quiddam, ex quo cetera oriuntur & constituuntur: in universo, 2 Petr. III. 10 not. & in literis, Hebr. V. 12. (coll. στοιχείωσις, de fœtu, 2 Macc. VII. 22.) inde per metonymiam, *elementa mundi*, h. l. item, *infirma & egena elementa*, mox v. 9, i. e. rationes victus, in temporibus, v. 10, motu *elementorum*, i. e. solis & lunæ, definitis, item in cibo, potu, aliisque rebus sublunaribus, materialibus & externis sitæ. c. III. 28. Conf. Col. II. 8. 16. 20 sq. *Tutores* dicuntur in concreto, *elementa* in abstracto. His *mundanis* opponitur Filius Dei, cœlitus missus, & Spiritus Filii Dei. v. 4. 6.

¶ δεδουλωμένοι, *in servitutem redacti*) Resp. *nihil differt a servo.* v. 1.

4 τὸ

*) *Hæc interpretatio, quam Cl.* Thenius, *in* Diss. critico-exegeticis, *suam fecit, quum non arrideat cel. D.* Ernesti: *nullo tamen argumento eam convellit, sed contemtim* Phraseologiæ Polybianæ *deberi, & contextui repugnare, pro arbitrio judicat,* Bibl. th. *T. II. p. 565.* E. B.

**) *Hujus* rigor *eo distinctius ex hac prosopopoeia intelligitur, si ex antiquitate observetur,* severis *olim, iisque atrocibus potissimum atque austeris, puerorum custodiam injunctam fuisse; unde* pædagogicus vultus (*qualem Senecæ Nero exprobrauit*) *in prouerbium abiit, monente cel. D.* Ernesti, *Bibl. th. T. VIII. p. 680.* E. B.

***) *Immo vero inuertunt moderni, &, præposterâ fanaticismi fugâ,* Christum induere, *ajunt, seu* in Christo esse, *& similia, idem esse, quod* Christianam religionem suscipere *vel,* profiteri. *Ingens ὕστερον πρώτερον, & multis modis noxium.* E. B.

4 τὸ πλήρωμα τ῀ς χρόνου, *plenitudo temporis*) Resp. *in quantum tempus* & *praefinitum* tempus. v. 1. 2. Suas etiam ecclesia ætates habet.

¶ ἐξαπέστειλεν, *emisit*) *ex* cœlo, *a* sese, ut promiserat. Idem verbum repetitur v. 6, de Spiritu sancto. [*Immensus Patris amor!* V. g.] Conf. Es. XLVIII. 16, ubi Castellio & alii sic interpretantur: *Dominus Iehovah misit me Ivumque Spiritum.* Ante hanc *visitationem* minori curæ Deo esse homines videbantur: Hebr. VIII. 9. deinde nova rerum facies exstitit.

¶ τὸν υἱὸν αὐτ῀ῦ, *filium suum*) auctorem libertatis. αὐτ῀ῦ, sensu reciproco, *proprium.* Id quid sit, ex ipsa serie hujus loci patet. nam prius *adoptionem*, deinde *Spiritum adoptionis* accepimus. Ergo Christus ipse non ideo demum est Filius Dei, quia a Patre missus & unctus est.

5 ἵνα τὰς κτλ. ἵνα τὴν, *ut - ut*) Anaphora. Prius *ut* refertur ad *factum sub legem:* itaque alterum ad *natum ex muliere* spectat. Simillimus χιασμὸς, Eph. III. 16. V. 25 s. cum annott. Christus similitudine conditionis nostræ, conditionem nostram bonam fecit: similitudine naturæ nostræ nos Dei filios fecit. γενόμενον iteratur cum vi. potuerat γενέσθαι ἐκ γυναικὸς, & tamen non γενέσθαι ὑπὸ νόμον sed tamen ἐγένετο ἐκ γυναικὸς, ut *fieret sub legem.* Prius γενόμενον, *factum*, addito ἐκ γυναικὸς, significationem *natus* adsciscit.

¶ ἐξαγοράσῃ, *eximeret*) ex servitute in libertatem.

¶ τὴν υἱοθεσίαν, *adoptionem*) *dignitatem filiorum*, qua gaudent majorennes, cum usufructu hereditatis.

¶ ἀπολαβωμεν) *reciperemus.* ἀπὸ dicit convenientiam rei divinitus pridem destinatæ.

6 ὅτι, *quia*) *) *Filiorum statum* sequitur inhabitatio Spiritus sancti, non hanc ille.

¶ ἐσὲ) *estis;* etiam vos, ex gentibus.

¶ υἱοὶ, *filii*) majorennes, ingenua libertate cum Patre agentes.

¶ ἀββᾶ ὁ πατὴρ, *Abba Pater*) Suaviter hîc ponitur nomen Hebraicum: conf. Marc. XIV. 36. & idiomatis Hebraici Græcique conjunctio congruit cum Hebræorum & Græcorum uno clamore mixto. **) Hebræus dicit, *Abba;* Græcus, ὁ πατὴρ. uterque ἀββᾶ ὁ πατὴρ. conf. Ap. I. 7. Ita geminatur, *pax pax*, item pro Iudæis & Græcis, Es. LVII. 19. Neque tamen non singuli appellationem Patris geminant. Hæc tessera filiorum in Novo Testamento. conf. Matth. VI. 9 not.

¶ ἐι - υἱὸς, *es - filius*) Suaviter Paulus a plurali ad singularem transit: c. VI. 1. simulque hoc loco exprimitur responsum Dei paternum erga singulos, *Abba* in Spiritu clamantes.

¶ δοῦλ῀ος, *servus*) more minorum.

¶ κληρονόμ῀ος) *heres*, actu.

z) 8 τότε, *tum*) *quum essemus infantes.*

¶ οὐκ

*) *Observationem quorundam, quod per* Spiritum *h. l. intelligenda sint* dona extraordinaria *(coll. c. III. c. 5), nullius plane frugis esse, vix dubito quin multi mecum existiment. Etiamsi enim cum ipso* Spiritus *S. dona varia tum temporis* dona extraordinaria *conjuncta subinde fuerint:* hoc *certe in* textu *de talibus Sp. Sti operationibus sermo est, quas* omnium temporum & locorum *esse, nemo christianæ mentis negat.* E. B.

**) *Quæ observatio utut* insulsa *videatur aliquibus &* irrisione *haut indigna (vid.* Ernesti *Bibl. th.* nouiss. *T. II. p. 222): inde tamen, omni prorsus fundamento eam carere, nemo effecerit. Conf. quæ de differentia vocularum* ἐις & ἐπὶ, *non minus exsibilata, notauimus ad Rom. III. 22. Exagitare non est refutare.* E. B.

z) θε῀ῦ, *Dei*] Vid. App. P. II. ad h. l. ubi multiplex varietas probabile reddit, θε῀ῦ insertum esse

ex

¶ οὐκ εἰδότες θεὸν, *non noscentes Deum*) Status gentium miserrimus.

¶ ἐδουλεύσατε, *servistis*) servitute alia, ac Iudaica. v. 3. Non vero cultu deos non veros affecistis. Non assueveratis cultui Mosaico: eo magis mirandum, vos nunc eum affectare. Sine elementis illis ad veritatem perveniistis: nunc demum illa sequimini.

¶ τοῖς μὴ φύσει οὖσι θεοῖς) Sic LXX, τῷ μὴ ὄντι θεῷ, 2 Chron. XIII. 9.

9 γνόντες θεὸν, *noscentes Deum*) Deum verum, qui Spiritus est. quo cognito, quum tamen elementa ista sectamini, idem est ac si magister velit ad tabellam abecedariam reverti.

¶ μᾶλλον, *potius*) Dei donum est. Is vos agnovit & suos filios esse declaravit. conf. Ex. XXXIII. 12. 17. *Potius* est, quod Dei est, ad salutem nostram, quam quod nostrum. conf. Phil. III. 12.

¶ πῶς, *quomodo*) Interrogatio admirabunda. c. 1. 6, *miror*.

¶ πάλιν, *iterum*) ut olim serviimus nos.

¶ ἀσθενῆ καὶ πτωχὰ, *debilia & egena*) *Debilitas* opposita parrhesiæ filiali; *egestas*, opulentiæ hereditatis.

¶ οἷς, *quibus*) elementis, non Deo.

¶ πάλιν ἄνωθεν, *iterum denuo*) Vultis servire *iterum*; nunc elementis, ut antea idolis; & *denuo*, iisdem vos *de integro* elementis, quibus antea servierat Israël. conf. *iterum*, Rom. VIII. 15 not.

¶ δουλεύειν, *servire*) indigne liberis.

¶ θέλετε, *vultis*) Vid. v. 21 & Marc. XII. 38 not. [*Non quaeuis* volendi *facilitas bona est. Col. II. 18. 23.* V. g.]

10 ἡμέρας) *dies*: Rom. XIV. 5. i. e. *sabbata*, Col. II. 16 not. Sabbati tempus omnium religiosissimum. Notandus igitur ordo gradationis, coll. 1 Chron. XXIII. 31. 2 Chron. XXXI. 3. σάββατα, νεμηνίας, ἑορτὰς, *sabbata*, *novilunia*, *festa*, in oratione affirmante: nam in sermone prohibente invertitur. Col. l. c.

¶ παρατηρεῖσθε) *observatis*, quasi sint aliquid, *praeter* fidem.

¶ καὶ καιρὸς, *& tempora*) mensibus majora, anno minora: i. e. festa. מערים LXX sæpe καιρούς.

¶ ἐνιαυτὸς, *annos*) solennia anniversaria, v. gr. ineunte anno cum mense Tisri. neque enim annos sabbaticos, qui terræ Canaan affixi erant, a Galatis observatos dixeris, quanquam sub annum sabbaticum, Anno Dion. 48 elapsum, scripta est hæc epistola. Vid. *Ord. temp.* p. 281. 423. [*Ed. II. p. 242. 364.*]

11 ὑμᾶς, *vos*) Non mea, sed vestra causa hoc timeo.

¶ εἰς ὑμᾶς) *in vos*. Emphatica locutio.

12 γίνεσθε, *estote*) Subito, τὸς λόγους *argumenta docentia* intermittens, ἤθη καὶ πάθη *argumenta conciliantia & moventia* admovet: v. 11-20: quorum facultatem quisquis non habet, (habet autem carnalis nemo) non est perfectus doctor. inprimis hîc tenerrima apostoli pietas se demittit ad Galatas.

¶ ὡς ἐγὼ, *ut ego*) Harmonia animorum *fraterna* facit, ut, quæ docentur, facilius accipiantur. 2 Cor. VI. 13. Ait ergo: conjungite vos mecum in sensu erga Christum. Particula *ut* summam conjunctionem denotat. conf. 1 Reg. XXII. 4.

¶ κἀγὼ, *etiam ego*) scil. *sum*.

¶ ὡς ὑμεῖς, *ut vos*) Vestrum detrimentum, meum esse duco.

¶ δέομαι ὑμῶν) *rogo vos*, ut mecum sentiatis.

¶ οὐδέν με ἠδικήσατε, *nihil me offendistis*) Qui alterum offendit aut offensum putat, ab-

ex Rom. VIII. 17. *Not. crit.* — *Attamen margo* Ed. 2 *minus fauet omissioni*, & Vers. germ. *vocem* Dei, *quasi non dubiam, exprimit.* E.B.

abhorret ab altero. ea causa non est apud vos. Dices: Nonne Paulum offenderant, laborem ejus pæne faciendo irritum? v. 11. Respondet Paulus: Hoc ignovi; non revoco ad animum. Simul est μείωσις· i. e. summo amore me complexi estis. v. 14 f.

13 δι' ἀσθένειαν) διὰ, *propter infirmitatem.* Infirmitas non fuerat causa prædicationis ipsius; sed tamen adjumentum, cur Paulus efficacius prædicaret, 2 Cor. XII. 9, cum Galatæ facilius rejicere posse viderentur.

14 τὸν πειρασμόν μου, *tentationem meam*) i. e. me, cum tentatione. Sancti, etiam apostoli, tentationes suas olim non ita dissimularunt, ne publice quidem.

¶ ἐν τῇ σαρκί μου, *in carne mea*) *Palum carne* appellat 2 Cor. XII. 7.

¶ οὐκ ἐξουθενήσατε, *non aspernati estis*) per superbiam naturalem.

¶ οὐδὲ ἐξεπτύσατε, *neque respuistis*) per superbiam spiritualem, majori fastidio. Discrimen est 1 ratione objecti, *tentationis in carne*, quæ tentationes duplici modo poterant contemtu dignæ videri. 2 ratione antitheti, quod duplex est:

α *non aspernati estis, sed --- ut angelum:* qui poterat magni æstimari ex loco de creatione: habet enim præstantissimam naturam, propter quam etiam homo carnalis *angelos* non potest non magnificare.

β *neque respuistis, sed --- ut Christum:* magis ex spirituali ratione.

¶ ἄγγελον, *angelum*) In angelos non cadit *caro, infirmitas, tentatio*: quare *ut angelum suscipere* est suscipere cum magna veneratione.

¶ Χριστὸν, *Christum*) angelis majorem.

15 μακαρισμὸς) Μακαρισμὸς dicitur a μακαρίζω Gratulati vobis fuistis de evangelio, neque ejus nuncio. quæ causa fuit *gratulationis*, si nunc vos pœnitet mei?

a) ¶ ὀφθαλμοὺς, *oculos*) carissimos.

16 ἐχθρος, *inimicus*) Qui *verat*, amicus est: neque ei veritas apud vos odium debuit parere.

¶ ἀληθεύων, *verans*) meram veritatem prædicans, etiam extra tentationem.

17 ζηλοῦσιν, *aemulantur*) Isti *aemulantes* vos ambiunt. Non nominat æmulos.

¶ οὐ καλῶς, *non bene*) non in Christo, quanquam *bene* videntur. Antitheton, *in bono.* v. 18. Nec *causa* apud istos, inquit, nec *modus* bonus est.

¶ ἐκκλεῖσαι ὑμᾶς) *excludere vos* a nobis, a me. Putant, nos exclusum iri a vobis; sed non nos a vobis, verum vos a nobis excluderent. ἐκκλεῖσαι non putarim eo sensu dici, ut Latinis *excludi* dicuntur *pulli.*

18 καλὸν δὲ, *bonum vero*) Monet, ne se excludi patiantur.

¶ τὸ ζηλοῦσθαι) Post activum medio utitur. Pauli, nomine Christi, est ζηλεῖν, 2 Cor. XI. 2: ecclesiæ, tanquam sponsæ, est ζηλοῦσθαι, amori ardenti respondere, zelo zelum accendere, (vid. Chrys.) zelare inter se. τὸ facit epitasin.

¶ ἐν καλῷ, *in bono*) *quum* de re bona agitur. Resp. ἐν τῷ παρεῖναί με, *quum adsum.* Respondet etiam πάντοτε, *semper:* quod est tempus generale, cum τὸ *quum adsum* tempus speciale sit & quidem modificatum, ut simul complectatur rationem illius zeli, quod de præsentia Pauli sic exsultare potuissent. τὸ ἐν καλῷ assonat ad ἐν τῷ παρεῖναι, & sumi potest cum *semper* pro una idea, quandocunque aliquid boni obversatur, & non solum me præsente.

¶ ἐν

a) ἐδώκατέ μοι, *dedissetis mihi*] gratum animum eo nomine testaturi, quod tantam per me beatitudinem consecuti estis. Spontanea ista pietas est, nullo unquam exposcenda mercenario. *V. g.*

¶ ἐν τῷ παρεῖναί με, *quum adsum*) Paulum antea præsentem magno zelo amoris fuerant prosecuti, & mutuum Pauli zelum exacuerant. v. 15.

19 τεκνία μου, *filioli mei*) Filius ζηλωτὸς *cum zelo colendus est* genitor. Arcte hoc cohæret cum *vos*, ut δὲ *vero* subsequens ostendit. Compellat Paulus Galatas, non ut rivalis, sed ut pater, conf. 1 Cor. IV. 15, cum auctoritate & sympathia tenerrima erga *filiolos*, filios debiles & alienatos. Sæpe sermo patheticus tropos conglomerat. Hîc tamen prævalet schema maternum. ζῆλος conjugalis in nota ad ζηλοῦσθαι assumtus est ex paralleliſmo. Etiam in spiritualibus amor interdum descendit potius quam ascendit. 2 Cor. XII. 15.

¶ πάλιν, *iterum*) ut *prius*. v. 13.

¶ ὠδίνω) *parturio, zelo* summo, (2 Cor. XI. 2.) cum *clamore*. v. 20. [*Haec ipsa scribens Paulus omnes nervos intendebat*. V. g.] Loquitur, ut res fert. nam in partu naturali *formatio* est ante *dolores partus*.

¶ ἄχρις οὗ, *usque dum*) Non desistendum a nitendo. Correlatum, *semper*. v. 18.

¶ μορφωθῇ, *formetur*) ut nil nisi Christum vivatis & sentiatis, c. II. 20, ejusque passionem, mortem, vitam. Phil. III. 10 s. Hoc *pulcrum* est summum: hæc *forma* opponitur στοιχειώσει *formationi* mundanæ.

¶ χριστὸς, *Christus*) Non dicit hîc, *Iesus*, sed, *Christus*: & hoc per metonymiam concreti pro abstracto. Christus, non Paulus, in Galatis formandus.

¶ ἐν ὑμῖν, *in vobis*) Col. I. 27.

20 δὲ) *vero*: tametsi præsentia mea non est unica illa causa, quæ vestrum zelum debet accendere.

¶ παρεῖναι, *adesse*) v. 18.

¶ ἄρτι) *Nunc* magis opus esset, quam antea. conf. *iterum*, v. 19.

¶ ἀλλάξαι) *varie attemperare*. Ita solent, qui zelum habent, dum voluntates abalienatas recuperent. Molliter scribit, v. 12. 19. sed mollius loqui vellet.

¶ τὴν φωνήν μου, *vocem meam*) Vox præ literis flecti potest, ut res poscit. Præcipua est loquendi ratio; scribendi, vicaria duntaxat & subsidiaria. 2 Ioh. v. 12. 3 Ioh. v. 13 s.

¶ ἀπορέομαι, *haesito*) non invenio aditum & exitum. Maximæ facilitati sermonis operam dedit Paulus ad Galatas. Galaticæ tarditati quam maxime accommodavit sermonem, ut illos convinceret. Theopneustia inde non periclitatur. vid. 1 Cor. VII. 25 not.

21 λέγετέ μοι, *dicite mihi*) Vrget, quasi *praesens: dicite*.

¶ οὐκ ἀκούετε; *non auditis?*) in lectione publica. Proinde agitis, ac si nil de Abrahamo in lege scriptum audiretis. Non nisi extrema necessitate cogente ad allegoriam venit: hæc est quasi ancora sacra. v. 20.

22 γέγραπται *scriptum est*) Gen. XXI.

¶ ἀβραάμ, *Abraham*) cujus filii esse vultis.

24 ἀλληγορούμενα) *) Componitur ex ἄλλος & ἀγορέω *dico*: ut *allegoria* sit, ubi aliud dicitur, aliud potius significatur, v. gr. in mythologia. vide Eustathium ejusve saltem indicem. Collationem adjuvabit Schema.

SVBIECTA.

Historice, Abrahæ filii duo.

Hagar, ancilla:	*Libera.*
Filius ancillae:	*Isaac filius liberae.*

Alle-

*) *Exquisita paraphrasi locum hunc illustratum dedit cel. D.* Crusius, *Hypomn. T. I. p. 44 s. not.* E. B.

Allegorice, duo testamenta.

Quae habet virum:
Qui sunt *a monte Sina:*
Mons; (modo:)
Ierusalem, quae nunc est:
Caro:

Deserta.
Qui sunt *promissionis.*
Quae sursum est; (mox.)
Ierusalem, quae supra est.
Spiritus.

PRAEDICATA.

Mater; *gignit servos:*
Proles; *copiosa initio:*
persequitur:
ejicitur:

gignit liberos.
copiosior postea.
persecutionem patitur.
hereditate gaudet.

Loquitur autem Paulus latissime, ut sermo ejus & doctrinam legis & evangelii, & œconomiam veterem ac novam; neque hæc omnia simul in abstracto tantum, sed etiam populum utriusque doctrinæ & œconomiæ, quasi duas familias, cum earum matribus, in concreto, complectatur. Hinc illa enunciatio, *Agar est testamentum a monte Sinai:* cui opponitur, *nos*, v. 28. Hinc expeditus, a rationum paritate, in allegoria ab uno ad alterum commeatus.

¶ μία μὲν, *unum quidem*) Huic *quidem* respondet *autem*, v. 26. subsequiturque versu 28 expressa *promissionis* mentio, in antitheto ad Sinai sive legem: idemque *promissionis* vocabulum absorbet, quod in apodosi dicendum videretur, *alterum testamentum.*

¶ σινᾶ, *Sina*) Ergo maxime de lege *morali* differit Paulus. conf. c. III. 19. Hebr. XII. 18 seqq.

¶ εἰς δουλείαν γεννῶσα, *in servitutem generans*) Habet enim filios, eosque initio multos.

¶ ἥτις, *quae*) Prædicatum. *Hagar*, subjectum: si enunciatio spectetur intra contextum. contra, prædicatum, extra contextum, ut fit in sermone allegorico. Matth. XIII. 37 s.

25 τὸ γὰρ σινᾶ ὄρος κτλ. *Sina enim mons est in Arabia, congruit autem Hierosolymae praesenti, servit enim cum filiis suis*) Opponuntur inter se *Hagar*, v. 24, & *Isaac*, v. 28. ubi notandum, quod *Hagar* suo nomine appellatur, non *Sara;* & tamen *Isaac*, non *Ismaël.* ancillam quippe matrem sequitur partus, at liberæ filius suo nomine censetur. Sic *Hagar* in hac periocha expeditam habet rationem. Interim, versu 24 & 28, opponuntur inter se fœdus *ex monte Sina* & *promissio:* item, versu 25 & 26, *Ierusalem nunc* & *Ierusalem supra.* Nonnulli hæc verba, σινᾶ ὄρος ἐστὶν ἐν τῇ ἀραβίᾳ, in omnibus monumentis reperta, pro glossemate habent; perperam. Sic enim enervatur argumentum Pauli, servitutem a monte Sina, ad eam, quæ nunc est, Ierusalem, proferentis, v. 24. 25. Potius *Hagar* ex versu 24 in versum 25 inductam esse, docent monumenta idonea in Apparatu citata, & neutrum genus articuli τό. nam *Hagar* fœmininum

num est, sed *Sina* neutrum. *) Neque *Hagaris* mentionem postulant illa verba, *servit enim cum filiis suis:* nam *suis* refertur, ut non ad *Sina*, neutrum, ita multo minus ad *Hagar*, sed ad *Ierusalem*, *quæ nunc est.* illa habuit *filium*, hæc autem *filios.* Hæc de tota periocha: nunc singulatim aliqua videbimus.

¶ σινᾶ ὄρος, *Sina mons*) *Monte Sina*, habet v. 24: nunc vertitur verborum ordo. (conf. Eph. II. 1 not.) Priore loco potior ratio habetur *montis*, quatenus in eo lex data est, quodcunque is nomen haberet: postea, magis consideratur *Sina* mons, in Arabia.

¶ συστοιχεῖ δὲ) δὲ, *autem*, tametsi in Arabia est. συστοιχεῖν dicitur, quod in comparatione congruit.**) Hæc congruentia per se patet: nam idem est populus, qui in monte Sinai legem accepit, & qui urbem Ierusalem inhabitat; eademque populi utroque tempore ratio. Accedit, quod Sinai & Ierusalem sub eodem fere Meridiano erant, & per montes sine magna interpellatione quasi concatenatos cohærebant.

¶ τῇ νῦν, *præsenti*) Antitheton, *superna.* νῦν, *nunc*, temporis est, *supra* loci. utriusvis ex altero supplendum antitheton in oratione semiduplici: Ierusalem *præsens* & terrestris; *superna* & æterna. *Superna* dicitur eo commodius, ut alludat ad superiorem nobilioremque Hierosolymorum partem, *supergrediaturque montem* Sina: & Ierusalem superna, quatenus jam est *mater* nostra, non commode diceretur *futura;* neque solum *futura* est, sed etiam antiquior est, quam ἡ νῦν, *præsens*, quæ nec pridem fuit, nec olim erit.

¶ δουλεύει, *servit*) Vt Hagar heræ suæ, sic Ierusalem, quæ nunc est, legi, &, conveniente statu spirituali & civili, Romanis servit.

26 ἡ δὲ ἄνω, *superna autem*) Hebr. XII. 22. Ap. XXI. ***)

¶ ἐλευθέρα, *libera*) ut Sara.

¶ ἥτις, *quæ*) *Ierusalem.*

¶ μήτηρ, *mater*) Veteres de Roma sua: *Roma communis nostra patria est.*

¶ πάντων, *omnium*) quotquot sumus. Huc ref. *multi*, v. seq.

27 γέγραπται, *scriptum est*) Es. LIV. 1.

¶ εὐφράνθητι, *lætare*) cum cantico.

¶ στεῖρα, *sterilis*) Sion, Ierusalem superna.

¶ ῥῆξον, *erumpe*) ad *clamorem.*

¶ καὶ βόησον, *& clama*) præ gaudio.

¶ τῆς ἐρήμου, *desertæ*) Ecclesiæ N. T. ex

*) *Hinc omissio vocis* ἄγαρ *hoc versu, in margine* Ed. maj. *minus adprobata, per marginem* Ed. 2 *lectionibus firmioribus adnumeratur, consentiente* Vers. germ. --- *Sed conferri jam merentur, quæ cel.* Michaëlis *habet, in der* Einleitung &c. *T. I. p. m. 646 sq., ubi docet,* Hagar *arabico idiomate* petram *denotare, adeoque verba* τὸ Ἄγαρ Σινᾶ ὄρος ἐστὶν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ, *ita debere transferri:* Das Wort Hagar bedeutet in Arabien den Berg Sinai. E. B.

**) *Vid. D.* Ernesti *Bibl. th. T. VIII. p. 683.* E. B.

***) *Est hodie* Vir *quidam gratissimus, qui per* τὴν ἄνω ἱερουσαλὴμ *superiorem Hierosolymæ partem,* in monte Sion *exstructam innui ea de causa existimat, quod* ex Sione *Euangelii doctrina prodierit, coll. Esaj. XI. 3. Sed, quum* in antithesi *stent* ἡ νῦν ἱερουσαλὴμ & ἡ ἄνω ἱερουσαλὴμ: *vix videtur interpretationem istam contextus permittere. Neque etiam* priscam *seu* antiquam *Hierosolymam, qualis Melchisedeci tempore fuit* (*quod aliis placere, sibi displicere refutatur ven.* Ernesti, *l. c. T. I. p. 799*) *per* τὴν ἄνω *velim intelligi: nam continuus* verborum ordo, *qui a versu inde 22 ad v. 31 constanter* antiquiora *ut* ignobiliora *proponit, id ipsum, opinor, infert, ut etiam* ἡ νῦν ἱερουσαλὴμ *pro* antiquiori *Hierosolyma potius habeatur, quam* ἡ ἄνω ἱερουσαλὴμ, *quæ* nouæ Hierosolymæ, nobis *adhucdum anhelandæ, ideam opportune suppeditat. Conf. not.* Gnom. *ad voc.* τῇ νῦν. E. B.

ex gentibus promissionis *expertibus* maximam partem collectæ, quæ antehac id non egisse visa non pariens, nec parturiens appellatur.

¶ τῆς ἐχούσης, *habentis*) ecclesiæ Iudaicæ.

28 κατὰ ἰσαὰκ) *ad similitudinem Isaaci.*

¶ ἐπαγγελίας, *promissionis*) v. 23.

¶ ἐσμὲν) *sumus*, & esse debemus ac volumus. sic v 31.

29 ἐδίωκε, *persequebatur*) petulanter. Gen. XXI. 9. Persequi, carnalium est, non spiritualium. [*Caue putes æstimes quæcunque aguntur contra filios* liberæ. V. g.]

¶ τὸν κατὰ πνεῦμα) sc. γεννηθέντα, *eum qui secundum Spiritum genitus est.* Paulus apodosin in mente habens, sermonem de Ismaële & de Isaaco ita format, ut conveniat in carnales & in fideles. Vbi Spiritus, ibi libertas.

30 ἡ γραφὴ, *scriptura*) Sara, de Isaaco; *Scriptura*, per allegoriam.

¶ ἔκβαλε, *ejice*) e domo & hereditate.

¶ τὴν παιδίσκην καὶ τὸν υἱὸν αὐτῆς, *ancillam & filium ejus*) Ipsa servilis conditio meretur ejectionem; sed persecutio contra filios spirituales ansam dat exsequendæ pœnæ.

¶ ὁ γὰρ μὴ κληρονομήσει, *non enim hereditatem cernet*) Respicit Sara divinam ordinationem de Isaaco herede unico, quamvis etiam Ismaël circumcisus esset.

31 b) τῆς ἐλευθέρας, *liberæ*) Sequitur, *libertate.* Anadiplosis.

CAP. V.

1 Τῇ ἐλευθερίᾳ-στήκετε, *libertate-state*) Inciſum, *qua nos Christus liberavit*, vim habet ætiologiæ. Antitheton, *libertas, servitus.* Asyndeton, uti c. III. 13. *libertate* emphatice ponitur sine *in*: ipsa libertas vim standi confert. ἠλευθέρωσε significat *liberos reddidit*, & ᾗ cohæret cum *liberos. state*, erecti, sine jugo.

¶ πάλιν, *iterum*) c. IV. 9 not.

¶ ζυγῷ δουλείας, *jugo servitutis*) Sic appellatur non circumcisio sola Abrahamo data pro signo promissionis, sed circumcisio cum tota multo post in Sinai data lege. c. IV. 24. III. 17. Assueverant enim Iudæi circumcisionem spectare potius, ut partem legis per Mosen susceptæ, quam ut signum promissionis Abrahamo datum. Ioh VII. 22. Neque circumcisio tam per se jugum erat, quam per legem jugum factum est, & lex ipsa multo magis jugum erat. Itaque Paulus gravi metonymia consequens pro antecedente ponit: nolite circumcidi. nam qui circumciditur, cum hac parte legem totam subit & a Christo deficit. v. 2-4. Neque tam circumcisioni Christum apostolus, quam legi immediate opponit. Loquitur secundum eorum perversam consuetudinem, dum eorum Galatismum & Iudaismum refutat; & veritati tamen nil decedit. Etiam Petrus Act. XV. 10 *jugum* vocat.

¶ ἐνέχεσθε) ἐνέχομαι, medium: *obnixe teneo.* Vim verbi ostendit illud *Xiphil.* in Epit. Dion. de pertica humi fixa & evelli recusante, ἐν τῇ γῇ ἐνέχετο, ὥσπερ ἐμπεφυκώς.

2 ἐὰν περιτέμνησθε, *si circumcidamini*) Hoc cum magna vi pronunciandum. Circumcidebantur, ut qui in lege justitiam quærerent. v. 4.

¶ οὐδὲν, *nihil*) c. II. 21.

3 ὀφειλέτης, *debitor*) sub periculo salutis.

¶ ὅλον, *totam*) Id quod nunquam poterit præstare.

4 κατηργήθητε ἀπὸ τοῦ χριστοῦ, *evacuati estis a Christo*) Sic Vulgatus. Germanice dixeris, *ohne werden.* Conf. v. 2. Rom. VII. 2. 6.

¶ δι-

b) οὐκ ἐσμὲν, *non sumus*] i. e. nec debemus esse nec volumus. *V. g.*

¶ δικαιοῦσθε, *justificamini*) justitiam quæritis. Medium.

¶ τῆς χάριτος ἐξεπέσατε, *gratia excidistis*) Conf. v. 3. Excidistis Novo Testamento, quaqua patet. In gratia sumus & *stamus* nos potius, quam gratia est in nobis. Conf. Rom. V. 2.

5 ἡμεῖς γὰρ, *nos enim*) Ego, & omnes fratres, & quotquot in Christo sumus. Qui a nobis dissentiunt, habeant sibi.

¶ πνεύματι) *Spiritu gratiæ*, sine circumcisione, &c.

¶ ἐκ πίστεως) *ex fide Christi*. conf. v. præc.

¶ ἐλπίδα δικαιοσύνης, *spem justitiæ*) *Justitia* jam est præsens; eaque nobis *spem* in reliquum præbet. Rom. V. 4 f.

¶ ἀπεκδεχόμεθα) *exspectamus & exspectando assequimur*. Decompositum. Paulus, dum ulteriora commemorat, præsentia includit & confirmat.

6 ἰσχύει) *valet*, pollet. Idem verbum, Matth. V. 13. Iac. V. 16.

¶ ἔτε ἀκροβυστία, *neque præputium*) Hoc pertinet ad eos, qui si se liberos a lege statuant, vel ob id solum se Christianos esse putant.

¶ πίστις δι' ἀγάπης ἐνεργουμένη, *fides per amorem operans*) Hæc nova *creatura* est. c. VI. 15. Cum *fide* conjunxit v. 5 *spem*; nunc *amorem*. in his stat totus *Christianismus*. ἐνεργουμένη non est passivum, sed medium: 1 Thess. II. 13. neque Paulus amorem ponit pro forma fidei, sed docet, cum fide nil aliud nisi amorem manere. v. 13. 14. quo tamen ipso idem docet, quod Iacobus c. II. 22. *Fides* commendatur iis, qui *circumcisionem* defendunt: *amor* iis, qui *præputium* aliquid esse putant. [*ut moneantur, legem non tolli per fidem, sed confirmari*, V. g.] *Amor* opponitur odiis apud Galatas grassantibus. v. 13. 15. 20. 26. [*Longissime ab* amore *absunt operarii*, *Spiritus est* fidei & amoris *spiritus*. V. g.]

7 ἐτρέχετε καλῶς, *currebatis bene*) in fidei stadio, ut *vocatio* requirebat. v. 8. coll. Phil. III. 14. Id alacrius, quam *ambulare*. Iterum venit ad argumenta conciliantia & moventia.

¶ τίς, *quis*) nemo, cui auscultare debuistis. Sic, *quis*, c. III. 1.

¶ ἐνέκοψε, *impedivit*) in cursu.

8 ἡ πεισμονὴ) Plerique interpretantur, *persuasio*, etiam addito *hæc*, *ista*, *vestra*, teste Lubino ad h. l. Conf. Chrys. h. l. Rarissima hæc vox est: unusque, quod repererim, Eustathius ad Odyss. χ. eam habet, ubi docet, πεῖσμα καὶ πεισμονὴν ἐπὶ τῶν ἐνσατικῶν εἰρῆσθαι, τροπικῶς, ἀπὸ τῶν κατὰ νῆας πεισμάτων ἤγουν χοινίων. Est autem ἐνσαλικὸς, atque adeo πεισμονὴν habet, *homo pertinax & obstinatus*, qui intermisso *cursu* ἐνέχεται, qui sibi uni persuadet & credit, alterique ὐ πειθεται, v. 1. 7: quo pacto μὴ πείθεσθαι, & ἡ πεισμονὴ, & πέποιθα, v. 10. antanaclasin efficiunt; quæ figura & Paulo, ut multi passim observant, & reliquis scriptoribus sacris, ut Glassius præclare demonstrat, frequens est. Sive metaphora est sive minus, certe verbale hoc, ut cetera in ονὴ, intransitivum est.

¶ ὐκ, *non*) subaudi *est*. *non* est *ex* (Deo) qui vos vocabat, sed a vi videlicet inimica. Et subest metonymia abstracti pro concreto, ut ex prævio, *quis*, non *quid*, apparet.

¶ καλοῦντος) *qui* vos *vocabat*. conf. v. 13, *vocati estis*. sic, 1 Thess. V. 24. coll. Phil. III. 14. *Vocatio*, norma totius cursus.

9 μικρὰ ζύμη, *parvum fermentum*) unus turbator. v. 10. [*Improbus unus multum boni perdit. Eccl. IX. 18. Vnius hominis malitia, calliditas aut violentia immanem sæpe noxam parit.* V. g.]

10 ἄλλο, *aliud*) atque scribo.

¶ φρονήσετε, *sentietis*) his lectis. conf. Phil. III. 15.

¶ ὁ δὲ, *qui vero*) Discrimen inter seductorem, de quo minus spei est, & inter seductos.

¶ ταράσσων-κρίμα, ὅστις, *turbat-judicium, quicunque*) c. I. 7 f.

¶ βαστάσει, *portabit*) ut grave onus.

¶ τὸ κρίμα, *judicium*) pro tanto crimine certo imminens. Articulus vim habet.

¶ ὅστις ἂν ᾖ, *quicunque sit*) Clandestinus erat in Galatis turbator. ὅστις, *quisquis*, qualiscunque.

11 ἔτι *), *adhuc*) c. I. 10.

¶ κηρύσσω, *prædico*) Hinc colligas, turbatorem dixisse, Paulum ipsum prædicare circumcisionem: & fortasse prætextum sumsit a circumcisione Timothei; cujus tamen alia, pridem factæ, causa fuerat. **)

¶ διώκομαι, *persecutionem patior*) Persequebantur Paulum, quod circumcisionem tolleret. Inutilis jam erat ritus, quem si Paulus condonasset adversariis; pax erat: sed non cessit. Vide, quam acriter defendenda sit veritas.

¶ ἄρα, *ergo*) Si circumcisionem prædicarem, inquit, hodie nullum esset scandalum crucis. atqui scandalum adhuc fervet. Ergo falso dicor præco circumcisionis.

¶ σκάνδαλον, *scandalum*) apud carnales.

¶ τοῦ σταυροῦ, *crucis*) cujus virtus non stat cum circumcisione. c. VI. 12. 14. Innuitur ipsa Christi crux. Magna erat Iudæorum & Iudaizantium confusio. Multi præconium de *cruce* Christi facilius ferebant, attemperata ei circumcisione ejusque præconio. Sic aliquid tamen retinuerunt.

12 ἀποκόψονται, *abscindentur*) Sub elenchum de præterito, Paulus de Galatis in posterum bene sperat: sed seductoribus pœnas denunciat, duabus sententiis, quæ, particula ὄφελον tantisper secluſa, sic habent: ὁ δὲ ταράσσων ὑμᾶς βαστάσει τὸ κρίμα κτλ. καὶ ἀποκόψονται οἱ ἀναστατοῦντες ὑμᾶς. Vnus ille occultus *turbator* ceteris pejor, v. 10, qui ipsius Pauli consensum de circumcisione jactabat, hîc in transcursu refutatur: v. 11. ceteris vero item, Galatas de statu evangelii deturbantibus, denunciatur, fore, ut *abscindantur*. Ita particula καὶ & vim suam naturalem obtinet, cohærentque verba hæc, βαστάσει-δὲ -καὶ ἀποκόψονται, uti illa, κρίνετε-δὲ-καὶ ἐξαρεῖτε. 1 Cor. V. 12 f. ἀποκόψονται est futurum medii, quod, ut sæpe, ita hîc, vim passivam habet: respondet Hebræo כרת estque conjugatum verbi ἐγκόπτειν, v. 7. Dicitur alias ἀποκόπτεσθαι vel totum, decisa parte; vel pars, de toto decisa. Priorem sensum nonnulli hoc loco tribuunt zelo apostolico, ut notetur *mutilatio corporis circumcisi;* ac sæpe quidem pro כרת LXX κόπτω, ἀποκόπτω &c. præsertim Deut. XXIII. (1.) 2, ubi ἀποκεκομμένος dicitur pro eo, quem Galli h. l. interpretantur, *plus quam circumcisum*: sed vix nisi per metonymiam ab apostolo dictum possis accipere: i. e. ut *tanquam exsecti* arceantur ab ecclesia. Deut. l. c. Alter sensus magis congruit gravitati apostolicæ, ut hoc dicat: Quemadmodum præputium per circumcisionem abscinditur, ut quiddam, quo carere decet Israëlitam: ita isti tanquam præputium rejiculum de communione sanctorum abscindentur, & anathema erunt. cap. I. 7 seqq. Simili ad περιτομὴν *circumcisionem* respectu Paulus Phil. III. 2 κατα-

*) *Particula hæc, in* Ed. maj. *infirmioribus lectionibus annumerata, per marginem* Ed. 2 *firmioribus accensetur, adeoque etiam in* Vers. germ. *bis hoc versu exprimitur.* E. B.

**) *Eandem sententiam tuetur & ornat S. R. D. Ad.* Struensee, *in Comment. ad h. l., recensente cel. D.* Ernesti, *Bibl. th. T. V. p. 319. Conf. cel.* Michaëlis, *Einleitung &c. T. II. p. m. 1331.* E. B.

καὶ ατομὴν dicit, *concisionem.* nec plane alienum est, quod de Iudæis ait Apollon. in Philostr. 5. 11. *jam olim se abscinderunt non a Romanis tantum, sed etiam ab hominibus omnibus.* Nunc quid fiet particula ὄφελον; Plerique construunt, ὄφελον καὶ ἀποκόψονται· sed ὄφελον, quum sat frequens sit particula, nusquam cum futuro indicativi constructum reperias. Quod cum agnoscerent *Complutenses*, ἀποκόψονται ediderunt: sed id codicum suffragiis caret. Multæ in sacris literis imprecationes exstant, neque in ulla earum formula hoc ὄφελον adhibetur: neque hoc loco Paulus post categoricam denunciationem demum voto militaret in turbatores. Post ὄφελον in *Augustano sexto* ponitur σιγμή· opinor, in pluribus mss. si philologi annotarent talia. nam comma certe est in editionibus quibusdam antiquis, præsertim Basileensi Ann. 1545. Immo ὄφελον percommode connectas cum præcedentibus: ἄρα καθῄρηται τὸ σκάνδαλον τῦ σαυρῦ· ὄφελον. *Ergone sublatum est scandalum crucis? Velim, ita fit.* Subjungitur ὄφελον in re optabili, (qualis notatur etiam 1 Cor. IV. 8.) ut μὴ γένοιτο, c. III. 21 & passim, in re minime placita: & εἶεν, apud Græcos, in concessione, vel *esto*, apud Latinos. Atque uti c. II. 17 post ἄρα ponitur μὴ γένοιτο, ita hîc post ἄρα ponitur ὄφελον. *Vtinam crux nemini sit pro scandalo: utinam in cruce omnes cum Paulo posthac glorientur.* c. VI. 14 f.

¶ οἱ ἀναστατοῦντες ὑμᾶς) Idem verbum, Act. XVII. 6. Notat *de statu plane dimovere.*

13 ὑμεῖς, *vos*) Tantum abest, ut circumcisionem prædicem, ut potius libertatem vobis demonstrem.

¶ ἐπ' ἐλευθερίᾳ, *super libertate*) ut libertate gauderetis. Vocatio non est ad ὠφισμονὴν, sed ad libertatem.

¶ μόνον μὴ) Ellipsis Imperativi, ἐυλάβειαν habens, μόνον μὴ ἐλεύθεροι ἦτε τὴν ἐλευθερίαν &c. aut accusativus τὴν ἐλευθερίαν absolute positus.

¶ ἀφορμὴν, *occasionem*) cujus avida *caro* est.

¶ τῇ σαρκὶ, *carni*) v. 16 f.

¶ διὰ τῆς ἀγάπης, *per amorem*) v. 14. 22.

¶ δελεύετε, *servite*) Decorum antitheton.

14 πληρῦται, *impletur*) Rom. XIII. 9 not.

15 δὲ, *vero*) Oppositum servitutis per amorem serviendæ.

¶ δάκνετε, *mordetis*) in fama.

¶ κατεσθίετε, *comeditis*) in facultatibus.

¶ ἀναλωθῆτε, *consumamini*) Per rixas & dolores *consumitur* virtus animæ, valetudo corporis, existimatio, facultates. [*Notabilis proh dolor! eorum numerus est, quorum alter vitam alterius præcidit.* Durioris *ingenii homines necopinantes & curarum nescii consumunt reliquos:* molliores, *solicitudinem tacite devorantes, præmatura morte conficiuntur.* V. g.]

16 λέγω δὲ, *dico vero*) Ingreditur explicare, quæ v. 13 proposuit.

¶ πνεύματι, *spiritu*) vid. [*v. 18. 22. 25. VI. 1. 8.*] Rom. VIII. 4 not.

¶ ὰ μὴ τελέσητε) *non perficietis.*

17 τὸ δὲ πνεῦμα) *Spiritus autem* contra carnem. verbum ἐπιθυμεῖ ipsum, vel, quia id fere in malam partem sumitur, alterum ei analogum subauditur. Ellipsis certe sive zeugma elegantiam habet.

¶ ἀντίκειται, *adversantur*) ἀντιπαραγίᾳ pugna mutua seria.

¶ ἃ ἂν, *quæcunque*) Carnales faciunt, *quæcunque* volunt; tametsi interdum caro cum carne pugnat: eorum, qui resipiscunt, alia eaque mirabilis est conditio. nam spiritus obnititur carni & actioni malæ; caro, spiritui & actioni bonæ, *ut* (ἵνα) neque illa neque hæc peragatur. Tali in statu,

ancipiti quippe, multæ malæ & multæ bonæ actiones impediuntur: ubi *vero* spiritus vincit, v. 18, acie res *decernitur*. Hæc summa iis quodammodo respondet, quæ Rom. VII. 14 seqq. copiose explanantur: quanquam in præsenti status præsupponitur magis jam spiritualis.

18 πνεύματι, *spiritu*) Dei, Rom. VIII. 14, &, libertatis.

¶ ἄγεσθε, *ducimini*) Medium. l. c. cum annot.

¶ ὑπὸ νόμον, *sub lege*) Rom. VI. 14 f.

19 φανερὰ δὲ, *manifesta autem*) Caro occulta, per sua se opera prodit, ut facilis sit cognitio sui.

¶ τὰ ἔργα, *opera*) *infructuosa*. *Opera*, in plurali; quia divisa sunt, & sæpe inter se pugnantia, & vel singula carnem produnt. At *fructus*, bonus, v. 22, in singulari, quia conjunctus & concors. Conf. Eph. V. 11. 9.

¶ ἅτινα, *quæ*) Ea opera carnis enumerat, in quæ maxime proclives erant Galatæ; contra, eas etiam partes fructûs Spiritus, quæ eis maxime debebant esse commendatæ v. 15. Ordinem hunc tenet, ut enumeret peccata, commissa cum proximo, adversus Deum, adversus proximum, & circa se ipsum: cui ordini respondet enumeratio fructus Spiritus.

¶ ἀκαθαρσία, ἀσέλγεια, *impuritas*, *lascivia*) 2 Cor. XII. 21 not.

20 φαρμακεία) Vid. LXX, Exod. VII. 11 & passim: neque Paulum hîc de naturali veneficio, sed de magia loqui, ex eo patet, quia non cum *homicidio*, sed cum *idololatria* conjungit. Conf. Ap. XXI. 8 not.

¶ διχοστασίαι, *dissidia*) de rebus civilibus.

¶ αἱρέσεις, *hæreses*) de rebus sacris. 1 Cor. XI. 19.

20, 21 ζῆλοι-φθόνοι· *zeli-invidiæ*) Et *zelus* & *invidia* ægre fert commodum alterius: *zelus*, commodi sui causa; *invidia*, etiam sine commodo suo.

¶ ἐριθεῖαι) Diff. ab ἔρεις, ἔρις, *Hader*: ἐριθεία, *Trutz*. ἐριθεία vult major esse, ἔρις non certe minor.

¶ προλέγω, *prædico*) ante eventum.

¶ ὑμῖν, *vobis*) Sæpe securi sunt operarii. c)

22 d) ἀγάπη, *amor*) Hic familiam ducit. Pauciora in bonis vocabula ponuntur, quia bonum est simplicius, & una sæpe virtus multa habet contraria. conf. Eph. IV. 31 f.

¶ χαρὰ, *gaudium*) de rebus bonis.

¶ χρηστότης, ἀγαθωσύνη) Differunt. χρηστότης magis refertur ad alterum, ἀγαθωσύνη, *bonitas* quasi effusa, sponte sua.

¶ πίστις) אמונה constantia, *fidelitas*: cui opponuntur *dissidia* & *hæreses*. Expende ordinem verborum. *Cf. not. 1. Tim. II, 12.*

23 τῶν τοιούτων, *talium*) Hoc tantundem est, ac si etiam post *continentia* addidisset & *similia his*, quanquam ipsum asyndeton hanc vim habet. Matth. XV. 19 not. τῶν τοιούτων, masculinum, coll. v. 18. 21 fin. ubi πράσσοντες additur, quod nunc quasi per τοιούτων compensatur. 1 Tim. I. 9. 10 init.

¶ οὐκ ἔστι νόμος, *non est lex*) Ipsa lex amorem præcipit. [*Adeoque talibus non abjudicatur Dei regnum.* V. g.]

24 οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ, *qui vero Christi sunt*) Repetit thesin versu 18 datam.

¶ τὴν

c) Τὰ τοιαῦτα, *talia*] Si quis non omnia quidem ista, sed aliqua certe vel unum eorum perpetret: regnum Dei perdidit. *V. g.*

d) ὁ καρπὸς, *fructus*] Singulare, non plurale. Carnis opera multa sunt eaque dispersa: fructus spiritûs integrum quoddam constituit, idque conjunctum. *V. g.*

¶ τὴν σάρκα, *carnem*) de qua v. 19 ſ.

¶ ἐσταύρωσαν, *crucifixerunt*) Id faciunt cum *Chriſto*, Rom. VI. 6, ſuſcepto baptiſmo & fide. *crucifixam habent*, in præſenti. Subaudi, & ſpiritus in eis viget. Id includitur verſu 24, ex verſu 22.

¶ παθήμασι, *paſſionibus*) Ex *paſſionibus* naſcuntur & aluntur *concupiſcentiæ*. utraque, *affectus* & *appetitus*, idem ſupplicium, quod *caro*, merentur. [Paſſiones, *vehementes illæ quidem ſunt, iracundæ atque infeſtæ:* concupiſcentiæ *contra, placidum ſenſuum pabulum venantur.* V. g.]

25 εἰ, *ſi*) Redit ad hortationem. *ambulate*, dixit v. 16, nunc, στοιχῶμεν, *incedamus*. Ex principio *vitæ* ſpiritualis duci debet ὁ κατὰ στοῖχον, ὅ ἐστι, τάξιν (inquit Euſtathius) *inceſſus*. conf. de malis, Col. III. 7.

¶ στοιχῶμεν, *incedamus*) Idem verbum, c. VI. 16. [*In ſpiritu viuunt, mouentur et ſunt ſpirituales.* V. g.]

26 μὴ γινώμεθα, *ne fiamus*) Qui non incedunt Spiritu accurate, proxime declinant ad *vanæ gloriæ cupiditatem*, cujus hîc duo effectus nominantur.

¶ κενόδοξοι) Vid. Chrys. de ſacerd. S 587. *)

¶ προκαλέμενοι, *provocantes*) ad *invidiam*. Relatum, ex parte potentiorum.

¶ φθονοῦντες, *invidentes*) Correlatum, ex parte infirmiorum.

CAP. VI.

1 Ἀδελφοὶ, *fratres*) Sequitur monitum ad Galatas proprie accommodatum.

¶ ἐὰν καὶ, *ſi etiam*) Sæpe, qui provocat, alterum pro provocante habet: ſed ſi revera alter *ante captus fuerit*, tamen nos non debemus nos provocatos ducere, ſed alteri potius conſulere. ἐὰν καὶ denotat rem facilem, ſed apud ſpirituales non nimis frequentem.

¶ προληφθῇ, *ante captus fuerit*) Paſſivum perinde, ut appellatio *homo*, pertinet ad veniam conciliandam: ſed præpoſitio πρὸ *ante* refertur vel ad *delictum*, coll. Sap. XVII. 17 προληφθεὶς· vel potius ad partem læſam, ut *ante captus fuiſſe* dicatur, qui nos, non læſus, læſit. ut Herodianus l. 5, τὰς εὐεργεσίας προειληφότας dicit, *qui prius benefecere*.

¶ ἐν τινὶ παραπτώματι, *in aliquo delicto*) v. gr. *vanæ gloriæ*, c. V. 26, aut reditûs ad ſervitutem legalem. conf. *delictum*, Rom. XI. 11 ſ.

¶ οἱ πνευματικοὶ) *qui Spiritu valetis*, & lapſum illum, vigilantes, animadvertitis. ſic, *validi*, Rom. XV. 1. Congruit mox, *in ſpiritu*. [*Conf. c. V. 25.*]

¶ καταρτίζετε) *reſtituite*, ut membrum eccleſiæ. Omnes, qui poſſunt, juvare debent.

¶ πραότητος, *manſuetudinis*) In hac ſanandi vis eſt: hæc character palmarius hominis ſpiritualis. [*Conf. c. V. 22.*]

¶ σκοπῶν, *ſpectans*) Singularis poſt pluralem. Quisque ſibi debet attendere.

¶ καὶ σὺ, *etiam tu*) Tentato uno, facile tentatur alter; præſertim ſi velit mederi alteri, nec *manſuetudinem* ſervet.

¶ πειρασθῇς, *tenteris*) eodem aliove modo.

2 τὰ βάρη, *onera*) Sane onus eſt omne *delictum*. Verſu 5, φορτίον. φορτίον, par ferentis viribus: βάρη, quæ excedunt.

¶ βαστάζετε, *portate*) conſtanter: non modo ſemel ſublevate.

¶ καὶ

*) Τίς ἂν, *inquit*, τῶν θηρίων τούτων (Τὰ πάθη τῆς ψυχῆς *innuit*) ἡ τροφή; κενοδοξίας μὲν, Τιμαὶ καὶ ἔπαινοι· ἀπονοίας δὲ, ἐξουσίας καὶ δυναστείας μέγεθος· βασκανίας δὲ, αἱ τῶν πλησίον εὐδοκιμήσεις· φιλαργυρίας, αἱ τῶν παρεχόντων φιλοτιμίαι· ἀκολασίας, Τρυφὴ καὶ αἱ συνεχεῖς τῶν γυναικῶν ἐντεύξεις· καὶ ἕτερον ἑτέρᾳ. — E. B.

¶ καὶ οὕτως ἀναπληρώσατε, *& sic adimplete*) Imperativus, includens futurum indicativi, uti Ioh. VII. 37. ανα præsupponit defectum aliquem apud Galatas sarciendum.

¶ τὸν νόμον τὸ χριστὸ, *legem Christi*) Rara appellatio. conf. Ioh. XIII. 34. Rom. XV. 3. Lex Christi, lex amoris. Moses multa alia habet præcepta. Verba hæc, *onera* & *legem*, habent mimesin ad Galatas, *oneri legali* obnixe subesse conantes.

3 δοκεῖ εἶναί τι, *videtur esse aliquid*) *in Spiritu.* Qui sibi non videtur esse aliquid, hic demum aliorum fert onera.

4 τὸ δὲ ἔργον, *opus vero*) Statim iterum occurritur alteri extremo, ne alios juvans tui obliviscare.

¶ ἔργον) *rem*, non opinionem de se.

¶ εἰς ἑαυτὸν μόνον, *in se ipsum solum*) Multi, dum se comparant cum aliis, qui deteriores videntur, gloriam capiunt. itaque Paulus ab hac comparatione deterret. Ne de nostris quidem bonis gloriari debemus; sed multo minus de alienis vitiis, quibus nos careamus. Gloriam de his dum eximat, gloriam de illis videtur concedere, sed non admodum concedit. nam *probatio* suarum rerum statim objiciet multa, per quæ *gloriatio* imminuatur: & mox non *gloriationem* dicit, sed φορτίον, *onus*. immo ipsum vocabulum, *gloriatio*, per mimesin adhibitum, simul includit contrarium.

¶ τὸ καύχημα, *gloriationem*) illam, qua dicit: Ego aliquid sum.

¶ ἕξει, *habebit*) se ipso judice.

5 φορτίον, *onus*) aut grave aut leve. Conf. βάρη, v. 2.

¶ βασάσει, *portabit*) in judicio divino. Futurum; cujus antitheton in præsenti, v. 2. Est tamen in his verbis oratio semiduplex, ut alterum altero connotetur. *Gloriatio* ad hominem dicitur, quia alter falsam *gloriationem* præ se fert. hæc ei eximitur, atque proprium bonæ conscientiæ testimonium per parodiam tantisper etiam *gloriatio* appellatur.

6 κοινωνείτω δὲ, *participato vero*) *Proprium*, quum dixi, inquit Paulus, id non debet trahi ad imminuendam liberalitatem. κοινωνέω, perinde ut *participo*, & accipiendi & dandi notionem includit. hîc, dandi, uti Phil. IV. 15, magna elegantia.

¶ ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς, *in omnibus bonis*) in omni facultatum genere, ut usu venit.

7 θεὸς οὐ μυκτηρίζεται) Verbum medium. *Deus non patitur sibi fumos vendi.* Locutio minime obvia alludere videtur ad LXX, & quidem Prov. XII. 8, νωθροκάρδιος μυκτηρίζεται· ut sensus sit: Deus non est νωθροκάρδιος, sed vere judicat, nec sine fine tacet. Ps. L. 21. Illudere conantur, qui sic cogitant: Seminabo in carnem; & tamen persuadebo Deo, ut messem vitæ mihi det.

¶ ὃ ἐὰν, *quodcunque*) sive malum sive bonum.

¶ σπείρῃ, *seminaverit*) speciatim de facultatibus. 2 Cor. IX. 6.

¶ ἄνθρωπος, *homo*) quilibet.

¶ Τοῦτο) *id ipsum.*

¶ θερίσει, *metet*) Messis tempore scripta videtur epistola. Prov. XXII. 8, ὁ σπείρων φαῦλα θερίσει κακά.

8 εἰς, *in*) tanquam in agrum.

¶ τὸ πνεῦμα, *spiritum*) Hîc non additur, *suum*. Per nos sumus carnales, non spirituales. Caro *suitati* dedita est.

¶ ζωὴν αἰώνιον, *vitam æternam*) Non additur articulus. non enim agitur hîc de fide, sed de fructu fidei.

9 τὸ) Quum bonum facimus, adjungi debet perseverantia.

¶ τὸ καλὸν ποιοῦντες, *bonum facientes*) Alia locutio, *operemur bonum*, v. 10. coll. *bonis*, v. 6.

¶ ἰδίῳ, *proprio*) post sementem. Tantisper exspectandum. Adde not. ad 1 Tim. VI. 15. Tum non erit potestas serendi.

¶ μὴ ἐκλυόμενοι) Ἐκκακεῖν est in *velle*: ἐκλύεσθαι, in *posse*. μὴ ἐκλύεσθαι est quiddam

dam plus, quam μὴ ἐκκακεῖν. Vtrumque refertur ad sementem. Nam ἐκλύεσθαι est ex interna remissione virium. Sic LXX, ἕως μὴ ἐκλυόμενος, Prov. VI. 3. Chrysostomus eo interpretatur, quod illic nemo fatigetur, ut in messe mundana.

10 ὡς) *ut, quoad*, quo tempore, modo, loco &c. Conf. Kohel. IX. 10 בכחך LXX, ὡς ἡ δύναμίς σε, *ut vales, dum vales.*

¶ καιρὸν) *tempus*, totius vitæ, & in ea partem temporis opportuniorem. Sic, καιρὸν ἔχοντες, 1 Macc. XV. 34.

¶ ἔχομεν, *habemus*) Non enim semper habebimus. Satanas paucitate temporis acuitur ad nocendum, Ap. XII. 12: nos acuamur ad bene agendum.

¶ τοὺς οἰκείους τῆς πίστεως, *domesticos fidei*) Quilibet benefacit necessariis suis; fideles, necessariis in fide, præsertim iis, qui se totos impendunt propagandæ fidei. v. 6. Sic fidem ipsam commendat apostolus in hoc fine tractationis.

11 ἴδετε, *videte*) Conclusio.

¶ πηλίκοις γράμμασιν) *quantis literis.* i. e. quanta epistola: uti *longae literae* dicuntur pro longa epistola. quantitas refertur non ad singulas literas, sed ad conjunctas. Longior est epistola ad Hebræos, quæ tamen brevis dicitur, cap. XIII. 22: hæc autem, longa; quia de uno argumento, ipsius Pauli manu, de re, in qua Galatæ pridem debuerant esse confirmati. Et illa ad paracleticam, hæc ad polemicam Theologiam comparata. Nullam antea longiorem dederat.

12 ὅσοι) *quotquot.*

¶ εὐπροσωπῆσαι) *bona specie se commendare coram.* conf. 2 Cor. V. 12.

¶ ἀναγκάζουσιν, *cogunt*) exemplo suo, v. 13, & importunitate. Idem verbum, c. II. 3. 14.

¶ μόνον, *solum*) Tales ergo ceteroqui volebant haberi pro Christianis.

¶ διώκωνται, *persecutionem patiantur*) a Iudæis, vel etiam a gentibus, vetustatem judaicam facilius jam ferentibus, quam novitatem fidei Christianæ supernaturalem.

13 αὐτοὶ, *ipsi*) Tantum abest, ut illorum intersit, a vobis legem observari.

¶ σαρκὶ, *carne*) si ea circumcisa sit.

14 ἐμοὶ δὲ, *mihi vero*) Nolim istorum esse particeps.

¶ μὴ γένοιτο καυχᾶσθαι) Ios. XXIV. 16, חלילה μὴ γένοιτο ἡμῖν καταλιπεῖν Κύριον.

¶ καυχᾶσθαι, *gloriari*) Specimen talis gloriationis, 2 Cor. V. 15-19. Phil. III. 8 seqq.

¶ ἐν τῷ σταυρῷ, *in cruce*) cui nil cum circumcisione carnis. Oxymoron: *gloriari in cruce.*

¶ δι' οὗ, *per quam*) crucem. Nam de *cruce* hîc potissimum sermo est: &, si τὸ δι' οὗ etiam ad Christum referretur, tamen ratio sub qua esset *crux*. Per quod unumquodque est tale, illud magis est tale.

¶ κόσμῳ ἐσταύρωται, *mundus crucifixus est*) Nil penes me valet mundus cum suis elementis. c. IV. 3. Gradatio a *carne* ad *mundum.*

¶ κἀγὼ τῷ κόσμῳ, *& ego mundo*) Mundus a me abhorret. etiamsi vellem, tamen nullam posthac a mundo gratiam inire possem. Crux hæc mortem includit. Col. II. 20.

15 οὔτε γὰρ περιτομή τι ἐστὶν οὔτε ἀκροβυστία) Sic vetustissima habet lectio: recentior ad c. V. 6 conformata est. *) Non modo nil valet, sed etiam *nil est* & circumcisio & præputium: est vero nova crea-

*) Gnomoni *respondet h. l.* Vers. germ.: *quamuis lectionem breuiorem ad minus firmas retulerit* Ed. maj. *Margo* Ed. 2 *per signum* β *congruit cum* Gnom. & Vers. *Eadem est ratio voc.* ἐστὶν, *cui per crisin recentiorem cedere debet* ἰσχύει. E. B.

creatura, & gloriatio in cruce Domini Ieſu Chriſti.

¶ καινὴ κτίσις) *nova creatio*, ex *cruce* Chriſti. Eph. II. 15 ſ. Oppoſitum ad vetera, 2 Cor. V. 17.

16 κανόνι, *regula*) Pertinet hoc præſertim ad doctores.

¶ εἰρήνη, *pax*) ſit, & erit. De *pace* conf. Eph. cap. cit. v. 14-17.

¶ ἐπ' αὐτὲς, *ſuper illos*) Antitheton ad *praeputium*.

¶ καὶ ἔλεος, *& miſericordia*) Rom. XV. 9.

¶ καὶ ἐπὶ τὸν ἰσραὴλ τὲ θεῦ, *& ſuper Iſraëlem Dei*) Antitheton ad *circumciſionem*. Iſraël Dei ſunt credentes ex circumciſione ſive gente Iudaica. [*Phil. III. 3.*] *) Senſus apoſtoli quam minime iudaicus pulcre arripuit locutionem ab idiotiſmo gentis abhorrentem. nam Hebræi non dicunt *Iſrael Dei*, neque enim nomen proprium in ſtatu conſtructo ponunt.

17 τὲ λοιπὲ, *de cetero*) Formula abrumpendi.

¶ κόπες, *labores*) Piis laborioſa eſt theologia polemica ſeria. v. 11 not. & c. IV. 20. Vid. *L. Oſiandri* Antiſturmius alter, p. 87. 107. κόποι, animi labor & ſolicitudo. Matth. XXVI. 10.

¶ μηδεὶς παρεχέτω, *nemo exhibeat*) Ἀποτομία, *ſeveritas*, apoſtolica.

¶ ἐγὼ γὰρ, *ego enim*) Afflicto non eſt addenda afflictio.

¶ τὰ στίγματα, *ſtigmata*) ex verberibus. Act. XVI. 23. Hæc *ſtigmata* Paulo infamiam apud mundum, re ipſa dignitatem magnam, nam hinc *ſervus* Chriſti noſcebatur, adferebant. Opponuntur *ſtigmata in corpore* notæ circumciſionis; *corpus* Pauli, *carni* alienæ. v. 13.

¶ τῦ κυρίε, *Domini*) Col. I. 24: *afflictionum Chriſti*.

¶ βαστάζω, *porto*) ita ut honori mihi ducam, v. 14. Proinde moleſti mihi erunt, qui qualibet alia re ſibi placent.

18 ἡ χάρις, *gratia*) Hoc congruit cum tota epiſtola.

¶ μετὰ τῦ πνεύματος ὑμῶν, *cum ſpiritu veſtro*) victa carne. v. 1. conf. 1 Theſſ. V. 23. 2 Tim. IV. 22. Philem. v. 25.

¶ ἀδελφοὶ, *fratres*) Ita mollitur totius epiſtolæ ſeveritas. coll. c. I. 6 not.

IN

*) *Digniſſima conſideratu eſt S. R. D.* Cruſii (*Hyp. T. I. p. 173*) *ad h. l. obſeruatio:* --- „Paulus quando *Iſraëlem DEI* nominat, fideles intelligit Iſraëlitas, quos hoſtibus crucis Chriſti opponit. Atque veri illi Iſraëlitæ non ad gentes, ſed hæ ad illos tranſierunt, Eph. II. 19. III. 6. Phil. III. 3. Col. II. 11. Act. XIII. 32. XXVI. 6. 7. Omnes igitur veri Chriſtiani accenſentur, non tamen eo modo, ac ſi Iſraël vetus, proprie dictus, typus ſit Iſraëlis ſpiritualis, improprie dicti. Incongruum hoc eſſet. Sic enim fideles V. T., e. g. Dauid, Ieſaias, eſſent membra Iſraëlis non veri, ſed typici, i. e. non eſſent pars veri Iſraëlis, quemadmodum victima typica nec expiationem peccati, nec expiationis partem conſtituit, ſed ordinatam a DEO ἀνάμνησιν. Vetus Dei Iſraël etiam antequam Chriſtus venit, proſelytos ſuo ſinu excipere potuit, qui deinde partem gentis faciebant. Multo magis vi fœderis & promiſſionis, poſtquam Chriſtus venit --- gentibus quamplurimis ſecum coaleſcentibus jamjam amplificatus eſt, & poſtremum omnem omnino terram poſſidendam accipiet. Totum hoc eccleſiæ corpus, cujus baſis fuit pars fidelis Iſraëlitarum ſecundum carnem, aliquando reliquias poſterorum partis degeneris itidem in ſinum ſuum recipiet. At, quia multa interim tempora præterfluunt --- : fit ſubinde, ut Chriſtiani ipſi ſuæ originis parum conſcii ſibi ſint, & --- malint ſe antitypum matris illius habere, cujus filii ſunt.„ *Conf. not.* Gnom. *ad Rom. IV. 13. & not. marg. ad 1 Cor. X. 1.* E. B.

IN EPISTOLAM AD EPHESIOS.

CAPVT I.

1 Θελήματος, *voluntatem*) Sic v. 5. 9. 11.

¶ τοῖς ἁγίοις τοῖς οὖσι καὶ πιστοῖς) Id est, *sanctis & fidelibus, qui sunt* in omnibus iis locis, quo Tychicus cum hac epistola venit. Nullam civitatem nominatim a Paulo fuisse in hac inscriptione expressam, ex monumentis in *Apparatu* laudatis apparet: unde alii *) *Laodiceam* supplerunt, (quamvis, quæ ad Laodi-

*) *Hanc sententiam, utut multis probatam, omni prorsus fundamento carere, & communi antiquitatis, atque inprimis* Ignatii *etiam testimonio refragari, cel.* Michaëlis *docet, in der* Einleitung &c. *T. II. p. m. 1462 sqq. Isti vero sententiæ, quâ, post* Vsserium, *Gnomonis auctor epistolam pro* encyclica *habet, majorem veri speciem Eruditus citatus concedit* l. c. *p. 1479 sqq. Largitur nimirum, cum vicinis Asiæ ecclesiis, quæ filiarum ad Ephesinam relationem (Act. XIX. 10), eandemque cum illa, quam Colossæ, Hierapolis & Laodicea inter se, connexionem facile habuerint, epistolam hanc fuisse communicandam. Quemadmodum igitur epistola ad Corinthios* uniuersæ *simul* Achajæ cœtibus *dicata fuit: sic nostram hanc ad omnes* Asiæ proconsularis *ecclesias spectasse, adeoque* catholicam *s.* encyclicam *hoc sensu dici posse, non renuit. At vero ad omnes ecclesias, quas Tychicus in itinere inuisurus esset, eo modo directam esse epistolam, ut* cujusuis urbis nomen *vacanti diuersorum exemplarium spatio inseri debuerit, non videtur Viro literatissimo consentaneum esse:* 1) quia antiquissimorum Patrum testimonia unanimiter ad Ephesinos eam referant; quibus Ignatius præcipue de singulari laude, qua ornati in ea fuerint, haut obscure gratuletur; 2) quia Codicum & Versionum, quibus frui licet, omnium concentus opinionem istam refellat; quum concipi vix queat, quî factum fuisset, ut, si reliquarum etiam ecclesiarum nomina in exemplaribus primæuis extitissent, in omnibus, quæ prostant, ἀπογράφοις nonnisi Ephesi nomen, citra lectionum varietatem, propagatum fuerit; 3) quia cum ista conjectura non consentiat reliquarum Pauli epistolarum constitutio; cujus analogia id potius requireret, ut vel τοῖς ἁγίοις ἐξ ἐθνῶν seu τοῖς ἐξ ἀκροβυστίας inscripsisset, vel, Petri more, regionum, quas Tychicus peragraturus erat, nomina expressisset; quam ut cartam quasi biancam exhibuisset Tychico. — *Rationibus porro, quæ* Ephesinis *Epistolam* denegare *videantur, sequentia Criticus noster argumenta opposuit:* 1) Quod ad *particularia* minus in hac epistola descendit apostolus, respectus quidem ad reliquas Asiæ ecclesias in caussa esse potest: neque tamen epistola Ephesinæ ecclesiæ statui non singulari modo congruit, quum v. g. Esenorum erroribus (Ephesinis præcipue, ut ex Epp. ad Timotheum patet, pericula intentantibus) frequentissime in ea obnitatur apostolus. Accedit, quod, Lardnero monente, ab omissis *salutationibus*, quæ ad Romanos, nunquam Paulo visos, cumulatissimæ sunt, ad minorem cœtus cujusdam cum apostolo minoremue familiaritatem concludi tuto nequeat. 2) Quod apostolus de fide & amore eorum, ad quos scripsit, *audiuisse* testatur, c. I. 15; quod c. III. 2 dubitare videtur, num, quale sibi munus concreditum sit, *audiuerint* isti; quod c. III. 4 ad *epistolæ hujus lectionem* eos ablegat, ut suam de Euangelio mentem cognoscerent, his omnibus non obstat præconium Apostoli, per triennium Ephesi celebratum: nam a) Paulus, aliquot jam annis ab Epheso remotus, non potuit jam quidquam

dicenſes quoque ſeorſum ſpectarent, in epiſtola ad Coloſſenſes eodem tempore data Paulus expediit, c. IV. 15 ſ.) alii *Epheſum*. utrumvis ad mentem apoſtoli. nam ſine dubio dixit Tychico Paulus, quo ire deberet, Laodiceam v. gr. & inde Coloſſas (Laodiceæ vicinas) & vel primo vel poſtremo Epheſum. Quare annotationes noſtræ ad *Epheſios* interdum ſpeciatim ſunt accommodatæ. Veruntamen h. l. τοῖς ὄσιν, i. e. *qui praeſto ſunt*, abſolute dicitur, uti Act. XIII. 1, κατὰ τὴν οὖσαν ἐκκλησίαν· & Rom. XIII. 1, αἱ δὲ οὖσαι ἐξουσίαι. Paulus ad eccleſias ſcribens, per ipſum plantatas, multa ſolet commemorare de ſuis eccleſiarumque rebus præſentibus ac priſtinis: at Epheſi fuerat, idque multum, non multis ante annis. Act. XX. 31. cur ergo ſcribit, tanquam ignotus, v. 15. c. III. 2. 4, & cur in hac epiſtola minus, quam in ulla alia ad particularia deſcendit? cur c. VI. 23. 24 in tertia perſona, ac non in ſecunda, ut alias ſemper, concludit? cur nullas ſalutationes addit, quas tamen ne ad Coloſſenſes quidem prætermittit? cur Timothei non meminit, quem tamen Col. I. 1 ſibi adjungit? Nam uno tempore utramque epiſtolam, hanc & ad Coloſſenſes miſſam eſſe, ſimillimum utriusque ſilum, eademque in utraque Tychici latoris mentio & multa alia confirmant. Cur nonniſi c. VI. 10 dicit *fratres*? Reſp. Hæc omnia videlicet argumento ſunt, Paulum totam ita inſtruxiſſe epiſtolam, ut & Epheſi & in pluribus eccleſiis Aſiæ (ad quas fortaſſe nominatim ſibi indicatas venturus eſſet Tychicus) recitari ſive legi poſſet, omnesque eam tanquam ad ſe ſcriptam poſſent accipere. conf. Col. IV. 16. 1 Theſſ. V. 27. Erat pro hac parte quaſi *carta bianca*. *Notandum*, inquit Vſerius ad A. M. 4068, *in antiquis nonnullis codicibus generatim inſcriptam fuiſſe hanc epiſtolam, ut in literarum encyclicarum deſcriptione fieri ſolebat*, ſanctis qui ſunt ..... & fidelibus in Chriſto Ieſu. *ac ſi Epheſum primo, ut praecipuam Aſiae metropolim, miſſa ea fuiſſet, tranſmittenda inde ad reliquas (interſertis ſingularum nominibus) ejuſdem provinciae eccleſias. &c.* Dices: Paulus hanc epiſtolam ante ſcripſit, quam Epheſios vidiſſet. Reſp. Nulla vincula erat antea perpeſſus tam inſignia & diuturna, Act. XVI. 35. XVIII. 10. hæc autem, quæ allegat, erant illuſtria. Eph. III. 13. VI. 20. Ceterum in hac inſcriptione *ſanctitas* ponitur ante *fidem*. v. 4. 11. 12, ubi etiam τὸ κληρονομῆσαι eſt ante *ſpem*. porro, 2 Theſſ. II. 13. 1 Petr.

de conſtanti Epheſiorum fide, niſi *per auditum*, percipere; b) In tanti ambitûs urbe, quanti Epheſus fuit, non omnibus Chriſtianis (ſpatioſo nimirum templo deſtitutis) toties Paulum audire contigit, quoties opinari aliquis queat: quæ ratio, ſi de reliquis Aſiæ eccleſiis cogites, multo ſtringit fortius. Adde, quod creſcentis, dum Paulus abeſſet, eccleſiæ membris νεοφύτοις, quorum fortaſſis millena ſupponere fas eſt, nulla cum apoſtolo conſuetudo eſſe potuit. Denique vix interpretationem juſtam admittit ſermo apoſtoli Act. XX. 25 obuius, niſi durante Pauli captiuitate ingentem in eccleſia Epheſina mutationem ſupponas morte factam eſſe. 3) Omiſſa *Timothei* mentio rem non conficit: nam a) vel impedimento aliquo, nobis incognito, vel migratione aliqua, iſtis diebus ſuſcepta, retineri Timotheus potuit, quo minus aut amanuenſis officio fungi aut ſalutationem impertire poſſet; vel denique, quod maxime conueniens videtur, ad eccleſiam Epheſinam, ſibi videlicet conjunctiſſimam, peculiares literas, occaſione hac opportuniſſima uſus, dediſſe cenſendus eſt. --- Baſilii *locum quod attinet, cum ad* confirmanda *quidem verba* τοῖς ὄσιν *facere, ſed non ad* eliminandam *phraſin* ἐν ἐφέσῳ, l. c. *p. 1486 ſqq. monetur; qua de re conferri tamen velim, quae ad cel. D.* Erneſti *Bibl. theol. T. III. p. 492 notaui in der* Beleuchtung &c. § *6. p. 29 ſq. His recentiorum obſeruationibus, quae vel* ponderandæ *ulterius vel &* limandæ *Gnomonis ſententiae inſervire queant, nolui equidem diſſimulando lectores defraudare.* E.B.

1 Petr. I. 2. Dei est, sanctificare nos & sibi asserere; nostrum, ex Dei munere, credere.

3 εὐλογητὸς-εὐλογήσας-εὐλογία, *Benedictus-qui benedixit-benedictione*) Antanaclasis: aliter benedixit Deus nobis, aliter nos benedicimus illi. Cum sensu gratiæ N. T. congruunt doxologiæ in principiis epistolarum apostolicarum. Sic fere incipit epistola 1 Petri, etiam in Asiam adeoque Ephesum missa. Paulus scribit affectu per adversa sublimato: & singulare hæc epistola specimen præbet tractationis evangelicæ in thesi, hujusque capitis versu 3-14 compendium ea evangelicum [*de gratia* Dei, V. g.] exhibet, [*ita quidem, ut* Christi *beneficium v. 7, & Spiritus Sti v. 13, ordine legitimo, inseratur.* V. g.] Inde nullum speciatim errorem aut vitium refutat aut redarguit, sed generatim incedit. Et quantumcunque lucis in epistola ceteroqui parallela ad Colossenses ex Historia ecclesiastica petatur, in hac epistola minus opus est. Convenienter ad Ephesios quoque de Iudæorum & gentium conjunctione nova scribitur. nam Ephesium templum fuerat arx paganismi, sicut e contrario templum Hierosolymitanum, Iudaismi.

Epistola summatim sic habet:

I Inscriptio. *c. I. 1. 2*
II Doctrina, pathetice exposita.
I. Benedictio Dei pro tota benedictione coelesti: v. 3-14 & inde Gratiarum actio & preces pro sanctis. *v. 15-II. 10*
II. Specialior admonitio de statu illorum quondam misero, nunc beato: v. 11-22. & inde Apostoli supplicatio pro corroboratione illorum, III. 1 s. 14 s. cum Doxologia. *v. 20 s.*
III. Adhortatio:
1. generalis, ut ambulent digne, prout postulat
1. unitas Spiritûs & diversitas donorum. *c. IV. 1 s. 7 s.*
2. differentia status ethnici & christiani. *v. 17-24*
2. specialis:
1) ut vitetur
1. mendacium. *v. 25*
2. iracundia. *v. 26 s.*
3. furtum. *v. 28*
4. sermo putris. *v. 29 s.*
5. acerbitas. *v. 31-V. 2.*
6. impuritas. *v. 3-14*
7. ebrietas. v. 15-20. commendatis ubique virtutibus, quibus vitia illa opponuntur, adjuncta submissione. *v. 21.*
2) ut officium faciant
1. mulieres & viri. *v. 22 s. 25 s.*
2. liberi & patres. *c. VI. 1 s. 4*
3. servi & heri. *v. 5 s. 9*
3. finalis, ad militiam spiritualem. *v. 10 s. 19 s.*
IV. Conclusio. *v. 21 s. 23 s.*

Magna hujus epistolæ & epistolæ ad Colossenses est similitudo, modo notata: quare tabellas ambas commode inter se contuleris.

¶ ἐν πάσῃ, *omni*) Describit Paulus hujus *benedictionis* fontem & archetypum, *elegit-praedestinans*, v. 4 f. indolem, *gratia amplexus est*, v. 6. partes, *remissionem &c.* v. 7 f.

¶ εὐλογίᾳ, *benedictione*) Ipsum vocabulum connotat *abundantiam.*

¶ πνευματικῇ, *spirituali*) Novi Testamenti propria.

¶ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, *in coelestibus*) Declaratur τὸ *spirituali.* Sæpe in hac epistola memorat τὰ ἐπουράνια, *coelestia.* v. 20. c. II. 6. III. 10. VI. 12. Sedes gloriosa cœlitum.

¶ ἐν χριστῷ, *in Christo*) Huc ref. v. seq. *sicut in ipso.* Iam hic tangit aliquid de tribus personis Deitatis, salutem nostram curantibus. *Patris* sunt τὰ ἐπουράνια, *coelestia: Christum* ipsum nominat: *Spiritus sanctus* producit *spiritualia.* Omnia deinceps tractat Paulus. [*Vniuersus utique* Christi *cursus, inde a* natiuitate *usque ad* adscensionem, *h. l. ante oculos Apostolo versatus est.* Natiuitatem *spectat hoc versu: deinde* circumcisionem, *quare v. 5 demum nomen* Iesu, *in circumcisione Ipsi impositum, exprimitur: v. 6* baptismus *Filii* dilecti *indigitatur: quem v. 7 excipit* cruenta mortis perpessio. *Sequuntur denique* resurrectio & ascensio, *v. 20 &c.* V. g.]

4 καθὼς ἐξελέξατο ἡμᾶς, *sicut elegit nos*) Electioni *respondet*, & eam subsequitur, *benedictio*, & patefacit.

¶ ἐν αὐτῷ, *in ipso*) c. III. 11. Hæc præsupponunt æternitatem Filii Dei. namque Filius, ante mundum factum, erat objectum amoris paterni non futurum tantummodo, sed jam tum præsens. Ioh. XVII. 24. 5. alias non per se, sed item per alium Patri dilectus fuisset.

¶ πρὸ, *ante*) Ioh. XVII. 24. Matth. 25, 34. n.

¶ εἶναι, *esse*) i. e. τὸ εἶναι, *ut essemus.*

¶ ἁγίους, *sancti*) positive.

¶ ἀμώμους, *immaculati*) sine malo & vitio. [*c. V. 27.*]

4, 5 ἐν ἀγάπῃ προορίσας ἡμᾶς, *in amore praedestinans nos*) Multi construunt cum præcedentibus verbis, *sancti & immaculati coram eo in amore.* Vtroque modo, uti vel divinus vel noster amor denotetur, in hac epistola regnat τὸ *amo*, *amor*, *amatus:* sed ipsi principio epistolæ congruit, ut *amor* construatur non cum *sancti & immaculati*, quod item sine expressa *amoris* mentione ponitur c. V. 27, sed cum subsequente descriptione *adoptionis*, *) coll. c. II. 4. 3. 1 Ioh. III. 1: utque amor Dei prius celebretur, quam noster. Hoc pacto *in amore* summa eorum erit, quæ sequuntur. v. 5 fin. Sic *amor* ponitur, initio tmematis, c. III. 18. Et viciſſim τὸ *praedestinans* multo majorem emphasin habet, si ab initio collocatum existimetur: & passim apostolus, hoc præsertim capite, periodum claudit inciso quopiam, quod respectu antecedentium sit instar syncategorematis; respectu subsequentium, Thema. Hoc si tenueris, & nexum per participia & relativa observaris, expeditam habebis analysin. Hic mos est veterum, diversus ab hodierna methodo, quæ per multas distinctiones & subdistinctiones, exserte positas, progreditur.

¶ προορίσας, *praedestinans*) Participium pendet ab *elegit.* Rom. VIII. 29. Electi ex ceteris, sunt *praedestinati* ad omnia, quæ

*) *Atque hunc quidem distinctionis nexum prætulerat margo* Ed. maj.: *alterum illum, quo verba* ἐν ἀγάπῃ *ad antecedentia referuntur, margo* Ed. 2 *in æquilibrio ponit, &* Vers. germ. *distincte exhibet.* E.B.

quæ pertinent ad beatitudinem assequendam. v. 11. *)

¶ κατὰ τὴν εὐδοκίαν, *secundum beneplacitum*) Vltra hoc *beneplacitum* nobis neque in salutis nostræ, neque in ullis operum divinorum causis rimandis ire licet. v. 9. Quid philosopharis de mundo optimo? cave, ne tute sis malus. Neque in nobis quicquam fuit, quod amorem mereretur.

¶ τῆ θελήματος, *voluntatis*) v. 9. 11. 1.

6 εἰς, *in*) Finis.

¶ ἔπαινον δόξης τῆς χάριτος, *laudem gloriae gratiae*) *Laudem gloriae*, v. 12. 14. Primum nascitur *laus gratiae*, v. 7, *inde laus gloriae*. [*De gloria conf. v. 6. 17. 18.* V. g.]

¶ ἐν ᾗ,) χάριτι. Conjugata, ut ἀγάπην ἠγάπησεν, c. II. 4.

¶ ἐχαρίτωσεν) χαριτόω, formæ ἀγαθόω, δυναμόω, ἐντυπόω, ἐυοδόω, ζηλόω, θανατόω, κακόω, κυκλόω κτλ. significat *gratia amplector*. cujus rei immediatum consequens est *benedictio*. conf. Luc. I. 28. Huc ref. *gratiae*, modo, & v. 7.

¶ ἠγαπημένῳ, *amato*) Filio unigenito. Antonomasia, opportuna. *amor* plus significat, quam *gratia*. vid. 1 Petr. II. 10: ubi de iis, qui *misericordiam* consecuti sunt, ea dicuntur, supra quæ ὁ ἠγαπημένος, *Amatus* longe eminet. ἔλεος necessario præsupponit præviam miseriam, sed *amor* non item.

7 ἔχομεν, *habemus*) in præsenti.

¶ τὴν ἀπολύτρωσιν· τὴν ἄφεσιν, *redemtionem - remissionem*) Bonum novi Testamenti. Rom. III. 24. [*Sequitur altera* redemtio, *v. 14.* V. g.]

e) ¶ τὸν πλοῦτον τῆς χάριτος, *divitias gratiae*) c. II. 7. *divitiae gloriae*, v. 18. conf. c. III. 8, ubi *divitiae gratiae*, & consequenter gloriæ, item v. 16, ubi *gloria* ipsius Patris *opulentissima* intelligitur.

8 ἧς) *pro*, ἣν, χαριν.

¶ ἐπερίσσευσεν, *abundavit*) *Deus.*

¶ σοφία) *sapientia*, de præterito & præsenti, de his, quæ Deus facit. v. 17.

¶ φρονήσει) *prudentia*, de futuro, de his, quæ nos faciamus.

9 γνωρίσας, *notum faciens*) Hoc pendet ab *abundavit*. Idem verbum, c. III. 3. 5. 10. VI. 19.

¶ τὸ μυστήριον, *mysterium*) c. III. 3. 4. 9. VI. 19. Rom. XVI. 25. Col. I. 26 f.

¶ ὃν, *quod*) *beneplacitum.*

¶ προέθετο) *proposuit* sibi. Inde, *propositum*, v. 11.

¶ ἐν αὐτῷ, *in ipso*) in Christo.

10 εἰς, *in*) Constr. cum γνωρίσας *notum faciens.*

¶ οἰκονομίαν τῆ πληρώματος τῶν καιρῶν, *dispensationem plenitudinis temporum*) *Plenitudo* τῶν καιρῶν *temporum* distinguitur nonnihil a *plenitudine* τῆ χρόνυ *temporis*. Gal. IV. 4. involvit enim plenitudinem beneficiorum ipsorum, & hominum ea percipientium. Marc. I. 15. Vtraque tamen plenitudo est in Christo: & hujus plenitudinis propria quædam est œconomia & dispensatio. Col. I. 25. Verbo πληρόω & πλήρωμα persæpe utitur Paulus ad Ephesios & Colossenses.

¶ ἀνακεφαλαιώσασθαι) *ut sub unum caput redigerentur*. Omnia sub Christo fuerant: per peccatum autem facta erat avulsio & divulsio: atque hæc rursum sublata est. Chri-

*) *Vniuersalem hanc* destinationem *esse, cel. D.* Ernesti *censet, Bibl. th. T. II. p. 583, verba* προορίσας ὑμᾶς εἰς υἱοθεσίαν *per* destinauit vobis adoptionem, *interpretatus; cujus explicationis realem parallelismum quærit 1 Thess. V. 9. Qui latissimus vocis* προορίσας *significatus num vel hoc loco vel alibi in Scripturis, tueri se, citra contextûs læsionem & saluo stili apostolici tenore, queat; malo equidem peritioribus dijudicandum relinquere, quam animosius justo negare.* E.B.

e) αἵματος, *sanguinis*] c. II. 13. *V. g.*

Christus caput angelorum & hominum: illi cum Ipso conveniunt in natura invisibili; hi, in natura visibili.

¶ τὰ πάντα, *omnia*) non modo Iudæi & gentes, sed etiam ea, quæ in cœlis & quæ super terra sunt: *) angeli hominesque, & hi vel viventes vel pridem etiam defuncti. c. III. 15.

¶ τοῖς

*) ¶ *Magnificam hanc* uniuersalitatem *cur tam solicite limitare studeant Eruditorum aliqui, fateor me non intelligere. Nonnisi de* conjunctione ecclesiæ judaicæ cum gentibus *interpretandum esse augustissimum Apostoli effatum, affirmat v. gr. S. R. D.* Ernesti, *Bibl. th. T. VI. p. 476 sq., hac fere argumentatione usus:* 1. Epistolæ (& hujus & illius, quæ ad Colossenses inscribitur) pars prior, eaque dogmatica, de Judæorum cum gentibus conjunctione, per mortem Christi restituta, consentientibus omnibus agit. 2. Scopus apostoli non eo absoluitur, ut, quantum beneficium gentibus præcipue Deus exhibuerit, ostendat; sed has ipsas contra falsos doctores munire intendit, qui neochristianis circumcisionem & legem cerimonialem gestiebant imponere. 3. Cum isto scopo nulla ratione vel cohæret vel conuenit aut angelorum aut beatorum cum hominibus terricolis conjunctio s. reconciliatio: scopus autem primarius totius tractationis necesse est ut exprimatur loco citato. 4. Sic thesis generatim v. 10 proposita, illicò applicatur & explicatur in sequentibus: nam ad phrasin ἐν αὐτῷ respicit locutio statim subsequens, ἐν ᾧ ἐκληρώθημεν· tum Judæi demum v. 11, & v. 13 gentiles producuntur; quo facto priscum gentium statum delineare, & cum præsenti comparare incipit apostolus. 5. Hæc ipsa res *mysterium* dicitur, prius ignoratum, at nunc demum Paulo aliorumue aliquibus patefactum, Eph. I. 9. III. 3. 4. 9. Col. I. 26. 27. quæ mysterii notio de Judæorum cum gentibus coalitione nusquam non explicatur. 6. Congruunt loca parallela Eph. II. 14. 15. 17. & c. III. 1, ubi pro τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς & τὰ ἐπὶ τῆς γῆς occurrunt οἱ μακρὰν καὶ οἱ ἐγγὺς, quorum prius distincte ad gentes refertur, atque τὸ ἀνακεφαλαιώσασθαι ἐν χριστῷ per ἵνα καινὸν ἄνθρωπον κτίσαι ἐν χριστῷ explicatur. --- *In hac argumentatione quid desiderem, paucis liceat placide profiteri. Nimirum ad* nr. 1 *&* 2 *non habeo, quod reponam. Sed ad* 3 *quod attinet, haut equidem video, cur hoc præcise versu* scopum *tractationis* primarium *exprimere apostolus teneatur, neque potius liberum ei fuerit, insignem* parenthesin (*de cujus neglectu sæpissime aliàs cel.* Ernesti *interpretes admonere solet*) *opportune v. 10 inferere: nam* reassumtio *locutionis* ἐν αὐτῷ (*ut* Gnomon *ad v. 15, Obs. 1, notat*) *haut obscure* parenthesin *prodit. His præmissis* 4. *nulla nos necessitas urget, ut versum 10 pro* thesi generali *agnoscamus, quæ v. 11 & 13 per* διχοτομίαν *illustretur; sed v. 11. & v. 13 remittunt ad v. 8. 9, ubi jam pronomen* ἡμᾶς, ἡμῖν *Iudæos & gentiles tacite* combinauerat, *mox deinceps, absolutâ parenthesi grauissimâ,* speciatim nominandos. *Porro,* 5. mysterium *utique frequentissime audit Iudæorum cum gentibus conjunctio: sed hac in re miror, cur Vir eruditus, ad Eph. III. 3. 4. 9 prouocans, ad v. 10 progredi grauatus sit, ubi de hoc ipso* mysterio *pergit apostolus:* ἵνα γνωρισθῇ νῦν ταῖς ἀρχαῖς καὶ ταῖς ἐξουσίαις ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ἡ πολυποίκιλος σοφία τοῦ θεοῦ *&c. quæ verba si quis de* angelis *interpretari dubitet, is attendat velim ad apertum parallelissimum, quo 1 Petr. I. 12 dicitur:* εἰς ἃ ἐπιθυμοῦσιν ἄγγελοι παρακύψαι. (*Conf. omnino G. F.* Griesingeri, *Eccl. cath. Stutgard. nunc Diaconi,* Comment. de Commodis angelorum bonorum ex Opere Redemtionis, Tub. 1766., *præsertim p. 81 sqq.*) *Denique* 6. *non probatur, sed supponitur, locutiones* τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, & οἱ μακρὰν καὶ οἱ ἐγγὺς *eundem significatum sustinere; ne dicam, phrasin* ἵνα καινὸν ἄνθρωπον κτίσαι *eorum partem* visibilem (*in hac epistola præcipue spectatam*) *opportune exprimere, quorum* universitas, *tum* visibilia *tum* invisibilia *complectens* (*Col. I. 16*), *scite describitur* per ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα. *Durum sane est,* τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς *de* Iudæis *interpretari, & de* gentibus τὰ ἐπὶ τῆς γῆς: *videlicet & Iudæorum & gentium pars & in terra est & in cœlis. Ponderent æqui rerum arbitri, jurene an injuriâ ven.* Anonymus *cel. D.* Tellerum, *in seinem* Schreiben an denselben, *p. 7, his verbis admonitum iuerit:* Ihr ganzer Artikel vom Himmel hat schon so manche seltsame Erklärung in sich, dass, wenn Sie recht hätten, kein Theologus irgend etwas in der Bibel verstünde, wenn Sie ihn nicht lehrten, was jedes Wort heissen solte. E. B.

¶ τοῖς οὐρανοῖς, *coelis*) Plurale.

f) 11 ἐν αὐτῷ, ἐν ᾧ, *in ipso, in quo*) Hoc repetitur ex versu 9, ut versus 10 sit parenthesis.

¶ ἐκληρώθημεν) Hîc loquitur per personam Israëlis: *eramus facti* נחלה κλῆρος sive κληρονομία *sors, hereditas Domini*; conf. Deut. XXXII. 9 Antitheton *vos* v. 13. Sermo tamen de beneficio spirituali. κληρῶσθαι non est duntaxat *sortem nancisci*. vid. Chrys. ad h. l. interpretatur is, ἐγενήθημεν κεκληρωμένοι. jus possessionis regni coel. accepimus

¶ τὰ πάντα) *omnia*, etiam in regno filii sui.

¶ βουλὴν, *consilium*) liberrimum.

12 ἡμᾶς, *nos*) Iudæos.

¶ τοὺς προηλπικότας, *ante sperantes*) Prædicatum. Spem in Christo (1 Cor. XV. 19.) exhibito, primum nacti sunt Iudæi, deinde gentes. Act. XIII. 46. τὸ *ante* hîc non refertur ad tempora V. T. conf. de spe, v. 18. c. II. 12. IV. 4.

13 ᾧ, *quo*) Ref. ad *Christo*, v. 12. vel ad *ipso*, v. 11.

¶ ἀκούσαντες, *audientes*) Oratio manet suspensa, dum correlatum participium accedit, *credentes*.

¶ τῆς ἀληθείας, *veritatis*) Hinc dicitur *auditus fidei*. Recurrit *veritatis* mentio, c. IV. 15. 21. 24. 25. V. 9. VI. 14.

¶ ἐν ᾧ καὶ, *in quo etiam*) *in quo*, post incisum, hîc reassumitur. conf. *in ipso*, v. 11 not.

¶ ἐσφραγίσθητε - ὅς ἐστιν ἀῤῥαβὼν, *obsignati estis - qui est arrhabo*) 2 Cor. I. 22 not.

¶ τῷ πνεύματι τῆς ἐπαγγελίας τῷ ἁγίῳ, *Spiritu promissionis sancto*) Per verbum promissus erat Spiritus sanctus: dato igitur Spiritu sancto, ii, qui credidere verbo, obsignati sunt. Et qui Spiritum S. habent, omnem promissionem sibi præstitum iri sciunt.

14 ἡμῶν, *nostrae*) Hîc complectitur Iudæos & Græcos.

¶ εἰς ἀπολύτρωσιν, *in liberationem*) Constr. cum *obsignati estis*, c. IV. 30. Hæc futura *liberatio* sive *redemtio*, addito τῆς περιποιήσεως *conservationis*, distinguitur a *redemtione* facta per sanguinem Christi. Sic περιποίησις σωτηρίας & ψυχῆς, 1 Thess. V. 9. Hebr. X. 39. περιποίησις dicitur de eo, quod, cum cetera pereant, superat. LXX, 2 Par. XIV. 12. (13.) Malach. III. 17.

15 ἀκούσας, *audiens*) procul. Hoc referri potest non solum ad ignotos facie, Col. I. 4, sed etiam ad familiarissimos, Philem. v. 5, pro statu eorum præsenti.

¶ πίστιν) *fidem* erga Deum *in Domino Iesu*.

¶ καὶ, &) Quisquis *fidem* & *amorem* habet, particeps est totius *benedictionis*. v. 3 seqq. Accedit *spes*, v. 18.

¶ πάντας, *omnes*) Character Christianismi. Sæpe Paulus *omnes* complectitur. c. III. 8. 9. 18. IV. 6. 13. VI. 18. 24.

16 οὐ παύομαι, *non desino*) Paulus omnium ecclesiarum mentionem fecit in precibus. Col. I. 9.

17 ἵνα, *ut*) Argumentum precum pro veris Christianis.

¶ ὁ πατὴρ τῆς δόξης) *Pater gloriae*, infinitæ illius, quæ refulget in facie Christi; imo gloriæ, quæ est ipse Filius Dei. unde etiam nobis hereditas gloriosa obtinget. v. 18.

¶ πνεῦμα σοφίας καὶ ἀποκαλύψεως, *Spiritum sapientiae & revelationis*) Idem Spiritus, qui est promissionis, in progressu fide-

f) v. 11. 13. ἡμεῖς - ὑμεῖς, *nos - vos*] Israëlitæ - gentiles. *V. g.*
v. 13. πνεύματι, *spiritu*] Conf. v. 17. *V. g.*
v. 14. τῆς κληρονομίας ἡμῶν, *hereditatis nostrae*] quæ filiorum est, v. 5, denuò memorata v. 18. *V. g.*

greſſu fidelium eſt etiam ſapientiæ & revelationis. *Sapientia* in nobis operatur ſapientiam: *revelatio*, cognitionem.

¶ ἐν, *in*) Conſtr. cum *det*.

¶ αὐτῦ, *ipſius*) Dei.

18 πεφωτισμένους, *illuminatos*) Accuſativus abſolutus, uti Act. XXVI. 3. i. e. quum oculi cordis veſtri fuerint illuminati. Articulus τὰς apud ὀφθαλμοὺς præſupponit oculos jam præſentes, neque patitur ut poſſint tanquam demum dandi conſiderari. Quodſi ὀφθαλμοὺς eſſet ſine articulo, poſſet in ſenſu abſtracto ſumi & cum *det* conſtrui.

¶ Τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς καρδίας, *oculos cordis*) Conf. c. IV. 18. Matth. XIII. 15. *Cor* eſt, quo tantas res percipimus. c. III. 17. Sic *aures cordis* dicit Theophilus l. I ad Autol. c. III. Adde Not. ad Chrys. de Sacerd. p. 429 ſ. & plane ὀφθαλμοὺς τῆς καρδίας, *oculos cordis*, Smyrn. ep. de Polycarpo § 2. [καρδίας, *inſignis lectio*. Not. crit.]

¶ Τίς, Τίς, Τί· *quæ*, *quæ*, *quæ*) coll. v. ſeq. Tria inſignia momenta, in futurum, in præſens (coll. c. III. 6.) & in præteritum.

¶ τῆς κλήσεως αὐτῦ, *vocationis Ipſius*) vocationis, qua vos vocavit. Sequitur, *ſanctis*: ut ſæpe apoſtolus *vocatos* ſimul & *ſanctos* appellat.

19 Τοὺς πιστεύοντας, *credentes*) Fides igitur vivum quiddam & efficax.

¶ Τὴν ἐνέργειαν, *operationem*) Hæc actus eſt.

¶ τῦ κράτους, *roboris*) Hoc in actu eſt. Iob XXI. 23, בעצם תמו LXX, ἐν κράτει ἰσχύος αὐτῦ.

¶ Τῆς ἰσχύος, *virtutis*) Hæc ipſa virtus divina eſt.

20 ἣν, *quam*) ſcil. ἐνέργειαν, *operationem*. ἐνεργεῖν ἐνέργειαν dicitur, ut ἀγαπᾶν ἀγάπην, c. II. 4.

¶ ἐγείρας - καὶ ἐκάθισεν, *excitans - & collocavit*) Sæpe a participio ſermo flectitur ad indicativum. c. II. 17. Col. I. 6. Ap. III. 7.

21 ὑπεράνω) Compoſitum. Chriſtus non modo præcedit, ſed imperat ſuper omnia. *)

¶ ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας καὶ δυνάμεως) 1 Cor. XV. 24 not.

¶ καὶ κυριότητος) Col. I. 16.

¶ καὶ παντὸς ὀνόματος, *& omne nomen*) Scimus, Imperatorem anteire omnes, etiamſi non poſſimus enumerare omnes miniſtros aulæ ejus: ita ſcimus, Chriſtum eſſe collocatum ſuper omnes, quamvis non omnes *nominare* poſſumus.

¶ ἐν τῷ μέλλοντι) Αἰὼν, *ſeculum*, denotat hîc non tempus, ſed ſyſtema rerum & operum ſuo tempore revelatum & permanens. *futurum* dicitur, non quo adhuc non ſit, ſed quia nondum cernitur. *Imperia*, *poteſtates &c.* ſunt *in futuro*, ſed tamen *nominantur* etiam *in ſeculo hoc*: at ea quoque, quæ in præſenti ne nominantur quidem,

*) *Ad* magiſtratus terreſtres *etiam h. l. grandem apoſtoli ſermonem reſtringere, præſentis quidem ſeculi genius jubet. Ego vero ſcire aueo, quo jure tales interpretes aliis alibi interpretibus* inanes ingenii luſus *toties exprobrare audeant. Teſtimonium ſole meridiano clarius Paulus exhibet 1 Cor. XV 27, quod v. 24 ſſ.* omnia, *præter DEVM, intelligenda ſint. Eademque textûs noſtri præſentis ratio eſt, quem parallelum eſſe, fatetur e. gr. cel.* Moldenhauerus, *recenſente cel.* Erneſti, *Bibl. theol. T. VIII. p. 756. Infelix* adæmoniſmi *fauor, quo teneri ſe oculatiores etiam ætatis noſtræ Eruditi identidem patiuntur, indignis, opinor, modis* rerum inuiſibilium *ſcientiam, in Scriptura propinatam ſufflaminat, &* quiduis ex quouis *potius exſculpere docet, quam, in rebus rationis noſtræ ſphæram tranſcendentibus* fidem DEO habere. E. B.

dem, sed in futuro demum nobis nomine & re patefient, Christo subjecta sunt.

22 πάντα ὑπέταξεν, *omnia subjecit*) 1 Cor. XV. 27.

¶ ἔδωκε) *dedit.* neque tamen Christus non antea erat caput ecclesiæ. c. V. 25. Ioh. III. 29.

¶ ὑπὲρ πάντα, *super omnia*) Ecclesia, *super omnia*, super *imperia &c.* quorum caput [*v. 10*] Christus est, Col. II. 10, potest dicere: Christus est caput meum: ego sum corpus ejus. τῷ *super* contradistinguitur Dativus commodi, *ecclesiæ.*

23 Τὸ πλήρωμα τοῦ τὰ πάντα ἐν πᾶσι πληρουμένου, *plenitudinem omnia in omnibus implentis*) Hoc neque de ecclesia prædicatur, ut plerique censent; neque, ut aliis visum, cum *dedit* construitur: sed absolute ponitur accusativo casu, uti τὸ μαρτύριον *testimonium*, 1 Tim. II. 6. Est enim epiphonema eorum, quæ a v. 20 dicuntur, innuitque apostolus, in Christo esse *plenitudinem* Patris omnia implentis in omnibus. Vide de plenitudine Dei, Christi & Spiritûs, c. III. 19. IV. 13. V. 18, item c. IV. 10. Ioh. I. 14, de plenitudine temporum, c. I. 10. Gloria *amoris* divini implet omnia, & in Christo super omnia se extendit. Analogiam habet locus cum 1 Cor. XV. 28. Hoc, quod modo explanavi, inquit apostolus, repræsentat nobis *plenitudinem* &c. ut Mathematici dicunt: id quod erat demonstrandum. Hoc totum potest ad hunc titulum revocari, τὸ πλήρωμα. . . .

¶ ἐν πᾶσι, *in omnibus*) Neutrum, masculini potestatem includens.

¶ πληρουμένου) i. e. πληροῦντος. Sed major vis Mediæ vocis, in denotanda relatione Ejus, qui implet, & eorum, qui implentur.

CAP. II.

1 Καὶ ὑμᾶς, *& vos*) Hoc arctissime nectitur cum *operatus est*, c. I. 20. *vos* constr. cum *una vivificavit.* v. 5.

¶ ὑμᾶς ὄντας, *vos, cum eratis* &c.) *cum eramus nos*, v. 5. Vtrinque prior vocula emphasin habet, uti Phil. II. 7 not. Matth. 24, 33 a.

¶ νεκροὺς, *mortuos*) Quid miserius?

¶ τοῖς παραπτώμασι) Huc refer neutrum, (quamquam fœmininum, ταῖς ἁμαρτίαις, intervenit,) οἷς, *quibus*, v. 3. coll. ὅτε, ὅτες, 2 Tim. III. 11, ubi item duplex genus.

¶ ταῖς ἁμαρτίαις, *peccatis*) Huc ref. αἷς, *quibus*, v. 2. Αἱ ἁμαρτίαι, *peccata*, præcipue dicuntur de gentibus Deum ignorantibus: Τὰ παραπτώματα, *delicta*, de Iudæis legem habentibus, a luce deficientibus. v. 5. Et hi parebant *carni*; illi, *principi potestatis aëreæ.* v. seqq.

2 κατὰ τὸν αἰῶνα τοῦ κόσμου τούτου) Αἰὼν & κόσμος differunt. 1 Cor. II. 6. 12. III. 18 f. Ille hunc regit & quasi informat. κόσμος est quiddam exterius; αἰὼν, subtilius. *Tempus* dicitur non solum physice, sed etiam moraliter, connotata qualitate hominum in eo viventium: & hic αἰὼν dicit longam temporum seriem, ubi ætas mala malam ætatem excipit. conf. Act. XIV. 16. 1 Petr. I. 18.

¶ κατὰ τὸν ἄρχοντα, *secundum principem*) Sic res fit expressior. *Seculum* sentiunt omnes; hunc *principem* subesse, non intelligunt. c. VI. 11 f. conf. Ioh. XII. 31.

¶ Τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος, *potestatis aëris*) Hæc potestas est late diffusa & penetrans *). Conf.

*) *Vocem* ἀὴρ *h. l. non* aërem *denotare, sed* tenebras, *S. R. D.* Moldenhauer *aliique, annuente cel. D.* Ernesti (*Bibl. th. T. VIII. p. 757, & Bibl. th.* nouiss. *T. II. p. 410 sq.*), *tum ex* Sap. XVII. 9 (*vel 10*), *tum ex parallelo* Eph. VI. 12, *tum aliunde quoque adstruere conantur. Atqui, verba auctoris*

Conf. Iob I. 15 seqq. Sed tamen infra orbem fidelium. v. 6. 1 Ioh. V. 18. Vid. Buxt. Dict. rabb. col. 1495. Ipsi etiam orbes cœlestes varii sunt. Christus tamen superior est Satanâ, quamvis etiam in ἐπουρανίοις se hic teneat. Eph. VI. 12.

¶ τῶ πνεύματος, *spiritus*) Est appositio τῆς ἐξουσίας, τῶ πνεύματος. Non hic ipse princeps dicitur *spiritus*, sed *spiritus* est h. l. principium illud internum, ex quo fluunt actiones infidelium, oppositum spiritui fidelium filiorum Dei. conf. Luc. IV. 33.

¶ νυν, *nunc*) *hodienum*: vel potius, *nunc maxime*. nam non *adhuc*, sed *nunc* dicit. qui evangelium per *incredulitatem* spernunt, manent mancipia spiritus illius, & amplius capiuntur. Expressa Satanæ mentio inprimis fit in describendo statu gentium. Act. XXVI. 18.

¶ ἐν τοῖς υἱοῖς τῆς ἀπειθείας, *in filiis incredulitatis*) Ipsa *incredulitas* adversus evangelium ostendit, quam potens sit ille *spiritus*. Affine, *filii iræ*. v. 3. Super *infideles*, ira manet. Ioh. III. 36.

3 καὶ ἡμεῖς) *nos quoque*, Iudæi. Extremo veteris testamenti tempore etiam apud Iudæos valde invaluerat peccatum, quo magis superabundaret gratia. Rom. V. 6. 20. Tit. III. 3. Luc. I. 17. 79. Matth. IV. 16.

¶ ἀνεστράφημεν, *conversati sumus*) Hoc quiddam speciosius, quam *ambulare*. v. 2.

¶ τῆς σαρκὸς, *carnis*) sine Spiritu Dei.

¶ τῆς σαρκὸς καὶ τῶν διανοιῶν, *carnis & cogitationum*) *Cogitationes* callidius peccandi studium inferunt: *caro*, cæco ruit impetu.

¶ φύσει, *natura*) *Natura* denotat statum hominis, citra gratiam Dei in Christo. *Naturæ* nostræ [*utut* Iudæi *fuerimus*, *Ies. I. 13.* V. g.] hoc debemus, ut simus *filii iræ*. cf. Gal. II. 15. φύσει ἰουδαῖοι Rom. II. 27.

¶ ὀργῆς, *iræ*) quum putaremus nos esse liberos Dei. Antitheton, v. 4.

¶ οἱ λοιποὶ) 1 Thess. IV. 13. *ceteri*, qui non credunt, aut certe nondum.

4 πλούσιος, *dives*) super omnes. Rom. X. 12.

¶ ἐλέει· ἀγάπην· *misericordia: amorem*) *Misericordia* removet miseriam: *amor* confert salutem.

5 καὶ,

ctoris apocryphi: διώλλυντο ἄνδρομοι καὶ τὸν μηδαμόθεν φευκλὸν ἀέρα προσιδεῖν ἀρυόμενοι, *usitatam vocis* ἀὴρ *significationem confirmare potius, quam convellere videntur. Nam quod* in aërem, nusquam effugiendum, prospicere detrectarunt, *id ipsum in caussa fuit, quod* aër *tum temporis* tenebris offusus *nil nisi terriculamenta obtulit. Inconueniens autem, ni fallor, propositio foret:* in tenebras effugi nescias detrectarunt prospicere. *Tenebræ videlicet* in se *nunquam sunt amabiles, adeoque mirum non est, si isti non cum prolubio spectarunt: sed prospectus in* aërem liberum *frequentissime iuuat, nisi mali quid acciderit. Si propter ideas concomitantes vox* ἀὴρ *l. c. per* tenebras *interpretanda sit: eodem ego iure eandem vocem per* lucem *interpretatus fuero e. gr. 1 Thess. IV. 17. Neque vero etiam parallelus* Eph. VI. 12 *rem conficit. Quanquam enim eadem utrobique res aperte describitur: singulas tamen voces respondere singulis debere, precaria hypothesis est, centenis exemplis facile refutanda. Conf.* Anonymi *Schreiben an Hn. D.* Teller, p. 30. *Nullum, porro, cum* aëre, *proprie sic dicto, commercium esse dæmonibus, neque Philosophorum ullus, quod sciam, neque Theologorum ita probatum dedit, ut a litera Scripturæ discedere necessum sit. Denique* aëris dominus *non minori iure, quam* ὁ θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου (2 Cor. IV. 4) *appellari potest* diabolus: *utrinque videlicet non legitimum dominium, sed* usurpatio *atque* tyrannis *innuitur, cujus limites non ex humano sensu metiendi sunt, sed ex Scripturæ testimoniis. Vnum subit monere: In Editione* Lexici Hedericiani *per cel. D.* Ernesti *castigata* ἡ ἀὴρ, in fœminino, *masculino* ὁ ἀὴρ *contradistincta*, caliginis *notionem habet; sed in* textu *est* τὸ ἀέρος. E. B.

5 καὶ, &) Hoc copulatur cum *vos quum eratis*. v. 1. ὄντας. Matth. XII, 33. n.

¶ ἡμᾶς, *nos*) utrosque, Iudæos & gentes.

¶ συνεζωοποίησε τῷ χριστῷ· χάριτί ἐστε σεσωσμένοι· *una vivificavit cum Christo: gratia estis servati*) Vivificatio resuscitationem antecedit; & c. I. 20 vitam resuscitatio præsupponit. Vivificati sumus tum, quum Christus vivificatus est. conf. 2 Cor. V. 15, de morte Christi: & sic de ceteris gradibus. Quum autem *fides* suscipitur, ea omnia a Deo applicantur homini, & ab homine rata habentur. Hunc ipsum salutis ordinem enumerans apostolus, *gratiam* esse docet proram & puppim, versu hoc & 8, & propter parem Iudæorum & gentium rationem promiscue interdum in prima & secunda persona loquitur.

¶ τῷ χριστῷ, *Christo*) Hinc fons est. v. 6-10.

6 συνεκάθισεν, *simul sedere fecit*) Fideles resuscitati sunt spiritualiter, resuscitabuntur corpore: & huic utrique resurrectioni respondet sessio in cœlestibus. Non sane sunt in cœlo præsentia corporali, sed jure & virtute spirituali, & singuli habent in cœlo sedem nominatim sibi assignatam, suo tempore possidendam. In Deo tantisper occultantur. Col. III. 3.

¶ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, *in coelestibus*) Non dicit, *in dextra*: Christo sua manet excellentia.

¶ χριστῷ ἰησοῦ, *Christo Iesu*) In hac potissimum oratione grandi Paulus *Christum Iesum* appellat; sæpius alias *Iesum Christum*.

7 ἐν τοῖς αἰῶσι τοῖς ἐπερχομένοις, *in seculis supervenientibus*) Plurale, contra unum *seculum malum*, v. 2, cui *secula beata* superveniunt potenter. Congruit hæc locutio menti Pauli, de die novissimo non proxime instante.

¶ ὑπερβάλλοντα, *excellentem*) Rom. V. 20.

8 τῇ-χάριτί) τῇ habet vim relativam ad v. 5, χάριτι.

¶ γὰρ, *enim*) Non *igitur* ait, sed *enim*, quia ab effectu ad *causam* concludit.

¶ διὰ τῆς πίστεως, *per fidem*) ortam ex resuscitatione Christi. c. I. 19. [*unde non v. 5, sed v. 8 demum memoratur. Vid. Col. II. 12.* V. g.] Antitheton, *non ex operibus:* quale etiam inter *gratiam* & *glorificationem*.

¶ καὶ τοῦτο) & *hoc*, nempe *credere*, sive *fides*, non est ex vobis. Antitheton: *Dei* solius *hoc donum est*.

10 αὐτοῦ, *ipsius*) *Dei*.

¶ γὰρ, *enim*) Probat, salutem esse per fidem, non ex operibus; ac fidem ipsam totam esse ex dono Dei.

¶ ποίημα, *factura*) Rarum hoc sensu verbum, cujus vim auget κτισθέντες, *creati*, coll. v. 15, facti ex nihilo spirituali. Alias dicimur *regenerari*. Nihilum, nil operatur. *Posteri* fideles, non solum עם נולד Ps. XXII. 32, sed etiam נברא עם Ps. CII. 19.

¶ ἐπὶ) bonorum operum *ergo;* ut postea demum illis incumberemus. Ex ea ratione Paulus opera legis nunquam *bona* appellat.

¶ ὅις) ὅις-ἐν αὐτοῖς, אשר בהם pro, ἐν ὅις, *in quibus*.

¶ προητοίμασεν) Τὸ πρὸ totam rem Deo tribuit. Verbum ἡτοίμασεν neutraliter ponitur, magna vi: LXX, 2 Chron. I. 4, ὅτι ἡτοίμασεν αὐλὴ δαυὶδ. Sic ὥστε ἑτοιμάσαι αὐλῷ, Luc. IX. 52. *Deus ita comparavit.* [*Gratia itaque cum salute antecedit opera.* V. g.]

¶ περιπατήσωμεν, *ambularemus*) non, *salvaremur*, aut, *viveremus*.

11 μνημονεύετε, *recordamini*) Talis recordatio gratum animum acuit, & fidem roborat. v. 19.

¶ Τὰ ἔθνη) הגוים gentes.

¶ ἐν σαρκὶ, *in carne*) Hoc considerate Paulus jungit cum *gentes*. nam Iudæi gentes

tes simpliciter dicebant *præputium*, non *præputium in carne*.

¶ οἱ λεγόμενοι ἀκροβυστία, *dicti præputium*) magna cum vestra ignominia. *dicti* & *dicta* indicat, hæc vocabula jam esse antiquata, sublato discrimine.

¶ λεγομένης, *dicta*) Hoc constr. cum *circumcisione* seorsum ab epitheto, *in carne, manu facta*. Et *circumcisio* dicitur in concreto, pro populo circumcisio: *in carne manu facta*, in abstracto.

12 ὅτι, *quod*) Hinc pendet *eratis* & *facti estis*. repetitur autem particula ex v. 11.

¶ χωρὶς, *sine*) Antitheton, *in Christo*. v. 13. Sunt tria capita miseriæ: *sine*, & *hospites*, & *athei*: eratis sine Christo, sine Spiritu sancto, sine Deo. conf. v. 18. & v. seqq. c. III. 6. IV. 4 s. nott.

¶ χωρις χριστῦ, *sine Christo*) Id probat commate sequenti, *abalienati*. neque dicit, *alieni*. conf. not. ad c. IV. 18.

¶ Τῆς πολιτείας Τῦ ἰσραὴλ, *politia Israël*) Tota respublica Israëlis spectabat *Christum*.

¶ καὶ ξένοι, & *hospites*) expertes.

¶ Τῶν διαθηκῶν της ἐπαγγελίας, *testamentorum promissionis*) Deus promiserat, præsuppositio nimirum dono Christi, maxime Spiritum sanctum: c. I. 13. Gal. III. 14 not. Luc. XXIV. 49. Act. II. eique promissioni inservierant *testamenta*. Rom. IX. 4. Hoc comma probatur commate sequenti, *spem non habentes*: nam si promissionem habuissent, spem habuissent illi respondentem. at spem non habuerant. ergo ne promissionem quidem.

¶ ἄθεοι, *athei*) Non statuerant, nullos esse deos; nam vel Dianam & Iovem habebant: Act. XIX. 35: sed verum Deum ignorabant; tantum aberat, ut haberent. 1 Thess. IV. 5. Prius ait, *fuistis extra Christum*: postea infert, *eratis sine Deo*.

¶ ἐν Τῷ κόσμῳ, *in mundo*) Paulus hoc quoque, quod fuerint *sine Deo*, probat; & probat ex eo, quia errarint in mundo, amplo (2 Cor. I. 12.) & vano, (Luc. XII. 30. Ioh. I. 10 fin.) servientes creaturis, fruentes caducis, *longe* remoti.

13 μακρὰν) *procul*, a populo Dei & a Deo. v. 17 not.

¶ ἅιματι, *sanguine*) c. I. 7.

14 αὐτὸς) *Ipse*. Emphasis.

¶ ἡ εἰρήνη) *pax*, non modo *pacificator*. nam *sui* impensa pacem peperit, & ipse vinculum est *utrorumque*.

¶ ὁ) Appositio: *Pax; is qui fecit* &c. Insigne dictum, v. 14-18, ipso verborum tenore & quasi rhythmo canticum imitatur. Describitur α conjunctio gentium cum Israële, v. 14. 15, & inde β gentium & Israëlis, tanquam unius jam hominis, conjunctio cum Deo, v. 15 med.-v. 18. Vtraque descriptio subdividitur in duas partes, ita ut prior priori, de *inimicitia sublata*; altera alteri, de *decretis evangelicis*, respondeat.

¶ Τὰ ἀμφότερα, *ambo*) Neutrum pro masculino, v. 18, commode, quia sequitur ἕν, *unum*.

¶ μεσότοιχον Τῦ φραγμοῦ, *parietem intergerinum sepis*) *Paries* dicitur, quia intervallum fuit valde munitum; *sepes*, quia suo tempore facile soluta. *paries* disjungit domos; *sepes*, regiones. conf. v. 19. Innuitur ergo discrimen circumcisionis & præputii. Ipsa congruebat structura templi hierosolymitani. *Paries* & *sepes* arcent: & arcebantur gentes, quatenus minus propinquum habebant aditum, quam Israëlitæ quamlibet gregarii.

¶ λύσας, *qui solvit*) *Qui solvit-qui sustulit*, & non iterato, arcte cohærent. Hoc incisum, & *solvit*, declaratur versu 15, hemistichio priore: *Inimicitiam sustulit in carne sua*; coll. v. 16 fin. *Legem jussuum*, ad Israëlitas proprie accommodatam, *sustulit in decretis* gratiæ universalibus. coll. v. 17 init.

15 Τὴν ἔχθραν, *inimicitiam*) Iudæi gentes

tes abominabantur: gentes pro ludibrio habebant Iudæos, ob circumcisionem, sabbatum &c.

¶ ἐν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ, *in carne sua*) Sic, *in uno corpore*. v. 16. [*i. e. per passionem & mortem suam.* V. g.]

¶ τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν) *legem jussuum*, ceremonialium.

¶ ἐν δόγμασι, *in decretis*, *in placitis*) evangelicis, per quæ proponebatur misericordia in omnes. Col. II. 14 not. [*easdem voces*, *hanc ipsam rem innuentes*, *vid. Act. XVI. 4. XV. 28.* V. g.]

¶ καταργήσας, *tollens*) Cum hoc participio, ut modo innuimus, utrumque ἐν, *in*, constituitur. Christus *carne* sua *inimicitiam*, *dogmatibus* evangelicis in totum orbem ditis *legem præceptorum* sustulit. Quod si τὸ *in decretis* pertineret ad ἐντολῶν, *jussuum*, non præponeretur τὸ *in carne sua*, sed postponeretur. Est quasi stilo lapidari scriptum:

τὴν ἔχθραν
τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν

ἐν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ
ἐν δόγμασι

καταργήσας.

¶ Τὼ δύο, *duos*) Eleganter omittit *homines*: antea enim vix humanum nomen tuiti erant. *Duo*, qui erant Iudæus & Græcus.

¶ καινὸν, *novum*) sublata antiquitate literæ.

¶ ποιῶν, *faciens*) A verbo *crearet* pendet participium *faciens*: & a *reconciliaret* pendet *occidens*. utrumque habet vim declarandi, fluentem ex iis, quæ proxime præcedunt.

¶ εἰρήνην, *pacem*) Hæc pacificatio antecedit promulgationem. v. 17.

16 ἐν ἑνὶ σώματι, *in uno corpore*) cruci affixo. Huc ref. *in uno spiritu*. v. 18. Conf. c. IV. 4.

¶ ἀποκτείνας τὴν ἔχθραν, *occidens inimicitiam*) Inimicitiam, adversus Deum ipsum, *occidit*, *morte* sua.

¶ ἐν αὐτῷ) *in eo*, scil. in corpore suo. Conf. antecedentia.

17 ἐλθὼν, *veniens*) a morte, profectione ad inferos, resurrectione, victor lætus ipse *ultro* nunciavit. Insigne verbum. 2 Tim. I. 10. Ioh. XIV. 18.

¶ εὐηγγελίσατο, *evangelizavit*) Verbum pro participio. coll. ποιήσας. v. 14. *Pacem* nunciavit ore suo apostolis, Luc. XXIV. 36. Ioh. XX. 19. 21. 26, & per hos ceteris.

¶ εἰρήνην ὑμῖν τοῖς μακρὰν κτλ.) Act. II. 39 not. Luc. 24, 36. n.

¶ καὶ τοῖς) Elegantiæ est, quod semel h. l. dicit εἰρήνην, *pacem*. Indivisa est pax utrorumque.

18 ὅτι) *quia*.

¶ πρὸς τὸν πατέρα) *ad Patrem*, ut ad Patrem. Hoc versu fit mentio Christi, Spiritus, Patris, eodem ordine, quo Christus, Spiritus promissionis, & Deus spectatur versu 12. [*Conf. c. I. 3. 5.*] Aliter, Apoc. I. 4. 5.

19 ἄρα) *non jam*. Antitheton ad pristina.

¶ ξένοι, *hospites*) Oppositum *cives*. metaphora a civitate.

¶ πάροικοι, *inquilini*) Oppositum *domestici*. metaphora a domo.

¶ τῶν ἁγίων, *sanctorum*) Israëlis. v. 12. conf. c. III. 18.

¶ τῷ θεῷ, *Dei*) Iterum innuitur S. Trinitas, v. 19. 20. 22.

20 ἐποικοδομηθέντες, *superædificati*) Frequens Paulo ad Ephesios, c. III. 18, (coll. Act. XX. 32.) & ad Timotheum, Ephesi episcopum, metaphora a re architectonica. 1 Tim. III. 15. 2 Tim. II. 19 f.

¶ ἐπὶ

¶ ἐπὶ τῷ θεμελίῳ, *super fundamento*) Vt fundamentum sustinet totam structuram; sic testimonium apostolorum & prophetarum substructum est fidei credentium omnium. per illos jactum est fundamentum: Christus Iesus, *caput anguli* h. l. Idem, fundamentum ipsum dicitur 1 Cor. III. 11.

¶ καὶ προφητῶν, *& prophetarum*) prophetarum N. T. qui ab apostolis sunt proximi. c. IV. 11. III. 5.

¶ ὄντος ἀκρογωνιαίου αὐτοῦ, lapide *angulari ejus*) Paulus locum Esajæ c. XXVIII. 16, tanquam notissimum breviter innuit. coll. 1 Petr. II. 6 not. Christus Iesus est *lapis summus angularis fundamenti*. Participium, ὄντος, initio commatis hujus, valde demonstrat in præsenti tempore. Pronomen αὐτοῦ refertur ad θεμελίῳ· nam si construeretur cum χριστῷ, diceretur αὐτῷ ΤΟΥ *) χριστῷ ἰησοῦ, uti dicitur αὐτὸς ὁ ἰωάννης κτλ. cum articulo, Matth. III. 4. Marc. VI. 17. Luc. III. 23. XXIV. 15. 36. Ioh. II. 24. IV. 44. 2 Cor. XI. 14.

21 ἐν ᾧ, *in quo*) in Christo. Hoc per anaphoram iteratur versu seq.

¶ συναρμολογουμένη αὔξει, *coagmentata crescit*) Verba de mole viva. c. III. 18 not. & 1 Petr. II. 5. Sic, συναρμολογούμενον, *coagmentatum*. c. IV. 16. Sic combinatur *germen* & *domus*, Zach. VI. 12.

¶ ναὸν, *templum*) Est domus, eaque sancta: cui cedere debet Dianæ Ephesiæ fanum.

¶ ἅγιον, *sanctum*) i. e. *Dei*. v. 22.

¶ ἐν κυρίῳ, *in Domino*) in Christo. Huc resp. *in Spiritu*. ibid. Sic quoque c. III. 17. 16.

CAP. III.

1 Τούτου χάριν) *hujus* rei *gratia*. Hoc reassumitur versu 14. [*Spiritus apostoliti hæc ubertas est*. V. g.] **)

¶ ὁ δέσμιος) legatus, isque *vinctus*.

¶ ὑπὲρ ὑμῶν, *pro vobis*) Pauli studio erga gentes incensi sunt persecutores, ut vincirent illum; & vincula ipsa profuere gentibus. v. 13. 2 Tim. II. 10.

¶ Τῶν ἐθνῶν, *gentibus*) Hoc declaratur v. seqq.

2 εἴγε ἠκούσατε, *siquidem audivistis*) Quæ de Paulo *audierant*, (conf. not. ad c. I. 1.) ea testimonio erant, illum v. 1 vera de se dicere.

3 κατὰ ἀποκάλυψιν, *secundum revelationem*) Gal. I. 12. Act. IX. 3 s.

¶ ἐγνώρισέ μοι, *notum fecit mihi*) Deus, ex gratia.

¶ Τὸ μυστήριον, *mysterium*) *Christi*. v. seqq.

¶ προέγραψα ἐν ὀλίγῳ) *superius scripsi, paucis verbis*. Respicit c. I. 9. 10, & illinc verba huc repetit ipsa.

4 πρὸς ὃ, *ex quo*) Hoc non refertur præcise ad *paucis*, sed ad totum noëma: & πρὸς notat analogiam, *ex*: ut in illo, *Ex ungue leonem*. ***) *Ex eo, quod superius scripsi, potestis &c.*

¶ δύασθε, *potestis*) Modeste & liberaliter positum verbum.

¶ ἀναγινώσκοντες, *legentes*) Est hic liber valde sublimis, & tamen omnium lectioni commissus.

¶ νοῆσαι τὴν σύνεσίν μου, *animadvertere intelligentiam meam*) adeoque per me proficere

*) *Vtrum lectio* χριστῷ ἰησοῦ *an* ἰησοῦ χριστοῦ *præferenda sit, in medio relinquit* utriusque Ed. *margo:* Versio germ. *nomen* Ἰησοῦ *signo parentheseos sequestrat*. E. B.

**) *Prolixa hæc* parenthesis *quorsum spectet, pluribus commonstrauit Max. ven. M. C. F.* Pezoldus, *Comm. de* sublimitate Pauli in prioribus Capitibus Epistolæ ad Ephesios, *p. 14 sq.* E. B.

***) *Similem phrasin ex* Thucydide *profert* Ioh. Michaëlis: πρὸς τὰς ἐπιστολὰς ὑπόπτευον αὐτὸν, ex epistolis habebant ipsum suspectum. E. B.

ficere. In hac epistola apertius & sublimius scripsit Paulus, quam antehac in ulla.

5 ὅ, *quod*) Ref. ad v. 3, ut verbum γνωρίζω, *notum facio*, iteratum indicat.

¶ ἑτέραις γενεαῖς, *ceteris generationibus*) Casus sextus temporis, uti Act. XIII. 36.

¶ οὐκ ἐγνωρίσθη, *non notificatum est*) Non dicit, οὐκ ἀπεκαλύφθη, *non revelatum est*. Notificatio per *revelationem* (v. 3) est fons notificationis per præconium. *Revelatio* est quiddam specialius. *notificatio* fit ad reliquos etiam auditores, *revelatio* tantum ad prophetas.

¶ Τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων, *filiis hominum*) Latissima appellatio, causam exprimens ignorantiæ, ortum naturalem, cui opponitur *Spiritus*. conf. Matth. XVI. 17. De statu veteri loquitur idiotismo linguæ Hebraicæ. Porro antitheton *apostolorum & prophetarum* N. T. ad filios hominum infert, hac appellatione denotari præcipue *prophetas* antiquos, v. gr. Ezechielem, qui sæpe dicitur בן אדם & civitatem domumque Dei copiose descripsit, ut h. l. Paulus.

¶ ἐν πνεύματι, *in Spiritu*) cujus donum Novo Testamento reservatum, ad Christum glorificandum.

6 εἶναι) *quod sint*; &, *ut sint*.

¶ συγκληρονόμα, *coheredes*) in hereditate *Dei*.

¶ σύσσωμα, *ejusdem corporis*) Sub capite *Christo*.

¶ συμμέτοχα τῆς ἐπαγγελίας, *consortes promissionis*) in communione *Spiritus sancti*. Eadem μέτοχη, *participatio*, laudatur Hebr. VI. 4. eadem *promissio*, c. I. 13. Conf. de Trinitate, c. IV. 4. 5. 6. 18. 21. 30. V. 1. 2. 18. 2 Cor. XIII. 13.

¶ ἐν τῷ χριστῷ, *in Christo*) Consist. cum *sint*.

7 οὗ, *cujus*) *evangelii*.

¶ κατὰ τὴν ἐνέργειαν, *secundum operationem*) v. 20. c. I. 19.

8 Τῷ ἐλαχιστοτέρῳ, *minimo*) Notio nominis *Paulus* cumulata per comparativum superlativo superiorem: quo se sanctis vix accenset. elegantissima modestia.

¶ Τῶν ἁγίων, *sanctorum*) *Sancti* hîc opponuntur gentibus. conf. not. ad Act. XX. 32.

¶ ἀνεξιχνίαστον, *impervestigabiles*) v. 18. 19. Simile epitheton, *multivaria*. v. 10.

¶ πλοῦτον, *divitias*) Hîc laudantur *divitiæ* cœlestes; mox, *sapientia*. v. 10.

9 φωτίσαι) *docere*. Conf. Col. I. 28. Nam הורה LXX φωτίζω, 2 Reg. XII. 3 & aliis locis.

¶ Τίς ἡ οἰκονομία, *quæ œconomia*) Col. I. 25 f. [*Agnoscitur lectio* οἰκονομία *a studiosissimis receptiorum lectionum defensoribus*. Not. crit.]

¶ ἐν τῷ θεῷ, *in Deo*) Antitheton ad creaturas; etiam excellentissimas. v. 10.

¶ Τῷ τὰ πάντα κτίσαντι, *qui omnia creavit*) Rerum omnium creatio fundamentum est omnis reliquæ œconomiæ, pro potestate Dei universali liberrime dispensatæ. Illud, *omnia*, continet Τὰς ἀρχὰς κτλ. *imperia &c.*

10 νῦν) *nunc* primum. conf. v. 5.

¶ Ταῖς ἀρχαῖς καὶ ταῖς ἐξουσίαις, *imperiis & potestatibus*) *) bonis, vel etiam malis; sed alio alioque modo.

¶ διὰ, *per*) ex iis, quæ obtinguit ecclesiæ. hæc enim operum divinorum theatrum est. conf. 1 Cor. IV. 9.

¶ πολυποίκιλος) Syr. *plena varietatum*.

¶ σοφία,

*) *Ad hunc ipsum locum proiecat ven.* Pezoldus, *quum et c. I. 20-22 per voces* ἀρχῆς, ἐξουσίας, δυνάμεως, κυριότητος *nequaquam* humanos magistratus (*ab Ill.* Michaëlis *quoque in* Paraphrasi *ad h. l. rejectos*), *sed* Angelorum varia genera *indigitari grauiter docet, l. c. p. 18 sq.* E. B.

¶ σοφία, *sapientia*) Circa hoc objectum inprimis versantur angeli.

11 προθεσιν τῶν αἰώνων) *propositum seculorum*, de seculis, ante secula. 2 Tim. I. 9.

¶ ἣν, *quod*) Ref. ad προθεσιν, *propositum*.

¶ ἡμῶν, *nostro*) fidelium, qui sunt *ecclesia*.

12 Τὴν παῤῥησίαν, *libertatem*) *oris*, in orando.

¶ Τὴν προσαγωγὴν ἐν πεποιθήσει, *admissionem in fiducia*) in re & corde.

13 αἰτεῖσθαι) *rogo*, Deum. conf. v. 20. 12. Sic, *rogantes*, absolute, Col. I. 9.

¶ μὴ ἐκκακεῖν, *non segnescere*) ne vitium capiam, sed ut strenue loquar & multos alliciam. Infinitivus ejusdem personæ, ac verbum finitum *rogo*.

¶ θλίψεσί μου ὑπὲρ ὑμῶν, *afflictionibus meis pro vobis*) v. 1.

¶ δόξα) *gloria* spiritualis; quatenus fides vestra adjuvatur. [*1 Cor. IV. 10.*]

14 κάμπτω τὰ γόνατά μου, *flecto genua mea*) Si præsens adfuisset Paulus, genua flexisset, exardescente pectore. Act. XX. 36.

¶ πατέρα) Conjugatum, πατριά.

15 ἐξ οὗ) *ex quo*, scil. Patre I. C. Fundamentum omnis filiationis est in Iesu Christo.

¶ πᾶσα) *omnis*, angelorum, Iudæorum, hominum ceterorum.

¶ πατριὰ) *familia*, ex ipso, ut patre, pendens. conf. πατριὰ, Luc. II. 4. Act. III. 25.

¶ ὀνομάζεται, *nominatur*) Passivum, vel medium. *nominantur* filii Dei, a Deo ipso, & hoc nomine gaudent. Es. XLIV. 5. conf. *vocabo*, Rom. IX. 25 f.

16 δυνάμει, *potentia*) Hoc congruit cum mentione *Spiritus*.

¶ εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον, *in internum hominem*) *Homo internus* est homo ipse cum omnibus facultatibus, secundum interna spectatus. c. IV. 22. 24. 1 Petr. III. 4. Spiritui Dei est homo internus, quod Christo corda sanctorum, v. 17. Homo internus sumitur maxime in bonam partem: quia apud malos omnia in plena ad malum harmonia sunt, ubi non opus est limitatione vel distinctione. Scriptura maxime spectat res internas. Observandus χιασμός. prima sententia, *det vobis*: secunda, *habitare*: tertia, *in amore ut evaleatis*: quarta, *ut impleamini*. secundam tertia respicit, primam quarta. In prima & quarta memoratur *Deus*: in secunda & tertia *Christus*. Post ἄνθρωπον & post χριστὸν cogita colon: res erit perspicua.

17 κατοικησαι) *ut habitet* in perpetuum Christus. Asyndeton. Vbi Spiritus Dei, ibi etiam Christus.

18 ἐν ἀγάπῃ, *in amore*) Christi. v. 19 not.

¶ ἐῤῥιζωμένοι καὶ τεθεμελιωμένοι, *radicati & fundati*) *Radix*, arboris; *fundamentum*, ædis. Præcedit Syllepsis, sic resolvenda: ut habeatis Christum inhabitantem, *radicati*. conf. Col. II. 2 not. Nisi potius Nominativus cohæret cum *evaleatis* *), ardore Pauli in ea quæ sequuntur intento. sic medio sermone ponitur *si* & *quomodo*, 1 Cor. XI. 14 f. XIV. 7. 16. ipsumque ἵνα *ut*, 1 Cor. XIV. 12. 2 Cor. II. 4. Faciunt autem contentionem valde emphaticam, quæ has particulas præcedunt.

¶ ἐξισχύσητε) *evaleatis*. plus ultra

¶ καταλαβεσθαι) *assequi*, comprehendere.

¶ Τί τὸ πλάτος καὶ μῆκος καὶ βάθος καὶ ὕψος, *quæ latitudo & longitudo & profunditas & altitudo*) Hæ dimensiones templi spiritualis pertinent ad *plenitudinem Dei*,

*) *Huic verborum nexui & margo* utriusque Ed. *favet*, *et* Vers. germ. *congruit*. E. B.

Dei, v. 19, cui ecclesia, pro sua capacitate, respondere debet. conf. c. IV. 10. 13, de Christo. Significatur enim *latitudo* plenitudinis atque amoris Christi, eaque respectu omnium hominum, populorumque; & *longitudo*, per omnia secula, v. 21; tum, *profunditas*, nulli creaturæ percontanda; & *altitudo*, c. IV. 8, quæ a nullo hoste attingitur. Conf. Psalm. CXVII. Ad hanc latitudinem, longitudinem, profunditatem, altitudinem, quæ omnia sunt una magnitudo, nil est latum, longum, profundum, altum, in omni creatura. Memoratur κατὰ χιασμὸν, *amor*, *latitudo: amor, plenitudo.* Tertium respondet primo, secundum itaque quarto. In v. 19 demum sermo expressus est de *amore*, v. 18 vero de *plenitudine* Dei *in se*. Sed ipsa hæc etiam *amore* tincta est.

19 γνῶναί τε τὴν ὑπερβάλλουσαν τῆς γνώσεως κτλ. *& cognoscere superiorem cognitione &c.* Hoc quoque pendet ab *evaleatis*. Suavissima hæc quasi correctio est: dixerat, *cognoscere*; statim negat *cognitionem* idoneam haberi posse. hoc duntaxat novimus, amorem esse uberiorem notitia nostra. Amor Christi erga nos semper excedit cognitionem nostram; & sic versu 20 potentia Dei cogitationem nostram.

¶ ἵνα, *ut*) Asyndeton, coll. *ἵνα ut*, v. 18. Conjuncta sunt, notitia spiritualis & plenitudo.

¶ εἰς, *in*) Hæc meta est.

20 ὑπὲρ πάντα) Πάντα regitur a ποιῆσαι unde ὑπὲρ ponitur adverbialiter, ut mox ὑπερεκπερισσοῦ, & ὑπερλίαν, 2 Cor. XI. 5. Potest tamen etiam τὸ ὑπὲρ cum πάντα construi, coll. c. I. 22, ὑπὲρ πάντα, *id quod est maximum*: super omnem exaltationem hæc est, quod Ipse est Caput ecclesiæ &c.

¶ ὑπερεκπερισσοῦ, *superabundanter*) Constr. cum *facere*.

¶ ὧν) Genitivus regitur a comparativo, qui continetur in περισσοῦ.

¶ ἢ νοοῦμεν, *aut cogitamus*) *Cogitatio* latius patet, quam *preces*. Gradatio.

¶ κατὰ, *secundum*) Paulus allegat experientiam.

21 ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, *in ecclesia*) v. 10.

¶ εἰς πάσας, *in omnes*) v. 11. c. II. 7. coll. iterum Ps. CXVII. In omnes generationes, quas complectitur ὁ ἀιὼν, qui terminatur in τὰς ἀιῶνας perpetuos.

¶ τὰς γενεὰς, *generationes*) *Generatio* proprie periodus ætatis humanæ, dum a parentibus ad liberos proceditur. ἀιῶνες periodi œconomiæ divinæ ab una quasi scena ad aliam deeurrentes. Hîc amplificandi causa utrumque vocabulum, cum metaphora in γενεὰ, *generatio*, conjungitur, ut significetur tempus bene longum. Nam in ἀιῶσι non jam sunt *generationes*.

CAP. IV.

1 Ὁ δέσμιος, *vinctus*) Vincula Pauli subserviebant *vocationi* Ephesiorum, & hos movere debebant, ut Paulum obsequio exhilararent. ἦθος magnum.

¶ ἐν κυρίῳ, *in Domino*) Constr. cum *vinctus*.

¶ τῆς κλήσεως, *vocatione*) v. 4. Hoc derivatur ex c. I. 18, immo ex capp. I. II. III. [*Nam* altera *Epistolæ* pars *hîc incipit, adhortationes complectens, easque ex doctrina jam pertractata fluentes.* V. g.] conf. Col. III. 15.

2 μετὰ, μετὰ, *cum, cum*) Huc ref. duo participia subsequentia, ἀνεχόμενοι, σπουδάζοντες, *tolerantes, studentes*; quæ casu recto pendent a præcedente imperativo implicito, *ambulate*. [*Qui vocationis diuinae sensu, ut par est, afficitur, eum virtutibus h. l. memoratis ornatum reperies. 1 Petr. III. 9. Phil. I. 27.* V. g.]

¶ πάσης, *omni*) Conſtr. etiam cum *manſuetudine*. Col. III. 12 ſ.

¶ ταπεινοφροσύνης, *humilitate animae*) ex ſenſu gratiæ. Rom. XI. 20.

¶ ἐν ἀγάπῃ, *in amore*) Huic reſpondet, *in vinculo pacis*. v. 3. Hoc recurrit v. 15. 16. Et hîc prædicatur *amor: fides*, v. 5. *ſpes*, v. 4.

3 τηρεῖν, *ſervare*) Etiam ubi nulla fiſſura eſt, monitis opus eſt.

¶ τὴν ἑνότητα, *unitatem*) penes nos. nam Spiritus ſanctus in ſe *unus* manet, v. 4.

¶ ἐν τῷ συνδέσμῳ, *in vinculo*) *Vinculum*, quo *pax* retinetur, eſt ipſe *amor*. Col. III. 14. 15.

4 ἓν σῶμα καὶ ἓν πνεῦμα, *unum corpus & unus Spiritus*) In ſymbolo apoſtolico articulum de Spiritu ſancto commode excipit articulus de eccleſia.

¶ καὶ ἓν, *& unus*) *Spiritus*, *Dominus*, *Deus & Pater*: Trinitas. coll. v. ſeqq.

¶ ἐν μιᾷ ἐλπίδι, *in una ſpe*) Spiritus eſt *arrhabo*, atque ideo cum ejus mentione conjungitur *ſpes hereditatis*.

5 μία πίστις, ἓν βάπτισμα, *una fides, unus baptiſmus*) in Chriſtum, Dominum. Modo baptiſmus, modo fides præponitur. Marc. XVI. 16. Col. II. 12.

6 πάντων, *omnium*) Hoc ter, & mox, *omnibus*, maſculinum eſt. nam *omnes* ad unitatem rediguntur.

¶ ἐπὶ) *ſuper* omnes cum gratia ſua eminens.

¶ διὰ πάντων) *per omnes* operans *per* Chriſtum.

¶ ἐν πᾶσιν) *) *in omnibus* habitans *in* Spiritu ſancto.

7 δὲ, *autem*) Antitheton, *unum* & *unus*. in antecedd.

¶ ἐδόθη, *data eſt*) Hoc ducitur ex Pſalmo, v. ſeq.

8 λέγει, *dicit*) David, imo Deus ipſe. Ps. LXVIII. (19) 20, ἀνέβης εἰς ὕψος, ἠχμαλώτευσας αἰχμαλωσίαν· ἔλαβες δόματα ἐν ἀνθρώπῳ. Aliqui etiam apud LXX legunt ἀνεβάς. Sed in verſione LXX virali plerumque ea lectio eſt ſequior, quæ cum textu N. T. propius congruit, quippe ad eum conformata.

¶ ὕψος, *altitudinem*) Sic *coeli* vocantur poëti Hebræa: item Es. XXXII. 15.

¶ ἠχμαλώτευσεν αἰχμαλωσίαν, *captivam duxit captivitatem*) Frequens geminatio, v. gr. 2 Par. XXVIII. 5. Hîc notantur copiæ infernales, 2 Petr. II. 4, oppoſitæ *hominibus*. eas Chriſtus aſcendens captivas duxit. neque propterea melius agitur cum malefico capitis reo, ubi ex carcere in forum aut curiam ducitur.. Hic *ductus* ſtatum tartareum non interpellavit. Si tamen unquam ſpes evadendi pro illis fuiſſet, fuiſſet tum. conf. c. VI. 12 fin. & Col. II. 15. Neque quilibet aſcenſus, ſed aſcenſus captam captivitatem habens conjunctam, præſupponit & infert deſcenſum in inferiores terræ partes.

¶ ἔδωκε δόματα, *dedit dona*) Huc ref. *dedit*, v. 11, & *data eſt*, & *dona*, v. 7. In Hebræo conciſus eſt ſermo לקחת Chriſtus videlicet *accepit* dona, quæ ſtatim *daret*. Conf. לקח Gen. XV. 9. 2 Reg. II. 20, ubi actio ſubita denotatur ſermone conciſo. ſic, λαβέτωσάν σοι, Ex. XXVII. 20. Lev. XXIV. 2.

¶ τοῖς ἀνθρώποις, *hominibus*) Dativus commodi pro באדם Proſunt dona non iis tantum, qui accipiunt, ſed omnibus.

9 τὸ δὲ ἀνέβη, *hoc vero, aſcendit*) Probat Paulus, pſalmi ſermonem referri ad Chriſtum: & ex deſcenſu infertur aſcenſus. Ioh. III. 13. Commorationem Filii Dei in terra omnes ſpectarunt: aſcenſionem, quam non viderunt, inde credere debuerunt. Similis argumentatio, Act. II.

*) *Omiſſionem pronominis ſiue ὑμῖν ſiue ἡμῖν prætulerat* Ed. maj.: *ſed pronomen ἡμῖν, criſin* Ed. 2 *ſecuta, recepit* Vers. germ. E. B.

29 ſs. XIII. 36 f. maximeque Hebr. II. 8 f. In Ieſum conveniunt prædicata Meſſiæ humilia: ergo ad illum etiam glorioſa referri prædicata debent.

¶ κατέβη πρῶτον, *deſcendit prius*) Præſupponit Paulus Deitatem Chriſti. nam qui ex terra ſunt, ii, quamvis antea non deſcenderunt, aſcenſum nanciſcuntur.

¶ εἰς τὰ κατώτερα μέρη τῆς γῆς) non modo in terram ipſam, ſed *in imas terrae partes.* [*ita, ut per omnia profunda nihil relinqueret non viſitatum, coll. v. 10.* V. g.] *) *Imis terrae partibus* ſive omnibus terris opponuntur ſumma cœlorum ſive *omnes coeli.* Poſſeſſionem omnium, primo terræ, deinde cœli, per ſe capeſſivit Chriſtus. Cum mentione *terrae* conjuncti ſunt *homines;* cum mentione *locorum inferiorum* conjuncta eſt *captivitas.*

¶ τῆς γῆς, *terrae*) in qua ſunt *homines.*

10 αὐτὸς) *ille*, non alius.

¶ ὑπεράνω πάντων τῶν οὐρανῶν, *ſupra omnes coelos*) Plane ſublimis locutio. Chriſtus aſcendit non modo in cœlum, Marc. XVI. 19, ſed per cœlos. Ebr. IV. 14 not. *ſupra* omnes cœlos; *coelos coelorum.* Deut. X. 14. **)

¶ πληρώσῃ, *impleret*) præſentia & operatione ſua, *ſe ipſo.*

¶ τὰ πάντα) *omnia*, ima & ſumma. Conf. Ier. XXIII. 24, ubi etiam LXX verbo πληροῦν utuntur.

11 αὐτὸς) *ipſe*, ſumma poteſtate. id repetitur ex v. 10. Miniſtri non dedere ſe ipſos. [*Ad hos a communi* rerum uniuerſitate, *modò memorata, mirabili, ut videtur*, ſaltu *deſcendit apoſtolus. Ad* Corpus Chriſti *nimirum reſpicit. Pari pacto c. I. 22.* V. g.]

¶ ἀποστόλους· προφήτας· εὐαγγελιστὰς κτλ. *apoſtolos: prophetas: evangeliſtas &c.*) Cum ſummis gradibus conjuncti poterant eſſe inferiores, v. gr. Iohannes apoſtolus idem etiam prophetam egit in apocalypſi, & evangeliſtam in evangelio: ſed non contra. Omnes apoſtoli ſimul etiam vim propheticam habuerunt. Tantummodo hic gradus eminens prophetiæ, quo *Apocalypſis* data eſt, erat Iohanni peculiaris. Sed prophetæ & evangeliſtæ non ſimul etiam apoſtoli fuerunt. Propheta antecedit evangeliſtam. nam propheta de futuris, evangeliſta de præteritis infallibiliter teſtatur: propheta totum habet a Spiritu; evangeliſta rem viſu & auditu perceptam memoriæ prodit, charisinate tamen majori ad munus maximi momenti inſtructus, quam paſtores & doctores. Non adduntur hîc *thaumaturgi;* nam horum actiones jam aliquanto minus pertinent πρὸς τὸν καταρτισμὸν κτλ. *ad aptationem &c.* Et fortaſſe jam ante extrema apoſtolorum tempora rarius fuit donum miraculorum. conf. Hebr. II. 4.

¶ ποιμένας καὶ διδασκάλους, *paſtores & doctores*) *Paſtoris* appellatio alias ubique ſoli Domino datur. Paſtores & doctores hîc junguntur: nam *paſcunt docendo* maxime, tum admonendo, corripiendo &c.

12 πρὸς, εἰς, εἰς, *ad, in, in*) Huc ref. *in, in, in.* v. ſeq. quanquam *ad* & *in* nonnihil differunt. Rom. XV. 2. Hoc verſu denotatur functio miniſtrorum; verſu ſequenti, meta ſanctorum; verſu 14, 15, 16,

*) *Locum hunc illuſtrem contra recentiorum molimina, quibus* deſcenſus Chriſti *ad inferos diſplicet, vindicatum & largo Scripturae paralleliſmo illuſtratum dedit* Anonymus *grauiſſimus, denuò nobis citandus, in ſeinem* Schreiben an Hn. D. Teller, *p. 9 ſqq. Vid. e. gr. Ps. LXIII. 10. 1 Petr. III. 19. coll. Jeſ. XIV. 9-15. Ez. XXXII. 18-31. XXXI. 16. 17. 18. XXVI. 20. Apoc. VI. 12-17. XX. 13. 14. &c. Miſere ſe vorquent in talibus, qui ſua vel philoſophia vel philologia nimium ſibi placent.* E. B.

**) *Hae deſcriptiones cui nimium* locales *videntur, is vereor ne idem deſiderare teneatur in aperto Scripturae ſtilo Act. I. 9. 11. Apoc. I. 7. &c.* E. B.

16, via incrementi: & quodlibet horum habet tres partes, eodem ordine expressas. Sunt tres periochæ tripartitæ. Primæ tres partes invicem respiciunt: tum, secundæ: postremo, tertiæ: citra chiasmum.

¶ καταρτισμὸν, *aptationem*) Hoc maxime facit ad *unitatem*.

13 μέχρι, *dum*) Ne apostoli quidem se putarunt metam assecutos: Phil. III. nedum ecclesia. Semper proficiendum fuerat, non standum, nedum deficiendum. Et nunc ecclesia ideam sui optimæ non a tergo respiciat oportet, sed ante oculos habeat, ut futuram, etiamnum assequendam. Notate hoc, qui antiquitatem non tam sequimini, quam obtenditis.

¶ καταλήσωμεν) *perveniremus*. hoc tempus, tempori præterito subjunctum, imperfectum est. Hoc jam fieri debebat, quum Paulus hoc scripsit. nam *fides* est viatorum.

¶ οἱ πάντες) *cuncti*, sancti.

¶ εἰς, εἰς, εἰς, *in*, *in*, *in*) Asyndeton iteratum. Ætas naturalis excrescit *ad* sapientiam, robur & proceritatem: his respondet in ætate spirituali *fides una, animus corroboratus, & plenitudo Christi*.

¶ ἑνότητα, *unitatem*) Hæc *unitas* amice opponitur *varietati* donorum, & *universitati* sanctorum: contrarius autem huic unitati est *omnis* ventus, v. 14.

¶ τῆς πίστεως καὶ τῆς ἐπιγνώσεως, *fidei & cognitionis*) Hæc duo & conveniunt & differunt. nam *cognitio* perfectius quiddam *fide* sonat.

¶ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, *filii Dei*) In Christo cognoscendo summum est, quod sit filius Dei.

¶ εἰς ἄνδρα τέλειον, *in virum perfectum*) Concretum pro abstracto: abstracta sunt enim *unitas* & *mensura*. de *perfectione*, conf. Phil. III. 15.

¶ ἡλικίας, *staturæ*) ut Christus sit omnia & in omnibus. ἡλικία *statura* spiritualis est plenitudo Christi.

14 μηκέτι) *non*, ut antea & *adhuc*.

¶ νήπιοι, *infantes*) Νήπιοι opponuntur *viro* in secundo gradu, & juveni in primo gradu. *Vir perfectus*, qui non jam in altum crescere potest, sed alias tamen fit perfectior: *infans*, qui vix incipit crescere.

¶ κλυδωνιζόμενοι, *fluctuantes*) intrinsecus, sursum deorsum, etiam citra ventum.

¶ περιφερόμενοι παντὶ ἀνέμῳ, *circumacti quovis vento*) extrinsecus, huc illuc, aliis nos adorientibus.

¶ κυβείᾳ) *versutia*. Metaphora ab aleatore, qui talorum jactum fingit, ut semper appareat, quod ipsi placet.

¶ μεθοδείαν) Hoc vocabulo uti amant inprimis *Methodistæ* Romanenses. Vid. c. VI. 11 not. Adde D. *Maichelii* Diss. inaug. de ecclesiæ Romanæ moliminibus *methodisque*.

¶ τῆς πλάνης, *erroris*) i. e. Satanæ. Metonymia abstracti occultam agendi rationem exprimit, qua hostis utitur.

15 ἀληθεύοντες, *verantes*) Oppositum, *erroris*. De eadem *veritate*, v. 21. 24.

¶ ἐν ἀγάπῃ, *in amore*) quo corpus coagmentatur. Hîc est prora, & versu 16 puppis. *Verantes*, *in amore* conjunguntur. Hoc est simplicius.

¶ αὐξήσωμεν, *crescamus*) Pendet ab *ut* v. 14. Hæc αὔξησις, *augmentatio*, v. 16, media est inter *infantes* & *virum*.

¶ εἰς αὐτὸν, *in eum*) Paulus *Iesum* in animo habens primum dicit *eum*, deinde declarat, quem dicat.

¶ τὰ πάντα, *omnia*) subaudi κατὰ, *secundum*. singuli, & universi, secundum omnia.

¶ ὅς, *qui*) Ref. ad *Christus: caput* per incisum ponitur.

¶ ὁ χριστὸς, *Christus*) Ploce, emphatica. Antea enim jam dictum fuerat εἰς αὐτὸν, *in illum*: cum tamen postea demum

ὁ χρι-

ὁ χριστὸς cum summa emphasi memoretur: quasi dicat: *Christus est Christus.* Ad hunc omnia referuntur.

16 ἐξ, *ex*) Fons augmentationis.

¶ συναρμολογούμενον καὶ συμβιβαζόμενον) *compactum & commissum* corpus; concretum pro abstracto. i. e. compactura & commissura corporis, per rectam conformationem & firmam coagmentationem. συναρμολογούμενον pertinet ad τὸ regulare, ut partes omnes in situ suo & relatione mutua recte aptentur: συμβιβαζόμενον notat simul firmitudinem & consolidationem.

¶ διὰ πάσης ἁφῆς τῆς ἐπιχορηγίας) In palæstra sunt ἁφαὶ, quibus apprehenditur antagonista lædendus; hostes enim pulvere & arena se invicem conspergebant, ut, quamlibet inunctus, adversarius comprehendi posset: hîc dicuntur ἁφαὶ τῆς ἐπιχορηγίας, *ansae ad mutuum auxilium.* διὰ, *per*, constr. cum ποιεῖται, *facit.*

¶ κατ' ἐνέργειαν, *secundum efficaciam*) Facultas debet etiam exerceri. conf. κατὰ τὴν ἐνέργειαν, c. I. 19. III. 7. Sed hoc loco abest articulus; quia sermo est de efficacia particulari, singulorum membrorum.

¶ ἑνὸς ἑκάστου, *unius cujusque*) Constr. cum ἐνεργειαν ἐν μέτρῳ.

¶ τοῦ σώματος, *corporis*) Nomen pro pronomine reciproco. ideo ποιεῖται dicitur, non ποιεῖ.

¶ ἐν ἀγάπῃ, *in amore*) Constr. cum *aedificationem.*

17 οὐ οὖν λέγω, *hoc igitur dico*) Redit eo, unde cœpit v. 1.

¶ μηκέτι ὑμᾶς περιπατεῖν, *ne posthac ambuletis*) Antitheton, v. 1.

¶ ἐν ματαιότητι *in vanitate*) Radix talis ambulationis, discessio ab agnitione veri Dei. Rom. I. 21. 1 Thess. IV. 5. *in* constr. cum *ambulant. Vanitas* exponitur v. 18, *ambulatio*, v. 19.

18 ἐσκοτισμένοι τῇ διανοίᾳ ὄντες, *qui sunt obtenebrati mente*) Habet hic versus quatuor commata. ad primum refer tertium, & ibi ad ὄντες, ὄυσαν· ad secundum refer quartum. Nam etiam Tit. I. 16 ὄντες cum epitheto præcedente nectitur. *obtenebrati, abalienati*, participia, præsupponunt, gentes ante defectionem suam a fide patrum, immo potius ante lapsum Adami, fuisse participes *lucis* & *vitae.* conf. *renovari*, v. 23.

¶ τῆς ζωῆς, *vitae*) de qua c. II. 5.

¶ τοῦ θεοῦ, *Dei*) Vita spiritualis accenditur in credentibus ex ipsa Dei vita.

g) ¶ πώρωσιν, *obdurationem*) Antitheton: *vita. vita* & *sensus* simul sunt, simul desunt. conf. Marc. III. 5 not. Πώρωσις, *obduratio* cæcitati, ubi hæc expresse simul notatur, contradistinguitur: alias, eam in se continet.

¶ καρδίας, *cordis*) Rom. I. 21.

19 ἀπηλγηκότες) Verbum significantissimum, in quo *dolor* (ἄλγος) per synecdochen dicitur pro omni sensu affectus & intellectus, sive molesto sive jucundo. Etenim dolor urget ad medicinam: dolore amisso, non modo spes, sed etiam studium & cogitatio rerum bonarum amittitur, ut homo sit excors, effrons, exspes. Ea est *obduratio*, v. 18. *Desperantes*, apud Vulgatum & Syrum, aliquid dicit, & significationem illustrat. Quo pacto apud Chrysostomum conjunctim notatur ἡ ἀναλγησια ἢ ἀπόγνωσις. homil. VI in Hebr. III. 13. Ipsum autem verbum ἀπαλγεῖν παραφραζειν videtur Cicero lib. II famil. Ep. 16. quum ait, *diuturna DESPERATIONE rerum obdurusse*

Hæc ipsa calamitosi status initium est. Rom. I. 21.

g) διὰ τὴν ἄγνοιαν, *propter ignorantiam*] 23. *Vig.*

ruisse animum ad DOLOREM novum. Itaque ἀπαλγεῖν plus est, quam *desperare.* Pulcre de hoc verbo ex Polybio disseruit Raphelius: ubi de duobus exemplis apud Suidam Polybio tributis alterum iisdem verbis apud Xiphilinum exstat.

¶ ἑαυτὰς παρέδωκαν, *se ipsos tradiderunt*) ultro.

¶ πάσης, *omnis*) ἀσέλγεια, *lascivia*, species: ἀκαθαρσία, *impuritas*, genus. His operibus carnis qui vacant, materiæ ardore correpti incidunt etiam in *avaritiam:* & frequens apud gentes ex impudicitia quæstus.

20 ὑμεῖς δὲ οὐχ οὕτως ἐμάθετε τὸν χριστὸν, *vos vero non sic didicistis Christum*) Assonat ad illud Deut. XVIII. 14 s. σοὶ δὲ οὐχ οὕτως ἔδωκε Κύριος ὁ θεός σε. προφήτην· αὐτὸν ἀκούσεσθε. Unus est Christus, inquit Paulus, (coll. 2 Cor. XI. 4.) eum uti audistis, sic exprimere debetis. Ad *non sic* ref. mox *sicut. non sic* opponitur *impuritati*: v. 19. *si quidem &c.* opponitur *vanitati.* v. 17 s.

¶ τὸν χριστὸν, *Christum*) Expressius v. seq. ponit nomen *Iesu. Christi* ideam perfectissime & fulgidissime explevit *Iesus.*

21 εἴγε, *si quidem*) Particula non minuit, sed auget vim admonitionis.

¶ αὐτὸν, *illum*) Hoc, & mox *in illo*, huc redundat ex commate sequenti: ut *vos*, Gal. IV. 11. *Audire Christum* dicit plenius quiddam, quam *audire de Christo.*

¶ ἠκούσατε, *audivistis*) Etiam prima auditio de Christo tollit peccata.

¶ ἐν αὐτῷ) *in illo.* i. e. illius nomine, quod ad illum attinet.

¶ ἐδιδάχθητε, *docti estis*) doctrinam suscepistis. Consequens τὸ *audire* & τὸ *doceri*, est τὸ *discere.*

¶ καθὼς, *sicut*) i. e. *ita, uti.* conf. καθὼς, *sicut*, 1 Cor. VIII. 2. *ita*, uti veritas reapse est in Iesu. Antitheton, *secundum*, v. 22.

¶ ἀλήθεια, *veritas*) Hoc opponitur *vanitati* ethnicæ in summa; v. 17. & reassumitur v. 24, uberius tractandum. Veritas, vera agnitio Dei veri.

¶ ἐν τῷ ἰησοῦ, *in Iesu*) Qui credunt in Iesum, *verant.* conf. 1 Ioh. II. 8.

22 ἀποθέσθαι, *deponere*) Hoc pendet a *dico*, v. 17: & inde vis particulæ, *non jam*, quasi post parenthesin reassumitur per asyndeton in verbo æquipollente *deponere.* nam contrarium eorum, quæ v. 18. 19 dicuntur, jam expeditum est v. 20. 21. Et tamen hoc verbum ἀποθέσθαι *deponere* respectum quendam habet ad verba proxima v. 21. Τῷ *deponere* ex adverso respondet *induere*, v. 23.

¶ κατὰ τὴν προτέραν ἀναστροφὴν, *secundum pristinam conversationem*) pro eo ac prius ambulastis. Antitheton, versus 23 totus. *secundum* declarat vim verbi, relationem habentis, *deponere*, non modo *abstinere.*

¶ τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, *veterem hominem*) Concretum pro abstracto, ut mox v. 24 *novum*, coll. v. 13 not. Abstractum v. gr. est *mendacium*, v. 25.

¶ τὸν φθειρόμενον, *qui corrumpebatur*) Imperfectum, ut κλέπτων, *qui furabatur*, v. 28. Antitheton, *creatum*; idque in aoristo sive præterito, respectu primæ creationis & intentionis.

¶ κατὰ τὰς ἐπιθυμίας, *secundum concupiscentias*) Antitheton, *secundum Deum, in justitia &c.*

¶ τὰς ἐπιθυμίας, *concupiscentias*) Antitheton, *justitia & sanctitas.*

¶ τῆς ἀπάτης) *erroris* ethnici. antitheton, *veritatis.*

23 τῷ πνεύματι τοῦ νοὸς, *spiritu mentis*) 1 Cor. XIV. 14. *Spiritus* est intimum *mentis.*

24 τὸν καινὸν) Τὸν νέον dicit Col. III. 10, de eo, quod fidelibus *nativum* est: sed hîc modo dixit ἀνανεοῦσθαι. vicissim ἀνακαινούμενον subjicit l. c. de *studio* fidelium.

¶ κτισθέντα, *creatum*) initio rei christianæ.

ſtianæ. In Chriſto creatus eſt hic novus homo. conf. c. II. 10. *cf. Recf. fund. p. 44.*

25 τὸ ψεῦδος, *mendacium*) Vniverſali commendationi veritatis convenienter ſubjungitur mentio mendacii & veritatis in loquendo. h)

¶ ὅτι, *quia*) Col. III. 11 not.

¶ ἀλλήλων, *invicem*) Iudæi & Græci. ibid.

¶ μέλη, *membra*) v. 4.

26 ὀργίζεσθε καὶ μὴ ἁμαρτάνετε, *iraſcimini nec peccate*) Sic LXX, Ps. IV. 5. Ira nec imperatur, nec plane prohibetur: ſed hoc jubetur, ut peccatum ab ira abſit. eſt tanquam venenum, quod interdum medicinæ vim habet, ſed cautiſſime tractandum eſt. Sæpe vis modi cadit ſuper partem duntaxat ſermonis. Ier. X. 24.

¶ ὁ ἥλιος, *ſol*) Affectus noctu retentus alte inſidet.

¶ μὴ ἐπιδύετω, *ne occidat*) Deut. XXIV. 15, ἐπ᾽ ἐπιδύσεται ὁ ἥλιος ἐπ᾽ αὐτῷ.

¶ ἐπὶ τῷ παροργισμῷ ὑμῶν, *ſuper iracundia veſtra*) Non ſolum iracundia ceſſare, ſed etiam frater ſine procraſtinatione corrigi, & reconciliatio fieri debet, præſertim cum proximo, quem poſthac viſurus non ſis in hac vita, quemve primum in via, hoſpitio, foro videris.

27 μήτε, *neque*) Diabolo datur locus per iracundiam pertinacem, præſertim nocturnam. conf. *tenebrarum*, c. VI. 12. μήτε ponitur, ut καὶ μή, v. 30.

28 ὁ κλέπτων, *qui furabatur*) Id mitius, quam ὁ κλέπτης, *fur*. Participium imperfecti temporis, præſenti hîc non excluſo.

¶ μᾶλλον δὲ) *potius vero* etiam, quam ſi non furatus eſſet. In quovis peccati genere qui peccavit, contrariam deinde debet exercere virtutem.

¶ κοπιάω, *laborato*) Sæpe furtum & otium ſunt una.

¶ τὸ ἀγαθὸν, *bonum*) Antitheton ad furtum, prius *manu* piceata male commiſſum.

¶ ταῖς χερσὶν, *manibus*) quibus ad furtum abuſus erat.

¶ ἵνα ἔχῃ, *ut habeat*) Lex reſtitutionis non debet nimis ſtricte urgeri contra legem amoris. [*Praeter ablati reſtitutionem ſcilicet liberalitatem etiam, qui furatus eſt, exercere debet.* V. g.]

29 σαπρὸς, *putris*) vetuſtatem redolens, v. 22, expers gratiæ, inſulſus. Col. IV. 6. Oppoſitum, *bonus*.

¶ μὴ ἐκπορευέσθω, *ne egreditor*) Si jam in lingua ſit, reſorbete.

¶ εἴ τις) *ſi quis*, quotieſcunque. Non tamen poſtulatur ab omnibus par facundia.

¶ πρὸς οἰκοδομὴν - τοῖς ἀκούσι, *ad aedificationem audientibus*) Talis ſermo *non caret uſu, non ſubvertit audientes*, ut ii, de quibus 2 Tim. II. 14.

¶ δῷ χάριν, *det gratiam*) Magna vis eſt in colloquiis piis.

30 μὴ λυπεῖτε, *nolite contriſtare*) per ſermones putres. Contriſtatur Spiritus ſanctus non in ſe, ſed in nobis, [*aliisve hominibus*, V. g.] quum teſtimonium ejus ſerenum turbatur. λυπεῖν LXX ſæpe pro חרה & קצף ponunt.

¶ ἐσφραγίσθητε, *obſignati eſtis*) ut ſciatis, non ſolum eſſe aliquem diem liberationis, ſed illum diem etiam vobis, ut filiis Dei, fore diem liberationis; eoque nomine *laetamini*.

¶ εἰς ἡμέραν ἀπολυτρώσεως, *in diem liberationis*) Hic dies eſt noviſſimus; cujus repræſentatio quædam eſt in die mortis. præſupponit dies citeriores. Rom. II. 16. In illo maxime die referet, quis inveniatur obſignatus.

31 πικρία, *amaritudo*) Oppoſitum, v. 32, χρηστοὶ, *benigni*, erga omnes.

¶ θυ-

h) ἀλήθειαν, *veritatem*] v. 21. 24. *V. g.*

¶ θυμὸς, *saevitia*) Oppositum, *misericordes*, erga imbecilles & miseros.

¶ καὶ ὀργὴ, *& ira*) Oppositum, *condonantes*, erga lædentes. Hactenus descendit Climax, iu prohibitis.

¶ βλασφημία, *blasphemia*) Atrox species *clamoris*. Vtrumque tollit amor.

¶ κακία) *vitio*. Hoc genus est, ideo *omni* additur. [*Eam prauitatem notat, qua quis difficilem se & molestum conuersantibus praebet*. V. g.]

32 ἐχαρίσατο, *condonavit*) Præbuit se *benignum, misericordem, condonantem*.

CAP. V.

1 Μιμηταὶ, *imitatores*) in *condonando*, (coll. antec.) & in *amando*; nam sequitur, *amati*. O quanto glorioſius & beatius est, esse imitatorem Dei, quam Homeri, Alexandri, Apellis &c.

¶ ὡς τέκνα, *tanquam liberi*, Matth. V. 45.

2 περιπατεῖτε, *ambulate*) Fructus amoris nostri, ex Christo accensi.

¶ ὑπὲρ ἡμῶν, *pro nobis*) Non cum verbo *tradidit* constituitur Dativus *Deo*, sed cum proximis præcedentibus, *oblationem & victimam*. Alludit enim Paulus ad Mosen, apud quem solennia sunt illa, ὁλοκαύτωμα τῷ Κυρίῳ· εἰς ὀσμὴν εὐωδίας, θυσίασμα τῷ Κυρίῳ ἐστί. κτλ. Exod. XXIX. 18. 25. 41. Lev. XXIII. 13. 18. &c.

¶ προσφορὰν καὶ θυσίαν, *oblationem & victimam*) Conf. Hebr. X. 5 ſs.

¶ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας, *in odorem bonae fragrantiae*) Hoc bono odore sumus reconciliati Deo.

3 πορνεία, *scortatio*) impurus *amor*.

¶ ἢ πλεονεξία, *aut avaritia*) v. 5. c. IV. 19.

¶ μηδὲ ὀνομαζέσθω, *ne nominetur quidem*) scil. ut facta: conf. 1 Cor. V. 1 ἀκούεται, *auditur*: aut sine necessitate. conf. v. 4. 12.

¶ πρέπει, *decet*) Oppositum, ἐκ ἀνήκοντα *non convenientia*. v. 4.

4 αἰσχρότης, *turpitudo*) in sermone, vel etiam gestu &c. cf. Matth. 12, 36. n. inf.

¶ μωρολογία, *stultiloquium*) ubi risus captatur, etiam sine sale.

¶ ἢ εὐτραπελία) *aut facetia*. Hæc subtilior, quam *turpitudo* aut *stultiloquium*: nam ingenio nititur. Ea maxime delectati Asiani: superioribusque temporibus per aliquot ætates regnaverunt facetiæ, etiam apud literatos. cur? Aristoteli εὐτραπελία virtus est: & Plautum triverunt. τὴν εὐτραπελίαν a Paulo ita reprehendi notat Olympiodorus, ὥστε μὴδὲ τὰ ἀστεῖα δεκτὸν, *ut ne urbanitati quidem sit locus*. *)

¶ τὰ ἐκ ἀνήκοντα, *quae non conveniunt*) Epitheton. Subaudi prædicatum, *absint*.

¶ εὐχαριστία, *gratiarum actio*) subaudi ἀνήκει, *convenit*. Linguæ abusui opponitur sanctus & tamen lætus usus. v. 18 f. Non conveniunt abusus & usus. εὐτραπελία, & εὐχαριστία, concinna paronomasia. illa turbat animam, (& quidem subtilis aliquando jocus & lepos tenerum gratiæ sensum lædit;) hæc, exhilarat.

5 ἔστε, *este*) Imperativus. Gal. V. 21.

¶ ὅς ἐστιν εἰδωλολάτρης, *qui est idololatra*) Col. III. 5. Avaritia est summa defectio a creatore ad creaturam, Matth. VI. 24. Phil. III. 19. 1 Ioh. II. 15, & summe violat eadem præceptum de diligendo proximo, quod simile est præcepto de diligendo Deo. est igitur idololatria, adeoque peccatum maximum. 1 Sam. XV. 23.

¶ τὸ

*) *Quid judicares, Paule, si* Comicorum *nunc inter Christianos Opera, eorumque immanes collaudationes, censura tua proponi integrum esset? Morosus, putem, censor audires, & a plebeia ruditate minime alienus.* E. B.

¶ τῦ χριςῦ καὶ θεῦ, *Chriſti & Dei*) Articulus ſimplex, ſummam unitatem indicans. 1 Tim. V. 21. VI. 13. 2 Theſſ. I. 12. conf. Marc. XIV. 33. Alibi geminatur, emphaſeos cauſa. Col. II. 2.

6 κενοῖς λόγοις, *vanis ſermonibus*) quibus ira Dei contemnitur; quibus officio ſe ſuo ſubducere, bonum pro nihilo habere, malum etiam extenuare & incruſtare homines nituntur. [*quibus ubiuis denique omnia ſcatent*, V. g.] Hoc genus eſt: ſpecies tres, v. 4. Sic LXX, μὴ μεριμνάτωσαν ἐν λόγοις κενοῖς. Exod. V. 9.

¶ διὰ ταῦτα, *propter haec*) propter *ſcortationem &c.*

¶ ἡ ὀργὴ τῦ θεῦ, *ira Dei*) Antitheton reconciliationis. v. 2. c. IV. 32.

¶ ἐπὶ τὰς υἱὰς τῆς ἀπειθείας, *ſuper filios incredulitatis*) in gentiliſmo.

7 μὴ, *ne*) ne ira ſuper vos veniat. Duæ partes: *nolite*, & *nolite*, v. 7. 11. Vitanda communio cum malis & hominibus v. 7, & operibus, v. 11.

8 σκότος· φῶς, *tenebrae: lux*) Abſtractum pro concreto, emphaſi egregia. nam ſequitur, *filii lucis.*

9 ὁ καρπὸς τῦ φωτὸς, *fructus lucis*) Antitheton, *opera infructuoſa tenebrarum.* v. 11.

¶ ἐν, *in*) eſt, conſiſtit *in* &c.

¶ ἀγαθωσύνῃ καὶ δικαιοσύνῃ καὶ ἀληθείᾳ, *bonitate & juſtitia & veritate*) Hæc opponuntur vitiis modo deſcriptis a c. IV. 25.

10 δοκιμάζοντες, *probantes*) Conſtr. cum *ambulate*, v. 8.

11 δὲ καὶ) καὶ, *etiam.* Non ſatis abſtinere eſt.

¶ ἐλέγχετε, *redarguite*) verbis & factis luce dignis.

12 γὰρ, *enim*) Cauſa, cur indefinite loquatur verſu 11, de operibus tenebrarum, quum fructum lucis v. 9 definite deſcripſerit. Simul hinc patet facilitas, juſtitia, ſalubritas *elenchi.*

¶ κρυφῇ, *ſecreto*) per fugam lucis, frequentiſſime.

¶ ὑπ' ἀυτῶν) *ab illis*, qui ſunt in tenebris.

¶ ἀισχρὸν, *turpe*) Ad Corinthios, familiarius ſcribens, *nominat;* etiam ad Romanos, quia opus erat: hîc, gravius agit.

¶ καὶ) *vel* dicere, nedum facere.

¶ λέγειν, *dicere*) Exiſtimari poſſunt a contrariis, *bonitate, juſtitia, veritate.*

13 δὲ, *autem;* tametſi non dicas aut appelles ea.

¶ ἐλεγχόμενα, *reprehenſa*) per vos. v. 11.

¶ ὑπὸ τῦ φωτὸς φανερῦται) Conjugata, φάος, φανερός.

¶ φανερῦται, *manifeſtantur*) ut agnoſcatur eorum turpitudo, ſive ii, qui patrarunt, recalcitrent, ſive reſipiſcant.

¶ πᾶν, *omne*) Abſtractum pro concreto. nam hîc ſermo jam eſt de homine ipſo. coll. v. ſeq. *propterea.*

¶ γὰρ, *enim*) *Enim* facit epitaſin, in gradatione.

¶ τὸ φανερόμενον) Antanaclaſis. nam φανερῦται eſt paſſivum: φανερόμενον, medium, *quod manifeſtari non refugit.* conf. mox, ἐγειραι & ἀνάςα.

¶ φῶς, *lux*) Metonymia, ut v. 8.

¶ ἔςι, *eſt*) fit, & mox *eſt*, lux.

14 διὸ λέγει, *propterea dicit*) Summa celeuſmatis hujus exſtat Es. LX. 1, φωτίζε φωτίζε, ἱερουσαλήμ· ἥκει γάρ σε τὸ φῶς. Hebr. קומי אורי Sic ibid. c. LII. 1. 2, ἐξεγείρε· ἀνάςηθι. Sed apoſtolus expreſſius loquitur, ex luce N. T., atque ut requirit ſtatus ejus, qui excitandus eſt. Simul videtur in mente habuiſſe formulam, quæ in feſto buccinarum adhiberi ſolita fuerat: *Excitamini excitamini e ſomno veſtro: evigilate e ſomno veſtro, qui vana tractatis. nam ſopor vobis graviſſimus immiſſus eſt.* &c. Vid. Hotting. ad. Godw. p. 601. Et fortaſſe

taſſe illo anni tempore ſcripſit hanc epiſtolam. conf. 1 Cor. V. 7 not.

¶ ἔγειραι· ἀνάσα) Ammonius: ἀναστῆναι, ἐπὶ ἔργον· ἐγερθῆναι, ἐξ ὕπνου.

¶ ἐκ τῶν νεκρῶν, *ex mortuis*) c. II. 1.

¶ ἐπιφαύσει) *illuceſcet*, tanquam Sol. conf. Es. cap. cit. v. 2. Thema, ἐπιφαύσκω, apud LXX. Sic a γηράσκω, γηράσω, ἀρέσκω, ἀρέσω.

15 βλέπετε, *videte*) Hoc repetitur v. 17.

¶ πῶς, *quomodo*) Solicitudo etiam *modum* ſpectat. Reſpondet, *tanquam*.

¶ ἀκριβῶς) *praeciſe*. [*Man ſoll es* genau *nehmen*. V. g.] conf. Act. XXVI. 5.

¶ μὴ ὡς ἄσοφοι, *non tanquam inſipientes*) qui præter propter viam ambulant.

16 ἐξαγοραζόμενοι τὸν καιρόν, *redimentes tempus*) Sic LXX, καιρὸν ὑμεῖς ἐξαγοράζετε. Dan. II. 8. Dies, inquit Paulus, mali ſunt; & in malorum hominum, non in veſtra poteſtate: quare, quum vos urgeri videtis, date operam, ut, dum intervalla iſtius temporis inimica transeunt, tempus, ſi minus cum lucro, at certe ſine damno ducatis & traducatis, quod fit quieſcendo, vel certe modice agendo. Hæc vis verbi רמם in loco Amoſi mox citando. *Sapientia* & ἀκρίβεια præcipitur, non ignavia. Alia tamen agendi ratio eſt in æſtate, alia in hieme, vel majori cum labore. Qui tempore malo nullum tantiſper temporis fructum præter tempus ipſum (exemplo magorum, Dan. l. c. aut more urbis obſeſſæ, ſubſidium exſpectantis) quærunt; hi *ſapienter* faciunt, & deinceps meliori tempore, quod ſic *redemerunt*, melius utentur. Sir. X. (27) 31, μὴ δόξάζε ἐν καιρῷ ϛενοχωρίας σε. Simillima locutio Smyrnenſium in Ep. de Polycarpo, ubi martyres dicuntur διὰ μιᾶς ὥρας τὴν αἰώνιον κόλασιν ἐξαγοραζόμενοι, §. 2. Oppoſitum eſt, *tempus perdere*.

¶ ἡμέραι, *dies*) c. VI. 13.

¶ πονηραὶ, *mali*) Amos V. 13, ὁ συνιῶν ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ (יד) σιωπήσεται, ὅτι καιρὸς πονηρός ἐϛιν.

17 συνίεντες, *intelligentes*) Amos, modo, ὁ συνιῶν. hinc colligas, Paulum ad illum locum reſpexiſſe.

¶ τί τὸ θέλημα *) τοῦ κυρίου, *quae voluntas Domini*) non ſolum univerſe, ſed certo loco, tempore &c.

18 μὴ μεθύσκεσθε οἴνῳ, *nolite inebriari vino*) Sic plane LXX, Prov. XXIII. 31 (30.) Convenienter dehortationi ab impuritate ſubjungit dehortationem ab ebrietate.

¶ ἐν ᾧ) *in quo*, vino ſcil. quatenus immoderate hauritur.

¶ ἀσωτία) Ἄσωτος dicitur pro ἄσωϛος. inde ἀσωτία denotat omnem luxuriam frugalitati inimicam. oppoſitum vide verſu 19, de effectu plenitudinis ſpiritualis.

¶ ἀλλὰ) Sic fere LXX, l. c. ἀλλὰ ὁμιλεῖτε ἀνθρώποις δικαίοις.

19 λαλοῦντες ἑαυτοῖς) *loquentes inter vos*: antitheton, *Domino*. conf. Col. III. 16 not. Spiritus, fideles facit *diſertos*.

¶ ψαλμοῖς, *pſalmis*) biblicis, Davidicis, **) novis, extemporalibus; adjuncto inſtrumento.

¶ ὕμνοις,

*) *Lectionem* θεοῦ, *per marg.* utriusque Ed. *lectorum arbitrio relictam, praefert hoc verſu* Vers. germ. E.B.

**) *De his grauiter cel.* Michaëlis, *in der* Einleitung &c. *T. II. p. m. 1363*: Der Geiſt, *inquit*, der ehemals den David belebet hatte, der belebete ſie, Gott in Liedern zu loben. Wenn einer in der Gemeinde einen Antrieb des h. Geiſtes fühlete, œffentlich etwas zu reden; ſo war es ihm vergœnnet, und andere waren ſchuldig, ſtille zu ſchweigen, damit er reden kœnnte, 1 Cor. XIV. 30. 31. Es war in ſolchem Falle ſogar einer Frauensperſon erlaubet, œffentlich zu reden, wie man aus 1 Cor. XI. 5 ſiehet, welches ihr ſonſt verboten war, c. XIV. 34. 35. --- *Sed nolim, Lector, in eorum officiorum fraudem*

¶ ὕμνοις, *hymnis*) ad laudem Dei expressam.

¶ ᾠδαῖς) *carminibus*, quæ canuntur aut cani possunt, de quocunque argumento sacro.

¶ πνευματικαῖς, *spiritualibus*) non mundanis, ut sunt ebriorum.

¶ τῷ κυρίῳ, *Domino*) Christo, qui *corda* scrutatur.

20 εὐχαριστοῦντες, *gratias agentes*) Hoc officium Paulus sæpe urget & ipse diligenter exercet. peragitur animo, lingua, opere. Col. III. 17.

¶ πάντων, *omnibus*) Neutrum, masculini potestate inclusa. conf. 1 Thess. V. 18.

¶ ἰησοῦ, *Iesu*) per quem omnia nobis obtingunt.

21 ἀλλήλοις, *invicem*) Nunc de officio erga alios: cujus fundamentum est *timor Christi*, *) motiva sua hauriens ex fide Christiana. 1 Petr. II. 13. Rara phrasis. conf. 2 Cor. V. 11. 1 Cor. X. 22.

22 αἱ γυναῖκες, *mulieres*) Inferiores priore loco ponuntur; deinde superiores. v. 25. c. VI. 1. 4. 5. 9. 1 Petr. III. 1. 7. quia propositio est de *subjectione*: & inferiores debent officium facere, qualescunque sunt superiores. Multi etiam ex inferioribus fiunt superiores: & qui bene subest, bene præest. Porro his omnibus scribitur in secunda persona: omnium est ergo audire & legere scripturam. conf. 1 Ioh. II. 13.

¶ ἰδίοις, *suis*) Mulieres obsequi debent *suis* maritis, etiamsi alibi meliora viderentur habere consilia. ὑποτασσόμεναι subauditur ex v. 21. **) De liberis & servis dicitur, *obedite*, c. VI. 1. 5. Conjugum, major paritas. Conf. tamen Rom. XIII. 1.

¶ ὡς, *sicut*) *Subjectio*, quæ ab uxore præstatur viro, simul præstatur ipsi Domino, Christo. Non est comparatio cum obedientia, quam ecclesia præstat Christo, sed cum ea, quam ipsa uxor Christo præstare debet. Obedientia præstatur viro, intuitu Christi. Ergo etiam ipsi Christo.

23 καὶ αὐτὸς, *& ipse*) Vir autem non est servator uxoris. in eo Christus excellit. Hinc *sed* sequitur.

24 ἀλλ' ὥσπερ, *sed sicut*) Antitheton, *vir*, *mulieres*.

¶ ὑποτάσσεται, *subordinatur*) Subaudi hîc quoque, *in omni* re.

¶ αἱ γυναῖκες, *mulieres*) *subordinentur*.

25 ἑαυτὸν παρέδωκεν, *se ipsum tradidit*) ex amore.

26 ἁγιάσῃ, *sanctificaret*) Sæpe *sanctitas* & *gloria* sunt synonyma: quare hîc quoque sequitur, *fisteret gloriosam*.

¶ καθαρίσας, *mundans*) *Mundatio* præcedit *donationem gloriae* & nuptias.

¶ ἵνα, *ut*) Constructio est, *tradidit--- mundans* (i. e. *& mundavit:*) ab utroque pendet *ut*, bis in textu positum. *Sanctificatio* deducitur ex morte sive sanguine Christi, coll. Hebr. XIII. 12: *mundatio* sive

fraudem hæc dicta putes, quibus etiamnum quilibet Christiani, siquidem spiritu *non sint cassi, ad promovendam ædificationem mutuam tenentur. Scilicet ipse Vir cel.*, Lardnero, *qui ex Col. III. 16 ab hymnorum spiritualium, i. e.* inspiratorum *decantatione, quæ citra* χειροθεσιαν *apostolicam locum habere non potuerit, ad Colossenses* Apostoli *cujusdam* præsentia pridem adjutos *concluserat, non dubitat (in der* Einleitung &c. *T. II. p. m. 1457 not.) regerere, ad* compositionem *quidem hymni inspirati, sed non ad* decantationem *quoque, opus esse miraculoso propheticæ dono. --- Mihi vero, si quid subjungere licet, vel istud videtur grande.* Postulatum *esse, quod, qui* spirituales *dici merentur psalmi vel hymni,* inspirati *etiam debeant omnes esse, sensu recepto.* E. B.

*) *Hanc videlicet lectionem,* ἐν φόβῳ χριστοῦ, *quam* Ed. maj. *minus firmam judicauerat, & margo* Ed. 2 *firmioribus accenset, &* Vers. germ. *exprimit.* E. B.

**) *Quare in* Vers. germ. *nonnisi per parenthesin exhibetur.* E. B.

sive *purificatio*, mox, ex baptismo & verbo. Sanctitas est *gloria* interior: *gloria* est sanctitas emicans. Cur Christus ecclesiam *amavit* & se ipsum *tradidit*? ut sanctificaret. Cur eam *mundavit*? ut sisteret---. Prius est jus novum acquisitum Christi in ecclesiam: posterius ostendit, quomodo ornaverit ipse suam sponsam, ut convenit tali sponsæ talis sponsi. Et conjuncta mox urgetur mentio *lavacri* & *verbi*, etsi *verbum* ad τὸ *mundans* referatur. In *verbo* est vis mundifica, & hæc exseritur per *lavacrum*. *Aqua* & *lavacrum* est vehiculum: sed *verbum* est causa instrumentalis nobilior.

¶ τῷ λουτρῷ τοῦ ὕδατος ἐν ῥήματι, *lavacro aquae in verbo*) Insigne testimonium de baptismo. Tit. III. 5.

¶ ἐν ῥήματι, *in verbo*) Baptismus vim purificandi habet ex verbo. Ioh. XV. 3. *in* constr. cum *mundans*. אמר ῥῆμα.

27 ἵνα παραστήσῃ, *ut sisteret*) Id valet suo modo jam de hac vita. conf. c. IV. 13.

¶ ἑαυτῷ, *sibi ipsi*) tanquam Sponso.

¶ ἔνδοξον, *gloriosam*) Ex amore Christi debemus haurire æstimationem sanctificationis. quæ sponsa contemnit ornatum a sponso oblatum?

¶ τὴν) *illam, quae* respondeat ideæ suæ æternæ.

¶ σπίλον) *maculam*, ex quacunque mala dispositione.

¶ ῥυτίδα) *rugam*, e senio.

¶ ἵνα ᾖ) ita, *ut sit*.

¶ ἄμωμος, *expers vitii*) Cant. IV. 7.

28 i) ἑαυτὸν, *se ipsum*) v. 29. 31 fin.

29 οὐδεὶς) *nullus*, nisi scilicet a natura & a se ipso desciscat.

¶ τὴν ἑαυτοῦ σάρκα, *suam ipsius carnem*) v. 31 fin.

¶ ἐκτρέφει) *valde nutrit*, intus.

¶ θάλπει) *fovet*, extra. Idem verbum, Deut. XXII. 6. Iob XXXIX. 14. 1 Reg. I. 2. 4. Id spectat *amictum*, ut, *nutrit*, victum.

¶ τὴν ἐκκλησίαν, *ecclesiam*) *nutrit & fovet*.

30 ὅτι, *quia*) Causa, cur Dominus ecclesiam alat & foveat, est arctissima necessitudo, quæ hîc exprimitur verbis Mosaicis de Eva huc accommodatis. Ecclesia ex Christo propagatur, ut Eva fuit ex Adamo; & hæc propagatio est fundamentum connubii spiritualis. *propter hoc*. v. 31.

¶ τοῦ σώματος αὐτοῦ, *corporis ejus*) Corpus hîc dicitur non ecclesia, quæ continetur in subjecto *fumus*, sed corpus ipsius Christi.

¶ ἐκ, *ex*) Gen. II. 23 s. εἶπεν ἀδὰμ, τοῦτο νῦν ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστέων μου, καὶ σὰρξ ἐκ τῆς σαρκός μου. αὕτη κληθήσεται γυνὴ, ὅτι ἐκ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ἐλήφθη. ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα, καὶ προσκολληθήσεται τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν.

¶ ἐκ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ κτλ. *ex carne ejus &c.*) Moses *ossa* prius, Paulus *carnem* prius nominat. naturalem quippe structuram, de qua ille, ossa potissimum sustinent: at in nova creatione, caro Christi magis consideratur. Porro Moses plenius loquitur; Paulus omittit, quæ ad propositum non æque pertinent. Non ossa & caro nostra, sed *nos* spiritualiter propagamur ex humanitate Christi, carnem & ossa habente.

31 καταλείψει, *relinquet*) Versus 30 protasin, de conjugio naturali, ex Mose præsupponit; apodosin, de conjugio spirituali ex-

i) ἀγαπᾶν, *amare*] Apud gentes, in *Graecia*, præsertim & *Asia minori*, scortatio perquam frequens fuit, adeoque nullum fere conjugii æstimium; refragante natura. Hinc tam benevola est apostoli de amore conjugali oratio. *V. g.*

exprimit: inde viciſſim hic verſus 31 protaſin exprimit; apodoſin ſubaudiendam permittit. conf. v. 32 med. Etiam Chriſtus Patrem quaſi reliquit, & eccleſiæ adhæſit.

¶ προσκολληθήσεται, *adhaerebit*) per unitatem matrimonialem.

¶ εἰς σάρκα μίαν, *in carnem unam*) non ſolum uti antea, reſpectu ortus; ſed reſpectu novæ conjunctionis.

32 μέγα, *magnum*) Plus ſenſit Paulus, quam ii, ad quos ſcribebat, caperent. *myſterium* appellatur non matrimonium humanum, v. 33, ſed ipſa conjunctio Chriſti & eccleſiæ. [*Tria omnino ſunt officiorum genera, quae* marito *Lex praeſcribit Exod. XXI. 10. Priora duo ſenſu ſpirituali apoſtolus nuncupauerat v. 29: nunc ad tertium ordo deduceret, cujus ſummam Hoſeae iſtud exhibet c. II. 20:* Cognoſces Dominum. *At praecidit ſermonem apoſtolus. Exquiſitiſſimae indolis & capacitatis mentes requiruntur.* V. g.]

33 πλὴν, *veruntamen*) Paulus præ nobilitate digreſſionis quaſi oblitus propoſitæ rei nunc ad rem revertitur.

¶ ἵνα, *ut*) Subaudi *volo* aut ſimile quidpiam. coll. 1 Cor. IV. 2 not. VII. 29. 2 Cor. VIII. 13. Particula vim habet; vim temperat ellipſis morata.

CAP. VI.

1 Ὑπακούετε, *obedite*) Id plus etiam dicit, [*coll. v. 5.*] quam *ſubordinamini. Obedire* eſt imperitioris: *ſubordinari*, cujusvis inferioris.

¶ δίκαιον, *juſtum*) etiam natura.

2 τίμα, *honora*) Liberis expreſſius, quam parentibus, officium præſcribitur. amor enim deſcendit magis, quam aſcendit: & ex liberis fiunt parentes.

¶ ἐντολὴ, *praeceptum*) Deut. V. 16, τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα σου, ὃν τρόπον ΕΝΕΤΕΙΛΑΤΟ σοι κύριος ὁ θεός σου, ἵνα εὖ κτλ.

¶ πρώτη ἐν ἐπαγγελίᾳ, *primum in promiſſione*) Præceptum de diis alienis non habendis fert ſecum promiſſionem quidem, ſed item comminationem, earumque utramvis ad omnia præcepta pertinentem: præceptum de abuſu nominis divini, habet comminationem. Etenim officia erga Deum ſunt maxime neceſſaria & maxime debita; ideo ſic muniuntur: officia erga homines minus ſunt debita hominibus, & eatenus minus neceſſaria; ideo promiſſionem habent. Præceptum de honorandis parentibus, de quo Paulus, promiſſionem propriam ante omnia primum, ſi totum decalogum ſpectes, habet; ſi tabulam ſecundam, ſolum etiam promiſſionem habet: primum autem cum promiſſione eſt reſpectu omnium præceptorum etiam decalogum ſubſequentium. Et perquam convenienter. nam præſuppoſita parentum pietate in liberis ad Dei præcepta educandis, honor parentibus per obedientiam præſertim præſtitus, initio ætatis omnium præceptorum obedientiam continet. Hæc obſervatio apoſtolica argumento eſt, legis meditationem in N. T. non eſſe antiquatam.

3 ἔυ σοὶ, *bene tibi*) Attende, juventus.

¶ καὶ ἔσῃ, *& eris*) LXX, utroque, Exodi & Deuteronomii, ubi decalogus recenſetur, loco, καὶ ἵνα μακροχρόνιος γένῃ. ſed Deut. XXII. 7, ἵνα ἔυ σοι γένηται καὶ πολυήμερος ἔσῃ. ex cod. Al. ubi ed. Rom. γένῃ. Rarum futurum Subjunctivi, ἔσῃ. Qui diu bene vivit, diu experitur gratiam Dei, etiam per liberos honorem retribuentes, & longam habet ſementem meſſis æternæ.

¶ μακροχρόνιος, *longaevus*) Tenerior ætas pro captu ſuo allicitur promiſſione longæ vitæ: adultis & maturis expreſſius additur exceptio crucis. Promittuntur autem longa tempora non tantum ſingulis parentes honorantibus, ſed toti eorum genti.

¶ ἐπὶ

¶ ἐπὶ τῆς γῆς, *super terra*) Moſes ad Iſraëlem, ἐπὶ τῆς γῆς ἧς ἀγαθῆς, ἧς Κύριος ὁ θεός σε δίδωσί σοι. Hodie æque bene vivunt pii in omni terra, atque Iſrael olim in illa.

4 καὶ οἱ πατέρες, & *patres*) *Et* præfigitur etiam v. 9, & *domini*: non præfigitur c. V. 25, *viri*. Facilius parentes & heri abutuntur poteſtate ſua, quam mariti. *Parentes* dixit v. 1, nunc *patres* potiſſimum alloquitur. nam hos facilius aufert iracundia. Eadem differentia vocum, eadem admonitio, Col. III. 20. 21.

¶ μὴ παροργίζετε, *nolite irritare*) ne exſtinguatur *amor*.

¶ ἐκτρέφετε, *enutrite*) benigne.

¶ ἐν παιδείᾳ καὶ νουθεσίᾳ, *in eruditione & admonitione*) Harum altera occurrit ruditati; altera oblivioni & levitati. Vtraque & ſermonem & reliquam diſciplinam includit. Sic apud Iuriſconſultos νουθέτημα *admonitioque* dicitur, etiam quæ fit per plagas. Iob. V. 17, מוסר νουθέτημα. 1 Sam. III. 13, οὐκ ἐνουθέτει Eli filios ſuos.

5 οἱ δοῦλοι, *ſervi*) Hîc late dicitur, de ſervis & libertis, tanquam ſpecie ſervis proxima. v. 8 fin.

¶ τοῖς κυρίοις κατὰ σάρκα, *dominis ſecundum carnem*) Non conveniebat, poſt mentionem veri Domini, v. 4, tales ſtatim etiam abſolute vocari dominos. eo magis addit, *ſecundum carnem*.

¶ μετὰ φόβου καὶ τρόμου, *cum timore & tremore*) non ſecus, ac ſi *minae*, quod ad fideles heros attinet, ſublatæ non eſſent. v. 9. Reſpicitur conditio ſervorum veterum.

¶ ἁπλότητι τῆς καρδίας, *ſimplicitate cordis*) Sic LXX pro Hebr. יָשָׁר לֵבָב 1 Chron. XXIX. 17. Hæc declaratur v. ſeqq. ubi *ſimplicitati* maxime opponitur *ſervire ad oculum*. conf. Col. III. 22. Servitus ſubordinatur Chriſtianiſmo, non cum illo committenda.

6 ὡς ἀνθρωπάρεσκοι, *tanquam hominibus placentes*) Antitheton, mox, *tanquam ſervi Chriſti, facientes &c.* Quos dicit *ſervos Chriſti?* Reſp. *facientes voluntatem Dei.* Tales Deo ἀρέσκουσι, placere curant. Idem antitheton Col. III. 22. Sic exprimitur, *timentes Deum.* Parallela enim ſunt, *facientes voluntatem Dei*, ad Eph. &, *timentes Deum*, ad Col.

¶ ἐκ ψυχῆς, *ex animo*) Sic ἐκ ψυχῆς, Col. III. 23. Sic 1 Macc. VIII. 25. 27 parallela ſunt, καρδίᾳ πλήρει, & ἐκ ψυχῆς.

6. 7 ἐκ ψυχῆς μετ' εὐνοίας, *ex animo cum benevolentia*) *Benevolentiam*, præcipuam ſervi virtutem fuiſſe habitam, qua commodis heri ſui faveret, ex œconomico Xenophontis pulcre notat Raphelius. hanc autem habet, qui *non oculis* heri, ſed *ex animo* ſervit. εὔνοιαν, inquit Xenophon de villico, ſervo, δεήσει αὐτὸν ἔχειν, εἰ μέλλοι ἀρκέσειν ANTI ΣΟΥ παρών. *benevolentiam*, quæ in ſervo eſt, ne aſperitas quidem heri exſtinguit; ut in catellis.

¶ τῷ *) κυρίῳ, *Domino*) Chriſti dominium omnes movere debet, & gubernare, etiam in ſervienda ſervitute externa. Dominus cor ſpectat.

8 ὃ ἐάν τι) Tmeſis, pro ὅτι ἐάν, Col. III. 23.

¶ ἀγαθὸν, *bonum*) in Chriſto.

9 τὰ αὐτὰ, *eadem*) ea, quæ ſunt *benevolentiae*, compenſate. *Amor* officia ſervilia & herilia moderatur, ut lux una eademque varios colores. Æqualitas naturæ & fidei potior eſt, quam differentia ſtatuum.

¶ ἀνιέντες τὴν ἀπειλὴν, *remittentes minas*) Depoſita fere a dominis ſævitia erat, ſuſcepta fide; nunc etiam minæ remittendæ, ne oſtentent ſervis poteſtatem ſuam, ad terrendum. עזב LXX, ἀπειλή.

¶ αὐ-

*) *Lectionem* ὡς τῷ, *in* Ed. maj. *minus firmis annumeratam, praefert margo* Ed. 2 & Vers. germ. E. B.

¶ ἀυτῶν καὶ ὑμῶν, *) *illorum & vester*) Non dissimilis locutio, Rom. XVI. 13.

¶ ἐν οὐρανοῖς, *in coelis*) omnipotens. Vt Dominus vos tractavit, ita vos tractate servos: aut, ut vos tractatis servos, ita ille vos tractabit.

10 τὸ λοιπὸν, *ceterum*) Particula sive formula concludendi, & ut ad rem magnam excitandi. 2 Cor. XIII. 11.

¶ ἀδελφοὶ, **) *fratres*) Hoc uno epistolæ loco sic eos alloquitur. Nusquam magis milites *fratrum* invicem titulo utuntur, quam in *acie*.

¶ ἐνδυναμοῦσθε, *confortamini*) Qui robur intra se habent, hi demum ad panopliam gestandam apti sunt.

¶ καὶ) Ἐν διὰ δυοῖν.

¶ κράτει τῆς ἰσχύος, *valore roboris*) Hoc de Christo dicitur, uti c. I. 19 de Patre.

11 πανοπλίαν, *armaturam*) v. 13.

¶ στῆναι, *stare*) Verbum agonisticum & castrense. conf. not. ad Matth. XII. 25. Domini virtus, nostra est.

¶ μεθοδείας, *insidias*) quas & vi & astu instruit. μέθοδος, via rectæ opposita, *circuitus*, quali utuntur, qui insidiantur: 2 Macc. XIII. 18. unde μεθοδεύειν, 2 Sam. XIX. (27) 28, LXX. Esth. κεφ. μθ. de Aman: πολυπλόκοις μεθόδων παραλογισμοῖς. Μεθοδεία in bonam partem adhibuit Chrysostomus, Homil. IV de pœnit. εὐχαριστεῖν ὀφείλομεν τῷ θεῷ τῷ διὰ πολλῶν μεθοδειῶν ἰωμένῳ καὶ σώζοντι τὰς ψυχὰς ἡμῶν. διὰ πολλῶν μεθοδειῶν, per secunda & adversa.

¶ τοῦ διαβόλου, *diaboli*) principis hostium, qui v. 12 ostenduntur. [*Idem, qui v. 16 dicitur* ὁ πονηρός. V. g.]

12 οὐκ ἔστιν, *non est*) Pone homines, qui nos infestant, latent spiritus.

¶ ἡ πάλη) *lucta*.

¶ πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, *ad sanguinem & carnem*) Conf. Matth. XVI. 17 not. דם ובשר *sanguis & caro*, homines imbecilli, k) etiam Romæ, ubi Paulum tenebant.

¶ ἀλλὰ, *sed*) Post mentionem bonorum angelorum valde claram, c. I. 21. III. 10, convenienter etiam de malis spiritibus sic loquitur, ad Ephesios præsertim, coll. Act. XIX. 19. Quo apertius quisque scripturæ liber de œconomia & gloria Christi agit, eo apertius rursum de regno contrario tenebrarum.

¶ πρὸς, *ad*) *Ad*, quater. tribus commatibus notatur potentia hostium; quarto, natura & ingenium. ἀρχαὶ ἐξουσίαι in suo ordine et genere potentes ad nocendum.

¶ κοσμοκράτορας) *munditenentes*, Tertulliani verbo. bene quod non sunt *omnitenentes*. Magna tamen non solum ipsius diaboli, sed etiam eorum, quibus præest, potentia est. Videntur alia esse genera malorum spirituum, quæ magis domi in arce regni tenebrarum manent, *imperia*, *potestates*; aliud, hoc tertium, quod foris mundanas quasi provincias obtinet, *munditenentes*.

¶ τοῦ σκότους, *tenebrarum*) Eo distinguuntur ab angelis lucis. *tenebrae* hæ sunt maxime spirituales, c. V. 8. 11. Luc. XXII. 53, quæ pro synonymo mox habent *malitiam*: quibus tamen etiam tenebræ naturales magis congruunt, quam lux. In tenebris pugna difficilior.

¶ τοῦ αἰῶνος τούτου, *seculi hujus*) *Munditenentes* regit immediate duos genitivos, *tenebrarum* & *seculi*, pro utravis compositi parte

hom. etiam potentissimis, tanquam longe imbecillioribus.

quatenus pro illis maledictionem et hom. peccata accessum habent adeundem.

medium enim dominandi est coeritas et tenebræ h. seculi

*) *Lectio hæc*, *margine* Ed. maj. *nixa, per marginem* Ed. 2 *ad minus firmas ablegatur: hinc* Vers. germ. *usitatum* auch euer Herr *adsciuit*. B. B.

**) *Pronomen* μου, *cujus omissioni utriusque* Ed. margo *fauet, nescio quo casu in* Vers. germ. *irrepsit*. E. B.

k) Quorum tamen alii aliis in bello multum negotii facessunt. *V. g.*

parte. Κόσμος, *mundus*, & αἰὼν, *seculum* ad se mutuo referuntur, ut tempus & locus. Appellatio *munditenentes* est ratio sub qua hæc malignitas exercetur. Sunt tenebrici principes mundi in præsenti seculo. Connexio inter κόσμον, *mundum* & αἰῶνα, *seculum* non est grammatica sed logica. κόσμος, *mundus*, in sua extensione: αἰὼν, *seculum*, præsens mundus in sua indole, cursu & sensu. Non possum dicere κόσμος τοῦ αἰῶνος· ut e contrario dicere possum αἰὼν τοῦ κόσμου.

¶ τὰ πνευματικὰ, *spiritualia*) Antitheton, *sanguinem & carnem.* *) Hæc *spiritualia* opponuntur *spiritualibus gratiae;* 1 Cor. XII. 1, adversanturque fidei, spei, amori, donis, vel per vim contrariam, vel per falsam imitationem. Porro ut ibidem c. XIV. 12 *spiritus* dicuntur pro *spiritualia*, sic h. l. *spiritualia* pro *spiritus*. aptissime. Nam hi *spiritus* tanta subtilitate ac pernicitate incurrunt, ut anima fere non putet, illas substantias subesse alienas, sed ex se ipsa intus exstitisse quidpiam, quod spiritualiter eam tentet. atque etiam πνευματικὸν, *spirituale*, in singulari accipi potest pro quodam copiarum genere: quo pacto dicitur τὸ ἱππικὸν, *equitatus*, Ap. IX. 16, & alibi τὸ στρατιωτικὸν, *exercitus;* ut hic dicantur τὰ πνευματικὰ sc. τάγματα, ut apud Zosimum l. 3, τὰ ἀπεζικὰ τάγματα, ξενικὸν, milites *externi*, Aristot. 3 pol. 10. p. 210.

¶ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, *in supracoelestibus*) Etiam hostes, sed captivi (c. IV. 8 not.) in regia esse, eamque ornare possunt. **)

13 ἀναλάβετε, *assumite*) v. 16. נְשָׂא Deut. I. 41 LXX, ἀναλαβόντες.

¶ τὴν πανοπλίαν, *armaturam*) Grande verbum. Paulus *militi Christiano* (inquit Vict. Strigelius in argumento hujus capitis,) *attribuit tegumenta, munimenta & tela. tegumenta tria sunt, thorax, cingulum & calcei. munimenta sive* Φυλακτήρια *duo, clypeus & galea. tela sive* ἀμυντήρια *totidem sunt, gladius & hasta.* Spectavit, ut opinor, ordinem induendi, & ab iis, quæ virum etiam extra aciem ornant, (ut *thorax* e qualicunque materia) ad ea, quæ militi propria sunt, Paulum progredi censuit. &

*) *Itaque prorsus absonum est, de* hominibus potentioribus *h. l. cogitare, ut pluribus ostendi in meiner* Beleuchtung &c. § 31. p. 143 *sqq. Perpendantur Rom. VIII. 38. 1 Cor. XV. 24. Eph. I. 21. Col. I. 16. II. 15. 1 Petr. III. 22., & conferantur v. gr. cum Iob. XII. 31. XIV. 30. XVI. 11. Conf.* Anonymi *Schreiben an Hn. D.* Teller, *p. 31.* E.B.

**) *Immo vero,* de cœlestibus bonis dimicandum esse *cum hostibus spiritualibus, i. e.* cum peruersis animi qualitatibus, *Apostolus h. l. docet; si recentiorum aliquos audias, quos cum approbatione recenset S. R. D.* Ernesti, *Bibl. theol. T. IV. p. 574 s. & T. VIII. p. 757. Nam* τοῖς ἐπουρανίοις *eundem*, ajunt, *significatum hoc versu, quem c. I. 3, tribui fas est. — Atqui, in* Gnomone *ad c. I. 3 ostenditur, ex hujus epistolæ tenore (c. I. 20. II. 6. III. 10. VI. 12.)* τὰ ἐπουράνια *non* res *tantum spirituales, sed* sedem gloriosam cœlitum *indigitare. Qua de re non possum quin S. R. D.* Crusii *verba,* Hypomnn. P. I. p. 153 *obuia, illustrationis ergo apponam:* DEVS, *inquit,* regnum suum non absoluta potentia, sed, ut decet judicem justum & voluntariam pietatem poscentem, ordine administrat, quamquam ordo Dei sæpe in temerariam hominum reprehensionem incurrat, qui non cupiunt, quæ diuina sunt, sed quæ humana, suisque rebus & sensibus intenti, de rebus cœlestibus inepte sed audacter judicare solent. Paulus diserte dicit, Christianis tum non modo τὰ σαρκικὰ τῆς πονηρίας *humana consilia mala,* sed etiam τὰ πνευματικὰ *spiritualia malitiæ consilia,* ἐν τοῖς ἐπουρανίοις *in regionibus supracœlestibus agitata,* cauenda esse Eph. VI. 11. 12. & Petrus itidem summum periculum *a diabolo circumeunte* cauendum inculcat, 1 Petr. V. 7. *Accusationis in cœlo factæ usque ad dejectionem,* quæ post tempus sat longum decernebatur, expresse etiam mentio fit a cœlitibus Apoc. XII. 10. 11. — E.B.

& quidem τὸ *super omnibus* inter *tegumenta & munimenta* interponitur. Addit, *hasta, precatio.* Quanquam precatio a Paulo potius eo refertur, ut tota armatura rite utamur.

¶ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ πονηρᾷ, *in die malo*) Ps. XLI. 2 LXX, ἐν ἡμέρᾳ πονηρᾷ. Bellum est perpetuum; pugna alio die minus, alio magis fervet. *dies malus*, vel ingruente morte, vel in vita; longior, brevior, in se ipso sæpe varius. [*Vbi* Malus *vos inuadit, v. 16: &* copiæ malignæ *vos infestant, v. 12.* V. g.] Tum standum, non demum comparandum.

¶ ἅπαντα κατεργασάμενοι) *omnibus* rebus *probe comparatis* ad pugnam. Ita, κατεργάζεσθαι, 2 Cor. V. 5. Ex. XV. 17. XXXV. 33. XXXVIII. 24. Deut. XXVIII. 39. Congruit anadiplosis: *stare, state.*

1) 14 περιζωσάμενοι, *cincti*) ut sitis expediti. conf. Luc. XII. 35. Ex. XII. 11. Es. V. 27.

¶ τὴν ὀσφὺν ὑμῶν ἐν ἀληθείᾳ, *lumbos vestros in veritate*) exemplo Messiæ, Es. XI. 5.

¶ ἐνδυσάμενοι τὸν θώρακα τῆς δικαιοσύνης - καὶ τὴν περικεφαλαίαν τὸ σωτηρίου) Es. LIX. 17, καὶ ἐνεδύσατο δικαιοσύνην ὡς θώρακα, καὶ περιέθετο περικεφαλαίαν σωτηρίου ἐπὶ τῆς κεφαλῆς.

¶ τὸν θώρακα, *thoracem*) In pectore sedes est conscientiæ, quæ munitur justitia.

¶ τῆς δικαιοσύνης, *justitiae*) Es. XI v. cit. Nam sæpe junguntur *veritas* & *justitia.* c. V. 9. Hostis per omnia ipsi contraria vincendus.

15 τὰς πόδας, *pedes*) *Pedum* sæpe conjuncta mentio cum *evangelio* & cum *pace.* Rom. X. 15. III. 15 seqq. Luc. I. 79.

¶ ἐν ἑτοιμασίᾳ) ἑτοιμασία sæpe Hebræo מכין respondet. v. gr. Ezr. II. 68. III. 3. Ps. X. 17. LXXXIX. 15. Pedes militis christiani *firmantur* evangelio, ne loco moveatur aut cedat. [*1 Petr. V. 9.* V. g.]

16 ἐπὶ πᾶσιν) *super omnibus*, quæcunque induistis.

¶ τὰ πεπυρωμένα) proprie, *ignita.* Congruit, *exstinguere.*

17 τὸ σωτηρίου, *salutaris*) i. e. Christi. Act. XXVIII. 28 not. Concinne subsequitur mentio Spiritus, adeoque, coll. v. 13, habetur mentio S. Trinitatis. *Salute* erigitur caput, & munitur. 1 Thess. V. 8. Ps. III. 3. 4.

¶ δέξασθε, *accipite*) *oblatam* a Domino.

¶ ῥῆμα θεοῦ, *verbum Dei*) Matth. IV. 4. 7. 10.

18 διὰ, *per*) Quotiescunque oratis, orate in Spiritu, quippe qui nullo tempore excluditur.

19 δοθῇ, *detur*) Non nitebatur Paulus habitu suo.

¶ ἀνοίξει τὸ στόματος) פתחון פה

¶ ἐν παῤῥησίᾳ γνωρίσαι, *cum fiducia notum facere*) Ideo parrhesia opus, quia est mysterium.

20 πρεσβεύω ἐν ἁλύσει, *legatione fungor in catena*) Paradoxon. Mundus habet legatos splendidos. Hinc pendet mox ἵνα *ut.*

¶ ἐν αὐτῷ, *in illo*) in mysterio.

¶ ὡς, *uti*) Constr. cum *notum facere.*

21 καὶ ὑμεῖς) *vos quoque*, perinde ut alii.

¶ πάντα, *omnia*) Relatio salutaris.

¶ πιστὸς, *fidelis*) qui vobis vera nunciabit.

22 πρὸς ὑμᾶς, *ad vos*) longe.

¶ παρακαλέσῃ, *confirmaret*) ne offenderetis in meis vinculis.

23 εἰρήνη, *pax*) pax cum Deo, *amor*que Dei erga nos. Hoc verbo *pax* continetur anakephalæosis. conf. Iud. v. 2.

¶ μετα

1) ζῆναι, *stare*] pugnandi causa, v. 14. *V. g.*

m) ¶ *μετὰ πίστεως, cum fide*) Hæc præsupponitur, ut donum Dei.

24 *πάντων, omnibus*) ex Iudæis & gentibus, in omni Asia &c.

n) ¶ *ἐν ἀφθαρσίᾳ, in incorruptibilitate*) Constr. cum *gratia*, scil. *esto*. conf. c. III. 13 *μὴ ἐκκακεῖν, non segnescere*, quod *incorruptibilitatis* est. Adde 2 Tim. I. 10. Oppositum, c. IV. 22. *ἀφθαρσία* dicit sanitatem labis expertem, & inde fluentem perpetuitatem. Congruit cum tota summa epistolæ: & inde redundat etiam *ἀφθαρσια* in amorem fidelium erga Iesum Christum.

IN EPISTOLAM AD PHILIPPENSES.

CAPVT I.

1 Δοῦλοι, *servi*) Familiarius scribit ad Philippenses, quam ad eos, ubi se *apostolum* nominat. Sub hoc prædicato communi discipulum Timotheum mediate vocatum sibi humanissime adjungit, qui recens Paulo adjunctus Philippos venerat. Act. XVI. 3. 12.

¶ *σὺν, cum*) Ecclesia potior est, quam episcopi. Et ad ecclesiam magis directe, quam ad antistites scriptura mittitur apostolica. *) Hebr. XIII. 24. Eph. III. 4. Col. III. 18 ss. IV. 17. Ap. I. 4. 11. 1 Thess. V. 12.

¶ *ἐπισκόποις καὶ διακόνοις, episcopis & diaconis*) Illi tum interna, hi externa curabant proprie: 1 Tim. III. 2. 8. nec tamen hi non interna, neque illi non externa. Interdum Paulus in inscriptionibus *ecclesias* appellat: interdum periphrasi utitur, quæ vel majus quiddam sonat, ut notavimus ad 1 Cor. I. 2, vel ideo v. gr. ad Romanos adhibetur, quia minus adhuc erant in

m) *τοῖς ἀδελφοῖς, fratribus*] In Conclusione hac non ait *vobis*, ut v. 21. Encyclica videlicet epistola fuit, *V. g.*

n) *τῶν ἀγαπώντων, amantibus*] Vide, quanti momenti sit amor iste. 1 Cor. XVI. 22. *V. g.*

*) *Aperte huic observationi contradicit cel. D.* Semleri *declaratio, ab ipso cel. D.* Ernesti *identidem improbata, quâ in* Præf. *Paraphr. in I ad Cor.*, Fateor, *inquit*, me & hic sequutum esse eam sententiam, Paulum scripsisse ad societatis ministros, atque cum iis præcipue agere, qui muneris socii minores, atque fratrum loco essent. Nec enim ejus me pudet esse sententiæ. *Immo vero* pudere debebat, *si quid intelligo, talis sententia, quæ ut manifesto stili apostolici tenori* (*vide* allegata) *præfracte reclamat, sic nocentissimæ Laicorum ab usu Scripturarum prohibitioni haut obscure patrocinatur. Sane permultis locis non* sacris nugis *&* rerum piarum quadam imagine *liberandis, sed omni omnino virtute atque efficacia, orbi christiano diuinitus destinatâ, exuendis inseruit precaria ista & nunquam demonstranda hypothesis. Conf. 1 Thess. V. 27 not.* E. B.

in formam *ecclesiæ* redacti. Hæc una ad Philippenses epistola ita inscribitur, ut cum emphatica paraphrasi conjungatur mentio *episcoporum & diaconorum.* *)

3 εὐχαριστῶ, *gratias ago*) Hoc loco damus Epistolæ conspectum. Est in ea

I Inscriptio. *c. I. 1. 2.*
II. Gratiarum actio & preces pro læto Philippensium flore. *v. 3 f. 9 f.*
III. Refert Paulus statum suum præsentem, & spem bonam in posterum: *v. 12 f. 18 f.*
Vnde Philippenses
hortatur, ut 1. quum in vita sit mansurus, evangelio digne ambulent, *v. 25 - II. 16*
2. etiamsi occidatur, secum gaudeant: *17 f.*
seque per Timotheum proxime certiores eos facturum ait, v. 19 f. & interim Epaphroditum mittere. *v. 25 f.*
IV. Hortatur ad gaudium: c. III. 1 monens, ut caveant falsos justitiarios, & imitentur veros; v. 2 f. & commendans concordiam. c. IV. 1-3, itemque hortatur ad gaudium, cum lenitate & tranquillitate animi: v. 4-7 & ad omnia præclara. *v. 8. 9*
V. Amplectitur Philippensium liberalitatem. *v. 10 - 20*
VI. Conclusio. *v. 21 - 23.*

¶ ἐπὶ, *super*) *Mentio*, recordatio, est occasio gratiarum actionis.

¶ πάσῃ, *omni*) Latum erat cor Pauli. conf. v. seq. ter.

4 ὑπὲρ, *pro*) Constr. cum *precatione.*

¶ μετὰ χαρᾶς, *cum gaudio*) Summa epistolæ: *Gaudeo, gaudete.* Commode epistolam ad Ephesios, ubi *amor* regnat, sequitur hæc de *gaudio.* nam perpetua *gaudii* mentio, v. 18 &c it. cap. II. 2. 19. 28. III. 1. IV. 1. 4. Fructus spiritus *amor, gaudium. Preces* inprimis gaudium animat.

¶ τὴν δέησιν, *precationem*) de qua modo.

5 ἐπὶ, *super*) Constr. cum *gratias ago.*

¶ κοινωνίᾳ, *communione*) quæ vobis obtigit divinitus **), & a vobis exercetur liberalitate sancta. c. IV. 10. 15 f. coll. 2 Cor. IX. 13.

¶ ἀπὸ, *a*) Constr. cum *gratias ago.*

¶ ἡμέρας, *die*) cum facti estis *participes* evangelii.

6 πεποιθὼς, *confisus*) Hæc fiducia nervus est gratiarum actionis.

¶ ὁ ἐναρξάμενος ἐν ὑμῖν, *qui incepit in vobis*) Bis *in*, cum emphasi.

¶ ἔργον ἀγαθὸν, *opus bonum*) Vnum est opus

*) Syriacæ N T. Versionis *venerabilem antiquitatem ex eo etiam cel.* Michaëlis *(in der* Einleitung &c. *T. I. p. m. 165 sq.) confirmat, quod* seniorum *h. l. nomen pro* episcoporum *exhibeat, adeoque eo tempore, quo realis differentia* episcoporum *ac* presbyterorum *nondum agnita sit, adornata fuerit.* E. B.

**) *Si alterutra duntaxat, eaque posterior,* communionis *hujus pars, quæ* liberalitate exercenda *absoluitur, intelligenda fuerit (quod aliquibus videtur): vix capio, qui v. 6 fin. satis opportuna sint verba:* ἄχρις ἡμέρας ἰησοῦ χριστοῦ. E. B.

opus Dei magnum & perpetuum ad salutem nostram. c. II. 13.

¶ ἐπιτελέσει, *perficiet*) Initium est pignus consummationis. Ne homo quidem temere aliquid incipit.

¶ ἄχρις, *usque*) *Diem Christi* potius, quam suam mortem sibi pro meta proponebant credentes.

¶ ἡμέρας, *diem*) v. 10.

7 καθὼς, *sicut*) Declarat, cur de Philippensibus tam benigne loquatur.

¶ δίκαιον, *justum*) Iustas invenio causas penes me, ex necessitudine fidei, non leves. Iure & teneor & postulo.

¶ Φρονεῖν) *agitare animo.*

¶ διὰ, *propterea quod*) Nexus est hic: Ego vos tanquam consortes gratiæ in corde meo habeo (2 Cor. VII. 3) atque desidero, neque id affectu naturali, sed pietate Iesu Christi. inde persentisco, eodem erga vos affectu esse ipsum potius Dominum, qui rem a principiis ad suos exitus est deducturus.

¶ δεσμοῖς, ἀπολογίᾳ, *vinculis, apologia*) ἓν διὰ δυοῖν. Vincula non constringunt amorem meum.

¶ ἀπολογίᾳ, *apologia*) Romani criminabantur evangelium.

¶ βεβαιώσει, *confirmatione*) Hæc amplius quiddam est, quam *apologia.*

¶ τῷ εὐαγγελίῳ, *evangelii*) quo *gratia* nunciatur.

¶ συγκοινωνοὺς-ὑμᾶς ὄντας) ὑμᾶς jam modo dixit. itaque hîc est accusativus pro genitivo, uti Act. VII. 21 not.

8 ἐν σπλάγχνοις ἰησοῦ χριστοῦ, *in visceribus Iesu Christi*) In Paulo non Paulus vivit, sed Iesus Christus; quare Paulus non in Pauli, sed Iesu Christi movetur visceribus.

9 καὶ τοῦτο, *& hoc*) Inde a v. 3 declaravit, se orare pro illis; nunc, *quid* pro illis oret, ostendit.

¶ ἡ ἀγάπη, *amor*) Amor facit dociles & prudentes. 2 Petr. I. 7. 8. Nata hinc formula in concionibus ecclesiasticis pridem usitata, nobisque vernacula, *Caritas vestra*, latiore sensu. Matth. 24, 12. n.

¶ ὑμῶν, *vester*) Correlatum amoris Pauli. v. 7. 8. Allusio prævia ad amorem, quem ei præstiterant. c. IV. 10. 18.

¶ ἔτι μᾶλλον, *etiam magis*) Ignis in apostolo nunquam dicit: Sufficit.

¶ ἐν ἐπιγνώσει καὶ πάσῃ αἰσθήσει, *in cognitione & omni sensu*) *Cognitio* est species nobilissima, ut visus in corpore: αἴσθησις, *sensus*, est genus. nam etiam spiritualis datur visus, auditus, olfactus, gustus, tactus: i. e. sensus investigativi & fruitivi, ut appellantur. Sic *sensûs* pars est *gaudium*, in hac epistola frequenter memoratum. Generis indicium, *& omnis.* 2 Cor. VIII. 7 not. In philosophia peripatetici tantum ad *cognitionem* referebant omnia [*quod modernorum quoque Philosophorum, ubi in* spiritualia *incidunt, principale vitium est*, V. g.]; Platonici etiam ad αἴσθησιν reliquam, v. gr. apud Iamblichum. In Christianismo habenda utriusque ratio: utraque obtingit in cruce, & aptos reddit πρὸς τὸ δοκιμάζειν, *ad probandum.* Hîc, post amorem expresse nominatum, *fidem* describit, & v. seq. *spem.* Paulus ubique Christianismum ut vegetum quiddam describit. quare doctrina Mysticorum de Privatione sic est accipienda, ut alacritati illi ne quid obsit. ἐπιγνῶσις est cognitio cum consensu voluntatis et affectu conjuncta — γνῶσις quae cum ... 10 δοκιμάζειν) *explorare* & amplecti. Rom. XII. 2. Utrumq. vox pregnans.

¶ τὰ διαφέροντα, *præstabilia*) non modo præ malis bona, sed in bonis optima, quorum præstantiam non nisi provectiores cernunt. Sane in rebus externis eligimus accurate: cur minus in spiritualibus? Theologia comparativa, magni est. [*a qua longissime absunt, qui, quousque libertatem citra peccatum extendere liceat, quærere non desinunt.* V. g.]

¶ εἰλικρινεῖς, *sinceri*) ex *cognitione.* pun.

¶ ἀπρό-

¶ ἀπρόσκοποι, *inoffensi*) ex *sensu* omni.

11 πεπληρωμένοι καρπὸν δικαιοσύνης κτλ. *repleti fructu justitiæ &c.*) Eadem constructio, Col. I. 9, ἵνα πληρωθῆτε τὴν ἐπίγνωσιν: & *fructus justitiæ* singulari numero dici solet, Hebr. XII. 11. Iac. III. 18, nec non Rom. VI. 22: perinde ut alibi Paulus *fructum spiritus, lucis, labiorum* dicit. Communior lectio, πεπληρωμένοι καρπῶν κτλ.

12 γινώσκειν, *nosse*) Contrariis rumoribus præoccupari potuissent ecclesiæ.

¶ μᾶλλον, *potius*) tantum abest, ut vincula mea obfuerint.

¶ εἰς, *in*) Omnia adversa dextre accipit fides. v. 19. 28. II. 27.

¶ ἐλήλυθεν, *venerunt*) facile.

13 Τοὺς δεσμοὺς, *vincula*) Paulus cum aliis captivis traditus, par eis visus erat: deinde innotuit, aliam esse Pauli causam, & sic invaluit evangelium.

¶ φανεροὺς, *manifesta*) Col. IV. 4.

¶ πραιτωρίῳ, *prætorio*) aula Cæsaris. conf. c. IV. 22.

¶ καὶ) &, inde.

¶ τοῖς λοιποῖς, *ceteris*) externis. 2 Tim. IV. 17. Sic, *ceteri*, 1 Thess. IV. 13.

14 τῶν ἀδελφῶν, *fratrum*) qui antea timuerant.

¶ ἐν κυρίῳ, *in Domino*) Constr. cum *audeant*.

¶ Τοῖς δεσμοῖς μου, *vinculis meis*) Videbant Paulum in confessione & constantem & salvum.

¶ ἀφόβως) *nemine* eos *terrente*. Sæpe conantes timor fugit.

o) 15 τινὲς μὲν, τινὲς δὲ, *aliqui quidem, aliqui vero*) Sejugatio. nam proponuntur duo membra, quæ deinde uberius tractantur.

¶ δι' εὐδοκίαν) *propter voluntatem propensam*. εὐδοκία sæpe Hebræo רצון respondet.

16 *) ἐξ ἐριθείας, *ex contentione*) Constr. cum *annunciant*.

¶ οὐχ ἁγνῶς, *non pure*) non pura intentione: vel, non sine fermento Iudaico. conf. Gal. VI. 12 s. Dicebant & referebant, quid Paulus doceret: ipsi id vel non credebant, vel se id credere non fatebantur. Rumor, fama, præconium generale, utile est ad excitandos multos, neque magnam ἱκανότητα annunciantium requirit, quæ necessaria est & puritatem *mentis doctrinæque* postulat in applicatione propiore, v. gr. apud Galatas. conf. Gal. I. 7 ss.

¶ οἰόμενοι, *putantes*) Putabant, gentes, conspecto incremento evangelii, concitatum iri in Paulum potissimum. sed nec res succedebat adversariis, nec Paulus id pro *pressura* habuit. ideo dicit, *putantes*.

¶ θλίψιν, *pressuram*) vel cum mortis periculo.

¶ ἐπιφέρειν, *inferre*) Vincula jam *pressura* erat: afflicto afflictionem addebant.

17 ἐξ ἀγάπης, *ex amore*) erga Christum & me.

¶ εἰδότες, *scientes*) Antitheton, *putantes*.

¶ εἰς ἀπολογίαν, *in apologiam*) non meo nomine.

¶ κεῖμαι, *jaceo*) uno loco. Iacens, currens, profecit Paulus. 2 Tim. II. 9. Romæ commorabatur, ut legatus alicubi longioris negotii causa.

18 τί γάρ; *quid enim?*) *Quid refert?* id est, utrinque juvor. v. 12.

¶ πλὴν, *tamen*) nihilo secius.

¶ προφάσει) *per prætextum*. Tales, inquit,

o) τὸν λόγον, *verbum*] quod ego, *inquit*, prædico. *V. g.*

*) *Commati huic 16 versum 17 anteponit* Vers. germ., *marginem* Ed. 2 *potius, quam* Ed. maj. *secuta*. E. B.

inquit, nomen Christi prætexunt: revera mihi invidiam parant.

¶ ἀληθείᾳ, *vere*) ex animo, serio.

19 γὰρ, *enim*) Ætiologia, cur *gavisurus sit.*

¶ Τοῦτό μοι ἀποβήσεται εἰς σωτηρίαν, *hoc mihi evadet in salutem*) Sic plane LXX, Iob XIII. 16, quibus in uno illo libro frequens est verbum ἀποβαίνω· eodemque loco, Iob. XIII. 15. 16 de *sinceritate* mentis, quæ Paulo est *puritas*, v. 16, agitur.

¶ εἰς σωτηρίαν, *in salutem*) non modo non *in pressuram*. v. 16.

¶ δεήσεως, *precationem*) in cœlum ascendentem.

¶ ἐπιχορηγίας, *exhibitionem*) de cœlo venientem. ἐπὶ relationem indicat.

20 ἐν οὐδενὶ αἰσχυνθήσομαι, ἀλλ' ἐν πάσῃ παῤῥησίᾳ μεγαλυνθήσεται χριστὸς, *in nulla re pudefiam, sed in omni parrhesia magnificabitur Christus*) Ignominiam a sese removet; sibi parrhesiam, Christo ipsi gloriam tribuit.

¶ σώματι, *corpore*) in vinculis.

¶ εἴτε διὰ ζωῆς, εἴτε διὰ θανάτου, *sive per vitam sive per mortem*) Sejugatio sequitur v. 21 s. Vt cadet, inquit, bene erit. Non possum damnum facere. Paulus ipse nesciebat, quo evasurum esset; neque enim apostoli erant omniscii, sed potius in rebus ad sese pertinentibus, per fidem & patientiam exercebantur.

21 ἐμοὶ) *Mihi*, initio periochæ, valet, *quod ad me attinet*. nam versu præc. de Christi rationibus egit. *)

¶ Τὸ ζῆν, χριστὸς, *vivere, Christus*) Articulus, nota subjecti, ut mox iterum. Quicquid vivo, (vita naturali,) Christum vivo. [*Christi caussam, dum vitam in mundo ago, meam esse censeo.* V. g.] *cf. n. Hebr. c. 6, 1.*

¶ Τὸ ἀποθανεῖν κέρδος, *mori lucrum*) quamvis moriens videar omnium rerum *jacturam* facere.

22 εἰ δὲ, *sin autem*) Hîc prius membrum tractare incipit: alterum, c. II. 17, *sed si & libor*. Ponit autem δὲ, *autem*, quia ex disjunctione versu præc. posita nunc unum assumit: quo assumto, mox, quasi pœnitentia ductus, dubitationem instituit, sic tamen, ut id tantisper assumere non refugiat.

¶ Τὸ

*) *Hanc ipsam observationem, quam planissime textus porrigit, non videtur attendisse S. R. D.* Ernesti, *quum in* Bibl. th. *T. III. p. 633 sqq. eam antithesin inter utrumque membrum versûs 21 demum constituit, quæ, si* Gnomonis *nota præualuerit, versum 20 & 21 sejungit. Nimirum, ex sententia* Ernesti *hic est Apostoli sensus:* Wenn ich leben bleibe, so predige ich Christum (und so ist der Vortheil Christi und seiner Kirche), und wenn ich sterbe, so habe ich den Vortheil, der v. 23 angezeiget wird. *Ex antithetorum natura* Christum *h. l. significare posse* Christi lucrum (*i. e.* præconium euangelii, *a Paulo superstite continuandum*), *pluribus verbis demonstratum it Vir celeberrimus. Quod utut facile concesserit, qui philologiam gustauit: vix tamen existimem reliquam sermonis Paulini structuram ex voto huic exegesi respondere. Nam 1*) et vitam et mortem *suam in* Christi *lucrum cessuram esse, declarauerat jam apostolus v. 20: adeoque ipse sibi quasi contradiceret, si mox v. 21 vitam* Christo; *mortem* sibi *proficuam judicaret: 2*) *Vocula* ἐμοὶ, *non tantum emphatice præposita v. 21, sed in altero ejusdem versûs membro plane omissa, satis clare innuit, non posse h. l. antithesin istam statui, quâ posterius membrum* Pauli, *& prius* Christi *commodum exprimitur: 3*) *Non omni lucro vel* Paulum *destituit, si superuixerit, vel* Christum et ecclesiam, *si mortuus fuerit Paulus, videre est v. 22, et c. II. 17. 18. Ergo v. 21 non consentaneum videtur*, Christi & Pauli lucrum *sibi inuicem* opponi: *sed Apostolus*, Christi *caussam ex utroque latere v. 20 juuari posse ratus, in sequentibus, quid e sua potissimum re sit, argumentis utrinque ponderatis rimari voluisse videtur. — Quicquid sit*, homileticum *certe* tenorem (*Bibl. T. X. p. 129 sq.*) *neque h. l. neque alibi coeco impetu sequutus est Bengelius.* E. B.

¶ τὸ ζῆν) scil. ἐστί μοι. si *vivere est*: si vivendum est.

¶ ἐν σαρκὶ, *in carne*) Limitat. nam etiam morientes vivunt.

¶ καρπὸς ἔργου, *fructus operis*) Hunc *fructum* inde habeo, ut plus *operis* facere possim. *opus* nobile, c. II. 30: *fructus* optabilis, Rom. I. 13. Alius ex opere fructum quærit. Paulus ipsum opus pro fructu habet. Hoc, vivere, est mihi fructus operis. καρπὸς ἔργου dicitur, ut flumen Rheni, virtus liberalitatis. pretium operæ est immediatum consequens. Cicero: *Ego mihi fructum amicitiæ propono ipsam amicitiam, qua nihil est uberius.*

¶ αἱρήσομαι, *eligam*) Conditionem supponit: si sibi obtingat potestas eligendi. Hæc ratio Futuri. [*Egregia sane Christiani sors est. Rerum nonnisi* bonarum *optio fieri potest ut hæsitatione animum distineat. Frustrari unquam nequit.* V. g.]

¶ οὐ γνωρίζω) *non explico*, scil. *mihi*: i. e. non definio.

23 συνέχομαι, *distineor*) Hanc *hæsitationem* convenienter exprimit, quum huic deliberationi immoratur.

¶ δὲ, *vero*) Declarat causam dubitationis suæ.

¶ ἔχων, *habens*) Participium, moratum, pro Indicativo.

¶ εἰς τὸ ἀναλῦσαι) *decedere*, ex vinculis, carne & mundo. Non opus est, metaphoram quærere. *) Late patet hujus verbi usus, Luc. XII. 36. 2 Tim. IV. 6.

¶ σὺν χριστῷ, *cum Christo*) ibi, quo Christus præivit. Paulus ut rem certam præsupponit, se post martyrium statim fore cum Christo, melioremque multo habiturum esse conditionem, quam in carne. [*Qua spe lactari quam dulce est!* Christum, *Lector*, *diligis? Cogita igitur, quæ futura sit, post mensium aliquot vel dierum intercapedinem, animi tui affectio, si* cum Christo *fueris? Id si certum tibi esset, quid faciendum putares? Hoc ipsum videlicet jamnunc fac facias.* V. g.]

¶ πολλῷ μᾶλλον κρεῖσσον, *multo magis melius*) Ad *esse*, non ad *decedere*, refertur hoc incisum, sive pro prædicato sumas, sive potius id subaudito ὄν absolute accipias, hoc sensu, *quum id sit multo magis melius.* Est enim comparativus cumulatus, coll. 2 Cor. VII. 13 not. *Decedere* est melius, quam manere in carne: *cum Christo esse, multo magis melius.* Vulgatus solus, quod sciam: *multo magis melius.* recte. *Decedere*, sanctis nunquam non optabile fuit: sed *cum Christo esse*, ex novo testamento est. conf. Hebr. XII. 24.

24 ἐπιμένειν) *amplius manere.*

¶ ἀναγκαιότερον, *magis necessarium*) magis ad me pertinet, inquit, etiam ad sensum amoris mei: magis, quam ipse aditus beatitudinis modo memoratæ. Philippenses potuissent dicere: *necessarius est nobis hic vir.* Egoismus in pausa est apud Paulum: ideo agnoscit illud quidem: coll. c. II. 25: addit tamen etiam hoc: *Antiquius mihi est vobis inservire, quam coelo frui citius. Coelum mihi non deerit.*

25 καὶ τοῦτο, *& hoc*) Dum hæc scriberet, in animo dictamen propheticum exstitit de mansione.

πεποιθὼς οἶδα, *confisus novi*) Norat per *fiduciam* spiritualem; nondum norat ex relatione hominum, v. 17. c. II. 23.

¶ μενῶ, *mansurum me*) in vita.

¶ συμπαραμενῶ, *una mansurum*) sat diu manebo vobiscum. Ps. LXXII. 5. LXX, συμπαραμενεῖ τῷ ἡλίῳ. Non dubium est, quin Paulus ex priore captivitate in illa climata redierit. Phil. v. 22. Hebr. XIII. 19.

26 τὸ καύχημα ὑμῶν, *gloriatio vestra*) de me vobis restituto, orantibus id ipsum. Corre-

*) *Vide, Lector! etiam h. l.* falsam emphasin *præcidit Gnomon.* E. B.

Correlatum, *in gloriationem mihi.* c. II. 16. *Gloria* est *gaudium* ex honesto: *gloriatio* est significatio gaudii, affectus gaudio pleni: ex honesto, vel vero vel falso: unde *gloriatio* etiam vel vera vel falsa est. conf. Es. LVII. 12, ubi *justitia* dicitur justitia falso sic dicta.

27 μόνον, *tantum*) Hoc unum curate: nil aliud. [--- *qu cquid fiat de aduentu meo. Hoc illoue euentu supposito tales denique fore se, quales fas est, non pauci sibi persuadent: atqui præstat, præsenti semper officio, citra ambages, fungi.* V. g.]

¶ τοῦ εὐαγγελίου, *evangelio*) cujus propagandi causa me manere juvat. [*Homine* christiano, *qui* euangelicus *dici gestit, quæ digna sint; hoc ipso loco aperte docetur. Memoratur fides, v. 27: spes, v. 28: amor, c. II. 2.* V. g.]

¶ ἰδὼν-ἀκούσω, *videns-audiam*) Conf. v. 30.

¶ ἀκούσω) *audiam*, & cognoscam. nam refertur etiam ad τὸ *veniens & videns vos.*

¶ ἐν ἑνὶ πνεύματι, *in uno spiritu*) *uno*, inter vos.

¶ μιᾷ ψυχῇ, *una anima*) Est interdum inter sanctos naturalis aliqua antipathia: hæc vincitur, ubi unitas est non solum spiritus, sed etiam animæ.

¶ συναθλοῦντες) *una* mecum *luctantes.* Luctabatur Paulus, v. 30.

28 μὴ πτυρόμενοι, *non pavefacti*) subito magnoque terrore. Nam πτύρω proprie de equis dicitur.

¶ ἥτις, *quæ*) τὸ *obniti.* *)

¶ αὐτοῖς) *ipsis.*

¶ ἔνδειξις, *demonstratio*) 2 Thess. I. 5.

29 ὅτι, *quod*) Vis declarandi cadit super verbum ἐχαρίσθη, *ex gratia dedit* Deus. Gratiæ munus, *signum salutis* est.

¶ τὸ ὑπὲρ) Id, post interveniens incisum, repetitur, τὸ ὑπὲρ αὐτοῦ πάσχειν.

¶ πιστεύειν· πάσχειν· *credere: pati*) v. 27 fin.

30 ἔχοντες, *habentes*) Constr. cum *statis non pavefacti.*

¶ εἴδετε, *vidistis*) Act. XVI. 12. 19 s.

¶ ἐν ἐμοὶ, *in me*) *non pavefacto.*

CAP. II.

1 Εἴ τις) Si hoc quater legendum videtur, ita resolvas: *si quod ergo* (gaudium est) *exhortatio in Christo, si quod* (gaudium) *consolatio amoris, si quod* (gaudium) *communio Spiritus, si quod* (gaudium) *viscera & miserationes, implete meum gaudium:* ut quater cum subjecto expresso subauditum jungatur prædicatum. Vide de tali ellipsi Marc. XV. 8 not. Certe gaudium Paulo erat præsentissimum: & cum communi lectione **), εἴ τις-εἴ τινα, *si qua-si qua*, tamen implicite notatur gaudium, per concordiam &c. implendum.

¶ οὖν,

*) *Faciliorem h. l. constructionem esse judicat cel. D.* Ernesti, *si pronomen* ἥτις (parenthesi *a verbis* καὶ μὴ *ad* ἀντικειμένων *constitutâ*) *referatur ad* τῇ πίστει *v.* 27. (Bibl. th. *T. V. p. 11.*) Neglectâ istâ *parenthesi factum esse subjicit, ut* Polus & Welfius (*quibus accedit cel.* Bruckerus) *voculam* ἥτις *ad nomen* (Widerstand) *retulerint, quod* in textu desideretur. *Ego vero mirari satis nequeo, quî non obseruauerit h. l.* tantus Philologus, *pronomen* ἥτις, *usitatissimo Græcis et Latinis idiotismo, cum sequenti* ἔνδειξις *constructum, commodissime ad* præcedentem integram propositionem *referri, neque ullo præterea substantiuo, quo sustineatur, opus habere.* (*Conf. not.* Gnom *ad Gal. III. 16, obs.* ὅς ἐστι Χριστός.) *Accedit, quod* fides *credentium* per se *non infert aliorum* perniciem, *sed maleuola horum* resistentia; *et, quod alterum versûs* 29 *membrum,* τὸ ὑπὲρ αὐτοῦ πάσχειν, *aperte ad* τοὺς ἀντικειμένους *quemadmodum prius membrum,* τὸ εἰς αὐτὸν πιστεύειν, *ad* τὴν πίστιν τοῦ εὐαγγελίου, *v.* 27, *remittit.* E. B.

**) *Quam et margo* utriusque Ed. *gr. &* Vers. germ. *præferre videtur.* E. B.

¶ ἔν, *ergo*) Resp. c. I. 27, *uno spiritu, una animâ.*

¶ παράκλησις ἐν χριστῷ, *exhortatio in Christo*) Hæc adjunctam habet *consolationem amoris*, & *communio Spiritus* adjuncta habet *viscera & miserationes*. His quatuor nervis respondent quatuor fructus, eodem ordine, *ut &c.* v. seq. uti vel *amoris* mentio bis secundo posita loco indicat: & utriusque paris oppositа removentur versu 3 & 4. Omnia derivantur ex Christo & Spiritu sancto.

2 τὸ αὐτὸ φρονῆτε, *idem sentiatis*) Hinc pendet subsequens participium.

¶ σύμψυχοι, *unanimes*) scil. *sitis*. Hinc quoque pendet sequens participium.

¶ τὸ ἕν, *unum*) *Idem sentiatis*, notat easdem in res tendere *sensum* debere: *unum sentientes* notat, eundem esse debere ipsum *sensum*.

3 μηδὲν, *nihil*) scil. *sentite, facite.*

¶ ἐριθείαν, *contentionem*) aliis placere non curantem.

¶ κενοδοξίαν, *vanæ gloriæ studium*) aliis nimium placere curans.

¶ ὑπερέχοντας, *superiores*) jure & dotibus. Fieri id potest, non externe tantum, sed per veram ταπεινοφροσύνην, cum quis per abnegationem oculos avertit a suis prærogativis, & alterius dotes, quibus prior est, studiose contemplatur.

4 μὴ τὰ ἑαυτῶν) *non vestram* dnntaxat rem, nec vestra causa. Conf. v. 21.

¶ μὴ τὰ-τὸ) Perversa utilitas, multiplex; *vera*, simplex. Hæc differentia τὰ & τὸ. *)

5 φρονείσθω, *sentiatur*) Non dicit, φρονεῖτε *sentite*, sed φρονείσθω, *hunc sensum alite.*

¶ ἐν χριστῷ ἰησοῦ, *in Christo Iesu*) Paulus quoque spectabat, quæ aliorum, non quæ sua erant, c. I. 24: eaque res illi occasionem præbuit hujus moniti: non tamen se, sed Christum pro exemplo proponit, qui non sua quæsierit, sed se ipsum demiserit. [*Cujus exempli pondus grauissimum verborum quoque series*, Christi *nomine prius posito, innuit.* V. g.]

6 ὃς) quippe *qui.*

¶ ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων, *in forma Dei exstans*) Nomen *Deus* hoc & sequenti commate non denotat Deum Patrem, sed ponitur indefinite. *Forma Dei* non denotat ipsam *deitatem* sive naturam divinam, sed quiddam ex ea promicans: & tamen rursum ea non denotat τὸ *esse pariter Deo*, sed quiddam prius, *speciem Dei*, i. e. formam ex ipsa gloria deitatis invisibilis effulgentem. Ioh. I. 14. Ipsa natura divina decorem habebat infinitum, in se, etiam sine ulla creatura, illum decorem intuente. Ille decor erat μορφὴ θεοῦ, *forma Dei*, sicut in homine ex sana constitutione & eleganti symmetria corporis emicat pulcritudo, sive ea spectatorem habeat, sive non habeat. Ipse homo per suam *formam* conspicitur: sic Deus & glorioſa ejus Majestas. Quo ipso hic locus eximie probat Deitatem Christi. nam ut *forma servi* non ipsam dicit humanam naturam; servi enim forma non fuit perpetua, natura humana est perpetua; sed tamen humanam naturam præsupponit: sic *forma Dei* non est natura divina, neque τὸ *esse pariter Deo* est natura divina; sed tamen is, qui in forma Dei *exstabat*, & qui potuerat *esse pariter Deo*, Deus est. Dicitur autem *forma Dei* potius, quam *forma Domini*, ut mox, *pariter Deo:* quia *Deus* magis est vocabulum absolutum, *Dominus* involvit relationem ad inferiores. In ea Dei forma *exstabat* filius Dei ab æterno: neque, quum in carne venit, in ea

*) *Nimirum lectionem* μὴ Τὰ -- καὶ τὸ *præfert margo* Ed. maj., *suffragante* Vers. germ.: *sed lectionem* Τὸ (*initio versûs, nescio, an sub finem*) *minus firmam declarat margo* Ed. 2. E. B.

ea esse desiit, sed potius, quod ad humanam naturam attinet, cœpit in illa *exstare*. & quum in ea forma esset, ipsa sua, Domini, excellentia, integrum ei fuit, etiam secundum humanam naturam, statim ut eam assumsit, esse *pariter Deo*, victu cultuque uti, qui dignitati ipsius responderet, ut ab omnibus creaturis tanquam dominus earum exciperetur & tractaretur. sed aliter fecit.

¶ οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο, *non rapinam duxit*) Quibus occasio quædam subiti commodi offertur, avide solent alias involare, celeriterque arripere, nulla aliorum ratione habita, & strenue uti ac frui. Inde ἁρπαλέα, apud Eustathium, τὰ πάνυ περισπούδαστα· *quæ quis omni studio ad se rapiat sibique vindicet*: & phrases, ἅρπαγμα, ἁρπαγμὸν, ἕρμαιον, εὕρημα, νομίζειν, ποιεῖσθαι, ἡγεῖσθαι, ἁρπάζειν. Exempla collegit E. Schmidius & G. Raphelius, ex Heliodoro & Polybio. At Christus, quum posset esse *pariter Deo*, non arripuit, non duxit rapinam, non subito usus est illa facultate. conf. Ps. LXIX. 5. Gen. III. 5 seq. Hic ejus *sensus* verbo *ducere* simul indicatur. Non fuisset *rapina*, si jure suo usus esset; sed perinde abstinuit, ac si fuisset *rapina*. conferatur similis locutio, 2 Cor. XI. 8 not.

¶ τὸ εἶναι ἴσα θεῷ) ἴσα, accusativus adverbiascens, ut sæpe in Iobo. *pariter* & convenienter *Deo*. *Esse pariter Deo* dicit *plenitudinem* & *altitudinem*, ut patet ex antitheto duplici, *se ipsum exinanivit & humiliavit*. Articulus, sine quo μορφὴν ponitur, nunc epitasin facit. Non mirum ergo, quod se nunquam *Deum*, rarius *Dei filium*, plerunque *filium hominis* appellavit.

7 ἀλλ', *sed*) Huc spectant duæ periochæ: *se ipsum exinanivit*, quo pertinet *forma servi*; & *humiliavit se ipsum*, unde pendet *obedientia*. Illud privative, hoc etiam contrarie opponitur τῷ *esse pariter Deo*. quare hæc duo verba per gradationem ponuntur, & *humiliavit* ante *se ipsum* ponitur, (coll. Iac. II. 18 not.) Etenim v. gr. Philippus V, quum Hispaniarum regem agere intermisit, de quo, dum hæc meditabamur, acta fervebant, eatenus *exinanivit se ipsum*, nec tamen æque *humiliavit*. regnum is deposuit, sed non subiit.

¶ ἑαυτὸν ἐκένωσε, *se ipsum exinanivit*) החסיר LXX, κενὸν ποιῆσαι, Es. XXXII. 6, ubi de re quidem prorsus alia agitur, sed tamen Paulus, ἐκένωσεν dicens, rependit verbum חסר Ps. VIII. 6. coll. Hebr. II. 7. Vbicunque est *exinanitio*, ibi est continens & contentum. Continens illud in *exinanitione* Christi, est *ipse*: contentum erat *plenitudo* illa, quam recepit in exaltatione. Manebat *plenus*, Ioh. I. 14, & tamen perinde se gessit, ac si *inanis* esset. celavit enim, quoad expediebat, homines, & angelos, imo etiam se ipsum: Rom. XV. 3: adeoque non solum celavit, sed etiam abnegavit & abstinuit.

¶ μορφὴν, *formam*) Hæc tria, μορφὴ, ὁμοίωμα, σχῆμα, *forma*, *similitudo*, *habitus*, non sunt synonyma, neque enim inter se permutari poterunt; sed tamen affinia. *forma* dicit quiddam absolutum: *similitudo* dicit relationem ad alia ejusdem conditionis: *habitus* refertur ad aspectum & sensum.

¶ λαβὼν, *sumens*) Actus *exinanitionis* habet *sumtionem formæ servi*. Potuit autem *sumere*, quia *in similitudine hominum fuit*.

¶ ὁμοιώματι ἀνθρώπων, *similitudine hominum*) Factus est similis hominibus, verus homo.

8 καὶ σχήματι, & *habitu*) Distinctus gradus & ulterior *exinanitionis*. Opposita, *forma Dei* & *forma servi*. Ea tamen manet divisio, quæ duo verba *exinanivit*, *humiliavit* per &, citra asyndeton, consociat.

Ἀλλὰ,

Ἀλλὰ, *sed* v. 7 dirimit antitheton, quod in priori parte, poſt ὃς *qui*, habet inciſa duo; in altera plura.

¶ χήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, *habitu inventus ut homo*) χῆμα, *habitus*, cultus, veſtitus, victus, geſtus, ſermones & actiones.

¶ εὑρεθεὶς, *inventus*) talem ſe exhibens & gerens revera.

¶ ὡς ἄνθρωπος) *tanquam homo*, vulgaris, ac ſi nil eſſet præterea, nec inter homines quidem excelleret. nil ſibi ſumſit eximium.

¶ ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν, *humiliavit ſe ipſum*) Status exinanitionis gradatim profundior.

¶ γενόμενος ὑπήκοος) *factus obediens*, Hebr. V. 8, ſcil. *Deo*. Ellipſis hæc ἐυλάβειαν, *demiſſionem* Ieſu Chriſti exprimit. *obedientia ſervum* decet.

¶ μέχρι, *usque ad*) Conſtr. cum *humiliavit*, nec non cum *obediens*. In morte *humiliatio* maxima: c. III. 21. Act. VIII. 33. Ps. XC. 3, LXX. & *obedientia* maxima. Ioh. X. 18.

¶ σαυρὸ, *crucis*) qua *ſervi* ſolebant affici.

9 διὸ καὶ, *propterea etiam*) Exinanitionis præmium juſtiſſimum eſt exaltatio. Luc. XXIV. 26. Ioh. X. 17. Neque ea non potuit illam conſequi. Ioh. XVI. 15. Quæcunque Patris ſunt, Filii ſunt. Ea non potuere ita eſſe Patris, ut non eſſent Filii. conf. Ioh. XVII. 5. Eos quoque, qui ſe Chriſti exemplo humiliant, exaltatum iri, eleganter ſubaudiendum relinquit Paulus: imo exprimit c. III. 21.

¶ ὁ θεὸς, *Deus*) Chriſtum Chriſtus exinanivit, Chriſtum Deus exaltavit, conf. 1 Petr. V. 6, eumque fecit eſſe *pariter Deo*.

¶ ὑπερύψωσε, *ſuperexaltavit*) Sic compenſata eſt *humiliatio*. Compoſitum grande.

¶ καὶ ἐχαρίσατο, & *donavit*) Sic compenſata eſt *exinanitio*, cui etiam expreſſius opponitur *plenitudo*, Eph. I. 23. IV. 10. Verbo χαρίζεσθαι *donare* denotatur, quam accepta Deo fuerit *exinanitio* Chriſti: & quam ſubjecto animo Chriſtus, omni illa *ſervitute* perfunctus, *donum* hoc ſuſceperit.

¶ ὄνομα) *nomen*, cum re: i. e. dignitatem, laudem.

¶ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, *ſuper omne nomen*) Eph. I. 21. non modo ſuper omne nomen humanum.

10 πᾶν γόνυ· πᾶσα γλῶσσα· *omne genu: omnis lingua*) Synecdoche. i. e. ut omni modo colant & recognoſcant, ut *Dominum*. Conf. Ap. V. 13.

¶ κάμψῃ) *flectat*, ſc. ſe; vel cum plauſu, vel cum tremore.

¶ ἐπουρανίων, *ſupracoeleſtium*) Maſculinum. Cœleſtes genua flectunt: nam Chriſtus Dominus *coelum* cepit.

¶ ἐπιγείων, *terreſtrium*) Nam in *terra* verſatus eſt.

¶ καταχθονίων, *infernorum*) Vid. Marc. III. 11. Iob XXVI. 5. [*Eph. IV. 9. Ap. V. 13.* V. g.] Poſtea illis quoque ſe ſtitit. Diviſio hæc in altum & profundum longius abit, quam illa Ex. XX. 4. *)

11 ἐξομολογήσηται, *confiteatur*) diſerte.

¶ κύριος, *Dominus*) non jam *in forma ſervi*.

¶ εἰς, *in*) Ieſum Chriſtum eſſe Dominum, quippe qui ſit in gloria Dei Patris. ſic εἰς, Ioh. I. 18.

¶ θεοῦ πατρὸς, *Dei Patris*) Filius agnoſcit & ii, qui gloriam Filii vident, agnoſcunt item, quod hanc gloriam Filius apud Patrem & a Patre habeat. Conf. 1 Cor. XV. 28.

12 ὥστε,

*) *Et* ſeria *utique conſideratione digna ſunt, quæ ad h. l. etiam cel.* Anonymus *precariæ quorundam explicationi de* hominibus ampliſſimæ, mediæ atque infimæ ſortis *opponit, in ſeinem* Schreiben an Hn. D. Teller, *p. 7 ſq.* E. B.

12 ὥστε, *itaque*) Propoſito Chriſti exemplo, infert, ut ſalutem ab illo nobis partam tueamur.

¶ ὑπηκούσατε, *obediviſtis*) mihi, ad *ſalutem* vos hortanti, ipſique Deo. conf. *obediens*. v. 8.

¶ μετὰ φόβου καὶ τρόμου, *cum timore & tremore*) Servi eſſe debetis, exemplo Chriſti, v. 8: ſervum autem decet *timor & tremor*, Eph. VI. 5, i. e. humilitas: coll. Rom. XI. 20. Notavit *Ioh. Iac. Wolfius* in exegeſi ms. ep. ad Phil. Paulus gaudii plenus tamen ſerio ſcribit.

¶ ἑαυτῶν, *veſtram ipſorum*) In hac parte quidem *ſua quisque ſpectate*. conf. v. 4. *veſtram ipſorum*, inquit: quia ego vobis non adeſſe poſſum, ipſi vos curate eo magis.

¶ σωτηρίαν, *ſalutem*) eam, quæ eſt in *Ieſu*.

¶ κατεργάζεσθε, *operamini*) usque ad metam.

13 ὁ θεὸς γὰρ, *Deus enim*) Deus ſolus; præſens vobis, etiam abſente me. Nil deeſt vobis; modo ne vobis ipſi deſitis. conf. 2 Petr. I. 5. 3. [*Vos ex vobis valetis nihil: fugite ſecuritatem. Sunt, qui nimium lautiore ſtatu ſuo confiſi exiſtimant, poſſe ſe gratiam DEI eodem loco habere, quo Iſraëlitae cibum coelitus demiſſum, Num. XI. 8; adeoque ſuum eſſe, ei vel obluctari vel aditum denuo concedere.* V. g.]

¶ τὸ θέλειν, *velle*) ut ſalutem volueritis, me præſente, & velitis.

¶ τὸ ἐνεργεῖν, *perficere*) etiam nunc, me abſente.

¶ ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας, *pro beneplacito*) Huc ref. τὸ *velle*. ad ὁ ἐνεργῶν *operans* ref. τὸ ἐνεργεῖν *perficere*.

14 ποιεῖτε, *facite*) *cum beneplacito*. Patrem imitari debent filii. v. 15.

¶ χωρὶς γογγυσμῶν, *ſine murmurationibus*) reſpectu aliorum. Huc ref. ἄμεμπτοι, *inculpati*. Amori adverſantur non modo rixæ & clamores, a quibus remoti jam erant Philippenſes, ſed etiam murmurationes. His jungitur dubitatio, uti iræ 1 Tim. II. 8. [*Vtrumque vel apud ſe fouere quis poteſt, vel in aliis excitare.* V. g.] Quære vel argue coram: noli murmurare a tergo vel clanculum.

¶ καὶ διαλογισμῶν, *& dubitationibus*) reſpectu veſtri. Huc ref. ἀκέραιοι, *indelibati*, in *fide*. Complura ejuſmodi & activa ſimul & paſſiva ſunt. Conf. Rom. XVI. 19 not. Ἀκέραιον *patrimonium*, Chryſ. de Sacerd. § 17.

15 θεοῦ, *Dei*) boni.

¶ σκολιᾶς) *tortuoſae*.

¶ φαίνεσθε) *lucetis*, hac ſcilicet adhortatione ſervata. Sequitur, *vitae*: ut ſæpe conjuncta vitæ lucisque mentio.

φωστῆρες ὁ Sen. I. 14.

¶ ἐν κόσμῳ, *in mundo*) in humano genere, ex quo multi adhuc ſunt convertendi, ceteri redarguendi.

16 λόγον ζωῆς, *verbum vitae*) quod vobis prædicavi. Frequens *vitae* mentio in hac epiſtola. c. IV. 3.

¶ ἐπέχοντες) *tuentes*; ne mundo concedatis.

¶ εἰς καύχημα, *in gloriationem*) Conſtr. cum *tuentes*.

¶ εἰς ἡμέραν, *in diem*) Philippenſes diem Chriſti ita propinquum putabant, ut Pauli vita ad eum uſque diem produci poſſet. Id Paulus refutare non neceſſe habebat.

¶ οὐκ εἰς κενὸν, *non in vanum*) cum fructu veſtro.

17 ἀλλ' εἰ καὶ, *ſed ſi etiam*) Reſpice c. I. 22 not.

¶ εἰ καὶ σπένδομαι ἐπὶ τῇ θυσίᾳ καὶ λειτουργίᾳ, *ſi etiam libor ſuper victima & ſacrificio*) Philippenſes, ut reliquæ gentes ad fidem converſæ, erant *oblatio*, Paulus *miniſter*: Rom. XV. 16. & quemadmodum ad holocauſta ſolebat vinum libari ac fundi ad baſin altaris, ſic Paulus ſanguinem ſuum fundi gaudet. Sacrificii complemen-

mentum utrisque futurum erat lætabile. Martyrii præstantia. Congruit phrasis cum supplicio gladii, Paulum manente.

¶ θυσία, *victima*) Huc ref. *congaudeo* & *gaudete*.

¶ λειτουργία, *officio*) Huc ref. *gaudeo* & *congaudete*.

18 συγχαίρετέ μοι) *congaudete*, gratulamini *mihi*, libato.

19 δὲ) *autem*: tametsi nunc non habeo, quod de meo exitu categorice scribam.

¶ ὑμῖν) *vobis*. id plus, quam *ad vos*.

¶ κἀγὼ) *etiam ego*; non modo vos, cognitis rebus meis, v. 23.

¶ εὐψυχῶ, *bono animo sim*) Solicitus est de Philippensibus; & tamen bene sperat.

20 εἰδένα, *nullum*) nullum alium, hunc unum. *qui* pendet ab *hunc* subaudito.

¶ ἰσοψυχον, *unanimum*) Paulus alter, Timotheus. Sic Ps. LV. 14 ואתה אנוש כערכי σὺ δὲ, ἄνθρωπε ἰσοψυχε. Deut. XIII. 7 (6) אשר כנפשך ὁ ἴσος τῇ ψυχῇ σου. [*Vbi* Timotheus *est*, *inquit Paulus*, *ibi* me ipsum *adesse censeatis*. V. g.]

¶ γνησιως, *germane*) v. 22. 1 Tim. I. 2.

¶ μεριμνήσει) *curabit*, apud vos: & *accurate* ad me referet.

21 οἱ πάντες, *omnes*) Si tam lauto illo tempore Paulus de sua quasi cohorte (c. I. 14. 17.) unum duntaxat plane probavit, de his loquens, qui tum aderant; c. IV. 21. & quidem tam procul ad ecclesiam Philippensium scribens: nostro tempore quam multos Deo se probare arbitremur? [*Experiri hoc datur, ubi quis cominus eminusue laudabili instituto, quod vel in mandatis non habet, vel suis inseruire commodis non persentiscit, adjutrices manus admouere debebat. Iudic. V. 23. VIII 6. Quin fit aliquando, ut, qui singulare nonnihil possidet, multum eo nomine sibi placeat, si qua frugem illius denegandi aliis occasionem nactus fuerit. O indignos nomine Christianos.* V. g.] Subtilissima erat ἀίδησις, qua hoc percepit Paulus.

¶ τὰ ἑαυτῶν, *sua*) v. 4. O quam multi sua causa pii sunt! quanquam non sunt *hostes*. c. III. 18.

¶ ζητοῦσι, *quaerunt*) Pie etiam auditoribus piis significari potest, cujusmodi sint hi vel illi antistites.

¶ οὐ τὰ *) χριστοῦ ἰησοῦ, *non quae sunt Christi Iesu*) Hoc experiuntur, qui communi ædificationi ex animo inserviunt. Raros inveniunt adjutores. Iud. V. 17. 23. VIII. 6. 8. Vbi nulla obligatio e propinquo, nulla spes mercedis aut famæ, destituuntur. Regno Christi ubi consulitur, fere id fit per modum innoxiæ utilitatis. Vbi aliquid impendendum erat, non pugnat vir, sed fugit, & se spe alias pugnandi excusat.

22 δὲ, *autem*) Antitheton: *omnes; ejus*. Rara laus. Neh. VII. 2.

¶ γινώσκετε) *nostis*. conf. Act. XVI. 1. 12.

¶ τέκνον σὺν, *filius cum*) Concinne loquitur, partim ut de filio, partim ut de collega. sic c. III. 17 se ut typum sistit, & tamen συμμιμηταὶ, *una imitatores*, non mere *imitatores*, esse jubet.

23 ὡς ἂν ἀπίδω) ἀπιδεῖν, *notitiam auferre*, *consequi*.

¶ ἐξαυτῆς, *mox*) Vis relativa in αὐτῆς spectat τὸ *notitiam consecutus fuero*.

25 ἐπαφρόδιτον, *Epaphroditum*) c. IV. 18.

¶ συστρατιώτην, *commilitonem*) c. I. 27. 30.

¶ ὑμῶν δὲ ἀπόστολον, *vestrum vero legatum*) Philippenses eum legaverant ad Paulum. [c. *IV. 18.*]

¶ λειτουργον τῆς χρείας μου, *ministrum necessitatis meae*) Huc quoque ref. *vestrum*. nam

*) *Lectioni* ἰησοῦ χριστοῦ utriusque Editionis *margines*, *nec non* Vers. germ., *palmam h. l. decernunt*. E. B.

nam Philippensium nomine inservierat Paulo. Et vide, quanti æstimetur etiam externa ministratio. v. 30.

¶ πέμψαι, *mittere*) *Mittere*, ait, non, *remittere*. nam ideo ad Paulum venerat, ut cum eo maneret, v. 30.

26 p) ἀδημονῶν) Hesychius, ἀδημονῶν, ἀγωνιῶν. ἀδημονῶ, ἀκηδιῶ, ἀγωνιῶ. Ἀκηδιῶν, præ tristitia lassus. *Acedia*, torpor in rebus spiritualibus.

¶ ἠκούσατε, *audivistis*) eoque nomine soliciti fuistis.

27 παραπλήσιον, *prope*) Mollius loquitur, ne statim terreat Philippenses: deinde v. 30 dicit *appropinquavit*, quo verbo majus periculum innuitur.

¶ αὐτὸν ἐλέησεν, *illius misertus est*) reddita valetudine & vita.

¶ καὶ ἐμὲ, *& mei*) Sanctis licitum est omnia sibi data existimare.

¶ λύπην, *tristitiam*) de morte Epaphroditi. *tristitiam*, gaudio oppositam, de quo tota agit epistola.

¶ ἐπὶ λύπῃ, *super tristitia*) de morbo Epaphroditi, de vinculis &c.

28 σπουδαιοτέρως, *studiosius*) citius, quam Timotheum. v. 19.

¶ χαρῆτε, *gauderetis*) Omnibus ex rebus piis licet gaudium capere.

¶ ἀλυπότερος ὦ, *magis dolore vacem*) quum sciam, vos gaudere.

30 μέχρι θανάτου, *usque ad mortem*) Pertinet hoc ad comparationem officiorum. Ministrare Paulo, per se videtur res aliquanto minor, quam periculum vitæ Epaphroditi, qui tamen hoc incommodo commodum illud rectissime redemit. conf. 2 Tim. I. 16 f.

¶ ἤγγισε, *appropinquavit*) Epaphroditus Philippis proficiscens non videtur sciisse fore, ut in morbum incideret: sed tamen, quum arduum iter suscepit, non reformidans, quicquid vel ab inimicis Pauli vel aliunde posset accidere, benigne ei morbus imputatur quamvis improvisus.

¶ παραβουλευσάμενος τῇ ψυχῇ) τῇ ψυχῇ, Dativus. Hesychius: παραβουλευσάμενος, εἰς θάνατον ἑαυτὸν ἐκδώς. Proprie παραβουλεύομαι significat *consilium capio praeter mea commoda*. Estque paronomasia ad verbum παραβάλλομαι, *audeo, projicio me in periculum*: quo apostolus videtur sciens abstinuisse. conf. c. III. 2 fin. not.

¶ τὸ ὑμῶν ὑστέρημα, *vestrum defectum*) *Defectum* hunc non tam Paulus censuit esse, quam ipsi Philippenses, pro suo in illum amore. c. IV. 10 f.

CAP. III.

1 Τὸ λοιπὸν, *ceterum*) Formula progrediendi. 1 Thess. IV. 1. Sic λοιπὸν, τὰ λοιπά.

q) ¶ τὰ αὐτὰ, *eadem*) de gaudio. [*Legitima ad gaudendum institutio mox offertur, in communione cum Christo.* V. g.]

¶ οὐκ ὀκνηρὸν, *non molestum*) Nam suave est læto, scribere: *gaudete*. Contrarium, Gal. VI. 17.

¶ ὑμῖν δὲ ἀσφαλὲς, *vobis vero certum*) Gaudium spirituale optimam affert *certitudinem* contra errores, Iudaicos præsertim. v. 2.

2 βλέπετε, *videte*) Vehemens anaphora. *videte*, & cavebitis. metonymia antecedentis. Antitheton, σκοπεῖτε *spectate*, v. 17. Nam

p) ἐπιποθῶν, *desiderans*] *Naturæ* nonnihil admixtum fuerit: sed prævalente *gratiâ*, ex amore æstimantur omnia. *V. g.*

q) χαίρετε ἐν κυρίῳ, *gaudete in Domino*] Gnauiter de Domino tuo, Jesu Christo, tute etiam, idque constanter, gaudes? c. IV. 4. *V. g.*

Nam huc redit v. 17, mirabiliter temperato elencho & adhortatione.

¶ τὲς κύνας, *canes*) Non est dubium, quin hac appellatione *saepe* v. 18 coram usus fuerit, eamque nunc Philippensibus in memoriam revocarit. unde illi facilius intelligerent, quam nos. conf. 2 Thess. II. 5. Tribus quidem commatibus hujus versus respondent gradatione retrograda tria membra versus subsequentis: ut *canes* sint falsi apostoli & carnales, qui non Christo, sed carne nituntur, & turpitudini serviunt libidinis. [*a vera sanctitate, utut* Iudæorum *nomine gestientes, alienissimi.* V. g.] v. 19. Sic *canes* dicuntur *abominandi*, Ap. XXII. 15: coll. Ap. XXI. 8; sive *abominabiles*, impuri, Tit. I. 16. 15, a sanctitate alieni, Matth. VII. 6, alii plane, ac Paulus vivens & moriens. nam in vita scatent vitiis caninis, fœditate, impudicitia, importunitate, 2 Petr. II. 22. Deut. XXIII. 19 (18.) Ps. LIX. 7. 16. maximeque hostes sunt crucis Christi, versu 18. coll. Ps. XXII. 17. 21. & in morte sunt *canes mortui*: (quo proverbio vilissimum quiddam notatur:) conf. v. 19. In hos quadrat, quod dici solet: *Cave canem.* Iudæi, gentes canum loco habebant: vid. ad Matth. XV. 26. nunc canes appellantur, qui nolunt esse Israël Dei.

¶ τὲς κακὲς ἐργάτας, *malos operarios*) qui Deo non serviunt. conf. 2 Cor. XI. 13.

¶ τὴν κατατομὴν, *concisionem*) Paronomasia. nam gloriosam appellationem περιτομῆς, *circumcisionis* vindicat Christianis. v. seq. Circumcisio corporis jam erat inutilis, immo damnosa. vide κατατέμνω de concisione vitata, Lev. XXI. 5. 1 Reg. XVIII. 28. Non sine indignatione loquitur.

3 γὰρ, *enim*) Causa, cur versu 2 alios tam longe secludat. [*atque externam carnis* circumcisionem *nonnisi* concisionem *dicat.* V. g.]

¶ ἡ περιτομὴ, *circumcisio*) Abstractum pro concreto: *verus populus.*

¶ πνεύματι, *spiritu*) non litera. Rom. II. 29.

¶ πνεύματι θεῷ λατρεύοντες, *spiritu Deo servientes*) Sic Rom. I. 9.

r) ¶ καυχώμενοι, *gloriantes*) Id plus, quam πεποιθότες *confisi.*

4 καίπερ ἐγὼ, *quanquam ego*) Singularis includitur in plurali præcedente: *nos gloriamur, & ego* glorior, *quamvis* &c. quia vero sermo a plurali ad singularem progreditur, interponitur *ego*, & additur, quia Philippenses fuerant gentes; Paulus, ex circumcisione. conf. Apoc. XVII. 8 not.

¶ ἔχων, *habens*) Participium, proprie. nam constructio pendet ab iis, quæ præcedunt. *habens*, non *utens.*

¶ εἴ τις ἄλλος, *si quis alius*) Sermo universalis. *alius* redundat suaviter. conf. Not. ad Gregorii Neocæs. Paneg. p. 195.

¶ ἐγὼ μᾶλλον, *ego magis*) *confisus sum.* Loquitur de pristino suo sensu, cum mimesi eorum, qui gloriabantur. v. seq.

5 περιτομὴ ὀκταήμερος, *circumcisio octavo die*) Hæc capita quasi in digitis concise & breviter enumerata sermonem faciunt planissimum. Brevitatis autem gratia miscet sermonem abstractum & concretum, *circumcisio*, *Hebraeus*: uti Col. III. 11.

¶ ὀκταήμερος, *octavo die*) non demum adulta ætate.

¶ βενιαμὶν, *Benjamin*) ex Rahel, non ex ancilla.

¶ ἐξ ἑβραίων, *ex Hebraeis*) non proselytus, non altero utro parente ex gentibus.

¶ φαρισαῖος, *Pharisaeus*) accuratissimus.

6 δι-

r) οὐκ ἐν σαρκὶ, *non de carne*] carnali circumcisione atque origine, v. 5. *V. g.*

6 διώκων, *persequens*) Antehac se optime facere putarat.

7 ἅτινα, *quae*) modo enumerata.

¶ κέρδη, *lucra*) Pluralis grandis.

¶ ἥγημαι, *duxi*) Professio *christianissima*, de praeterito, praesenti & futuro: usque ad v. 14.

¶ διὰ τὸν χριστὸν, *propter Christum*) Huc ref. v. 8. 9, ἵνα κτ. *ut* &c.

¶ ζημίαν) *jacturam*.

8 μενοῦν, *sane*) Incrementum sermonis, in hac particula & per epitasin deinde synonymorum, etiam in pleniore ipsius Christi appellatione.

¶ καὶ ἡγοῦμαι, *etiam duco*) καὶ *etiam* intendit vim praesentis temporis in ἡγοῦμαι *duco*. Iustitia non initio solum, sed semper, in toto cursu sanctorum, ex fide est.

¶ πάντα, *omnia*) non solum ea, quae modo dixi, sed *omnia*.

¶ διὰ-γνώσεως κτλ. *propter-cognitionis &c.*) Constr. cum *duco*. Et ref. huc v. 10 s. τοῦ γνῶναι, *ut cognoscam*.

¶ τὸ ὑπερέχον τῆς γνώσεως, *eminens cognitionis*) Proprie *eminentia* est Christi: quo cognito, *cognitio* ejus item *eminentiam* nanciscitur.

¶ τοῦ κυρίου μου, *Domini mei*) Fidelis appropriatio.

¶ ἐζημιώθην) non modo *jacturam duxi*, sed revera *abjeci*.

¶ σκύβαλα) Crescit sermo de fideli abnegatione rerum omnium. ζημία, *jactura*, fit aequo animo: σκύβαλα propere abjiciuntur, posthac neque tactu neque aspectu dignanda. Hebr. פרש antanaclasin habet ad *Pharisaeos*. vid. P. Zornii T. II Opusc. sacr. p. 514. Gatakerus: σκύβαλον *vile quodvis rejectamentum designat, qualia sunt excrementa animantium, liquorum feces & fraces, metallorum scoria, stirpium decidua, frugum purgamenta, farinae furfures, mensarum analecta, manuum apomactra, quae canibus destinantur*. Vid. Adversar. misc. posth. cap. XLIII copiosissime. *J. Weisii Schol. p. 553. 554.*

¶ ἵνα, *ut*) Non potest utrumque fieri, ut & retineas cetera, & Christum assequare.

¶ κερδήσω καὶ εὑρεθῶ, *lucrifacerem & invenirer*) Vtrumvis opponitur *jacturae*. Qui omnia, ne se ipso quidem excepto, amittit, Christum lucrifacit, & in Christo lucrifit. Christus est illius, & ille est Christi. Plus ultra. Loquitur Paulus, quasi adhuc non lucrifecerit.

9 εὑρεθῶ ἐν αὐτῷ) scil. ὤν.

¶ μὴ ἔχων, *non habens*) Verba, *jacturam pati, lucrifacere, inveniri, habere*, allegoriam faciunt. Τῷ esse & reperiri in Christo, consequens immediatum est habere justitiam ex fide Christi. Lib. מחזור Iudaeorum Euchologium אני ממעשים שולל וערום וצרקתך לבושה היא כסתי i. e. *Ego plane vacuus & nudus sum ab operibus, justitiaque tua sola est amictus meus*.

¶ ἐμὴν, *meam*) Oppositum, *eam quae ex Deo*: sed ἐμὴν, sine articulo, ad oblivionem innuendam.

¶ τὴν ἐκ νόμου, *eam quae ex lege*) v. 6. conf. *ex*, Rom. IV. 14. Oppositum, *eam quae per fidem*.

¶ διὰ πίστεως χριστοῦ) *per fidem* Christi, in Christum.

¶ ἐπὶ τῇ πίστει) *super fide*.

10 τοῦ γνῶναι, *cognoscere*) Genitivus τοῦ cohaeret cum *fide*, & reassumit mentionem *cognitionis* v. 8 factam, nunc uberius explicandam.

¶ αὐτὸν) *Ipsum*.

¶ δύναμιν, *virtutem*) Rom. I. 4.

¶ τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ) Seriei sermonis congruit, ut verbale ἀνάστασις accipiatur non de resurrectione ex mortuis, quae mutato verbo exprimitur versu 11, sed de *exortu* Christi: Hebr. VII. 14, uti verbum ἀνα-

ἀναστῆσαι, Act. XIII. 32 not. Neque enim ἀνάστασις semper de resurrectione mortuorum ponitur. Luc. II. 34. [*VII. 16.*] Thren. III. 63. Sophon. III. 8. Et sane ipse Exortus sive adventus Messiæ suam habet δύναμιν, *virtutem*, cujus cognitione fideles nituntur. 2 Petr. I. 16.

¶ τὴν κοινωνίαν, *communionem*) Gal. II. 20.

¶ συμμορφούμενος, *conformatus*) Casus rectus, post infinitivum, Græcis frequens est, quanquam hîc cum verbo finito subsequente potest construi. *conformantur* fideles per fidem. Imitatio non est exclusa, sed certissime consequitur. Gal. III. 1 not. Conf. *conforme*, v. 21.

11 εἴ πως, *si quomodo*) Hoc denotat nixum fidei Paulinæ. sic, εἰ, *si* v. 12.

¶ καταντήσω, *occurram*) Ab allegoria *damni & lucri* paulatim accedit ad allegoriam *cursus*. Καταντᾶν est pervenire, ipse assequendi & potiendi actus.

¶ ἐξανάστασιν*) τῶν νεκρῶν) i. e. ἀνάστασιν (χριστὸ) ἐκ τῶν νεκρῶν, *resurrectionem* (Christi) *ex mortuis* conf. Rom. I. 4 not. [*2 Tim. II. 11.*] Paulinus enim stilus Christo adscribit adscribit ἀνάστασιν, ἐξανάστασιν Christianis. Sed Christi resurrectio & nostra resurrectio consideratur ut una resurrectio per κοινωνίαν, *communionem*. Sub mentionem resuscitationis, interjicit aliqua, præsenti suo statui consentanea; & pertexit cetera versu 20 s.

12 οὐχ ὅτι, *non quo*) In summo fervore sobrietatem spiritualem non dimittit apostolus.

¶ ἔλαβον, *acceperim*) brabeum.

¶ τετελείωμαι) Differunt τέλειος & τετελειωμένος: ille, cursui habilis, v. 15. 16: hîc, brabeo proximus, jam jam *accepturus*.

¶ καὶ καταλάβω) Καὶ, *etiam*, intendit. nam καταλαμβάνειν *comprehendere* plus est, quam λαμβάνειν *prehendere*. τὸ λαμβάνειν *prehendere* fit in instanti, mox ut passus ultimus est confectus: τὸ καταλαμβάνειν, *comprehendere* fit, cum quis plene potitur. Exemplum accipientis jam jamque, 2 Tim. IV. 7. 8. [*Ps. LXXIII. 23. 28.*]

¶ ἐφ' ᾧ) *quoniam*. Sensus virtutis Christi accendit Christianum.

¶ καὶ κατελήφθην, *etiam comprehensus sum*) per vocationem cœlestem. v. 14. Act. [*IX. 6.*] XXVI. 14. 19. 2 Cor. V. 14. Christus, *auctor & consummator*, ut suum fidei cursum consummavit, etiam suos consummat Hebr. XII. 2. ubi ipsa ἀρχηγὸς *principis* (*auctoris*) appellatio dicit relationem Ipsius ad asseclas. καὶ, *etiam*, iterum intendit, ut observetur vis aoristi 1, statum præsentem notantis.

13 ἀδελφοὶ, *fratres*) Familiariter fatetur.

¶ ἐγὼ, *ego*) Facile hoc alii de Paulo existimare possent.

¶ ἐ λογίζομαι, *non existimo*) Convenit sanctis & ad alacritatem conducit, ut minus, quam pro veritate rei, de sese existiment.

14 ἕν, *unum*) scil. *facio*.

¶ τὰ ὀπίσω, *quae retro*) etiam ipsam confectam cursûs partem.

¶ ἐπεκτεινόμενος) id est ad literam, *superextensus*. Oculus manum, manus pedem prævertit & trahit.

¶ κατὰ σκοπὸν, *secundum scopum*) rectâ.

¶ διώκω, *sequor*) Sumitur neutraliter, ut Luc. XVII. 23.

¶ βραβεῖον, *brabeum*) coronam vitæ.

¶ ἄνω, *supra*) v. 20.

15 τέλειοι, *perfecti*) v. 12 not.

¶ τοῦτο) *hoc* unum. v. 14.

¶ ἑτέρως) *aliter*, ac perfecti; (nam mutatur persona, *sentiamus*, *sentitis*:) non tamen

*) *Lectionem* τὴν ἐκ νεκρῶν, *in* Ed. maj. *non probandis annumeratam*, Vers. germ. *recepit*, *crisin* Ed. 2 *imitata*. E.B.

tamen ἕτερον sive ἄλλο, *aliud*, nil terrenum. v. 19. conf. etiam Gal. V. 10.

¶ καὶ τοῦτο) *etiam hoc*, quod nos perfecti sentimus, versu 14 expressum.

¶ ὁ θεὸς, *Deus*) vel me non scribente.

¶ ὑμῖν, *vobis*) ad perfectionem nitentibus.

¶ ἀποκαλύψει, *revelabit*) Eph. I. 17.

16 πλὴν, *modo*) De gradu, quem jam firmiter tenetis, non debet vos depellere exspectatio novæ revelationis.

¶ εἰς ὃ) in eo, *in quod* pervenimus.

¶ ἐφθάσαμεν, *pervenimus*) magis minusve longe. Cum *perfectis* ut ceteri faciant, monentur.

¶ στοιχεῖν, *incedere*) Infinitivus, molliter, pro imperativo. Rom. XII. 15.

¶ κανόνι) Omittunt hoc *Al. Boern. Clar. Colb. 7. Copt. Hilarius* uterque, *Facundus*, vel etiam, collato Pelagio, *Sedulius*. Sic respondent incisa, τῷ αὐτῷ στοιχεῖν, τὸ αὐτὸ φρονεῖν. Neque enim *Latinis*, qui, comite *Coveliano* 2, incisa transponunt, obsequimur, quum ἐφθάσαμεν & στοιχεῖν propius cohæreant, & στοιχεῖν metaphoricum per subsequens φρονεῖν declaretur. Plane τὸ κανόνι ex Gal. VI. 16 huc traductum videtur.

¶ τὸ) Asyndeton.

¶ τὸ αὐτὸ φρονεῖν, *idem sentire*) Huc redit c. IV. 2.

17 συμμιμηταί, *una imitatores*) Ipse Paulus, *imitator Christi*: Philippenses ergo, *una imitatores*.

¶ σκοπεῖτε, *spectate*) cum consensione.

¶ ἕτως, *sic*) Exempla minora exigi debent ad majora & perfectiora, amicorum crucis Christi.

18 s) περιπατοῦσιν, *ambulant*) ante oculos vestros.

¶ πολλάκις, *saepe*) Assiduus debet elenchus esse.

¶ κλαίων, *flens*) Credibile est, Paulum hoc adjecisse, postquam lacrymis madefecit epistolam. In gaudio, tamen dolor. Rom. IX. 2.

¶ τοὺς ἐχθροὺς τοῦ σταυροῦ, *hostes crucis*) Gal. VI. 12. 14.

19 ὧν, *quorum*) Nominativus implicitus, coll. mox οἱ, pendens ab *ambulant*.

¶ τὸ τέλος, *finis*) Hoc ponitur ante alia, quo majore cum horrore hæc legantur. In fine videbitur. [*Finis, ad quem cujusvis rationes tendunt, ostendit sane, quae sit ejus conditio.* V. g.]

¶ ἀπώλεια, *perditio*) Antitheton, *Salvatorem*. v. 20.

¶ ὧν ὁ θεὸς ἡ κοιλία, *quorum deus venter*) Rom. XVI. 18. Antitheton, *Dominum*, v. 20: &, *corpus*, v. 21, uti 1 Cor. VI. 13. Istorum venter nitet: nostrum corpus atteritur. utrumque *schema* commutabitur.

¶ ἡ δόξα, *gloria*) *deus* & *gloria* ponuntur, ut parallela, adeoque δόξα hoc loco notat *deum* vel *gloriationem* de deo. Hos. IV. 7. LXX, τὴν δοξαν αὐτῶν εἰς ἀτιμίαν θήσομαι.

¶ αἰσχύνη, *pudor*) Respondet Hebræo בשת v. gr. Hab. II. 10. confer, de hoc propheta, not. ad Col. II. 23. item ערוה infra κοιλίαν, *ventrem*. Simul autem alludit sermo ad idolum, cui בשרת αἰσχύνη respondet. Pro ערוה LXX interdum αἰσχύνη itaque hoc loco videtur Paulus notare τὴν κατατομὴν, *concisionem*, ut innuat, circumcisionem non jam esse *gloriosam*, sed *ignominiosam*. Sic *venter* & *pudor* sunt affinia. Id colunt isti, cujus ipsos maxime pudere debebat, & suo tempore pudebit misere, quanquam nunc quoque parrhesia carent.

¶ οἱ τὰ ἐπίγεια φρονοῦντες, *terrena sentientes*) Antitheton, v. seq. ineunte.

20 ἡμῶν,

s) πολλοὶ, *multi*] Multos imitando persequi, periculosum. *V. g.*

20 ἡμῶν, *nostra*) quos typum habetis.

¶ γάρ, *enim*) Causa, cur Philippenses imitari illos debeant.

¶ τὸ πολίτευμα) *res communis, patria, civitas.* sequitur enim, ὑπάρχει *exstat.* Itaque huc etiam refertur ἐξ ἧς, *ex qua.*

¶ σωτῆρα, *Salvatorem*) Ratio, sub qua exspectamus. 2 Tim. IV. 18.

¶ κύριον, *Dominum*) exaltatum. c. II. 11. Confirmatio exspectationis hujus.

21 ὃς μετασχηματίσει, *qui transformabit*) non modo *salutem* dabit, sed etiam *gloriam.* 2 Tim. II. 10.

¶ τῆς ταπεινώσεως, *humiliationis*) quæ fit per crucem. v. 18. c. IV. 12. II. 17. 2 Cor. IV. 10. נכא LXX ταπείνωσις, Ps. XC. 3.

¶ κατὰ, *secundum*) Constr. cum *transformabit.* Opus omnipotentiæ Domini.

¶ τὴν ἐνέργειαν τοῦ δύνασθαι, *efficaciam potentiae*) Infinitivus loco nominis. Potentia producetur in actum.

¶ καὶ) *etiam:* non modo conforme facere corpus nostrum suo.

¶ τὰ πάντα, *omnia*) etiam mortem.

CAP. IV.

1 Ὥστε, *itaque*) tanta exspectatione proposita.

¶ ἀγαπητοὶ, *amati*) Hoc magna suavitate bis ponitur: primum, ut ineunte periocha; deinde, pro nervo hortationis.

¶ ἐπιπόθητοι, *desiderati*) Sic appellat absentes. c. I. 8.

¶ στέφανός μου, *corona mea*) c. II. 16.

¶ οὕτω) *ita*, ut statis, state. conf. οὕτω, *ita.* 1 Cor. IX. 24 not.

¶ στήκετε, *state*) c. I. 27.

2 παρακαλῶ, *hortor*) Hoc bis ponit, quasi coram adhortans seorsum utramvis, idque summa cum *aequitate.* *)

3 ναὶ, *nae*) Dulcis particula. Philem. v. 20. Hebr. נא Ei qui rogatur, in os quasi ingeritur, ut eâ tantum pronunciata roganti annuat.

¶ σύζυγε γνήσιε, *compar fine fuco*) ὁ καὶ ἡ σύζυγος, *conjux*, proprie in matrimonio; inde in aliis rebus, ita tamen, ut sermo sit de duobus, & notetur paritas quædam. etiam γνήσιος generis communis est. Sunt, qui dicant, Paulum aliquando *conjugem* habuisse: sed hoc quidem loco virum ab eo appellari, non immerito statuimus. συνεργὸς, *cooperarios*, habuit multos; συζύγους *compares* non multos, primum Barnabam, deinde Silan. Atque hunc ipsum hoc loco videtur appellare. nam apud ipsos Philippenses Pauli *compar* fuerat Silas. Act. [*XV. 40.*] XVI. 19. [*Vel, quod malim,* Epaphroditus. V. g.] Certe & antistes erat, quem Paulus hîc rogat.

¶ συλλαμβάνου αὐταῖς, *adjuva eas*) ut concordiam inter eas, amotis impedimentis, retineas.

¶ αἵτινες, *quae*) Qui semel bene stetit, huic, etiam cum vacillat, auxilium obtingere fas est.

¶ συνήθλησάν μοι, *concertaverunt mecum*) Videntur implicatæ fuisse periculo illo, quod describitur Act. XVI. 19.

¶ μετὰ, *cum*) Hoc pendet a *concertaverunt.*

¶ κλήμεντος, *Clemente*) Magnos viros, in quibus *Clemens* excelluit, imitatæ erant. Id magno mulieribus honori & favori erat.

¶ τὰ ὀνόματα, *nomina*) quamlibet hîc non expressa. Alluditur ad athletas, victores, quorum *nomina* cluebant.

¶ ἐν βίβλῳ ζωῆς, *in libro vitae*) scil. *exstant*, vel, *exstent.* Sæpe supplendus optativus

*) Diaconissas *fuisse* Euodiam & Syntichen, *Ill.* Michaëlis, *coll. c. I. 1, conjectura est, in der* Einleitung &c. *T. II. p. m. 1504.* E. B.

tivus. v. 23. Videntur jam tum fuisse *defuncti*. tales enim solemus votis ejusmodi prosequi. ל"ת Horum socios superstites quis non juvet? Societas cum iis, qui pulcre defuncti sunt, magna ad superstites juniores commendatio ejus, qui sic quasi in medio stat: ex. gr. Timothei ad Philippenses, quia Paulo familiariter usus fuerat. [*Egregium concordiae etiam fomitem habent ii, quorum alii alios vitae aeternae consortes existimare possunt. 1 Petr. III. 7.* V. g.]

4 χαίρετε ἐν κυρίῳ· πάντοτε, πάλιν ἐρῶ, χαίρετε· *gaudete in Domino: semper, iterum dico, gaudete*) Particula *iterum* epitasin requirit, uti Gal. I. 9, ubi epitasis est in παρελάβετε, coll. v. 8: sic Galatae fortius constringuntur, quia etiam *assumserunt* evangelium praedicatum: Adde Gal. V. 3, ubi *testor* epitasin facit ad λέγω, *dico*, v. 2, & παντὶ *omni* epitasin habet ad τὸ *vobis*, v. 2, & ὀφειλέτης *debitor* ad τὸ *nihil proderit*, v. 2. hîc eam epitasin efficit vocula *semper* cum verbo *gaudete* repetito. Initio versiculi dicitur, *gaudete in Domino*, uti c. III. 1. Alii τὸ πάντοτε cum praecedentibus verbis jungunt.

5 τὸ ἐπιεικὲς, *aequitas*) Gaudium in Domino parit veram *aequitatem* erga proximum, & legitimam securitatem in suis rebus, v. 6: item, verum candorem erga *homines* ipsumque *Deum:* qui candor exprimitur verbis *cognoscatur*, opere; *innotescant*, oratione, v. 6. Tristitiam & curam comitatur morositas.

¶ γνωσθήτω, *cognoscatur*) ex re ipsa. Sunt, qui aequitatem animo alant, neque hominibus iniquis male velint: sed tamen benignitatem dissimulant, hi non recte faciunt.

¶ πᾶσιν ἀνθρώποις, *omnibus hominibus*) bonis & malis, sive iniquis, c. II. 15, etiam ut mali lucrifiant. Nemo ita asper est, ut non alicui se aequum praebeat, ex sympathia, timore, lucri spe, aemulatione &c. Fidelis, omnibus. [*Quodsi inter omnes homines vel* unum *noueris, qui contrarium a te expertus sit: etiamnum fac ei* aequitatem *exhibeas.* V. g.]

¶ ὁ κύριος, *Dominus*) Christus, judex, vobis propitius, vindex in malos. Haec consideratio *aequitatem* parit. Iac. V. 9.

6 μηδὲν μεριμνᾶτε, *nihil curate*) Vbi alii non sunt *aequi* erga vos, ubi alia vos urgent, nolite curare; orate potius. Curare & orare, [*itemque curare & gaudere*, V. g.] plus inter se pugnant, quam aqua & ignis.

¶ ἐν παντὶ) *in omni* re.

¶ μετὰ εὐχαριστίας, *cum gratiarum actione*) Optimus hic character est solutae a curis animae & orationis cum resignatione voluntatum humanarum conjunctae. Ideo sequitur *pax:* v. 7: gratiarumque actio & pax conjunguntur etiam Col. III. 15. Omnia salva & tranquilla.

¶ τὰ αἰτήματα, *petita*) *Petitum*, materia δεήσεως, *precationis.*

¶ γνωριζέσθω, *innotescant*) Qui desideria sua, praeposteo pudore ac diffidenti modestia, quasi nimis aut parva aut magna essent, velant, suffocant ac retinent, curis anguntur: qui filiali & liberali fiducia erga Deum expromunt, expediuntur. Confessionibus ejusmodi scatent Psalmi.

¶ πρὸς τὸν θεὸν, *ad Deum*) etiamsi saepe ignorent homines, eosque modeste celetis. Ne Paulus quidem rogarat Philippenses. [*Ceterum, simplicis candoris* erga homines, *v. 5, &, h. l.*, erga DEVM *exercitium optime congruit.* V. g.]

7 ἡ εἰρήνη, *pax*) omnis solicitudinis immunis *pax*. [*gaudii comes. Conf. v. 9.* V. g.] *)

¶ ἡ ὑπερ-

*) Pacem *hanc non* internam *animi* quietem, *ex fide s. certitudine de gratia DEI orjundam, sed* ipsum DEI erga nos favorem propter Christum *denotare, copiose persuadere lectoribus conatur S. R. D.*

Er-

¶ ἡ ὑπερέχουσα πάντα νοῦν) *exsuperans omnem intellectum*, adeoque omne *petitum*. Eph. III. 20.

¶ φρουρήσει) *custodiet*; adversus omnes insultus & curas muniet, & quod dexteritati desideriorum vestrorum deest, corriget. Rom. VIII. 26 s.

¶ καρδίας· νοήματα. *corda: cogitationes*) *Cor* sedes *cogitationum*.

8 τὸ) Summa. In c. III. 1 τὸ λοιπὸν concludit admonitionem particularem ad *gaudium*: & hîc τὸ λοιπὸν concludit generalem exhortationem ad omne officium.

¶ ὅσα, *quaecunque*) in genere. ἃ, *quae*, v. 9, speciatim in Paulo.

¶ ἀληθῆ-ἔπαινος, *vera-laus*) Octo nomina, per duos ordines quadrimembres, quorum alter officium, alter commendationem spectat. Si utrumque invicem contendas, primum nomen primo, secundum secundo, tertium tertio, quartum quarto respondet. χιασμὸς multiplex & concinnus, liberorum quoque, parentum, conjugum & cetera complectens officia.

¶ ἀληθῆ, *vera*) in sermone.

¶ σεμνὰ, *honesta*) in actione.

¶ δίκαια, *justa*) erga alios.

¶ ἁγνὰ, *casta*) respectu vestri.

¶ προσφιλῆ, *amabilia*) Προσφιλῆ συναγωγῇ σεαυτὸν ποίει. Sir. IV. 7. ὁ σοφὸς, ἐν λόγῳ ἑαυτὸν προσφιλῆ ποιήσει. idem, c. XX. 12. (13.)

¶ ὅσα εὔφημα, *quaecunque dictu bona*) *Amabilia*, coram: *dictu bona*, de absentibus. conf. c. I. 27.

¶ ἀρετὴ, *virtus*) Hoc uno loco Paulus hoc vocabulum ponit. Ref. ad *justa*. ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετή ϛι.

¶ ἔπαινος, *laus*) etiam in iis rebus, quæ ad proximum minus, quam ad vos ipsos pertinent.

¶ ταῦτα λογίζεσθε) *horum rationem habete*. Id pertinet ad *vera* &c. quæ etiam ab aliis facta sunt vel fiunt, ut ea probemus, recordemur, adjuvemus, augeamus, imitemur. Non solum debemus facere, in quæ incidimus, sed etiam providere facienda. Sequitur, *haec facite*, per asyndeton, quod denotat, alterum genus bonarum rerum ab altero non differre.

9 ἃ καὶ) *quae etiam*. Καὶ *etiam* versum hunc connectit cum sequentibus, non cum antecedentibus verbis. Facit transitionem a generalibus (ὅσα, *quaecunque*) ad Paulina. Locus fuisset τῷ καὶ & ante ἃ, *quae*, τῷ *etiam* manente.

¶ ἠκούσατε, *audistis*) etiamsi nondum satis *acceperitis*.

¶ εἴδετε, *vidistis*) etiamsi nondum satis *didiceritis*.

¶ καὶ ὁ θεὸς, & *Deus*) Hoc pertinet etiam ad *rationem habete*.

¶ ὁ θεὸς τῆς εἰρήνης, *Deus pacis*) non modo pax Dei, v. 7, sed Deus ipse.

10 μεγάλως, *magnopere*) Hoc vix placuerit Stoico. Paulus ingentes affectus habuit, sed *in Domino*.

¶ ἤδη ποτὲ, *jam aliquando*) Exspectatum sibi fuisse Philippensium munus ostendit. qua mente, vide v. 11. 17. *jam*, non serius: *aliquando*, non citius. Fuit tempus *opportunum*. Hebr. ואת הפאם

¶ ἀνεθαλετε, *reviruistis*) ut arbores. conf. c. I. 11, *fructu*. ἀναθάλλω hîc neutrum, a quo *sentire* pendet, subaudito *secundum*. *reviruistis*, opere ipso. Videtur legatio a Philippensibus tempore verno constituta, a quo metaphora sumitur. In hiemem

Ernesti, *Bibl. th. T. X. p. 28 sqq.*, *coll. T. VIII. p. 759*. *Quæ facundia cur me quidem non permouerit, ut ab usitata loci interpretatione recedendum putarem, pluribus exposui in meiner* Beleuchtung &c. § 39. *p. 159 sqq. Vbicunque sententia communis minus alicui arriserit, ibi inuidiam ei apud incautos terminis* Canzelgewohnheit, Postillenton &c. *contemtim prolatis nullo negotio parat. At non capiuntur his terriculamentis, qui secum habitant*, E. B.

mem quadrat illud, *carebatis opportunitate.*

¶ τὸ ὑπὲρ ἐμοῦ) Accusativus τὸ regitur a φρονεῖν. τὸ ὑπὲρ ἐμοῦ dicitur, ut τὰ παρ' ὑμῶν. v. 18.

¶ ἐφ' ᾧ, *in quo*) *pro eo, quod.* ἐπιθεραπεία.

¶ ἠκαιρεῖσθε) Καιρὸς per synecdochen denotat omnem facultatem & opportunitatem.

11 καθ' ὑστέρησιν) *pro egestate.*

¶ ἐγὼ, *ego*) in tot adversis.

¶ ἔμαθον) *didici*, divinitus. conf. Hebr. V. 8. Chiasmus directus in quatuor verbis, *didici, novi: institutus sum, valeo.* Ad *didici* accedit τὸ *institutus sum:* ad *novi* τὸ *valeo.* Sæpe verba intellectus inferunt etiam virtutem in voluntate.

¶ ἐν οἷς εἰμὶ) *in quibus sum*, in præsenti. Hebr. XIII. 5.

¶ αὐτάρκης) *contentus.*

12 ταπεινοῦσθαι, *humiliari*) in cultu & victu.

¶ περισσεύειν, *abundare*) etiam in sublevandis aliis. Invertitur mox ordo verborum, ut transitus a paucis ad multa, & a multis ad pauca notetur.

¶ ἐν παντὶ) *in omni* re. Symperasma, uti, *omnia*, v. 13.

¶ ἐν πᾶσι, *in omnibus*) respectu omnium hominum.

¶ μεμύημαι) disciplina arcana *imbutus sum*, ignota mundo.

¶ καὶ χορτάζεσθαι, & *saturari*) Constr. cum *institutus sum.*

¶ χορτάζεσθαι καὶ πεινᾶν, *saturari & esurire*) in diem unum.

¶ περισσεύειν καὶ ὑστερεῖσθαι, *abundare & penuriam pati*) longiori tempore. Repetita mentio τοῦ *abundare* congruit cum statu Pauli, qui ex Philippensium liberalitate tum *abundabat.* Præcesserat *humiliatio*, & secutura fortasse erat *penuria.* Qui alios *sublevare* potest, amplitudinem habet, cui opponitur *humiliatio.*

14 συγκοινωνήσαντες) *quum* mihi, afflicto, *communicastis* de vestris facultatibus. Composito verbo innuitur, etiam alios alio modo fuisse κοινωνήσαντας.

15 οἴδατε, *nostis*) Ostendit se memorem etiam pristinorum. *nostis, memoriam* significat, respectu Philippensium; *scientiam*, respectu ceterarum ecclesiarum.

¶ φιλιππήσιοι, *Philippenses*) Nomen proprium innuit antitheton ad ecclesias aliorum oppidorum.

¶ ἐν ἀρχῇ, *in principio*) penes vos. Pridem ab illis exierat.

¶ ὅτε, *quum*) Hoc junge cum verbis sequentibus, *nulla &c.*

¶ ἐκκλησία, *nulla*) Poterant dicere, *Faciemus, si alii fecerint:* nunc eo major horum laus est: ceterorum, eo minor.

¶ ἐκκλησία, *ecclesia*) Ergo ecclesia Philippensis, in commune, Paulo misit.

¶ εἰς λόγον) *quod attinet.* limitat.

¶ δόσεως, *dati*) ex parte vestra.

¶ λήψεως, *accepti*) ex parte mea.

¶ μόνοι, *soli*) laudabiliter. Ostendit suam indigentiam.

16 καὶ ἅπαξ καὶ δὶς) Δὶς, ordinale hoc loco. id est, non semel & bis, quod æquipolleret τῷ *ter*, sed una atque altera vice, ut sub τῷ δὶς, *bis* iterum comprehensum sit τὸ ἅπαξ, *semel.* Sic 1 Thess. II. 18.

17 ἐχ ὅτι, *non quo*) Declarat, cur pluribus verbis utatur.

¶ ἐπιζητῶ, *quaero*) beneficium vestrum amplexus.

¶ εἰς λόγον ὑμῶν) *ratione vestri.*

18 ἀπέχω) Apocha apostolica.

¶ περισσεύω, *abundo*) Vide animum contentum & gratum.

¶ τὰ παρ' ὑμῶν, *ea quae a vobis*) Miserant numos, aut vestes & quæ inservire possent.

¶ ὀσμὴν εὐωδίας, *odorem bonae fragrantiae*) Pulcre ornat rem.

¶ θυσίαν, *victimam*) Ebr. XIII. 16.

19 ὁ δὲ θεός μου) *Deus vero meus*, qui, quod

quod servo ejus datur, remunerabitur. In v. 19 per δὲ *vero* clauditur hæc particularis tractatio de liberalitate Philippensium: sed in v. 20 per δὲ *vero* fit clausula totius hujus lætæ periochæ.

¶ πληρώσει) impleat, imo *implebit*. [*Egregie sane, si vel solum hoc apostoli votum peperit, Philippensium istud beneficium collocatum esse sentis.* V. g.]

¶ χρείαν, *necessitatem*) ut vos meam necessitatem sublevastis. vacuum istud vestrum non manebit vacuum.

¶ ἐν δόξῃ, *in gloria*) Hoc refer ad totam sententiam. Sunt *divitiae in gloria*, gloriosæ divitiæ, proxime: deinde, Deus *implebit in gloria*, i. e. glorioſe.

20 ἡ δόξα, *gloria*) pro suo dono. 2 Cor. IX. 15. Doxologia fluit ex gaudio totius epistolæ.

21 πάντα ἅγιον, *omnem sanctum*) singulatim. Sic mox v. 22 *omnes Sancti*, καὶ οἱ, scil. ἅγιοι, *sancti*, late dicti. Itaque *fratres* potius, v. 21, de *Iudaeis* possint accipi, (coll. Act. XXVIII. 21,) iisque credentibus.

IN EPISTOLAM AD COLOSSENSES.

CAPVT I.

2 Ἐν Κολοσσαῖς, *Colossis*) Phrygiæ urbe. *)

¶ ἁγίοις, *Sanctis*) Habet hoc vim substantivi. Dicit conjunctionem cum Deo: *fidelibus fratribus*, conjunctionem cum hominibus Christianis. Conjunctionem dicit τοῖς *fratribus*. Hi erant *credentes*.

3 εὐχαριστοῦμεν - ἀκούσαντες, *gratias agimus - audientes*) Conf. Eph. I. 15 f. Etenim epistola ad Colossenses magnam habet convenientiam cum duabus illis, quibus subjungitur: cum Epistola ad Ephesios in thesi, & in paraclesi; cum epistola ad Philippenses, in antithesi & elencho. Plura notabimus suis locis. Epistolæ ad Ephesios & Colossenses uno tempore missæ, per Tychicum. c. IV. 7. Eph. VI. 21.

¶ πάντοτε, *semper*) Constr. cum *orantes*. Rom. I. 10. Phil. I. 4.

4 πάντας, *omnes*) præsentes & absentes.

5 διὰ, *propter*) Ex spe patet, quanta sit causa *gratias agendi* pro dono fidei & amoris. *propter* constr. cum *gratias agimus*, v. 3. [*Fides, amor, spes, v. 4. 5, summa Christianismi. Conf. v. 9. 10. 11.* V. g.]

¶ ἀποκειμένην, *repositam*) sine periculo.

¶ ἣν, *quam*) *spem*, coll. v. 23.

¶ προηκούσατε) *ante audistis*, quam ego scriberem.

¶ ἐν

*) *Vrbem hanc, in* Phrygia *utique majori ad* Lycum *flumen sitam, ex priscorum Geographorum, ex Versionis Syriacæ, nec non ex Codicum N. T. antiquissimorum testimoniis* Colassae, *per* A, *nuncupandam esse, & nonnisi per errorem, quo in insula* Rhodo *quaesita aliquibus*, Colossi *etymo seductis, fuerit*, Colossarum *nomen, per* O, *Editionibus* N. T. *impressis irrepsisse; cel.* Michaëlis *observatio est, in der* Einleitung &c. *T. II. p. m. 1456.* E. B.

¶ ἐν τῷ λόγῳ τῆς ἀληθείας, *in verbo veritatis*) Eph. I. 13. *Veritati* præconii respondet *veritas* agnitionis. v. 6. Neutra admittit mangonium.

6 εἰς) Εἰς & ἐν h. l. parallela sunt.

¶ καὶ ἔστι, *& est*) Post participium oratio redit ad indicativum: v. 26. c. II. 13. 14. *praesentis* (i. e. *quod adest*) - *&* (repete *quod*, ex anteced.) *est fructificans.*

¶ καρποφορούμενον*), *fructificans*) *in omni mundo.*

¶ καθὼς, *sicut*) Peregrinantes magna cum lætitia recognoscunt eosdem in omnibus climatibus evangelii fructus: & fructus probant, esse verbum veritatis. Confer *sicut*, mox v. 7. Permutatur enim & tandem ad Colossenses inclinatur, ad propagationem sermonis.

¶ ἀφ' ἧς, *a quo*) Constr. cum *in vobis.*

¶ ἐν ἀληθείᾳ, *in veritate*) veritate testimonii evangelici, & fidei ex testimonio & erga testimonium.

7 καθὼς, *sicut*) Ita Paulus confirmat & comprobat doctrinam Epaphræ, a nonnullis fortasse spreti. Pauli præ Epaphra fuit scribere.

¶ ἡμῶν, *nostro*) Pauli & Timothei.

¶ ὑπὲρ ὑμῶν) *pro vobis*, vestra causa.

¶ ἀγάπην ἐν πνεύματι, *amorem in spiritu*) Amor, fructus Spiritûs: *amor spiritualis.* coll. v. 9 fin.

9 ἠκούσαμεν, *audivimus*) v. 4.

¶ προσευχόμενοι, *precantes*) Precum mentionem generatim fecit v. 3: nunc exprimit, quid precetur.

¶ πληρωθῆτε, *impleamini*) Hoc verbum cum conjugatis suis frequens in hac epistola, usque ad c. IV. 12. 17.

¶ τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ θελήματος αὐτοῦ, *cognitione voluntatis ejus*) Gradatio est v. seq. *in cognitionem Dei.*

¶ τοῦ θελήματος, *voluntatis*) Eph. V. 17. I. 9.

¶ σοφίᾳ, *sapientia*) Frequens verbum in hac epistola: quo magis deducantur a falsa sapientia & philosophia. conf. Eph. I. 8. [*Et videtur* cognitionis *aliqua penuria apud* Colossenses, *optime ceteroquin animatos, locum habuisse: quare apostolus tanto eam opere urget per totam epistolam, v. 11. 28. II. 2. 3. III. 10. 16. IV. 5. 6.* V. g.] Apud Corinthios, inflationi propiores, minus commendatur cognitio. *Sapientia* denotat gustum. conf. Matth. XXIII. 34 not.

¶ συνέσει, *intellectu*) quo discernatis, quid cum veritate congruat vel pugnet: neque prætermittatis, quod considerandum est. *Sapientia* (σοφία) est quiddam generalius: σύνεσις est solertia quædam, ut quovis tempore aliquid succurrat, quod hîc & nunc aptum est. σύνεσις est in intellectu: *sapientia* est in toto complexu facultatum animæ.

¶ πνευματικῇ, *spirituali*) non, *naturali.*

10 περιπατῆσαι) *ut ambuletis.* Talis ambulatio fluit ex cognitione voluntatis Dei.

¶ ἀξίως τοῦ κυρίου) *ut* Christo *Domino dignum est.* Eph. IV. 1.

¶ ἀρεσκείαν) *studium placendi*, ex parte vestri; usque eo, ut revera placeatis Domino. ⌈LXX, ἀρέσκειαι, Prov. XXXI. 30.

¶ καρποφοροῦντες, *fructum ferentes*) Ex verbo *impleamini* pendent participia, *fructum ferentes, crescentes, corroborati.*

11 δυνάμει, *virtute*) Eph. I. 19. III. 16. VI. 10.

¶ δόξης, *gloriae*) Rom. VI. 4.

¶ μακροθυμίαν, *longanimitatem*) Eph. IV. 2.

¶ μετὰ

*) *Lectio plenior*, καρποφορούμενον καὶ αὐξανόμενον, *in marg.* Ed maj. *ad minus firmas relata, firmioribus per ma g.* Ed. 2 & Vers. germ. *accensetur.* E. B.

¶ μετὰ χαρᾶς, *cum gaudio*) v. 24.

12 εὐχαριστοῦντες, *gratias agentes*) i. e. *gratiasque agimus.* Pendet a v. 9. Sequitur, *nos*, mox: & *vos*, v. 21. [Israëlitarum *videlicet nomine v. 12-20*; gentium *causâ v. 21 sqq. gratias agit. Cf. Eph. II 3. 11.* V. g.]

¶ τῷ ἱκανώσαντι, *qui idoneos fecit*) Fueramus enim inidonei. Idem verbum, 2 Cor. III. 6.

¶ εἰς, *in*) i. e. ut acciperemus partem sortis sanctorum: coll. v. seq. & Eph. I. 11, vel potius, Act. XX. 32. XXVI. 18.

¶ μερίδα τοῦ κλήρου) *partem, sorte*, non pretio, *datam.*

¶ ἐν, *in*) Constr. cum *partem.* *) *Lux* est *regnum Dei*, habentque fideles *in* hoc Regno *partem* beatam. ἐν *in* est quasi præpositio loci. Conferatur oppositum Matth. IV. 16, ubi bis est *in.*

¶ τῷ φωτὶ, *luce*) Antitheton, *tenebrarum.* v. 13. Conf. Eph. V. 8. *Lux* est agnitionis & lætitiæ. **)

13 ὃς, *qui*) *Pater.*

¶ ἐξουσίας, *potestate*) Antitheton, *regnum. potestas* detinet captivos; *regnum* fovet cives lubentes. conf. Eph. II. 2. V. 5. VI. 12.

¶ σκότους) *tenebrarum* cæcitatis, odii, miseriæ.

¶ τοῦ υἱοῦ τῆς ἀγάπης αὐτοῦ, *filii amoris sui*) Ioh. XVII. 26. ***) Eph. I. 6. Hoc tractatur versu 15 & seqq.

14 ἐν ᾧ, *in quo*) *Filio.* Eph. I. 7.

¶ τὴν ἀπολύτρωσιν, *redemtionem*) Hoc tractatur v. 18 med. & seqq.

15 ὅς ἐστιν, *qui est*) Describit gloriam Christi & eminentiam, etiam super angelos summos: atque ea semina spargit, ex quibus deinceps redarguet angelorum cultores. [*ad ipsum Christum, tanquam Salvatorem suum, eundemque Omnium caput, adplicare se docet fideles.* V. g.] Hanc cognitionem de Christo ii demum plenam assequuntur, qui mysterium redemtionis experti sunt.

¶ εἰκὼν τοῦ θεοῦ, *imago Dei*) 2 Cor. IV. 4 not.

¶ τοῦ ἀοράτου, *invisibilis*) Glorioſissimum Dei epitheton. 1 Tim. I. 17. Deum invisibilem solus Filius unigenitus repræsentat, qui ipse *imago invisibilis* est secundum naturam divinam; *visibilis*, secundum humanam [*Ioh. XIV. 9.*] *visibilis* etiam ante incarnationem, quatenus a creatione, quæ per illum facta est, *invisibilia Dei* cœpta sunt *cerni.* Huc ref. v. 16, *visibilia & invisibilia.*

¶ πρωτότοκος πάσης κτίσεως, *primogenitus omnis creaturae*) Est genitus; & genitus ante creationem rerum omnium. το πρὸ, quod continetur in πρωτότοκος, regit genitivum, κτίσεως. Tempus est accidens *creaturae:* ergo ortus Filii Dei præcedit omne tempus. *Creaturæ auctor non ordine genitura, sed honore distinguitur.*

16 ὅτι, *mundo prior*

*) *Hanc potius, quam aliam, constructionem ratam habet cel. D.* Ernesti, *Bibl. sh. T. VIII. p. 759.* E. B.

**) *Congruunt & hæ observationes (coll. Matth. IV. 16, modò allegato) illi* Attonis *interpretationi, quam facillimam & maxime omnium natiuam judicat D.* Ernesti, *l. c. T. X. p. 130.* E. B.

***) *Innuunt hæc allegata*, eodem amore, *quo Filium Pater amplectitur, Patrem, Filii causâ, fideles quoque amplecti. Eaque beatissima cum sorte Christi communio, quæ phrasi* υἱὸς τῆς ἀγάπης αὐτοῦ, *ubi sermonis nexus infert, jucundissime indigitatur, in caussa est, cur non ad* meros hebraismos *locutionem istam retulerit b. Auctor, sed* emphasin *aliquam subesse crediderit.* Filius amoris *est, qui &* ipse amatur & amorem *reliquis* conciliat. *Quis enim probauerit, nullum prorsus in re fundamentum esse, cur modo* ἀγαπητὸς *dicatur Christus, modo* υἱὸς τῆς ἀγάπης? *Potest nimirum* una eademque *phrasis, in communi etiam hominum conuersatione, vel emphatice usurpari vel citra emphasin: quidni commutatio locutionis* mere græcæ *cum* hebraismo intendere *aliquando significatum, ex mente Scriptoris sacri, queat?* E. B.

16 ὅτι, *quia*) Declaratur versûs 15 pars altera.

¶ ἐν, *in*) *ἐν in* denotat prius quiddam, quam mox διὰ, & εἰς. Notatur initium, progressus, finis. Summa repetitur versu seq.

¶ αὐτῷ, *ipso*) *Ipse*, hîc sæpe positum, magnam significat majestatem, & omnem excludit creaturam.

¶ ἐκτίσθη, *creata sunt*) De creatione illa agi, quæ Gen. I describitur, patet ex enumeratione mox subsequente. conf. v. 23.

¶ τὰ ἐν τοις οὐρανοις, *ea quae in coelis*) & cœli ipsi. Nominantur autem potius ea, quæ sunt in cœlis: quia incolæ sunt nobiliores, quam domus.

¶ τὰ ὁρατὰ, *visibilia*) Sequitur, per gradationem, *& invisibilia*, quorum species subjunguntur. [*Quum* visibilia, *qualia sunt sol, luna, stellae, prius nominentur*, invisibilia *deinceps: consideratu haut indignum fuerit, annon* visibilia *sextidui tempore*, invisibilia *die septimo creata sint? Gen. II. 1. 2. Exod. XXXI. 17.* V. g.]

¶ εἴτε θρόνοι εἴτε κυριότητες, *sive throni sive dominationes*) illi his majores. Abstractum pro concreto.

¶ εἴτε ἀρχαὶ εἴτε ἐξουσίαι, *sive imperia sive potestates*) illa his validiora. Vtraque dicunt functionem respectu creaturarum: sed *throni & dominationes* appellationem videntur habere magis in illo respectu ad Deum, quatenus sunt ὀχήματα, *vehicula*, majestatis ejus. Eph. I. 21.

t) 17 ἐστι, *est*) Non dicit, *factus est;* neque *erat*, quorum hoc tamen augusto sensu dici poterat, coll. Ioh. I. 1, sed *est*, in præsenti. conf. Ioh. VIII. 58.

¶ πρὸ πάντων) *ante omnia*, etiam ante tempus: i. e. ab æterno.

¶ καὶ τὰ πάντα ἐν αὐτῷ συνέστηκε) *& omnia in illo convenerunt* in unum *systema:* rerum universitas in illo complementum nacta est. LXX, τὰ συστήματα τῶν ὑδάτων. Gen. I. 10. Ipse est *primus & novissimus.* Ap. XXII. 13. [*Isa. XLI. 4, in fonte:* Ego Dominus, primus: & cum ultimis Ego sum. V. g.]

18 καὶ, *&*) Nunc a toto descendit ad partem præcipuam, ecclesiam. conf. Eph. I. 22 not.

¶ ὅς ἐστιν, *qui est*) Anaphora, coll. v. 15, ostendit, hîc initium esse novæ periochæ: & utrique membro additur suum ὅτι, *quia.*

¶ ἀρχὴ, *principium*) Hoc verbum respondet Hebræo רֵאשׁ præsertim de Christo, Hos. II. 2, & רֵאשִׁית speciatim de primogenito quopiam, Deut. XXI. 17; sed maxime de Christo, Prov. VIII. 22. ἀπαρχὴ, *primitiae*, dicitur 1 Cor. XV. 23, vocabulo magis restricto ad resurrectionem mortuorum: ἀρχὴ, *principium*, expressius notat *eminentiam.* conf. c. II. 10. Ps. LXXXIX. 28. ἀρχὴ singulare opponitur plurali ἀρχαὶ, *imperia.* v. 16.

¶ πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν, *primogenitus ex mortuis*) Christus etiam ante resurrectionem ex mortuis, immo ante creationem mundi, erat primogenitus, v. 15, sed *primogenitus ex mortuis* dicitur, quatenus ideo, quia filius Dei erat, non potuit non resuscitari, & quatenus ex resurrectione agnoscitur Filius Dei esse. conf. Act. XIII. 33 not. præsertim quum ex resurrectione illius fluat vita fratrum multorum.

¶ πᾶσιν, *omnibus*) Neutrum. v. 17.

¶ αὐτὸς) *Ipse*, per se, sine locumtenentibus, sine vicario.

¶ πρωτεύων, *primas tenens*) v. gr. in resurrectione, ascensione. &c. Ioh. III. 13. *Primarius*, interpretatur Victorinus.

19 ἐυ-

t) εἰς αὐτὸν, *in Illum*] Omnia ad Ipsum referuntur. Nil quidquam sine Ipso factum est. Joh. I. 3. *V. g.*

19 u) ἐυδόκησε, *beneplacitum habuit*) *Deus.* Hoc subaudiendum ex mente Pauli, qui beneficium Christi commemorans, nunquam dimittit memoriam Patris. De Patris beneplacito in Filio confer Matth. III. 17. ἐυδοκῶ, sequente accusativo & infinitivo, 2 Macc. XIV. 35. Porro ab ἐυδόκησε, *beneplacitum habuit*, pendet *reconciliare*, & *pacificans.*

¶ πᾶν τὸ πλήρωμα, *omnem plenitudinem*) c. II. 9. 10. 2. IV. 12. 17. 1. 9. 25. Eph. I. 23 not. Quis exhauriat profundum hoc?

¶ κατοικῆσαι, *habitare*) constanter, tanquam in templo, in quo nobis præsto est. Hæc inhabitatio est fundamentum reconciliationis.

20 ἀποκαταλλάξαι, *reconciliare*) Eph. II. 16.

¶ τὰ πάντα, *omnia*) Eph. I. 10.

¶ εἰς αὐτὸν, *in ipsum*) *in Deum.* v. 22 fin. 2 Cor. V. 19.

¶ εἰρηνοποιήσας, *pacificans*) Eph. II. 14. 17. Nominativus pendet a *beneplacitum habuit.*

¶ διὰ τοῦ αἵματος τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ) *per sanguinem in cruce* effusum & mortem adeo crucis: vel est appositio cum metonymia, *per sanguinem, crucem ipsius.* Crucifixionis effectus (quamvis non solius crucifixionis) est effusio sanguinis.

¶ δι' αὐτοῦ, *per ipsum*) Hoc, iteratum, & ad emphasin facit, & ostendit, *omnia* statim declarari per illud, *sive quae &c.* Hoc *omnia* continet etiam defunctos.

¶ ἐπὶ τῆς γῆς, *in terra*) *In terra* initium fuerat inimicitiarum; ideo terra priore loco ponitur.

¶ τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, *quae in coelis*) Luc. XIX. 38. Certum est, angelos, Dei amicos, fuisse inimicos hominum Deo infensorum. *)

21 καὶ ὑμᾶς, *& vos*) Eph. II. 1. 12.

¶ ἀπηλλοτριωμένους καὶ ἐχθροὺς, *abalienatos & hostes*) *Abalienatio* actualis effecit *hostes* habituales.

¶ τῇ διανοίᾳ) prima intimaque *vi mentis*, ceteras facultates post se trahente.

¶ νυνὶ) *nunc*, quum fidem suscepistis, qua ad *conciliationem* in cruce factam aggregati estis. i. e. eratis pridem *abalienati*, nunc autem *reconciliavit.* quanquam *hostes* eratis, *tamen* reconciliavit. Apodosis refertur ad proxime præcedentia, licet non faciant sententiam completam.

¶ ἀποκατήλλαξεν, *reconciliavit*) *Deus.*

22 ἐν τῷ σώματι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ) *in corpore carnis ejus*) Tota hac appellatione distinguitur ab ecclesia, quæ *corpus Christi* dicitur: simulque *corpus* notat veram ac totam humanitatem Christi: Rom. VII. 4. *Caro*, innuit capacitatem patiendi & passionem ipsam. Eph. II. 15.

¶ παραστῆσαι, *ut sisteret*) Eph. V. 27.

¶ ἁγίους, *sanctos*) erga Deum.

¶ ἀμώμους, *sine macula*) respectu vestri.

¶ ἀνεγκλήτους, *sine querela*) respectu proximi.

23 εἴ γε, *si quidem*) Pendet hoc a verbo finito *reconciliavit*, v. 21, potius, quam ab infinitivo, παραστῆσαι hocque παραστῆσαι, finale, ipsum est fructus lætissimus *reconciliationis.* unde a perseverantia Colossensium non suspenditur veritas factæ reconciliationis, sed fructus in posterum lætissimus, qui non consequitur, nisi Colossenses perseveraverint. conf. εἴ γε, Eph.

u) ἐν αὐτῷ, *in Ipso*] Filio nimirum. Diligenter & hoc & seq. capite discernenda sunt verba, vel *Patrem* spectantia vel *Filium.* V. g.

*) *Ad h. l. iterum velim conferri amicissimi commilitonis, G. F. Griesingeri, Comm.* de Commodis angelorum bonorum ex opere redemtionis, *Tub. 1766. p. 82 sq. Et, quæ notauimus ad Eph. I. 10.* E. B.

Eph. IV. 21. ἐάνπερ, Hebr. III. 6.

¶ τῇ πίστει) *fide*, fiducia; cui *ſpes* jungi ſolet.

¶ τεθεμελιωμένοι) *affixi fundamento*. ἑδραῖοι, *ſtabiles*, firmi intus. Illud metaphoricum eſt, hoc magis proprium: illud importat majorem reſpectum ad *fundamentum*, quo ſuſtentantur fideles: ſed ἑδραῖοι, *ſtabiles* dicit internum robur, quod fideles ipſi habent: quemadmodum ædificium primo quidem fundamento recte ſolideque inniti, deinde vero ſua etiam mole probe cohærere & firmiter conſiſtere debet.

¶ καὶ ἑδραῖοι καὶ, & *ſtabiles* &) 1 Cor. XV. 58 not. Eph. III. 18.

¶ τοῦ εὐαγγελίου, *evangelii*) quo nunciatur reconciliatio.

¶ πάσῃ, *omni*) v. 20. Marc. XVI. 15 not.

¶ διάκονος, *miniſter*) v. 25. Eph. III. 7.

24 νῦν, *nunc*) Antitheton, *a quo die*. v. 9.

¶ καὶ, &) Reſolve, *in paſſionibus meis, in quibus viciſſim adimpleo*. Ponitur &, uti *ſed*, Eph. V. 27.

¶ ἀνταναπληρῶ, *viciſſim adimpleo*) Fixa eſt menſura paſſionum, quas tota exantlare debet eccleſia. quo plus igitur Paulus exhauſit, eo minus & ipſi poſthac & ceteris relinquitur. hoc facit communio ſanctorum. [*Menſura paſſionum*, Paulo *deſtinata*, *dum adimpleta fuit*; gentes *ad plenam euangelii communionem pertigerunt*. V. g.] Inde pontificii merita ſtatuunt pro aliis: ut in illorum ſyſtemate permulti errores ex ſubtili veritate indiſcrete accepta nati ſunt.

¶ ὑπὲρ, *pro*) Eph. III. 1 not.

25 τὴν οἰκονομίαν τοῦ θεοῦ, *oeconomiam Dei*) Inde Paulus, *oeconomus gratiae Dei*. Eph. III. 2.

¶ εἰς ὑμᾶς, *in vos*) gentiles. v. 27.

¶ πληρῶσαι) *implere*, ad omnes perducere. Paulus ubique ad ſumma tendit. conf. Rom. XV. 19, πεπληρωκέναι. Id requirebat *plenitudo* Chriſti & temporum.

26 τὸ μυστήριον, *myſterium*) ἓν διὰ δυοῖν. τὸν λόγον, τὸ μυστήριον. i. e. *ſermonem de myſterio*. Myſterium declaratur v. ſeq. Eph. I. 9. III. 9. *Gloria* eſt objectum *myſterii*.

¶ ἀποκεκρυμμένον, *occultatum*) Sic, *occulti*. c. II. 3.

¶ ἀπὸ τῶν αἰώνων, *a ſeculis*) in quibus ſilentium fuerat majus.

¶ ἀπὸ τῶν γενεῶν, *a generationibus*) in quibus ſenſim facta revelatio aliarum rerum. Æones referuntur ad angelos; generationes, ad homines.

¶ ἐφανερώθη, *manifeſtatum eſt*) Iterum verbum poſt participium.

¶ τοῖς ἁγίοις, *ſanctis*) Eph. III. 8 not.

27 οἷς) quippe *quibus*. Declaratio.

¶ ἠθέλησεν, *voluit*) liberrime.

¶ ὁ πλοῦτος, *divitiae*) ſuper omnes homines. Eph. I. 7 not.

¶ ὅς, *qui*) pro ὅ, *quod*.

¶ Χριστὸς ἐν ὑμῖν, *Chriſtus in vobis*) Parallela, *in gentibus*, & *in vobis*. *Chriſtus in gentibus*, ſummum illis temporibus paradoxon. conf. *in*, Eph. III. 8. [17.] 1 Tim. III. 16. *)

¶ ἡ ἐλπὶς τῆς δόξης. *ſpes gloriae*) Chriſtus in nobis, per ſe lætiſſimum: ſed multo lætius, reſpectu eorum, quæ revelabuntur. c. III. 4. Eph. I. 18. Sic Rom. V. 2.

28 ἡμεῖς, *nos*) v. 1.

¶ πάντα ἄνθρωπον, *omnem hominem*) Hoc toties poſitum maximam habet δεινοτητα ac vim, & cauſam continet, cur et-

*) *Eundem igitur vocis* ἐν *ſignificatum* (*non* meris emphaſibus *intentus*) *h.* Bengelius *etiam h. l. agnouit, quem cel.* Erneſti *in* Attone *comprobat*, *Bibl. th. T. X. p. 130. Sed maturiorem iſtam communionem cum Chriſto, quæ omnem certe* rationem *humanam ſuperat, lætum prædicationis inter gentes* Conſequens *eſſe, allegatione loci Eph. III. 17, in margine* Vers. germ. *innuere non dubitauit.* E. B.

etiam ad ignotos scribat. c. II. 1. Conferatur distributio *omnium*, c. III. 11.

¶ καὶ διδάσκοντες, *& docentes*) νουθετοῦνται, *admonentur*, qui jam docti sunt, ut Colossenses; διδάσκονται, *docentur*, rudes.

¶ τέλειον) Eph. IV. 13. *perfectum*, sine elementis mundi.

29 ἀγωνιζόμενος, *certans*) Huc respicit c. II. 1, *certamen*. conf. c. IV. 12.

¶ κατὰ, *secundum*) Paulus per se non valeret, pro eo ac Christus in eo operatur, pollet.

¶ αὐτοῦ, *ejus*) *Christi*.

CAP. II.

1 Θέλω γὰρ, *volo enim*) Declarat, cur verbo *certans* usus sit c. I. 29. nam sequitur mox, *certamen*.

¶ ἀγῶνα, *certamen*) solicitudinis, studii, precum, quibus sarcio ea, quæ præstare non possum, absens.

¶ καὶ ὅσοι, *& quicunque*) Sub his comprehendi possunt, qui erant Hierapoli, c. IV. 13. Paulus se omnium gentium debitorem statuit. *)

¶ οὐχ ἑωράκασι, *non viderunt*) Hac de causa Paulus *familiaribus* titulis, *fratres*, *dilecti*, in tota hac, eaque sola, epistola non utitur. [*Porro, ad eas ecclesias, quas coràm Paulus instituerat, de rebus particularibus, postliminio inculcandis, scribit: multa supponit, & elencho identidem utitur paternam potestatem redolente. Ad ea vero loca, quae praesens non viderat, tales literas dedit, quae sermonibus ad auditores non domesticos habendis* (Gastpredigten) *comparari queant; uniuersae doctrinae salutaris compendium sufgerens. Vtroque differendi genere fac iuueris.* V. g.]

¶ τὸ πρόσωπόν μου, *faciem meam*) Vel aspectus Pauli habebat vim *paracleticam*. v. 2. Act. XX. 38.

2 συμβιβασθέντων) Participium categorice affirmans: *sunt conjuncti* (inquit Paulus,) amore. coll. v. 5: accedere debent reliqua. Si placeat legere **) συμβιβασθέντες, resolves, ἵνα παρακληθῶσι ταῖς καρδίαις αὐτῶν, συμβιβασθέντες. conf. 1 Cor. VI. 16 not.

¶ ἐν ἀγάπῃ) *in amore* Dei & fidelium mutuo.

¶ καὶ) *etiam*.

¶ εἰς, εἰς, *in, in*) Anaphora, cujus partem priorem declarat altera duobus commatis.

¶ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς καὶ τοῦ χριστοῦ, *Dei Patrisque & Christi*) Articulus accurate positus. De Deo & de Christo proponit hîc, & tractat versu 8 s. 12 s. nam in Christo est *omnis plenitudo deitatis*. v. 9.

3 ἐν ᾧ) *in quo* scil. mysterio Dei Patrisque & Christi. Hoc qui tenet, nil ultra requirere debet, ad *sapientiam* & reliqua bona. De Christo ipso, agitur versu 9.

¶ εἰσὶ, *sunt*) Construe: *omnes arcani thesauri sunt in mysterio illo.* ἀπόκρυφοι, sine articulo.

¶ πάντες, *omnes*) Resp *omnes*. v. 2.

¶ οἱ θησαυροὶ, *thesauri*) Hinc πλοῦτος *divitiae*. ibid.

¶ τῆς σοφίας, *sapientiae*) Hinc σύνεσις *intellectus*. ibid.

¶ της γνώσεως, *cognitionis*) Hinc ἐπίγνωσις *cognitio*. ibid. conf. 1 Cor. XIII. 12 not.

¶ ἀπό-

*) *Et hac de causa* Epaphræ *doctrinam, qua Colossenses eorumque vicini imbuti fuerant* (*coll. c. IV. 12. 13.*) *hac ipsa epistola confirmatum iuit Paulus; ne scilicet apostolica institutione destituti hactenus, aduersus seductorum errores non munitos se satis esse crederent. Quæ cel.* Michaëlis *obseruatio est, in der* Einleitung &c. *T. II. p. m. 1459.* E B.

**) *Sic nimirum legere potius suadet margo* Ed. 2, *quam* Ed. maj. E.B.

¶ ἀπόκρυφοι, *occulti*) Est enim *mysterium*. ibid. Conf. 1 Cor. II. 7 s.

4 μή τις, *ne quis*) Sic. v. 8. 16. 18.

¶ παραλογίζηται ἐν πιθανολογίᾳ, *decipiat in plausibili sermone*) Conf. Rom. XVI. 19 cum anteced. *plausibilis sermo* est, qui v. gr. *humilitatem* præ se fert. v. 18. 23. Erant, qui Iudaismum & philosophiam orientalem commiscerent. vid. Budd. eccl. apost. p. 466 s.

5 χαίρων καὶ βλέπων, *gaudens & cernens*) i. e. cum gaudio cernens.

¶ τάξιν, *ordinem*) ne quid sit *luxatum*. Hebr. XII. 13. *Ordo* debet esse in singulis & conjunctis. Conjunctos spectat Paulus, ut sint συμβιβασθέντες, v. 2.

¶ στερέωμα, *firmamentum*) ut *ordinem* non facile amittat. *Fides firma* non patitur quicquam ex *ordine* suo moveri. Hæc *firmitudo* requiritur in singulis, uti *plerophoria* v. 2. *Ordo* intelligitur *amoris*. *Fides* est *firmamentum*, quum ipsa firma est.

6 τὸν κύριον, *Dominum*) Articulus ostendit, eos Christum *ut* Dominum accepisse.

¶ ἐν αὐτῷ περιπατεῖτε, *in Eo ambulate*) in illo solo. Hic epistolæ scopus est. Summam damus hanc:

- *I. Inscriptio.* — *c. 1. 1. 2.*
- *II. Doctrina, qua mysterium Christi pathetice exponit apostolus, per gratiarum actionem pro Coloss. v. 3 seq. & preces pro iisdem, v. 9 s. 12 s. 15 s. 21 s. cum sui in illos studii declaratione.* — *v. 24 s. cap. II. 1 s.*
- *III. Adhortatio,*
  - *1. generalis: qua eos excitat ad perseverantiam in Christo, v. 6 s. & monet, ne decipiantur.* — *v. 8*
    - *Hic iterum describit mysterium Christi, ordinatim, v. 9 s. & eodem ordine monita deducit*
      - *ex Christo, capite:* — *v. 16*
      - *ejusque morte,* — *v. 20 ff.*
      - *& exaltatione.* — *cap. III. 1-4*
  - *2. specialis:*
    - *1. ut vitentur vitia,* — *v. 5-9*
    - *& colantur virtutes,* — *v. 10 s.*
      - *praesertim amor,* — *v. 12 s.*
      - *& studium verbi Christi.* — *v. 16 s.*
    - *2. ut officium faciant*
      - *1. mulieres & viri,* — *v. 18. 19.*
      - *2. liberi & patres.* — *v. 20. 21.*
      - *3. servi & domini.* — *v. 22 s. cap. IV. 1*
  - *3. finalis, ad preces:* — *v. 2 s.*
    - *ad prudentiam.* — *v. 5 s.*
- *IV. Conclusio.* — *v. 7 s. 10 s. 15 s. 18.*

7 ἐῤῥιζωμένοι, *radicati*) Eph. III. 18. Præteritum, pro initio.

¶ ἐποικοδομούμενοι) Præsens, etiam in progressu. Act. XX. 32.

¶ ἐν αὐτῷ, *in illo*) in Iesu Christo, ut Domino. Parallelum mox, *in fide*.

¶ ἐν εὐχαριστίᾳ, *in gratiarum actione*) Hæc licitum & lætum facit ostenditque usum

usum rerum, quas alii interdictis onerant. v. 21. Conf. 1 Cor. X. 30. 1 Tim. IV. 3. 4.

8 μὴ τις ἔσῃ) Sic, ἵνα ἔσῃ. Ap. XXII. 14.

¶ συλαγωγῶν) qui non solum de vobis, sed vos ipsos *spolium faciat*. Et huic verbo & τῷ *inanem* opponitur *plenitudo*, *divitiæ*, *thesauri*.

¶ διὰ, *per*) Hoc dicit instrumentum.

¶ φιλοσοφίας καὶ κενῆς ἀπάτης, *philosophiam & inanem fraudem*) ἓν διὰ δυοῖν, uti v. 18. Philosophia in se est *medium* quiddam: sed tamen facilior abusus ad *fraudem*, in ea præsertim philosophia Iudaica, quam tum jactabant, & puritati fidei attemperare conabantur. neque enim *per philosophiam* Paulus nos ad Christum adduci ait. Quod adversarii jactabant esse philosophiam & sapientiam, v. 23, id Paulus *inanem fraudem* esse dicit.

¶ κατὰ, *secundum*) Hoc determinate indicat, quæ philosophia notetur: & generalem appellationem restringit ad philosophiam judaicam. Ea innuitur in tractatione, v. 11. 16. 20: quare propositio versu 8 non debet latius extendi, ad philosophiam gentilem: quanquam a gentilibus philosophiam sumserant Iudæi; & a paritate rationum id valet in philosophiam omnem.

¶ τῶν ἀνθρώπων, *hominum*) Antitheton, *deitatis*.

¶ τὰ στοιχεῖα, *elementa*) Antitheton, *corporaliter*. v. 9. 17. Conf. *elementa*, Gal. IV. 3 not.

¶ καὶ ὐ κατὰ χριστὸν, *& non secundum Christum*) Vnice ergo *secundum Christum* debemus admittere doctrinam.

9 ὅτι) *quoniam*. Ratio, cur ii soli audiendi, qui secundum Christum docent.

¶ ἐν αὐτῷ, *in ipso*) Ioh. XIV. 10.

¶ κατοικεῖ, *habitat*) c. I. 19 not.

¶ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος, *cuncta plenitudo Deitatis*) Fideles implentur *in omnem plenitudinem Dei*, Eph. III. 19. in Christo vero habitat *cuncta plenitudo deitatis*, Deitas plenissima: non modo divinæ virtutes, sed ipsa *divina natura*. c. I. 19. Vocabulum abstractum significantissimum.

¶ σωματικῶς, *corporaliter*) *Deus* est *caput* Christi, 1 Cor. XI. 3. & Christus est caput omnium, v. 10. atque ad Deum Christus se habet, ut ad Christum *corpus* ejus, ecclesia: sed non commode diceretur Christus corpus Dei. Ideo variatur oratio. Ipsa deitas, ipsa quasi solida substantia Deitatis in Christo habitat, præsentissimo modo, & verissimo. Typus erat inhabitatio gloriæ Dei in templo Salomonis. *) σωμα non semper notat proprie *corpus*. v. 11. 17.

10 καὶ) & ideo.

¶ ἐστὲ) *estis*.

¶ πεπληρωμένοι, *repleti*) Ioh. I. 16. *Plenitudo* Christi redundat in ecclesiam. Ps. CXXXIII. 2. Ergo *plenitudo* ipsius infinite abundantior. Ipse, *plenus*: nos, *repleti*, sapientia & virtute.

¶ ἡ κεφαλὴ πάσης, *caput omnis*) Eph. I. 10.

¶ πάσης ἀρχῆς, *omnis imperii*) A Christo igitur, non ab *angelis* petere debetis.

11 καὶ) *etiam*. Nunc enumerat Paulus processum eorum, qui *plenitudinis* Christi participes facti sunt.

¶ περιετμήθητε, *circumcisi estis*) Vt circumcisio, sic baptismus ad initiandum pertinet.

¶ περιτομῇ, *circumcisione*) cordis.

¶ ἀχειροποιήτῳ, *non manu facta*) Epitheton valde conveniens Novo Testamento. conf. Eph. II. 11. Hebr. IX. 11. 24.

¶ ἀπεκ-

*) *Congruit, quod* Atto, Bochartus, Moldenhauerus &c. τὸ σωματικῶς *umbræ s.* typis *oppositum censent, observante* D. Ernesti, *Bibl. th. T. VIII. p. 760. X. 130.* E.B.

¶ ἀπεκδύσει) Verbum significantissimum. v. 15.

¶ τῆ σώματος, *corporis*) Hoc, tanquam totum, opponitur parti, præputio. ἀπέκδυσις σώματος, *detractio corporis*, benigna definitio *mortis*. est diversa utique a baptismo; est circumcisio cordis; est *mors* spiritualis, bona; cum *baptismus* comparetur *sepulturæ*. Sunt tamen *detractio* illa & *baptismus* conjuncta. [*Describitur hoc versu & seq. communio cum* morte & sepultura & resurrectione *Christi*. V. g.]

¶ τῆς σαρκὸς, *carnis*) Appositio, *corpus peccatorum*, *caro*.

¶ ἐν τῆ περιτομῆ τοῦ χριστοῦ) *circumcisione Christi*, novo testamento congrua: cui cedit illa Moisis, in carne.

12 βαπτίσματι, *baptismate*) Vt mors est ante resurrectionem; sic baptismus natura præcedit, in hoc tertio comparationis, fidem adultam.

¶ ἐν ῷ, *in quo*) Anaphora, coll. v. 11.

¶ διὰ τῆς πίστεως τῆς ἐνεργείας τοῦ θεοῦ) Insignis locutio. *fides est* (opus) *operationis divinæ*: & operatio divina est in fidelibus. Eph. I. 19. II. 8. 1 Thess. II. 13.

13 καὶ ὑμᾶς, *& vos*) Sermo v. 10-12 sub secunda persona fuit indefinitus: nunc proprie loquitur in secunda persona. Et quidem insigne est asyndeton, quo versus 13. 14. 15 nectuntur.

¶ νεκροὺς ὄντας, *mortuos*) Eph. II. 1 s.

¶ τῆ ἀκροβυστίᾳ τῆς σαρκὸς, *præputio carnis*) Exquisita appellatio peccati originalis.

¶ συνεζωοποίησε σὺν αὐτῷ) *vivificavit* vos Deus *cum Christo*. conf. Eph. II. 4 s. Hinc pendent per asyndeton verba *sustulit* & *ostentavit*, cum participiis annexis, omnia ad Deum Patrem referenda.

¶ χαρισάμενος) Aoristus determinatur per tempus verbi, cui additus est. Nunc amplector lectionem hanc, χαρισάμενος ὑμῖν-*), & hoc incisum connecto cum verbis antecedentibus. Sic versus 13 cum antecedentibus alloquitur gentes: versus 14 introducit Iudæos loquentes.

¶ παραπτώματα, *delicta*) unde *mors* orta erat. Cum hac liberatione a peccato conjuncta est liberatio ab opprobrio peccati, v. 14, & liberatio a potestate tenebrarum, v. 15.

14 ἐξαλείψας, *delens*) Verbum proprium de *scripto*. junge cum ἦρκεν, *sustulit*.

¶ καθ' ἡμῶν, *contra nos*) Hic versus inducit Iudæos loquentes. [*Non solum* contra nos *fuit Lex postulatis suis, sed* inimica *etiam* nobis *accusatione sua*. V. g.]

¶ χειρόγραφον, *chirographum*) Vbi debitum est contractum, sequitur plerumque, ut debitor chirographo suo fateatur, se teneri.**) debitum *condonatur*: & tum demum chirographon *deletur*. Peccata nostra erant debita: chirographon non erant peccata ipsa, sed, ex consequenti, non inficianda labes, memoria, clamor, (vid. plane Ier. XVII. 1. 2.) non tam in conscientia nostra, quam coram Deo, Lege variis nos modis peragente. Hebr. X. 3, 17. 1 Cor. XV. 56. *Contra* esse, & *inimicum esse*, differunt, sicut status belli, & ipsa pugna. Chirographon erat contra nos; sed delevit Deus. Chirographon inimicum erat nobis: sed e medio sustulit Deus. [*Eph. II. 15 sq.*]

¶ τοῖς δόγμασιν, *decretis*) *placitis*. Hæc sunt decreta gratiæ. In eo, quod contra

*) *Nam lectio* ὑμῖν, *in* Ed. maj. *minus firmis annumerata, per marginem* Ed. 2, *suffragante* Vers. germ., *ad firmiores referetur*. E. B.

**) *Tuetur hanc* Chirographi *ideam cel. D.* Ernesti, *Bibl. th. T. VIII. p. 760 sq. Sed mutasse videtur sententiam Bibl. th.* nouiss. *T. I. p. 159, et T. II. p. 411.* E. B.

tra nos erat, non in eo, quo sublevati sumus, *scripturis* includitur mentio. *Litera occidit.* 2 Cor. III. 6. Vid. Ven. D. Hauberi tract. ad h. l.

¶ ὑπεναντίον) *inimicum.* ὑπὸ non *) dicit *clam*, in hoc composito: ut ex LXX patet.

¶ καὶ αὐτὸ) *ipsum quoque.*

¶ ἦρκεν ἐκ τοῦ μέσου) Sic, καταργήσας, Eph. II. 15.

¶ προσηλώσας, *affigens*) Alluditur ad *clavos* crucis Christi. Chirographum perforatum, pro abolito censetur. resolve, *postquam affixerat cruci.* nam ἦρκεν *sustulit* pertinet ad fructum resurrectionis. Sic etiam v. 15, *postquam triumphum fecerat in illos.* Plenum exercitium potestatis in devictos jam est initium *triumphi*, ubi victi vinciuntur & ad spectaculum adaptantur. *Triumphus* victoriam præsupponit & subsequitur ex intervallo. Factum forsan in descensu Christi ad inferos.

15 ἀπεκδυσάμενος, *exuens*) Matth. XII. 29. **)

¶ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας, *imperia & potestates*) Qui angelos bonos colebant, iidem malos timebant: neutrum jure. conf. v. 10.

¶ ἐδειγμάτισεν, *ostentavit*) Id factum in ascensione. Eph. IV. 8.

¶ ἐν παῤῥησίᾳ, *aperte*) spectantibus & ipsis invicem, & bonis angelis, & deinde hominibus, & Deo ipso. Nuditas hostis devicti patuit, re ipsa, & in evangelio.

¶ αὐτοὺς) *eos:* masculinum spectat ad angelos.

¶ ἐν αὐτῷ, *in eo*) in Christo. sic explicat *Hilarius* diaconus. Hoc pertinet ad totam periocham [*de* DEO, *inde a v. 12, agentem*, V. g.], quæ hîc concluditur. [*Plane, ut Eph. I. 20. II. 5* V. g.]

16 οὖν, *igitur*) Ex v. 8-15 deducitur *igitur.* v. 16. (coll. not. 1 ad v. 20.) cap. III. 1. 5. 12.

¶ κρινέτω, *judicet*) Metonymia antecedentis: i. e. neminem, qui vos judicare conatur, audiatis. sic v. 18.

¶ ἐν βρώσει, *in esu*) Ταπείνωσις.

¶ ἐν μέρει ἑορτῆς, *in parte festi*) Videtur τὸ *in parte* hîc habere vim sejungendi. Alius poterat ex capite cibi & potus (v. 21.) alius rursum ex *capite* festorum turbare fideles. *festum*, annuum: *novilunium*, in mense: *sabbata*, in hebdomade. conf. Gal. IV. 10 not.

¶ ἢ σαββάτων, *aut sabbatorum*) Pluralis pro singulari, Matth. XII. 1, sed hîc significanter positus: nam *sabbata* dicuntur dies singuli hebdomados. Matth. XXVIII. 1. itaque Paulus omne discrimen dierum hîc sublatum innuit: neque enim unquam apertius de sabbato scripsit. Non obscure Christus, postquam ipse, sabbati Dominus, venerat, vel ante passionem docuit libertatem

*) *Scilicet non amat* Gnomon *emphases fictitias.* E. B.

**) *Nullibi tales* procerum judaicorum *descriptiones inuenias; quæ tamen aperte, ex tenore Scripturæ, in* angelos *quadrant. Quodsi* in uno v. 16, *cum v. 15 combinando, hæreas: specie sua, quod fatendum est, non carebit sententia ista, qua* ἀρχαὶ & ἐξουσίαι *de* pertinacibus legis cerimonialis propugnatoribus *explicatur. Sed illinc* v. 10, *& hinc* v. 18 *collatis mox dissalescet, non temere* angelorum *quoque mentionem injici. Atque ipsum etiam peruersum cerimoniarum æstimium* dæmoniis, *i. e.* angelis *malis originem debere, manifestum est Apostoli effatum 1 Tim. IV. 1. 2. 3: quem locum qui cum nostro contulerit; facile sentiet, altero illustrari alterum. Memorabilis certe concentus est locutionum,* Θέλων, ἐν ταπεινοφροσύνῃ καὶ θρησκείᾳ τῶν ἀγγέλων κ. τ. λ. (*h. l., v. 18*), *et,* προσέχοντες πνεύμασι πλάνοις καὶ διδασκαλίαις δαιμονίων, ἐν ὑποκρίσει ψευδολόγων κ. λ. (*l. c.*) *Conf. not.* Gnom. *ad v. 13, voc.* παραπτώματα. E. B.

tatem sabbati: apertius vero, post resurrectionem, per Paulum eam asseruit. Neque tamen expresse definitum est, quid sabbato, quid diei Dominico tribuendum: sed hoc cujusque *mensuræ fidei* relictum. Sabbatum non laudatur, non imperatur: Dominica memoratur, non præcipitur. Qui profundius in mundi negotiis hærent, his utilis & necessarius est dies definitus: qui semper sabbatizant, majori libertate gaudent. Sabbatum est typus rerum etiam æternarum, Hebr. IV. 3 s. nec tamen ideo in N. T. durat. alias etiam *novilunia* forent retinenda. Es. LXVI. 23.

17 σκιὰ, *umbra*) Hebr. VIII. 5. X. 1. *Umbra*, vitæ expers.

¶ σῶμα, *corpus*) ipsa veritas, per veteres ritus adumbrata. *corpus*, perinde ut *umbra*, cui opponitur, prædicatum est. quare sic resolvas: *esus*, *potus* &c. sunt *umbra futurorum*; sed *corpus Christi* est *corpus*, sive, *corpus* est *Christi*. Ad ipsum corpus Christi alluditur, sed intelligitur *) res Christiana: τὸ τῆ χριστῆ est σῶμα. Si etiam in Subjecto supponas *corpus*, erit Ploce.

18 μηδεὶς ὑμᾶς καταβραβευέτω, *nemo vos pro arbitrio tractet*) Verbum affine τῷ *judicare* & *dogmatizare*. v. 16. 20. nam βραβεύω, *moderor*: c. III. 15 not. a quo καταβραβεύω differt, ut a χράομαι differt καὶαχράομαι, & ὑμᾶς accusativum regit verbum ipsum, quod cum κατὰ componitur, nam κατὰ præpositio genitivum postularet. Hesychius: καταβραβεται (leg. καταβραβεύεται) κατακρίνεται, καταγωνίζεται. Hoc ergo dicit Paulus: ne quis brabeutæ potestatem usurpans atque adeo potestate abutens, vos currentes moderetur, perperamque præscribat, quid sequi, quid fugere debeatis, brabeum accepturi. Gallus quidam interpres usus est verbo *maîtriser*. scite: neque enim sermo est de æmulo palmam stadii præripiente, sed de brabeuta sinistro, perverso, insolente. Ab hoc verbo pendent quatuor participia, per totidem sententias, quarum prima & tertia, secunda & quarta inter se respiciunt. cujus χιασμὸ observati multiplex statim patebit utilitas.

¶ θέλων ἐν ταπεινοφροσύνῃ) Sæpe חפץ sequente ב exprimitur verbo θέλω, ἐθέλω, εὐδοκῶ, βέλομαι ἐν τινί. v. gr. 1 Sam. XVIII. 22. 25. Conf. compositum, ἐθελοθρησκεία. v. 23. θέλων, *qui cum prolubio facit*. conf. Marc. XII. 38 not.

¶ Ταπεινοφροσύνη καὶ θρησκείᾳ τῶν ἀγγέλων, *humilitate sensus & cultu angelorum*) ἓν διὰ δυοῖν. Humilitatis modestiæque prætextu angelos colunt, quasi non ausi Deum & Christum immediate & recta compellare. *Adeo alte*, inquit Alexander Morus, *radices egerat hic error, ut ne post terna quidem secula potuerit avelli. contra eum enim conditus est Canon 35 Concilii Laodiceæ, quæ metropolis Phrygiæ, ubi* & Colossi. *Damnat ille Canon* Angelicos, *ita enim dicebantur.* Angelici, *inquit Augustinus Hæres. 39, in angelorum cultu inclinati.* Hoc nervo invocatio sanctorum & quamlibet speciosa cum spiritibus commercia perimuntur.

¶ ἃ μὴ ἑώρακεν, ἐμβατεύων) *Eadem ratione dixit, qua Græcorum Tragici dicerent,* Κεῖν' ἐμβατεύων, ὅσσα μὴ βλέπειν θέμις. Heinsius. ἑώρακεν, *vidit*, ab oculis, & ἐμβατεύων, a pedibus, per metaphoram de animo dicitur. oculos non debet pes antevertere. ἐμβατεύω, *ingredior*, immeo, pervado. de irruptione hostili adhibetur 1 Macc. XII. 25. transfertur ad intellectum, notatque *scrutor, tracto*. Chrysost. de

*) *Congruit ea interpretatio, quâ per* Christum *non tam personam Christi, quam* spiritualia bona euangelii *Ipsius innui b. l. censet cel. D.* Ernesti, *Bibl. th. T. V. p. 518. l. 1 sqq* E. B.

de sacerd. *Nam qui discendi causa interrogaret* Christus ὁ τὰς ἀφάντων ἐμβατεύων καρδίας; quem ad locum plura notavimus, p. 388. Est porro compositum κενεμβατεῖν, de *inani studio rerum abstrusarum*, de quo in thesauro Suicerus: Platonicumque hoc verbum fuisse, Damascii exemplis probat idem Al. Morus. Atque ipsi Paulo in mente fuisse Platonicum verbum, eos refutanti, qui Platonice de Angelis opinabantur, vix est dubium. conf. κενῆς, v. 8. Sed tamen, cum dicere posset, ἃ μὴ ἑώρα κενεμβατεύων, tamen non ita dicit: (etenim ea, in quæ *catabrabeuta* se infert, non sunt in se plane κενὰ, sed tantum isti *non visa*:) quiddam vero etiam gravius ponit. quippe τὸ ἐμβατεύειν fastum catabrabeutæ magis exprimit. Ex adverso respondet τὸ, κρατεῖν, *tenere caput*, quod non fit *frustra*, sed facit ad *augmentum*.

¶ Φυσιούμενος, *inflatus*) Antitheton, *humilitate sensûs*: & tamen hæc duo conjuncta sunt.

19 ὃ κρατῶν, *non tenens*) Qui non unice Christum tenet, plane non tenet.

¶ τὴν κεφαλὴν, *caput*) Hîc habet fides, ubi figatur. Oppositum, ἃ μὴ ἑώρακεν, ἐμβατεύων, qui *transvolat in medio posita & fugientia captat*.

¶ ἐξ οὗ, *ex quo*) *ex tenendo caput*: vel, *ex quo*, scil. *Christo*, capite.

¶ διὰ τῶν ἁφῶν) *per nexus, fidei*. Eph. IV. 16. Huc spectat ἐπιχορηγούμενον.

¶ καὶ συνδέσμων) *& junctiuras*, amoris & pacis. Eph. IV. 3. Huc spectat συμβιβαζόμενον. coll. v. 2.

¶ ἐπιχορηγούμενον) ἐπιχορηγίαν accipiens. Sic 3 Macc. VI. 38, ὡσὰν ὑπὸ τοῦ βασιλέως χορηγούμενοι.

20 εἰ, *si*) Continuatur illatio versu 16 cœpta: & c III. 1 nova illatio sequitur.

¶ ἀπεθάνετε ἀπὸ, *mortui estis ab*) Concise: id est, *mortui* & sic liberati *ab* elementis &c.

¶ ἀπὸ τῶν στοιχείων, *ab elementis*) v. 8.

¶ δογματίζεσθε) Medium: *dogmata*, placita, *suscipitis*.

21 μὴ, *ne*) Sic dictitabant dogmatistæ.

¶ ἅψῃ, *tetigeris*) Genus. species, *gustare* lingua & *attingere* manu.

22 ἅ ἐστι, *quæ sunt*) Ea scil. quæ *tanguntur, gustantur* &c.

¶ εἰς φθορὰν, *in corruptionem*) neque adeo inquinant. 1 Cor. VI. 13 med. Matth. XV. 17. *)

¶ τῇ ἀποχρήσει) *abusu*, non stricte dicto, sed quatenus *usum* denotat naturalem, civilem, externum, vere adiaphorum, a timore & rigore superstitioso remotum.

¶ κατὰ, *secundum*) *pro eo ac solent* præcepta humana.

¶ τὰ ἐντάλματα καὶ διδασκαλίας, *præcepta & doctrinas*) Matth. XV. 9 not.

23 ἅτινα, *quæ*) Anaphora, coll. ἃ, *quæ*, v. 22.

¶ ἐστι, *sunt*) Constr. *sunt ad expletionem*: ut v. 22, *sunt in corruptionem*. itaque ἔχοντα resolve, *cum habeant*, ut sit incisum. ἐστι *sunt* & πρὸς *ad* disjuncto, apposite suspensa fit oratio.

¶ λόγον) *nomen* & speciem.

¶ μὲν, *quidem*) Vis particulæ, δὲ *sed*, apodosin facientis, latet in verbo finito ἐστι *sunt*.

¶ ἐθελοθρησκείᾳ *cultu voluntario*) ἐθελοθρησκεία perinde ut *humilitas sensus* speciem habet plausibilem. Hoc enim vocabulum, ut optime docet E. Schmidius, notat cultum (sive rectum sive perversum,) **) libenter & promta voluntate præstitum. talis εὐπειθεια, *facilitas*, habet *speciem* sapi-

*) *Parallelismum hunc agnoscit cel. D.* Ernesti, *Bibl. th. T. VIII. p.* 263. E. B.

**) *Etiam h. l. eum compositi* ἐθελο --- *significatum vitauit* Gnomon, *quem* systematis ergo *plurimis arridere monet cel. D.* Ernesti, *Bibl. th. T. X. p.* 132. E. B.

sapientiæ, conf. Iac. III. 17. videtur enim abesse a pertinacia, sicut *humilitas sensûs* a superbia.

¶ Ταπεινοφροσύνη, *humilitate sensûs*) v. 18 not.

¶ καὶ ἀφειδίᾳ σώματος, *& severa tractatione corporis*) quum corpori multa, quæ poterant præberi, subtrahuntur, v. 21, imo ipsum corpus atteritur. Hoc quoque speciem habet. nam sanctos decet, 1 Cor. IX. 27: quanquam ἀφειδία odiosius quiddam sonat, quam l. c. τὸ ὑπωπιάζειν καὶ δουλαγωγειν. Hæc tria speciosa involvunt triplicem respectum, Dei, angelorum, sui; adeoque conjunctim habent speciem perfectam.

¶ οὐκ ἐν τιμῇ τινι, *non in pretio quodam*) Cohæret hoc comma cum præcedente, & ἐν, *in*, hoc opponitur ἐν, *in*, præcedenti. LXX, ἄνευ τιμῆς, i. e. *gratis*. Es. LV. 1. Ps. XLIV. 13. Iob XXXI. 39. Homini per fidem generoso convenit justa sui non in se ipso, sed in uno Domino suo Iesu Christo, æstimatio, qua sese tanti redemtum, ad tanta contendentem, non indigne projiciat, v. gr. per ἐθελοθρησκειας speciem. Act. XIII. 46. Rom. II. 7. 1 Cor. VI. 15. III. 21. VII. 23. 1 Thess. IV. 4. Hæc æstimatio parit φιλοτιμίαν, *ambitionem* sanctam, 2 Cor. V. 9: temperatur autem abnegatione sui vera; rursumque violatur per præcepta humana, quæ quia *nullum operæ pretum* afferunt, (conf. Hebr. XIII. 9.) inanem & cassam plane speciem sapientiæ & omnis rei bonæ habent. Conf. plane, *frustra*. v. 18. Congruit hic locus cum Phil. III. 19 not. & uterque cum Hab. II. 16, ΠΛΗΣΜΟΝΗΝ ΑΤΙΜΙΑΣ ἐκ δόξης κτλ. *satiasti te turpitudine, loco gloriæ: quare tu quoque bibito & præputiatus conspicitor.* Vera autem τιμὴ, *pretum*, eorum est, qui *gloriam Domini* vident. ib. v. 14.

¶ πρὸς πλησμονὴν τῆς σαρκὸς) πλησμονὴ, *expletio*, *satietas*, fere excessum denotat: σὰρξ, *caro*, non denotat corpus, sed ponitur ut versu 18. Hilarius diac. cujus commentarius in XIII epistolas Pauli inter opera *Ambrosii* invenitur, ad h. l. *Signa carnalis sensus, traditio humana est.* Aurea sententia. Traditio inflat: sensum cœlestem impedit. Oppositа sunt igitur, & tamen conjuncta: ἐθελοθρησκεία κτλ. & πλησμονὴ τῆς σαρκός. Veram Τιμὴν dimittunt, ut carnem explere possint. πρὸς denotat id, quod interest, sive finem, cujus gratia assumuntur cetera.

CAP. III.

1 Τὰ ἄνω ζητεῖτε, *superna quærite*) Christus a resurrectione statim contendit ad cœlum. Ioh. XX. 17 not. Sic fideles, Eph. II. 6.

2 Φρονειτε, *sapite*) Qui vere *superna quærunt*, non possunt non *sapere superna*. *Sapite* dicit apostolus secundo loco, non *quærite*. est enim antitheton ad *terrena*, quæ *sapere*, *curare* dicimur, non commode *quærere*, quia præsentia.

3 ἀπεθάνετε *mortui estis*) terræ & mundo, spiritualiter. c. II. 20.

¶ ἡ ζωὴ ὑμῶν κεκρυπται, *vita vestra abscondita est*) Sermo concisus, hoc sensu: *mortui estis* mundo, ut Deo vivatis; ea autem *vita est abscondita* adhuc quidem.

¶ κεκρυπται σὺν τῷ χριστῷ, *abscondita est cum Christo*) Neque Christum neque christianos novit mundus; ac ne christiani quidem plane se ipsos.

4 ὅταν, *quum*) Sermo absolutus lectorem totum, quasi verborum præcedentium immemorem, repentina luce percellit: ut dubium sit, utrum & an *vero* subaudiri debeat.

¶ Φανερωθῇ, *manifestatus fuerit*) *in gloria*. 1 Petr. IV. 13.

¶ ἡ ζωὴ ὑμῶν, *vita vestra*) Ratio sub qua manifestabitur.

¶ Τότε,

¶ Τότε, *tunc*) Prius non debemus poſtulare.

¶ καὶ ὑμεῖς, *etiam vos*) Hæc ſpes abſtrahit a terra.

¶ ἐν δόξῃ, *in gloria*) vita glorioſa.

5 νεκρώσατε) omni *morte multate.* [*parcere neſcii.* V. g.]

¶ Τὰ μέλη, *membra*) ex quibus conjunctis conſtat corpus peccati. c. II. 11. [*Omnis hic impuritas, citra exceptionem, arcetur.* V. g.]

¶ ἐπὶ τῆς γῆς, *ſuper terra*) ubi ſuum habent pabulum. Ea mox enumerantur.

¶ πορνείαν κτλ. *ſcortationem &c.*) Eph. V. 3 f.

¶ πάθος, *paſſionem*) morbum libidinis, intrinſecus.

¶ ἐπιθυμίαν, *concupiſcentiam*) ſenſuum externorum.

¶ Τὴν πλεονεξίαν, *avaritiam*) Articulus facit ad epitaſin, & totum genus vitii a genere enumeratarum modo ſpecierum diverſum complectitur. *Avaritia* maxime affigit ad terram.

6 δι' ἃ, *propter quæ*) Eph. V. 6.

7 ἐζῆτε) *vivebatis*, tanquam in veſtro principio, origine, elemento. Conf. Gal. V. 25, de vita ſpirituali.

8 καὶ ὑμεῖς, *etiam vos*) Aſſonat ad Τὸ *etiam vos*, v. 7. In v. 7 erat *etiam vos*, ſicut alii filii infidelitatis. In v. 8 *etiam vos*, ſicut alii fideles.

¶ Τὰ πάντα) *omnia* vetera, ſpeciatim *iram* &c. Sic in antitheto, *ſuper omnibus.* v. 14.

¶ ὀργὴν, θυμὸν, *iram, ſævitiam*) Eph. IV. 31.

¶ κακίαν) *vitium* animi: v. gr. ſuſpicionem, perverſitatem, impatientiam.

¶ βλασφημίαν, αἰσχρολογίαν, *blaſphemiam, turpiloquium*) Huc ſpectat, *ex ore veſtro.*

9 μὴ ψεύδεσθε, *ne mentiamini*) Eph. IV. 25.

¶ εἰς) *erga*: vel, *contra.* Hiſt. Suſannæ, v. 55. 59, ἐψεύσω εἰς τὴν σεαυτῆς κεφαλήν.

¶ ἀπεκδυσάμενοι, *exuentes*) Eph. IV. 22.

10 τὸν νέον τὸν ἀνακαινούμενον, *novum renovatum*) ib. v. 24 not.

¶ εἰς ἐπίγνωσιν, *in cognitionem*) veritatis (c. I. 6. 9. 10.) qua necatur omnis amor mendacii.

¶ κατ' εἰκόνα, *ſecundum imaginem*) Hæc imago conſiſtit in veritate perfecta.

¶ Τοῦ κτίσαντος αὐτὸν, *ejus, qui condidit illum*) id eſt, Dei. Eph. IV. 24. conf. ibidem c. II. 10. Creationis vocabulo innuitur regeneratio, ex qua reſultat *imago.*

11 ὅπου) *ubi*, i. e. *in quo*, ſive, *qua in re.*

¶ οὐκ ἔνι, *non ineſt*) neque Dei neque fidelium æſtimatione ineſt Iudæus &c.

¶ Ἕλλην καὶ Ἰουδαῖος, *Græcus & Iudæus*) Concretum pro abſtracto, uti mox etiam *Chriſtus.* nam abſtracta ſunt mox, *circumciſio & præputium.*

¶ ἀκροβυσία, *præputium*) Etiam Græcus poterat circumcidi. Ergo præputii mentio expreſſiorem facit ſermonem.

¶ βάρβαρος, σκύθης, *Barbarus, Scytha*) Hæc duo per aſyndeton poſita æque συζυγίαν, *par*, faciunt, ac *ſervus, liber. Græci*, ad occidentem: *Iudæi*, ad orientem: *Barbari*, ad meridiem (etenim *Barbaros* proprie Numidas dici, Arabica voce, Scaliger docet:) Scythæ ad Septentrionem, barbaris barbariores. qua mente Anacharſi, ut Galenus refert, a neſcio quo exprobratum eſt, ὅτι βάρβαρος εἴη καὶ σκύθης, *barbarum eſſe eum*, & barbarum *Scytham.* Quælibet gens, ut aliam ſibi, ſic ſe rurſum ceteris quoquo obtentu præfert. itaque inter Græcos & Scythas medius Barbarus palmam dabat Græco, Scythâ ſe meliorem ducebat. Hoc diſcrimen tollit fides. Fortaſſe Coloſſis erat unus alterque Scytha Chriſtianus.

¶ Τὰ

¶ τὰ πάντα καὶ ἐν πᾶσι χριστὸς, *omnia & in omnibus Chriſtus*) Appoſitio χριστὸς (ὤν) τὰ πάντα καὶ ἐν πᾶσι. Scytha non eſt Scytha, ſed Chriſti: Barbarus non eſt Barbarus, ſed Chriſti. Chriſtus eſt *omnia*, idque *in omnibus*, qui credunt. In Chriſto eſt nova creatura. v. 10. Gal. VI. 15.

12 ἐκλεκτοὶ, *electi*) Hoc inſtar ſubſtantivi: epitheta, *ſancti & amati*. *Electos Dei* dicit, uti Rom. VIII. 33. Ordo verborum exquiſite reſpondet ordini rerum: *electio* æterna præcedit *ſanctificationem* in tempore: ſanctificati, ſentiunt *amorem*, & deinceps imitantur.

¶ σπλάγχνα, *viſcera*) Eph. IV. 32.

¶ ταπεινοφροσύνην, *humilitatem ſenſûs*) ib. v. 2. Hæ virtutes exercentur tolerando & condonando.

13 ἀνεχόμενοι, *tolerantes*) in offenſis præſentibus.

¶ χαριζόμενοι, *condonantes*) offenſas præteritas. Hinc pendet, *ſic etiam vos*.

¶ ὁ χριστὸς, *Chriſtus*) cui maxima fuerat nobiſcum querendi cauſa.

14 ἐπὶ, *ſuper*) Incrementum ſumit ſermo: omnibus potior amor. 1 Petr. IV. 8.

¶ τὴν ἀγάπην, *amorem*) *induite*.

¶ σύνδεσμος, *vinculum*) Amor complectitur virtutum univerſitatem. 2 Petr. I. 7.

¶ τελειότητος, *perfectionis*) ⊏⊓ τελειότης. Iud. IX. 16. Prov. XI. 3. Qui habet amorem, ei nil deeſt: non tenetur elementis mundi. Ex hoc fonte derivantur etiam officia particularia. v. 19. 21.

15 καὶ) *atque* ita. Nexum colligas ex Eph. IV. 3.

¶ ἡ εἰρήνη τοῦ θεοῦ, *pax Dei*) Phil. IV. 7.

¶ βραβευέτω) Inſigne verbum. Heſychius, βραβευέτω, μεσιλευέτω, μυτάτω, ἰθυνέσθω. Sap. X. 12: *Sapientia Iacobo agôna ἰσχυρὸν ἐβράβευσεν*. itaque βραβεύειν eſt *moderari* currentem, donec ad metam pervenit. Affine, *cuſtodire* Phil. IV. 7. *Permittite vos paci divinae omnia gubernanti*. Imperativus, poſt imperativum, ſignificationem futuri indicativi involvit. Oppoſitum, cum exceſſu, καταβραβεύειν, c. II. 18 not.

¶ ἐκλήθητε, *vocati eſtis*) Eph. IV. 4.

¶ εὐχάριστοι, *grati*) pro illa vocatione. Hæc eſt propoſitio eorum, quæ ſequuntur. Idem officium præcipitur Eph. V. 4.

16 ὁ λογος, *ſermo*) per quem vocati eſtis.

¶ ἐνοικείτω, *inhabitet*) tanquam in templo, perpetuò.

¶ ἐν ὑμῖν, *in vobis*) in interiori veſtro. conf. *pleni*, Rom. XV. 14.

¶ πλουσίως, *abundanter*) Sequitur diſtributio: *in omni ſapientia - vos ipſos: in gratia - in* *) *corde veſtro*. i. e. mutuo & ſeorſum. *in ſapientia*, *in gratia*: recurrit c. IV. 5. 6.

¶ ἐν πάσῃ σοφίᾳ διδάσκοντες, *in omni ſapientia docentes*) Sic conſtruendum, coll. c. I. 28. Caſus rectus per Syllepſin pendet ab ἐνοικείτω, *inhabitet*, i. e. inhabitantem habete. quæ conſtructio eo commodior, quia paullo ante poſitum, γίνεσθε, *eſtote*, mentem lectoris tenet.

¶ ἑαυτοὺς, *vos ipſos*) ἀλλήλους, *invicem*. Sunt parallela, v. 13.

¶ ψαλμοῖς, *pſalmis*) Eph. V. 19.

¶ ἐν χάριτι, *in gratia*) χάρις ⊓ Ps. XLV. 3.

17 ποιῆτε, *facitis*) Lato ſenſu ponitur, ut etiam λὸ *loqui* includat.

¶ πᾶν, *omnia*) ſcil. facite.

¶ ἐν ὀνόματι, *in nomine*) ut perinde ſit, ac ſi Chriſtus faciat, v. 11, vel certe, ut Chriſto omnia probetis. Qui poteſt dicere, *Hoc in tuo, Ieſu Chriſte, nomine feci*, is certo

*) *Pluralem* ἐν ταῖς καρδίαις, *non probatum in marg.* Ed. maj., *præfert* Ed. 2, *& clare exprimit* Vers. germ. E. B.

certo actionem suam Christo probat. *Christi nomine*, Christi causa. conf. v. seqq.

¶ δι' αὐτοῦ, *per eum*) *non per angelos.* Theodoritus.

18 - cap. IV. 1 αἱ γυναῖκες κτλ. *uxores* &c.) Eph. V. 22 - VI. 9.

¶ ἐν κυρίῳ, *in Domino*) Constr. cum *subordinamini*, coll. Eph. VI. 1, vel cum *convenit*, coll. hîc v. 20: nisi v. 20 item construas *obedite in* -. Ambiguum.

19 μὴ πικραίνεσθε, *nolite amari esse*) Πικρία odium amori mixtum. Multi, qui foris erga omnes humani sunt, tamen domi in uxorem ac liberos, quos videlicet non timent, occulta facile acerbitate utuntur: quæ ubi vincitur, specimen est magnæ mansuetudinis.

21 x) ἵνα μὴ ἀθυμῶσιν, *ne animum despondeant*) ἀθυμία, *fractus animus*, pestis juventutis.

22 θεὸν, *Deum*) qui *corda* novit.

23 ὅτι ἐὰν ποιῆτε, *quodcunque facitis*) in servitute. ὃ ἐάν τι. Eph. VI. 8.

24 τῆς κληρονομίας, *hereditatis*) quamvis in mundo non habetis hereditatem, sed pars estis hereditatis, ab hero ad liberos transeuntis.

¶ χριστῷ, *Christo*) remuneranti eos, qui ipsi serviunt.

¶ δουλεύετε, *servitis*) dum ita servitis.

25 ἀδικῶν, *qui injuriam facit*) corde & re.

¶ οὐκ ἔστι προσωπολημψία, *non est acceptio personarum*) Tenues sæpe putant, sibi propter tenuitatem ipsorum esse parcendum. Id negatur.

CAP. IV.

1 Τὸ δίκαιον καὶ τὴν ἰσότητα, *justum & æquitatem*) τὰ αὐτὰ *eadem*, Eph. VI. 9 not.

2 τῇ προσευχῇ, *precationi*) Eph. VI. 18.

3 ἡμῶν, *nobis*) c. I. 1.

¶ ἀνοίξῃ θύραν τοῦ λόγου, *aperiat januam sermonis*) i. e. *os.* Eph. VI. 19. coll. Mich. VII. 5. Dicitur alias, *janua*, occasio magna. 1 Cor. XVI. 9.

¶ δέδεμαι, ἵνα φανερώσω, *vinctus sum, ut patefaciam*) Paradoxon, uti 2 Tim. II. 9. Phil. I. 12 s.

4 ὡς, *uti*) Id pendet a *loqui*, v. 3.

5 ἐν σοφίᾳ, *in sapientia*) Eph. V. 15 not.

6 πάντοτε, *semper*) sc. ἔστω, *esto.*

¶ ἐν χάριτι) *cum gratia* conjunctus spirituali. Eph. IV. 29.

¶ ἅλατι) *sale* sapientiæ. [*Ne quid putridi subsit.* V. g.]

¶ εἰδέναι) Infinitivus, casu sexto.

7 τὰ κατ' ἐμὲ, *mea*) *) Eph. VI. 21.

8 γνῶτε τὰ περὶ ἡμῶν) γνῶτε τὰ περὶ ἡμῶν habent *Al. Colb. 7. &c.* Id ex Eph. VI. 22 huc translatum est. Vid. App. crit. Ed. II ad h. l. Multa sane inter se simillima habet utraque epistola, sed tamen mutatis mutandis. Et fere **) in ejusmodi parallelismis, quos librariorum sedulitas commisceuit, *alia* uno loco, *alia* altero genuina est lectio. Statum *Colossensium* Tychicus, & per Tychicum, ut appareret, Paulus (unde pro γνῷ etiam γνῶ legi possit,) cogniturus erat, uti Thessalonicensium statum per Timotheum, Corinthiorum per Titum, Philippensium per Epaphroditum: & quidem Colossensium eo magis, quia Paulus magnum

x) οἱ πατέρες, *patres*] Maritus uxoris caput; quare *patribus* præcipue potestas tribuitur. *V. g.*

*) Tychicum, *Roma Colossas profecturum, opportune, itinere ex parte maritimo, ad Ephesum appulisse, adeoque* cum Onesimo *facile* per Ephesum *viam fecisse*, *cel.* Michaëlis *suspicatur*, *in der* Einleitung &c. *T. II. p. m. 1451.* E. B.

**) *Conf. quæ de Canone hoc monuit cel.* Michaëlis, *in der* Einleitung &c. *T. I. p. m. 118.* E. B.

magnum de his agonem habebat. Cognitio autem Coloſſenſium de Paulo non ſolum in verbis præcedentibus, ut in epiſtola ad Epheſios, ſed etiam in verbis ſubſequentibus, epiſtolæ huic ad Coloſſenſes propriis, ſatis notatur: πάντα ὑμῖν γνωρίσουσι τὰ ὧδε.

10 συναιχμάλωτός μου, *conſors vinculorum meorum*) Talis Ariſtarchus, non Epaphras; v. 12. at Epaphras, non Ariſtarchus, Philem. v. 23 ſ. Fortaſſe Epaphras, ut Romam venit, captus fuit, & mox liberatus. Ariſtarchum ſic vocare potuit Paulus, quia antea captus fuerat.

¶ ὁ ἀνεψιὸς βαρνάβα, *propinquus Barnabae*) Barnabas notior erat, quam Marcus. ideo hic ab illo denominatur.

¶ περὶ οὗ, *de quo*) ſcilicet *Marco*. caſum rectum ſpectat τὸ οὗ, non obliquum, *Barnabae*.

¶ ἐλάβετε) *accepiſtis*. Hæc *mandata* ad Coloſſenſes pertuliſſe videntur Tychicus & Oneſimus, cum hac epiſtola. *accepiſtis*, inquit, non, *accipietis*. nam veteres ſermonem aptarunt tempori epiſtolæ lectæ; non tempori ſcriptæ, ut nos. ſic, *ſcripſi*, pro *ſcribo*. Philem. v. 19.

¶ ἐντολὰς) *mandata*. opponuntur literis.

¶ ἐὰν, *ſi*) Hæc ſumma illorum *mandatorum*.

11 οἱ ὄντες, *qui ſunt*) ſc. Ariſtarchus, Marcus, Ieſus. *)

¶ μόνοι) *ſoli*, ex circumciſione.

¶ παρηγορία) Obſervanda verbi proprietas: quod παραμυθία eſt in mœrore domeſtico, id παρηγορία eſt in forenſi periculo.

12 τέλειοι καὶ πεπληρωμένοι, *perfecti & impleti*) Hoc infertur ex tractatione ſuperiore.

¶ ἐν παντὶ, *in omni*) Conſtr. cum *ſtetis*.

13 γὰρ, *enim*) Ætiologia proprie eſt in *habet*. Verbum *teſtor* modale eſt.

¶ ζῆλον, *zelum*) ne ſeducamini. c. II. 4. conf. 2 Cor. XI. 2.

14 ὁ ἰατρὸς, *medicus*) Sic appellatur, vel quia fecerat medicinam, vel, quia faciebat. Lucam, Timotheo ſatis notum, ſolo nomine appellat: 2 Tim. IV. 11. Coloſſenſibus ignotum, *medicum* vocat.

¶ δημᾶς, *Demas*) Hic ſolus ſine elogio ponitur. Confer 2 Tim. IV. 10. niſi Demas epiſtolam, dictante Paulo, ſcripſit.

15 νυμφᾶν, *Nymphan*) Laodicenſem, ut ex hoc loco poteſt colligi. **) Congregationibus fidelium Coloſſenſium Philemonis domus patebat. Philem. v. 2.

16 ἀναγνωσθῇ, *lecta erit*) publice, *in eccleſia*. Conf. 1 Theſſ. V. 27. Ap. I. 3. Deut. XXXI. 11.

¶ ἡ ἐπιστολὴ, *epiſtola*) hæc ipſa.

¶ ποιήσατε, *facite*) Sic quoque 1 Theſſ. l. c.

¶ τὴν ἐκ λαοδικείας, *eam quae ex Laodicea*) Millius epiſtolam ad Epheſios innui cenſet, quæ fuerit ex Laodicea petenda & Coloſſas perferenda. Certe non ſine cauſa Paulus potius appellat oppidum, *ex* quo fuerit

*) *Ex hac diſtinctione cel.* Michaëlis, *in der* Einleitung &c. *T. II. p. m. 1163 ſqq.* Lucam, Epaphram *atque* Demam *non* ex circumciſione *fuiſſe*, *ſed* gentiles origine; *ponderatis aliorum rationibus haud contendit jam quidem, ſed tamen exiſtimat.* E. B.

**) *Hæ ipſæ ſalutationes, monente cel.* Michaëlis, *l. c. p. m. 1469, argumento ſunt, illos non tollere ſed augere difficultates, qui Eph. I. 1 in locum phraſeos* ἐν ἐφέσῳ *alteram iſtam* ἐν λαοδικείᾳ *ſufficere conantur. (quorum criſin & S. R. D.* Erneſti *improbat, Bibl. th. T. VIII. p. 756, coll. T. VII. p. 859.) Abſonum videlicet foret, ſi Paulus Coloſſenſes* Laodicenſibus (*ad quos tamen ipſos eodem tempore, ex hypotheſi, ſcripſit*) *ſalutem ſuo nomine dicere juſſiſſet.* E. B.

fuerit petenda epistola, quam eos, *ad* quos ipse miserit epistolam. *)

17 εἴπατε, *dicite*) vos, meis verbis, dicite, tanquam testes. Hoc magis movebat, quam si ipsum Archippum appellaret. Et fortasse Archippus, antistes, imbecillitate valetudinis vel senectutis detinebatur, quo minus in concionem veniret. Nam metæ proximum fuisse, colligi potest ex verbo, *impleas*. Philem. v. 2. *Archippo* non alii præpositi ecclesiæ, sed ecclesia ipsa dicere jubetur. Ergo epistola directa est ad ecclesiam, quamvis valde sublime habet argumentum. [*Cur itaque* homines, *quos dicunt*, laici *a lectitanda Scriptura arcendi sint?* V. g.] **)

¶ ἣν παρέλαβες, *quod accepisti*) vocatione mediata. non enim sequitur, *a Domino*, coll. 1 Cor. XI. 23, sed, *in Domino*.

18 ὁ ἀσπασμὸς, *salutatio*) Hunc versum sua manu adjecit Paulus, superiora a se profecta agnoscens.

¶ μνημονεύετε, *memores estote*) præcipue in orando. v. 3.

IN EPISTOLAM PRIOREM AD THESSALONICENSES.

CAPVT I.

1 Παῦλος, *Paulus*) Paulus neque apostolicum, neque alium titulum in hac epistola omnium suarum prima adhibet, quia familiarissime ad pios Thessalonicenses scribit, ad quos non opus erat auctoritatis apostolicæ præfatione. c. II. 6.

Partes epistolæ sunt hæ:

I. Inscriptio.	*c. I. 1*
II. In tractatione celebrat gratiam Dei erga Thessalonicenses: v. 2 ss. subjungens suam & collegarum sinceritatem, cap. II. 1 s. & Thessalonicensium obsequium.	*v. 13 s.*
III. Inde declarat 1. desiderium suum:	*v. 17*
2. sollicitudinem:	*c. III. 1*
3. gaudium, cum voto.	*v. 6 s. 10 s.*
IV. Hortatur ad profectum 1. in sanctitate.	*c. IV. 1 s.*
2. in amore fraterno, cum prudentia.	*v. 9 s. 11 s.*
	V. Docet,

*) *Ceterum rationes haud spernendas, cur* epistola *quædam* Laodicensium *ad Paulum data h. l. innuatur, cel.* Michaëlis *producit l. c. p. m. 1460 sq.* E. B.

**) *Conf. not. ad Phil. I. 1. & Thess. V. 27.* E. B.

V. Decet, cum exhortatione, 1. de dormientibus. *v. 13 f.*
2 de temporibus. *c. V. 1 f.*
VI. Addit hortationes miscellas, v. 12 f. 14 f. cum voto, *v. 23*
& solatio. *v. 24.*
VII. Conclusio. *v. 25. 26. 27. 28.*

Habet hæc epistola meram quandam dulcedinem, quæ lectori dulcibus affectibus non assueto minus sapit, quam ceteræ, severitate quadam palatum stringentes. Expedita erat apud Thessalonicenses exspectatio adventus Christi. Tam lautus eorum status fuit & tam expedita Christianismi apud eos ratio, ut in horas possent Dominum Iesum exspectare. Epistolæ ad nos scriptæ sunt ante alias: postea apud ecclesias varia irrepsere mala.

¶ θεσσαλονικέων, *Thessalonicensium*) Iac. Mehrningius: *Patrum nostrorum memoria duo Graeci primum apud fratres in Moravia, deinde in Belgio fuere, qui confirmarent, apud Thessalonicenses etiamnum utramque S. Pauli ad ipsos epistolam in autographo probe asservari.* Hist. baptismi, A. 1647 Germanice edita, p. 739.

¶ ἐν, *in*) Conjunctio cum Deo innuitur.

2 μνείαν-ἀδιαλείπτως, *mentionem-indefinenter*) Conf. Rom. I. 9. 2 Tim. I. 3.

3 ὑμῶν, *vestrae*) Pendet a *fidei &c.*

¶ ἔργα· κοπα· ὑπομονῆς· *operis: laboris: patientiae*) Epithetorum vim hæc habent, adjuncta fidei, amori, spei. *opus* opponitur *sermoni inani*, & , in singulari, dicit perpetuum quiddam & efficax, quod habet fides in sese; eo ipso, quod credit, se exercens, non ex amore demum proveniens.

y) ¶ κόπου, *laboris*) in beneficiis spiritualibus vel externis. Qui sui commodi & suæ quietis ratione ducta, omne negotium subterfugiunt, parum *amant.* [*Ecquis, inquies, ut vacet mihi, perfecerit? Immo vero caue desidia, conuiuiis longius justo protrahendis, & conuersationum vanitatibus tempus perdas: & amplum amoris labori spatium lucraberis.* V. g.]

¶ τοῦ κυρίου, *Domini*) Construe cum *patientiae*, uti 2 Thess. III. 5: uti possum dicere, *devotio suspiriorum coelestis.* Constantia pro Christi nomine.

¶ ἔμπροσθεν, *coram*) Constr. cum *recordantes.*

4 εἰδότες, *scientes*) Constr. cum *gratias agimus*, v. 2.

¶ ἀδελφοὶ ἠγαπημένοι ὑπὸ θεοῦ, *fratres amati a Deo*) Conf. 2 Thess. II. 13.

¶ ἐκλογὴν, *electionem*) 1 Cor. I. 27 not.

5 ὅτι, *quod*) Hoc *quod* vim suam ultra hunc versum porrigit.

¶ εἰς ὑμᾶς) *quod ad vos attinet.*

¶ ἐν, *in*) Hæc pertinent & ad doctores, collato fine hujus versus, & ad Thessalonicenses, v. seq.

¶ ἐν δυνάμει, *in virtute*) v. gr. ad fidem.

¶ ἐν πνεύματι ἁγίῳ) *in Spiritu sancto*, ejusque operatione salutari, v. gr. ad amorem, nec non miraculosa.

¶ ἐν πληροφορίᾳ, *pleno latu*) v. gr. ad spem. v. 3.

¶ οἴδατε, *scitis*) Resp. *scientes*, v. 4. Vtrique sciebant.

¶ οἷοι, *quales*) sermonem vobis impertientes cum gaudio.

¶ δι' ὑμᾶς, *propter vos*) ut vos lucrifaceremus.

6 μιμηταὶ, *imitatores*) *Imitatores* fiunt *typi.* v. 7.

¶ τοῦ κυρίου, *Domini*) Christi, qui Patris

y) πίστεως-ἀγάπης-ἐλπίδος, *fidei-amoris-spei*] c. V. 8. 2 Thess. I. 3. 4. *V. g.*

tris apostolum egit, & verbum de cœlo attulit, & sub adversis docuit.

¶ μετὰ, *cum*) Constr. cum *suscipientes.*

7 τύπους, *) *typi*) exempla *fidei.* vid. mox, & v. seq.

8 γὰρ, *enim*) Particula intensiva.

¶ ἐξήχηται) claro *sono diditus est.*

¶ τοῦ κυρίου, *Domini*) Christi.

¶ ὥστε, *ita ut*) Fas est loqui, de conversione animarum. Hoc Paulus præsupponit, & ipse quoque materiam suorum colloquiorum a conversione Thessalonicensium sumsisset, nisi alii rem jam antea scivissent & de ea collocuti fuissent.

¶ λαλεῖν τι, *loqui quidquam*) de fide vestra. v. 9.

9 περὶ ἡμῶν, *de vobis*) utrisque, docentibus & credentibus.

¶ δουλεύειν θεῷ, *servire Deo*) Ita distinguuntur Thessalonicenses **) a gentibus: a Iudæis, v. seq.

¶ καὶ ἀληθινῷ, *& vero*) Hoc veritatem naturæ denotat.

10 καὶ ἀναμένειν, *& exspectare*) Compositum ἀναμένειν de eo dicitur, qui abiit ita, ut venturus sit. Conf. Ioh. XIV. 3 not. Act. I. 11 not. Non plane nego *reditum*, sed *adventum* dico eleganter dici pro *reditu*, quia *adventus* glorioſus permulta habet nova. [*Exspectare, certissimus veri Christiani character.* V. g.]

¶ ὃν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, *quem excitavit ex mortuis*) Inseritur argumentum palmarium, ex quo constat, *Iesum* esse *Dei Filium.*

¶ ῥυόμενον, *qui eripit*) Christus nos semel ἐλυτρώσατο, *redemit*: semper ῥύεται, *eripit.*

¶ ἀπὸ τῆς ὀργῆς τῆς ἐρχομένης, *ab ira veniente*) Ira venit in judicio novissimo. c. V. 9.

CAP. II.

1 Γὰρ, *enim*) Ref. ad c. I. 5. 6. nam quod ibi propositum erat, id nunc tractandum reassumitur, & quidem de Paulo & comitibus, v. 1-12: de Thessalonicensibus, v. 13-16.

¶ ἡ κενὴ) *non inanis*, sed plena virtutis.

2 προπαθόντες, *antea passi*) id quod alios a prædicando deterrere potuisset.

3 γὰρ, *enim*) Recurrit *enim* v. 5. Est ætiologia duplex. α in thesi, de toto perpetuoque more suo. v. 3. 4. β in hypothesi, quomodo apud Thessalonicenses versati fuerint. v. 5 seqq. conf. 2 Cor. I. 12, de respectu generali & speciali.

¶ παράκλησις, *hortatio*) Sic nominatur totum præconium evangelicum, passionum dulcedine tinctum. v. 2. coll. 2 Cor. I. 3 ſs. παράκλησις, *Zuspruch*, late patet: ubi desides excitat, est *hortatio*; ubi tristitiæ medetur, est *solatium.* confer mox v. 11 not.

¶ οὐκ, οὐδὲ, οὔτε, *non, nec, neque*) Removet malas intentiones respectu Dei & sui & aliorum. Oppositum universum, v. seq. coll. v. 10.

¶ οὐκ ἐκ πλάνης, *non ex errore*) scil. *est.* Conf. *loquimur*, præsens, v. 4.

¶ οὐδὲ ἐξ ἀκαθαρσίας, *neque ex impuritate*) Hæc est, ubi fructus carnis quæritur. conf. Phil. I. 16. Carnis fructus, subtilior: *Eigenheit.* De *puri ate* opposita vid. Act. XV. 9.

4 δεδοκιμάσμεθα, *probati sumus*) Huc ref. mox *proban i.*

¶ ἀρέσκοντες) *placere curantes,*

5 ἐν λόγῳ κολακείας, *in sermone adulationis*) Antitheton, v. 7 s. sicut *in praetextu avaritiae*

*) *Singularem*, τύπον, *per marginem* utriusque Ed. *æquiparatum plurali, exprimit* Vers. germ. E.B.

**) *Quos* gentiles *ortu fuisse, ex hoc ipso loco colligit cel.* Michaëlis, *in der* Einleitung &c. *T. II. p. m. 1334.* E.B.

avaritiae antitheton habet v. 9. & τὸ *gloriam*, v. 6, antitheton habet v. 10.

¶ κολακείας, *adulationis*) qua inprimis utuntur, qui *hominibus placere ſtudent.*

¶ καθὼς οἴδατε· θεὸς μάρτυς· *ſicut noſtis: Deus teſtis*) Hæc duo inter ſe reſpondent; ſicut de tertio membro, quod verſu ſequente ponitur, gemina confirmatio ſequitur eodem verſu 10. Rei apertæ teſtes appellat homines: rei in corde occultæ, Deum: rei partim apertæ partim occultæ, homines & Deum.

¶ προφάσει) *praetextu* ſpecioſo, quo tegeremus *avaritiam.*

6 ἀπ' ἄλλων, *ab aliis*) iis ſcilicet, qui nos admirati eſſent, ſi vos ſuperbius tractaſſemus.

¶ δυνάμενοι) *cum poſſemus:* quamvis poſſemus.

¶ ἐν βάρει εἶναι, *in gravitate eſſe*) כבד βάρος, *gravitas;* ſplendor, quem *legato* conciliat Domini majeſtas. *) Affine δόξα, *gloria*, verſu præc. Conf. βάρος δόξης, 2 Cor. IV. 17. Fulgor *gravis* eſt viſui, ut pondus tactui, ſonus magnus auditui. Vnde talia dicuntur *ferri* aut *non ferri.* Hebr. XII. 20. Conjugatum, ἐπιβαρῆσαι. mox, v. 9. Vtraque notio, *gravitatis* & *oneris*, includenda eſt. Sed ab utroque ſibi temperarunt apoſtoli.

7 ἤπιοι, *lenes*) Suaviſſimum vocabulum, de parentibus præcipue & de medicis dici ſolitum. Opponitur hoc *adulationi.* nam ἤπιος dicitur, qui veram lenitatem habet.

¶ ἐν μέσῳ ὑμῶν, *in medio veſtri*) ſicut gallina pullis circumdata. Non agebant, quaſi ex cathedra, quæ Petri dicitur, & ſtilum curiæ ſuæ, apoſtolicum appellat.

¶ τροφὸς) mater, eademque *nutrix.* Expende *ſuos ipſius.* Affectus ſpirituales analogiam habent cum affectibus naturalibus. v. 11. 1 Tim. V. 1. 2.

8 οὕτως, ἱμειρόμενοι ὑμῶν, εὐδοκοῦμεν) *quod quum ita eſſet, i. e. quum veſtri amore teneremur, promti eramus* &c. Textus ſimul ad pronunciationem eſt accommodatus: in notis curatior diſtinctio inſtar notæ eſt. Idem verbum, ἱμείρονται, Iob. III. 21. εὐδοκοῦμεν, etiam ſine augmento, tamen imperfectum eſſe poteſt: in nota narratione omnia in præterito procedunt, quod verſiones etiam hîc habent.

¶ ψυχὰς, *animas*) Anima noſtra cupiebat quaſi immeare in animam veſtram.

10 z) ὡς ὁσίως καὶ δικαίως καὶ ἀμέμπτως, *quam ſancte & juſte & inculpate*) Qui nullam ex hominibus gloriam quærunt, hoc aſſequuntur, ut ſe gerant *ſancte* in rebus divinis, *juſte* erga homines, *inculpate* reſpectu ſui ipſorum.

¶ τοῖς πιστεύουσιν, *credentibus*) tametſi aliis non ita videremur.

11 ὡς ἕνα ἕκαστον, *quomodo unumquemque*) Id non faciunt, qui gloriam quærunt. v. 6.

¶ ὡς πατὴρ, *ut pater*) Gravitas temperata, patrum.

¶ παρακαλοῦντες, *adhortantes*) Hoc pendet ab ἐγενήθημεν, *facti ſumus.* v. 10. παράκλησις, *hortatio*, movet, ut facias aliquid libenter; παραμύθιον, *conſolatio*, ut cum gaudio; τὸ μαρτυρεῖσθαι, *conteſtatio*, ut cum timore.

12 βασιλείαν καὶ δόξαν, *regnum & gloriam*) Magnificum σύνθετον.

13 διὰ τοῦτο, *propter hoc*) i. e. quia tales habuiſtis doctores.

¶ εὐχαριστοῦμεν, *gratias agimus*) Sententia

*) *Iterum* hebraiſmus, *a* Bengelio *non minus notatus, quam a cel. D.* Erneſti, *Bibl. th. T. II. p. 793. Idem notandum de voce* εἰδέναι, *c. V. 12. coll.* Bibl. th. *T. V. p. 18 ſq.* E. B.

z) ὑμεῖς μάρτυρες καὶ ὁ θεὸς] *Vos* eſtis *teſtes, &*, quod multo pluris eſt, teſtis eſt *Deus. Decoro* non repugnat ſermo, ut Iudæi calumniantur, Vid. Ios. XXII. 22. 1 Sam. XII. 5, in fonte. *V. g.*

tia categorica: *accepistis.* Modalem sermonem, addita *gratiarum actione*, affectus effecit.

¶ παραλαβόντες) παραλαμβάνω dicit *simplicem acceptionem:* δέχομαι, connotat *prolubium in accipiendo.*

¶ ὁν λογον ἀνθρώπων, *non sermonem hominum*) Declaratur, quod modo dixit, *Dei. accepistis*, nempe, *non verbum hominum &c.*

¶ ὅς, *qui*) Deus, ostendens, verbum vere esse Dei verbum. c. IV. 8. 9. Act. XIV. 3.

¶ ἐνεργεῖται, *operatur*) Gal. III. 5. [*operatur nimirum patientiam, v. 14.* V. g.]

14 γὰρ, *enim*) *Operatio* divina maxime conspicitur & sentitur in afflictionibus.

¶ ἐν τῇ ἰουδαίᾳ, *in Iudaea*) Ecclesiæ Iudaicæ erant exempla insignia ceteris.

¶ τὰ αὐτὰ, *eadem*) Sic, *idem*, Phil. I. 30. Idem fructus, eædem afflictiones, eadem experimenta fidelium, omnibus in locis & temporibus, eximium præbent criterium veritatis evangelicæ.

¶ ἰδίων, *propriis*) Matth. X. 36. Luc. XIII. 33 fin.

¶ συμφυλετῶν, *contribulibus*) Hi erant Thessalonicenses, Iudæi & gentes. Act. XVII. 5 f.

15 ἀποκτεινάντων, *qui interfecerunt*) Hoc sane peccatum est totius populi, maximum, adhuc non agnitum.

¶ προφήτας, *prophetas*) Constr. cum *qui interfecerunt.* Pristinus ille reatus tum maxime evigilavit, quum ipsum Dominum occiderunt.

¶ ἡμᾶς, *nos*) apostolos.

¶ ἐκδιωξάντων, *qui persequendo ejecerunt*) Luc. XI. 49 not.

¶ μὴ ἀρεσκόντων, *placere non quaerentium.*

¶ ἐναντίων, *adversorum*) Iudæi aversabantur gentes, & illo tempore nolebant gentibus verbum prædicari.

16 λαλῆσαι, *loqui*) Ταπείνωσις.

¶ εἰς τὸ ἀναπληρῶσαι, *ut impleant*) Contumacia contra verbum implet maxime mensuram peccatorum.

¶ αὐτῶν, *sua*) Iudæorum.

¶ πάντοτε) ut *semper*, ita nunc quoque.

¶ εἰς τέλος, *in finem*) Tristis exitus. Eadem phrasis Luc. XVIII. 5. Sub Herode Agrippa res Iudaica reflоruerat: sed eo mortuo, Act. XII. 23, rediere procuratores Romani. Cumanus & Felix eorumque successores magis magisque Iudæos vexabant. Scripta est hæc epistola A. D. 48, & circa id tempus, in paschali festo, ingens multitudo Hierosolymis, orto tumultu, oppressa est. nonnulli plus 30 millia narrant. Vrgebat miseros *ira* Dei, & εἰς τέλος *tandem* urbem cum templo delevit.

17 ἀδελφοὶ, *fratres*) Incipit novum caput epistolæ.

¶ ἀπορφανισθέντες, *orbati*) ut parentes, liberis absentibus.

¶ πρὸς καιρὸν ὥρας, *ad tempus horae*) καιρὸς, *tempus*, indefinitum; *hora*, definitum quiddam. Ex. XIII. 10 למועדה LXX καθ' καιρὸς ὡρῶν.

¶ ἰδεῖν, *videre*) 2 Tim. I. 4.

18 ἅπαξ καὶ δὶς) Sic LXX, Neh. XIII. 20.

¶ ὁ σατανᾶς, *Satanas*) Sapienter hanc causam mali primam subesse censuit Paulus; de qua nos non suspicaremur, legentes historiam, Act. XVII. 13 seq. Satanas egit per homines malos.

19 τίς γὰρ) Sic, τίς γὰρ, LXX, 1 Sam. XI. 12.

¶ ἐλπὶς κτλ.) *Spes* &c. Confer finem versus hujus. Magna laus.

¶ στέφανος καυχήσεως, *corona gloriationis*) Sic LXX, Prov. XVI. 31.

¶ καὶ ὑμεῖς, *etiam vos*) Alios non excludit: hos maxime numerat.

¶ ἔν, *in*) De hac particula conf. c. III. 13. Rom. II. 16 not. Tam longe spes porrigitur!

CAP.

CAP. III.

1 Διὸ μηκέτι στέγοντες, *quapropter non jam ferentes* Hoc, quasi post parenthesin, reassumitur versu 5.

¶ μόνοι, *soli*) Vide, quanti fuerit Timotheus; quo digresso, Paulus & Silas sibi videbantur esse soli, in urbe videlicet a Deo alieniissima. conf. Ord. temp. p. 278. [*Ed. II. p. 239.*]

2 ἐπέμψαμεν, *misimus*) Ego & Silvanus.

3 σαίνεσθαι) σαίνω, a σέω, *moveo*. Eustathius proprie dici docet de canibus, caudam remulcendo, blandientibus; per metaphoram, ἐις τὰς ὑπάλλες καὶ κολακικὰς, quæ notio hîc quoque locum habet. Etenim in afflictionibus & propinqui & adversarii & cor ipsum adulationes admiscent: quibus victis, confirmantur fideles.

¶ ταύταις, *his*) Præsens.

¶ κείμεθα, *jacemus*) Argumentum ex vocatione. conf. c. V. 9, *posuit*.

5 ὁ πειράζων, *tentans*) i. e. Satanas. c. II. 18. Euphemiam habet sermo. Sæpe hic hostis subest, ubi non putares eum subesse. Conf. ad Matth. IV. 3.

6 ἄρτι, *nunc*) Statim sub Timothei adventum, recenti gaudio, tenerrimo amore, hæc scribit. Congruit τὸ εὐαγγελισαμένου, participium insigne.

¶ ἐπιποθοῦντες, *desiderantes*) Hoc signum bonæ conscientiæ.

7 διὰ τῆς-πίστεως, *per-fidem*) Constr. cum παρεκλήθημεν, *solatio affecti sumus*.

8 νῦν ζῶμεν, *nunc vivimus*) nunc sentimus, nos vivere. Formula testandæ summæ lætitiæ. conf. Ps. LXIII. 4.

10 νυκτὸς, *nocte*) Sanctæ cogitationes nocturnæ. 2 Tim. I. 3.

¶ τὰ ὑστερήματα, *defectus*) Etiam Thessalonicenses habebant, quod crescerent.

11 αὐτὸς) *Ipse*. Vtraque epistola ad Thessalonicenses fere singula capita singulis suspiriis obsignata habet. c. V. 23. 2 Thess. I. 11. II. 16. III. 5. 16.

¶ ιησοῦς, *Iesus*) Preces & vota dirigunter etiam ad Iesum Christum, nam & ad hunc & ad Patrem tendit το *dirigat*. conf. 2 Thess. II. 16 f.

12 ὑμᾶς, *vos*) sive nos veniemus, sive minus.

¶ πλεονάσαι καὶ περισσεύσαι) De differentia verborum conf. 2 Cor. IV. 15 not.

¶ καὶ ἡμεις, *etiam nos*) scil. sumus amore pleni.

13 μετὰ, *cum*) Constr. cum *adventu*. coll. 2 Thess. I. 7.

¶ πάντων τῶν ἁγίων, *omnibus sanctis*) Hoc angelos & electos e terra complectitur.

¶ αὐτοῦ, *suis*) Christi. Act. IX. 13.

CAP. IV.

1 Ἀρέσκειν) *placitos praestare vos.* 2 παραγγελίας, *praecepta*) Primo hoc tempore Paulus hoc verbum adhibet ad Thessalonicenses scribens, quorum pietas id recte ferebat, perinde ut Timothei, cui severissime præcipit. Idem verbum v. 11. 2 Thess. III. 4. 6. 10. 12. Ad alias deinceps ecclesias, constituta auctoritate sua, perraro id ponit.

3 θέλημα, *voluntas*) Sic c. V. 18, sine articulo. Multæ sunt *voluntates*. Act. XIII. 22.

¶ ὁ) Nota Subjecti.

¶ ἁγιασμὸς ὑμῶν, *sanctificatio vestra*) *Vestra* revocat Thessalonicensibus in memoriam statum profanum pristinum. *Sanctificatio* complectitur castitatem maxime.

¶ ἀπὸ τῆς πορνείας, *a fornicatione*) Tanti christiani hoc tamen erant monendi, quia gentiles non horruerant stupra.

4 εἰδέναι, *nosse*) οἶδα, *novi*, non modo scientiam, sed facultatem animi denotat.

Phil,

Phil. IV. 12. conf. *secundum cognitionem*, 1 Petr. III. 7. Vtrumque sane ad castitatem matrimonialem requiritur.

¶ σκεῦος, *vas*) corpus. 1 Sam. XXI. 5. 1 Cor. VI. 18. κτᾶσθαι *possidere* illustratur ex Luc. XXI. 19.

¶ καὶ τιμῇ, *& honore*) Contrarium, ἀτιμία *dedecus*. Rom. I. 26. 24.

5 μὴ ἐν πάθει ἐπιθυμίας, *non in passione concupiscentiae*) *Concupiscentia* dominans tandem invalescit, ut fiat miserum πάθος & morbus. 2 Sam. XIII. 4.

¶ τὰ ἔθνη, *gentes*) Hæ quoque notantur v. 12. 13, alia & alia periphrasi.

¶ τὰ μὴ εἰδότα, *quae non norunt*) Ignorantia, impudicitiæ origo. Rom. I. 24. [*Coeli serenitatem adspice: impuritatis taedium te capiet.* V. g.]

6 τὸ μὴ ὑπερβαίνειν καὶ πλεονεκτεῖν) Articulus τὸ facit epitasin, quæ cadit super verbum ὑπερβαίνειν. Eustathius, ὑπερβῆναι, τὸ καθ' ὑπερβολὴν ἀσοχῆσαι τῆ δεοντος. Itaque non videtur Paulus hîc dicere *avaritiam*, quæ tamen Eph. V. 5, & Col. III. 5, (ubi item articulus epitasin facit,) peccatis impuritatis jungitur, &, tanquam summa transgressio, *idololatria* dicitur: sed fraudes & artes mœchorum. Hebr. XIII. 4. nam *) asyndeton indicat, ejusdem argumenti sermonem continuari: & sermo est de tali *negotio*, cujus major est culpa, quam furti, Prov. VI. 30. & versu 7 redit mentio de sola impuritate & sanctimonia. Euphemia est, quod *adulterium* non appellat apostolus.

¶ ἐν τῷ πράγματι, *in negotio*) Articulus demonstrat negotium, quod sub manu est hoc illove tempore. 2 Cor. VII. 11.

¶ ἀδελφὸν, *fratrem*) Ætiologia fugiendæ *transgressionis*.

¶ ἔκδικος, *vindex*) Hebr. XIII. 4 not.

¶ ὁ κύριος, *Dominus*) Christus, judex.

7 ἐν ἁγιασμῷ, *in sanctificatione*) ἐπὶ, *super*, magis exprimit finem; ἐν, *in*, indolem rei.

8 ὁ ἀθετῶν) *qui* hoc *spernit*.

¶ τὸν καὶ δόντα, *qui etiam dedit*) *Etiam* innuit, novum hîc addi momentum superiori proximo.

¶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ τὸ ἅγιον εἰς ὑμᾶς, *Spiritum suum sanctum in vos*) Eph. IV. 30.

9 οὐ χρείαν ἔχομεν, *non opus habemus*) Hebr. VIII. 11.

¶ θεοδίδακτοι) *divinitus docti*. Amore Deus nos imbuit per regenerationem. itaque τὸ *docti* habet quandam catachresin, ut *scriptioni* opponatur.

¶ εἰς τὸ ἀγαπᾶν, *ad diligendum*) Doctrinæ divinæ vis confluit in amorem.

11 φιλοτιμεῖσθαι ἡσυχάζειν) Oxymoron. φιλοτιμία politica erubescit ἡσυχάζειν. Oppositum περιεργάζεσθαι. 2 Thess. III. 11 f. Ideo hîc additur, πράσσειν τὰ ἴδια. Proprietas tamen accedit verbo φιλοτιμεῖσθαι ex v. 12 fin.

¶ ἐργάζεσθαι, *laborare*) Hoc opus erat dici

*) *Rationibus hîc positis opponi quidem possit, verbum* πλεονεκτεῖν *hoc sensu nullibi reperiri (Vid. cel. D.* Ernesti *Bibl. th. T. II. p. 794): Atqui a* nexu *subinde vocem aliquam significatum mutuari alias minus obuium, ipse Vir S. R. verbis non paucis monet* l. c. *T. III. p. 634 sq. Grauis utique* πλεονεξία *est, cum quis alienas uxores appetit; siue uno vel Scripturae vel sequiorum scriptorum loco, siue* μοιχοῖς, *eo nomine flagitium istud veniat. Regeritur quidem* (l. c. *T. V. p. 18*), *vocem* ἀκαθαρσία *quoduis* injustitiae *genus, adeoque* sordidam *quoque auaritiam denotare posse. Non dicam nunc, epitheti latini cum graeca voce comparationem, si a* Bengelio *producta fuisset, facile pro* inani lusu (*qualem equidem non exprobro*) *venditatum fore per aliter sentientes. Sed de* impuritate *proprie sic dicta sermonem heic esse, non obscurum videtur. Ea nimirum, quae ad* justitiam *in reliqua conuersatione exsequendam pertinent, v. 9 & seqq. ab hac nostra periocha diserte distinguuntur.* E. B.

dici hominibus, qui cœli gustum ceperant: mundo mersi, sua sponte laborant. Crescit monitum, 2 Thess. III. 6 s.

12 εὐχημόνως, *honeste*) ne possint dicere, Christianismum esse desidiæ & egestatis. Oppositum, *inordinate*. c. V. 14. 2 Thess. III. 6.

¶ μηδενὸς) *nullius* rei, quam ab externis petatis. Summus gradus εὐπορίας, expeditæ rei familiaris, Christiano optandæ, ob libertatem.

13 a) ἵνα μὴ λυπῆσθε, *ut ne contristemini*) de nuper defunctis, in fide. de his enim valet spes. Efficacia religionis christianæ vel maxime ex eo patet, quod ea desiderium mortuorum, affectuum subtilissimum, & mortuorum vel olim vel nuper, non tollit aut exacerbat, sed suaviter temperat. b)

14 γάρ, *enim*) Scriptura ex tot solatiis contra mortem, hoc fere unum, tanquam palmarium, de resurrectione, propinat.

¶ ἀπέθανε, *mortuus est*) Hoc verbum de Christo dici solet; de fidelibus, *obdormire*. 1 Cor. XV. 3. 6. 18. 20. 51.

¶ οὕτω) item, uti Iesus ipse surrexit, sic nos vivos ductum iri credimus, per iter mortis.

¶ διὰ τοῦ ἰησοῦ, *per Iesum*) Construe cum κοιμηθέντας, *qui obdormiverunt*. Nam τὸ *ducet*, quod sequitur, jam habet appositum *cum illo*.

¶ ἄξει) *ducet*, suave verbum. dicitur de viventibus.

¶ σὺν αὐτῷ, *cum illo*) quia cum illo conjuncti sunt.

15 ὑμῖν) vobis, hoc nosse dignis.

¶ λέγομεν ἐν λόγῳ κυρίου, *dicimus in verbo Domini*) Dominus, Christus, nobis dixit; nos, vobis. conf. 1 Reg. XX. 35 ברבר יהוה ἐν λόγῳ κυρίου. Tales formulæ adhibentur in re, quæ nunc primum aperitur. [*Multae nimirum singularis argumenti res, quas frustra quaesiueris alibi, h. l. describuntur*. V. g.]

¶ ἡμεῖς, *nos*: Sua ætate sic loquentes sancti auxere subsequentium ætatum obligationem exspectandi Dominum. Το *nos* mox declaratur per verbum subsequens, *viventes*, & ulterius, *superstites*.

¶ οἱ ζῶντες οἱ περιλειπόμενοι, *viventes superstites*) Sic quoque v. 17. Est hoc instar appositionis. *viventes*, antitheton ad *dormientes*. Simul innuitur paucitas viventium, ad multitudinem mortuorum; item, dormientium conditio bona, quo viventes desiderent aggregari. Homines omnium ætatum conjunctim unum quiddam repræsentant: fidelesque jam olim exspectantes, habentesque se loco illorum, qui victuri sunt in adventu Domini, pro eorum persona locuti sunt. *Viventes*, & *qui superstant ad adventum Domini*, sunt iidem: & hi pronomine *nos* denotantur. Vnaquæque generatio, quæ hoc vel illo tempore vivit, occupat illo vitæ suæ tempore locum eorum, qui tempore adventus Domini victuri sunt. Sic τὸ *nos* hîc ponitur, ut alias nomina *Cajus* & *Titius*: idque eo commodius, quia fidelibus illius ætatis amplum temporis spatium usque ad finem mundi nondum distincte scire licuit. Tempus præsens in utroque participio est præsens pro ipso adventu Domini, uti Act. X. 42, & passim. Neque eo asseruit Paulus, tam propinquum esse diem Christi. vid. 2 Thess. II. 2 s. Similis locutio, Rom. XIII. 11. 1 Cor. XV. 51. Iac. V. 9. 1 Petr. IV. 5 s. Matth. XXIV. 42 not.

¶ τοῦ

a) περὶ τῶν κοιμηθέντων, *de iis qui obdormiuere*] Solatium in recenti luctu; — non super defunctis pridem. *Not. crit.*

b) ἐλπίδα, *spem*] & gaudium. *V. g.*

¶ τῷ κυρίῳ, *Domini*) Iesu Christi.

¶ ὃ μὴ φθάσωμεν, *non praeveniemus*) Suaviter contradicit timori superstitum de defunctis, nec majorem sui, quam dormientium, commodi rationem ducit.

16 αὐτὸς, *Ipse*) Grandis sermo.

¶ ἐν κελεύσματι, ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου, καὶ ἐν σάλπιγγι θεοῦ, *in celeusmate, in voce archangeli, & in tuba Dei*) Gradatio, tria complectens. κέλευσμα dicitur, quo multitudo aliquid jubetur, v. gr. per præconem. Non habent LXX. *Matth. 25, 6. n.*

¶ ἀρχαγγέλου, *archangeli*) Michaëlis aliusve. Non adhibetur articulus.

¶ ἐν σάλπιγγι θεοῦ, *in tuba Dei*) cum tuba Dei, adeoque magna.

¶ πρῶτον) *prius.*

17 ἅμα) Ammonius, ἅμα μέν ἐστι χρονικὸν ἐπίρρημα· ὁμοῦ δέ, τοπικόν. Vides hîc proprietatem sermonis apostolici.

¶ εἰς ἀέρα, *in aërem*) Impii in terra remanebunt: pii, absoluti, assessores fient judicii.

¶ καὶ οὕτω, *& sic*) Paulus, quum, quæ scribi opus erat ad consolandum, scripsit, maximas res hac brevitate involvit.

¶ πάντοτε, *semper*) sine ullo discessu.

¶ σὺν κυρίῳ, *cum Domino*) non modo in aëre, sed in cœlo, unde venit.

¶ ἐσόμεθα, *erimus*) utrique.

18 παρακαλεῖτε ἀλλήλους, *consolamini invicem*) in luctu. confer etiam c. V. 11.

CAP. V.

1 Περὶ τῶν χρόνων, *de temporibus*) quum hæc, quæ dixi, evenient. χρόνων partes, καιροί.

¶ οὐ χρείαν ἔχετε, *non opus habetis*) Qui vigilant, his non opus est dici, quando futura sit hora. nam semper parati sunt.

2 ὡς κλέπτης, *sicut fur*) 2 Petr. III. 10. Solennis locutio apostolis, congruens cum parabola Domini, Matth. XXIV. 43.

¶ ἐν νυκτὶ, *in nocte*) Refer ad *fur*, modo. Ibi *nox* est, ubi securitas & quies. confer tamen Matth. XXV. 6.

¶ οὕτως) *sic*, uti dicetur versu sequente. Conf. *sic*, sequente *) *enim*, Matth. I. 18.

¶ ἔρχεται, *venit*) Præsens, subitum eventum magna emphasi exprimens. Sic v. 3, *repentinus instat.* conf. Luc. XXI. 34.

3 λέγωσιν, *dicunt*) *ceteri, qui* sunt *tenebrarum.* v. 5. 6. [*c. IV. 13.*]

¶ εἰρήνη καὶ ἀσφάλεια, *pax & securitas*) Mundum statuent æternum.

c) 6 καὶ νήφωμεν, *& sobrii simus*) Hoc denotat statum. actum, ἀνανήφω, ἐκνήφω, 2 Tim. II. 26. 1 Cor. XV. 34. νήφω, mitius.

7 μεθυσκόμενοι - μεθύουσιν, *qui inebriantur - ebrii sunt*) Μεθύσκομαι notat actum; μεθύω, statum, vel habitum. sic in καθεύδοντες - καθεύδουσι Ploce apparet. Habet enim καθεύδοντες primo vim incoativam, *in somnum incidentes*, deinde καθεύδουσι habet vim continuativam, *in somno pergunt.*

¶ νυκτὸς) *noctu*, ut plurimum. Etiam diurna somnolentia & ebrietas nocten. aggravat. A die abhorrent.

8 ἐλπίδα σωτηρίας, *spem salutis*) Huc ref. v. seq.

9 ἔθετο, *posuit*) Sic LXX, Ps. LXVI. 9, τῷ θεμένῳ τὴν ψυχήν μου εἰς ζωήν. Iud. I. 28, ἔθετο τὸν Χαναναῖον εἰς φόρον, ubi lectio quidem Vaticana habet ἐποίησε, sed ἔθετο fuit certe phraseologia Librario non insueta.

¶ περιποίησιν σωτηρίας) Notatur *salus* ejusmodi, qua *ex* multitudine pereuntium excipiuntur, qui salvantur.

10. ἀπο-

*) *Attamen h. l. voc.* γὰρ, enim, *per* utriusque Ed. *marginem omittenda potius censetur.* Vers. germ., *nexûs causâ, ponit* nemlich. E. B.

c) καὶ οὐ μὴ ἐκφύγωσι, *& non effugient*] utut vellent libenter. *V. g.*

10 ἀποθανόντος, *qui mortuus est*) In ipsa morte Christi fita est *positio* illa *in conservationem peculiarem.*

¶ εἴτε καθεύδωμεν, *sive dormiamus*) corpore, in somno vel morte.

¶ ἅμα) *simul*, ut fit adventus. Num potius, *simul*, ubi & uti ille vivit? Non putem. Totum institutum est περὶ τῶν χρονων, & in fine tractationis redit oratio ad principia. Adventum Christi semper ut propinquum sibi proposuerunt. Sic etiam *Lubinus* exponit. *cf. not. v. 17. cap. praec.*

12 ἐρωτῶμεν) *oramus*: orat Paulus, causam operantium in verbo suam quasi faciens. sequitur aliud verbum, παρακαλοῦμεν *adhortamur.* v. 14.

¶ εἰδέναι) *nosse*, rationem habere. Metonymia antecedentis.

¶ κοπιῶντας, *laborantes*) Interdum unus idemque potest *laborare*, προϊσταδαι *praeesse*, νουθετειν *monere;* interdum diversi, pro varietate charismatum. *Laborare* non tantum genus est, sed diversas functiones denotat, quæ sub τῷ *praeesse* & *monere* non comprehensæ sunt. ex. gr. Rom. XVI. 2 *Phoebe* erat προστάτις. e contrario v. 12 *Tryphaena* & *Tryphosa laboraverant* quidem, sed non fuerant προστάτιδες, non *praeerant. Praeesse* notat auctoritatem, νουθετειν *monere* notat studium & solertiam, quam unus præ altero exercet. *1. Tim. 2, 13. a*

13 ἐν ἑαυτοῖς, *in vobis ipsis*) invicem.

14 τοὺς ἀτάκτους, *inordinatos*) Tales non aberant, quamlibet florente illa ecclesia. Et mox crevit ἀταξία, *inordinatio.* 2 Thess. III. 6. 11.

¶ ἀντέχεσθε) *observate.* שמר ἀντέχεσθαι, *rationem habere.* Prov. IV. 6.

¶ πρὸς πάντας, *ad omnes*) Nemo est fidelium, cui non possit *longanimitas* præstari: nemo, cui fidelis eam non præstare debeat. Multi eam magis præstant alienis, quam domesticis; potentibus, quam tenuioribus: sed præstanda est erga *omnes.*

15 ὁρᾶτε, *videte*) Quisque custodiat & se & alterum. Læsus, qui in fervore est, nimium videt: ergo proximi videre debent.

18 ἐν παντὶ) *in omni* re, etiamsi adversa videatur. [*-idque non generatim tantum, sed, Dauidis ad instar, in casibus singularibus.* V. g.]

¶ τοῦτο, *hoc*) ut gratias agatis.

¶ θέλημα, *voluntas*) semper bona, semper spectans salutem vestram *in Christo Iesu.*

19 τὸ πνεῦμα) *spiritum*, i. e. charismata. Metonymia.

¶ μὴ σβέννυτε, *nolite exstinguere*) Spiritus, ubi est, ardet: ideo non exstinguendus, nec in nobis, nec in aliis.

20 προφητείας, *prophetias*) præ ceteris charismatis exercendas. 1 Cor. XIV. 1. 39.

¶ μὴ ἐξουθενειτε, *nolite spernere*) Alia charismata erant speciosiora.

21 πάντα) **) omnia*, spiritualia, quæ ad vos ullo modo pertinere, nec vestram facultatem excedere, sine incuria & curiositate existimare potestis.

22 ἀπὸ παντὸς εἴδους πονηροῦ, *ab omni specie mala*) *Species*, apparentia, *mali*, esset εἴδος ΤΟΥ πονηροῦ, cum articulo, quem habet ΤΟ καλὸν *bonum*, v. 21. Sed εἶδος πονηρὸν est *species mala.* εἶδος, *species*, Germ. *Gattung.* LXX, Ier. XV. 3. Sir. XXIII. 21. (16.) XXV. (2) 3. Ab omni specie mala abstinere debemus, ne decipiamur. Totum *genus* boni est simplex, spiritus, animæ, corporis: *species* mali, multæ. 2 Cor. VII. 1. Confer oppositum v. seq.

23 αὐτὸς) *Ipse.* Non meo studio, inquit Paulus, sed divino præsidio muniti eritis.

¶ ὁ θεὸς τῆς εἰρήνης, *Deus pacis*) qui bona omnia donat, mala omnia removet. εἰρήνη & ὁλοτελὴς in Hebræo שלם sunt conjuga-

*) *Voculam* δὲ, *crisin* Ed. 2 *sequuta*, *subjicit* Vers. germ. E.B.

gata. [*Insequens igitur votum, quid appellatio haec inuoluat, ostendit.* V. g.]

¶ ὁλοτελεῖς - ὁλόκληρον) Optat, ut *universi* & *singuli* Deo penitus asserantur & asserti maneant: *universi*, omnes omnino Thessalonicenses, ut nemo excidat: *singuli*, unusquisque eorum cum spiritu, anima & corpore. Ipsa expositio versus hujus tempore fortasse mutescet. Esset chiasmus elegans & ὁλόκληρον si adverbiascens esset, nanciscereturque novam expositio lucem. Alio sensu, ὁλόκληρον ὑμῶν Genus esset & totum: tria sequentia essent partes.

¶ ὑμῶν τὸ πνεῦμα καὶ ἡ ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα, *vester spiritus & anima & corpus*) *Vos* modo dixit universe: nunc eosdem denominat a statu spirituali, *vester spiritus* (Gal. VI. 18.) optans, ut servetur ὁλόκληρον, *integer*: tum a statu naturali, *& anima & corpus*, (nam his duabus partibus absolvitur natura hominis totius, Matth. X. 28.) optans, ut id servetur *inculpate*. **) *Corporis* mentio congruit cum superiore tractatione. c. IV. 4 not. 16.

24 d) ὁ καλῶν ὑμᾶς) *qui vocavit vos*, ita ut ne nunc quidem mutet vocationem. Magnam hic versiculus exultationem habet.

¶ ποιήσει, *faciet*) *servabit vos*: v. 23. ut vocatio finem suum assequatur. Phil. I. 6. 1 Petr. V. 10. Rom. VIII. 30.

25 περὶ ἡμῶν, *de nobis*) uti nos pro vobis. v. 23. [*Idem Paulus petit in altera ad* Thessal. *epistola, nec non ad* Romanos, Ephesios, Colossenses, *& Philemonem, atque, in transitu, in altera ad* Corinthios, *ad* Philippenses *pariter. In epistolis ad* Timotheum *&* Titum *non petit: quòd vel ut filios eos compellauit, vel per se intercessionis eorum certus fuit. Neque vero* Corinthios, *in priori epistola, istud petit, neque* Galatas: *etenim paterna eos auctoritate reprehendere opus habuit*, V. g.]

27 ὁρκίζω ὑμᾶς, *adjuro vos*) In V. T. publice lecti sunt Moses & prophetæ: in N. T. hæc epistola, prima omnium a Paulo scripta, omnium instar lectioni publicæ commendatur, uti deinde Apocalypsis, c. I. 3. Gravissima erat hæc ratio, quare

*) Versio germanica, *in margine*, *hanc loci periphrasin exhibet*: Seruetur spiritus vester; i. e. vos ipsi, plenissime, pro statu vestro spirituali, quem & animæ & corporis respectu nacti estis. *Qua quidem in re non possum, quin eam porro illustrationem Lectori propinem, quam ven. M.* M. F. Roosius, *in* Fundamentis Psychologiæ ex S. Scr. collectis, *Tub. 1769. c. II.* § 12 *his verbis exhibet*: Potest vero anima humana etiam, quum regenita est, rursus deliquium pati. Spiritus, i. e. noua indoles, potest rursus decrescere vel plane exspirare, ut nihil nisi τὸ ψυχικὸν remaneat. Hinc optat Paulus, ut in regenitis *spiritus integer*, & *anima & corpus inculpate* in aduentum D. N. I. C. seruentur, 1 Thess. V. 23. En ἀκρίβειαν sermonis apostolici! *Spiritus*, i. e. noua indoles, non opus habet inculpate seruari; in spiritum enim hoc sensu sumtum culpa non cadit, & anima humana, quatenus spiritus facta est, labis expers est. Debet autem hic spiritus *integer seruari*, ne decrescat, vel plane rursus exstinguatur. Supponit autem Apostolus etiam incrementum spiritui, dummodo conseruetur, non defuturum. v. Luc. I. 80. II. 40. Quid autem de partibus humanæ naturæ ipsis, de *anima & corpore* fieri debet? Quatenus anima ad exemplar Deitatis jam renouata est, eatenus spiritus est; sed quoniam renouatio ne quidem animam humanam totam, nedum corpus in hac mortalitate peruadit: ideo optat Paulus, ut anima & corpus certe *a culpa immunes* seruentur, i. e. ut tota hominis natura, etiam quatenus terrestrem formam retinet, sub gratia Iesu Christi ac regimine Spiritus sancti permaneat. Huc etiam referri potest sententia Pauli 1 Thess. V. 19: *spiritum ne exstinguatis*. Igneum habet ac demonstrat ille vigorem; quapropter Rom. XII. 11 monemur, ut spiritu *ferueamus*: cauendum igitur est, ne exstinguatur. Empæctæ & ejus generis hommes sunt ψυχικοὶ, nec spiritum habent, Iud. v. 19. quia ex spiritu non sunt regeniti, Ioh. III. 6. --- E. B.

d) πιστὸς, *fidelis*] Breui hoc commate omnis solatii Summa continetur. Vocatione si frueris: de fide Ejus gaude, qui faciet. *V. g.*

re Paulus Theſſalonicenſes [*eosque tantopere ſibi deamatos*, V. g.] ita adjuraret: periculumque fuerat, ne ob laudes ipſis datas celandam putarent epiſtolam.

¶ τὸν κύριον, *Dominum*) Chriſtum. Divinus invocationis cultus huic exhibetur. Ps. LXIII. 12.

¶ πᾶσι, *omnibus*) Theſſalonicæ, vel etiam in tota Macedonia.

¶ ἀδελφοῖς, *fratribus*) Dativus, proprie. Legenda erat epiſtola, *omnibus* auſcultantibus, maxime iis, qui ipſi legere non poterant; mulieribus & liberis non excluſis. conf. Deut. XXXI. 12. Ios. VIII. 33 f. *Quod Paulus cum adjuratione jubet, id Roma ſub anathemate prohibet.* [*Qui Scripturam furripiunt, & verbi diuini lectionem tam difficilem reddunt plebeiis, ii non dubium eſt quin ipſi iniquius in ejus tractatione verſentur: ſunt igitur lucifugae. At quam obmutescent miſere, quum Iudex percontatus fuerit: Vos cur tantâ violentiâ verbis meis interdixiſtis reliquos? cur illis eripuiſtis, qui melius ea, quam vosmetipſi habuiſſent?* Optabile eſſet (*quae Theologi cujusdam Vitembergenſis probatiſſimi obſeruatio eſt*), ut multis, iisque ſublimioris etiam conditionis, locis orationum ſacrarum loco, quæ frequentiores eſſe ſubinde, quam par erat, videntur, Scripturæ ſacræ capitum quorundam prælectio inſtitueretur in Eccleſia atque celebraretur. &c. *Franz. de Interpr. p. 47. Recte id quidem fieret. Iam vero tanto magis fas eſt nobis dolere, quod multis hodie concionum dignitas* major *nonniſi ex* minori *cum Scriptura concentu aeſtimatur.* V. g.]

IN EPISTOLAM II. AD THESSALONICENSES.

CAPVT I.

3 Ὀφείλομεν, *debemus*) urgente animi exultatione, de cauſis adeo conſpicuis. Sic quoque c. II. 13. [*Generoſus debiti ejusmodi ſenſus eſt.* V. g.]

¶ ἄξιον, *dignum*) ob rei magnitudinem. conf. 1 Cor. XVI. 4. [*Tuine Chriſtianiſmi ſpecimina digna ſunt, quorum nomine gratias DEO agant, qui te norunt?* V. g.]

¶ ἡ πίστις· ἡ ἀγάπη· *fides: amor*) De ſpe, v. 4 f. Nam hæc tria jungi ſolent.

4 ἡμᾶς αὐτοὺς, *nos ipſi*) *Ipſe* Paulus cum Silvano & Timotheo gloriabatur, tanquam teſtis, non modo audiebat ex teſtibus.

¶ ὑπὲρ, *pro*) Conſtr. cum *gratias agere*. Hinc v. 3 fin. comma ponendum. conf. Col. I. 5 not. Paralleliſmus momentum habet.

¶ καὶ πίστεως, *& fide*) Fides hoc loco notat fidelem conſtantiam confeſſionis.

5 ἔνδειγμα) ſcil. ὄν. Accuſativus abſolutus. conf. Act. XXVI. 3 not. τὸ ἀνέχεσθαι, *tolerare*, eſt *demonſtratio*.

¶ δικαίας, *juſti*) Quod hoc commate proponitur, tractatur verſu 6 f.

¶ εἰς τὸ καταξιωθῆναι, *ut digni fiatis*) Hoc cohæret cum *toleratis*.

¶ ὑπὲρ ἧς, *pro quo*) To *pati* facit *dignos* regno.

6 παρὰ

6 παρὰ θεῷ, *apud Deum*) tametsi homines boni & mali non tanti æstimant horum injurias & illorum passiones.

¶ θλίβουσιν - θλῖψιν, *prementibus - pressuram*) Talio. Huc ref. v. 8. 9.

7 καὶ ὑμῖν, *& vobis*) Huc ref. v. 10 s.

¶ τοῖς θλιβομένοις, *pressis*) Medium: *qui pressuram toleratis.* coll. v. 4 fin.

¶ ἄνεσιν, *relaxationem*) Magna proprietate inter se opponuntur θλῖψις, *pressura*, & ἄνεσις, *relaxatio*: 2 Cor. VII. 5. VIII. 13. includit autem *relaxatio* etiam bonorum abundantiam, v. 10.

¶ μεθ' ἡμῶν) *nobiscum*, i. e. cum sanctis Israelitis. v. 10 not. Conf. 1 Thess. II. 14.

¶ μετ' ἀγγέλων δυνάμεως, *cum angelis potentiae*) Angeli inserviunt Christo in exserenda ejus potentia.

8 ἐν πυρὶ φλογος) Alii, ἐν φλογὶ πυρός. Eadem varietas, Act. VII. 30. ἐν φλογὶ πυρὸς, LXX Es. LXVI. 15.

¶ τοῖς μὴ εἰδόσι θεὸν) *qui in* ethnica *ignorantia de Deo versantur.* 1 Thess. IV. 5. Ps. LXXIX. 6. Sic Iob XVIII. 21 לא ידע אל τῶν μὴ εἰδότων τὸν κύριον.

¶ μὴ ὑπακούουσι, *non obedientibus*) *Iudaeis* maxime, quibus evangelium de *Christo* *) prædicatum fuerat.

9 ἀπὸ, *a*) Divina *animadversio* pœnam eis infliget. מִפְּנֵי *a facie.* Dæmones non erunt tortores: nam ne in hac quidem vita homines mali puniuntur per dæmones, sed potius per bonos angelos: & Ps. LXXVIII. 49 τὸ *angelos malorum* potest etiam bonos denotare. conf. Ex. XII. 23. 2 Sam. XXIV. 16.

¶ προσώπου, *facie*) Hæc facies erit illis intolerabilis. Non videbunt, sed persentiscent. *Facies* & *gloria* fere sunt parallela.

¶ ἰσχύος, *roboris*) Ponite ferociam, o improbi!

10 ἐν, *in*) Sancti & credentes non modo spectabunt, sed per illos se exseret gloria Christi admiranda. v. seqq.

¶ ἁγίοις, *sanctis*) Suaviter jungitur mentio *gloriae* & *sanctorum*, tum *admirationis* & *credentium.*

¶ πᾶσι, *omnibus*) Hoc non *sanctis*, sed *credentibus* additum, innuit, latius patere quodammodo vocabulum *credentium*, quam *sanctorum.* vid. Act. XX. 32 not. Sic *omnis*, Phil. I. 9 not. Sancti, ex circumcisione: fideles, ex gentibus, in quibus erant etiam Thessalonicenses. [*qui, cum Apostolorum testimonium ad ipsos quoque* pertigisset, *laudabili istud animi firmitate receperunt.* V. g.] Confer duo opposita, v. 8 not.

¶ ὅτι, *quod*) Motivum admirationis erit, quod testimonium apostolorum, de Christo, fidem apud Thessalonicenses nactum exstet *in die illo*, quo una veritas constat. conf. Phil. II. 16. 1 Thess. II. 19.

¶ ἐπιστεύθη) נֶאֱמַן πιστὸν exstitit, & ut tale a vobis, *super* quos venerat, susceptum est.

¶ ἐφ ὑμᾶς) *ad vos* usque, in occidente.

¶ ἐν τῇ) Construe cum ἐλθῃ, *venerit.*

11 εἰς ὃ, *in quod*) *Huc* orando nitimur.

¶ ἀξιώσῃ) *dignos efficiat.* Ante vocationem nulla dignitas in nobis: 2 Tim. I. 9: postea demum confertur nobis eo modo, qui mox describitur.

¶ ὁ θεὸς ἡμῶν) *Deus noster*, cui servimus.

¶ εὐδοκίαν, *beneplacitum*) ex parte Dei.

¶ πίστεως, *fidei*) ex parte vestri.

12 τὸ ὄνομα, *nomen*) Nos nil Domino, Dominus nobis salutem revera confert. inde *nomen* illius glorificatur in nobis; *nos* autem ipsi in illo.

¶ χάριν, *gratiam*) Hæc mente dixit ἀγαθωσύνης, *bonitatis.* v. 11.

CAP. II.

*) Christi *tamen hoc versu nomen per marginem* Ed. 2 *omittendum potius censetur; quare nec in* Vers. germ. *legitur.* E. B.

CAP. II.

1 Ἐρωτῶμεν, *rogamus*) Epistolæ partes, quarum præcipua hîc incipit, sunt quinque:

I. Inscriptio. c. I. 1. 2.
II. Gratiarum actio pro Thessalonicensibus, v. 3 s. cum voto. v. 11 s.
III. Doctrina, de homine peccati ante diem Christi venturo: cap. II. 1 s. 3 s.
unde contra illam calamitatem sanctos consolatur; 9 s. 13 s.
subjuncta cohortatione & voto. v. 15. 16 s.
IV. Hortatio ad preces, item cum voto: c. III. 1 s.
& ad fratres, qui inordinate ambulant, in ordinem redigendos, hîc quoque subjuncto voto. v. 6 s. 16
V. Conclusio. v. 17. 18.

¶ ὑπὲρ) *de.* Particula facit ad declarandam rem, de qua agitur, non ad obtestationem: quanquam res, de qua agitur, Thessalonicenses per se commovere debebat. conf. ὑπὲρ, 2 Cor. V. 20.

¶ ἐπισυναγωγῆς, *congregatione*) quæ fiet *adventus* Iesu tempore. cavendum, ne quis excidat. Fideles jam sunt aggregati ad Dominum: sed illa demum congregatio erit absoluta. Hæc vis decomposîti. conf. Hebr. X. 25 not.

2 σαλευθῆναι, *moveamini*) mente.

¶ θροεῖσθαι, *turbemini*) affectu. Id facile accidit cupidioribus sciendi futura.

¶ πνεύματος) πνεῦμα, *spiritus* prophetans.

¶ λόγου ἐπιστολῆς· *sermonem: epistolam*) v. 15.

¶ ὡς δι' ἡμῶν) *ut per nos.* ratio sub qua moveri poterant Thessalonicenses. Poterat quidem epistola vere Paulina sinistre exponi: poterat vero etiam aliena supponi. *) c. III. 17.

¶ ὡς ὅτι ἐνέστηκεν, *ut si instet*) Magna hoc verbo propinquitas significatur. nam ἐνεστὼς est *præsens.* Ideo talis propinquitas diei Christi negatur. Antiquissimæ epistolarum apostolicarum sunt epistolæ ad Thessalonicenses. Hinc patet, apostolos, de propinquitate diei Christi loquentes, non erasse, sed scienter esse locutos.

¶ τοῦ χριστοῦ, *Christi*) cui opponitur, sensu vocabuli in ecclesia pridem usitato, *antichristus.* **)

3 κατὰ μηδένα τρόπον, *nullo modo*) Tres modos innuit v. 2.

¶ ὅτι, *quod*) Subaudi, ex antecedentibus, particulam negantem, cum verbo substantivo: *non fit, nisi* &c. Habet autem ellipsis hæc ἐυλάβειαν. Ἐυλαβὴς est, qui rem propositam capit bene, non importune & temeraria audacia, *sachte, scheu,* &c. Ἐυλάβεια est, quod Paulus non expresse dicit: *Non venit dies Christi, nisi* &c. Leniter loquitur: abstinet verbis, quæ non libenter audiret amator adventus Christi.

¶ ἐὰν μὴ, *nisi*) Quæ vi 3-8 leguntur, uberiorem considerationem postulant. Ac primum quidem hanc periocham per se in-

*) *Quæ si omnino supposititia fuit,* ἀπόγραφον *potius epistolæ Paulinæ ad aliam quandam ecclesiam data, quam* αὐτόγραφον *Pauli ad ipsos Thessalonicenses mentita esse videtur cel.* Michaëlis, *in der* Einleitung &c. T. I. p. m. 103 sq. E. B.

**) *Lectionem tamen* κυρίου, *post marg.* utriusque Ed., *præfert* Vers. germ. E. B.

ibuebimur: deinde Apocalypsin conferemus. *Prior intuitus has fere positiones complectitur:*

I. *Scopus Pauli est, monere Thessalonicenses, ne diem Christi propinquiorem putent, quam revera sit.*

Magnum scandalum affert exspectatio rerum futurarum, quæ divino putatur testimonio niti, & tamen in exitu falsa deprehenditur. Maximum scandalum afferre poterat talis exspectatio diei Christi. Quare Paulus solicite occurrit. Parati erant Thessalonicenses ad Dominum cum gaudio excipiendum, c. I. 11. 1 Thess. I. 10: & ejusmodi quidem cupiditas spem præsupponit & fidem, sed tamen ipsa potest esse inordinata. In ordinem ergo redigitur.

II. *Speciatim docet Paulus, veritatem prius esse ingens quoddam malum.*

Paulus non omnia, quæ inter ætatem illam & inter diem Christi intercessura essent, enumerat: sed unum quoddam maxime insigne indicat, cujus declaratio erat jam tum tempestiva & Thessalonicensibus salutaris. Describit ergo *apostasium, hominem peccati &c.*

III. *Non modo malum, sed etiam Retinaculum ejus indicat apostolus.*

Memoratur ὁ κατέχων *retinens*, qui retinet hominem peccati. Id retinaculum ipso malo prius est quodammodo, adeoque indicium ejus magnopere ad institutum apostoli pertinet, ut tempus revelandi adversarii, cum justa tamen latitudine, definiatur.

IV. *Malum a temporibus Pauli se porrigit usque ad apparitionem adventus I. C.*

Non solum latissime patet malum illud, v. 4. 10. 12, sed etiam valde diuturnum est, & quamvis per varios gradus exsurgat, tamen est continuum quoque, a primis suis staminibus ad finem usque. *Jam*, inquit apostolus, *operatur mysterium iniquitatis.* Jam apostolorum tempore, magis vero post obitum eorum, maxime post obitum apostolicorum virorum, operabatur. Non optime consulunt, qui ideam ac regulam ecclesiæ in antiquitate potius seculorum primorum aliquot, majorem tantummodo posteritatis declinationem redarguentium, quam in ipsa veritate sitam censent.

V. *Retinaculum quoque tempore Pauli erat, ideinque tum demum in medio esse desinit, quum in nervum erumpit malum.*

Qui retinet jam, inquit Paulus, *donec e medio fiat.* Patet hinc, Retinaculum non esse præconium evangelii, aut universum, aut apostolicum. manuit retinaculum etiam post apostolos, qui multo ante consummarunt cursum, quam retinaculum desineret esse retinaculum: totum vero præconium evangelicum nunquam e medio tollitur.

VI. *Malum describitur primum in abstracto, deinde in concreto.*

Mysterium iniquitatis dicitur *jam operans*: ex intervallo autem, revelabitur ille ipse *iniquus*. Tali ordine res evenit. Non dissimile est, quod prius appellatur *apostasia*, deinde *homo peccati*. In præconio de Christo dicebatur primum, in abstracto, *appropinquavit regnum coelorum*; deinde ipse Christus cum gloria sua est apertius ostensus. Sic ex oppolito se habet testimonium de malo. Vitiosus humor in unum tandem apostema contrahitur & erumpit.

VII. *Magnum malum est apostasia & mysterium iniquitatis.*

Diversas partes habet descriptio mali in abstracto & in concreto, eæque se mutuo explicant. *Apostasia* est *defectio* a fide, dilucideque describitur 1 Tim. IV. 1. Nullo

Nullo definito loco terminatur hæc apostasia: quam late patuit fides, tam late fere patet apostasia; maxime tamen apud *Iudæos* invaluit. Etiam eorum est apostasia, quibus oblata fuerat fides, quamvis eam non susceperint: qui eam susceperant, eorum nonnulli *resilierunt*. conf. Hebr. III. 12. Populus est instar unius hominis, sive divina gratia, se offerens, spectetur, sive recusatio humana quæcunque. *Apostasia* populi erat, recusantis intrare in terram promissam. LXX Num. XIV. 31. *Thessalonicae* inprimis Iudæorum acerbitas vehementissima erat: Act XVII. 5. 11. 13. Romæque *Iudaismus* Christianismo multum detrimenti attulit. *Iniquitas* item, cujus mysterium jam tum operabatur, non est iniquitas quælibet, quamvis multiplex, Matth. XXIV. 12, sed ea, ex qua ipse *Iniquus* denominatur versu 8. coll. v. 3. 4. Hujus iniquitatis jam tum operabatur *mysterium*, (conf. Deut. XXXI. 21. 27.) & ita erat occultum, ut ipsis hominibus fere inscientibus obreperet, & per multas ætates crescceret. Operatur vero etiamnum, donec ipsum Iniquum producet operatio Satanæ. v. 9. Iudaismus, Christianismum inficiens, est fomes: mysterium iniquitatis est scintilla.

VIII. *Maximum malum est Iniquus ipse.*

Est *homo peccati, filius perditionis, oppositus & elatus super omnem dictum deum aut cultum, ita ut ipse in templo Dei quasi deus confideat, declaretque, sese esse deum.* Est *Iniquus* ipse, *cujus adventus est secundum efficaciam Satanae &c.* Hæc momenta postea expendemus singulatim.

IX. *Retinaculum*, masculino *genere & neutro genere promiscue dicitur: nisi* neutrum ideo in Textu *præcedit, ut postea* ὁ κατέχων, Retinens *opponatur adversario singulari.*

QVI retinet IAM, inquit, *in medio esse desinet*: & paulo ante, *Id QVOD retinet, nunc scitis, ut reveletur ille SVO TEMPORE.*

X. *Non apostasiam & mysterium iniquitatis cohibet retinaculum illud, quantum quantum est, sed ipsum hominem peccati, ipsum nefarium.*

Mysterium iniquitatis, & *is qui retinet*, in unum idemque tempus cadunt. at quum *is qui retinet*, & *id quod retinet*, in medio esse desiit, *tum* revelatur iniquus.

XI. *Ex apostasia tandem nascitur, homo peccati: hunc autem ipsum retinet potentia politica Romana.*

Ex mutua collatione mali & retinaculi, & qualitatum utriusque, perspicitur, quid utrumque sit. *Iniquus* ille præter signa mendacii habet etiam *majestatem* quandam, fuco spirituali adornatam, *quasi deus* esset. Eam civilis cohibet potestas, quæ tempore Pauli Romana utique erat, Hierosolymam, Romam, Corinthum, unde ille scribebat, Thessalonicam, quo scribebat, complexa. &c.

XII. *Tempus epistolæ hujus non parum adjuvat interpretationem.*

Scripta est tempore Claudii: coll. Act. XVIII. 2. 5 cum 1 Thess. III. 1. 6. quo ipso penitus refutatur Grotius, prophetiam Pauli conans de Caligula interpretari. Ipsum præcise *Claudium* veteres putarunt esse retinaculum. hinc enim, ut apparet, factum est, ut successorem Claudii *Neronem* existimarent esse hominem peccati: cumque improbitas Neronis quamlibet vesana eam tamen non impleret mensuram, *Domitianum* & alios ejusmodi imperatores quasi pro complemento mali habuere. Non exhauserunt illi quidem prophetiam: sed tamen aliquid ex vero assecuti sunt, *Romanum* hic nempe quiddam quoquo modo spectari.

Pro-

Propius accedamus. Retinaculum est aliquid, quod Thessalonicenses, quum Paulus non multo ante apud eos fuisset, non norant; & nunc, quum idem hæc scriberet, norant, respondentibus eventuum initiis, magis quam paulo ante putassent multi. Id patet ex antitheto versus quinti & sexti. Scripta est epistola circa annum VIII Claudii, Æ. Dion. 48, ut in *Ordine temporum*, p. 278 ostendimus. Eo tempore Claudius Iudæos, sive credentes, sive non credentes, & hos quidem assidue tumultuantes, Roma expulerat: & in ipsa Iudæa Cumanus graviter eos premebat. Ergo in provinciis præsides & procuratores, in Italia ac Romæ ipse imperator malum retinebat. Insigne specimen est, quod Iudæi non nisi post obitum Festi & ante adventum Albini Iacobum interemerunt. Quicquid ea fecerunt occasione, libenter alias fecissent contra Christum, sed per Romanos non potuerunt. Sic Corinthi eos retinebat Gallio, Hierosolymis Claudius Lysias. Act. XVIII. 14. XXI. 32. Tempore Pauli certo retinebat Malum potentia Romana. non immediate. ergo mediate. Medium autem, rigor in Iudæos, qui longius essent progressi, si per Romanos potuissent. Faciliorem interpretationem libenter audiam.

XIII. *Quum retinaculum in medio esse desit, revelatur Iniquus ille.*

Convenit hæc positio cum quinta, & tamen ab ea differt quoque. Illa diuturnitatem retinaculi notat: hæc, tempus Nefarii revelandi. *Nefarii adventus est secundum efficaciam Satanæ in omni vi & signis & prodigiis mendacii &c.* Hic adventus nondum est factus, quanquam præludia non desunt pridem: ergo retinaculum adhuc est. Atque ipso hoc firmissimo argumento constat, retinaculum esse potentiam politicam Romanam. Nullum enim aliud tam potens, tamque diutinum usquam reperietur retinaculum. Non tamen Satanæ efficaciam cohibuit hoc retinaculum, sed Nefarii dominatum: & amoto retinaculo, Nefario opem fert Satanas.

Nunc Apocalypsin adspiciemus.

XIV. *Nefarius ille est bestia ex abysso ascendens.*

Tam diutinum, tam continuum est malum a Paulo descriptum, § IV, ut non possit non in apocalypticæ aliquando bestiæ tempora incurrere: tantaque similitudo nefarii est ac bestiæ, tam late diffusa, tam elata potestas, ut non nisi unum possit esse subjectum. Nefarius non demum post interitum bestiæ interibit: nam prælio illo, quod Ap. XIX describitur, ita conficiuntur hostes, ut calamitas per Paulum descripta non possit ulterius extendi. Idem Nefarius non peribit prius: nam manet usque ad apparitionem adventûs Domini.

XV. *Itaque totum malum a Paulo descriptum cum re Romana proprie intimeque conjunctum est.*

Quid necessitudinis apostasia & ipse homo peccati cum urbe Roma haberet; Thessalonicenses non potuere cognoscere, nisi Paulus eos coram docuit. Nos Apocalypsis & eventus docet, ac posteritatem docebit uberius. Nos igitur pro captu temporis nostri collationem instituemus.

XVI. *Nefarius ille, adhuc est venturus.*

Una eademque bestia est, quæ primum ex mari, deinde ex abysso ascendit. Ea bestia cum muliere, quæ est Babylon, Roma, plurimum habet negotii. Aliquando mulierem portat: postremo, suffragantibus decem cornibus, eam delet. Bestia ex mari, est papatus Hildebrandinus: sed bestia ex abysso, præter successionem in papatu (quæ traditionem antiquam de antichristo ex *Iudæis* oriundo non tollit, sed

suo loco relinquit) novam habebit ac plane singularem malitiam, cujus nomine dicitur *homo peccati* &c. *Hæc omnia demonstrantur in Germanica & Latina interpretatione Apocalypseos.* Antichristus sive homo peccati, seculo XIX venturus, non potuit retardari per potentiam Romanam seculi I & seq. de quibus conf. Ap. VIII f. Ergo Imperator Romanus erit in X regibus, Isque, ubi cum novem ceteris potestatem suam dabit bestiæ, e medio fiet, & homini peccati locum dabit. Potentia romana est retinaculum usque ad exortum Nefarii, qui post exortum suum vastat meretricem, ope decem cornuum.

XVII. *Roma tamen alveus est, in quo apostasia & mysterium iniquitatis per multa secula fluxum habet.*

Non diu Claudius exclusos Roma Iudæos & cum iis Christianos habuit: brevi post redierunt, & cum bono etiam malum crescendi copiam est nactum. Duæ partes mali sunt: apostasia, & mysterium iniquitatis. *Apostasia a fide*, & διχοστασίαι sive *dissensiones* a *doctrina* apostolica recedentes, valde conjunctæ sunt: atque hæ jam tum *Romæ* fiebant a quibusdam, auctore Satana. Rom. XVI. 17. coll. v. 20. Et apostasia a fide, *doctrinas* invehens de cultu *divorum intermediorum*, de *nuptiis*, spiritualis perfectionis obtentu, & *cibis*, quibusdam utique tantummodo, vitandis, 1 Tim. IV. 1. 3, in Romam, quamvis ab aliis hæresibus diu intactam, proprie convenit. *iniquitas* in *peccato* pernicio*ssimo Elationis* potissimum est sita. v. 3. 4. *Initium superbiæ hominis, apostatare a Deo: quoniam ab eo, qui fecit illum, recessit cor ejus. Quoniam initium omnis peccati est superbia.* Sir. X. 14. 13. Semina ac stamina prima latebant in elatione auctoritatis humanæ, in *Petrismo*, 1 Cor. I. 12 not. Inde paulatim enatus est primatus episcopi Romani, ac totatus papalis.

XVIII. *Et Papa stricturas subinde habet ipsius hominis peccati &c.*

Papa est quodammodo *homo peccati*, dum legis divinæ & præceptorum divinorum transgressionem vehementer auget, observationemque eorum magnopere impedit, sua vero placita summo rigore tuetur: *filius perditionis*, dum innumeras animas in perniciem demersit, & ingentes copias hominum ipsi vel devotorum vel ulla ex parte renitentium morti tradidit: *oppositus* majestati Cæsaris, domini quondam sui, & *elatus supra omnem dictum deum aut cultum*, summam potestatem, summum cultum sibi vindicans, angelis imperans, imperatorem sibi subjiciens. Neque semel eo erupit paroxysmus pontificii fastus, ut se *deum* aut *vicedeum* appellaret aut appellari pateretur: tantundemque valet solennis titulus *Sanctissimi Domini* (nam *deitas* & *sanctitas* stilo Scripturæ sunt synonyma) & *Beatissimi Patris.* coll. Matth. XIX. 17. Interdum papa, quasi ferculum *divinum*, cum *sella* imponitur *altari* per bajulos principes. Manet primis Romæ episcopis indelibata sua laus: sed tamen in progressu temporum, per gradus spirituales & civiles, ordine textus, lineamenta conspiciuntur ejus formæ, quæ suo tempore in Nefario illo quam manifestissime se exferet.

XIX. *Primum is qui retinet, deinde id quod retinet, in medio esse desinit.*

Diximus hoc jam § IX, sed hoc loco strictius repetendum venit. *Is qui retinet*, est, qui Romam sub ditione habet: id est, Imperatores, ethnici, christiani, Romæ, Constantinopoli: Reges Gothici, Longobardici: rursum Imperatores, Carolingi, Germani, a quibus plaga gladii. Ap. XIII.

Hic

Hic est Retinens, longe in media bestiæ ex mari exortæ tempora. Ita retinuerunt principes illi papatum, ut tamen etiam juvarent: ita juverunt, ut tamen etiam retinerent. Extremo tempore *id quod retinet* est potentia Romæ ipsius, quando bestia mulierem portat, & ipsa non est. Id quum amotum erit, revelabitur Nefarius ipse.

XX. *Revelatur Nefarius, quum aperta improbitate agere incipit.*

Mysterio opponitur *revelatio*, & hæc ter memoratur, v. 3. 6. 8. Itaque revelatio non ea dicitur, qua Nefarius per testimonium veritatis convincitur; sed ea, qua ipse, Retinente amoto, aperta improbitate agit, quanquam improbitatem pauci perspiciunt.

XXI. *Apparitio adventus I. C. qua Nefarius conficietur, præcedet ipsum adventum novissimumque diem.*

Hæc apparitio, cum interitu bestiæ, sive Nefarii, describitur Apoc. XIX. 11 seqq. ubi hi *duo*, bestia & pseudopropheta, vivi jaciuntur in stagnum ignis ardens in sulphure, reges autem terræ & exercitus eorum occiduntur v. 20. 21. Sequitur demum captivitas Satanæ & regnum sanctorum. Etenim inter cladem bestiæ & inter diem novissimum liquido Apocalypsis millenos interjicit annos. *Ii vero anni quomodo cum Paulo conciliabuntur?* Resp. Paulus Danielem, ut postea videbimus, respiciens, ea simul innuit, quæ apud eundem, inter cornu parvi exitium & inter finem rerum, eventura denotantur. c. VII. 9. 14. 22. 26. 27. Multæ res interitu bestiæ longe priores, atque ipse Iesu Christi patientis ingressus in gloriam, cum adventu ejus in nubibus connectitur: Matth. XXVI. 64. Ioh. XXI. 22 nott. Ergo idem adventus potuit etiam connecti cum destructione adversarii, quæ inter utrumque Christi adventum permagna res est. Atque ut cum vastatione Hierosolymorum connecti potuit finis mundi, quia revelatio eventuum intermediorum nondum erat matura: sic cum interitu adversarii connectere potuit Paulus adventum Christi; quia in Apocalypsin reservati erant anni milleni, quæ omnino hæc puncta multo clarius exponit, ita ut ex Apocalypsi ipsa dein Danielis prophetia lucem nanciscatur. Quanquam scite Paulus *apparitionem adventus* dicit, non *adventum* ipsum. Nondum erat tempus specialioris indicii: & tamen ea Paulo verba Spiritus veritatis dictavit, quæ cum rebus ipsis, specialius posthac revelandis, exacte convenirent. Gradatim prophetia procedit. Apocalypsis explicatius loquitur, quam Paulus: & Paulus hoc loco explicatius loquitur, quam ipse Dominus ante glorificationem Matth. XXIV. 29: ubi vide notas. *Antiquiora autem & involutiora dicta ex novissimis quibusque & distinctissimis interpretari, non illis ad hæc enervanda & eludenda abuti debemus.* Quin etiam re ipsa interitus adversarii cum adventu Christi cohæret. etenim duo sunt maxime illustria in gloria Christi, videlicet, quod est Filius Dei, & quod est Veniens ad judicandum. De horum utroque similem loquendi morem habet Scriptura diligenter nobis observandum. Generationem Filii tanquam *præsentem* allegat, quotiescunque aliquid Vnigenito Patris valde dignum occurrit. Act. XIII. 33 not. Et sic adventum quoque glorioſum ſub judiciis Iudice viventium & mortuorum valde dignis *repræsentat.* conf. Rom. II. 16 not. Bestia & pseudopropheta primi omnium in stagnum ignis jaciuntur in *apparitione adventus* Domini Iesu: in ipso ejus *adventu* omnes, qui non inveniuntur in libro vitæ scripti, jaciuntur in stagnum ignis. Prius judicium est præludium & specimen plane singulare judicii alterius: imo unum est idemque revera judicium,

tempore tantummodo discretum, & ex toto sub septimi jam angeli cadens tubam. *Præcipua* rei *momenta, ut arbitror, expedita sunt: nunc reliquas* locutiones *illustrabimus.*

¶ ἡ ἀποστασία, *defectio*) Frequens in hac periocha est articulus græcus, ἡ ἀποστασία-ὁ ἄνομος· isque vel ad Pauli refertur antegressum sermonem, vel ad prophetias V. T.

¶ ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας, *homo ille peccati*) *justitiæ* veræ infensissimus. Hunc ita describit Paulus, ut ex opposito ad Iesum Christum, maximeque ad locum Zach. IX. 9. 10, alludat. nam Rex Sionis est 1 *Iustus*: 2 *Salutis* plenus: 3 *mansuetus* & *vectus asino:* in summa, *auctor pacis.* At hostis est 1 homo *peccati:* 2 filius *perditionis:* 3 *oppositus* & *elatus:* in summa, *nefarius.* Vbi enim jus & *fas* viget, viget *pax.* Totum beneficium Christi *pace* indicatur. *Nefarius* vero omnem miseriam & calamitatem affert. Lex est *sancta* & *justa* & *bona.* ἄνομος contra est profanus & injustus & malus. Porro quæ alias de Iesu Christo prædicat inprimis Paulus, de hoste idem, contrariam in partem, enunciat, *revelationem* ei adscribens, & *mysterium, adventum, signa* &c.

¶ ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, *filius ille perditionis*) qui & quam plurimos in perditionem dabit præcipites, & ipse in profundissimam perditionem abibit. Ap. XVII. 8. 11.

4 ὁ ἀντικείμενος κτλ. *oppositus &c.*) Præcedentia duo nomina ex contrario respondent nomini *Iesu:* quæ sequuntur, ex contrario respondent majestati *Christi.* Sic Dan. XI. 36 seq. καὶ ὑψωθήσεται καὶ μεγαλυνθήσεται ὁ βασιλεὺς ἐπὶ πάντα θεὸν καὶ ἐπὶ τὸν θεὸν τῶν θεῶν, καὶ λαλήσει ὑπέρογκα. Hoc igitur dicit Paulus: Non venit dies Christi, nisi impletum sit (in homine peccati,) quod Daniel de *Antiocho* ita prædixit, ut magis etiam conveniat in hominem peccati, Antiocho respondentem, & illo deteriorem. conf. ad Apoc. XIII. 1, Thes. VII. §. *Non momentanea* &c. in fine. Sub uno stant articulo hæc duo vocabula, *oppositus & elatus:* nam ideo se *opponit*, ut se efferat. Effert se corde, lingua, stilo, factis, per se, per suos.

¶ ἐπὶ πάντα λεγόμενον θεὸν ἢ σέβασμα, *super omnem dictum deum aut cultum*) *dii dici* solent angeli, & homines imperio pollentes. 1 Cor. VIII. 5. Super *omnem* talem *deum* se extollet Nefarius. σέβασμα est, *quod colitur:* & singulari titulo ὁ σεβαστός, *Augustus*, dicitur Imperator Romanus. Act. XXV. 21. Itaque σέβασμα in terris præcipuum est Cæsaris majestas & potestas, Romæ maxime conspicua. Adeo autem se effert Nefarius, ut non modo majorem potestatem & cultum sibi arroget, quam ullus deus dictus aut cultus habet, sed etiam, ut omnis deus dictus aut cultus ei subesse cogatur, in terra, aut fingatur, quod ad cœlites attinet. Clemens VI in Bulla de jubilæo mandavit angelis paradisi, ut animas morientium in itinere, a purgatorio penitus absolutas, in paradisi gloriam introducerent.

¶ ὥστε κτλ. *ita ut &c.*) Complexus potestatis spiritualis & civilis, utrinque summæ.

¶ εἰς τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ, *in templum Dei*) in illud Dei templum, quod memoratur Ap. XI. 1. Nam ibidem versu 7 de hoc adversario agitur.

¶ καθίσαι, *sedeat*) pro imperio. *)

¶ ἀποδεικνύντα ἑαυτὸν, *declarans se ipsum*) ἀποδείκνυμι, *designo, declaro.* Herodia-

*) *Nam verba* ὡς θεὸν, *ante* καθίσαι *posita, non pro variante æstimanda, sed retinenda esse, tum* utriusque Ed. *margo tum* Vers. germ. *innuit.* E. B.

rodianus non semel, ἀποδεῖξαι καίσαρα, *Cæsarem appellare.*

¶ ὅτι ἔστι θεὸς, *esse se Deum*) Magna exprimitur Nefarii de se ipso assseveratio. Non dicet, se esse ipsum Deum creatorem cœli & terræ, sed tamen, se esse deum quovis alio deo dicto majorem.

5 οὐ μνημονεύετε; *non recordamini?*) Innuit apostolus, se sibi non contradicere, neque sermoni pristino declaratione qualicunque nova, ut solent opinatores post offensionem, subvenire: non ita propinquum se dixisse diem Domini, ut non aliæ res magnæ interim essent eventuræ.

¶ ἔτι, *adhuc*) Antitheton, νῦν, *nunc*, v. 6.

¶ πρὸς ὑμᾶς, *apud vos*) Thessalonicæ hodie magnopere viget Iudaismus, & suo tempore poterit observari, num Nefarius in ea inprimis urbe magnas sit partes habiturus. Ante mortem & resurrectionem duorum testium etiam ex *tribubus* (Israëlis) nonnulli a bestia stabunt, Ap. XI. 9, & post ascensionem eorum in cœlum & terræ motum, resipiscent. Per me fieri potest, ut Iudæus occultus fiat Papa. conf. Thes. XVI ad v. 3. Nil affirmo.

¶ ἔλεγον ὑμῖν, *dixisse vobis*) Sic v. 15, *docti estis.*

6 τὸ κατέχον, *id quod retinet*) Sunt, qui interpretentur de *obtinente* imperium: sed non sic dicitur absolute ὁ κατέχων, nedum τὸ κατέχον. κατέχειν est *detinere, morari.* LXX Gen. XXIV. 56, μὴ κατέχετέ με. A κατέχον pendet mox εἰς τὸ --. Nisi τὸ κατέχον esset, citius revelaretur *Nefarius.*

¶ οἴδατε, *nostis*) Norant ex præsenti hujus epistolæ indicio, rerum intuitu addito. Tute loquitur: neque opus erat, apertius dici.

¶ ἐν τῷ αὐτοῦ καιρῷ, *suo tempore*) non prius.

7 γὰρ, *enim*) Ratio, cur modo *revelationem futuram* dixerit. Subjungitur enim, μυστήριον, *arcanum*, jam præsens.

¶ e) ἐνεργεῖται, *operatur*) Medium verbum, (uti Rom. VII. 5.) cum prosopopœia, occultissimam hostis actionem innuente.

¶ μόνον, *solummodo*) Indicat hoc non brevitatem retinentis nec celeritatem pleni eventus, sed *unitatem* retinentis. ἕως, *usque dum*, mox denotat moram. Subjectum est, *qui retinet jam:* prædicatum ellipticum, *is retinet*, sive, *in medio est, donec e medio fiat*, sive, in medio esse desinat, ita ut nullo loco officiat nefario illi. Potentia *Retinentis* tanquam totum potestativum in multas partes deinceps divisa fuit. & est tamen unus Retinens.

8 Τότε, *tum*) confestim.

¶ ὁ ἄνομος) Hæc ultima est & gravissima appellatio, præcedentium vim complexa: *iniquus ille, nefarius, exlex*, & (pressiore Plauti Noniique vocabulo,) *illex.* רשע LXX ἀσεβὴς, *impius.* Ies. XI. 4, καὶ πατάξει γῆν τῷ λόγῳ τοῦ στόματος αὐτοῦ, καὶ ἐν πνεύματι διὰ χειλέων ἀνελεῖ ἀσεβῆ.

¶ ὃν, *quem*) sat diu grassatum.

¶ ὁ κύριος, *) *Dominus*) *Dominus dominorum.* Ap. XIX. 16.

¶ Τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ, *Spiritu oris sui*) Ex hoc ore egreditur etiam *rhomphæa.* ibid. v. 15. 21.

¶ Τῇ ἐπιφανείᾳ τῆς παρουσίας αὐτοῦ, *apparitione adventus sui*) Alibi *apparitio*, alibi *adventus* dicitur, v. 1, eodem sensu: hîc autem *apparitio adventûs* ipso *adventu* prior est, vel certe prima ipsius adventûs emicatio, uti ἐπιφάνεια τῆς ἡμέρας. Matth. 24, 27. n.

9 οὗ,

e) ἤδη, *jamjam*] Vnica est colluuies, per multa se tempora diffundens. *V. g.*

*) *Pleniorem lectionem* ὁ κύριος ἰησοῦς *præfert* Ed. 2, *quam sequitur* Vers. germ. E. B.

9 ᾧ, *cujus*) Nefarii. Subjungit nunc Paulus descriptionem calamitatis uberiorem, hoc consilio, ut ex oppositio consoletur Thessalonicenses v. 13.

¶ Τῆ σατανᾶ, *Satanæ*) Vt ad Deum se habet Christus, sic e contrario ad Satanam se habet antichristus, medius inter Satanam & perditos homines.

¶ καὶ σημείοις, & *signis*) Hæc signa patrabuntur per pseudoprophetam, bestiæ inservientem, & quidem etiam ante adscensum bestiæ ex abysso. Ap. XIII. 13.

10 Τῆς ἀληθείας, *veritatis*) quæ est in Christo Iesu.

¶ ἐκ ἐδέξαντο, *non receperunt*) Hoc vel maxime fecerunt Iudæi, Ioh. V. 43. Iudæisque inprimis damnosus erit Nefarius ille. Huc pertinent, quæ paulo ante in positionibus hinc inde de *Iudæis* adspersimus.

11 πλάνης, *erroris*) qui est in antichristo. περιφ. ἐπ' ἀγ. x. ἐνεργειαν finet, non obstat. *Pernicies erroris confirmationis.*

f) 12 πάντες, *omnes*) Late ergo & diu & vehementer grassatur error ille. *)

13 ἡμεῖς δὲ, *nos vero*) Solatium post prædictionem rerum tristium. Sic 2 Tim. II. 19. Dices, Quid opus fuit jam tum solatio ad Thessalonicenses? Resp. Iam tum agebatur mysterium iniquitatis: & ex longe futuris æque derivatur doctrina, atque ex dudum præteritis. 1 Cor. X. 1 ss.

¶ ὀφείλομεν, *debemus*) c. I. 3.

¶ ὑπὸ κυρίε, *a Domino*) Christo.

¶ εἵλετο-ἀπ' ἀρχῆς) Non ait, ἐξελέξατο, sed, uno hoc loco, hac de re, εἵλετο. Id effectum est per vocationis evangelicæ successum; & tamen additur, *a principio*, i. e. ab æterno, coll. 1 Ioh. I. 1, quia decreto æterno muniti assertique sunt credentes; Eph. I. 4: contra atque ii, qui hominem peccati colunt. Ap. XIII. 8. Conf. Deut. VII. 7. X. 15. προείλετο κύριος ὑμᾶς καὶ ἐξελέξατο κτλ. Ibid. c. XXVI. 18, האמירך אילתו סגלה לו כאשר דבר לך ויהוה אמר לך היום לעם לו כאשר דבר לך ויהוה אמר לך היום לעם εἵλετό σε σήμερον γενέσθαι σε αὐτῷ λαὸν περιούσιον. Decretum revera est ab æterno, quam vere nativitas filii Dei ab æterno est: aliud tamen est *decretum*, aliud est *nativitas*.

¶ ἐν ἁγιασμῷ πνεύματος, *in sanctificatione Spiritus*) Spiritus sanctus sanctificat nos, & sanctificatio est criterium electionis. 1 Petr. I. 2.

14 εἰς ὃ, *in quod*) Declaratur τὸ *in salutem*.

¶ εἰς περιποίησιν, *in liberationem*) Reassumitur *in*. subaudi *videlicet*. Non est περιποίησις sive *liberatio* mera ex naufragio mundi, sed conjuncta cum *glorificatione*. 2 Tim. II. 10. Congruit περιούσιον. Deut. l. c.

¶ Τῆ) Constr. cum περιποίησιν.

15 ἄρα οὖν, *itaque*) Conclusio.

¶ κρατεῖτε, *tenete*) nil addentes, nil detrahentes.

¶ Τὰς παραδόσεις, *traditiones*) Vtinam ii, qui *Traditiones* maxime urgent, etiam ex hoc loco, *tradita* hoc capite a Paulo, tenuissent ac tenerent. *Traditio* est ingens beneficium. Tradit Deus per nuncios evangelii: accipiunt fideles. c. III. 6. Paulus multos annos docuit, antequam scribere inciperet. Traditur vel ore [*coll. v. 5,*] vel scripto.

¶ δι' ἐπιστολῆς, *per epistolam*) Scripserat de hac re 1 Thess. IV & V.

16 ὁ

f) εἰς τὸ, *ut*] Omnibus itaque neruis id age, ut credas veritati. *V. g.*

*) *Notabilis est ad h. l. et solatii plena observatio, quam S. R. D.* Crusius, *Hypomnn. P. I. p. 20 his verbis exhibet:* Nec dicendum ideo est, in tanto errandi periculo nullam veritatem certam & exploratam relinqui. Sequitur tantummodo, ut hæc sublata sit, nisi detur prouidentia DEI, ejusque gubernatio gratiosa experatur. At vero datur prouidentia, quam qui non curat, in eo prorsus nulla est religio. .... E. B.

16 ὁ κύριος, *Dominus*) Huc ref. *in gratia.*
¶ ὁ θεὸς, *Deus*) Huc ref. *qui dilexit.* 2 Cor. XIII. 13.
¶ αἰωνίαν, *æternam*) Nil ergo peſſundare poteſt fideles.
17 παρακαλέσαι, *adhortetur*) Id deducitur ex *qui dedit* παράκλησιν *conſolationem.*
¶ στηρίξαι, *ſtabiliat*) Id deducitur ex *qui dedit ſpem bonam in gratia.*
¶ λόγῳ, *) *ſermone*) per παράκλησιν. Talis hic ſermo, quem tractavit Paulus.
¶ ἔργῳ, *opere*) per στήριξιν. 1 Cor. XV. 58.

CAP. III.

1 Τρέχῃ, *currat*) celeriter, conf. Pſ. CXLVII. 15. ſine ſufflamine. 2 Tim. II. 9.
¶ δοξάζηται, *glorificetur*) Act. XIII. 48.
2 ἀτόπων) ἄτοπος, *ineptus*, importunus.
¶ οὐ πάντων, *non omnium*) Ταπείνωσις. i. e. paucorum. Theſſalonicenſes, qui promte crediderant, facile putare poſſent, *omnes* ita promtos fore. id *negat* Paulus, alia omnia expertus.
¶ ἡ πίστις) *fides*, in Deum per Chriſtum. hæc ſola tollit Τὸ ἄτοπον καὶ πονηρὸν, *ineptum & malum.*
3 πιστὸς δὲ, *fidelis autem*) Poſt mentionem rei triſtiſſimæ ſtatim ſubjicit, quæ poſſint eſſe ſolatio. ita c. II. 13. Contra *infidelitatem* hominum, laudat *fidelitatem* Domini. ſic 2 Tim. II. 13.
¶ στηρίξει ὑμᾶς, *ſtabiliet vos*) quamvis ceteri fidem ne capiant quidem.
¶ ἀπὸ τοῦ πονηροῦ) *a malo*, a Satana; non modo a malis hominibus, per quos ille fidem oppugnat.
4 ἐν κυρίῳ, *in Domino*) Nulli homini per ſe fidas.
¶ παραγγέλλομεν, *præcipimus*) v. gr. ut oretis de nobis, ut muniatis vos ipſos. v. 1.
5 κύριος, *Dominus*) Chriſtus.
¶ εἰς τὴν ἀγάπην τοῦ θεοῦ, *in amorem Dei*) Ita favebitis curſui verbi Dei, neque eritis ἄτοπποι *inepti.*
¶ εἰς ὑπομονὴν τοῦ χριστοῦ, *in patientiam Chriſti*) Ita tolerabitis odium *malorum* hoſtium Chriſti. Vtrumque ſumendum eſt objective: *amor* erga *Deum*, *patientia* propter *Chriſtum* præſtita.
6 στέλλεσθαι) Verbum hoc proprie dicitur de navigantibus & proficiſcentibus, *tendere aliquo* vel *alicunde:* inde, *vitare.* conf. v. 14. Suſpenſos tenet Theſſalonicenſes, donec v. 11 rem ipſam exprimit. Videntur ob propinquitatem diei Chriſti omiſiſſe laborem. Prior epiſtola lenius monuit: altera jam habet, quod queratur, quanquam de ejusmodi labe, quæ non niſi lautas animas tentat.
¶ παντὸς, *omni*) quamvis ceteris rebus ſpecioſe ambulet.
¶ ἀτάκτως, *inordinate*) Igitur *Ordo* mendicantium non eſt ordo, ſed *gravat* rempublicam ipſam. v. 8. Si Theſſalonicenſes ſe obſtrinxiſſent voto, quid Paulus dixiſſet?
7 πῶς) *quali ratione* vivendi.
8 ἐργαζόμενοι, *operantes*) Conſtr. cum *edimus.*
¶ ἐπιβαρῆσαι, *aggravare*) Rem juſtam, jure ſuo cedens, exprimit vocabulo graviore.
10 ὅτε, *quum*) Iam tum neceſſitatem hujus præcepti apud Theſſalonicenſes viderant.
¶ εἴ τις οὐ θέλει, *ſi quis non vult*) *Nolle*, vitium eſt.
¶ μηδὲ ἐσθίετω, *neque edito*) Enthymema. Subaudi: atqui quilibet edit; ergo quilibet laborato. Non vult Paulus, tali homini

*) *Lectionem* ἔργῳ καὶ λόγῳ, *ordine inuerſo, & margo* utriusque Ed. *& Vers. germ. præfert.* E. B.

mini statim ab aliis subduci victum; sed ex necessitate edendi necessitatem laborandi demonstrat, adsperso hocce charientismo: *talis præstet se angelum.* Simile enthymema, 1 Cor. XI. 6.

11 ἀλλὰ, *sed*) Ab otio valde proclive est hominum ingenium ad curiositatem. Semper enim quærit natura, quod agat.

¶ περιεργαζομένους, *curiosa sectantes*) Oppositum, *facere sua.* 1 Thess. IV. 11.

12 μετὰ ἡσυχίας, *cum tranquillitate*) missa *curiositate.*

¶ ἑαυτῶν, *suum ipsorum*) non alienum.

13 καλοποιοῦντες, *bene facientes*) etiam manuum industria.

14 g) διὰ τῆς ἐπιστολῆς τοῦτον σημειοῦσθε, *per epistolam hunc notate*) Innuitur hæc ipsa epistola. conf. 1 Thess. V. 27: ubi articulus eandem vim habet demonstrandi. σημειοῦσθε, *notate*, notâ censoria; hanc epistolam, ejus admonendi causa, adhibentes, eique inculcantes. Confer ויהי לנס καὶ ἐγεννήθησαν ἐν σημείῳ Num. XXVI. 6. Affinis significatio verbi παραδειγματίζειν. Fieri id potest vel ad alios, per literas, peregre, vel in faciem, coram. hæc circumstantiarum diversitas significatum non mutat.

¶ ἵνα ἐντραπῇ) *ut*, aliorum judicio perspecto, *se demittat.* נכנעו ἐνεδράπησαν, 2 Chron. XII. 7.

15 καὶ μὴ, *neque*) Vbique cavetur, ne in extrema incidamus.

¶ νουθετεῖτε, *monete*) Non satis est, *non uti* aliquo: v. 14. scire debet, cur id fiat.

16 ὁ κύριος τῆς εἰρήνης, *Dominus pacis*) Christus.

¶ τὴν εἰρήνην) *pacem*, fraternam.

¶ ἐν παντὶ τρόπῳ) *in omni ratione* vitæ, etiam quod ad opus faciendum attinet. conf. c. II. 3, κατὰ μηδένα τρόπον, *nulla ratione.* Παντὶ τρόπῳ, citra ἐν, dicit Paulus Phil. I. 18.

17 Τῇ ἐμῇ χειρὶ, *mea manu*) Major ergo pars epistolæ alia manu erat scripta.

¶ σημεῖον, *signum*) Credibile est, Paulum [*ut omnis generis fraudi caueret, c. II. 2.* V. g.] singulari & inimitabili pictura & ductu literarum expressisse illud, *gratia* &c. v. 18.

¶ ἐν πάσῃ ἐπιστολῇ, *in omni epistola*) Iam tum ergo plura scripserat.

¶ οὕτω, *sic*) non aliter. Dubitationi occurrit.

IN EPISTOLAM PRIOREM AD TIMOTHEVM.

CAPVT I.

1 Ἀπόστολος, *apostolus*) Hic titulus facit ad confirmandum Timotheum. Familiaritas seponenda est, ubi causa Dei agitur.

¶ κατ' ἐπιταγὴν, *secundum mandatum*) Sic Rom. XVI. 26. Conf. 1 Cor. I. 1 not.

¶ σωτῆρος ἡμῶν, *Servatoris nostri*) Sic appellatur etiam Deus Pater. c. II. 3. IV. 10.

g) τῷ λόγῳ ἡμῶν, *sermoni nostro*] oretenus prolato, v. 10. *V. g.*

10. Tit. I. 3. II. 10. III. 4. Iud. v. 25. Luc. I. 47. Causa explicatur 2 Tim I. 9.

¶ τῆς ἐλπίδος ἡμῶν, *Spei nostræ*) Synonymon, *Servatoris.*

2 τιμοθέῳ, *Timotheo*) Epistolæ ad Timotheum, ad Titum & ad Philemona, habent aliqua, ut ad singulares personas datæ, potius signata, quam expolita, v. gr. v. 18. Si nulla ad Timotheum extaret epistola, optaremus inprimis, exstare aliquam, ut videremus, quid Paulus Timotheo potissimum commendaret: nunc quum duæ exstant, eo studiosius eas debemus in usum vertere.

¶ Τέκνῳ, *filio*) Act. XVI. 1 s.

¶ χάρις, ἔλεος, εἰρήνη, *gratia, misericordia, pax*) Paulus, ad ecclesias, *gratia vobis & pax.* Ad Timotheum, addit, *misericordia*, h. l. & multis post annis 2 Tim. I. 2. conf. Ier. XVI. 5. Gal. VI. 16. *Misericordia* dicit gratiam quasi teneriorem, erga miserabiles: & hujus misericordiæ divinæ experientia affert habilitatem ad ministerium evangelicum. v. 13. 16. 2 Cor. IV. 1. 1 Cor. VII. 25. conf. Hebr. II. 17.

¶ χριστῷ ἰησοῦ, *Christo Iesu*) Inprimis sæpe ad Timotheum Paulus cognomen *Christi* ponit ante nomen *Iesu*, respectu promissionum V. T. de *Messia*, quæ implètæ sunt in *Iesu*, & Timotheo notæ erant. 2 Tim. III. 15.

3 καθὼς, *sicut*) Protasis. apodosis, v. 18. [*Interim Paulus eos, qui* aliter docebant, *extantissimo conuersionis suæ exemplo refellit.* V. g.]

Partes epistolæ sunt tres:

I. Inscriptio. *c. I. 1. 2.*

II. Institutio Timothei ad rem apud Ephesios, absente Paulo, sancte gerendam: ubi

1. in genere, Præceptum, legem secus docentibus dandum, evangelii summa suo exemplo comprobata, ei commendat. *v. 3 s. 8 s. 11 s. 18 s.*

2. speciatim: 1. ordinem orandi præscribit, cap. II. 1 s. viris præcipue: v. 8, mulieribus autem, bona opera, v. 9 s. cum modestia. *v. 11 s.*

2. requisita episcopi recenset, c. III. 1 s. diaconorum item, & mulierum, officia. *v. 8. s. 11. 12 s.*

3. quid ipse Timotheus docere debeat, momentis rerum gravissime declaratis, v. 14. - c. IV. 3 explicat: v. 4 s. & quid vitare, quid sequi debeat. v. 7 s. 12. s. tum, quomodo agendum

cum viris & mulieribus, *c. V. 1. 2*

cum viduis: *v. 3 s. 9 s. 11 s. 16*

cum presbyteris: *v. 17 s.*

cum peccantibus: *v. 20 s.*

cum ipso Timotheo: *v. 22. 23.*

cum vis, de quibus ambigitur: *v. 24 25*

cum servis. *c. VI. 1. 2*

4. SECVS DOCENTES redarguuntur: v. 3 s. 6 s. Timotheus autem monetur & excitatur: v. 11 s. eique præcipitur, v. 13 s. & præcepta divitibus danda præscribuntur. *v. 17 s.*

III. Conclusio. *v. 20 s.*

¶ προσμεῖναι, *remanere*) Idem verbum Act. XVIII. 18. Præsentia bonorum reprimit malos. Timotheus Ephesi, Titus Cretæ, non fuere episcopi, sed episcoporum rectores & quasi vicarii apostolici.

¶ μὴ ἑτεροδιδασκαλεῖν) *ne aliter docerent*, atque ego docui: nil surrogent, nil affricent. Conf. sermo Pauli ad eosdem Ephesios, Act. XX. 28 s. Idem verbum, c. VI. 3: quo loco elenchus est contrariorum, ut ineunte epistola commendatio rerum bonarum. Etiam quæ *diversa* duntaxat videntur, *contraria* quiddam adferunt. Legem docebant contra evangelium. v. 7. 11.

4 μηδὲ προσέχειν, *neque attendant*) in docendo.

¶ μύθοις καὶ γενεαλογίαις, *fabulis & genealogiis*) ἓν διὰ δυοῖν. Conf. de fabulis, c. IV. 7. 2 Tim. IV. 4. Tit. I. 14: de genealogiis, ib. c. III. 9. Quæ duo quia conjunguntur, & quia ii, qui talia docebant, legem jactabant; patet, non esse sermonem de genealogiis familiarum judaicarum, sed de genealogiis *æonum*, contra quas Irenæus & Tertullianus hunc ipsum locum allegant. Quin etiam Paulus veram *æonum* considerationem illis opponit, v. 17. Quodsi dubitaveris, an vocabulo *æonum* jam tum usi sint, *qui aliter docebant:* eo magis admirere *sapientiam* Dei, *sermones* haud dum natos refutantem. conf. not. ad Matth. XXVI. 27. γενεὰ & ἀιὼν, affinia. Iudæi curiosiores se tum temporis valde cum gentibus commiscuerant. Genealogias civiles non reprehendit Paulus. *fabulas* præponit, id quod non congruit cum *genealogiis* familiarum, quæ non plane erant *fabulosæ*. Certe Paulus id non curasset, veræne sint an falsæ. Fuit apud illos homines quædam jactantia, quod mysteria in lege profundius rimari possint: id quod virtutem evangelii, circa Ephesum inprimis, valde impediit.

¶ ζητήσεις, *quæstiones*) Quæstiones, nulla decisione terminandæ, nil optabile; liquida veritas juvat. conf. de his & de logomachiis, c. VI. 4. 2 Tim. II. 14. 23 s. & mox, v. 6 s. Tit. III. 9.

¶ οἰκονομίαν θεοῦ) *Oeconomia* hoc loco dicit actum, non statum; actum autem assiduum. Vbi tempus teritur *quæstionibus* inutilibus, ibi negliguntur necessariæ & salutares *functiones* in *domo* Dei.

5 τὸ τέλος, *finis*) quo omnia tendunt. Articulus nota subjecti. Hunc *finem* quisquis rite spectat, non potest se in alia diffundere. Paulus ne Timotheo quidem de profundis mysteriis potissimum scribit: quo magis redarguat Gnosticos. necessaria, non sublimia, rector ecclesiæ in munere suo spectare debet.

¶ τῆς παραγγελίας, *præcepti*) quod Ephesi urgere debes. v. 3. 18.

¶ ἀγάπη, *amor*) Fundamentum, *fides* v. 4. Finis, *amor*. v. 14. Tit. III. 15. Huic amori adversantur *contentiones*.

¶ καθαρᾶς, *puro*) 2 Tim. II. 22. Tit. I. 15.

¶ συνειδήσεως ἀγαθῆς, *conscientia bona*) c. III. 9. 2 Tim. I. 3. 1 Ioh. III. 19 not. Hîc, apud Paulum, *conscientia* est in intellectu, *cor* est sedes *amoris*. Illa esset in *idea*, hoc in *desiderio*, coll. Matth. XXII. 37 not.

¶ πίστεως, *fide*) *Fides*, erga Deum, purificato corde, erga proximum, & emendata conscientia, respectu sui, amplius invalescit. quare tertio loco ponitur. De fide sincera & conscientia bona conjunctim agitur etiam v. 19, & cap. IV. 1. 2.

6 ὧν, *a quibus*) puro corde &c.

¶ ἀστοχήσαντες) Idem verbum, c. VI. 21. 2 Tim. II. 18. ἀστοχεῖν dicitur, qui, quo tendebat, non pertingit: qui *finem* non assequitur.

¶ ἐξετράπησαν, *aversi sunt*) non modo non meliores, sed deteriores facti sunt. Falsa & præpostera cognitionis sublimitas & amplitudo hominem quovis idiota

idiota alieniorem facit a fide, a ſenſu boni & mali &c.

¶ εἰς ματαιολογίαν, *in vaniloquium*) Tit. I. 10. III. 9. Hoc uno vocabulo complectitur *vocum inanitates* & *oppoſitiones*, c. VI. 20. Vanitas maxima, ubi de rebus divinis non vere diſſeritur. Rom. I. 21.

7 θέλοντες, *volentes*) temere.

¶ μήτε· μήτε· *neque: neque*) Bonus doctor debet eſſe intelligens, ſimulque certus. iſtis, inquit Paulus, utrumque deeſt.

¶ ἃ) *ea, quae.* περὶ τίνων, *de quibus.* ὃς & τίς differunt.

¶ μήτε ἃ λέγεσι, *neque quae dicunt*) Inde *profanae vocum inanitates.* c. VI. 20.

¶ μήτε περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται, *neque de quibus aſſeverant*) Inde *oppoſitiones falſo nominatae cognitionis.* c. VI. 20. Congruunt βεβαιῶ & θέσις, *firmus* & *poſitio.*

¶ διαβεβαιοῦνται, *aſſeverant*) Tit. III. 8.

8 ὁ νόμος· νομίμως) Conjugata. νομίμως, *pro eo ac legi conſentaneum eſt.* Pugnabant de lege. Tit. III. 9. ut natura et scopo legis gerunt.

¶ χρῆται) νόμῳ χρῆσθαι Sophocles dicit, quod Scholiaſtæ eſt νομοθετεῖν· & ſic Paulus hoc loco non de auditore legis, ſed de doctore loquitur.

9 εἰδὼς, *gnarus*) Conſtr. cum *utatur.*

¶ δικαίῳ, *juſto*) Huic uni verbo opponuntur multa, quæ ſequuntur. Late ergo *juſtitia* patet. *ופ juſtum ex Hebr.* ץ

¶ ὃ κεῖται) *non eſt in medio.* Ergo verus doctor non debet lege uti contra juſtum. Gal. V. 23. Antitheton, ἀντίκειται. v. ſeq.

¶ ἀνόμοις, *injuſtis*) Paulus pro ordine decalogi hîc nominat injuſtos. ex quo patet, quartum eſſe præceptum, non tertium: *Honora patrem.*

¶ ἀνόμοις καὶ ἀνυποτάκτοις, *injuſtis & inobedientibus*) Primum præceptum, fundamentum *legis;* fundamentum omnis *obedientiae.*

¶ ἀσεβέσι καὶ ἁμαρτωλοῖς, *impiis & peccatoribus*) Dei nomen *non venerantibus;* eoque magno reatu obſtrictis. Ex. XX. 7.

¶ ἀνοσίοις καὶ βεβήλοις, *impuris & profanis*) verum Dei cultum *profano* animo contemnentibus. Tales erant illi ipſi, quos Paulus notat. coll. c. IV. 7. Βέβηλος componitur ex inſeparabili præpoſitione βε, Lat. *ve*, & βηλὸς, *limen*, ſacrum præſertim. unde βέβηλοι τόποι, οἱ βατοὶ καὶ τοῖς τυχοῦσι. Vid. E. *Schmid.* ad Matth. XII. & *Euſtathium.*

10 ἀνδραποδισταῖς) qui liberos homines per vim ἀνδράποδα *mancipia* faciunt. Non longe ab his abſunt ii, qui militem non conſcribunt, ſed per illecebras, fraudem, vim, auferunt.

¶ ἕτερον, *aliud*) nono & decimo præcepto repugnans.

¶ τῇ ὑγιαινούσῃ διδασκαλίᾳ, *ſalubri doctrinae*) Sic 2 Tim. IV. 3. Tit. I. 9. II. 1. &, *ſalubres ſermones*, c. VI. 3. 2 Tim. I. 13. & *ſanum eſſe*, de fidelibus. Tit. I. 13. II. 2. Contrarium, *morbidus*, c. VI. 4. *gangraena.* 2 Tim. II. 17.

11 κατὰ, *ſecundum*) Conſtr. cum *ſalubri doctrinae.* Paulus auctoritatem ſui *praecepti* conſtituit. Qui gloriam Dei ex evangelio norunt, ii flagitia vehementer deteſtantur. Fide ſtabilitur lex. Vel conſtr. cum χρῆται, *utatur*, v. 8, quanquam neſcio an dicatur, lege utendum juxta *evangelium:* vel cum πίστεως, *fide*, v. 5.

¶ τῆς δόξης, *gloriae*) *Gloria* in evangelium redundat ex *beatitate* divina, & inde doctrinæ ſanitas exiſtit.

¶ τοῦ μακαρίου, *beati*) Idem epitheton de Deo, c. VI. 15. Singularis locutio, *immortalitatem* & *beatitatem* indicans, potentiſſime moventem ad evangelium confitendum. Summa laudis, *beatitudo.* Conf. Not. ad Chrys. *de ſacerdotio* p. 371. Beatus beat. inde *Servator* dicitur v. 1.

¶ ὃ ἐπιστεύθην ἐγὼ, *quod creditum eſt mihi*) Tit. I. 3. Eximia Pauli prærogativa. Rom. XV. 16. Eph. III. 8. Col. I. 25.

12 χάριν ἔχω, *gratiam habeo*) Sermo modalis. Correlata sunt hæc: Christus Paulo credidit evangelium: Paulus Christo gratiam habet, fidelis habitus. Gratiam habet versu 17, & in omnibus epistolis earumque ipsis exordiis.

¶ ἐνδυναμώσαντι, *qui potentem reddidit*) Vera conversio & vocatio *potentiam* confert. Rom. V. 6.

¶ πιστόν με ἡγήσατο, *fidelem me duxit*) Phrasis metonymica, antecedentis pro consequente: i. e. commisit mihi munus evangelicum. θέμενος, *dum posuit* notat ipsum actum. quod *commisit* munus, est morale: quod *posuit*, est quasi physicum. In τῶ *fidelem me duxit* inest ἀνθρωποπάθεια. Si quem enim *fidelem* duco, & ei fido, hoc quasi oppositum est *scientiae*. Atqui judicium divinum de Paulo, eum fidelem futurum, infallibile est. Deus videt & scit omnia. Ergo in eum non cadit proprie πίστις activa. *Fides* & *Visio* sunt opposita. Hæc omnia per *metonymiam* istam explicare volui.

13 βλάσφημον, *blasphemum*) contra *Deum*.

¶ διώκτην, *persecutorem*) contra *homines* sanctos, ne ceteri converterentur.

¶ ὑβριστήν, *contemtorem*) in repudianda *mea* ipsius salute. Hic respectus triplex, ad Deum, proximum, & se ipsum, in hac præcipue & ad Titum epistola frequens est. vid. mox v. 14 in antitheto hujus versus: item v. 5. 9. Tit. II. 12, ubi τῃ ἀσεβείᾳ, *impietati* opponitur τὸ εὐσεβῶς, *pie*, & tamen *mundanis concupiscentiis* opponuntur duo illa *sobrie* & *juste*. Sic hîc, solus *amor* habet triplicem respectum; est amor erga Deum, cujus oppositum, *blasphemus*: est amor erga ecclesiam, cujus oppositum, *persecutor*: est amor erga se ipsum, cujus oppositum, *contemtor*.

¶ ἠλεήθην, *misericordiam nactus sum*) Hoc quasi post parenthesin reassumitur v. 16. Hic sensus misericordiæ perpetuus fuit in apostolo. v. 2 not.

¶ ὅτι, *quod*) *Ignorantia* non meretur veniam per se, sed, in genere causarum, quæ impellerent ad repudiandam salutem, opponitur superbiæ & omni majori malitiæ gradui.

14 ὑπερεπλεόνασε δὲ, *superabundavit autem*) Declarat, quomodo *misericordiam nactus fit*, videlicet *cum fide &c.* Hanc abundantiam singulariter spirant epistolæ ad Timotheum.

¶ ἡ χάρις, *gratia*) qua *misericordiam nactus sum*, v. 13.

¶ κυρίου, *Domini*) Iesu.

¶ μετὰ πίστεως, *cum fide*) Oppositum, *infidelitate*, v. 13.

¶ καὶ ἀγάπης, *& amore*) Oppositum, ut diximus, *blasphemum*, *persecutorem*, *contemtorem*. Respondent inter se *misericordia* & *gratia*. Opponuntur ἀπιστία, *infidelitas* & *fides*.

15 πιστὸς, *fidus*) Gravissima præfandi formula. Scit Paulus, *quod dicit & de quo confirmet:* ipsaque sermonis simplicitate refutat secus docentes, eo communiora tractans, sed decore, quo abstrusiora affectabant alii. Sic quoque Tit. II. 1.

¶ πάσης, *omni*) Etiam *fides* est species *acceptionis*. *omnem acceptionem* omnium totius animæ facultatum meretur hic sermo. ἀποδοχὴ (a δέχεσθαι, Luc. VIII. 13.) est, quum gratiam habeo, & dico, *bonum factum*. conf. correlatum, ἀποδεκτὸν, *acceptum*, c. II. 3.

¶ χριστὸς ἰησοῦς) *Christus*, promissus: *Iesus:* exhibitus. Eo sensu nomen *Christi* h. l. prius, deinde *Iesu* poni docet *Franckius* in Homil. ad h. l. Conf. 2 Tim. I. 9 not.

¶ κόσμον, *mundum*) peccati plenum. Ioh. I. 29. Rom. V. 12. 1 Ioh. II. 2.

¶ ἁμαρτωλοὺς, *peccatores*) magnos, notabiles. Etiam minores peccatores salvat:

sed

ſed multo plus eſt, quod tantos ſalvat. Qui ipſi gratiam guſtarunt, vix fieri poteſt, quin ejuſdem univerſalitatem guſtent, & ſimiliter favorem inde concipiant erga omnes homines. Paulus a ſe uno concludit ad omnes.

¶ πρωτος, *primus*) Hoc ſumma vi iteratur verſu ſeq. *Incomparabile* exemplum Pauli, ſive peccatum ſive miſericordiam ſpectes. [*quale nullum inde a Domini aſcenſione tum extiterat.* V. g.]

h) 16 αλλα, *ſed*) tametſi primus ſum peccatorum.

¶ δια τουτο) *propter hoc* ipſum.

¶ την πασαν μακροθυμιαν) *cunctam* longanimitatem: quum minores peccatores etiam menſura quaſi minor poſſit reſtituere. conf. Ex. XXXIII. 19 illud כל טובי *omnem bonitatem* Domini, reſpectu populi valde rei.

¶ προς υποτυπωσιν, *ad exemplar*) ut ceteri poſſent ita υποτυπουσθαι, *ad exemplar conformari*, ſive animo agitare & cogitare: Si credis, ut Paulus; ſalvabere, ut Paulus. [*Pari modo Dauides quoque exemplo eſſe geſtiuit Pſ.* XXXII. 6. V. g.] Idem vocabulum 2 Tim. I. 13. Rom. VI. 17. Phil. III. 17.

¶ επ' αυτω) *ſuper illo*, in Deum.

¶ εις, *in*) Poteſt conſtrui cum *exemplar*.

17 τω δε) Ex ſenſu gratiæ fluit doxologia.

¶ βασιλει των αιωνων, *regi aeonum*) Phraſis frequens Hebræis. De gratia certos inprimis juvat memoria æternitatis, ceteros miſere terrentis.

¶ αορατω, *inviſibili*) Hoc ad laudem pertinet. Vide quam perverſi ſint, qui Deum, quia non vident, negant.

¶ μονω θεω, *ſoli Deo*) Sic, *ſolus dynaſta*. c. VI. 15. conf. Ps. LXXXVI. 10. Ioh. V. 44. Iud. v. 25. [*Magnifica lectio!* Not. crit.]

¶ τιμη, δοξα, *honor, gloria*) Aſyndeton adhiberi ſolet, ubi res & affectus cumulatiora verba faceret, v. gr. *honor & gloria & robur &c.* & tamen ea in animo auditoris ſupplenda relinquit. Tale aſyndeton ardorem apoſtolicum in doxologiis magnopere decet: c. VI. 16. 1 Petr. V. 11: quanquam και paſſim inſeruere librarii. Non eſt fortuita tot locis omiſſio hujus particulæ, ſed curioſa adjectio.

18 παρατιθεμαι σοι, *committo tibi*) ut auditoribus proponas. v. 3. [*Summa ejus indicatur v.* 5. V. g.]

¶ προαγουσας, *praeeuntes*) Quum Timotheo manus imponerentur, Spiritus propheticus aperuit, Timotheo multa & magna commiſſum iri. c. IV. 14.

¶ προφητειας) *praedictiones* divinas, (Act. XI. 27.) per teſtes multos in te editas. c. VI. 12.

¶ στρατευη, *milites*) Similitudo a re militari: a re navali, v. ſeq.

¶ αυταις) προφητειαις, *praedictionibus*.

¶ την καλην στρατειαν) *bonam illam militiam*.

19 εχων, *habens*) dum militandum eſt.

¶ πιστιν, *fidem*) *Fides* eſt, ut liquor pretioſiſſimus: *bona conſcientia*, ut vitrum mundum.

¶ ην, *quam*) bonam conſcientiam.

¶ απωσαμενοι, *repellentes*) Recedit invita. ſemper dicit: noli me lædere. qui eam retinet, fidei navem non facile frangit.

¶ εναυαγησαν, *naufragium fecerunt*) Ergo *fidei* curſum ingreſſi erant. Heſychius, εναυαγησαν, εκπονειν.

20 υμεναιος και αλεξανδρος, *Hymenaeus & Alexander*) Elenchus nominalis. Conf. de Hymenæo & Alexandro, 2 Tim. II. 16. 17. IV. 14 ſ.

¶ ους, *quos*) abſentes. Illi erant Epheſi; Pau-

h) ειμι, *ſum*] *Sum*, inquit; non, *fui*, ipſum ſcriptionis momentum includens. *V. g.*

Paulus Romæ. Erat hoc apostoli; Timothei, vitare duntaxat & cavere.

¶ παρέδωκα, *tradidi*) *in perniciem carnis.*

¶ μὴ βλασφημεῖν) *ne incidant in blasphemiam*, reatumque plane consumment, sibi & aliis nocentiores. [*Facto fidei naufragio blasphemiae periculum adest. Potuit illos vexare Satanas: ad blasphemandum adigere non potuit.* V. g.]

CAP. II.

1 Παρακαλῶ, *adhortor*) Hoc capite informat cultum publicum, I ratione precum. II ratione doctrinæ. v. 11 s.

¶ οὖν, *igitur*) Hæc adhortatio fluit ex illo sensu gratiæ. Neque solum, quid ipse velit, Paulus innuit, sed quid Timotheus urgere debeat.

¶ πρῶτον πάντων ποιεῖσθαι, *primum omnium facere*) Summum officium. [*Satis hîc negotii praebet Apostolus, contra quascunque ἀλλοτριοεπισκοπιας, c. I. 4.* V. g.]

¶ δεήσεις, προσευχὰς, ἐντεύξεις, εὐχαριστίας) Pluralis numerus vim indicat. δέησις (a δεῖ) est *imploratio* gratiæ in necessitate quadam speciali: προσευχὴ, *oratio*, exercetur qualibet oblatione voluntatum & desideriorum erga Deum: ἔντευξις est *deprecatio* pro aliis hominibus creaturisve, c. IV. 5, vel si pro sese orare nesciant. εὐχαριστίας *gratiarum actiones* quoque pro omnibus hominibus fieri decet, quod v. gr. omnes salvari Deus velit, omniumque Mediator sit Christus.

¶ ὑπὲρ, *pro*) Hoc nectitur cum *imprecationes - gratiarum actiones. Omnes*, divisis temporibus, habent necessitates *speciales.*

¶ πάντων, *omnibus*) v. 4. 6.

2 ὑπὲρ βασιλέων, *pro regibus*) a quibus ceteri mortales pendent. [*Et qui minori subinde opportunitate fruuntur ad cognitionem veritatis salutaris perueniendi.* V. g.]

¶ πάντων, *omnibus*) Sæpe tenuissimi magistratus, etiam in pagis, multa nocent aut juvant.

¶ ἐν ὑπεροχῇ, *in eminentia*) ut sunt regum consiliarii, vel, ubi rex nullus, ceteri magistratus.

¶ ἵνα, *ut*) Causa, cur orandum pro regibus.

¶ ἤρεμον, *tranquillam*) liberam, *remotis* hominibus alienis. *Chrysostomus* ex. gr. ἠρεμίαν tribuit *Sancto sanctorum* in templo: & convenit vox cum *eremo* per metathesin.

¶ ἡσύχιον, *quietam*) liberam, iis, qui alieni sunt, certe *nil turbantibus.*

¶ εὐσεβείᾳ, *pietate*) erga Deum. Frequens verbum ad Timotheum & Titum. [*Eodem Lucas utitur in Actis, & Petrus in epistola posteriori. Insigne in hac peruersissimi mundi colluuie stratagema dixeris, regno DEI contrarium & Satanae rebus proficuum, quod* pietas, *nomine certe nunquam antehac subiesta, a pessimae notae Anonymo, cujus, ut fama fert, funestus obitus fuit, in conuicium tandem*, Pietista, *conuersa est, idque latissime undiquaque diffusum. Ne ipsa terminatio quidem (vocibus* Statist, Copist, Linguist *respondens) per se mali quidquam inuoluit. Quodsi fanaticos homines & sanctitatem mentientes singulari nomine designare animus est, qua quidem in re innocentes non feriri certum esse debet: cur quaeso* pietas *mulctatur. Seria res agitur. Clamat experientia: in confabulationibus & compotationibus facile quis, ubi, ne verbulo religionis caussâ prolato, verecundius aliquantum si gesserit, titulo isto lacessitur, cujus aliquando ne pronunciatio quidem plebeculae satis cognita est. Dici vix potest, quam numerosi* pietatis *igniculi* pietistæ *scommate suffla*minentur. *Iudicium* DEVS *faciet. Iud. v. 15.* V. g.]

¶ σεμνότητι, *honestate*) hominum invicem.

3 τοῦτο γὰρ, *hoc enim*) Causa, cur orandum pro omnibus. Quæris, cur non plures con-

convertantur? non satis oramus. Fas est, nos pro nobis & pro aliis occurrere voluntati Dei, in nos propensæ.

¶ καὶ) *& ideo.*

¶ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, *Servatore nostro*) qui *nos* credentes *salvavit* actu. Antitheton, versu seq. *Omnes*, etiam non credentes, *vult salvari*. Conf. c. IV. 10. Mirum, si anima salutem Dei vere nacta, universalitatem gratiæ negare potest.

4 πάντας) *omnes*, non partem duntaxat, nedum minimam. v. 3 not.

¶ ἀνθρώπους, *homines*) per se perditos.

¶ θέλει, *vult*) voluntate seria. ibid.

¶ σωθῆναι, *servari*) Hoc tractatur v. 5. 6.

¶ καὶ εἰς, *& in*) Hoc tractatur v. 6. 7.

¶ ἀληθείας) *veritatis* salvificæ.

¶ ἐλθεῖν, *venire*) Non coguntur.

5 εἷς) *unus*, omnium. Hunc unum Deum qui non habent, per mediatorem unum; nullum habent. [*- adeoque non saluantur. Atqui omnes homines* saluari *vult DEVS salutifica Dei ac Mediatoris cognitione; sed legitimus est & Sanctissimus voluntatis istius* ordo, *quo excipere eam homines debent. Vniuersi homines* unum *veluti hominem coram Deo constituunt: quare salutem nactos intercedere fas est pro illis, qui longius absunt. Id si fieret, quanto melius ageretur de humano genere! Oret quaeso, qui nouit orare!* V. g.]

¶ γὰρ, *enim*) Ex versu 5 probatur versus 4, ex versu 4 versus 1. Omnia universalia. Conf. Es. XLV. 22.

¶ εἷς καὶ, *unus etiam*) Non dicit, *etiam unus*. itaque accentus non tam cadit super adjectivum *unus*, quam super substantiva. Non possemus gaudere, esse Deum, nisi *etiam* homine mediatore gauderemus.

¶ εἷς· εἷς *unus: unus*) Marc. XII. 29. 32. 1 Cor. VIII. 6. Eph. IV. 5. 6.

¶ μεσίτης, *mediator*) Hoc veluti epitheton est nominis *homo:* & horum utrique simul cohæret vocula *unus*.

¶ ἄνθρωπος, *homo*) Salvator non sine ratione appellatur hîc *homo* potius, quam Deus; ut denotetur causa, cur omnes homines ad hunc mediatorem sint convertendi, qui se dedit pro omnibus. conf. Rom. V. 15 not. Non additus est articulus. Vicissim, *Deum* appellat, c. III. 16.

6 τὸ μαρτύριον, *testimonium*) Accusativus absolutus, ut ἔνδειγμα, 2 Thess. I. 5. Aptum verbum Pauli & Timothei personis: erant enim testes. Innuitur testimonium redemtionis universalis.

¶ καιροῖς ἰδίοις, *temporibus suis*) c. VI. 15 not.

7 κήρυξ) *praeco* solennis, a Deo missus. Grandis sermo, uti 2 Cor. V. 20. 1 Thess. II. 6 fin.

¶ ἀπόστολος, *apostolus*) Christi.

¶ ἀλήθειαν λέγω, οὐ ψεύδομαι, *veritatem dico, non mentior*) Pertinet hæc affirmatio ad comma præcedens: nam subsequenti additur parallela, ἐν πίστει καὶ ἀληθείᾳ, *in fide & veritate.*

8 βούλομαι οὖν, *volo ergo*) Hoc verbo exprimitur auctoritas *apostolica* c. V. 14. coll. mox v. 12, *non committo*. Particula *ergo* reassumit versum 1.

¶ προσεύχεσθαι τοὺς ἄνδρας, *orare viros*) Sic etiam 1 Petr. III. 7 præcipua quadam ratione *viris* adscribuntur preces. Sermo de precibus publicis, ubi sermonem orantis subsequitur multitudinis cor. coll. v. seq. de *mulieribus*.

¶ ἐν παντὶ τόπῳ, *in omni loco*) Constr. cum ἄνδρας, *viros*. Paulus etiam alias in hac materia ad similem omnium ecclesiarum morem provocat. Vbicunque sunt homines, ibi sunt, a quibus & pro quibus preces fiant.

¶ ἐπαίροντας, *attollentes*) Obvertebant volas cœlo, ut solent opem petentes.

¶ ὁσίας χεῖρας, *sanctas manus*) *Ira* & *dubitatio* sunt in anima: sed *manus* quoque debent esse sanctæ. Contrarium Es.

I. 15 fin. τὸ ὁσίους inprimis in græca proprietate adhibetur de immunitate a violentia.

¶ ὀργῆς, *ira*) quæ [*viros praecipue infestans*, V.g.] contraria *amori*, (conf. 1 Petr. III. 7 fin.) & mater dubitationis.

¶ διαλογισμῶ, *dubitatione*) quæ adversatur *fidei*. Fide & amore constat Christianismus, gratiam & veritatem amplectens. itaque summa votorum nostrorum esse debet, ut sine dubitatione & ira & oremus, & vivamus & moriamur. Precum & Christianismi totius exercitium simul vel verum est vel vanum. Gratia *fidem* alit; veritas *amorem*. Eph. IV. 15.

9 καταστολῆ) Grande verbum. Mulieres delectantur vestitu mundo. eo alluditur h. l. Ephesi erant divites. c. VI. 17.

¶ κοσμίῳ, *mundo*) spiritualiter, ut mox describitur, v. 10.

¶ αἰδοῦς, *verecundia*) v. II. 12.

¶ σωφροσύνης, *sobrietate*) Frequens verbum in epp. ad Tim. & Titum. Hæc virtus gubernat totam vitam privatam.

i) ¶ μὴ) οὐ negat: μὴ prohibet, in hujusmodi sermone. Magnum inter οὐ & μὴ discrimen. Posset quidem οὐ etiam hîc adhiberi, quia non adest verbum finitum: & sic apud participia. Sed alias particulæ commutari non possunt.

10 ἐπαγγελλόμεναι) *promittentibus*, profitentibus. Idem verbum, cap. VI. 21.

¶ δι' ἔργων, *per opera*) Constr. cum *ornare. per opera*, etiam sine sermone, qui viris competit. v. 8. 11 f. 1 Petr. III. 1. Perfrequens *operum* mentio in epp. ad Tim. & Titum, & *bonorum operum* appellatione ornantur ea, quæ in media vita hominum exercenda veniunt.

11 μανθανέτω, *discito*) Antitheton, *docere*.

¶ ὑποταγῇ, *subjectione*) Antitheton, *auctoritate uti*.

12 οὐκ ἐπιτρέπω) *non committo*, i. e. non habeo committere. Litotes.

¶ αὐθεντεῖν ἀνδρὸς) *auctoritate uti in virum*. docendo, verba faciendo, v. gr. in precibus.

¶ ἀνδρὸς, *in virum*) Id non modo maritum notat, sed totum genus virorum.

13 ἀδὰμ γὰρ, *Adamus enim*) Quæ ratio primi hominis, ea valet pro omnibus viris; quæ Evæ, ea pro omnibus mulieribus. Rursum, quæ de salute mulieris dicuntur, v. 15, commode etiam de matre prima accipiuntur.

¶ πρῶτος) *prior*, ita, ut mulier propter illum condita sit. 1 Cor. XI. 8 f.

14 οὐκ ἠπατήθη, *non deceptus est*) Serpens mulierem decepit: mulier virum non decepit, sed ei persuasit. Gen. III. 17, *audisti vocem mulieris tuae*. Versu præc. docetur, cur mulier non debeat *auctoritate uti*: nunc, cur non debeat *docere*. facilius decepta, facilius decipit. conf. Eccl. VII. 29. *Deceptio* indicat minus robur in intellectu: atque hic nervus est, cur mulieri non liceat docere.

¶ ἀπατηθεῖσα, ἐν παραβάσει γέγονε. *decepta, in transgressione facta est*) i. e. deceptionem admisit, (Gen. III. 13, ὁ ὄφις ἠπάτησέ με) atque ita cœpit esse in transgressione. Non dicitur, ἐν παραβάσει γεγονυῖα ἠπατήθη, *in transgressione facta decepta est*. itaque *facta est* non dicit ipsum mulieris ortum; hunc enim *deceptio* demum est secuta: sed γέγονε arcte cohæret cum illo, ἐν παραβάσει, nominis vim habente. vide Act. XXII. 17. & confer. not. ad Ioh. I. 15. Innuitur *deceptionem* semel admissam repente subsecutus *transgressionis* status. Simillima phrasis Num. XXVI. 10, ἐγενήθησαν ἐν σημείῳ.

15 σω-

i) κοσμεῖν ἑαυτὰς, *ornare seipsas*] Construendum cum δι' ἔργων ἀγαθῶν, v. 10. *V.g.*

15 σωθήσεται δὲ, *servabitur vero*) eripietur e noxa illa. *)

¶ διὰ τῆς τεκνογονίας, *per liberorum generationem*) Describitur munus mulieris, in antitheto ad munus docendi & gubernandi. τεκνογονία, *liberorum generatio & educatio.* Non agitur hîc de propria salutis causa: nam multæ, quæ pariunt, tamen pereunt; multæ, quæ non pariunt, tamen salvantur: sed denotatur conditio sive status, in quo mulier salutem sit assecutura, quamvis non admisceat sese functioni virili. Quare mox *si* majorem vim habet, quam *per*: & τὲ *manere* præsupponit τὸ *stare* in fide &c.

¶ μείνωσιν, *maneant*) scil. *mulieres.* Syllepsis numeri. Mulieribus enim competit, quæ mox laudatur, *sobrietas.* coll. v. 9. Hos intra fines *manento.*

¶ πίστει καὶ ἀγάπῃ, *fide & amore*) Partes generales.

¶ ἁγιασμῷ μετὰ σωφροσύνης) *Sanctificationis* pars specialis est *modestia*, virtus hominem moderans respectu sui ipsius, quemadmodum *fides* respectu Dei, *amor* respectu proximi. ἁγιασμὸς, *sanctimonia*, speciatim castitas. σωφροσύνη, *modestia*, temperantia. v. 9. 11.

CAP. III.

1 Πιστὸς ὁ λόγος, *fidelis sermo*) Hæc præfatio adhibetur, quia mundo non sic videtur.

¶ ὀρέγεται ἐπιθυμεῖ) Magna verborum hîc proprietas. ὀρέγω, *extendo:* inde ὀρέγομαι, *manu porrecta expeto, prenso.* ἐπιθυμία animi, τὸ καλὸν, *rem bonam* petens, parit ὄρεξιν· rursum ὄρεξις ἐπιθυμίαν indicat. ὀρέγεσθαι, φεύγειν, opposita. vid. Arist. 1 rhet. 10. n. 12. Humanis in rebus gratiora sunt, quæ quis ultro, quam quæ rogatus defert aut præstat: quanto magis in sacris? 1 Cor. XVI. 15 fin. Sed apage ambitum sacrilegum. Non deerant, qui vellent. conf. Iac. III. 1. Horum voluntatem Paulus non plane repudiat, sed in ordinem redigit. *cf. Herodian. l. 1. c. 6. §. 6.*

¶ καλῦ) *honestum*, præclarum, pulcras virtutes postulans. Huc ref. *igitur*, v. seq.

¶ ἔργε, *opus*) Est opus, negotium, non otium. Act. XV. 38. Phil. II. 30.

2 δεῖ, *oportet*) Docet Paulus, quid spectare Timotheus debeat in constituendis episcopis. v. 15. Quare virtutes ita potissimum describit, uti in oculos incurrunt.

¶ ἓν, *igitur*) Bonum negotium bonis committendum.

¶ τὸν ἐπίσκοπον, *episcopum*) *Episcopo* immediate opponuntur *diaconi*, v. 8. itaque *presbyterum* includit.**) Act. XX. 28 not.

¶ ἀνεπίλημπτον, *irreprehensibilem*) sine crimine, fama, & suspicione justa. conf. Tit. I. 6.

¶ εἶναι, *esse*) non modo dum fungitur officio, sed etiam dum constituitur. v. 10. Observandus ordo virtutum, quæ sequuntur.

¶ μιᾶς γυναικὸς ἄνδρα, *unius uxoris virum*) Sic v. 12. c. V. 9. Tit. I. 6. Primo loco ponitur hæc pars hominis irreprehensibilis. Antiqua conjugii natura est, ut

*) *De* conservatione vitæ *naturalis Anglorum aliquos verbum hoc interpretari, cel. D.* Ernesti *refert Bibl. th. T. V. p. 21. Atqui hanc sententiam* contextui *refragari, prorsus mihi persuadeo: nam* neque *omnes puerperæ, quæ in* fide, amore & sanctimonia *perstant*, servantur *illo modo, neque omnes* pereunt *partu, qui virtutum istarum omnino sunt expertes.* E. B.

**) *Congruit, quod* Syrus, *v. 1,* ἐπισκοπὴν *per* presbyteratum *interpretatur, monente cel.* Michaëlis, *in der* Einleitung &c. *T. I. p. m. 166.* E. B.

ut unus habeat unam. Est igitur simplex periphrasis mariti: *vir unius mulieris.* c. V. 9 not. Opinio de polygamia successiva hîc episcopis prohibita, videtur olim ducta ex canonibus apostolorum. nam quum Canon XVII sic haberet: ὁ δυσὶ γάμοις συμπλακεὶς μετὰ τὸ βάπτισμα ἢ παλλακὴν κτησάμενος οὐ δύναται εἶναι ἐπίσκοπος κτλ. sic aliqui acceperunt, quasi δευτέροις γάμοις interdiceret. certe vetus interpretatio sic reddit: *Si quis post baptisma secundis fuerit nuptiis copulatus* &c. Vnde siniſtra Canonis interpretatio facile ad Paulum translata fuit. Quid vero interest, utrum vir v. gr. per XX annos unam conjugem, an interveniente viduitate duas in adjutorium habeat? Sed cur Paulus, monogamiam episcopi potius præsupponens, quam requirens, non addit, ἢ ἄγαμον, *aut coelibem*? Rari tum erant cœlibes; neque hos excludit a munere sacro: sed tamen præsupponit, aliquanto huc aptiorem esse patremfamilias: & ex duobus candidatis, si cetera sint pares, eum, qui habet uxorem & familiam probam, præstare cœlibi, qui minus testimonii a re ipsa habet. v. 4. 5. namque qui domesticis ipse, quæ hîc tam crebro commemorantur, officiis adstringitur, hic mundo pariter alligatos magis allicit, & populariore exemplo in medium prodest. v. 4. Accedit, quod multos indiscretus cœlibatus reprehensibiles fecit. Iudæi quoque docent, sacerdotem non cœlibem, non illiberem esse debere, ne sit immitis.

¶ νηφάλιον) *vigilantem* animo. sic v. 11. Tit. II. 2. nam νήφω, *vigilo.* Vid. ad *Chrys. de sacerd.* p. 428. Opponitur hoc somnolentiæ & socordiæ, quæ peccat in defectu. Νήφω, ubi solum ponitur, notat utrumque, & *vigilare* & *sobrium esse*, & per metonymiam unum sumitur pro altero: (conf. 1 Thess. V. 9.) sed ubi γρηγορέω & νήφω conjunguntur, (ex. gr. 1 Thess. V. 6.) hoc proprie significat *sobrium esse*, & opponitur τῷ μεθύσκεσθαι, *ebrium esse.*

¶ σώφρονα) *sanae mentis*, temperantem. Hoc opponitur vehementiæ animi, quæ peccat in excessu. Congruunt derivata, σωφρονῶ, σωφροσύνη κτλ. Conf. Tit. I. 7. 8, ubi πάροινος (quod Græcis hominem audacem & temerarium notat, quales solent esse temulenti:) & σώφρων opposita sunt.

¶ κόσμιον, *mundum*) Quod σώφρων est intus, id κόσμιος est extra. Hesychius, κοσμίως, ἀνεπιλήπτως. Plato, κοσμίοις καὶ ἐυκόλοις, *homines moderati & faciles.* Homo novus festum quiddam est, & abhorret ab omni eo, quod pollutum, confusum, inconditum, immoderatum, vehemens, dissolutum, affectatum, tetricum, perperum, lacerum, sordidum est: ipsi necessitati naturæ materiæque, quæ ingerendo, digerendo, egerendo agitatur, parce & dissimulanter paret, corporisque corruptibilis tecta habet vestigia. Phil. IV. 8.

¶ φιλόξενον, *hospitalem*) erga hospites, egenos præsertim & exules, a multis fastiditos.

¶ διδακτικὸν, *docentem*) Vid. 2 Tim. II. 24 not.

3 μὴ πάροινον, *non temulentum*) Huc ref. ἀλλ' ἐπιεικῆ, *sed aequum.* Nam παροινία hîc, ut passim, non solum *temulentiam* notat, coll. v. 8. Tit. II. 3, sed etiam importunitatem ex ea provenientem.

¶ μὴ πλήκτην, *non percussorem*) lingua, manu. Nil enim vetat hoc proprie accipi. 2 Cor. XI. 20 not. Ref. huc, ἀλλ' ἄμαχον, *sed a pugnis alienum.* coll. 2 Tim. II. 24.

4 τὰ ἰδίου οἴκου, *suae domui*) Multi, foris v. gr. mansueti, domi eo minus coercent iracundiam, erga conjuges &c.

¶ καλῶς προϊσταμένου, *qui bene praesit*) Huc inprimis pertinet ἀφιλαργυρία.

¶ με-

¶ μετὰ πάσης σεμνότητος, *cum omni honestate*) ut absit *luxuria*. Tit. I. 6.

5 οὐκ οἶδε, *non novit*) Innuit Paulus, quisquis recte præsit domui suæ, hunc liberos habiturum esse probos.

¶ πῶς, *quomodo*) Plus est, regere ecclesiam, quam familiam.

6 μὴ νεόφυτον) *non recens* ab ethnicismo *conversum*. tales poterant facilius & tutius præfici aliis item recens conversis, Act. XIV. 23, quam veteranis, iisque multis, in quibus major erat copia candidatorum. Metaphora a plantis. Ioh. XV. 2 not. *Neophyta* fere luxuriantem habent virorem: *recens conversus* cruce nondum maceratus est. k) Antitheton, *antiquus discipulus*, Act. XXI. 16.

¶ τυφωθεὶς, *elatus*) Idem verbum, c. VI. 4 not. 2 Tim. III. 4. τύφω est καιω. τυφος, ardor fumosus expers flammæ. unde τυφοῦσθαι dicuntur, quos *vinum*, item quos *opinio scientiae* & *fastus* impotes sui facit, & vertigine implet. vid. Es. XXVIII. 7 versio. Luth.

¶ εἰς κρίμα, *in judicium*) i. e. in idem judicium, in quod diabolus, *elatus*, ipso lautissimi sui status initio, (instar neophyti,) incidit. conf. Iob XXXVIII. 15, de superbis. *Videtur prius, quam alii angeli, ad praefecturam super multos angelos, licet multis junior esset, fuisse suscitatus & evectus; quod ipsum quoque ei occasio superbiae fuit.* Artemon. ad init. Ioh. præf. p. 23. Non totum hoc evincunt Pauli verba. *Iudicium* hîc dicitur passive, & tamen ὀνειδισμος, *opprobrium*, v. seq. active. nam *judicium* respondet interno animæ statui, *opprobrium* opponitur externo testimonio bono: & diabolus potest *opprobrium* inferre, *judicium* inferre non potest. non enim judicat, sed judicatur.

7 καὶ μαρτυρίαν) *etiam testimonium*. ne prioris quidem vitæ opprobrio laborare debet. Non sufficit fama; sed cum virtutibus bona fama esse debet, immo testimonium bonum. Magnam christianorum existimationem Paulus esse vult. conf. c. V. 14 not.

¶ ἀπὸ τῶν ἔξωθεν, *ab extraneis*) ut hi facilius lucrifiant, & Deus glorificetur.

¶ ὀνειδισμὸν, *opprobrium*) Conf. c. V. 14. Diabolus potest antistiti malis testimoniis laboranti plurimum excitare molestiæ, per se & per homines calumniatores.

¶ καὶ παγίδα, *& laqueum*) Conf. Matth. XXII. 15.

8 διακόνους, *diaconos*) Subaudi, *oportet esse*.

¶ μὴ διλόγους, *non bilingues*) ad alios alia loquentes. Talium peccatorum occasionem in obeundo munere capere poterant diaconi. Diaconi non debebant esse *bilingues*: diaconissæ, *non calumniatrices*. videlicet diaconi plures domos obibant, quam diaconissæ. *)

¶ μὴ οἴνῳ, *non vino*) Ebrietatis periculum imminet multas domos ex officio obeuntibus.

9 τῆς πίστεως, *fidei*) De fide christiana loquebantur diaconi persæpe, occasione muneris sui: & tametsi non loquerentur, tamen munus & ecclesiam obire debebant sancta mente & bono exemplo.

10 καὶ οὗτοι δὲ, *& hi vero*) Episcopus plures

k) In omni vitæ genere observare licet, eos, qui a summo statim fastigio ordiuntur, difficulter sibi consulere, ad inferiores vix descendere, afflictorum sorte non moveri, seque ipsos regere & modum in rebus tenere non posse. Maxime vero omnium in episcopi munus hæc omnia conueniunt. *V. g.*

*) *Et* hospitalitatem *præcipue in peregrinos exercere, itidem diaconorum fuit; ut refert ill.* Michaëlis, *in der* Einleitung &c. *T. II. p. m. 1453.* E. B.

plures majoresque debebat virtutes habere conspicuas, & majore erat dignitate; quare non alia *exploratio* requiritur: at diaconi debebant prius edere specimen sui in ipsa diaconia, quam plene immitterentur in munus.

11 γυναῖκας, *uxores*) Pendet ab *habentes*. v. 9.

¶ ὡσαύτως, *similiter*) Ref. ad versum 8.

¶ μὴ διαβόλους, *non calumniatrices*) praesertim apud *extraneos*.

¶ πιστὰς, *fidas*) Ref. ad v. 9.

13 βαθμὸν) *gradum* ab humilitate diaconiae ad majora munera, in ecclesia. Qui in minore gradu fidelis est, ad majora promovetur.

¶ ἑαυτοῖς, *sibi ipsis*) Non solum aliis inserviunt.

¶ πολλὴν παῤῥησίαν) *multam fiduciam* erga Deum & homines, ex bona exercitatione.

¶ ἐν πίστει, *in fide*) ut fidei & bonorum ejus consortes sese locupletissime persentiscant.

14 ταῦτα, *haec*) totam epistolam.

¶ ἐλπίζων, *sperans*) Nec tamen distulit Paulus monita necessaria.

¶ ἐλθεῖν, *venire*) c. IV. 13.

15 ἐὰν δὲ βραδύνω, *si vero tardavero*) Conf. c. IV. 13 init.

¶ ἵνα, *ut*) Scopus epistolae.

¶ πῶς δεῖ, *quomodo oporteat*) Conf. c. IV. 11.

¶ ἐν οἴκῳ θεοῦ, *in domo Dei*) Deus est ὁ δεσπότης, *herus*. 2 Tim. II. 12.

¶ ἥτις, *quae*) Ecclesiam innuit universalem, non universe, sed quatenus pars ejus tum erat Ephesi, commissa Timotheo.

¶ ἐκκλησία θεοῦ, *ecclesia Dei*) universitas eorum, *qui sunt Domini*. 2 Tim. II. 19.

¶ ζῶντος, *viventis*) Ecclesia Dei viventis opponitur fano Dianae Ephesiorum. *Vita Dei*, fundamentum *spei* nostrae, c. IV. 10, & fons *veritatis*. h. l. Epithethon eidem nomini prius non additum: dein, ob epitasin, additum, uti 2 Cor. VI. 16.

¶ Στύλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας καὶ ὁμολογουμένως μέγα κτλ.) *Primam hanc*, inquit Iac. Cappellus in Observ. ad h. l. *hujus loci lectionem fuisse, visum est insignibus viris, collegis nostris longe charissimis, Andreae Melvino, Iohanni Cameroni, Iohanni Fabricio. Nec desunt huic sententiae rationes.* De eadem lectione sive distinctione delibavi aliquid in Apparatu, p. 709 s. [*Ed. II. p. 399 sq.*] quem respici velim: sed plura in *Gnomonem* huncce reservavi. Plane periocham superiorem a v. 1 hucusque deductam, versu 14. 15 concludit apostolus, & nunc novae periochae initium facit, quae c. IV. 1 ita arcto nexu continuatur, ut Veteres septimum hujus epistolae caput a c. III. 16 inclusive ad c. IV. 7 apud R. Stephanum & alios numeraverint. Nunc periodi initium *prope communis* interpretum hodie apud Protestantes sententia figit in vocabulo στύλος. Permultos in Apparatu citavi: accedunt G. G. Zeltnerus, I. C. Herzogius. Sane incisum hoc, στύλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας, parum commode cum praecedentibus verbis connectitur, quanquam *Synedrium* magnum hoc titulo passim honestari ait Lightfootus: idem vero multo incommodius a sequentibus divellitur. Nam particula καὶ, καὶ ὁμολογουμένως, novae periochae initio non congruit. Fac, ὁμολογουμένως, absque καὶ, esse scriptum: tum demum aptum agnosces novi capitis principium. coll. v. 1. & cap. IV. 9, quibus locis, simillima ratione, sermo absque καὶ sic inchoatur, πιστὸς ὁ λόγος. Nunc quum καὶ in medio est, connectuntur verba, quibus interponitur: στύλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας καὶ ὁμολογουμένως μέγα κτλ. Advocari huc solitae sunt non dissimiles formulae Rabbinicae, quibus firmitudo & gravitas rei, quae dicenda venit, declaratur: sed prius con-

considerandæ sunt formulæ apostolicæ. Frequens enim est in hac epistola, Timotheum confirmante & excitante, præfandi formula, qua Paulus rem quampiam mox a se dicendam, commendat ut *veram & bonam, & firmam & salubrem, ut omni intelligendi & appetendi vi apprehendendam:* πιστὸς ὁ λόγος καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος κτλ. c. I. 15. IV. 9. 6, ubi πίστεως cum πιστὸς, καλῆς cum ἀποδοχῆς ἄξιος congruit. Eam ille bimembrem formulam hoc longe magnificentissimo loco grandioribus verbis exprimit, apud Hebræos obviis. v. gr. R. Levi Barcelonita rationem, quare liberationis Israëlitarum e servitute ægyptiaca, tot signa memorialia in XV præceptis ad Pascha concurrentibus assignentur, hanc affert: *quia fundamentum id magnum sit & columna valida legis ac religionis judaicae.* ac Maimonides: *Fundamentum fundamenti*, inquit, *& columna sapientiae haec est, ut sciamus &c.* Itaque Paulus ait: στῦλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας καὶ ὁμολογουμένως μέγα ἐστὶ τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον. i. e. *Hoc mysterium pietatis, est columna & firmamentum veritatis* (πιστὸν) *&* est quiddam *confesso magnum,* (ἀποδεκτόν.) Evolvamus singulatim. Hæc duo vocabula, στῦλος καὶ ἑδραίωμα, sunt instar unius vocabuli, solidissimum quiddam exprimentis, quo notetur mysterium, *altissimum* (unde στῦλος, a στάω) & *fundatissimum* (unde ἑδραίωμα, ab ἕζω.) Iren. l. 3. c. 11, *Columna & firmamentum ecclesiae est evangelium.* In Hebræo conjugata sunt אמת *veritas* & נאמן πιστόν. Pariter æquipollent ὁμολογία (unde ὁμολογουμένως) & ἀποδοχὴ, & cordis & oris utraque; coll. 2 Tim. II. 19. Hebr. III. 1. Ioh. XX. 28. Inde etiam æquipollent πάσης ἀποδοχῆς ἄξιον, & ὁμολογουμένως μέγα. μέγα non est epitheton, cum ἑδραίωμα, aut cum μυστήριον, construendum, sed ponitur absolute, μέγα *res magna*, uti 1 Cor. IX. 11. 2 Cor. XI. 15, ut ἀγαπητὸς, *dilectus*, Philem. v. 1. Mysterium est magnum per se, maximo opere confitendum, omni confitendi vi amplectendum, cujus magnitudinem norunt & confitentur omnes filii veritatis, ad magnam salutem. Non memoravit Paulus τὸ ἀποδεκτὸν citra τὸ πιστὸν hoc loco, sed utrumque laudavit: uti τὸ πιστὸν καὶ τὸ καλὸν commendantur. *Mysterium pietatis* est subjectum: reliqua verba, prædicatum. *Pietasque* cum *veritate* copulatur, uti Tit. I. 1. Habebant etiam gentes mysteria, sed impietatis & erroris. *Veritati*, quod maximopere observandum est, cap. IV. 1 seqq. opponitur (interjecta δὲ particula, v. 1.) *apostasia a fide & mendacium, fabulaeque:* v. 1 s. 7. *confessioni, hypocrisis falsiloquorum, qui in sua conscientia cauterizati sunt:* v. 2. *magnitudini*, id, quod *anile* est: & *pietati, profanitas.* v. 7. [*c. VI. 3.*] Denique, insigne oxymoron est, ὁμολογουμένως & μυστήριον, *confessio* & *mysterium.* In *tota*, at in *sola* ecclesia celebratur hæc doctrina pietatis. Nunc relege textum, Lector, si vacat, a cap. III. 14 ad c. IV. 7 s. ac rem libero religiosoque expende judicio. *)

16 θεὸς, *Deus*) *Hominem* appellarat, c. II. 5. nunc, quod ibi derogasse videri poterat, compensat, *Deum* appellans; (vide tamen *Apparat.* p. 710 s.) [*Ed. II. p. 400 seqq.*] etenim *magnitudo* mysterii vel maxime pendet ex magnitudine Subjecti, *Deus.* Paulus ad Timotheum Titumque, qui provecta fide erant, Patrem *Salvatorem*, & vicissim Filium *Deum* appellat. Subjungitque *tria paria* prædicatorum, quibus tota Christi œconomia ab ejus

*) *Atque etiam, si vacat, cum his confer S. R. D.* Sartorii, *nostratis*, Progr. natal. *ad h. l. Ao. 1756 Tubingae editum.* E. B.

ejus exitu ad reditum sive assumtionem summatim comprehenditur. Summum eorum, *assumtus est in gloria*, eidem Subjecto, *Deo*, tribuitur Ps. XLVII. 6 s. qui vel unus locus compensat ambiguitatem, si qua h. l. supereset, lectionis Paulinæ.

¶ ἐφανερώθη ἐν σαρκὶ, *manifestatus est in carne*) Idem verbum, 1 Ioh. I. 2. Idem nomen, Ioh. I. 14. Hæc *manifestatio* dicit totam œconomiam Christi, oculis quondam mortalium conspicui.

¶ ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι, *justificatus est in Spiritu*) Christus, dum *manifestus in carne* inter peccatores & mortales ambulavit, similis ipsorum existimatus fuit, & revera *peccata* eorum tulit: sed deinde per mortem in carne toleratam abolevit peccatum in se conjectum, & *justitiam* æternam, Patre penitus approbante, sibi suisque asseruit, ex conspectu hominum decedens, & statum *spiritualem* & glorioſum, justitiæ suæ convenientem, intrans per resurrectionem & ascensionem. Vide de notione *carnis* & *spiritus*, Rom. I. 3. 4. 1 Petr. III. 18 not. Sic in spiritu justificatus est. In ipso pretiosissimo mortis suæ articulo desiit esse mortalis & peccato mundi onustus. Confer, de *justitia* & *justificatione* Christi, Matth. III. 15. Luc. VII. 35. Ioh. XIX. 30. XVI. 10. Act. XXII. 14. Rom. VI. 10. 7. Ebr. IX. 28. Es. L. 8. 1 Ioh. II. 1. Eamque ipse justitiam, in spiritu ad spiritus in custodia profectus, prædicavit & ab illo tempore potenter exseruit. conf. Rom. IV. 25. Hoc comma cum citato Petri loco convenit; uti illud, *praedicatus est in gentibus*, cum 1 Petr. IV. 6.

¶ ὤφθη ἀγγέλοις) *conspectus est*, maxime post resurrectionem, *angelis*, bonis, vel etiam malis: quorum illis simul œconomia ejus patefacta, his terror incussus. Eph. III. 10: congruit angelorum *) proprie dictorum mentio huic summario Paulino. in conspectum angg. i. e. in coelum venit.

¶ ἐκηρύχθη, *praedicatus est*) Hoc concinne sequitur. *Angeli* proximæ admissionis erant: *gentes*, longissime remotæ. Et hujus præconii & fidei in mundo existentis fundamenta jacta sunt ante *assumtionem* Christi in cœlum. Ioh. XVII. 18. Præcones & fideles primi erant quasi semen ceterorum. **)

¶ ἐπιστεύθη) *fides ei habita est.*

¶ ἐν κόσμῳ) *in mundo*, toto. [*Plena fluporis res!* V. g.] *Mundus* sive orbis terræ opponitur cœlo, in quod *assumtus est* Deus. Omnia implet.

¶ ἀνελήφθη ἐν δόξῃ) *assumtus est sursum in gloria*, subaudi, & nunc est in gloria, & venit in gloria. Primum est, *manifestatus in carne:* postremo, *assumtus in gloria*. Hæc vel maxime pertinent ad mysterii magnitudinem. Etiam hoc unum verbum *assumtus est* redarguit ea, quæ de hoc loco habet Artemonius præf. p. 27.

CAP. IV.

1 Δὲ, *autem*) Antitheton, inter *firmamentum*, c. III. 15, & inter ἀποστήσονται *deficient:* tum, inter mysterium pietatis & mysterium iniquitatis, de

*) *Nullo, putem, artificio* philologico *efficietur unquam, ut de* Apostolis *h. l. intelligi debeant* ἄγγελοι. *Sermonis enim series, ut ab usitata vocis significatione recedatur, neutiquam requirit. Sed nescio quæ* inusitabilium *fuga toties quoties de* visibilibus *cogitare suadet modernis, eoque fine nodum sæpissime in scirpo quærere.* E. B.

**) *Ergo non obstat hic sermonis ordo, quo minus phrasis* ἀνελήφθη ἐν δόξῃ *de* assumtione in cœlum *intelligi possit; inprimis si &* statum glorioſum *&* aduentum *connotari agnoscas: quod notari velim ad ea, quæ de cel. Iac.* de Rhoer *memorat S. R. D.* Ernesti, *Bibl. theol. T. I. p. 237 sq.* E. B.

de quo h. l. & nominatim 2 Theſſ. II. 7.

¶ ῥητῶς) *diſerte*, ut de re magni momenti & cito futura, *verbis conceptis.*

¶ λέγει, *dicit*) per prophetas, Pauli tempore, ipſumve Paulum, qui item prophetа erat. hinc, *noſce*, 2 Tim. III. 1.

¶ ἐν ὑστέροις καιροῖς, *in poſteris temporibus*) Hæc *tempora*, poſt aſcenſionem Domini, c. III. 16, jam tum eſſe, Paulus docet, quum præſentem medicinam adhibet. v. 5. 6. conf. 2 Tim. III. 1 ſeqq. ὕστερος dicitur comparative: aliud enim eſt ὕστατος.

¶ ἀποστήσονταί τινες τῆς πίστεως, *deficient aliqui a fide*) Conf. 2 Tim. II. 18. *deficient*, vera negando, falſa addendo.

¶ τινὲς) *aliqui*, multi, & paullatim plures. Rom. III. 3 not. Non indicantur nominatim. Non deſunt, qui de Apollonio Tyanæo ſuſpicentur, qui vivo Timotheo Epheſum venerit. Male merentur de veritate, qui Hæreſiologiam ſeculi I nimis extenuant.

¶ τῆς πίστεως, *a fide*) quæ exacte retinet revelationem divinam. v. 6. [*& cujus* fundamentum *proxime antea deſcriptum fuit.* V. g.]

¶ πνεύμασι πλάνοις καὶ διδασκαλίαις δαιμονίων, *ſpiritibus fallacibus & doctrinis daemoniorum*) *Spiritus fallaces* ſunt, qui per prophetas falſos loquuntur, & appellantur *ſpiritus* non ſolum reſpectu naturæ ſuæ, ſed quatenus ſpirant. ideo parallelum eſt *doctrinis. daemoniorum*, eſt genitivus cauſæ. δαιμόνιον apud Græcos v. gr. apud Athenienſes, Act. XVII. 18, ſæpe in bonam partem dicitur; ſed apud LXX int. & apoſtolos, ſemper malos ſpiritus notat.

2 ἐν ὑποκρίσει ψευδολόγων, *in hypocriſi falſiloquorum*) Conſtr. cum *deficient. hypocriſis* ea, quæ eſt *falſiloquorum*, illos auferet. τινὲς, *aliqui*, illi, ſunt ſeducti; *falſiloqui*, ſeductores. *falſiloquorum*, genitivus, unice pendet ab *hypocriſi.* Τὸ *falſiloquorum* dicit relationem ad alios: ergo antitheton eſt in ἰδίαν, *ſua.*

¶ κεκαυτηριασμένων τὴν ἰδίαν συνείδησιν, *cauterizatorum ſua conſcientia*) Sicut fides & bona conſcientia junguntur, c. I. 5 not. ſic *hypocriſis* (i. e *infidelitas* Matth. XXIV. 51 not.) & conſcientia prava, hoc loco; ubi mox e contrario commendatur fides veritatisque cognitio & gratiarum actio. Cauterii uſus medicus ad ſanandum pertinet: hîc ergo notatur alius, ad infamandum. Innuuntur αὐτοκατάκριτοι, Tit. III. 11. *qui ipſi in ſua ſibi conſcientia, inuſtis ei perfidiae maculis, infames ſunt:* habentes conſcientiam non bonam & puram, quippe quam repulerunt; ſed μεμιασμένην, *inquinatam.* Sic enim Tit. I. 15 deſcribuntur *cauterizati* illi, ſicut *falſiloqui* deſcribuntur per *intellectum inquinatum.* καυτὴρ, *cauter*, notat idem in malam partem, quod *ſigillum* in bonam, 2 Tim. II. 19. tametſi utroque vocabulo in bonam partem utitur Macarius, de grege Chriſti, Homil. XII. § 13. Plato in Gorgia appellat ψυχὴν διαμεμαστιγωμένην καὶ ἑλῶν μεστὴν ὑπὸ ἐπιορκιῶν καὶ ἀδικίας, ἃ ἕκαστῳ ἡ πρᾶξις αὐτῆς ἐξωμόρξατο εἰς τὴν ψυχήν. Claudianus: *Quid demens manifeſta negas? en pectus inuſtae Deformant maculae.*

¶ τὴν ἰδίαν, *ſua*) dum alios tamen urgent.

3 κωλυόντων γαμεῖν, ἀπέχεσθαι βρωμάτων, *prohibentium nubere, abſtinere a cibis*) Exprimitur hypocritica ſpecies falſarum doctrinarum maxime auſtera & plauſibilis, ceteris colorem concilians. conf. Col. II. 23. Reſolve: *praecipientium, nuptiae ne fiant, cibis ut abſtineatur.* κωλύω idem quod *praecipio, ne.* Cum *praecipientium* conſtruitur *nubere* & *abſtinere: negativa* ad *nubere* tantummodo pertinet. Hujus zeugmatis exempla notavit Pricæus, ex quibus maxime quadrat illud Chryſoſtomi: ταῦτα

λέγω, ἃ κηδεύειν κωλύων, ἀλλὰ μετὰ συμμετρίας τοῦτο ποιεῖν. Errorem de *cibis*, ſpecioſiorem, refutat Paulus; de *matrimonio*, nominaſſe ſatis habet, (niſi *ea quae* ſubſequens etiam huc referas:) & refutat etiam infra, c. V. 14.

¶ βρωμάτων, *cibis*) Non interdicent cibis omnibus, (ideo non additur articulus;) quis enim tales audiret? quibuſdam igitur. Et qui vel una ſpecie interdicit, injurius eſt in creatorem & in credentes. Notantur præcipue veteres hæreſes: ſed earum tamen reliquiæ pervenerunt ad jactatores antiquitatis.

¶ τοις) Dativus, ut ל Hebraicum, valet, *quod attinet ad credentes.* Deus enim cibos *creavit* etiam iis, qui fide carent neque gratias agunt. Ab iis, qui fide & veritatis cognitione carent, Paulus abſtrahit, atque eos ſibi quaſi relinquit: ſermonem de fidelibus ſibi eſſe, declarat.

¶ πιστοῖς καὶ ἐπεγνωκόσι, *credentes & cognoſcentes*) Synonyma. Alterum Synonymon, *cognoſcentes veritatem*, dat occaſionem *veritatis* mox declarandæ, ὅτι πᾶν κτλ. & facit antitheſin expreſſiorem ad *mendacium* ψευδ῀, quod continetur in ψευδολόγων v. 2.

¶ τὴν ἀλήθειαν, *veritatem*) Hæc declaratur verſu ſeq.

4 καλὸν, *bona*) Gen. I.

¶ καὶ, *&*) Particula nectit duas enunciationes, quarum altera hoc habet ſubjectum, *omne*, *quod cum gratiarum actione accipitur*: prædicatum, *non eſt rejiculum.*

¶ μετὰ εὐχαριστίας, *cum gratiarum actione*) Hæc includit bonam conſcientiam. Rom. XIV. 6.

5 ἁγιάζεται, *ſanctificatur*) Lev. XIX. 24.

¶ διὰ λογ῀ θεοῦ, *per verbum Dei*) Omnem *gratiarum actionem* ingreditur verbum Dei, immo etiam *creationem* & *conceſſionem* ciborum.

¶ καὶ ἐντεύξεως, *& deprecationem*) Filiorum Dei eſt ἐντυγχάνειν, *deprecari*, pro creaturis, quibus utuntur. Magna dignitas. Etiam Iudæi & gentes menſam precibus conſecrabant, non modo Chriſtiani.

6 ὑποτιθέμεν῀) *ſubjiciens*, manſuete. Euſtathius, νοεῖν μὲν τὸ αὐτόθεν καὶ οἰκοθεν· ὑποθεῖναι δὲ, τὸ ἐκ παραινέσεως νῦν ἐμποιεῖν.

¶ καλὸς διάκον῀, *bonus miniſter*) 2 Tim. II. 15.

¶ ἐντρεφόμενος) Præſens cum reſpectu præteriti, *innutritus.* 2 Tim. I. 5. III. 15. *Nutrimentum perpetuum.*

¶ τῆς πίστεως, *fidei*) pro te.

¶ τῆς καλῆς διδασκαλίας, *bonae doctrinae*) pro aliis.

¶ ᾗ παρηκολούθηκας) *quam ſubſequi inſtituiſti.* De hoc verbo vid. Luc. I. 3 not.

7 βεβήλους, *profanas*) Antitheton mox, *pietatem.* hanc quidquid non adjuvat, tametſi ſpecioſum, profanum eſt. 2 Tim. II. 16.

1) ¶ μύθους, *fabulas*) Antitheton. *fidelis.* v. 9.

¶ παραιτ῀) *recuſa*, ne *ſubjicias fratribus.*

¶ γύμναζε δὲ σεαυτὸν, *exerce vero te ipſum*) Rara phraſis, (uti 1 Ioh. V. 21.) pro γυμνάζου. Conf. Not. ad Chrys. de Sacerd. p. 393. Paulus coram ſolitus erat Timotheum exercere: nunc jubet, ut Timotheus ſibi ipſe Paulus ſit.

8 ἡ σωματικὴ γυμνασία, *corporalis exercitatio*) eaque vel aſpera, vel jucunda.

¶ πρὸς ὀλίγον, *ad exiguum*) ad rem familiarem, ad exiſtimationem, ad oblectationem, ad vitam diuturnam; adeoque terminatur in *hac vita corporis.* Videtur Timotheus juvenis interdum uſus fuiſſe aliqua exercitatione corporis [*c. V. 23.*]: quam Paulus non tam prohibet, quam non laudat. Similem admonitionem juveni ſalu-

1) καὶ γραώδεις, *& aniles*] Vtrumque vitandum: tum *aniles* fabulæ, tum concupiſcentiæ *juveniles*, 2 Tim. II. 22. *V. g.*

lutarem eidem elencho contra profanas doctrinas admiscet 2 Tim. II. 22.

¶ πρὸς πάντα, *ad omnia*) in corpore & anima.

¶ ἐπαγγελίαν, *promissionem*) In hanc fertur *spes*. v. 10. Quicquid huc non facit, vix est *utile*.

¶ ζωῆς τῆς νῦν, *vitae, quae nunc* est) cui alias consulere videntur, qui corpus exercent.

9 πιστὸς, *fidelis*) Cum hac praefatiuncula versus sequens cohaeret per *enim*, uti 2 Tim. II. 11. Pii saepe videntur detrimentum pati in fructu vitae praesentis. id refutat Paulus.

10 εἰς τοῦτο, *in hoc*) hoc nomine, hoc fine, hac spe.

¶ καὶ κοπιῶμεν καὶ ὀνειδιζόμεθα, *& laboramus & opprobria toleramus*) spretis vitae hujus commodis & praelidiis. ὀνειδιζόμεθα, Medium.

¶ ἠλπίκαμεν, *speravimus*) *spem* nostram, in futurum, praesentia aspernantes, *collocavimus*.

¶ ζῶντι, *vivente*) qui etiam nobis vitam dabit. v. 8. 2 Tim. II. 18.

¶ πάντων ἀνθρώπων, μάλιστα πιστῶν, *omnium hominum, maxime fidelium*) Paulus se & sui similes a Deo salutem sperare duplicem ostendit: *hujus vitae salutem*, nam Deus servat omnes homines; (quin etiam omnes in aeternum salvari vult:) tum, quod *majus* est, *futurae*, nam servat *maxime* fideles: qui quidem in hac quoque vita ob majores tentationes majora praesidia experiuntur.

¶ μάλιστα, *maxime*) Latet nervus argumenti a minori ad majus.

m) 11 ταῦτα) *haec*, missis ceteris.

12 μηδεὶς, *nemo*) Talem te gere, quem nemo possit tanquam juvenem contemnere. Libenter id faciunt senes inanes.

¶ τύπος, *typus*) Ratio parandae verae auctoritatis.

¶ ἐν λόγῳ) *in sermone*, publico & privato.

¶ ἐν ἀναστροφῇ) *in quotidiana consuetudine*.

¶ ἐν ἀγάπῃ, ἐν πνεύματι, *in amore, in spiritu*) 2 Cor. VI. 6 not.

¶ ἐν πίστει, *in fide*) Fides, extra munus justificationis spectata, saepe mediam ingreditur enumerationem ejusmodi: & denotat sinceritatem animi Deo fidentis in rebus secundis & adversis. c. VI. 11. 2 Tim. II. 22. conf. Gal. V. 22, qui locus item in media enumeratione *fidem* habet.

¶ ἐν ἁγνείᾳ, *in castitate*) c. V. 2.

13 τῇ ἀναγνώσει, *lectioni*) Scripturae sacrae, in ecclesia. Huic adjunguntur duo praecipua genera, *adhortatio*, quae ad agendum, & *doctrina*, quae ad cognoscendum pertinet. c. VI. 2 fin. Rom. XII. 7 f.

14 μὴ ἀμέλει, *ne negligas*) *Negligunt*, qui non exercent, nec putant, se posse excidere.

¶ χαρίσματος, *donum*) 2 Tim. I. 6.

¶ διὰ προφητείας μετὰ ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν τοῦ πρεσβυτερίου, *per prophetiam cum impositione manuum presbyterii*) Constr. *prophetiam presbyterii*. nam manus imposuit Paulus Timotheo. l. c. *Presbyterium* constabat ex Paulo ipso, (coll. 2 Ioh. v. 1. 1 Petr. V. 1.) & Sila, vel etiam aliis. Multi *Latini* habent, *presbyteri*. *Impositio manus* proprie fit per unam personam, & quidem digniorem. *Prophetia* vero fiebat etiam per aequales, per plures, qui, dum Paulus Timotheo manus imponebat, gratulati sunt, & bona quaeque ominati, forsan etiam Timotheo absente. Strenuus est, inquiebant, hic vir juvenis. Deus multum boni per eum efficiet.

15 μελέτα, *meditare*) Μελετᾶν etiam dicitur de re gymnastica. conf. v. 7. Hoc stu-

m) πιστῶν, *fidelium*] spem suam collocantium in DEO viuente. *Vg.*

studium, inquit, esto tuum. Hoc ipso in *studio* Timotheum etiam longius provectum *manere* jussit Ep II. c. III. 14 seqq. Quis non eodem studio, dum vivit, teneatur? Omnium aliorum studiorum est vicissitudo; alia hodie moris sunt, alia cras erunt: unum, quod Scripturæ sacræ impenditur, nunquam valde eminere videtur, sed idem unum nunquam obsolescit. Regnum, sine tyrannide & fascino, perenne habet, pretium solidum, usum nunquam pœnitendum.

¶ ἐν τούτοις ἴσθι, *in his esto*) In his qui est, minus erit in sodalitatibus mundanis, in studiis alienis, in colligendis libris, conchis, numis: quibus multi pastores notabilem ætatis partem inscientes conterunt.

¶ προκοπή, *profectus*) exercitatione constans.

16 ἔπεχε, *attende*) Hesychius, ἔσχε, ἐπίκεισο, πρόσεχε, κάτεχε, ἐπίμενε. Iob. XVIII. 2 תבינו ἐπίσχες. Et sic sæpe Siracides.

¶ αὐτοῖς, *illis*) Ref. ad *haec*: v. 15. vel ad seq. i. e. *audientibus*.

¶ σώσεις, *servabis*) ne seducamini. v. 1.

¶ τοὺς ἀκούοντας, *audientes*) cum obedientia.

CAP. V.

1 Πρεσβυτέρῳ, *seniorem*) Ætatis vocabulum, hîc.

¶ μὴ ἐπιπλήξῃς, *noli increpare*) Hoc pertinet etiam ad ea, quæ sequuntur.

¶ ὡς ἀδελφούς, *quasi fratres*) Sic senex juvenes hortari debet, *quasi liberos*.

2 ὡς ἀδελφάς, *quasi sorores*) Hic respectus egregie adjuvat *castitatem*.

3 χήρας, *viduas*) De viduis copiose Chrysost. de sacerd. pag. 166 seqq.

¶ τίμα, *honora*) beneficiis. v. 17 s.

¶ ὄντως χήρας, *revera viduas*) Ploce. τὸ *revera* excludit eas, quæ liberos habent, & luxuriosas. *cf. Lev. XXI. 13.*

4 μανθανέτωσαν, *discant*) filii, ac potius nepotes. nam in correlato commemorantur soli *progenitores*. Elegans metonymia antecedentis. consequens est, ut viduæ maneant apud suos.

¶ πρῶτον τὸν ἴδιον, *prius suam*) antequam publico muneri admoveantur.

¶ ἴδιον εὐσεβεῖν) *familiam pie tractare*. Idem verbum cum accusativo, Act. XVII. 23. Ratio pietatis patet ex fine versus.

¶ ἀμοιβὰς ἀποδιδόναι τοῖς προγόνοις, *mutuam vicem reddere progenitoribus*) Sunt, qui hîc innui putent viduarum, quæ familiam habent, officium; confertque huc Pricæus illud Augustini de matre Monica: *Mutuam vicem parentibus reddiderat, domum suam pie tractaverat.* I. 9 Confess. c. 9. Congruit illud censorum Romanorum in senes cœlibes: *Natura vobis, quemadmodum nascendi, ita gignendi legem scribit, parentesque vos alendo nepotum nutriendorum debito (si quis est pudor) alligaverunt.* Val. Max. l. 2. c. 4. Sed verbum μανθανέτωσαν, *discant*, ejusque numerus pluralis, ostendit, agi de officio liberorum & nepotum. Itaque viduæ, liberos habenti, opponitur versu 5 vidua, cui non sunt, a quibus *mutuam vicem* accipiat, quæ spes unice in Deum collocatas habet.

5 μεμονωμένη) *ad solitudinem redacta*. Explicatur notio vocabuli χήρα, *orbitatem* significantis.

¶ ἤλπικε, *speravit*) Antitheton, versu 4.

¶ προσμένει ταῖς δεήσεσι, *instat precibus*) Antitheton, versu 6.

6 σπαταλῶσα) Iac. V. 5, ἐτρυφήσατε καὶ ἐσπαταλήσατε. Hesychius, σπαταλᾷ, τρυφᾷ.

¶ ζῶσα τέθνηκε, *vivens mortua est*) Potest hoc de quolibet impio, quamvis in vita se strenue gerat, dici: sed maxime de vidua voluptuosa. Quamvis ipsa sibi adhuc

adhuc vita frui videatur, tamen vivens mortua est, quippe quæ nec naturaliter jam, nec spiritualiter frugi sit: adeoque nullum *honorem* meretur.

7 ταῦτα, *hæc*) quæ modo dicta sunt.

¶ ὦσιν, *sint*) viduæ veræ.

8 ἰδίων, *suis*) extra *domum* quoque.

¶ τῶν οἰκείων, *domesticis*) qualis vel maxime est mater aut avia vidua, *domi*. v. 4. Multi parentes hoc prætexunt avaritiæ suæ: atqui hoc loco de nepotum officio agitur potissimum, quod ex amore fluere, non fidei opponi debet.

¶ ἀ προνοεῖ, *non prospicit*) victu & amictu necessario.

¶ τὴν πίστιν ἤρνηται, *fidem negavit*) Sperat Paulus, neminem fore inter Christianos, qui matri non prospiciat. Fides non tollit officia naturalia, sed perficit & firmat.

¶ ἀπίστου, *infideli*) quem vel natura hoc docet, nunquam fidem amplexum.

9 καταλεγέσθω) *cooptetur*.

¶ μὴ ἔλαττον ἐτῶν ἑξήκοντα) Genitivus hic non pendet a comparativo, sic enim scribendum fuerat ἐλάττων, sed a χήρα. ἔλαττον (pro κατὰ ἔλαττον, ut Lat. *summum, minimum*, pro *ad summum, ad minimum*,) adverbialiter. Sic Plato, ταλαντα ἐκ ἐλαττον ἑκατόν.

¶ ἐτῶν ἑξήκοντα, *annorum sexaginta*) Antitheton, v. 11. Etiam virgines hujus ætatis accenseri viduis poterant. Sed minime laudaret apostolus eos, qui filias minores in monasteria detrudunt, ubi ab adolescentia ad obitum usque maneant.

¶ ἑνὸς, *unius*) i. e. quæ legitimo matrimonio juncta fuerit, sive unum habuerit maritum, sive unum & postea alterum.

10 ἔργοις καλοῖς, *operibus bonis*) Talia mox enumerantur: in quibus hæc quoque species est, παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ ἐπακολουθεῖν, ubi ἀγαθὸς plus est, quam καλὸς.

¶ ἐτεκνοτρόφησεν) *liberos* recte *aluit*, vel suos, vel alienos, ecclesiæ commodo.

¶ ἐξενοδόχησεν, *hospites excepit*) ut digna sit, cui ecclesia in suos collata beneficia publice compenset.

¶ ποδας ἔνιψεν, *pedes lavit*) Synecdoche partis, pro omni genere officiorum humilitatis.

¶ θλιβομένοις, *pressis*) paupertate.

n) ¶ ἐπηκολούθησε, *subsecuta est*) Antistitum & virorum est *bonis operibus præire*. Tit. III. 8. 14. mulierum, *subsequi*, adjuvando pro sua parte. Glossæ ap. Pricæum, ἐπηκολούθησεν, ἐκοινώνησεν ὑπηρέτησεν.

11 παραιτοῦ, *recusa*) noli causam earum suscipere. Idem verbum, Tit. III. 10.

¶ ὅταν γὰρ καταστρηνιάσωσι τοῦ χριστοῦ) *quum enim luxuriam contrahunt contra Christum*, de beneficiis ecclesiasticis. Genitivus regitur a κατά. στρῆνος quid sit, vid. Ap. XVIII. 3. Luxus & Christus nullo modo conveniunt.

¶ τοῦ χριστοῦ, *Christum*) cui se totas addixerant.

¶ θέλουσιν, *volunt*) re non jam integra.

12 ἔχουσαι, *habentes*) certo, jam.

¶ ὅτι) *quia*.

¶ τὴν πρώτην πίστιν ἠθέτησαν) Πίστιν ἀθετεῖν, ut Raphelius ex Polybio docet. est *fidem non servare*. conf. v. 8. Dicitur πρώτη πίστις, *prima fides*, primi temporis fides

n) παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ, *omne opus bonum*] Ubicunque boni quidquam cominus eminusve progerminat, ei fas est ut suppetias eamus. Id si viduarum fuit, quæ aliorum deinceps adjumento frui gestiebant: quanto magis viros decet, eosque in officiis constitutos? Multi gnatorum fortassis, agnatorum, vicinorum populariumve suorum curam gerunt: enimvero ignotis atque peregrinis tribuere aliquid, aut, si qua res alienior videtur vel paululum remotior esse, hujus quidem causâ tentare nonnihil, prorsus alienum ducunt. 1 Sam. XXV. 10. Experietur, quicunque bonum opus aggressus fuerit. *V. g.*

des, quam initio habebant, priusquam viduis adscriberentur. Hanc frangunt, eique opponuntur, *vota secunda*. Conf. *primus amor*, Ap. II. 4.

13 μανθάνουσι περιερχόμεναι, *discunt obeuntes*) Non est participium hoc pro infinitivo positum, sed reprehenditur discendi genus: sequiturque species, *discunt, quae domos obeundo discuntur*, i. e. statum familiarum curiose explorant. mimesis est in eo, quod *discunt* dicitur. Alias enim non nisi ea dicuntur disci, quæ bona sunt. Hæ vero *obeundo* discunt, omnia indagant, & inde proficiunt in pejus.

¶ τὰς οἰκίας, *domos*) 2 Tim. III. 6.

¶ φλύαροι, *garrulae*) verbis.

¶ περίεργοι, *curiosae*) factis.

¶ λαλοῦσαι, *loquentes*) Hoc construitur cum *discunt:* quæ didicere eloquuntur.

¶ τὰ μὴ δέοντα) ἃ μὴ δεῖ. Tit. I. 11.

14 νεωτέρας, *juniores*) Non addit, *viduas*. nam *vidua* h. l. proprie, quæ vidua manet. Et hæc ratio, quam apostolus commemorat, æque pertinet ad innuptas, atque ad viduas LX annis minores. A toto sensu apostolico abhorrent instituta monialium monastica neque de ullo monachorum grege gubernando Paulus ad Timotheum scribit. nulli enim erant.

¶ γαμεῖν, τεκνογονεῖν, οἰκοδεσποτεῖν, *nubere, liberos gignere, familiam regere*) Tres gradus societatis domesticæ. Sic habebunt, quod agant, citra otium & curiositatem.

¶ τῷ ἀντικειμένῳ, *adversario*) Verbum שטן Symmachus Ps. XXXVIII. 21 expressit verbo ἀντίκειμαι. & v. seq. fit mentio Satanæ: accipias tamen h. l. τὸ ἀντικείμενος *adversarius* de malis hominibus. conf. c. VI. 1. Tit. II. 8. 10.

¶ λοιδορίας χάριν, *calumniae gratia*) quæ paucorum vitia exaggerare, toti ecclesiæ, ipsique doctrinæ imputare gestit.

15 ἤδη, *jam*) Particula provocandi ad experientiam.

¶ τινὲς, *aliquae*) viduitatem professæ temere.

¶ ἐξετράπησαν, *abstractae sunt*) eoque occasionem dedere *calumniae*.

¶ ὀπίτω τὸ σατανᾶ, *post Satanam*) qui eas a Christo abstraxit.

16 ἐπαρκείτω, *suppeditet*) v. 10.

¶ ἡ ἐκκλησία, *ecclesia*) viduis *suppeditans*.

¶ ἐπαρκέσῃ, *sufficiat*) scil. ecclesia.

17 διπλῆς, *duplici*) ob presbyteratum & ob munus. *Presbyteratus* per se involvit venerationem ætatis. Etiam Petrus opponit *presbyteros* νεωτέροις, & tamen tanquam de munere loquitur. 1 Petr. V. 5. 1 ss. *duplex*, largum. Ap. XVIII. 6.

¶ μάλιστα, *maxime*) Poterant ergo aliqui præesse, & bene præesse, tametsi non versarentur *in sermone & doctrina*, in studiis sacris & in aliorum institutione. Qui vero ita *occupati erant*, minus vacabant opificio & rei familiari, & digni erant compensatione.

18 γὰρ, ἄξιος, *&, dignus*) Allegat hoc apostolus vel tanquam *scripturam;* vel tanquam proverbium, etiam a Domino approbatum, Matth. X. 10. Luc. X. 7.

19 πρεσβυτέρου, *seniorem*) v. 17.

¶ κατηγορίαν, *accusationem*) Privatus poterat, lege Mosis, citari uno teste, non condemnari: presbyterum ne citari quidem Paulus jubet. nam & innocentiæ majore est existimatione, & invidiæ calumniæque magis expositus.

¶ μὴ παραδέχου, *noli accipere*) Habebat ergo Timotheus potestatem judicandi in ecclesia. v. 21. 24.

20 τοὺς ἁμαρτάνοντας) *peccantes*, presbyteros, testibus convictos. his contradistinguuntur *ceteri*.

¶ οἱ λοιποὶ) *ceteri*, in grege, qui aut commiserunt idem peccatum, aut ne committant.

¶ φόβον,

¶ φόβον, *timorem*) peccare paratis congruum.

21 ἐνώπιον, *coram*) Repræsentat Paulus Timotheo judicium extremum, in quo Deus revelabitur, & Christus cum angelis coram conspicietur. Conf. 2 Tim. IV. 1. Neque tamen τὸ *coram* non pertinet ad tempus præsens. v. 4. 2 Cor. VIII. 21. Vid. cap. VI. 13 seq.

¶ καὶ κυρίου, *& Domino*) Articulus non additur, cum tamen mox addatur de angelis. Ergo *Dei* appellatio & *Domini* ad unum pertinet subjectum. conf. tamen 2 Tim. IV. 1. κυρίου non habet lectio vetusta *)

¶ ἐκλεκτῶν) Epitheton, Timothei reverentiam acuens. ἐκλεκτὸς, *eximius*. 1 Petr. II. 6.

¶ χωρὶς προκρίματος) χωρὶς τοῦ προτετῶς καὶ δίχα κεκριμένης βουλῆς πρᾶξαί σε τί. Gloss. ap. Pricæum. πρόκριμα, *praejudicium*, is facit, qui *decernit*, *ante*quam res sese aperuerit. v. 22 not. *Iudicium* esse debet, non *praejudicium*. v. 24.

¶ κατὰ πρόσκλισιν) Glossæ apud eundem, κατὰ πρόσκλισιν, κατὰ χάριν, προσωπάθειαν, ἢ ἑτερομέρειαν, Breviter, *praejudicium* per odium, *inclinatio* per favorem. [*Saepe quis praecipiti quodam raptu actus hunc illumue vel male habet vel bene: atqui considerate agendum est, & quid voluntati diuinae conueniat, cogitandum.* V. g.]

22 χεῖρας, *manus*) Timothei erat, manus imponere presbyteris.

¶ τάχεως, *cito*) re inexplorata.

¶ μηδὲ κοινώνει, *neque participaveris*) Id faciunt, qui *cito* aliquid faciunt. [*Atque hoc quidem loco repentina* manuum impositio *inhibetur. Enimuero in reliqua etiam vita frequentissima est alienorum* peccatorum participatio. *Fit ea vel ante vel post factum, cogitationibus, affectibus, gestibus, verbis, scriptis, operibus; agendo, omittendo; erga superiores, aequales, inferiores, antistites, subditos; majori minoriue culpae parte modo huic modo illi lateri incumbente.* V. g.] Salubrem exspectationem esse, docet v. 24 s. admonitionemque interponit, Timotheo juveni tantisper observandam.

23 σεαυτὸν, *te ipsum*) Antitheton: *aliena*. In transitu monetur Timotheus, quomodo in medio aliorum regimine se regere debeat: elegantissimeque hæc *parenthesis* imitatur moram negotiis *interponendam*.

¶ μηκέτι, *non jam*) Tutum monitum, præmisso illo, *te ipsum castum serva*.

24 τινῶν, *quorundam*) Non modo diversa ratio est *peccatorum*, quæ admittuntur, sed etiam hominum, eadem peccata admittentium.

¶ αἱ ἁμαρτίαι, *peccata*) facta mala, & inde cognoscendi habitus mali.

¶ πρόδηλα) *ante manifesta*, quam inquiratur, vel de hominibus quicquam statuatur.

¶ προάγουσαι) *antevertentia*, præeuntia patrantem, ut statim manuum impositione indignus cernatur. antitheton, *insequuntur*.

¶ εἰς κρίσιν) *quod attinet ad judicium* de hominibus faciendum.

¶ τισὶ) Id majorem emphasin habet, quam si iterum diceret τινῶν. *quosdam* etiam insequuntur peccata ipsorum.

¶ ἐπακολουθοῦσι, *insequuntur*) Interim patienter exspectandum, dum res se aperiat, nec inquirendum morosius. Fidelem servum tamen regit Deus, ut opportuna agat & dicat. Præpositio ἐπὶ dicit intervallum non longum.

25 τὰ ἄλλως ἔχοντα, *quae aliter se habent*) quæ non sunt *manifesta prius*. Insigne dictum & hodie inprimis observandum, quod exstat Eccl. VIII. 14.

¶ κρυ-

*) *Quapropter omittitur in* Vers. germ., *praecedente* utriusque Ed. *margine*. E.B.

¶ κρυβῆναι, *abscondi*) diu.

¶ ἃ δύναται, *non possunt*) tametsi sæpe celare velint, qui faciunt.

CAP. VI.

1 ὑπὸ ζυγὸν) *sub jugum*, dominorum ethnicorum. Antitheton, *autem*, v. 2. Servitus ergo apud fideles, non est jugum.

¶ ἰδίους, *suos*) ne se ab iis avertant, & ad alios applicent. Confusio prohibetur.

¶ τιμῆς, *honore*) quanquam foris sunt. Oppositum, *contemnere*, mox.

¶ ἀξίους, *dignos*) tametsi virtute careant.

¶ ἡγείσθωσαν, *ducant*) affectu & re ipsa.

¶ ἵνα μὴ, *ut ne*) Nam contumaciæ causam huc collaturi forent *heri*. conf. Tit. II. 5.

2 ἀδελφοὶ, *fratres*) eoque pares.

¶ εἰσὶν, *sunt*) *heri*. Servi poterant prætextum obsequii denegandi quærere, sive infideles sive fideles heros haberent. utrique peccato occurritur.

¶ δουλευέτωσαν, *serviant*) maneant in familia.

¶ πιστοί εἰσι καὶ ἀγαπητοὶ, *fideles sunt & amati*) Subaudi, *heri*. *amati*, amorem divinum experti, amoremque inde servis præstantes.

¶ οἱ τῆς εὐεργεσίας ἀντιλαμβανόμενοι, *beneficentiae subservientes*) *Beneficentia* est *beneficentia* Dei, ut *verbum, nomen, spiritus, ira, verbum Dei, nomen Dei*, &c. Huic beneficentiæ subserviunt heri fideles, *evergetae*. *Beneficentiam* cœlestem erga homines experiuntur, & ei subserviunt fideles, v. gr. heri, erga familiam, & per familiam erga alios. Hoc implicite etiam fideles heros officium docet: docet etiam versus 17.

3 ἑτεροδιδασκαλεῖ, *aliter docet*) Antitheton, *doce*. Conclusio, respondens ineunti tractationi. c. I. 3.

¶ μὴ προσέρχεται, *non accedit*) Seneca, *accedere opinioni*. & sic alii, apud Pricæum.

4 τετύφωται, μηδὲν ἐπιστάμενος) Harpocration, τετύφωμαι, αὐτὶ τοῦ ἐμβεβρόντημαι, ἔξω τῶν φρενῶν γέγονα. κτλ. Confer Raphelium ad Polyb.

¶ μηδὲν ἐπιστάμενος, *nil sciens*) quamvis ἐπιστήμην *scientiam* sibi vindicet. conf. cap. I. 7.

¶ νοσῶν περὶ, *morbidus de*) Antitheton, *salubribus*. Plut. νοσεῖν περὶ δοξαν, περὶ σφραγίδια πολυτελῆ, *insanire amore gloriae*, vel *sigillorum pretiosorum*.

¶ λογομαχίας, *logomachiis*) 2 Tim. II. 14 not.

¶ ἐξ ὧν γίνεται, *ex quibus fit*) Ib. v. 23.

¶ ἔρις, *lis*) Tit. III. 9.

¶ ὑπόνοιαι πονηραὶ, *suspiciones malae*) per quas ii, qui non omnia statim assentiuntur, invidi putantur.

5 διαπαρατριβαὶ) Διατριβὴ, *tractatio scholastica*. παρὰ insertum, facit significatum rei perversæ, uti κατατομὴ, pro περιτομὴ, Phil. III. 2. Opponitur τῷ *accedere*, v. 3.

¶ διαπαραλριβαὶ διεφθαρμένων ἀνθρώπων) *perversae tractationes*, quæ non nisi *corruptos* mente *homines* decent. 2 Tim. III. 8, *homines corrupti mente*.

¶ νομιζόντων, *putantium*) i. e. quippe cum putent. non enim præmittitur &. conf. Rom. II. 18. 20. 2 Tim. II. 21. Hebr. VI. 6, ubi similis participiorum ratio.

¶ πορισμὸν) *quaestum*, rei parandæ causa datum.

6 ἔστι δὲ, *est vero*) Non plane vult negasse, *quaestum esse pietatem*.

¶ πορισμος) *expedita vitae ratio*.

¶ μέγας, *magnus*) Nam affert αὐτάρκειαν, *animum sua sorte contentum*, ceteris incognitum.

¶ μετὰ,

¶ μετὰ αὐταρκείας, *cum animo sua sorte contento*) Hic pietatis comes.

7 οὐδέν, *nihil*) Animo & corpore constat homo nascens: cetera, aliena & externa ei sunt.

¶ εἰσηνέγκαμεν, *intulimus*) Subaudi, *& tamen vitam nacti sumus*. vid. Matth. VI. 25.

¶ δῆλον ὅτι) *scilicet*. Formula declarandi.

¶ οὐδὲ ἐξενεγκεῖν, *neque efferre*) Cur ergo multa coacervemus? Id tantum agitur, ut habeamus πόρον, *expeditum iter*, dum patriam attingimus.

8 ἔχοντες, *habentes*) Implicite affirmatur, nos *habituros esse*.

¶ διατροφὰς) *alimenta*, quibus *interim* alamur. hoc διὰ valet. Σκεπάσματα, *amictum*, nec non tectum.

¶ τούτοις) *his*, etiamsi absit argentum. v. 10.

¶ ἀρκεσθησόμεθα) *satis habituri sumus*, in re: cur non etiam in affectu?

9 βουλόμενοι, *volentes*) Hæc *voluntas*, *animi sua sorte contenti* inimica; non ipsæ opes. quas idcirco divites non jubentur abjicere. v. 17 f.

¶ πλουτεῖν, *divites esse*) habere plus, quam victum & amictum.

¶ ἐμπίπτουσιν· βυθίζουσι· *incidunt: mergunt*) Tristis gradatio.

¶ πειρασμὸν) Paronomasia, πορισμὸς, πειρασμός. *Tentatio* opponitur victui, item fidei; laqueus, amictui, & justitiæ; concupiscentiæ, animo contento.

¶ παγίδα, *laqueum*) adeo non inveniunt πόρον.

¶ ὄλεθρον, *interitum*) corporis.

¶ ἀπώλειαν, *perditionem*) etiam animæ. conf. *omnium*. v. 10. Hoc opponitur *magno* illi *quæstui*. v. 6.

10 πάντων τῶν κακῶν, *omnium malorum*) Nam perimit fidem, bonorum omnium radicem. prima specie videtur amor numi flagitiis plerisque alimentum subtrahere, ut luxuriæ, proteviæ &c. sed revera malorum omnium est radix. *Mala omnia* in v. 9 comprehenduntur, sub *tentatione*, *laqueo*, *concupiscentiis*, *interitu*, *perditione*: quanquam articulus τῶν non præcise illuc respicit, sed ad πάντων pro more additur ad rem exaggerandam, absque vi relativa.

¶ φιλαργυρία, *amor numi*) quum argentum amatur per se, non ad paranda alimenta & tegumenta adhibetur.

¶ ἧς) φιλαργυρίας, ἀργύρου.

¶ τινὲς) *quidam*, Ephesii. conf. c. V. 15.

¶ ὀρεγόμενοι, *appetentes*) c. III. 1 not.

¶ ὀδύναις πολλαῖς, *doloribus multis*) conscientiæ, de male partis mordentis: animi, ad plura congerenda urgentis. Horum dolorum remedium, *fides*.

11 ὦ ἄνθρωπε τοῦ θεοῦ) Sic LXX pro Hebr. *Vir Dei*, i. e. propheta, internuncius Dei ad homines, a rebus terrenis remotus.

¶ ταῦτα φεῦγε, *hæc fuge*) Reassumit post parenthesin, quæ dixerat v. 5 in fine. Itaque *hæc* refertur ad v. 4. 5. nam utraque enumeratio apertum facit antitheton. quo pertinet *fuge*, *sectare*.

¶ δικαιοσύνην, *justitiam*) Hæc cetera complectitur, primoque loco ponitur iterum, 2 Tim. II. 22.

¶ εὐσέβειαν, *pietatem*) Antitheton, abusus *pietatis*. v. 5.

¶ πίστιν, ἀγάπην, *fidem*, *amorem*) Oppositæ, *invidiæ*, *litis*. v. 4.

¶ ὑπομονὴν, *patientiam*) qua perferuntur etiam *blasphemiæ*. ibid.

¶ πραότητα, *mansuetudinem*) qua vincuntur *suspiciones malæ*. ibid.

12 τὸν καλὸν ἀγῶνα, *bonum certamen*) Antitheton, *logomachiæ*. v. 4.

¶ ἐπιλαβοῦ, *apprehende*) ut quiddam, quod præsto est: ceteris relinque suas *quæstiones*. ibid. Metonymia consequentis, cum argumento a facili. Eadem locutio,

v. 19. Simile a ſtadio & brabeo. conf. 2 Tim. IV. 7 ſeq.

¶ ἐκλήθης καὶ ὡμολόγησας, *vocatus & confeſſus es*) Correlata, vocatio divina & confeſſio fidelium. Vtraque in baptiſmo fit. [*Siquando promiſſum DEO feciſti; Ipſe obnoxium ſibi te judicat. Eaque inſignis eſt beneuolentia.* V. g.]

¶ τὴν καλὴν ὁμολογίαν) *bonam illam confeſſionem.* [*de regno Chriſti, v. 13.* V. g.] Sic quoque, v. ſeq. Sed differunt verba: *confeſſus es*, cum aſſenſione teſtium: *teſtatus eſt*, non aſſentiente Pilato.

¶ ἐνώπιον πολλῶν μαρτύρων, *coram multis teſtibus*) qui contra te, ſi deficeres, teſtaturi forent.

13 παραγγέλλω, *denuncio*) Vide, quantum munus evangelii prædicandi. 2 Tim. IV. 1.

¶ τοῦ ζωοποιοῦντος τὰ πάντα, *vivificante omnia*) LXX, Neh. IX. 6. Præſupponitur hîc, quæ ibidem commemoratur, creatio omnium. Pars hymni exprimitur: hymnus totus innuitur. Dei virtus te quoque, o Timothee, in officio tuo *animat* & ad vitam æternam reſuſcitabit.

¶ τοῦ μαρτυρήσαντος, *teſtante*) Confeſſio Chriſti *animat* omnes confeſſiones. *Teſtari confeſſionem*, erat Domini: *confiteri confeſſionem*, Timothei.

¶ ἐπὶ ποντίου πιλάτου, *ſuper Pontio Pilato*) Periocha temporis notiſſima.

¶ τὴν) *illam*, quam omnes chriſtiani ab Ipſo factam norunt, de *regno*. v. 15.

14 τὴν) *hoc*.

¶ ἄσπιλον, ἀνεπίληπτον, *labis expertem irreprehenſibilem*) Maſculina.

¶ μέχρι, *usque*) Fideles in praxi ſua proponebant ſibi diem Chriſti, ut appropinquantem: nos ſolemus nobis horam mortis proponere.

¶ ἐπιφανείας, *apparitionem*) Sæpe recurrit hoc verbum in 2 ad Tim. & Titum.

15 καιροῖς ἰδίοις, *temporibus ſuis*) Numerus pluralis obſervandus, brevitatem temporum non valde coarctans. *ſuis*, quorum ratio, poteſtas, notitia & revelatio penes Ipſum eſt. ſic, ἴδιος, c. II. 6. 2 Tim. I. 9. Tit. I. 3. Reſervatum divinum.

¶ δείξει, *oſtendet*) *Oſtendi* dicitur, quod jam ante erat. Deus oſtendet: (Act. III. 20.) cujus hîc magnificentiſſimum ſubſequitur encomion, ipſam involvens Chriſti gloriam.

¶ ὁ μακάριος καὶ μόνος δυνάστης, *beatus & ſolus dynaſta*) Duo prædicata. prius, addito item *ſolus*, tractatur v. 16. nam τὸ μακάριος & ἀκήρατος idem etymon habent, & *immortalem* dicunt. & inde ei debetur *honor*. alterum, tractatur mox, h. v. & inde ei debetur *robur æternum*. Cauſa, cur in confeſſione evangelii non debeant timeri homines *potentes* & *mors* ab eis intentata. Sic, *potentia æterna* dicitur Rom. I. 20.

¶ τῶν βασιλευόντων, τῶν κυριευόντων, *regnantium, dominantium*) ſpiritualiter & politice.

16 μόνος, *ſolus*) Hoc *ſolus* commode huc dilatum eſt, quia ſubſequitur alia ſimilis locutio in *nullus, neque*.

¶ ἔχων) *habens*, eoque daturus nobis.

¶ ἀθανασίαν, *immortalitatem*) Adjectivum *immortalis* non exſtat in N. T. ſed ἄφθαρτος, *incorruptibilis*. Neque ἀθάνατος aut ἀθανασία habent LXX. Vtrumque habet Sapientiæ liber, qui ſemper græcus fuit.

¶ φῶς, *lucem*) Poſt *vitam* ſtatim mentio *lucis*.

¶ ἀπρόσιτον) *inacceſſam*, creaturis; niſi quatenus & ab Ipſo admittuntur, & ipſe ad eas exit. ad ſplendorem et mus. div. non ſit accedere mens hum. eo

¶ οὐδεὶς ἀνθρώπων, *nemo hominum*) Sic plane Exod. XXXIII. 20. Quod *hominibus* negatur, Ioh. I. 18. 1 Ioh. IV. 12, id ſanctis obtinget. Matth. V. 8. 1 Cor. XIII. 12. 1 Ioh. III. 2. Ap. XXII. 4. familiariter uti.

17 τοῖς πλουσίοις, *divitibus*) Multi divites

vites Ephesi. Appendix epistolæ (*Post scriptum*) magni momenti.

¶ ἠλπικέναι, *sperasse*) Hæc spes mala, tenacitatis nervus, *fructum*, quem Paulus mox appellat, sufflaminans.

¶ ἀδηλότητι, *incerto*) Ideo non sperandum in opibus, quia *incertissimæ* sunt, *in futurum*.

¶ ἐπὶ τῷ θεῷ, *super Deo*) Ἐπὶ habent *Al. Aug. 6. Bœrner. Clar. Colb. 7.* plurisve. Sic expressius est antitheton ad illud, ἐπὶ πλούτου ἀδηλότητι. Spes, Deo *innixa*, firmitudinem habet. Ἐν habet lectio communis, quæ subjungit, Τῷ θεῷ Τῷ ζῶντι, ex cap. IV. 10, ut videtur. nam τῷ ζῶντι non habent *Al. Bœrn. Colb. 7. Rec. 2. Æth. Lat.* in ms. Reutling. *Gildas*, *Haimo*.

¶ πλουσίως, *abunde*) Alias nemo foret πλούσιος, *dives*.

¶ εἰς ἀπόλαυσιν, *in fructum*) *Fructus* est in dando, non in tenacitate. Otium abesse debet, ut ab homine, sic ab ejus facultatibus. Iac. V. 2. 3.

18 ἀγαθοεργεῖν) *studere beneficiis*. Hanc diligentiam sequitur, ut *sint divites* in *bonis* operibus. ἀγαθὸν & καλὸν differunt. ἀγαθὸς infert simul notionem *beatitudinis*, (coll. Marc. X. 18 not.) καλὸς connotat *pulcritudinem*.

¶ εὐμεταδότους, *liberales*) impertiendo, singulatim.

¶ κοινωνικούς, *communicativos*) mutuum dando, in commune conferendo, cum multis. Alias *divisione* actionum, consiliorum, rerum, maxime delectantur divites, & sunt imperiosi, insolentes.

19 ἀποθησαυρίζοντας ἑαυτοῖς, *recondentes sibi ipsis*) Peculium optimum, quod in posterum reconditur. Antitheton κοινωνικούς, *communicativos*. Sic Tob. IV. 10, μὴ Φοβοῦ ποιεῖν ἐλεημοσύνην· θέμα γὰρ ἀγαθὸν θησαυρίσεις σεαυτῷ εἰς ἡμέραν ἀνάγκης. Alias divites non sibi, sed aliis thesauros colligunt. *Dando colligere*, suave oxymoron. Præpositio ἀπὸ in ἀποθησαυρίζοντας egregiam vim habet, *seorsum*, *in longinquum*.

¶ θεμέλιον καλὸν, *fundamentum bonum*) Appositio elliptica. i. e. ἀποθησαυρίζοντας θησαυρὸν, θεμέλιον καλόν. Metaphora cumulata, uti Ps. XXXVII. 5 cum explic. Gejeri. Opera beneficentiæ appellat *fundamentum bonum*, cui opponitur *divitiarum incertum*. θεμέλιος Hebr. עיקר illud cui innitimur, ut est Syngrapha, hypotheca. &c. [Fundum *vulgo dicunt*. V. g.]

¶ εἰς τὸ μέλλον, *in futurum*) Antitheton, *in præsenti sæculo*. v. 17. coll. c. IV. 8.

¶ ἐπιλάβωνται, *arripiant*) tanquam ex naufragio emergentes. Mercatore naufragio salvus thesauros domum præmissos invenit. In v. 12 expressa est *agonis* mentio; eadem locutio, non eadem allegoria.

¶ Τῆς *) ὄντως ζωῆς) Conf. ὄντως, c. V. 3. 5. 16. *Vera vita*, ex Deo vivente.

20 ὦ τιμόθεε, *o Timothee*) Appellat, familiariter, ut filium, c. I. 18, cum gravitate & amore. Extrema, versu 20. 21, respondent initio epistolæ, & exinde sunt explicanda.

¶ τὴν παραθήκην, *depositum*) c. I. 18. Sic, *præceptum*. v. 14. 2 Tim. I. 14 not. Oppositum hoc loco, *vocum inanitates*.

¶ τὰς βεβήλους κενοφωνίας, *profanas vocum inanitates*) LXX, τὰς κενολογοῦντας, pro המצפצפים Es. VIII. 19. Vsitata pridem sunt Magis vocabula barbara, quæ arcanam perhibentur habere vim, cum revera nullam habeant, sintque *inania* prorsus. Eo respexisse videtur Paulus, substituto vocabulo significantiore. nam φωνὴ, *vox*,

*) *Hanc lectionem, cui* Ed. maj. *minus tribuerat, lectioni* ἀιωνίᾳ *præfert margo* Ed. 2, *suffragante* Vers. germ. E. B.

vox, vehemens. conf. 2 Tim. II. 15. 16 not. Quin etiam τὸ γνῶσις convenit cum Hebræo ידעוני l. c. quod Græci certe in libb. Sam. & Reg. interpretati sunt γνώστην. Quo pacto Paulus falsos doctores vocabulis magos & magiam notantibus appellat, ut ostendat, quam eos abominetur. conf. γόητες, 2 Tim. III. 13. Clemens Al. l. 2 Strom. f. 280 ad hæc Pauli verba subjicit, ὑπὸ ταύτης ἐλεγχόμενοι τῆς φωνῆς οἱ ἀπὸ τῶν αἱρέσεων, Τὰς πρὸς τιμόθεον ἀθετοῦσιν ἐπιστολάς.

¶ καὶ ἀντιθέσεις, *& oppositiones*) *Oppositiones* varias falsa γνῶσις *cognitio*, ex philosophia desumtas, curiose venditabat, duos deos ἀντιτέχνας, alterum bonum, alterum malum, & in utroque genere miras ἀντιστοιχίας fingens. Has *oppositiones* notat Paulus, simulque graviter eas illudit per amphiboliam, quod earum doctores *opponant* se ipsos veritati, eorumque *theses contrariæ* sint fundamento pridem posito. Vide conjugata, ἀνθιδιατιθεμένους & θεμέλιος, 2 Tim. II. 25. 19. Ipse contra Paulus in epistolis, ad Timotheum inprimis, sapientissimas *antitheses* pertractat. v. gr. 1 Tim. I. 7: 8. III. 16: IV. 1. 6: 7. VI. 2: 3. 5: 6. 10: 11, ubi expresse, *Tu vero*. Porro 2 Tim. II. 15-23: unde rursum frequens illud, *Tu vero*, c. III. 10. 14. IV. 5.

¶ ψευδωνύμου γνώσεως, *falso nominatæ cognitionis*) Ad *cognitionis*, sejuncto epitheto, refertur *quam*, v. 21. *Cognitionem* jactabant & appellabant *gnostici*, qui hîc per metonymiam abstracti notantur: sed *falso* eam sic *nominari* Paulus ait. sunt μὴ νοοῦντες *non intelligentes*, c. I. 7.

21 περὶ τὴν πίστιν ἠστόχησαν, *in fide aberrarunt*) Quanquam ἐπιστήμην *scientiam* & γνῶσιν *cognitionem*, v. 4. 20, ejusque εὐσοχίαν & sagacitatem ad se redigere conantur, tamen veram sagacitatem, quæ *fidei* est, amiserunt, non capientes, quid sit *credendum*, & quid sit *credere*. conf. 2 Tim. III. 7. 8.

¶ ἡ χάρις, *gratia*) non ignota tibi. Breviter indicat.

¶ μετὰ σοῦ, *tecum*) Nullæ hîc adduntur erga alios salutationes. neque enim publice erat legenda epistola.

IN EPISTOLAM II AD TIMOTHEVM.

CAPVT I.

1 Παῦλος, *Paulus*) Tres sunt hujus epistolæ partes:

I. Inscriptio. *c. I. 1. 2.*
II. Invitatio, VENI AD ME VINCTVM, varie insinuata.
1. Desiderio suo erga Timotheum declarato, v. 3 s. comiter eum

horta-

hortatur: NE TE PVDEAT MEI: v. 6 ſ. ſubjunctis
exemplis triſtibus, *v. 15*
& beatis. *v. 16 ſ.*
2. propoſitio bipartita: ESTO FORTIS, & fidis hominibus
partes tuas COMMITTE. cap. II. v. 1. 2. Prior pars
tractatur v. 3-13, altera, v. 14, cum adhortatione, ut
Timotheus ipſe ante iter ſe ſancte gerat. *v. 15 ſ. cap. III. 1 ſ. IV. 1 ſ.*
3. VENI CELERITER. v. 9. Hîc Paulus
1. ſolitudinem ſuam commemorat. *v. 10 ſ.*
2. libros apportari jubet. *v. 13.*
3. de adverſario monet. *v. 14 ſ.*
4. hominum inconſtantiam notat, & Domini fidem
prædicat. *v. 16 ſ.*
4. VENI ANTE HIEMEM. Hæc invitatio ſalutationibus
circumdatur. *v. 19 ſ.*
III. Votum. *v. 22.*

Volebat Paulus, ut Timotheus ad ſe vinctum ſine timore veniret: eique ante ſuum deceſſum lampada evangelici muneris erat traditurus. c. IV. 5. 6. Teſtamentum Pauli & cygnea cantio eſt hæc epiſtola. Longe ea poſt priorem ad Tim. epiſtolam ſcripta, & tamen valde ſimilis eſt utriusque tonus.

¶ κατ' ἐπαγγελίαν, *ſecundum promiſſionem*) Huic promiſſioni ſubſervit Paulus in ſuo munere. Sic κατὰ *ſecundum*, Ioh. II. 6. Conf. de particula & de re, Tit. I. 1. 2.

¶ ζωῆς, *vitæ*) & mihi, & tibi, & electis paratæ. Nervus ad Timotheum hortandum, v. 10. c. II. 8. [Vitæ *nimirum diſcrimine non videbatur iter ſuſcipiendum carere.* V. g.]

2 ἀγαπητῷ, *dilecto*) Epitheton aptum. ſequitur enim ſumma amoris declaratio. In ep. I ſcripſerat, *genuino*: id compenſatur hîc verſu 5.

3 χάριν ἔχω, *gratiam habeo*) Martyrio proximus, tamen gratias agit. *Gratiam habet* Deo Paulus, pro fide Timotheo donata, v. 5. Itaque *ſicut indefinentem-implerer* per parentheſin ponitur, ad declaranda illa, quæ ſequuntur, *recordationem accipiens* namque ὡς *ſicut* declarandi particula eſt.

¶ ᾧ λατρεύω, *cui ſervio*) Rom. I. 9 not.

¶ ἀπὸ προγόνων, *a majoribus*) *Majores* Paulus innuit, non Abrahamum &c. quos *patres*, nunquam προγόνας appellat; ſed progenitores proximos: ſignificatque ſuam in vera religione vetuſtatem, inde a ſuperiore ætate hominum, ſive ipſi majores Pauli pii fuerint, id quod valde credibile eſt, ſive minus; nam non addit, *meis*. Defungi paratum juvat memoria anteceſſorum, ad quos aggregatur. Etiam Timotheo aviam & matrem in memoriam revocat. v. 5. Hæc præcipue epiſtola habet quiddam ſenile, mite, facile.

4 ἐπιποθῶν σε ἰδεῖν, *deſiderans te videre*) Invitare Timotheum incipit, paulatim.

¶ μεμνημένος σου τῶν δακρύων, *recordatus tuarum lacrumarum*) Non ſolum de lacrumis priſtinis Timothei, Paulo valedicente profuſis, (ſolent enim apud valedicendum lacrymæ cieri, conf. Act. XX. 37.) ſed de pia ejus conſuetudine loqui videtur. In hoc quoque genere *unanimem* eum habebat, conf. Act. XX. 19 not. Lacrumæ, flos cordis; aut ſummam hypo-

crisin, aut summam sinceritatem indicant. Ludibrium ex lacrumis indicium est pravitatis nostri seculi.

¶ ἵνα, *ut*) Construe cum *videre*.

5 ὑπόμνησιν λαμβάνων, *recordationem accipiens*) Paulo externa quædam occasio aut nuncius a Timotheo in memoriam revocarat hujus fidem. Ammonius, ἀνάμνησις, ὅταν τις ἔλθῃ εἰς μνήμην τῶν παρελθόντων· ὑπόμνησις δὲ, ὅταν ὑφ' ἑτέρου εἰς τοῦτο προαχθῇ.

¶ πίστεως, *fidei*) Ex omnibus Timothei virtutibus *fides* maxime ad propositum pertinet.

¶ ἐνῴκησε, *inhabitavit*) Hoc verbo notatur perpetuitas.

¶ πρῶτον) *prius:* fortasse ante natum Timotheum. Huc pertingit memoria Pauli. Loidos parentes quales fuerint, non definitur.

¶ μάμμῃ, *avia*) Suavis est defunctorum memoria familiaribus, præsertim morti vicinis, & posteris.

¶ μητρὶ, *matre*) Hæc nupserat viro Græco.

¶ Εὐνείκῃ, *Eunike*) Exstat id nomen apud Hesiodum in Theogonia. Lois videtur Eunikes mater fuisse, & utraque defuncta.

6 δι' ἣν αἰτίαν, *quam ob causam*) quia scil. ὑπεμνήσθην, *admonitus sum.*

¶ ἀναμιμνήσκω, *admoneo*) Admonitus, monet.

¶ ἀναζωπυρεῖν) *ut resuscites.* Idem verbum, Gen. XLV. 27. 1 Macc. XIII. 7. ζωπυρέω, de mortuo *resuscitato*, 2 Reg. VIII. 1. 5. Oppositum, σβεννύειν, *exstinguere*. Matth. XXV. 8. 1 Thess. V. 19. Videtur Timotheus, Paulo diu carens, nonnihil remisisse. conf. not. ad c. II. 22. certe nunc ad majora stimulatur.

¶ τὸ χάρισμα, *donum*) cum fide conjunctum, v. 5, vividum, v. 7.

7 πνεῦμα, *spiritum*) Id est, Spiritus, quem Deus nobis dedit, non est spiritus timoris, sed virtutis &c. Hinc testantur fideles. v. seq. & Ioh. XV. 26. 27.

¶ δειλίας) Eustathius, δειλὸς, ὁ δεδιὼς τὰς ἴλας, *timens agmina militum.* conf. Sir. XXXVII. (11) 12. Id etymon huc valde quadrat. coll. c. II. 3. Est *timor*, cujus causæ potius in animo sunt, quam foris. Causas, quæ *foris* sunt, hic timor *intus* nimis exaggerat. Actus timoris semper causam habet in animo, sed habitus animosus pellit & vincit causas externas.

¶ δυνάμεως) Δύναμις, *robur* timori oppositum. Innuitur divinum *robur* in nobis, non nostrum, v. 8, & sic *amor* & *sobrietas.* Hæc omnia in nobis operantur, nosque animant ad officia erga Deum, & sanctos, & nos ipsos. *robur* & *sobrietas* sunt duo, sed bona, extrema: *amor*, medium, utriusque vinculum & quasi temperamentum, mala duo extrema, timiditatem & temeritatem, eximens. De *robore* sive *virtute*, v. 8 seqq. de *amore*, c. II. 14 ss. de *sobrietate*, c. III. 1 ss. [*Potiora hæc sunt quibuscunque viribus miraculosis.* V. g.]

¶ καὶ ἀγάπης, *& amoris*) Amor autem etiam vinctos amplectitur, pulso timore. conf. 1 Ioh. IV. 18.

¶ καὶ σωφρονισμοῦ, *& sobrietatis*) Verbale. σωφρονίζεσθαι, *sobrie agere*, est juvenum, Tit. II. 4. 6. & juvenis erat Timotheus. c. II. 22. 1 Tim. IV. 12. Ideo monetur, ut omnia *vitæ* commoda missa faciat, c. II. 4, & spinas removeat, Luc. VIII. 14. Id docet Spiritus: & qui discit, a timore liberatur, & *testimonium* Domini sui amplectitur.

8 μὴ οὖν ἐπαισχυνθῇς, *ne igitur pudeat te*) Timorem pudor comitatur: victo timore, fugit pudor malus. Conf. v. 12. 16, ubi Paulus suum & Onesiphori exemplum, contrariis versu 15 admixtis, proponit.

¶ τοῦ κυρίου ἡμῶν, *Domini nostri*) Rara anto-

antonomasia. Alias Paulus aut *nostri* omittit, aut nomen *Iesu Christi* addit. nunc, quum dicit, *Domini nostri*, hunc opponit Cæsari, quem sui sic appellabant.

¶ μηδὲ ἐμὲ, *neque mei*) Causa servorum Dei non potest sejungi a causa Dei.

¶ τὸν δέσμιον, *vincti*) Victorum facile pudet, Romæ præsertim.

¶ συγκακοπάθησον, *una patere mala*) *Patere mala*, c. II. 3. 4. 5, idque *mecum* & *cum evangelio*.

¶ δύναμιν, *virtutem*) Hæc, omnia exsuperans, nervose describitur v. 9. 10. simulque adhortatio prævia, v. 8, ex re ipsa deducitur, & nervos suos ex sequenti descriptione v. 9 s. nanciscitur.

¶ θεὸς, *Dei*) Memoratur etiam Christus Iesus & Spiritus sanctus v. 13 s.

9 σώσαντος, *qui servavit*) per conversionem. Act. II. 47. Egregie describitur amor Patris & gratia Salvatoris, & tota salutis œconomia, pro qua propaganda operæ pretium sit pati ac mori. *Servatio* hæc est applicativa, non tantum acquisitiva, eam ipsam ob causam, quia tam arcte cum *vocatione* connectitur. Omnia, quæ v. 9 sub κατὰ stant, actu ipso præcedunt *salvationem* & *vocationem*: *salvatio* & *vocatio* in re sequuntur. Si quis in statum *vocationis* venit, hoc jam initium est totius salutis: quo sensu *vocatio* est pars *salvationis*, *salvatio* est totum: sunt autem ambo conjunctissima. Ipsa solicitudo Pastoris prior est, quam vocem pastoris ovicula audit.

¶ κλήσει ἁγίᾳ, *vocatione sancta*) quæ tota ex Deo est & nos totos Deo vindicat. sanctitas & divina origo hujus vocationis mox uberius describitur, præsertim epitheto ἰδίαν, *suam*, opera nostra excludente.

¶ ἰδίαν, *suam*) Rom. IX. 11. Eph. II. 8. 1 Tim. VI. 15 not.

¶ τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν, *datam nobis*) Antequam nos essemus, data est nobis, acceptante jam tum Mediatore.

¶ ἐν χριστῷ ἰησοῦ - διὰ - ἰησοῦ χριστοῦ, *in Christo Iesu - per - Iesu Christi*) Perquam scite nomen *Christi* in mentione œconomiæ veteris, nomen *Iesu* in mentione novæ præponitur.

¶ πρὸ χρόνων αἰωνίων, *ante tempora æterna*) Tit. I. 2. Rom. XVI. 25 not.

10 φανερωθεῖσαν, *manifestatam*) Congruunt illustria verba, *apparitionem* & *luci exponentis*.

¶ ἐπιφανείας, *apparitionem*) in carne. Non significatur hîc ipse tantummodo adventus, sed tota commoratio Christi inter homines.

¶ τὸν θάνατον, *mortem*) Articulus notanter positus. *Mortem* Paulus hoc loco quasi removet directe. Mortem ergo jam non timere debet miles Christi.

¶ φωτίσαντος, *luci exponentis*) Sermo concisus: & comparavit nobis, (id subaudiendum ex opposito, καταργήσαντος *qui abolevit*) & luci exposuit per evangelium. Conf. Eph. II. 17.

¶ ζωὴν καὶ ἀφθαρσίαν) ἓν διὰ δυοῖν.

¶ διὰ τοῦ) *Schœttgenius* construit cum καλέσαντος v. 9. Possis construere διὰ τῆς -(καὶ) διὰ τοῦ εὐαγγελίου, *per apparitionem* -(&) *per evangelium*.

11 ἐθνῶν, *gentium*) Constr. etiam cum *præco & apostolus*. Tria sunt nomina, *præco*, *apostolus*, *doctor*. I *Præco* publicus est etiam in uno eodemque loco. II *Apostolus* ubique discurrit, sed apostolico suo muneri satisfeciisset, si nuncium suum semel exposuisset. III *Doctor*. Hîc accedit assiduitas & perseverantia docendi: unde exstitit *passio*.

12 ταῦτα πάσχω, *hæc patior*) hæc adversa mihi obtingunt.

¶ γάρ, *enim*) Pudorem pellit fiducia futuri.

¶ ᾧ) ᾧ, inquit, non τίνι. novi *eum*, *in quem* fidem collocavi meam; tametsi mundus eum non novit.

¶ πι-

¶ πεπίστευκα) *credidi*, depositumque meum commisi. Hîc innuitur Dei *fidelitas*; coll. c. II. 13. mox memoratur etiam *potentia*.

¶ πέπεισμαι, *persuasus sum*) Rom. VIII. 38.

¶ δυνατὸς, *potens*) adversus tot hostes.

¶ τὴν παραθήκην μου, *depositum meum*) Aliud est depositum, quod nos divinitus nobis commissum custodire debemus, v. 13. coll. c. II. 2, παράθου· aliud*), quod Deus, a nobis ipsi commissum, custodit, hoc versu: & hoc quidem est anima nostra, 1 Petr. IV. 19. coll. Luc. XXIII. 46, nos ipsi, & portio nostra cœlestis. Paulus, decessui proximus, duo depositа habebat: alterum Domino, alterum Timotheo committendum.

¶ φυλάξαι, *custodire*) etiam in morte.

¶ ἐκείνην, *illam*) v. 18. c. IV. 8.

13 ὑποτύπωσιν) Ὑποτυπόομαι, *mente agito*. Vult ergo Paulus, ea, quæ Timotheus semel audierat, semper animo ejus obversari & impressa manere. Inde nervos debet sumere confessio externa. Fidem & amorem Paulus Timotheo proposuit: fidem & amorem Timotheus exprimat ac referat.

¶ ἔχε) *tene*. Aptum verbum sermoni de depositо. ἔχε dicit, non ἔχεις. Neque institutum erat Pauli, ut daret ceu doctor Timotheo informationem de summa verborum salutarium.

¶ παρ' ἐμοῦ ἤκουσας, *a me audivisti*) conf. c. II. 2, ubi diverso verborum ordine dicitur, *audivisti a me*. Scilicet hîc, v. 13 urgetur auctoritas Pauli, cur eo magis tenere debeat: hinc præponitur *a me*. Sed c. II. 2 opponuntur *audivisti* & *committe*: hinc præponitur *audivisti*.

¶ ἐν, *in*) Constr. cum ἔχε *tene*. coll. 1 Tim. III. 9.

14 Τὴν καλὴν παραθήκην) Τὴν, *hoc bonum depositum*: videlicet *sermones salubres*, quos ad te deposui. conf. c. II. 2.

¶ διὰ πνεύματος ἁγίου, *per Spiritum sanctum*) Hic est arrhabo depositi cœlestis: quod qui custodit, etiam depositum sibi commissum custodit. unde urgetur *inhabitatio*.

15 ἀπεστράφησάν με, *aversati sunt me*) Romæ. c. IV. 16.

¶ ἐν τῇ Ἀσίᾳ, *in Asia*) Eo igitur remigrarunt. Non sic Timotheus, quamvis etiam in Asia erat, Ephesi.

¶ Φύγελλος καὶ Ἑρμογένης, *Phygellus & Hermogenes*) Hos aliquis fortasse ceteris constantiores putasset.

16 δῴη, *det*) Inconstantibus non imprecatur: v. 15. constantibus optime precatur. Sententia categorica: Onesiphorus pulcre stetit. Sermonem modalem efficit affectus.

¶ ἔλεος, *misericordiam*) Onesiphorus abundarat operibus *misericordiæ*.

¶ ὁ κύριος, *Dominus*) Christus.

¶ τῷ Ὀνησιφόρου οἴκῳ, *Onesiphori domui*) Ephesi. v. 18. c. IV. 19. Ipse Onesiphorus aberat, vel jam tum obierat. ideo superstites voto mactat Paulus, immo etiam ipsum. v. 18.

¶ πολλάκις, *sæpe*) Ephesi & Romæ.

17 καὶ ἔυρε, *& invenit*) divina ope. Res magna, in tanta urbe, ubi non multi curarent Paulum vinctum. Huc respondet, *invenire*, v. 18. Invenit me, in tanta frequentia: inveniat misericordiam, in illa panegyri. Similis allusio, bis, c. II. 9 not.

8 δῴη,

*) *Hanc* distinctionem, *aperto Scripturæ paralleliſmo illustratam, non tangit cel. D.* Ernesti, *quum*, Bibl. th. *T. VIII. p. 768 eam interpretationem potius probat, qua etiam hoc versu* παραθήκη *Trinam* euangelii *innuere censetur.* Textui *quid conveniat, judicatu non est difficile:* linguæ usui *utramque explicationem respondere, ipse* Gnomon *docet.* E. B.

18 δώη, *det*) Anaphora, pathetica.

¶ αὐτῷ) *ipsi.* antitheton ad domum ejus.

¶ ὁ κύριος, *Dominus*) Christus, cui id præstitit ille.

¶ παρὰ κυρίου, *a Domino*) Idem Christus, qui retribuet. Nomen pro pronomine reciproco, cum emphasi, uti Luc. XI. 17 not. 2 Thess. III. 5.

¶ διηκόνησε, *ministravit*) etiam post meam profectionem. 1 Tim. I. 3.

¶ βέλτιον) *melius*, quam ego.

CAP. II.

1 Σὺ, *tu*) Intenditur adhortatio. v. 3. c. III. 10 not.

¶ τέκνον μου, *fili mi*) Argumentum, cur Timotheo imitandus sit Paulus; a necessitudine spirituali.

¶ ἐνδυναμοῦ) c. I. 7. *fortis esto* & talem te præbeto. [*Tractatur hoc v. 3-13.* V. g.]

¶ ἐν τῇ χάριτι, *in gratia*) Gratia communis, impellit & corroborat etiam ad singularia officia. Incentivum est & stimulus.

2 διὰ, *per*) *coram.* 1 Tim. VI. 12.

¶ παράθου, *committe*) antequam istinc ad me proficiscare.

¶ πιστοῖς, *fidelibus*) Virtus eorum, quibus depositum committas. [*Tractatur v. 14-21.* V. g.]

¶ ἔσονται, *erunt*) post abitum tuum.

3 σὺ οὖν, *tu ergo*) Anaphora, coll. v. 1. Timotheus ad altiora vocatur. coll. v. 2.

4 οὐδεὶς, *nemo*) Hoc versu commendatur τὸ *abstine:* accedit versu seq. τὸ *sustine.*

¶ στρατευόμενος, *militans*) Age, quod agis.

¶ πραγματείαις, *negotiationibus*) quibus implicati sunt mercatores & opifices.

¶ ἀρέσῃ, *placeat*) totus rei militari intentus.

7 νόει) *attende*, quæ dico. σύνεσις, *intellectus*, est divini muneris: νοεῖν *attendere* est hominis ingenui. Si versum 6 conferas cum v. 5, hoc dicit Paulus: Si laboraverit agricola (Timotheus,) tum primum oportet eum fructus (quibus scatet resurrectio Christi, v. 8. 11 s.) participare. sed si hæc esset tota Pauli mens, dixisset: τὸν μεταλαμβάνοντα δεῖ κοπιᾶν. Itaque ex hoc v. 7 colligas, aliam potius sententiam hîc esse repositam, quæ huc redeat: Paulus Timothei animam excoluit, c. I. 6, ergo fructus ei inprimis ex Timotheo debentur. quo pacto Paulus non aperte, ut ad homines tardos opus est, sed per amphiboliam & ænigma, officium exigit a Timotheo ingenue agnoscendum & præstandum, tribus parabolis, de milite, athleta, agricola, propositis. *)

¶ δώη γάρ σοι, *det enim tibi*) Sensus est, *dabit.* sic cohæret, *attende* & *enim.* sed affectus addit modum.

¶ ὁ κύριος, *Dominus*) Christus.

¶ ἐν πᾶσι, *in omnibus*) *In multis* jam *dederat:* hoc præsuppositio, Paulus dicit, *in omnibus det.*

8 μνημόνευε) *recordare*, ita, ut sequare. Paulus exemplo Christi suum, ut solet, exemplum animat.

¶ ἐγηγερμένον ἐκ νεκρῶν) Sermo concisus. i. e. *qui mortuus est & resuscitatus ex mortuis.* sic nos. v. 11. Hinc pendet κατὰ *secundum.*

¶ ἐκ σπέρματος Δαυὶδ, *ex semine Davidis*) Hanc unam *genealogiam* a Timotheo

*) *Neque ulla ratione putem* rerum seriem *obesse, quo minus* tres *istæ* parabolæ *officium* Paulo *a Timotheo præstandum innuere possint. Nam &* abstinentiâ (*v. 4*) *&* constantiâ (*v. 5*) *opus utique Timotheo fuit, ut Paulum illo in statu, qui v. 9 sq. describitur, fideliter juuaret, adeoque* agricolæ (*v. 6*) *laboris sui fructus percipiendos præberet.* E. B.

theo vult attendi, quæ argumento est, Iesum esse Christum.

¶ 9 ἐν ᾧ, *in quo*) scil. in evangelio.

¶ κακοπαθῶ, *mala patior*) Conjugatum, κακοῦργος, *maleficus*. Malum passionis, ut si præcessisset malum actionis.

¶ δεσμῶν, *vincula*) Conjugatum, ὁ δέδεται, *non vinctus est*.

¶ ὡς κακοῦργος, *ut maleficus*) cum periculo capitis & infamia.

¶ ὁ δέδεται) *non est vinctus*: i. e. expedite proficit.

10 διὰ τοῦτο, *propter hoc*) quia me vincto evangelium currit.

¶ σωτηρίας· μετὰ δόξης· *salutem: cum gloria*) Exquisita verborum proprietas. σωτηρία, *salus*, assertio ex malis, est fidem suscipientium: δόξα, *gloria*, bonorum abundantia, metam assequentium. Act. II. 47. Rom. VIII. 24. 21. [*Cf. Ps. LXXXIV. 12.*]

11 συναπεθάνομεν) ὺν, ter: scil. *cum* Christo. συναπεθάνομεν, sensu præteriti, respectu sperantium vitam.

12 ὑπομένομεν, *sustinemus*) Præsens, & quiddam hoc loco significantius & ulterius quam *mori*. ideo etiam præmium ulterius, quam *vita*, *regnum*.

¶ εἰ ἀρνούμεθα, *si abnegamus*) ore. *Si non credimus*, corde. v. seq. Abnegatio prius ponitur. nam *fidem*, quæ fuerat, extinguit.

¶ κἀκεῖνος, *etiam Ille*) Christus.

13 πιστὸς μένει, *fidus manet*) Hoc, collato *abnegabit*, fidelem lectorem, non abnegandum, præter exspectationem suavissime afficit: *fidus manet* sibi, adversum nos sui dissimiles. [*Nostra igitur ipsorum culpa est, si excidimus.* V. g.] Ita quadrat axioma subsequens: *negare* &c. Ita Deut. VII. 9 s. laudatur *Deus fidus*, ὁ θεὸς ὁ πιστὸς, qui & pios remuneratur, & osores ulciscitur.

¶ ὃ δύναται, *non potest*) Hoc *non posse* laudabile. conf. Ier. XLIV. 22.

14 ταῦτα) *haec*, quæ ex me audisti. v. 2.

¶ ὑπομίμνησκε, *admone*) eos, quibus præes. Tit. III. 1.

¶ ἐνωπιον τοῦ κυρίου, *coram Domino*) Conf. 1 Tim. V. 21 not.

¶ μὴ λογομαχεῖν) *Logomachia* hîc non dicitur pugna *de verbis*, sed pugna, quæ *verbis* committitur, v. 23 s. *de rebus* maximis. v. 17 s. Conf. Act. XVIII. 15.

¶ χρήσιμον, *utile*) sc. ὄν. accusativus absolutus, uti Luc. XXIV. 47. Respondet, *bene ut le.* v. 21.

¶ ἐπὶ, *super*) Non modo non prosunt, sed obsunt etiam & subvertunt. ἐπὶ dicit consequens, uti 1 Thess. IV. 7 οὐκ ἐπὶ ἀκαθαρσίᾳ. *Subversio* opponitur *aedificationi*.

15 σπούδασον) *gnavus esto*. Verbum conveniens characteri totius epistolæ.

¶ σεαυτὸν, *te ipsum*) Antitheton ad *opus*, cujus conjugatum est *operarius*.

¶ δόκιμον) *probatum* Deo, non *reprobum ad omne opus bonum*, Tit. I. 16 sed habentem *opus perfectum*. Iac. I. 4. Hesychius, δόκιμον, χρήσιμον, τέλειον.

¶ ἐργάτην ἀνεπαίσχυντον, *operarium non pudefactum*) cui *tua* ipsius conscientia nullum pudorem incutiat. Scholiastes Pricæo laudatus, ἀνεπαίσχυντον, παῤῥησιαζόμενον. conf. Phil. I. 20. Sequitur, ὀρθοτομοῦντα, qui verbum veritatis apud *ceteros* amplificet.

¶ ὀρθοτομοῦντα) Hîc plerique *secandi* notionem inesse statuunt. at Vulgatus, *recte tractantem*. optime. *) conf. LXX, Prov. III.

*) *Observa, Lector! quo jure* emphasium *affectatio vel* etymologiæ *seruitium identidem exprobretur Bengelio. Interpretem* Syrum *Vulgato respondere*, & Eusebium, ὀρθοτομίας *vocabulum pro* ὀρθοδοξίας *adhibere solitum, eundem significatum confirmare, S. R. D.* Ernesti *docet, Bibl. th. T. VIII. p. 768.* E. B.

III. 6. XI. 5. ὀρθολομεῖν ὁδὸς perinde ut Latini, *viam secare*. Neque *sectionem* proprie dicunt κενδολμία, κεβλομία, (κεαρ, *cor secatur* metaphorice per κεβλομίαν) καινολομέω, ῥυμολομέω, ἰθυλομῶ ὀιμῶ. Proprietas ac vis τὸ ὀρθὸς potius retinenda est in ὀρθολομεῖλα. Nam ll. cc. exstat Hebr. יָשָׁר quæ verbi forma eodem verbo græco exprimi potuerat 2 Chron. XXXII. 30, de aquæductu, & Ps. CXIX. 128, de ipso *verbo* divino. Itaque hoc vult Paulus, ut Timotheus *rectum cursum paret* verbo veritatis, & ipse recta ad hanc lineam incedat, neque dextrorsum neque sinistrorsum declinans, *non aliter docens*: 1 Tim. I. 3. quo pacto mox antitheton verbi *proficient* liquidius perspicitur.

¶ τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, *sermonem veritatis*) Antitheton, mox, κενοφωνίας, cujus compositi prior pars, *inane* dicens, opponitur *veritati;* posterior, vehementiam *vocis* involvens, *sermoni* temperato.

16 τὰς δὲ) Sic v. 22. 23, per anaphoram. Differunt ergo *profanae vocum inanitates*, quæ magnos errores alunt; & *quaestiones*, de rebus nauci. illæ, pernicioſæ; hæ, inutiles. Tit. III. 9.

¶ περιΐστασο) Idem verbum, ibid. in quo περὶ eleganter idem valet, quod in περιγίνομαι. sed περιγίνομαι notat actum separandi & superandi; περιΐσταμαι, statum. Timotheus nunquam se implicarat: itaque Paulus eum ad constantiam hortatur: *sejunctus maneto.*

¶ ἐπὶ πλεῖον ἀσεβείας) Sic, ἐπὶ πλεῖον κακίας προβαίνειν. Diodorus Siculus apud Pricæum.

¶ προκόψουσιν, *proficient*) scil. ii, qui tales *vocum inanitates* spargunt. Huc quoque refertur *illorum*, v. 17. Inest mimesis, ut mox in phrasi, *pastionem habere.* Tales videntur sibi *proficere* in sacris. Futurum, proprie: est enim prædictio, ut in *habebit*, v. seq. coll. c. III. 1.

17 ὑμέναιος, *Hymenaeus*) pertinax. coll. 1 Tim. I. 20.

¶ καὶ φίλητος, *& Philetus*) Hymenæo assentiens.

18 τὴν ἀνάστασιν, *resurrectionem*) Fortasse colorem arripuerant hi Ephesii ex ipsa ad Ephesios epistola Pauli. Eph. II. 6. Clemens Al. ait, vituperatores conjugii resurrectionem Luc. XX. 35 de hac vita fuisse interpretatos. [*Sic vitae aeternae spes sublata fuit.* V. g.]

¶ ἀναστρέφουσι, *subvertunt*) Allegoria: *fundamentum*, *domus*. v. seqq.

19 ὁ μέντοι στερεὸς, *firmum quidem*) Antitheton, *subvertunt*. v. 18. Adde 1 Tim. III. 15 not. omnino. *Quidem* apodosin habet in *sed*, v. 20.

¶ θεμέλιος τοῦ θεοῦ, *fundamentum Dei*) Hebr. עִקָּר *fundamentum*, id est, res, de qua agitur, v. gr. in contractu, ut observat Sam. Petitus var. lect. c. 10. *Fundamentum Dei*, cui innituntur, qui sunt ipsius, ita ut everti nequeant, est fides Dei immota. *)

¶ ἕστηκεν, *stetit*) *Stare* dicitur, pro *immotum jacere*, ut *sententia stare* dicitur. Respon-

*) *De ipsa* resurrectione *fundamentum hoc, ut* contextui *satisfiat, explicari debere, cel. D.* Ernesti *judicat, Bibl. th. T. VIII. p. 769. Atqui negata resurrectione uniuersam fidem periclitari, Apostolus dixerat v. 18: nunc itaque* omnem *fidei* ambitum *immotâ* DEI fide *inniti docet, a particulari nimirum ad uniuersale progrediens, hac fere argumentatione:* Wer die Auferstehung læugnet, der reisset den ganzen Grund des Glaubens um: der Glabe hat nemlich überhaupt (folglich auch in Ansehung der Auferstehung) seinen Grund in dem unumstœslichen Vrtheil Gottes, kraft welches Er die Seinigen von allen denen, die nur Namen-Christen sind, liebreich unterscheidet, und vor aller Welt auszeichnen wird: doch hat auch unter den Seinigen (v. 20) ein manigfaltiger Vnterschied der Gaben Statt. &c. E. B.

ſpondet mox *deſiſtat*. Paulus vim verbi חקים *ratum eſſe* exprimit.

¶ σφραγίδα, *ſigillum*) *Sigillis* olim inſcribi ſolitæ ſententiæ.

¶ ταύτην, *hoc*) Huc refertur tota pars reliqua hujus verſus.

¶ ἔγνω κύριος, *novit Dominus*) LXX, ἐπέσκεπται καὶ ἐπέγνω ὁ θεὸς τοὺς ὄντας αὐτῷ, καὶ τὰς ἁγίας προσηγάγετο πρὸς ἑαυτόν. Num. XVI. 5. *) *Novit* amanter, nec noſſe definit, ſed perpetuo ſervat ſuos: idque ידע *notum faciet*. ibid.

¶ καὶ, *&*) *Obſerva*, inquit Petitus, *e Paulo*, *ſigilli* orbiculo utrinque adſcripta eſſe quædam verba; nam in una *ſigilli* facie, leguntur illa, *novit &c.* in altera vero, *deſiſtat &c.*

¶ ἀποστήτω ἀπὸ ἀδικίας, *deſiſtat ab injuſtitia*) Ibid. v. 26, ἀποχίσθητε ἀπὸ τῶν σκηνῶν τῶν ἀνθρώπων τῶν σκληρῶν τούτων. Abſtractum *injuſtitia* Paulus pro concreto ponit; coll. v. 21, *purgando ſeſe exierit ab his:* ſimulque reſpicit illud Eſajæ LII. 11, ΑΠΟΣΤΗΤΕ ΑΠΟΣΤΗΤΕ - ΑΚΑΘΑΡΤΟΥ μὴ ἅψησθε· ἀφορίσθητε οἱ φέροντες τὰ ΣΚΕΥΗ Κυρίου. Imperativus, *deſiſtat*, nomine Dei pronunciatus, importat facultatem diſcedendi; & eorum, qui diſcedunt, beatitudinem.

¶ πᾶς ὁ ὀνομάζων) *quiſquis nominat* nomen Chriſti, ut Domini ſui. conf. Act. XIX. 13 not. Id fit prædicando, Ier. XX. 9, & celebrando, Ps. XX. 8.

¶ τὸ ὄνομα, *Nomen*) De *nomine* Domini, de *Domino* non niſi *ſuos noſcente*, de *injuſtitia*, conf. Matth. VII. 22. 23.

20 μεγάλῃ, *magna*) Talis eſt eccleſia.

¶ χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ, *aurea & argentea*) ex materia pretioſa, dura, ignem ferente.

¶ ξύλινα καὶ ὀστράκινα, *lignea & teſtacea*) ex materia viliori, fragili, ignem timente.

¶ καὶ ἃ μὲν, ἃ δὲ) *& illa quidem*, aurea, ad honorem; *haec vero*, lignea, ad alia omnia. Poteſt etiam aureum vas ad uſus inhoneſtos; ligneum, ad honeſtos adhiberi: ſed id non fit facile in œconomia prudenter conſtituta. Membra eccleſiæ donis & gradibus fidei & ſanctificationis inferiora non ſunt vaſa in dedecus, neque ab his quiſquam ſe debet ἐκκαθαίρειν.

21 ἐάν οὖν τις, *ſi ergo quis*) v. gr. Timotheus.

¶ ἐκκαθάρῃ ἑαυτὸν ἀπὸ τούτων) *purgando ſeſe, exierit de numero horum vaſorum* in dedecus. Activum cum pronomine reciproco indicat liberrimam facultatem fidelium.

¶ ἡγιασμένον, *ſanctificatum*) proprium & plane conſecratum Deo.

¶ καὶ, *&*) *In honorem - paratum*, quatuor inciſa: quorum primum declaratur per ſecundum, tertium per quartum. Itaque *&* duo paria illa copulat. Conf. c. III. 17, ἄρτιος, ἐξηρτισμένος.

¶ τῷ δεσπότῃ, *hero*) Deo, cujus domum Paulus in epp. ad Tim. dicit eccleſiam.

¶ πᾶν ἔργον ἀγαθὸν, *omne opus bonum*) c. III. 17. Tit. I. 16.

22 νεωτερικὰς, *juveniles*) quibus *juvenes* indulgent. 1 Ioh. II. 16 not. quæ *puritati cordis* obſtant. mox, & v. 21. Antea Paulus Timotheum deterruerat ab *anilibus* fabulis & ab *aquae* potu, 1 Tim. IV. 7. V. 23. nunc eum deterret ab altero extremo, *juvenilibus concupiſcentiis.*

¶ δικαιοσύνην, *juſtitiam*) Hæc primo loco ponitur, oppoſita *injuſtitiae*. v. 19.

¶ μετὰ, *cum*) Conſtr. cum *pacem*. Sanctarum partium ſtudium, ſanctum eſt. Rom. XII. 9. 3 Ioh. v. 11.

¶ τῶν ἐπικαλουμένων, *invocantibus*) Conf. ad v. 19. Act. IX. 14.

¶ τὸν

*) *Eundem hunc Scripturæ locum, eandemque vocis* ἔγνω *ex hebraico* ידע *illuſtrationem rati habet ecl. D.* Erneſti, *l. c.* E.B.

¶ τὸν κύριον, *Dominum*) Christum.

¶ καθαρᾶς, *puro*) v. 21, ἐκκαθάρῃ. Hanc puritatem infestant concupiscentiæ; comitatur justitia, fides, amor, **pax.**

23 μωρὰς καὶ ἀπαιδεύτους, *stultas & ineruditas*) Tu enim debes παιδεύειν, *erudire* v. 25, & sapiens esse, c. III. 15. conf. *stultas*, Tit. III. 9.

¶ μάχας, *pugnas*) Ibidem.

24 δὲ δεῖ μάχεσθαι, *non oportet pugnare*) non oportet esse Polemicum acerbum.

¶ ἤπιον, διδακτικόν· ἀνεξίκακον, παιδεύοντα· *mitem, docentem; patientem, erudientem*) Χιασμός. R spectu *omnium*, servus Domini debet esse *mitis*, ita erit *docens*: erga *adversarios*, debet esse *patiens*, ita poterit *erudire*. Nec oppugnare debet, nec repugnare: debet esse *mitis*, ne mala inferat; & *patiens*, ut mala perferat.

¶ διδακτικὸν, *docentem*) i. e. *aptum ad docendum*. Hoc non solum soliditatem & facilitatem in docendo, sed vel maxime patientiam & assiduitatem significat. Oportet enim ἀντέχεσθαι, Tit. I. 9 not. idque cum lenitate, Iac. III, & perseverantia, Act. XX. 31, *in omni longanimitate & doctrina*, infra, c. IV. 2.

¶ ἀνεξίκακον) mala tolerantem. Zelo interdum, lenitate semper opus est.

25 μήποτε) μὴ interrogans: *hac exspectatione, si quando* &c.

¶ δῷ αὐτοις ὁ θεὸς, *det illis Deus*) Non est enim opis humanæ. Motivum patientiæ. [*Qui violentiâ conatur uti, tanto minus quidquam efficit. Neque tamen ullus torpori locus esse debet.* V. g.]

¶ μετάνοιαν, *poenitentiam*) Hæc antecedit *cognitionem*.

¶ εἰς, *in*) Sic εἰς, v. seq.

26 καὶ) *atque* ita.

¶ ἀνανήψωσιν) Hoc pendet a *si quando: evigilent*, sopore discusso.

¶ ἐκ τῆς - παγίδος, *ex laqueo*) Duo mala, *captivitas* & sopor: duo bona, *vigilia* & liberatio. Sermo concisus.

¶ ἐζωγρημένοι) Luc. V. 10. *capti*, lubentes.

¶ ὑπ' αὐτοῦ, *ab illo*) a servo Domini. Vbi *Deus* præit, v. 25, *servi* opus succedit. Deus excitat: servus extrahit.

¶ εἰς το) Constr. cum *evigilent*. Terminus a quo in ἐκ, terminus ad quem in εἰς innuitur. Ille, *opponere se* & *laqueus diaboli:* hic, *agnitio veritatis* & *voluntas Dei.*

¶ ἐκείνου, *illius*) *Dei.*

¶ θέλημα, *voluntatem*) liberrimam & liberantem. 1 Petr. IV. 2. Oppositum, *laqueo*. In *voluntatem* Dei excitatus est ipse Paulus. Act. XXII. 14.

CAP. III.

1 Τοῦτο δὲ γίνωσκε, *hoc vero cognosce*) Liquido scribit apostolus. 1 Tim. IV. 1.

¶ ἐν ἐσχάταις ἡμέραις, *in ultimis diebus*) qui jam tum esse cœperunt, v. 5 fin. Similis locutio, 2 Petr. III. 3. Iud. v. 18.

¶ ἐνστήσονται) *aderunt*, ex improviso. Futurum, respectu prophetiæ antegressæ.

¶ καιροὶ χαλεποὶ, *tempora difficilia*) ubi vix reperias, quid agas.

2 ἔσονται οἱ ἄνθρωποι, *erunt homines*) *erunt*, majore gradu & numero tales, quam unquam, in ecclesia. v. 5. Pejores etiam iis, qui solo lumine naturali fuerant abusi. Rom. I. 29 seqq. ubi multa in notis explicamus, hîc recurrentia.

¶ φίλαυτοι, *amantes sui*) Radix prima.

¶ φιλάργυροι, *amantes numi*) Radix altera.

¶ γονεῦσιν ἀπειθεῖς, *parentibus inobedientes*) Character temporum colligendus inprimis etiam ex juventutis moribus.

¶ ἀχάριστοι, *ingrati*) Obligatio grati animi proxima est ab officio filiali.

3 ἀκρατεῖς, ἀνήμεροι, *intemperantes*, *immites*) ſimul & molles & duri.

¶ ἀφιλάγαθοι, *boni non amantes*) Contrarium, *amans boni*. Tit. I. 7, not. 3.

4 προπετεῖς) temerarii, qui præcipites ſunt in agendo &c.

¶ τετυφωμένοι, *inflati*) 1 Tim. VI. 4 not. ut ſi quis *fumo* ita ſuffocatur, ut mentis non amplius compos ſit. Tales enim facit faſtus.

¶ φιλήδονοι, *amantes voluptatis*) Epicureorum epitheton. Voluptas exſtinguit amorem & ſenſum de Deo. Tales Epicurei noſtri.

5 μόρφωσιν) *ſpeciem* externam, non ſine rudimento quodam interno.

¶ ἀποτρέπου) Τρέπεται, qui coactus fugit: ἀποτρέπεται, qui ἀναχωρεῖ, recedit ac vitat ultro. Euſtath.

6 ἐκ τούτων, *ex his*) v. præc. *hos*. Plane demonſtrat.

¶ οἱ ἐνδύνοντες, *irrepentes*) clanculum.

¶ γυναικάρια) *mulieres imbelles*; quæ mox, ut iſtorum ſimiles, deſcribuntur.

¶ ἐπιθυμίαις ποικίλαις, *concupiſcentiis variis*) mentis & carnis. c. IV. 3. Hæc quoque *varietas* delectat.

7 μανθάνοντα, *diſcentes*) curioſe.

¶ μηδέποτε, *nunquam*) unde facile *capiuntur*. v. 6.

8 ἰαννῆς καὶ ἰαμβρῆς, *Iannes & Iambres*) Euſeb. l. 9. Præp. Ev. hæc verba ex Numenio Pythagorico philoſopho citat: ἰαννῆς καὶ ἰαμβρῆς αἰγύπτιοι ἱερογραμματεῖς ἄνδρες οὐδενὸς ἥττους μαγεῦσαι κριθέντες εἶναι ἐπὶ ἰουδαίων ἐξελαυνομένων ἐξ αἰγύπτου. κτλ. Notiſſima Pauli temporibus nomina erant Iannes & Iambres: plurima enim eorum in antiquis Hebræorum libris mentio, ut qui fuerint principum magorum par apud Ægyptios. Acutiſſimus *Hillerus* ex Abeſſinorum lingua *Iannes* interpretatur *empaectam* & *Iambres praeſtigiatorem*; ſtatuit enim, appellativa temporum lapſu mutata eſſe in propria. Onom. S. pag. 671. 843. Certe ſi plane propria fuerunt, μέσα primitus vocabula fuiſſe credas, quæ ipſam artis profeſſionem indicarent. conf. Act. XIII. 8.

¶ ἀντέστησαν μωσῇ, *reſtiterunt Moſi*) prodigia aliquatenus æmulando. *)

¶ ἀνθίστανται, *reſiſtunt*) Oppoſitum: *perſecutionem patientur*. v. 12.

¶ ἀδόκιμοι) *nullam probandi facultatem habentes*. conf. Rom. I. 28.

9 οὐ προκόψουσιν ἐπὶ πλεῖον, *non proficient amplius*) non ita, ut alios ſeducant; quanquam ipſi & eorum ſimiles *proficient in pejus*. v. 13. Sæpe malitia, quum late non poteſt, profundius proficit.

¶ ἄνοια, *inſipientia*) tametſi ſibi *ſapientes* videantur.

¶ ἔκδηλος) *ex occulto in apricum prolata*.

¶ ἡ ἐκείνων, *illorum*) Ex. VII. 12. VIII. 18. IX. 11. Tenui oratione pœna graviſſima denotatur, ab apoſtolo, in re nota.

10 σὺ δὲ, *tu vero*) Antitheton. ſic rurſum, poſt novas deſcriptiones malorum, v. 14. c. IV. 5.

¶ παρηκολούθηκας, *ſubſecutus es*) Poſt perſecutiones hoc loco memoratas Timotheus Pauli comes eſt factus. Act. XIII. 50. XIV. 5. 19. XVI. 3. Exquiſite ergo ponitur hoc verbum, uti Luc. I. 3. Sic Antiochus de filio ſuo, παρακολουθοῦντα τῇ ἐμῇ προαιρέσει. 2 Macc. IX. 27.

¶ τῇ

*) Non omittendum eſt (*inquit cel. D.* Cruſius, *Hyp. P. I. p.* 27), textum ſacrum mirabilia ab his hominibus edita tribuere incantamentis, videlicet formulis arcanis, quibus recitandis certos deos inuocari, quin etiam prorſus adigi, & eorum virtute res propoſitas præſtari confidebant. --- Quod autem Deus magos ægyptios, poſtquam demonſtrauerat, quantum valerent, deinceps pudore perfudit & puniuit, id numerandum eſt inter ſpecimina virtutis diuinæ aduerſus deos Aegyptiorum demonſtrandæ, Ex. XII. 12. --- E. B.

¶ τῇ ἀγωγῇ) ἀγωγὴ, *ratio vitae.* Gall. *conduite.*

¶ τῇ προθέσει, *propositum*) *Vitae rationem* subsequitur *propositum* in posterum. conf. Act. XI. 23 not. ac *fidem, longanimitas:* uti Hebr. VI. 12. *amorem, patientia:* uti 2 Thess. III. 5.

11 ἐν ἀντιοχείᾳ, ἐν ἰκονίῳ, ἐν λύστροις, *Antiochiae, Iconii, Lystris*) Act. XIII. 14. 51. XIV. 6.

¶ διὰ) ὅιος demonstrat rei gravitatem. 1 Macc. V. 56, ἤκουσε τῶν ἀνδραγαθιῶν καὶ τὸ πολεμε, διὰ ἐποίησαν.

¶ ὅιας διωγμὰς, *quantas persecutiones*) Nomen interjecto alio iteratum, perspicuitatem & pondus addit sermoni. Διωγμὸς, πάθημα, Species, Genus. *persecutio* proprie est, si quem ex una urbe in aliam pellunt, vel eum in fuga prehendere conantur. Sed *passio* est in genere omnis calamitas, ex. gr. ubi Paulus lapidatus fuit. &c.

¶ ὑπήνεγκα, *sustinui*) Character apostoli.

¶ ἐῤῥύσατο, *eripuit*) Alius character, miraculose conservari. Ps. XXXIV (XXXIII) 17, ἐκ πασῶν τῶν θλίψεων αὐτῶν ἐῤῥύσατο αὐτές.

¶ ὁ κύριος, *Dominus*) Christus.

12 καὶ πάντες δὲ, *& omnes autem*) *omnes*, & soli. Tertius character, persequentes habere: tantum abest, ut persecutio debeat quenquam offendere. Ineunte *persecutione*, nondum apparet, eam esse characterem apostoli: apparet demum ex *ope* & *tolerantia.* Hinc tamen tertius est character. ὑπομονὴ, magnum est apostolo. eam omnibus aliis præfert. Omnia alia eripi alicui possunt, ut jacturam faciat, & ipse excidat. Sed ubi ὑπομονὴ est, omnia conservantur. Hinc Timotheus simul poterat colligere, se quoque passurum persecutionem. Similis transitus a Paulo ad omnes pios, c. IV. 8.

¶ ὁι θέλοντες, *volentes*) Computa igitur, an velis. Conf. *volens*, Luc. XIV. 28. *Voluntas* etiam continua habet initium.

¶ εὐσεβῶς ζῆν) *pie vivere*, tota vitæ vi collocata in pietate christiana. Phil. I. 21.

¶ ζῆν, *vivere*) degere. Gal. II. 14.

¶ ἐν χριςῳ, *in Christo*) Extra Christum Iesum nulla *pietas.* [*Atque eam quidem religionis laruam, quae in seipsa subsistit, facile fert mundus: quae vero* ex Iesu Christo *pietas efflorescit, ea ut priscis Iudaeis, sic modernis Christianis, omine carentibus, perquam exosa est.* V. g.]

¶ διωχθήσονται, *persecutionem patientur*) neque eam videlicet recusabunt. Gal. V. 11. Huic futuro respondet in opposito τὸ *proficient.* v. 13.

13 πονηροὶ, *maligni*) Antitheton, *pie*, v. 12. Hi sunt πλανώμενοι, media significatione, *qui se seducendos permittunt.*

¶ γόητες) *incantatores*, Ægyptiorum illorum instar. v. 8. Hi sunt πλανῶντες. *seducentes.*

¶ προκόψουσιν, *proficient*) ita ut nemo illos, illi pios persequantur.

¶ πλανῶντες καὶ πλανώμενοι, *seducentes & seducti*) Qui semel alios decipere cœpit, eo minus ipse ab errore se recipit, & eo facilius alienos errores mutuo amplectitur.

14 σὺ δὲ, *tu vero*) quicquid illi faciant. Reassumit, quæ v. 10 ingressus est dicere.

¶ ἐπιςώθης) Πιςόω, confirmo rem vel animum. ἐν ὅις ἐπιςώθης, *in quibus* πιςὸς *fidelis & firmus es redditus.* [*e Scriptura, v. 15.* V. g.] Conf. LXX, Ps. LXXVIII. 8. 37, ubi תָּמַן respondet πιςόω.

¶ εἰδὼς - καὶ ὅτι ὅιδας, *sciens - & quia nosti*) Ætiologia duplex; cujus pars prior refertur ad *in iis quae didicisti*, altera ad *fidelis es redditus.* Similis constructio διὰ - καὶ ὅτι, Ioh. II. 24 s. ἐπιγνὺς - καὶ ὅτι, Act. XXII. 29.

¶ πα-

¶ παρὰ τίνος, *a quo*) a Paulo, doctore probato. v. 10 f.

15 καὶ, &) Etiam post Pauli obitum Timotheus eo magis ad scripturam alligatur. Non ad sese unum Paulus adstringit Timotheum, sed eum quamlibet adultum in fide filium scripturas jubet adhibere. Hoc perpendere debent, qui doctoribus suis, quorum disciplinæ semel innutriti erant, ita se addicunt, ut extra eorum circulum nihil e Scriptura deinceps oblatum admittant. Interdum deses animi saturitas, & ἀυθάδεια, constantiæ & sobrietatis nomine obrepit.

¶ ἀπὸ βρέφους, *ab infantia*) Tenella ætas aptissima πρὸς τὸ πιστεῦσαι, ut fides ei imprimatur, firmitudinem diffundens in omnem vitam.

¶ τὰ ἱερὰ γράμματα, *sacras literas*) libros Mosis & prophetarum. Nam hi exstabant, cum Timotheus esset parvulus.

¶ οἶδας, *nosti*) instituente matre. c. I. 5.

¶ τὰ δυνάμενα) *quae poterant.* Vis præteriti ex *nosti* redundat in participium. *Potentia* hæc dicit sufficientiam, perfectionem.

¶ σὲ, *te*) ita, ut si tibi soli scriptæ essent.

¶ σοφίσαι, *sapientem reddere*) Grande verbum. Antitheton, ἄνοια *insipientia.* v. 9.

¶ εἰς σωτηρίαν, *in salutem*) tuam & aliorum.

¶ διὰ πίστεως, *per fidem*) Qui non credit, non accipit sapientiam & salutem. *per* constr. cum *salutem.*

16 πᾶσα γραφὴ, *omnis scriptura*) Scriptura sacra, secundum omnes suas partes. Novissima quæque epistola Pauli quam maxime commendat scripturam.

¶ θεόπνευστος, *divinitus inspirata*) Est hæc pars non subjecti, (quam enim scripturam dicat Paulus, per se patet, ut alibi, sic hoc loco:) sed prædicati. *divinitus inspirata est*, *) non solum dum scripta est, Deo spirante per scriptores; sed etiam, dum legitur, Deo spirante per scripturam, & scriptura Ipsum spirante. Hinc ea tam *utilis:*

¶ πρὸς διδασκαλίαν, *ad doctrinam*) *Doctrina* instituit nescientes; *elenchus* convincit etiam in errore & præjudicio versantes. *correctio* ab obliquitate ad rectitudinem revocat; *eruditio in justitia* positive instruit. c. II. 24 not. Sir. XVIII. 13.

17 ἄρτιος ᾖ, *aptus sit*) in officio.

¶ ὁ τοῦ θεοῦ ἄνθρωπος, *homo Dei*) 1 Tim. VI. 11 not.

¶ πρὸς πᾶν, *ad omne*) Genera talium operum enumerantur v. 16. Nam *homo Dei* debet *docere, convincere, corrigere, instituere.* conf. c. IV. 2.

¶ ἐξηρτισμένος, *coaptatus*) per scripturam. Debet ἐξαρτίζεσθαι· tum erit ἄρτιος. *fieri* & *esse* differunt.

CAP. IV.

1 Οὖν, *ergo*) Deducitur hoc ex toto capite III.

¶ ἐγὼ, *ego*) quem nosti. c. III. 14.

¶ ζῶντας καὶ νεκροὺς, *viventes & mortuos*) Paulus erat morti proximus, Timotheo superstite.

¶ κατὰ) tum, quum apparebit. κατὰ temporis, Hebr. I. 10.

¶ ἐπιφάνειαν) ἓν διὰ δυοῖν, ἐπιφάνεια καὶ βασιλεία. ἐπιφάνεια est *revelatio* & exortus *regni.* 1 Tim. VI. 14 f.

2 ἐπι-

*) *Dignissima consideratu est cel. D.* Ernesti (*Bibl. th. T. VIII. p.* 770) *observatio, ubi cel. D.* Moldenhaueri *exegesin ad h. l. his verbis commendat:* Die göttliche Eingebung selbst erklärt der Hr. D. auch sehr richtig, und suchet nicht den Begrif dauon denen bequem zu machen, welche Auswege suchen, wenn es die h. Schrift ihnen oder ihren Einsichten nicht recht gemacht hat. -- E. B.

2 ἐπίσηθι) *insta*, urge.

¶ ἐυκαίρως, ακαίρως) Pricæus accipit quasi παροιμιακῶς dictum, pro *assidue* vel *in omni tempore*: & confert, quæ sequuntur. Nicetas Choniates, παιδαγωγῷ ἐμβριθεῖ ἐοικὼς, ἐυκαίρως ακαίρως ἐπεπλήττεν. Tale illud Senecæ Tragici: *Incipe quicquid potes, Medea, quicquid non potes.* Plauti: *Qui comedit, quod fuit, quod non fuit.* Terentii: *Cum milite isto praesens absens ut fies.* Catulli: *Hoc facias, sive id non pote, sive potest.* Iuliani: ἐπορεύετο ἐπὶ τὰς τῶν φίλων οἰκίας ἄκλητος κεκλημένος, διαλλάσσων τὲς οἰκειοτάτες ἀλλήλοις. Aristophanis, δικαίως καὶ ἀδίκως, ubi Scholia, ἀντὶ τοῦ, παντὶ τρόπῳ. Virgilii: *digna indigna pati.* ubi Servius: *Proverbialiter dictum pro omnia.* Terentii: *justa injusta.* ubi Donatus: *Proverbiales sunt hujuscemodi elocutiones; fanda nefanda, digna indigna.* Hæc & plura Pricæus: quæ non eandem omnia rationem habent. Apostolus hoc dicit: Insta, temporibus solitis ac legitimis, & extra ea: sive tibi auditoribusque commodum est, sive minus: nocte dieque. Act. XX. 31.

¶ ἔλεγξον, ἐπιτίμησον, *convince, increpa*) Asyndeton conveniens. Hæc omnia *longanimitatem* non violant, sed requirunt.

¶ διδαχῇ, *doctrina*) c. II. 24 not.

3 ἔσαι) *erit*, & jam est. c. III. 1 not.

¶ διδασκαλίας, *doctrinam*) Sequitur concretum, *doctores*. Qui sanam doctrinam fastidit, sanos doctores relinquit: similes labra lactucas quærunt.

¶ ἐπιθυμίας) carnales *concupiscentias*, in quibus non libenter interpellantur a veris doctoribus, & quarum condimentum quærunt in dulcedine doctrinæ mollioris.

¶ ἐπισωρεύσασι, *accumulabunt*) Compositum grave, copiam notans. Varietas delectat prurientes.

4 τὴν ακοὴν, *auditum*) Auris humana non fert doctores concupiscentiis cordis contrarios.

5 νῆφε ἐν πᾶσι, *vigila in omnibus*) in omnibus rebus, ut nunquam dormites. sic, περὶ πάντα. Tit. II. 7.

¶ ἔργον, *opus*) 1 Tim. III. 1.

¶ ποίησον, *fac*) Includitur maxime iter ad Paulum.

¶ εὐαγγελιςῦ, *evangelistae*) Vocabulum grande.

¶ πληροφόρησον, *explе*) istis renitendo, ad me veniendo. Idem verbum, v. 17.

6 ἐγὼ γὰρ, *ego enim*) Causa, quæ Timotheum moveat ad officium: Pauli discessus & beatitudo. *Finis coronat opus.*

¶ ἤδη, *jam*) Vt Petro, 2 Petr. I. 14, sic Paulo indicatum tempus.

¶ σπένδομαι, *libor*) Phil. II. 17 not.

¶ ἀναλύσεως, *discessus*) Ibid. c. I. 23 not.

7 τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν) *bonum illum agonem.* conf. 1 Tim. VI. 12 not.

¶ τὴν πίσιν, *fidem*) Res bis per metaphoram expressa nunc tertio loco exprimitur proprie.

¶ τετήρηκα, *servavi*) usque ad finem. Ap. II. 10.

8 λοιπὸν, *ceterum*) Quam læta particula: momentum decretorium. Paulus pro ipso abitus sui articulo tres status suos spectat: 1. præteritum, *certavi.* 2. instantem, *reposita est.* 3. futurum, *reddet.*

¶ ἀπόκειται, *reposita est*) omni labore & periculo in perpetuum superato.

¶ δικαιοσύνης) *justitiae*, pro qua pugnavi. Huc. ref. *justus.*

¶ στέφανος, *corona*) *Corona* dabatur post luctam, cursum, pugnam.

¶ ἀποδώσει, *reddet*) Congruit τὸ *justus.* 2 Thess. I. 6. 7.

¶ ὁ κύριος, *Dominus*) Christus. De quo etiam v. 1. 14. 17. 18. 22.

¶ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, *in illo die*) Anne sciverit Paulus de prima resurrectione, & an tale quid sibi arrogaverit, haud scio. *Ille dies*, est novissimus, pantocriticus. Magna gloriæ pars tum demum accedet

electis. 2 Cor. V. 10, qui locus universaliter accipi debet. Nil obstat, quo minus participes primæ resurrectionis in novissimo quoque die *coronam* accipiant, & in illa panegyri maxime novum præconium reportent. *Fratrum* numerus Matth. XXV longe minor erit, quam ceterorum beneficorum in eos. Ideo sententia in eos propitia præsupponitur.

¶ ἐμοὶ, *mihi*) Applicatio individualis.

¶ πᾶσι, *omnibus*) Id Pauli gaudium cumulat; Timotheum acuit. Multos horum lucrifecerat Paulus.

¶ ἠγαπηκόσι, *qui amaverunt*) Id grandius, in præterito, quam ἀγαπήσας, v. 10, ubi luctuosum vide antitheton. Hoc desiderium apparitionis Domini, præsupponit totum Christianismi statum, fidem maxime. Metonymia consequentis.

¶ ἐπιφάνειαν, *apparitionem*) primam & secundam.

9 σπούδασον, *stude*) Hoc iteratur versu 21.

¶ ἐλθεῖν πρός με, *venire ad me*) Quod Paulus adhuc tectius tractavit, in epilogo demum aperte scribit. v. 21. Timotheus & Paulo martyri futurus erat solatio, & per eum corroborandus, & postea evangelii negotium, Romæ fortasse aliquantisper, gesturus. Ephesi martyr factus esse fertur.

10 o) εἰς θεσσαλονίκην) *Scholiastes ms. in Medic. bibliotheca, καὶ ἐκεῖ (Thessalonicae) ἱερεὺς εἰδώλων γενόμενος· de qua re nil uspiam legi.* Pricæus.

¶ γαλατίαν, *Galatiam*) Hoc olim ex rhythmo δαλματίαν irrepsisse videtur. Idonea monumenta, γαλλίαν. *) Et nonnulli, qui γαλατίαν retinent, ad Galatiam occidentalem sive Europæam, id est, Galliam, referunt. Vid. Pregizeri Suevia sacra, pag. 499 seq. ex P. de Marca.

¶ τίτος, *Titus*) Ergo ex Creta discessit, compositis rebus. Tit. I. 5. Hi Paulum aut comitati erant aut viserant.

11 λουκᾶς, *Lucas*) Lucas non ad hoc usque tempus deduxit Acta Apostolorum.

¶ μόνος, *solus*) Sermo est de comitibus. nam amici plures aderant. v. 21.

¶ εὔχρηστος, *utilis*) magis quam olim. Act. XIII. 13. XV. 38. conf. Philem. v. 11. Demas deficit: Marcus se recipit; sed qui in negotio faciliori abierat, nunc ad graviora debet adesse.

12 τυχικὸν, *Tychicum*) quem Timotheus poterat ecclesiæ præficere. **) sed hoc Paulus ei permittit. conf. Tit. III. 12.

13 τὸν φαιλόνην, *tunicam*) De theca libraria

o) γὰρ, *enim*] Paulus fere solitarius est. *V. g.*

*) *Hinc margo* Ed. 2 *lectionem* γαλλίαν, *signo* ε *olim notatam, eleuat ad signum* γ, *&* Vers. germ. *Galliam omnino exprimit.* E. B.

**) *Itaque non deest ratio, cur Paulus ad Timotheum*, Ephesi *tum ex hypothesi* commorantem, *scripserit*, Tychicum *a se* Ephesum esse missum. (*Vid. cel.* Michaëlis *in der* Einleit. *T. II. p. m. 1529. no. 1.*) *Immo, si voluit istud indigitare Apostolus, quod* Gnomon *h. l. profert; ne sic quidem superflua dici potest mentio Tychici, Ephesum missi. Recenset nimirum Paulus, quibus modis hos illosue comites amiserit. Inter hos itaque de Tychico quoque oppportune dixit:* Tychicum habe ich (ja, wie du weisst, zu dir) nach Ephesus gesandt. *Sic etiam v. 20* Trophimi *in* Mileto, *urbe* Epheso *vicina, agrotantis commemoratio non debet haberi absona, etiamsi Timotheus Ephesi tum temporis fuisse, neque morbum Trophimi ignorasse supponatur. Sæpe enim alteri alter aliquid commemorat, non ut epistolæ lector certior fiat de ipsa re, quæ sub manu est; sed ut sciat, epistolæ scriptorem eam non ignorare. Quum itaque* ex vinculis secundis *epistolam hanc scriptam esse* Bengelius *censeat* (*coll. l. c. p. 1530. no. 3*): *vix dubito, quin cel.* Michaëlis (*ejusdem videlicet sententiæ fautor, l. c. p. 1544 sq.*) *rectissime eum ad epistolam hanc* Ephesum *perscriptam concludere agnoscat.* E. B.

braria accipiunt alii: sed theca non seorsum a libris appellaretur.

¶ ἀπέλιπον, *reliqui*) Romæ Paulo, si ipse secum tulisset, fortasse ablata fuisset penula impetu primo. Nunc quum Timotheus ferre jubetur, non obscure ei securitas promittitur.

¶ παρὰ κάρπῳ, *apud Carpum*) Homo valde fidelis fuerit oportet, cui pretiosissimum depositum crederet apostolus.

14 ἐνεδείξατο, *exhibuit*) Ephesi, vel etiam Romæ.

¶ ἀποδῴη, *reddat*) Sciebat apostolus, illum non inultum fore. subscribit igitur judicio Domini.

¶ λίαν, *valde*) Igitur non desinet.

¶ ἡμετέροις, *nostris*) Communis est fidelium causa: & Timotheus jam tum fuerat Pauli comes. Hic adversarius erat ibi, ubi Timotheus erat & ubi Paulus fuerat, Ephesi, Timotheo *cavendus*.

16 πρώτῃ, *prima*) Iam igitur erat secunda: in qua Timotheum vult sibi adesse, & Dominum sibi adstiturum confidit, ut vincat.

¶ συμπαραγένετο) Τὸ σὺν innuit, non magnum fuisse illis periculum.

p) ¶ ἐγκατέλιπον, *deseruerunt*) ex timore.

¶ μὴ αὐτοῖς λογισθείη, *ne illis imputetur*) Innuitur peccati magnitudo, & Pauli votum. *illis*, verbo præpositum, significat, illis *imputatum iri*, qui pios deterruissent.

17 ὁ δὲ κύριος, *Dominus vero*) eo magis.

¶ παρέστη, *adstitit*) Id plus quam παραγίνεσθαι, *adesse*.

¶ ἐνεδυνάμωσε, *confortavit*) Oppositum, *deseruerunt*.

¶ ἵνα δι' ἐμοῦ, *ut per me*) Vna sæpe occasio maximi est momenti.

¶ πάντα τὰ ἔθνη, *omnes gentes*) quarum Roma caput.

¶ ἐρρύσθην ἐκ στόματος λέοντος, *liberatus sum ex ore leonis*) Ps. XXII. 22, σῶσόν με ἐκ στόματος λέοντος. Credibile est, obtigisse Paulo visum aliquod sub schemate Leonis. Leo vel Neronem, vel quemvis, qui pericula intentaret, significat. Tropus certe est: nam *ex ore leonum* diceret, si proprie bestias innueret. *Liberatus sum*, inquit: non, *liberavit me*. quia, *Dominum id fecisse*, extrinsecus non apparebat.

18 καὶ, &) A præterito ad futurum spes concludit.

¶ ῥύσεταί με, *liberabit me*) Omnia Paulus in partem salutarem accipit. vivit? liberatus est. decollabitur? liberabitur, liberante Domino.

¶ ἔργου πονηροῦ) Antitheton, ἀνδρ.

¶ καὶ, &) Suavis conjunctio. Dominus est & liberator, 1 Thess. I. 10, & Salvator, Phil. III. 20. Mala aufert: bona confert.

¶ σώσει) *salvum perducet*. Hæsit hoc verbum Paulo ex Ps. cit.

¶ βασιλείαν, *regnum*) Neroniano melius.

¶ ᾧ ἡ δόξα, *cui gloria*) Doxologiam parit spes: quanto majorem res.

20 ἔραστος - τρόφιμον, *Erastus - Trophimum*) Causa, cur hi non salutent, implicite indicatur.

¶ ἔμεινεν, *mansit*) me iter prosequente: Secunda Pauli vincula non fuere diuturna. scripsit enim hæc brevi post iter, paulo ante exitum.

¶ ἐν κορίνθῳ, *Corinthi*) patria sua. Rom. XVI. 23.

q) ¶ ἐν μιλήτῳ, *Mileti*) Miletus, vicina Ephe-

p) πάντες, *omnes*] flebile auditu! *V.g.*

q) ἀπέλιπον, *reliqui*] Itaque Romam Paulus ex Asia haut ita pridem redierat. *V.g.*

Epheſo. Trophimi morbum ſive ſcierat Timotheus, ſive neſcierat, tamen commemorare Paulus potuit. Et fortaſſe Trophimus Timotheum poſtea comitatus eſt Romam. Scholiaſtes ad h. l. apud Pricæum: τρόφιμος, ἀρίσαρχος, καὶ πῦδης, ἐν τοῖς διωγμοῖς τῷ ἀποστόλῳ συγκακοπαθήσαντες, τέλος σὺν αὐτῷ τὰς κεφαλὰς ἀπετμήθησαν.

21 πρὸ χειμῶνος, *ante hiemem*) Ipſa hieme, navigatio olim fere nulla: & imminebat martyrium Pauli.

¶ ἐλθεῖν, *venire*) Invitatur mentione *Eubuli* &c. qui cum Paulo erant, & tamen in vita manebant.

¶ καὶ λίνος, *& Linus*) Hic tertio loco ponitur. nondum erat epiſcopus.

22 μετ' ὑμῶν, *vobiſcum*) v. 19.

IN EPISTOLAM AD TITVM.

CAPVT I.

1-3 Παῦλος, *Paulus*) Titulus conveniens Pauli perſonæ & Titi muneri.

¶ κατὰ, *ad*) Conf. κατὰ, v. 4. 9. 2 Tim. I. 1 not. Apoſtoli eſt, propagare fidem. Rom. I. 5.

¶ πίστιν, *fidem*) Summa Chriſtianiſmi, *fides-ſpes:* quæ Titus in omni doctrina reſpicere, & cetera omnia vitare debet. conf. 1 Tim. I. 5. III. 15 ſ. IV. 1. 3. 10.

¶ ἐκλεκτῶν θεοῦ, *electorum Dei*) quorum cauſa facere & pati debemus omnia. 2 Tim. II. 10. *Electi*, ex Iudæis & gentibus: quorum *communis* fides. v. 4. 2 Petr. I. 1. ex illis, Paulus; ex his, Titus.

2 ἐλπίδι ζωῆς αἰωνίου, *ſpe vitae aeternae*) c. III. 7. *Spes* refertur ad *promiſſionem.*

¶ ἣν, *quam*) *vitam.*

¶ ἀψευδὴς, *fallere neſcius*) Fundamentum fiduciæ noſtræ.

¶ πρὸ χρόνων αἰωνίων, *ante tempora aeterna*) Vitæ æternæ *promiſſio* jam continetur in appellatione *Dei Abraham* &c. Innuitur promiſſio explicita ad homines. vid. Gen. III. &c. χρόνοι αἰώνιοι *ſecuti ſunt* creationem & lapſum.

3 καιροῖς) His χρόνοι longiores erant.

4 κοινὴν, *communem*) Alias Titus, ex gentibus natus, excideret.

5 τούτου χάριν, *idcirco*) Partes epiſtolæ ſunt IV.

I. Inſcriptio.
II. Inſtructio Titi, quae huc redit:
1. Bonos conſtitue presbyteros. c. I. 1 ſ.
2. His opus eſt, apud malos Cretenſes. v. 5 ſ.
3. Ipſe eos ſevere increpa & mone. v. 10 ſ.
v. 13 ſ.
4. Doce

4. *Doce senes & anus, & juvenes, ipse bonorum operum exemplum praebens: c. II. 1 s. itemque servos, v. 9 s. ubi eximium ex evangelii medulla motivum inseritur.* v. 11-14 s.
5. *Admone de obedientia magistratibus, lenitate omnibus hominibus praestanda: ubi idem motivum iteratur.* c. III. 1-7
6. *Bona opera facienda: stolidae quaestiones vitandae: haereticus facile sibi relinquendus.* v. 8-11
III. *Invitatio Titi, ut Nicopolin veniat; & admonitio, ut res necessarias curet.* v. 12 s.
IV. *Conclusio.* v. 15

r) ¶ τὰ λείποντα, *quae desunt*) quæ ego per temporis brevitatem non potui coram expedire.

¶ ἐπιδιορθώσῃ) Paulus διορθώσατο. Titus ἐπιδιορθῆται.

¶ ὡς, *sicut*) Paulus dixerat, quas virtutes habere deberent presbyteri: nunc repetit.

6 πιστὰ, *fideles*) Nam qui liberos non potuit ad fidem perducere, quomodo alios perducet?

¶ ἀσωτίας, *luxuriae*) quæ ex bonis ecclesiæ perperam aleretur.

7 ὡς θεοῦ οἰκονόμον, *tanquam Dei oeconomum*) Quo major quisque est Dominus, eo majores in servo virtutes esse debent. Paulus ministros evangelii appellitat *oeconomos Dei*, 1 Cor. IV. 1 not. Potestas igitur episcopi circumscripta illa quidem est, sed tamen non est nulla. *Oeconomus* is est, & *Dei oeconomus*; œconomus autem aliquid certe arbitrii & potestatis habet, fidei ejus & dexteritati committitur aliquid, non sola facultate locomotiva utitur, non est instrumentum aut machina: œconomus Dei non est hominum mancipium, non mediastinus aut lixa: modo verus sit œconomus. Notandum adversus pseudopoliticos; qui non Dei, non fidelium, sed suos cupiunt esse & ministros Christi, & ipsos principes, quorum nomine abutuntur, & fideles & omnia.

¶ μὴ αὐθάδη, *non praefractum*) Antitheton, v. 8. *hospitalem*. nam αὐθάδης, *praefractus*, negligit hospites tenues, ut Nabal fecit: 1 Sam. XXV. se unum curat, & quæ circum se habet: alios item suas sibi res & curas habere jubet.

¶ μὴ ὀργίλον, *non iracundum*) Antitheton, *boni amantem*.

¶ μὴ πάροινον, *non vinolentum*) Antitheton, *sobrium*.

¶ μὴ πλήκτην, *non percussorem*) Antitheton, *justum*, qui ratione & æquitate, non vi decidat.

¶ μὴ αἰσχροκερδῆ, *non turpis lucri cupidum*) Turpe lucrum quæri poterat in re per se honesta, ut in opificio, in contractibus & negotiis, in ipso episcopatu. v. 11. 1 Tim. VI. 5. 2 Cor. XI. 12. 20. Phil. III. 19. 1 Petr. V. 2. 2 Petr. II. 3. Antitheton, ὅσιον, *sanctum*.

8 ἐγκρατῆ, *continentem*) Ἐγκρατὴς & ἀκρατὴς interdum latius accipitur. conf. Matth. XXIII. 25 not. Oppositum ἀκρατὴς apertum est, ita ut non necesse fuerit id exprimere: & ἀκρασία, quatenus τῇ παροινίᾳ opponitur, minus in oculos Titi incurreret. cf. not. Matth. 6, 1.

9 ἀντεχόμενον) *qui retineat*, defendat, urgeat studiose. Hoc verbo maxime Hebraicum פתם exprimunt LXX.

¶ κατὰ)

r) ἐν κρήτῃ, *in Creta*] Quæ *Candia* hodie dicitur, frequens insula. *V. g.*

¶ κατὰ) ὁ κατὰ τὴν διδαχὴν λόγος, *sermo ad doctrinam pertinens.* πιςὸς, *firmus*, unde *adhortatio* & *elenchus* robur accipit.

¶ καὶ, καὶ) &, &.

10 ματαιολόγοι καὶ Φρεναπάται, *vaniloqui & seductores*) Duo nomina, quorum epitheton, ἀνυπότακτοι *contumaces*. *Vaniloqui* qui sint, vid. 1 Tim. I. 6. 7. Φρεναπάται, *qui mentes* hominum *seducunt*. ἀνυπότακτοι, *contumaces*, frenum mordentes, qui se nolunt submittere ad obedientiam fidei.

11 ἐπιςομίζειν) *obturare os*, ad silentium redigere, vi spiritus, ut merentur *contumaces*.

¶ ὅλους οἴκους, *totas domos*) Magnum Paulo detrimentum. [*Hodie vero quid de vicis fit, quid de pagis & urbibus?* V. g.]

¶ ἀνατρέπουσι, *subvertunt*) ut *seductores*.

¶ διδάσκοντες ἃ μὴ δεῖ, *docentes quae non oportet*) ut *vaniloqui*.

¶ αἰσχρῦ κέρδους χάριν, *turpis lucri gratia*) Constr. cum *subvertunt*. Turpitudo maxime in *vilitate* lucri conspicitur. Ez. XIII. 19. [*1 Tim. VI.* 5.]

12 εἶπέ τις, *dixit aliquis*) Non debent sibi plaudere profanorum scriptorum nimii cultores, quod Paulus aliquid ex Arato, Menandro, Epimenide ponat: nam hos tamen ne nominat quidem. Act. XVII. 28. 1 Cor. XV. 33.

¶ ἐξ αὐτῶν ἴδιος αὐτῶν, *ex illis proprius illorum*) ortu & conditione. Id auget auctoritatem testis. Etiam de Cilicibus mala ferebantur testimonia, sed ab aliis. ideo Paulus, Cilix, hoc sine probro potuit allegare.

¶ προφήτης, *propheta*) Multa prædixit Epimenides, ut Diogenes Laërtius memorat: & *prophetam* egit, etiam quum hæc dixit, quæ Paulus citat.

¶ ἀεὶ, *semper*) Quivis homo naturalis aliquando mendacem &c. agit; sed *semper*, gravius.

¶ ψεῦςαι, *mendaces*) Deo dissimiles, v. 2, etiam in doctrina de Deo, quum *fabulas* amant. v. 14. Iovis sepulcrum habebant Cretenses: ideo a poëtis *mendaces* appellati.

¶ κακὰ θηρία, *malae bestiae*) Creta χώρα ἄθηρος, *regio bestiis carens*, habita. id sive verum sive falsum, inde lepidum Epimenidem judicat Al. Morus.

¶ γαςέρες ἀργαὶ) Pasor ἀργὸς hîc per aphæresin dici statuit pro μάργος, *edax*. Conf. c. II. 2-6. Placet tamen communis notio. *ventres pigri* sunt, qui nemini sunt utiles.

13 ἀληθὴς, *verum*) quamvis a Cretensi profectum.

¶ ἔλεγχε, *convince*) Summa *elenchi* subsequitur.

14 μύθοις, *fabulis*) Antitheton, *veritatem*.

15 πάντα μὲν, *omnia quidem*) Hoc colore utebantur fabularum & præceptorum humanorum defensores: quem Paulus diluit.

¶ τοῖς καθαροῖς, *puris*) subaudi, & *fidelibus*, ex contrario. 1 Tim. IV. 3. Act. XV. 9. Rom. XIV. 23. Omnia externa iis, qui intus sunt mundi, munda sunt.

¶ μεμιασμένοις, *inquinatis*) Id tractatur mox.

¶ ἀπίςοις, *infidelibus*) Id tractatur versu 16.

¶ οὐδὲν) *nil*, neque intra, neque adeo extra.

¶ νοῦς) *intelligentia*. Rom. XIV. 5.

¶ συνείδησις, *conscientia*) de rebus agendis vel actis. 1 Cor. VIII. 7.

16 θεὸν, *Deum*) quem nosse, summa est Sapientia.

¶ ὁμολογοῦσιν εἰδέναι) *confitentur*, & confessione *cognitionem* sibi vindicant. 1 Tim. VI. 20.

¶ ἀρνοῦνται) *negant* Deum.

¶ βδελυκτοὶ) Congruit hoc cum LXX, Prov. XVII. 15. ἀκάθαρτος καὶ βδελυκτός.

¶ ἀδοκιμοι) Hîc active accipias pro iis

iis qui non sunt apti ad quicquam, quia bonum probare non possunt, nec in se nec in aliis.

CAP. II.

1 Λάλει, *loquere*) ore non cohibito: sedulo, strenue, cum parrhesia.

2 πρεσβύτας, *senes*) subaudi, *adhortare*, ex v. 6.

¶ νηφαλίους, *vigilantes*) affectu.

¶ σεμνὰς, *graves*) in actionibus.

¶ σώφρονας, *sobrios*) in victu.

¶ τῇ ὑπομονῇ, *patientia*) Virtus senes inprimis decens.

3 ἐν καταστήματι *) ἱεροπρεπεῖ) ἱεροπρεπὴς, sacri decori observans. κατάστημα, *habitus*, dicitur hîc de ornatu virtutum, quæ mox enumerantur. κατάστημα lato sensu **) dicitur, ut docet Lexicon Græcum Basileæ olim excusum, in fol.

¶ δεδουλωμένας, *servitio addictas*) Sane servitus est, gulam non vincere 2 Petr. II. 19.

¶ καλοδιδασκάλους) *quae doceant res bonas*; ut sequitur.

4 σωφρονίζωσι τὰς νέας, *sobrietatem doceant juvenes*) Cressas aliquanto severius tractare jubetur Titus, quam Ephesias Timotheus. 1 Tim. V. 2. Has ipse; illas Titus per provectiores ætate monet.

5) 7 περὶ πάντα) *usquequaque*.

¶ σεαυτὸν, *te ipsum*) Etiam Titus *junior*.

¶ ἐν τῇ διδασκαλίᾳ, *in doctrina*) Innuitur doctrina publica, cui opponitur mox λόγος, *sermo*, in consuetudine quotidiana. In illo genere requiruntur ἀφθορία & σεμνότης, quibus in altero respondent epitheta ὑγιῆ & ἀκατάγνωστον, ut in utroque & materia & forma se recte habeant.

¶ ἀφθορίαν) scil. παρεχόμενον. hîc non repetendum σεαυτόν.

8 ἐντραπῇ, *confundatur*) Magna veritatis & innocentiæ vis.

9 δούλους, *servos*) scil. *hortare*. v. 6.

10 ἀγαθὴν, *bonam*) in rebus non malis.

¶ κοσμῶσιν, *ornent*) Quo vilior conditio servorum, eo pulchrius describitur eorum pietas. [*Ne isti quidem projicere seipsos debuerunt, quasi nihil, quales essent, referret.* V. g.]

11 ἐπεφάνη γὰρ ἡ χάρις, *apparuit enim gratia*) *Apparitio* duplex, *gratiae* & *gloriae*. v. 13.

¶ σωτήριος, *salutaris*) ut ipsum nomen *Jesu* indicat. [*Conf. v. 10.*]

¶ πᾶσιν, *omnibus*) [*quorum tam diuersa genera memorantur v. 2 - 9.* V. g.] etiam servis, etiam gentibus. conf. c. III. 2.

12 τὴν ἀσέβειαν, *impietatem*) Antitheton, εὐσεβῶς *pie*.

¶ τὰς κοσμικὰς, *mundanas*) quæ *sobrie & juste* vivere prohibent.

¶ σωφρόνως καὶ δικαίως καὶ εὐσεβῶς, *sobrie & juste & pie*) Tres virtutes cardinales; ex quibus vel singulis vel conjunctis ceteræ nascuntur. *cf. not. Matth. c. 6, 1.*

13 προσδεχόμενοι, *exspectantes*) cum lætitia.

¶ ἐλπίδα - θεὸ, *spem - Dei*) Referri potest ad Christum. ***)

¶ σω-

*) *Pluralem* ἱεροπρεπεῖς *praetulerat* Ed. maj.: *sed* ἱεροπρεπεῖ *ad lectiones firmiores refert margo* Ed. 2, *quem*, Gnomoni *respondens*, *imitatur* Vers. germ. E. B.

**) *Itaque & h. l. non id agit Bengelius, ut sensum* usitatum *plus juste premat. Conf. Lexicon* Hederico-Ernestianum *ad vocem* καλόσημα. E. B.

s) V. 5. οἰκουρὲς] proprie, *domum custodientes*, Prov. VII. 11. *V. g.*

***) *Eamque* relationem *ob facilitatem, quam textûs graeci quemuis lectorem non praeoccupatum sentire debere judicat, cel. D.* Ernesti *praefert eorum interpretationi, qui,* (*utut eo nomine non invidiose culpandi*) *vocem* θεῦ *vel ad* Patrem *vel ad* Deitatem *in genere spectatam referri h. l. malunt. Bibl. theol. T. VIII. p. 770 sq.* E. B.

¶ σωτῆρος, *Servatoris*) c. III. 4. 6, ubi conjunctissima est Patris & Filii mentio, uti hîc, c. II. 11. 13. [*Saluatoris nomini respondet* spes: *Dei*, apparitio gloriæ. V. g.]

14 ἵνα λυτρώσηται, *ut redimeret*) Allusio ad redemtionem e *servitute*.

¶ λαὸν περιούσιον) Latine diceres, *superfactum*. Columella, *Villica debet separare, quae consumenda sunt; & quae superfieri possunt, custodire*. Conf. περιποίησις, 1 Petr. II. 9 not.

15 μηδείς, *nemo*) 1 Tim. IV. 12 not.

¶ περιφρονείτω, *contemnat*) Minister verbi divini, inermis, imbellis, ab iis, qui divino verbo se non submittunt, sed politica tantummodo præsidia aliquid esse putant, certo contemnitur. Segnius vero docentem multo magis spernunt contumaces auditores. ἐπιταγήν, *inculcationem* ex auctoritate, sentire debent, non eam ad se trahere.

CAP. III.

1 Ἀρχαῖς καὶ ἐξουσίαις, *imperiis & potestatibus*) Creta Romanorum provincia.

¶ ὑποτάσσεσθαι, πειθαρχεῖν, *subjici, obedire*) Opposita, ἀνόητοι *insipientes* (coll. Ps. XXXII. 9.) ἀπειθεῖς *inobedientes* &c.

2 ἀμάχους, *non pugnaces*) qui non adoriantur.

¶ ἐπιεικεῖς *aequos*) qui adorienti cedant.

¶ πάντας, *omnes*) Creta frequens insula hominum commereiis; atque ii fere tales erant, quales describuntur versu 3.

3 γάρ, *enim*) Vt Deus nos tractavit, sic nos debemus tractare proximum.

¶ καὶ ἡμεῖς, *& nos*) Eph. II. 3.

¶ ἀνόητοι, *insipientes*) Non agnovimus Deum ultro. [*Ipsissima haec vitae humanae extra gratiam imago est. Gratia vel stupori medetur demum. Sunt, quod mireris, qui, cum singulari in quibusdam dexteritate atque sagacitate polleant, quoad alia tamen, ubi de pietate vel & aequitate duntaxat naturali agitur, miserrime hallucinantur sibique imponi patiuntur, & suam turpiter auctoritatem collocari.* V. g.]

¶ ἀπειθεῖς, *inobedientes*) Deo se revelanti non paruimus.

¶ ἡδοναῖς, *voluptatibus*) quæ sunt etiam in maledicentia, non modo in gustu linguæ.

¶ ποικίλαις, *variis*) 2 Tim. III. 6. Insigne epitheton. Varietas delectat.

4 ἡ χρηστότης καὶ ἡ φιλανθρωπία, *benignitas & humanitas*) Hominum vitia plane contraria enumerantur versu 3.

¶ σωτῆρος, *Servatoris*) Conjugatum ἔσωσεν, *servavit*, v. 5.

5 οὐκ ἐξ ἔργων, *non ex operibus*) Negativa pertinet ad totum sermonem. non fueramus in justitia: non feceramus opera in justitia: non habebamus opera, per quæ possemus salvari. Sic Moses Israëli Deut. IX. 5.

t) ¶ διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας καὶ ἀνακαινώσεως πνεύματος ἁγίου, *per lavacrum regenerationis, & renovationem Spiritus sancti*) *Renovationem* immediate construitur cum *per*. namque ut *lavacrum & regeneratio*, sic *renovatio* & *effudit* cohærent. Duæ res commemorantur: *lavacrum regenerationis*, quæ baptismi in Christum periphrasis: & *renovatio Spiritus sancti*. Conf. Hebr. II. 4 not. Vtroque enim loco laudantur beneficia, quæ nobis per Christum & per Spiritum sanctum obtigere. Appellatur ita opus divinæ gratiæ, non solum respectu individuorum, sed respectu œconomiæ uberrimæ N. T. Hæc *regeneratio & renovatio*

t) ἔσωσεν ἡμᾶς, *salvos nos fecit*] Ipse Christianismus, pristinæ miseriæ (v. 3) oppositus, præsentissimam salutem infert. *V. g.*

vatio tollit omnem, in qua miſere jacuimus, mortem & vetuſtatem, verſu 3 deſcriptam. 2 Cor. V. 17.

6 δὺ) πνεύματος ἁγίου.

¶ διὰ, *per*) Hoc pendet a *ſervavit* &c. ut conjugata, *ſervavit*, & *Servatorem*, indicant.

7 ἵνα, *ut*) Hoc pendet a *ſervavit*.

¶ δικαιωθέντες, *juſtificati*) Nam antea expertes fueramus *juſtitiae*. v. 5.

¶ ἐκείνου, *Illius*) Dei, v. 4. 5. Sæpe τὸ ἐκεῖνος *ille* innuit remotum aliquod. Remotius æſtimatur ex ſitu verborum, non præciſe ex ipſa ſententia. Ordinaria phraſis eſt *gratia Dei*, cujus *benignitas & humanitas* apparuit, cui hîc omnia tribuuntur. Deus, optimus: nos, valde mali.

¶ χάριτι, *gratia*) Antitheton ad *opera*.

¶ κατ' ἐλπίδα, *ſecundum ſpem*) qua carebamus antea. [*Haec videlicet emollit mentem. 1 Petr. III. 9.* V. g.]

¶ ζωῆς, *vitae*) Conſtr. cum *heredes*.

8 πιστὸς, *fidus*) Refertur hoc ad antecedentia.

¶ περὶ τούτων, *de his*) non de rebus frivolis. 1 Tim. I. 7 fin.

¶ φροντίζωσι, *curent*) non jam *inſipientes*. v. 3. [*Diligentiâ opus eſt.* V. g.]

¶ καλὰ) *bona*, ſolide. Antitheton, *vanae*. v. ſeq.

¶ ὠφέλιμα, *utilia*) Antitheton, *inutiles*. ibid.

10 αἱρετικὸν, *haereticum*) ſuo arbitrio ſectantem ea, quæ v. 9 reprehenduntur.

¶ παραιτοῦ, *averſare*) monere deſine. quid enim juvat? laterem lavares. Matth. VII. 6.

11 ἐξέστραπται) Sic LXX Hebraicum הפך exprimunt, Deut. XXXII. 20.

¶ ἁμαρτάνει, *peccat*) Quicquid agit & ſentit, errat.

¶ ὢν αὐτοκατάκριτος) Ἁμαρτίαν comitatur κρίσις ἑαυτοῦ, & ſubſequitur κατάκρισις. Rom. XIV. 22. 23.

12 ἀρτεμᾶν ἢ τυχικὸν, *Artemam aut Tychicum*) cui lampada tradere poſſet Titus.

¶ ἐλθεῖν πρός με, *venire ad me*) rebus in Creta amplius expeditis.

¶ ἐκεῖ, *illic*) Non dicit, *hîc*. Nondum erat Nicopoli *) Paulus.

13 ἵνα μηδὲν, *ut nihil*) Habebat ergo Titus facultatem. Non ibant vacui.

14 μανθανέτωσαν, *diſcant*) tuo admonitu & exemplo.

¶ καὶ οἱ ἡμέτεροι, *etiam noſtri*) non modo nos, ſed etiam noſtri, quos Cretæ lucrifecimus. Hi videntur Zenan & Apollo, cum deberent, non ſatis juviſſe. [*Non conuenit, alios rem a ſe ad alios identidem deuoluere.* V. g.] Zenas & Apollo jam in Creta fuerunt apud Titum. hæc enim ratio eſt, cur eos ab Artema & Tychico diſtinguat, demum mittendis.

¶ εἰς τὰς ἀναγκαίας χρείας, *in neceſſarios uſus*) etiam ut *neceſſitudo* ſpiritualis poſtulat. ſic χρεία, Act. VI. 3. *Spiritualis neceſſitudo* dat fundamentum obligationum, quo minus ſe alter alteri ſubducere poſſit.

IN

*) *Inter complures nominis hujus urbes neque* Nicopolin ad Neſſum (*in Thracia, Macedoniae regione ſitam*) *neque* Nicopolin ad Hæmum (*item Thracicam*), *neque* Nicopolin ad Iſtrum (*hodienum ſic dictam*) *neque* Armenam Aegyptiacamue Nicopolin *vel aliam quamcunque in* Aſiæ minoris *continente reperiundam; ſed eam, quam* IN EPIRO *poſt victoriam de Antonio reportatam Auguſtus exſtruxerit, intelligendam ſine dubio eſſe, Ill.* Michaëlis *ſententia eſt, in der* Einleitung &c. *T II. p. m. 1513 ſqq.: quanquam de* Nicopoli *vel* Bythinica *vel* Cilica *denique cogitari, ſub certa conditione, non judicet incommodum.* E. B.

IN EPISTOLAM AD PHILEMONEM.

1 Παῦλος, *Paulus*) Epistola familiaris, nire ἀφειὸς, privatissima de re, inserta est libris N. T. summæ sapientiæ præbitura specimen, quomodo Christiani res civiles debeant tractare ex principiis altioribus. Frankius: *Unica epistola ad Philemonem, omnem mundi sapientiam longissime superat.* Præf. N. T. Gr. p. 26. 27.

¶ δέσμιος, *vinctus*) cui cur negaret Philemon? v. 9 f.

¶ τιμόθεος, *Timotheus*) Hæc epistola (v. 22) scripta est ante ep. II ad Tim.

2 ἀπφίᾳ, *Appiae*) Philemonis uxori, ad quam nonnil pertinebat negotium Onesimi.

¶ ὶκόν σε, *domum tuam*) Philemonis.

5 ἀκέων, *audiens*) Philemonem lucrifecerat Paulus, v. 19. & hîc constantiam ejus commendat. Ex ipso Onesimo potuit amorem ejus & fidem audire.

¶ ἀγάπην - πίςιν - πρὸς - ἰησᾶν καὶ εἰς -ἁγίας, *amorem - fidem - ad - Iesum & in -sanctos*) Sic Eph. I. 15. sed hoc loco ad Philemonem est χιασμός. primum nectitur cum quarto, secundum cum tertio. primo autem loco ponitur *amor*, quia ad *amoris* specimen hortatur Philemonem, cui ordo fidei & amoris pridem erat notus. Pro beato hocce Philemonis statu gratias Deo agit Paulus.

6 ὅπως, *ut*) Hoc pendet ab *habes*. v. 5.

¶ ἡ κοινωνία τῆς πίςεώς σε, *communio fidei tuae*) i. e. fides tua, quam communem nobiscum habes, & exerces.

¶ ἐνεργὴς γένηται, *efficax fiat*) Primum indefinite loquitur Paulus.

¶ ἐν ἐπιγνώσει παντὸς ἀγαθοῦ, *in agnitione omnis boni*) *Omne bonum* est omnis illa opulentia, quam IESVS sua egestate, qua *pauperem* egit, nobis paravit. Breviter signat ad amicum, quæ expressius ponit ep. 2 ad Cor. VIII. 9, ubi etiam est *cognoscitis*. Oportet, ut IESVS vicissim (in Suis) fruatur iis, quæ nobis benefecit. Circulus elegans. ἀγαθὸν, *beneficium*, mox v. 14.

¶ εἰς, *in*) Constr. cum *fiat*. Bonum nobis exhibitum redundare debet in Christum.

7 χαρὰν - καὶ παράκλησιν, *gaudium - & consolationem*) Solenne syntheton: 2 Cor. VII. 4. &, *gaudeo*, inquit, pro *gratiarum actione*. 1 Cor. XVI. 17 not.

¶ τῶν ἁγίων, *sanctorum*) His patuit domus Philemonis. v. 2.

8 διὸ, *quapropter*) Hinc pendet *adhortor*.

¶ ἐπιτάσσειν, *imperare*) Magna auctoritas, cujus fundamentum, Philemonis obligatio, v. 19, *obedientiam* postulans. v. 21.

9 ἀγάπην, *amorem*) meum erga te, tuum erga Onesimum. Philemonis amor erga Paulum antea commemoratus est. Amantem amanter rogat Paulus.

¶ μᾶλλον, *potius*) Non dicit, si reniteris, *meam & Petri indignationem incurres*. ut habet stilus curiæ Romanæ minime apostolicus.

¶ παρακαλῶ, *rogo*) Tres sunt partes epistolii:

I. In-

v. 1-3

I. Inscriptio.

II. Commemorato Philemonis flore spirituali, v. 4 ss. ROGAT eum, ut Onesimum, qui aufugerat, recipiat, v. 12. 17, hospitium etiam parari sibi cupiens.

v. 22

v. 23-25.

III. Conclusio.

¶ τοιοῦτος, *talis*) Tria ponit argumenta, cur malit amanter hortari, & rogare, quam imperare: indolem suam, *Pauli*, Philemoni pridem perspectam, senectutem, & vincula. Senectus mites facit: coll. Luc. V. 39. sed ante senectutem quoque Paulus erat Paulus. pridem ex benignitate aliena pendebat, & nunc, foris nihilo beatior, pendet. Lepos est in hac epistola mixtus gravitate.

10 παρακαλῶ, *adhortor*) Hoc verbum, quasi post parenthesin, iteratur, magna vi.

¶ περὶ τοῦ ἐμοῦ τέκνου, *de meo filio*) Favorabilem præmittit præter alia prosopographiam, oratione suspensa, donec invisum *Onesimi* nomen ponit. Et sapit tota epistola recentem de Onesimo lucrifacto lætitiam, quem ipsum videtur celasse, se tam benigne de illo scribere.

¶ ἐγέννησα, *genui*) Erat hic Paulo filius senectutis.

¶ ὀνήσιμον, *Onesimum*) Ad hoc nomen suaviter alludit versu seq. *Ps. 4, 9.*

11 ἄχρηστον, *inutilem*) Litotes. erat enim noxius. Similiter lenis sermo in verbo *jejunctus est*, v. 15. item v. 18, *sin autem debet.*

¶ σοὶ καὶ ἐμοὶ, *tibi & mihi*) Philemonem civiliter præponit sibi. De se agit v. 13 s. de illo, v. 15 s. χιασμός.

¶ εὔχρηστον, *bene utilem*) Alluditur ad nomen *Onesimi*. sic, ὀναίμην, v. 20. Sine pietate ne servus quidem officium facit: cum pietate, quilibet frugi est.

¶ ἀνέπεμψα, *remisi*) Onesimus etiam antequam ad frugem veram perveniisset, tamen bene de Paulo existimarat, & ipsius flagitii sui occasione ad illum confugit.

12 τὰ ἐμὰ σπλάγχνα, *mea viscera*) Exemplum σοργῆς *pietatis* spiritualis. v. 17.

¶ προσλαβοῦ) *accipe.* Mite verbum, recurrens ibidem.

13 ὃν, *quem*) Ostendit, jam fide dignum esse Onesimum.

¶ ὑπὲρ σοῦ, *pro te*) tuo nomine.

14 ὡς, *quasi*) Particula mitigans. nam etiamsi non coactus fuisset Philemon, tamen voluntas ejus minus apparuisset.

¶ ἀνάγκην, *necessitatem*) Non enim potuisset refragari Philemon.

15 τάχα, *forsitan*) Humano more sic loquitur apostolus, uti 1 Cor. I. 16. *Occulta sunt quippe judicia Dei.* vid. Hieron. ad h. l.

¶ ἐχωρίσθη, *secessit*) Lene verbum.

¶ ἀιώνιον, *æternum*) in hac vita, Ex. XXI. 6, & in cœlo. Elegantissima amphibolia, utrinque verissima. Ad eam diuturnitatem comparatum totum tempus absentiæ Onesimi erat *horula.*

¶ ἀπέχῃς) *tibi habeas.*

16 ἐκέτι ὡς δοῦλον, *non jam ut servum*) Servus fuerat.

¶ ὑπὲρ δοῦλον, *supra servum*) Hoc instar epitheti. *Sed* nectitur cum *fratrem. supra servum*: ex quo majorem, quam e servo fis fructum capturus. ὑπερδουλος compositum est apud Apollonium l. 4. de Syntaxi c. 3: quod quid denotet, aut an huc referri possit, nescio.

¶ ἀδελφὸν, *fratrem*) Non addit ὡς *tanquam.* Plane pro fratre commendat.

¶ ἀγαπητὸν, *amatum*) Amor in fratrem amicumque fertur, non in servum.

¶ μάλιστα ἐμοὶ) *maxime mihi*, præ cunctis aliis, qui tamen non excluduntur.

Ac *Paulus* apostolus magno veterum consensu scriptor epistolæ perhibetur.*) Ante omnes Petrus ad electos advenas dispersionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ & Bithyniæ scribens, Pauli ad eosdem literas laudat: at reliquæ Paulinæ ad conversos ex gentibus missæ sunt, hæc una ad *Hebræos* est, quanquam *Hebræos* ipse non appellat, minusque commode in titulo, vetusto sane, sed post Pauli manum præfixo, *Hebræi* dicuntur pro *Iudæis Hellenistis Christianis* **), ad quos eum scripsisse, infra ad Cap. VI. 10 observavimus. Pauli porro methodum ac stilum facile agnoscas. nam

*) *Conf. D. I. G.* Pritii *Introductio in lectionem N. T., Ed. C. G.* Hofmanni, *Lipsi.* 1737. *p.* 47 *sqq.* E. B.

**) *Alia est cel.* Michaëlis *sententia, qui* (*in der* Einleitung in die g. Schr. d. N. B., T. *II. p. m.* 1506 *sqq.*) *ad* Iudæos Hierosolymitanos s. Palæstinos, *&* hebraico *quidem idiomate scriptam, atque ab anonymo* græce *postmodum* translatam *censet Epistolam. Quum argumenta sua, quæ Introductioni* Exegeseos Ep. ad Hebræos, *A.* 1762 *editæ, inseruerat,* l. c. *repetere nimis longum existimauerit: liceat mihi* (*quem non minus breuitas b. l. decet*) *eam eorum* Summam *hic fideliter itidem, sed in nervo, proponere, quam* fideli *operâ referre se testatur S. R. D.* Ernesti, *Bibl. th. T. IV. p.* 896 -- 905; *et, quæ in ponderanda* recensione Ernestiana *responsionis loco suborta mihi sunt, lectorum judicio succincte exponere.*

I. Ad Iudæos Palæstinos epistola hæc, *si cel. Michaëlis vicerit,* scripta est: nam

1. *Hebræorum* nomen, quod *Inscriptio* exhibet, non promiscue omnibus omnium locorum Iudæis commune fuisse, distinctio docet, quæ habetur Act. VI. 1. coll. c. IX. 29. XI. 20. Phil. III. 5.

R. *Inscriptionem vetustam quidem, sed post Pauli manum præfixam esse,* Gnomon *monet. Ceterum* omnes fere Codices *nomen* Pauli *exhibere in titulo,* Beza *testatur. Quodsi pro* Hebræis, *tanquam epistolæ Objecto, inscriptio dimicare censeatur: eadem etiam* Paulum *auctorem antiquitus agnitum euincet; de quo cum* dubie *loquantur Patres mox citandi: vix videtur auctoritas eorum hac in re cum auctoritate Inscriptionis inconcussa simul stare posse. Neque vero demonstratum est, eos, qui* titulum *præfixerunt, legitimum nominis* Hebræorum *significatum obseruasse.*

2. Ex Patribus, epistolam hebraice scriptam esse testantur *Clemens* Alex., *Eusebius* & *Hieronymus.*

R. *Patrum horum hac in re judicio si nimium tribuas: non de* idiomate *duntaxat epistolæ, sed de ipsa etiam* Θεοπνευστία (*satis tamen aliunde firmata*), *vel de* auctore *certe dubitandum erit. Agnoscet, puto, hanc instantiam non temere proferri, quicunque euoluerit loca & secum pensitauerit.*

3. *Excusatio* c. XIII. 22 obuia locum non haberet, siquidem ad Ecclesias ab ipso Paulo plantatas epistola directa esset.

R. *Similes* excusationes *vid.* 2 *Cor. II.* 4. 9. *VII.* 8. 9 *sq. Phil. III.* 1. &c. *Et* acerrimis monitis, *quarum plena est hæc epistola, præcipue conuenit, ut sub finem* animos emolliat. *Conf. Gnom. ad Gal. VI.* 18.

4. *Alium,* ubi de seipso scribit, *characterem* Paulus in reliquis epistolis, quam in hac, sustinet.

R. *Contrarium patet ex noëmatibus et locutionibus largiter in* Gnomone *allegatis.*

5. *Concordiam* cum Christianis græcis alendam in literis *ad ecclesias mixtas* urgere solet Paulus.

R. *Eandem et in* hac *epistola urget, c. X.* 24. *XII.* 14 *sq. XIII.* 1. 2., *plane ut Petrus* (*ad* eosdem, *quæ nostra hactenus hypothesis est, scribens*) 1 *Ep. c. I.* 22. *II.* 1. 17 *med. III.* 8. *IV.* 8 *sq.* (*coll. Hebr. XIII.* 2).

6. Non quasuis ecclesias opus fuit aduersus *apostasiam* muniri.

R. *Vide Rom. XI.* 20 *sq.* 1 *Cor. X.* 12. 1 *Thess. III.* 5. *& inprimis* 1 *Petr. IV.* 17. 18. 19. *V.* 8. 9. 2 *Petr. I.* 9. 10. *III.* 17.

Ac *Paulus* apostolus magno veterum consensu scriptor epistolæ perhibetur.*) Ante omnes Petrus ad electos advenas dispersionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ & Bithyniæ scribens, Pauli ad eosdem literas laudat: at reliquæ Paulinæ ad conversos ex gentibus missæ sunt, hæc una ad *Hebræos* est, quanquam *Hebræos* ipse non appellat, minusque commode in titulo, vetusto sane, sed post Pauli manum præfixo, *Hebræi* dicuntur pro *Iudæis Hellenistis Christianis* **), ad quos eum scripsisse, infra ad Cap. VI. 10 observavimus. Pauli porro methodum ac stilum facile agnoscas. nam

*) *Conf. D. I. G.* Pritii *Introductio in lectionem N. T., Ed. C. G.* Hofmanni, *Lipsi.* 1737. *p.* 47 *sqq.* E. B.

**) *Alia est cel.* Michaëlis *sententia, qui* (*in der* Einleitung in die g. Schr. d. N. B., *T. II. p. m.* 1506 *sqq.*) *ad* Iudæos Hierosolymitanos s. Palæstinos, *&* hebraico *quidem idiomate scriptam, atque ab anonymo* græce *postmodum* translatam *censet Epistolam. Quum argumenta sua, quæ Introductioni* Exegeseos Ep. ad Hebræos, *A.* 1762 *editæ, inseruerat,* l. c. *repetere nimis longum existimauerit: liceat mihi* (*quem non minus breuitas b. l. decet*) *eam eorum* Summam *heic fideliter itidem, sed in nervo, proponere, quam* fideli *operâ referre se testatur S. R. D.* Ernesti, *Bibl. th. T. IV. p.* 896 -- 905; *et, quæ in ponderanda* recensione Ernestiana *responsionis loco suborta mihi sunt, lectorum judicio succincte exponere.*

I. Ad Iudæos Palæstinos epistola hæc, *si cel. Michaëlis vicerit,* scripta est: nam

1. *Hebræorum* nomen, quod *Inscriptio* exhibet, non promiscue omnibus omnium locorum Iudæis commune fuisse, distinctio docet, quæ habetur Act. VI. 1. coll. c. IX. 29. XI. 20. Phil. III. 5.

R. *Inscriptionem vetustam quidem, sed post Pauli manum præfixam esse,* Gnomon *monet. Ceterum* omnes fere Codices *nomen* Pauli *exhibere in titulo,* Beza *testatur. Quodsi pro* Hebræis, *tanquam epistolæ Objecto, inscriptio dimicare censeatur: eadem etiam* Paulum *auctorem antiquitus agnitum euincet; de quo cum* dubie *loquantur Patres mox citandi: vix videtur auctoritas eorum hac in re cum auctoritate Inscriptionis inconcussa simul stare posse. Neque vero demonstratum est, eos, qui* titulum *præfixerunt, legitimum nominis* Hebræorum *significatum obseruasse.*

2. Ex Patribus, epistolam hebraice scriptam esse testantur *Clemens* Alex., *Eusebius* & *Hieronymus.*

R. *Patrum horum hac in re judicio si nimium tribuas: non de* idiomate *duntaxat epistolæ, sed de ipsa etiam* Θεοπνευστία (*satis tamen aliunde firmata*), *vel de* auctore *certe dubitandum erit. Agnoscet, puto, hanc instantiam non temere proferri, quicunque euoluerit loca & secum pensitauerit.*

3. *Excusatio* c. XIII. 22 obuia locum non haberet, siquidem ad Ecclesias ab ipso Paulo plantatas epistola directa esset.

R. *Similes* excusationes *vid.* 2 *Cor. II.* 4. 9. *VII.* 8. 9 *sq. Phil. III.* 1. &c. *Et* acerrimis monitis, *quarum plena est hæc epistola, præcipue conuenit, ut sub finem* animos emolliat. *Conf. Gnom. ad Gal. VI.* 18.

4. *Alium,* ubi de seipso scribit, *characterem* Paulus in reliquis epistolis, quam in hac, sustinet.

R. *Contrarium patet ex noëmatibus et locutionibus largiter in* Gnomone *allegatis.*

5. *Concordiam* cum Christianis græcis alendam in literis *ad ecclesias mixtas* urgere solet Paulus.

R. *Eandem et in* hac *epistola urget, c. X.* 24. *XII.* 14 *sq. XIII.* 1. 2., *plane ut Petrus* (*ad* eosdem, *quæ nostra hactenus hypothesis est, scribens*) 1 *Ep. c. I.* 22. *II.* 1. 17 *med. III.* 8. *IV.* 8 *sq.* (*coll. Hebr. XIII.* 2).

6. Non quasuis ecclesias opus fuit aduersus *apostasiam* muniri.

R. *Vide Rom. XI.* 20 *sq.* 1 *Cor. X.* 12. 1 *Thess. III.* 5. *& inprimis* 1 *Petr. IV.* 17. 18. 19. *V.* 8. 9. 2 *Petr. I.* 9. 10. *III.* 17.

nam propositionem & partitionem præmittit tractationi, c. II. 17: parti didascalicæ pædeuticam distincte & separatim subjungit: partem pædeuticam prolixiorem in fine

7. *Persecutiones*, c. X. 32 sq. XII. 3. XIII. 6 memoratæ, non in Iudæos per prouincias dispersos quadrant, sed in Hierosolymitanos, quibus facile Synedrium eas mouit.
R. *Quasi vero nullæ fuerint Iudæorum in dispersione calamitates? Vid. 1 Petr. I. 6. 7. III. 13-17. IV. 1-5. 12-19. V. 9. 10. Iac. I. 2 sq.* &c.
NB. *Ad* Objectionem *de* paupertate Christianorum Hierosolymitanorum, *cui non conueniat* beneficentiæ gloria, *c. VI. 10. XIII. 16 ipsis tributa, respondet* Vir *cel.* a) τὸ διακονεῖν non solas largitiones innuere; b) viduam, utut egenam, beneficentiæ nomine a Christo laudatam esse; c) omnes omnino Christianos Hierosolymitanos (omni tempore) cum penuria conflictatos esse, non posse demonstrari.
Sed α) *de* beneficentia *ll. cc. iisdem terminis, quibus alibi Paulus eam describit, aperte sermo est.*
β) *non solum* laudantur *fideles beneficentiæ nomine, sed* prouocantur *ulterius; quod, si egestate laborarunt, vix videtur menti Paulinæ respondere, qualem v. gr. declarauit 2 Cor. VIII. 13.*
γ) *Diserte ll. cc.* præsens, præteritum *&* futurum *conjunguntur hoc respectu: atque aliæ etiam* epistolæ *Pauli* (*diuersis utique* temporibus *scriptæ*) eleemosynas Hierosolymitanis *expendendas urgent. Vid. Rom. XV. 26 sq. 1 Cor. XVI. 1 sq. 2 Cor. VIII. 2 sq. IX. 1 ss.*

II. Hebraice primitus scriptam esse Epistolam, ex hactenus dictis *sequenti argumentatione colligit Eruditus noster:*
1. Ex Act. XXI. 40. coll. XXII. 2, ad oculum patet, *hebraicum* idioma *usitatissimum* tum temporis Hierosolymis fuisse.
2. Etiamsi fateantur *Clemens Alex., Eusebius* & *Hieronymus*, neminem ante ipsos exemplar hebraicum vidisse: conjectura tamen eorum supponit, *communem* ætatis illius *persuasionem* fuisse, quod ad Hebræos Hierosolymitanos scripta sit epistola, & quod *græcam* epistolam ne intellecturi quidem isti fuerint.
3. Epistolæ *stilus græcus*, ex *Origenis* testimonio, non æque *Paulinus*, ac *sensus animi*, græcum utique *interpretem* prodit, a Paulo diuersum.
4. Verba *græca* c. XI. 21, quæ multo *minus* quam hebraica Gen. XLVII. 31 sermonis *nexui respondent*, vix possunt ab ipsius auctoris manu profecta censeri.
Enimuero α) *ad* Act. XXI *cel. D.* Ernesti *l. c. regerit, vix probabile esse, quod* Pilatus *v. gr. ad populum et Iesum* hebraice *dixerit, vel* hebraicas *ab his responsiones accipere potuerit; sed facillime animo concipi, eandem fortassis eo tempore linguarum rationem Hierosolymis fuisse, quæ hodie sit* Argentorati, *ubi germanica pari fere passu ambulat cum gallica.*
β) *Fama ista, quâ Patres citati ad Hierosolymitanos epistolam scriptam esse, atque hos ipsos græca ne intellecturos quidem fuisse, acceperunt, pondere suo vix æquauerit graue dubium, quî fieri potuerit, ut ne* Origenes *quidem, eximii nominis et præcipuæ sedulitatis Criticus, idemque hebraicæ linguæ peritissimus, ullius* hebraici exemplaris *vel vestigium posset eruere.*
γ) *Subtilis fuerit gustus, qui sensum animi NB.* non apostolicum *in genere, sed* Paulinum *utique, in Scripto* stilum, a Paulo alienum *referente distinguere a reliquis cogitandi rationibus valeat. Fateor me suspicari,* vitio subreptionis *hac in caussa non plane liberum fuisse* Origenem.
δ) *Textum LXX viralem* jure *ab Apostolis* retineri, *etiamsi non ex asse respondeat hebraico; ipse cel.* Michaëlis *inculcat. Vid. omnino* Einleitung in die g. Schr. d. N. B.

fine epistolæ ponit: eadem dicta V. T. citat, quæ alibi: c. II. 8. X. 30. 38; nec non cap. I. 6. iisdem noëmatibus & locutionibus utitur. vid. not. ad c. I. 3. 6. II. 2.

d. N. B. *T. I. p. m. 78 sqq. Quibus vero rationibus* l. c. *combinanda sint cum hebraicis græca, videre est in* Gnomone.

III. Objectionibus *denique tum* criticis *tum* dogmaticis *quæ responderit ill.* Michaëlis, *breuiter indicare, subjuncta identidem* instantiâ, *animus est*;

1) *Ad* criticas *objectiones regerit Vir doctissimus:*

1. *Exiguus Hebraismorum numerus* non officit: nam interpretis (des Veberfezers) dexteritas hîc spectanda est potius, quam Scriptum originale.

R. *Hebraismos* non raros *ineſſe huic Epistolæ, immo vero* Hebræorum methodo *suam hîc præcipue attemperasse Apostolum, ipse* Gnomon *monet ad c. I. 4. Ex mente igitur* Bengelii *nulla ex isto latere sententiam cel.* Michaëlis *difficultas premit.*

2. Dictorum *allegatio ex græca V. T.*, utut minus interdum opportuna, *translatione* eodem scopo potest facta esse, quo Lutheri nos translatione utimur in allegandis publice Scripturæ dictis. Alia ratio est, ubi argumentum ipsum s. *neruus* probandi fonte hebraico nititur: sed hujus cautelæ *immemor* fuit Interpres epistolæ græcus c. XI. 21, & c. I. 6.

R. *Atqui si vel* inspectante Paulo *scripsit Interpres ille græcus, vel* ipse *quoque* θεοπνευστος fuit (*vid. infra, ad not. 2) nr. 4. lit. c*): *tum responsio ista* (*monente cel.* Ernesti) *nodum non soluit.*

3. *Dilogia vocis* διαθηκη c. IX. 15 sq., quâ Pauli *argumentatio nititur*, & quæ nonnisi in *græco* sermone obtinet, non obstat: nam l. c. vox διαθηκη semper *fœdus* denotat, sacrificiis & sanguine nunquam non confirmari solitum.

R. *Atqui non in* foedere (*quæ iterum* Ernestiana *instantia est*), *sed in* testamento *requiritur, ut* suam ὁ διαθεμενος *vitam ponat, v. 16. 17., neque* hereditas (*v. 15*) *acquiritur confirmatione foederis. Ceterum hebraicum quoque* ברית & fœderis *ideam et* testamenti *inuolvere posse, cel.* Ernesti *judicat: quo concesso aliam solutionis viam celo.* Michaëlis *præbuit.*

4. Explicatio nominum hebraicorum *Melchisedek* et *Salem*, c. VII. 2, quum nomina propria subinde soleant in eadem lingua exponi, nihil probat.

R. *Hanc responsionem* in illo nexu, *qui est c. VII. 2, non esse nullius momenti, candide equidem profiteor. Sæpissime videlicet in ipso codice hebr. V. T. nominum* etymon *urgetur &* omen *ostenditur; e. gr. Gen. IV. 1. 25. V. 29. XVII. 5. XXI. 3, coll. 6. XXXII. 28.* &c.

5. Si quæras, *exemplar hebraicum* quî *tam cito perire* potuerit, ut Patrum nulli contigerit ejus quidquam videre: sciendum est, et paucos antiquiorum hebraica sciuisse, et Vrbem breui post fuisse desolatam.

R. *Atqui vero, si* (*quæ* Viri cel. *hypothesis est*) *Hierosolymis & in omni Palæstina* lingua hebraica *tempore scriptionis* usitatissima *fuit: concipi vix potest, quî factum sit, ut ἀκατάγραφα hebraica vel numero tam exiguo adornata sint, vel a Iudæis christianis ex Vrbe desolanda aufugientibus tam negligenter dimissa & posthabita.*

6. *Versio syriaca*, primi seculi ex hypothesi opus, non ex originali hebræo, sed *ex græca translatione* deducta est; quoniam scil. græcum exemplar facilius erat acquisitu, quam hebraicum.

R. *Probabile non est*, primo *statim* seculo *facilius fuisse*, græcæ Versionis *a quoquam, quam* Originalis hebraici *exemplari a Iudæis ex Vrbe profugis & undiquaque dispersis potiri. Conf. R. ad nr. 5.*

7. *Paronomasiæ*, frequenter in hac epistola obuiæ, & *græcum Pauli stilum* potius, quam translationem ex Hebræo factam redolentes, non incommode translatori etiam tribui possunt; dummodo liberiori interpretandi methodo, neque seruili verborum obseruantia usus esse supponatur.

R. *Atqui difficile probatu fuerit, eâ licentiâ in translationibus usos esse antiquos, quam recentiorum aliqui & sumere sibi gestiunt & aliis commendare.*

8. *Theo-*

II. 2. 5. 8. 9. 10. 14. 15. III. 1. 6. 12. 16. IV. 9. 16. V. 6. 11 sqq. VI. 1. 9. 10. 11. 12. VII. 2. 5. 18 f. 22. 25. 26. 28. VIII. 1. 6. 11. 13. IX. 1. 10 f. 15. 28. X. 5. 39. XI. 7. 11. 13. 19. 35. 37. XII. 1. 4. 10. 12. 22 f. 27. XIII. 1. 5. 9. 10. 14. 18. 20. 21. 23. 25. Olim alii *Barnabam*, vel *Lucam*, vel *Clementem Romanum*, auctorem censuere: nempe quia quisque eorum hanc epistolam, sine auctoris nomine, in manibus habebat, pro ipso auctore quisque eorum est habitus. Sed cur huic uni epistolæ non præfixit Paulus nomen suum, quod iis, ad quos scribebat, carum fuisse patet ex cap. XIII. 19? Non præfixit, quia non adhibuit inscriptionem. neque enim ea semper utebantur veteres, pro simplicitate antiqua: conf. 2 Reg. V. 6. X. 2. 6: ubi excerpta potius dari quam epistolas ipsas verbum לאמר præpositum vix patitur, ut credamus. Atque ardor Spiritus in hac perinde, ut in Iohannea prima epistola in rem protinus ipsam erumpens, auditores percellit; salutationem vero & gratiarum actionem initio ceterarum epistolarum a Paulo poni solitam, in conclusione epistolæ rependit. Hæc Pauli, duæque Petri epistolæ (quibus simillimas Iacobi Iudæ-

8. *Theologiam allegoricam*, nusquam non hac in epistola conspicuam, non græcis duntaxat Iudæis, sed hebræis quoque & chaldaico idiomati adsuetis usitatam fuisse, ex Targume Ionathanis, ex tertio Hoseæ capite, nec non ex methodo Christi, parabolice Legem interpretantis, satis est manifestum.

R. Huic instantiæ, quod opponam, habeo nihil.

2) *Ad* dogmaticas *objectiones* hæc *sunt cel:* Michaëlis *responsa*, *nouis nunc stipata* instantiis:

1. Objectiones dogmaticæ *generatim* ejusmodi sunt, ut in quæstionibus historicis et criticis *parum* subinde *ponderis* habeant.

R. *Vbicunque criticis documentis historicisue* confecta *pæne* res est, *ibi minus quidem valent rationes dogmaticæ; sed plus habent ponderis, quam diu sub judice lis est.*

2. Si concedere cogar, non Pauli αὐτόγραφον, sed *Versionem græcam*, nobis videlicet superstitem, legitimam *Canonis partem* ex mea hypothesi constituere, adeoque Interpretem pro Θεοπνεύστῳ habendum fore: nihil inde absurdi sequeretur. Ipsi videlicet Christi sermones non eo, quo elocutus est, idiomate, sed græca Θεοπνεύστων translatione ad nos peruenerunt.

R. *Atqui de* Θεοπνευστία *Euangelistarum constat;* non constat *de Interpretis istius* (*siquidem aliquis fuit*) *auctoritate. Itaque comparatio non prorsus videtur adæquata.*

3. Hypothesis ista, qua *sermo græcus* librorum N. T. canonicorum *character* esse perhibetur, non ipsâ libri canonici notione, sed inductione duntaxat nititur (-- adeoque, hoc in casu, petitionem principii redolet).

R. *Conceditur: dummodo veteris ecclesiæ testimonio non plus, quam par est, detrahatur.*

4. Translationem non posse pro *certa fidei regula* haberi, negatur: nam a) hoc modo neque germanicis hodie Bibliis, neque græcis olim latinisue frui satis tuto datum esset; b) genuinam esse hanc translationem, uniuersus rerum concentus & euidentia clamat; c) si vel a viro Θεοπνεύστῳ, vel inspectante certe Paulo adornata supponatur: omnis denique difficultas cessat.

R. *Si antiquitatis testimoniis fide dignis* constaret, *fuisse aliquem epistolæ hujus interpretem* Θεόπνευστον, *tum securitas utique adesset. Quod reliquum est, translationibus siue germanicis siue latinis siue aliis quibuscunque nostra quidem fides nunquam* ita *nititur, ut Pontificiorum v. gr. Vulgato suo: hinc* ad fontes *nos semper censemus* recurrendum *esse, quum difficultas oborta fuerit.* E. B.

Iudæque addas licet) & ad eosdem Israëlitas credentes in Ponto, Galatia, Cappadocia, Asia & Bithynia dispersos, & eodem fere tempore, scriptæ sunt. Triennio ante vastationem Hierosolymorum Paulus & Petrus Romæ sunt interemti. igitur hæc quoque ad illos epistola templo stante scripta est. cap. VIII. 5. Petrus paulo ante martyrium utramque suam scripsit epistolam: & in secunda laudat epistolas Pauli, nominatim hanc, quæ tum recens erat, multis primorum *auditorum* jam defunctis. Hebr. II. 3.

Vt Petrus, Iacobus, Iudas, sic Paulus hîc quoque Græce scripsit, non Hebraice. etenim *Græcam* Mosis & Psalmorum lectionem, ab Hebraica diversam, allegat: c. I. 6. X. 5. uno verbo *Græco*, κατάπαυσις, vim Hebraicorum duorum שבת & מנוחה complectitur: cap. IV. 4. 5. Hebraica *Græce* interpretatur: c. VII. 2. propriamque *Græci* vocabuli, διαθήκη, notionem urget. c. IX. 16.

Totus in id incumbit, ut fratrum *fidem* in Iesum Christum *confirmet*, cap. XIII. 8 s. Confirmat autem eam per demonstrationem *Gloriæ* ipsius. *Caput* hoc ipse appellat. c. VIII. 1. Itaque omnes partes epistolæ, monitis acerrimis & stimulis efficacissimis præditæ, una eademque sermonis forma edisseruntur, & doctrina ususque quovis loco per *ergo* conjunguntur.

SVMMA est hæc:

Elucet Iesu Christi gloria

I. ex PRÆVIA Comparatione cum PROPHETIS atque ANGELIS. *Cap. I. 1-14.*
ERGO debemus attendere sermoni ejus. *II. 1-4*

II. ex PRÆCIPVA Comparatione PASSIONIS & CONSVMMATIONIS. Hîc notanda

1. Propositio & Summa, ex Psalmo VIII. 5-9

2. Tractatio: Habemus auctorem salutis & gloriæ CONSVMMATVM, qui NOSTRA causa PASSVS est prius, ut (1) MISERICORS fieret & (2) FIDELIS (3) ARCHISACERDOS. 10-18.

Hæc tria singulatim, PASSIONE & CONSVMMATIONE aptissime subinde intertexta, explicantur.

A. Habet virtutes sacerdotales:

I. Est FIDELIS.
ERGO vos ne sitis INFIDELES. *III. 1 s. 7 - IV. 13*

II. Est MISERICORS.
ERGO accedamus cum FIDVCIA. *14. V. 3*

B. Est Ipse a Deo appellatus SACERDOS. Hîc

I. SVMMA ex Psalm. II & CX & ex re gesta proponitur, 4-10

Auditoresque inde SVMMATIM EXCITANTVR. *11 - VI. 20.*

II. Res ipsa COPIOSE.

1. explicatur. Est nobis

α. *SACERDOS MAGNVS:*
I. talis, qualem PSALMVS CX describit:
1. secundum ordinem MELCHISEDEK. *VII. 1-19*
2. cum IVREIVRANDO. *20-22*
3. in ÆTERNVM. *23 f. 26-28.*

II. adeoque singulariter excellens:
1. COELESTIS: *VIII. 1-6*
2. isque NOVI testamenti. *7-13*
β. *INTROITVS IN SANCTVARIVM.* *IX. 1-X. 18*
2. ad Vsum vertitur. ERGO
I. præstate fidem, spem, amorem. *X. 19. 39*
Hæc tria uberius urgentur:

α. *FIDES cum tolerantia,*
quæ exemplo VETERVM, *XI. 1-40. XII. 1*
& ipsius IESV, *2. 3*
præstanda est *4-11*
ALACRITER, PACATE, SANCTE. *12-17*
β. *SPES.* *18-29*
γ. *AMOR.* *XIII. 1-6*

II. ad profectum in his virtutibus utimini ANTISTITVM
1. priorum memoria: *7-16*
2. præsentium vigilantia. *17-19*

Huic periochæ, & toti epistolæ respondet VOTVM, DOXOLOGIA, CONCLVSIO placida. *20-25.*

Appellationes eorum, ad quos scribitur, v. gr. *Fratres*, non inconsiderate adhibentur, sed aut novam epistolæ partem aut affectum indicant. Itaque apostolus primum eos appellat cap. III. 1. 12, & ait, *fratres sancti, vocationis coelestis participes*, & simpliciter, *fratres:* & sic rursus demum c. X. 19. Etenim his locis præcipuæ duæ cohortationes ineunt. Præterea *fratres* appellat in Conclusione, c. XIII. 22, & *dilectos*, sub illam acrem admonitionem, c. VI. 9. Qui has appellationes; & *Partitiones*, c. II. 17. X. 19-21, quarum alteram tractatio sua in textu subsequitur, alteram præcedit; & Particulam *ergo*, in Conspectu epistolæ expenderit, is eum etiam ipsum conspectum non confictum a nobis, sed ex ipsa Epistola eductum facile agnoscet fructuoseque versabit.

In eodem conspectu *Comparationes* aliquas notavimus: sed multo plures ipsa habet epistola, quæ tamen ad duo fere capita redeunt. I. Magni sunt prophetæ, angeli, Moses, Iosua, Aaron &c. sed infinitis intervallis major Iesus Christus. Veterum Hebræorum sententia habet: *Rex Messias est major Abrahamo & patriarchis, Mose, & angelis ministerialibus.* Eam sententiam huc confert *Schoettgenius*, cujus Horæ ad hanc inprimis Epistolam frugi sunt. II. Bona erat conditio fidelium veterum: sed melior est conditio *Christianorum.* Atque hoc alterum tractatur potissimum capite XI. Vbique autem exemplis bonis & beatis

tis interſperguntur etiam mala & miſera. Exſtat igitur in hac epiſtola Recapitulatio totius *V. T.* ſimulque Iudaiſmus antiquatur, & promulgatio *N. T.* ad ἀκμὴν & ſummum faſtigium perducitur, in ipſo millenarii IV & V confinio. Vid. *Ord. temp.* p. 288. [*Ed. II. p. 247 ſq.*]

CAP. I.

1 Πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως) DEVS locutus eſt πολυμερῶς, *per multas partes.* Creatio, revelata tempore Adami; iudicium, tempore Enochi: & ſic ſubinde explicatior data eſt cognitio. locutus eſt etiam πολυτρόπως *per varios modos* revelationum, in ſomniis & viſionibus. Itaque πολυμερῶς pertinet ad materiam, πολυτρόπως ad formam. In utroque eſt antitheton ad unam totalem & perfectiſſimam DEI erga nos communicationem in Ieſu Chriſto. Ipſa prophetarum *multitudo* indicat, eos ex *parte* prophetaſſe. Ergo non debetis, inquit, terreri novitate Chriſtiana.

¶ πάλαι· *olim*) Non minimo intervallo prophetæ nulli exſtiterant, quo exſpectatior eſſet Filius. [*Malachias, prophetarum V. T. nouiſſimus, aliquot ſeculorum ante natum Chriſtum interuallo vaticinatus eſt.* V. g.]

¶ ὁ θεὸς, *Deus*) Tractat apoſtolus de *DEO*, h. l. de *Chriſto*, c. II. 3. de *Spiritu S.* c. III. 7.

¶ λαλήσας· *locutus*) Synecdoche, de omni communicatione, uti Ps. II. 5. Sic דבר ῥῆμα *verbum* late dicitur.

¶ ἐν· *in*) Ergo Deus ipſe erat *in prophetis;* tum maxime *in Filio.* Rex mortalis loquitur *per* legatum, non tamen *in* legato. Niſi in proſpectu ad ſequentia, ut de υἱῷ dicatur, apoſtolus τὸ ἐν *in* poſuiſſet, poſuiſſet ſine dubio διὰ τῶν προφητῶν, *per prophetas.* Ex hac ratione Τὸ ἐν *in* urgeri abſonum non eſt.

¶ ἐν τοῖς προφήταις· *in prophetis*) Ἐν τοῖς ἀγγέλοις Artemonius Part. I. cap. XLIII contendit ſcripſiſſe Lucam. Lucam enim epiſtolæ hujus ſcriptorem cenſet p. 98: quæ ſententia non abhorret a Clem. Alex. adumbr. in 1 Petr. V. 13, ubi *Lucas Pauli ad Hebræos epiſtolam interpretatus* dicitur, quanquam eam ab ipſo Paulo Græce ſcriptam, ſupra probavimus. Ἐν τοις προφήταις, omnia monumenta habent: & epiſtola excellentiam Chriſti, tot comparationibus adhibitis, oſtendens, utique etiam *prophetis*, iisque cunctis, eum anteponit. coll. Matth. XI. 13. XII. 41. Ioh. VIII. 53. Anteponit autem eum prophetis aut nusquam, aut hoc loco; & hîc quidem id attingit quaſi obiter in ipſo ingreſſu, comparatione hac mox per alias magis illuſtres abſorpta. Habet interim hæc *prophetarum*, in ipſo epiſtolæ initio, ſummatim facta mentio, egregiam occupationem & argumentum concilians, ut apoſtolus ſe *Scripturam V. T.* totam amplecti, neque quicquam ei contrarium dicere velle, declaret. Plura Wolfius ad h. l.

In prophetis præcipuus eſt Moſes, de quo poſtea ſeorſum agit Paulus. *Prophetarum* & *Filii* antitheton idem eſt, quod Matth. XXI. 34. 37. Atque ipſa *Filii* appellatio excellentiam ejus præ prophetis innuit: & quicquid mox de angelis dicitur, multo magis de prophetis ſentiendum innuitur.

¶ ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν τούτων· *in noviſſimo dierum horum*) Similis locutio Num. XXIV. 14 באחרית הימים LXX, ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν· item 1 Petr. I. 5. 20, & in aliam partem, 2 Tim. III. 1 not. Antitheton, *olim.* Nullam poſthac aliam, innuit apoſtolus, exſpectandam eſſe loquelam. Tota hæc epiſtola, de qua conf. 2 Petr. III. 15, finem rerum ut propinquum proponit. c. II. 8. IX. 26. 28. X. 13. 25. 37. XI. 40. XII. 23. XIII. 4.

¶ ἐλάλησεν, *locutus est*) omnia, uno modo perfectissimo.

¶ ἡμῖν· *nobis*) Antitheton, τοῖς πατράσιν, *patribus*.

¶ ἐν υἱῷ, *in Filio*) Ἐν sæpe notat *per*. sed hîc plus valet, coll. Ioh. XIV. 10. Quantus *propheta*, ipse *Filius* Dei! *Filii* nomen hoc loco ponitur per Antonomasian instar nominis proprii: nomen autem proprium apud Hebræos est sine articulo: & sic in præsenti omittitur articulus. Omittitur etiam in v. 5. III. 6. V. 8. VII. 28. Sic בר Psalm. II. 12. Locutus est Deus nobis in Filio solo. Sermo factus est etiam apostolis; qui ipsi quoque considerantur ut tales, quibus sermo factus est, antequam ipsi ad alios sermonem facere possent: erant ὑπηρέται τοῦ λόγου· sed apostoli nil docuere novum post Christum, & ut Pater in Filio, sic Filius in apostolis locutus est. Locutus est etiam Filius in V. T. per prophetas, sed alio modo. Hujus Filii Majestas *PROPONITVR* I. *absolute*, α per ipsum *Filii* nomen: v. 1. β per tria gloriosa prædicata, totidem verbis finitis cum pronomine *qui* expressa: *quem posuit; per quem fecit; qui consedit:* quo pacto Ejus quasi cursus ab initio rerum omnium usque ad Ipsius metam describitur: v. 2. 3. II *comparate* ad angelos. v. 4. Huic propositioni mox respondet *CONFIRMATIO*, & ipsum *Filii* nomen probatur mox versu 5. tum, *hereditas*, v. 6-9. *factura æonum*, v. 10-12. *sessio a dextris*. v. 13 s. Videamus singula.

2 ὃν ἔθηκε κληρονόμον πάντων, *quem posuit heredem omnium* rerum) Convenienter statim sub Filii nomen memoratur *hereditas*. & hunc revera heredem posuit, antequam secula faceret Deus: Eph. III. 11. Prov. VIII. 22 seq. proinde in textu factura seculorum subsequitur. Filius, est primogenitus: Heres, heres œcumenicus. v. 6.

¶ δι' οὗ καὶ ἐποίησε τοὺς αἰῶνας) Hic antiquus verborum ordo: *per quem etiam fecit secula*. Emphasis particulæ καὶ & cadit super verbum *fecit*, hoc sensu: Filium non solum definiit heredem rerum omnium, ante creationem; sed *etiam fecit* per eum secula. *) Particula διὰ *per* nil adimit majestati Filii. De re vide versum 10, & de particula confer cap. II. 10. Per Filium fecit *secula* & omnia in iis decurrentia. c. XI. 3. Ergo ante secula omnia erat Filius: & gloria ejus patet antrorsum & retrorsum, quanquam extremis demum diebus in Eo locutus est nobis Deus. Summam quidem salutem eo pacto in extremos hosce dies contulit.

3 ὃς-ὑψηλοῖς, *qui-excelsis*) Tertium de gloriosis illis prædicatis est, *consedit in dextra Majestatis in excelsis*. Huic autem prædicato rursum tria interseruntur momenta, per tria participia. Ea momenta eodem ordine memorat *Paulus* Col. I. 15. 17. 20. Primum participium, & item secundum, ex aoristo verbi finiti ἐκάθισεν, *consedit*, habent vim imperfecti temporis, & resolvuntur in *quia*, ὤν, φέρων τε, *quia erat, quia portabat*; (conf. ὤν, c. V. 8.) tertium autem, sine particula τὲ &, propius cum eodem verbo finito cohærens, resolvitur in *postquam*, ποιησάμενος, *postquam fecit*.

¶ ὢν-φέρων τε, *quia erat & ferebat*) Quam gloriam Filius in exaltatione ad dexteram Patris capessivit, eam nullus angelus capiebat, cepit autem eam Filius: nam eam etiam antea habebat, respectu Dei, cujus *gloria* in eo *refulget*, & respectu rerum *omnium*, quas *portat*. Ioh. VI. 62. Ap. I. 18.

¶ ἀπαύ-

*) *Itaque in* Vers. germ., *quæ postremo loco verbum* gemacht *posuit, pronunciatione compensandum est, quod ordinis facilitati h. l. concessit auctor.* E. B.

¶ ἀπαύγασμα· *splendor*) Sap. VII. 25. 26. ἀτμὶς γάρ ἐστιν (ἡ σοφία) τῆς τοῦ θεοῦ δυνάμεως, καὶ ἀπόῤῥοια τῆς τοῦ παντοκράτορος ΔΟΞΗΣ εἰλικρινής. διὰ τοῦτο οὐδὲν μεμιαμμένον εἰς αὐτὴν παρεμπίπτει. ΑΠΑΥΓΑΣΜΑ γάρ ἐστι φωτὸς ἀϊδίου, καὶ ἔσοπτρον ἀκηλίδωτον τῆς τοῦ θεοῦ ἐνεργείας, καὶ εἰκὼν τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ. ἀπὸ habet in hoc compositio vim intendendi, ut in ἀποσίλβω, ἀποκυέω, ἀποτίκτω, ἀπέχω, non imminuendi. dicit nec minus nec majus, sed propagationem.

¶ τῆς δόξης· *gloriæ*) *Gloria* naturam DEI denotat revelatam in fulgore suo: idem quod *sempiterna virtus & divinitas.* Rom. I. 20.

¶ χαρακτὴρ, *character*) Quicquid habet *Substantia* Patris, id in *Filio* tanquam *charactere* repræsentatur. *)

¶ ὑποστάσεως· *substantiæ*) Si vim hujus verbi a LXX varie, nunquam tamen de DEO, adhibiti, ex illis colligas, hîc denotat immobilem vitæ & potentiæ divinæ perennitatem. conf. v. 11. Itaque parallela sunt δόξα *gloria* semper intemerata, Rom. I. 23, & ὑπόστασις *substantia*, eundem semper quasi locum obtinens. Hac mente videntur Rabbini veteres Deum vocasse מקום *Locum* vel potius *Statum.*

¶ τὰ πάντα, *omnia*) Articulus refertur ad πάντων, *omnium.* v. 2.

¶ τῷ ῥήματι· *verbo*) Filius DEI est persona. nam habet sermonem.

¶ αὐτοῦ) idem quod mox ἑαυτοῦ.

¶ δι' ἑαυτοῦ) *per se.* sine instrumento externo levitico. Hæc ejus virtus elucet ex appellationibus modo positis.

¶ καθαρισμὸν, *purificationem*) Latet hîc occupatio. Conversatio Christi in carne non videbatur tam augusta de eo ferre prædicata. respondet apostolus, id factum esse ad tempus, pro purgandis peccatis. Gloriam Christi, ita potissimum, ut est Filius DEI, hoc capite describit; deinceps, Gloriam Christi hominis. c. II. 6. Ipsam gloriam filii DEI, ante exinanitionem, summatim commemorat; post exaltationem, copiosissime. nam ex hac demum evidentissime conspici cœpta est Gloria, quam habebat ab æterno. Et *purgatio peccatorum*, & insecuta *sessio in dextera Majestatis*, uberrime tractantur in cap. VII seqq.

¶ ἐκάθισεν· *consedit*) voluntate Patris. conf. ἔθηκε, *posuit.* v. 2. De hac sessione vid. v. 13 s. Sacerdotes ministrantes *stabant. Sessio* igitur notat consummationem sacrificii, & regnum glorioſum. Hoc verbo finito, *consedit*, post participia, denotatur scopus, thema, *caput* epistolæ. coll. c. VIII. 1.

¶ τῆς μεγαλωσύνης) *majestatis*, i. e. DEI.

¶ ἐν ὑψηλοῖς· *in excelsis*) in cœlis. c. VIII. 1.

4 το-

*) *Vocum* χαρακτὴρ *&* ὑπόστασις *explicationi, quam* Gnomon *praebet, respondent cel. D.* Ernesti *observationes, Bibl. th. T. IV. p. 911 sq.* (*coll. T. VIII. p. 773 sq.*), *his verbis obuiae:* χαρακτὴρ wird eigentlich von den Bildern gesagt, welche mit dem Stempel auf den Münzen gepræget, oder vom Petschaft in das Siegelwachs gedruckt sind. ---- Ὑπόστασις ist das Original, welches im Bilde ausgedrücket ist --- und vielleicht wird hier in dem Gebrauch dieses Worts darauf gesehen, dass das, was im Stempel oder Petschaft ist, dadurch das Bild auf der Münze ausgedrückt wird, ὑπόστασις heisst; hergegen das Bild ἔμφασις. *Ceterum aigniſſima considerâtu videntur, quae idem Eruditus* l. c. *T. VII. p. 263 sqq. eo scopo monuit, ut* prædicata *h. l. obuia* naturæ *Christi* diuinæ *vindicentur, quum fuerit nonnemo, qui ad* θεάνθρωπον, *in* utraque natura *spectatum, referri ea debere contenderet.* E. B.

4 τοσούτῳ, *tanto*) Duo inciſa hic verſus habet, quorum alterum v. 5 per χιασμον, prius autem verſu 13 tractatur, Interrogatione utrumque acuente. χιασμὸς, χῆμα χιαζὸν, *decuſſata oratio*, in hac epiſtola ita frequens eſt, ut una hujus figuræ obſervatio plurimum ad analyſin epiſtolæ conferat. vid. v. 9. II. 9. 12. 17. III. 1. 8. IV. 14. 15. 16. V. 7. VI. 7. VII. 6. VIII. 4. 10. IX. 1. X. 20. 23. 33. 38. XI. 1. 33. XII. 22. 23 ſ. XIII. 10, cum annott. Dices: *Cur in hac una epiſtola, per omnia capita, regnat iſta figura?* Reſp. *Paulum* etiam alibi χιασμὸν habere, ad loca quædam ex iis, quæ modo citavi, oſtenſum invenias: ſed ſæpius eo utitur ad *Iudæos*, quorum doctores tali ſermonis figura in ſuis ſcriptis multum uti, docet Surenhuſius in βιβλῳ καταλλαγῆς p. 78 ſeqq. 607 ſeq. Sapienter igitur apoſtolus omnia factus omnibus ſuam Hebræis methodum attemperavit: & hi viri, qui a Spiritu ferebantur, omnes ſermonum formas, magis, quam rhetores exercitatiſſimi, in numerato habuere.

¶ κρείττον γενόμενος· *melior factus*) per exaltationem. v. 3. 13. Antitheton, ἠλαττωμένον, *diminutum* c. II. 9. Conferatur hoc ad Marc. X. 18 not. κρείττων, *melior*, excellentior, potentior. οἱ κρείττονες, *dii*, apud veteres ethnicos.

¶ τῶν ἀγγέλων· *angelis*) quorum magna alioqui præſtantia.

¶ παρ' αὐτὰς) παρὰ ingentem præter ceteros excellentiam denotat. Conf. παρὰ, v. 9. III. 3. Excluduntur angeli, partim expreſſe, v. 5. 13, partim implicite. nam dum eorum nullus hoc nomen, *Filius DEI*, cepit, eo ipſo non ſunt *heredes nominis* hujus, neque adeo *heredes omnium*, ſed ipſi ſunt portio, inſignis quidem, de hereditate Filii, quem ut Dominum *adorant*; v. 6. neque per eos facta ſunt *ſecula*, ſed ipſi potius facti ſunt. v. 7.

¶ κεκληρονόμηκεν ὄνομα· *hereditavit nomen*) Filio, quia Filius eſt, Filii *nomen* convenit: & in hoc præcipue nomine conſiſtit *hereditas*: hereditatis additamentum ſunt *omnia*. v. 2. *Nominis hereditas* eſt ipſis antiquior ſeculis: *Omnium hereditas* æque antiqua eſt, atque omnia ipſa.

5 τίνι γὰρ, *cui enim*) Frequens in hac epiſtola argumentum a ſilentio Scripturæ. v. 13. c. II. 16. VII. 3. 14.

¶ τῶν ἀγγέλων· *angelorum*) Hanc enim gloriam nemo illorum capiebat.

¶ υἱὸς, *filius*) Act. XIII. 33. *)

¶ ἐγὼ-υἱὸν) Sic LXX, 2 Sam. VII. 14. Promiſſio illa, *Ego ero illi in patrem, & ille erit mihi in filium*, ſpectabat, Salomonem, ſed multo magis, usque adeo auguſta eſt, Meſſiam: alias etiam Salomo eſſet major angelis. *Semen Davidis*, ſive *filius Davidis*, eſt unum nomen, ſub quo, pro ratione prædicati, modo Salomon, modo Chriſtus, modo Salomon & magis Chriſtus innuitur, ænigmate temporibus exſpectationis aptiſſimo. Conf. Ps. LXXXIX. 27. 28. Veri interpretes verborum divinorum ſunt apoſtoli; etiamſi nos ſine illis talem ſententiam non aſſequeremur.

6 ὅταν δὲ πάλιν εἰσαγάγῃ τὸν πρωτότοκον εἰς τὴν οἰκουμένην· *cum vero iterum introducit primogenitum in orbem terræ*) Ad ὅταν *cum* confer ὅταν Iac. I. 2 cum aor. 2 ſubj. Particula δὲ *vero* innuit, majus quiddam ſubſequi. Non modo major eſt angelis Filius, ſed ab angelis adoratur. ἡ οἰκουμένη eſt orbis Chriſto ſubjectus, c. II. 5, tanquam primogenito. Vide Pſalmum

*) *Non* officii, *ſed* naturæ *omnino*, *reſpectu Chriſtum Pſ. II* Filium DEI *dici*, *contra recentiorum quorundam objectiones ex ipſis adeo* græcorum poëtarum *documentis*, *quae ſuæ conjecturae diſſentientes fauere opinabantur*, *demonſtratum dedit S. R. D.* Erneſti, *Bibl. th. T. IV. p. 912 ſqq.* E.B.

mum modo citatum & mox citandum. Hæc introductio plus quiddam dicit, quam *missio*: utraque tamen præsupponit τὴν προύπαρξιν *Esse prius* Filii DEI: respondetque illi introitus in mundum. c. X. 5. Intravit, voluntate DEI, quum se ad voluntatem DEI faciendam stitit, c. X. 5. coll. c. IX. 11, quum *in mundum venit*, ut passim dicitur. Πάλιν, *rursum*, vulgari voculæ *item* respondens, adhibetur *), ubi scriptura super scripturam allegatur: v. 5. c. II. 13. X. 30. Ceterum vis particulæ hujus cernitur liquidius, ubi ea, verbo *inquam* aut alio ejusmodi subaudito, parenthesi includitur, hoc modo: *quum vero* (*rursus* dictum DEI de Filio proferam) *introducit Primogenitum*. Sic Ioh. XII. 39: *Non poterant credere, quia* (*rursus* Esajam allegabo) *idem propheta dixit, Excæcavit*. Matth. V. 33: *Audistis* (*rursus* Exemplum proponam) *dictum esse antiquis*. Etenim allegandi formulæ orationi liberius interponuntur, ut cap. VIII. 5: ὅρα γάρ φησι, pro, *Dicit enim, Vide*.

Primogeniti appellatio includit appellationem *Filii*, & vim significationis amplius declarat. Involvit enim jura *primogenituræ*, quæ unigenitus habet modo eminentissimo. Sic etiam Rom. VIII. 29. Col. I. 15. 18, *Paulus* loquitur. Hoc loco, *Primogeniti* appellatio continet descriptionem subjecti, de quo Psalmus agit, cum ætiologia prædicati. *Introducitur: est enim primogenitus.*

¶ λέγει· *dicit*) Concisa oratio. Quum prædicta est introductio illa, datus est sermo: quum facta est, idem impletus est. *dicit*, DEVS, coll. v. 5. Itaque τὸ αὐτῷ, *ei*, mox refertur ad filium.

¶ καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι θεοῦ, *& adorent eum omnes angeli DEI*) LXX, Deut. XXXII, ante versum 43, hæc habent: εὐφράνθητε οὐρανοὶ ἅμα αὐτῷ, καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι θεοῦ. quæ in textu Hebraico & in paraphrasi Chaldaica desiderantur. Millius hiatum, recurrente verbo הרנינו pridem admissum statuit. Inde sequitur apud Mosen, εὐφράνθητε ἔθνη μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ הרנינו גוים עמו (ubi ב post ם ἐλλείπει) quod *Paulus* Rom. XV. 10 item ad Messiæ tempora refert. Moses, in Cantico præsertim, de Christo scripsit. Veruntamen Psalmus XCVII. 7 habet, προσκυνήσατε αὐτῷ πάντες οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ. atque hunc Psalmum Paulus respicit. nam inscriptioni Psalmi apud LXX, τῷ Δαβὶδ, ὅτε ἡ γῆ αὐτοῦ καθίσαται, id est, *Davidis, quum terra in potestatem ejus redigitur*, ut Oederus observavit, Primogeniti *in orbem introductio* h. l. respondet.

7 πρὸς, *ad*) *ad angelos*, indirecto sermone, conf. πρὸς, *ad*, c. XI. 18 not. Apostolus etiam versum 20 Psalmi CIII videtur in mente habuisse, qui proxime præcedit locum Ps. CIV. 4.

¶ λέγει· *dicit*) DEVS, per prophetam.

¶ ὁ ποιῶν-φλόγα) LXX, totidem literis Ps. CIV. 4. Πνεύματα *spiritus* & πυρὸς φλόγα *ignis flammam* innuit non modo officium angelorum, sed ipsam eorum naturam, præstantem illam quidem, metaphora a rebus subtilissimis & efficacissimis sumta, sed tamen majestate Filii longissime inferiorem. Itaque τὸ ποιῶν *faciens* innuit, angelos esse creaturas jussu factas: at Filius est æternus, v. 8, & creator, v. 10. Subjectum, **) ἄγγελοι *angeli*, & λειτουργοὶ *minis-*

*) *Hunc ipsum particulae* πάλιν *significatum contra cel.* Michaëlis *tuetur cel. D.* Ernesti, *l. c. p. 909* E. B.

**) *Non ignoro, esse, qui* ἀγγέλους *h. l. praedicatum esse censeat, hoc sensu:* Ia, es pfleget Gott den Namen der Engel auch lebloſen Geſchœpfen beyzulegen, als die zuweilen auch ſeinen Willen ausführen. *Sed vix putem hanc sententiam, quomodocunque ornetur & limetur, iis facile se probaturam, qui* contextum *ea, qua par est, cura tuentur.* E. B.

miniſtri, cum articulo videlicet poſitum, habet antitheton v. 8. 9. Antitheton autem τὰ ποιῶν, *faciens*; creationem angelorum innuentis, exſtat v. 10 ſ. Patris eſſe hoc prædicatum exiſtimo, coll. v. 8.

8 πρὸς τὸν υἱόν, *ad Filium*) directo ſermone. Conf. πρὸς, *ad*, v. 7.

¶ ὁ θρόνος-μετόχους σου) Sic iterum plane LXX, Ps. XLV. 7. 8. *Thronus tuus, DEVS, in ſeculum ſeculi: virga æquitatis virga regni tui. Dilexiſti juſtitiam & odiſti iniquitatem: propterea unxit te DEVS, DEVS tuus, oleo exſultationis præ participibus tuis.* De *Throno* conf. Thren. V. 19. [*Regimen ſuper omnia innuitur.* V. g.]

¶ ὁ θεὸς, *Deus*) Summam emphaſin habet vocandi caſus cum articulo *). Apertam textui vim inferunt, qui Nominativum hoc loco ſtatuunt, ut Artemonius Part. II. c. II. *Thronus* & *Sceptrum* junguntur: neque dixit Deus, *Ero thronus tuus*; ſed, *firmabo thronum filii David.* Ps. LXXXIX. 5. 30. 37.

¶ αἰῶνα· εὐθύτητος· *ſeculum: æquitatis*) *Æternitas* & *juſtitia*, attributa valde conjuncta. Ps. LXXXIX. 15, ubi expendantur verba יקדמו & מכון Vide etiam v. 3 Pſalmi hujus XLV, ubi expendatur לעולם

9 διὰ τοῦτο· *propterea*) Ex amore juſtitiæ, quo Chriſtus excellit, deducitur hîc non tam unctio, quam muneris, ad quod unctus eſt, perennitas. Habet hic ſermo quatuor partes: *thronus-virga-dilexiſti-propterea*. ex his prima & quarta, ſecunda & tertia ſunt parallelæ, per χιασμόν· illæ enim deſcribunt beatitudinem Regis; hæ, virtutem ejus.

¶ ὁ θεὸς, ὁ θεὸς σου) Poſſis reſolvere: *Deus, qui Deus tuus eſt.* coll. Ps. XLIII. 4. LXVII. 7. Sed Filius ipſe dicitur *DEVS*, uti verſu præc.

¶ ἔλαιον ἀγαλλιάσεως) *Oleum exultationis* gaudiique perennis eſt Spiritus ſanctus.

¶ παρὰ τοὺς μετόχους σου· *præ conſortibus tuis*) Hi conſortes alicui videri poſſint Angeli. nam & angelis nomen *deorum, filiorum Dei, ſtellarum matutinarum* (quamvis longe tenuiore ſignificatu) & Filio DEI nomen *Angeli* (quamvis longe auguſtiore vi) dari ſolet. Ac revera Filius DEI habet ſodales angelos, Gen. XVIII. 2. Iob XXXIII. 23. Ps. LXIIX. 18. 1 Tim. III. 16. Matth. XXV. 31: & videri potuerat angelos potius, quam ſemen Abrahæ aſſumturus fuiſſe, niſi alia œconomia aliud poſtulaviſſet: c. II. 16. ipſaque privatio illa, de qua ibidem v. 7, præſupponit commercium. Quid? ipſe Pſalmus XLV Chriſtum alloquitur ut *Deum*, hoc ipſo hemiſtichio, & paulo ante ut גבור *Fortem*, quomodo rurſum appellantur angeli, Ps. CIII. 20. Ergo angeli poſſint videri conſortes Chriſti appellari, præſertim cum Paulus omnia Dicta hîc allegata ad eminentiam Chriſti præ angelis referat. Veruntamen propria Chriſti cum hominibus neceſſitudo facit, ut ſodales ejus intelligamus *homines*. cap. II. 11 ſeqq. Nam Sponſus conſortes ſuos habet, ut Sponſa ſuas: Pſalm. XLV. 15. eademque comparatio eſt ibid. v. 3, *perpulcher es præ filiis HOMINVM.*

10 καὶ, &) Hæc particula teſtimonia connectit.

¶ σὺ κατ' ἀρχὰς-οὐκ ἐκλείψουσι) Ps. CII. 26-28. LXX, κατ' ἀρχὰς σὺ, κύριε, τὴν γῆν, & reliqua iisdem verbis. Innuitur tempus creationis, cui opponitur finis mundi. quo ipſo ſolvitur Artemonii Diſſertatio III.

¶ σὺ, *tu*) idem ille, ad quem ſermo dirigitur verſu præc.

¶ Κύριε,

*) *Quem ipſum vindicaturus cel. D.* Erneſti *conferri jubet c.* X, 7. *g.*, Bibl. th. *T. V. p. 216.* E.B.

¶ Κύριε, *Domine*) Id LXX repetiere ex v. 23 ejusdem Psalmi. Prædicatur Christus etiam iis in locis, ubi inprimis contenderent multi, de Patre esse sermonem.

¶ γῆν, *terram:* οὐρανοὶ, *coeli*) Gradatio. Nil obstat, quo minus sub *coelis* angeli innuantur, quemadmodum creatio hominis innuitur sub *terra* prætereunte.

11 αὐτοὶ, *ipsi*) terra & cœlum.

¶ ἀπολοῦνται· *peribunt*) Idem verbum. Luc. V. 37. Iac. I. 11. 1 Petr. I. 7. 2 Petr. III. 6.

12 ἀλλάξεις· *mutabis* -- ἀλλαγήσονται· *mutabuntur*) Multi, ἑλίξεις, pro ἀλλάξεις· sed in Hebræo bis unum verbum est חלף, a LXX sæpe per ἀλλάσσω, nunquam per ἑλίσσω expressum. *)

¶ ὁ αὐτὸς) הוּא *Idem*, nunquam alius, sine ulla vetustate & immutatione. Vid. Hiller. Onom. p. 71. 262. Sic 1 Sam. II. 10, יהוה LXX Αὐτός.

13 δὲ, *vero*) Epitasis.

14 πάντες, *omnes*) quanquam in varios ordines variis nominibus, etiam *dominationem* aliquam sonantibus, distinĉti. Eph. I. 21.

¶ λειτουργικὰ· ἀποστελλόμενα· *qui ministrant-qui mittuntur Ministrant* coram Deo: [*laudationibus vacantes*, V. g.] **) *mittuntur* foras, ad homines. [*DEI mandata exsecuturi de aliis rebus creatis*, V. g.] Vtrumque opponitur *sessioni ad dextram.* Conf. Luc. I. 19.

¶ τὰς μέλλοντας κληρονομεῖν· *eos, qui hereditatem capient*) i. e. electos, eosque vel credentes vel credituros. ***) Suavis periphrasis.

¶ σωτηρίαν· *salutem*) ex tot tantisque periculis.

CAP. II.

1 Δεῖ) Alibi utitur verbo ὀφείλειν *debere:* hic, δεῖ *oportet.* Illud dicit *obligationem:* hoc, *urgens periculum.* v. 3. Iam sermo vergit ad hortationem, per momenta capiti præcedenti respondentia, de Christo propheta, rege, sacerdote: *propheta*, dicitur enim, *locutus est: rege*, dicitur enim, *thronus: sacerdote*, dicitur enim, *purificationem fecit.* & sic cap. II de *propheta*, mox v. 1 ss. de *rege, coronasti:* de *sacerdote*, ubique. Hortatio incipit in prima persona; deinde in secunda incrementum capit, c. III. 1.

¶ περισσοτέρως, *abundantius*) Comparativus, proprie. v. seqq. Constr. cum δεῖ *oportet.*

¶ προσέχειν, *attendere*) per obedientiam. coll. v. 2 not.

¶ τοῖς

*) *Notandum tamen, quod margo* Ed 2 (*ab* Ed. maj. *abludens*) *lectioni* ἀλλάξεις non majus *jam pretium constituit, quam lectioni* ἑλίξεις. *Congruit, quod in* Vers. germ. *legitur* umwenden. Posteriores *itaque* Bengelii cogitat[illegible]es *non refutantur, sed confirmantur ista crisi, quam exhibet cel. D.* Ernesti, *Bibl. th. T. VI, p. 6. Ceterum idem Eruditus* l. c. *T. V. p. 216 monet, &* ἑλίξεις *&* ἀλλάξεις *in sermone graeco hebraizante idem esse, quod* abolebis, ad nihilum rediges. *Consideret, qui possunt.* E. B.

**) *Vocem* λειτουργία *non solum* cultum sacrum, *sed quodcunque* munus publicum *designare, cel. D.* Ernesti *monet, l. c. T. IV. p. 915. Scripturam tamen semper de* rebus sacris (*quales &* eleemosynæ *censentur*) *terminum usurpare,* Concordantiæ *docent.* E. B.

***) *Iterum congruit D.* Ernesti *observatio, l. c. T. IV. p. 915 sq.* (*coll. T. V. p. 216*): Aber das glauben wir nicht, dass die κληρονομοῦντες σωτηρίαν hier heissen, die aus einer Gefahr errettet werden sollen; ob wir gleich dieses nicht ganz ausschliessen. --- Paulus will nichts anders sagen, als was Dauid Ps. XXXIV. 8 gesaget hat: Die Engel sind im Dienste Gottes bey den Frommen. Wenigstens kœnnen sich nur diese auf den Beystand Rechnung machen. --- *Conf. not. ad voc.* σωθήσεται. *I Tim. II, 15.* E. B.

¶ τοῖς ἀκουσθεῖσι· *iis, quae audita sunt*) Ref. ad c. I. 1 fin. & conf. infra v. 3. c. V. 11. Potiores sunt loquendi & audiendi, quam scribendi & legendi partes.

¶ μήποτε παραῤῥυῶμεν) Aoristus 2 passivi, activa significatione, a ῥέω *fluo*, & *fundo. ne quando*, inquit, *praeterfluamus*, animo levissimo. conf. Gen. XLIX. 4. Respexit apostolus τὰς LXX, Prov. III. 21. υἱὲ, μὴ παραῤῥυῇς, *ne praeterlabaris, ne dimiseris* ex oculis. *) ubi etiam v. 20 legitur, νέφη ἐῤῥύη δρόσῳ, activo sensu, & sic passim. Zosimus I. 2, ἡ ῥωμαίων ἀρχὴ ὑπεῤῥύη κατὰ βραχύ· *paulatim defecit.* Greg. ἵνα μὴ ἐξίτηλα τῷ χρόνῳ γένηται τὰ καλὰ καὶ μὴ παραῤῥυῇ. Metaphora hujus verbi frequens. Hesychius, παραῤῥυῶμεν, ἐξολισθῶμεν. Simili verbo exprimitur poena socordium, ἐτάκησαν, Sap. I. 16. Verbum stat: homo socors praeterfluit.

2 δι' ἀγγέλων· *per angelos*) Διὰ, *per*, proprie sumitur, uti v. seq. collatis *Pauli* verbis Gal. III. 19. Alias non valeret argumentatio apostoli ab angelis ad Dominum. v. 5. Locutus ergo est DEVS Ex. XX. 1 per angelos: [*ita tamen, ut ipsa quoque DEI vox resonaret. c. XII. 26.* V. g.] in N. T. locutus est Deus per Dominum.

¶ ἐγένετο βέβαιος· *factus est firmus*) auctoritate ei per poenas violantium constituta.

¶ πᾶσα) *omnis*, sine acceptione personarum.

¶ παράβασις καὶ παρακοὴ) Παράβασις *transgressio*, committendo mala: παρακοὴ *inobedientia*, omittendo bona. Metonymia abstracti, pro transgrediente & inobediente, qui proprie *mercedem accipit.* Antitheton in concreto, *nos, negligentes.* v. 3. Antitheton in abstracto, προσέχειν τοῖς ἀκουσθεῖσι, *attendere iis, quae audita sunt.* Δεῖ habet accusativum cum infinitivo. Inde sententia: *Nos* (Subjectum) *debemus attendere iis quae audita sunt* (Prædicatum.) Prædicatum hoc habet antithesin in abstracto.

¶ ἔλαβεν· *accepit*) non modo in sanctione, sed etiam in exsecutione.

3 πῶς ἡμεῖς ἐκφευξόμεθα) *quomodo nos effugiemus* mercedem justam & gravem? Sic cap. XII. 25. *Illi non fugerunt: nos non effugiemus.*

¶ σωτηρίας) *salutis*, in *orbe futuro*, cum *gloria* conjunctæ. v. 5. 10 nott. *Salutis* vocabulum, quod versu illo 10 repetitur, affine est nomini *Iesu*, quod resonat in Evangelio *salutis.*

¶ ἀρχὴν, *initium*) Antea non erat prædicata salus tanta, tam augusto interprete.

¶ λαλεῖσθαι· *dici*) a baptismo usque ad ascensionem. Act. I. 2.

¶ διὰ τοῦ κυρίου· *per Dominum*) Augusta appellatio: coll. c. III. 4 ss. Psalm. CX. 1. Non dicit h. l. *per dominum nostrum.* nam etiam *angelorum dominum* innuit, quem ipsi angeli *Dominum* appellant. Luc. II. 11. Matth. XXVII. 6. [*Continetur hac appellatione, quicquid c. 1, atque deinceps v. 7-10 memoratur.* V. g.] Antitheton, *per angelos.* v. 2. Conf. v. 5 seq.

¶ ὑπὸ τῶν ἀκουσάντων) *ab iis, qui* ex ipso Domino coram *audierant. Spectatores* etiam illi fuerant & ministri, Luc. I. 2 sed *auditum* hoc loco memorat apostolus, convenienter instituto suo. v. 1 s. Respicit apostolus non solum in genere ad historiam evangelicam, sed etiam ad singularia capita, v. gr. de supplicatione in horto. &c. c. V. 7 not. Ad ecclesias ex gentibus scribens Paulus multa solet de sua vocatione, deque fructibus laboris sui dicere: hic vero ad fratres ex circumcisione

*) *Antitheton l. c. expressum est:* τήρησον δὲ ἐμὴν βουλὴν καὶ ἔννοιαν. *Ergo & h. l. opportune in* antithesi *stat ad verbum* προσέχειν. *Congruit Lexicon* Hederico-Ernestianum, *ad voc.* παραῤῥυω. *Conf. c. XII. 25.* E. B.

sione scribens, apostolos potissimum citat longo tempore cum Domino versatos. conf. Act. I. 21. X. 41. XIII. 31 not. atque illos ipsos apostolos tantummodo generatim citat, ut Hebræos ad solum Dominum redigat.

¶ εἰς ἡμᾶς· *in nos*) Hoc denotat ætatem præsentem illam.

¶ ἐβεβαιώθη· *confirmata est*) non per pœnas, sed per charismata. Resp. βεβαι& *firmus*. v. 2.

4 συνεπιμαρτυροῦντ&) Decompositum. Christi est, *testari*: DEI est, συνεπιμαρτυρεῖν, *testimonium superaddere*. Idque fecit & in terris ambulante Christo, *signis & prodigiis*, & in cœlum sublato, *variis virtutibus*. Act. II. 22. 33. Id Testimonium totum agit de *Domino* Iesu Christo. Act. II. 36. X. 36. 42. Rom. XIV. 10. 1 Cor. XII. 3. Phil. II. 11. Si quis *varias virtutes* etiam ad Christum in terris ambulantem referre velit, non repugno. Me, ni fallor, induxit parallelismus notæ sequentis.

¶ ποικίλαις, *variis*) Parallelum, μερισμοῖς *distributionibus*. coll. 1 Cor. XII. 11.

¶ κατὰ τὴν αὐτοῦ θέλησιν· *secundum suam voluntatem*) liberrime, uberrime, clementissime, non pro *arbitrio* accipientium: unde patet, donum esse plane supernaturale. αὐτοῦ, *ipsius* Dei. רצון LXX θελησις.

5 οὐ γὰρ ἀγγέλοις· *non enim angelis*) Ætiologia, versum 3, ubi *Salutis* & *Domini* appellatio scite inserta est, respiciens, novæ periochæ inchoandæ inservit. Quo major *Salus*, quo gloriosior *Dominus* spernitur, eo gravior est culpa spernentium. Non angelis, de quibus nil in eam sententiam scriptum est, sed homini, hominisve filio, Iesu Christo, & angelos & omnia subordinavit Deus. Plus negotii habuerunt angeli in V. T. sed in N. T. evecta per Christum humana natura angeli sunt conservi nostri. *Plus negotii* dixi εὐλαβῶς. ex antitheto etiam illud cogitari possit, quod in V. T. major angelis reverentia debebatur, quam in N. T., ubi nunc *conservi nostri* sunt. Eo ipso autem, quia *nostri conservi* sunt, intelligitur, eos non esse in N. T. otiosos, sed tantum sub alio respectu agere, quam in V. T. Vt hoc loco angeli opponuntur *Domino*, sic v. 16 opponuntur *fratribus*. Apostolus soli Christo solos homines credentes copulat.

¶ ὑπέταξε, *subordinavit*) Hoc verbum jam repræsentatur ex v. 8. *Subordinavit* Deus. nam ad cap. I. 1 respicit oratio.

¶ τὴν οἰκουμένην τὴν μέλλουσαν· *orbem terrae futurum*) Vna omnium temporum οἰκουμένη *terra* est, c. I. 6. Itaque οἰκουμένη μέλλουσα *terra futura* dicitur, ut *sol crastinus*, quamvis unus omnium sol dierum est. Hebraice הבא Græce μέλλουσα. *Orbis* unus est, sub gratia & sub gloria; *futurus* dicitur, non quin jam sit, sed quia olim prædictus. Novitas, quæ per Christum in N. T. instituta fuit, tanti æstimatur in Scriptura, ut inde exsistat dichotomia inter tempora V. T., & inter tempora N. T. una cum æternitate inde pendente. hæc, simul sumta, vocantur ἡ οἰκουμένη ἡ μέλλουσα. Μέλλουσα sunt identidem, ex prospectu V. T. prophetico in Novum Testamentum, Bona in N. T. præsentia, per Christum parta, quæ incipiunt, dum orbis futurus ei subjicitur, quum primum gloria & honore coronatus fuit. De *Paulina* hac locutione conf. not. ad Rom. III. 30. Quanquam etiam pro hujus epistolæ tempore *futurus* est suo modo, tum, quum omnia Christo subjecta erunt, etiam mors. 1 Cor. XV. 24 seq. expende *nondum*, v. 8, & ipsam orbis futuri descriptionem, cap. XII. 26 seqq. Late patet nomen *orbis*. vide Psalmum, qui mox citatur. πατὴρ τοῦ ΜΕΛΛΟΝΤΟΣ αἰῶνος, *Pater futuri seculi*, Es. IX. 6, in Græc. & Lat.

¶ περὶ ἧς λαλοῦμεν· *de quo loquimur*) *loquimur*: nos doctores. c. V. 11 not. Huic

versiculo per hoc inciſum vis propoſitionis conciliatur. Propoſitio autem eſt: *Omnia ſubjicientur Ieſu Chriſto.*

6 διεμαρτύρατο δέ που τις, *teſtatus eſt autem alicubi aliquis*) *aliquis*, ſcil. *teſtis*. Non hîc locutus eſt David de ſe ipſo: quare nomen ejus non opus erat poni. Neque ſubſiſtendum eſt in internunciis, ſed ſpectandum verbum DEI, ſemel *teſtatum*. Teſtatus eſt David in Pſalmo VIII, ad quem Pſalmum hoc caput ſæpe reſpicit, etiam a verſu 10, ut videbimus. δέ, *autem*, facit antitheton inter *angelos* & inter eum, cui Pſalmus omnia ſubordinata teſtatur.

¶ τί ἐστιν - σοδῶν αὐτῷ) Sic plane LXX, Pſ. VIII. 5-7. Inciſum illud, *& conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum*, apoſtolus in ſua certe argumentatione non aſſumit, omnia ex eo, quod in Pſalmo præcedit & ſubſequitur, deducens. Memorantur in inciſo illo *opera manuum* DEI, i. e. cœlum, luna & ſtellæ (*Sol* abeſt: vel, quia, ut Abrahamo ſeminis ſui ſervitus & liberatio, Gen. XV. 12, ſic Davidi exinanitio & exaltatio Meſſiæ, *noctu* indicata & ab eo decantata eſt: quemadmodum etiam ſermo Domini ad Iobum noctu fuiſſe videtur, Iob XXXVIII. 7. 31 ſ. vel, quia Meſſias in cruce, derelictus, obſcurato *ſole*, *lunam & ſtellas vidit:*) at ultra horum durationem manet imperium Chriſti.

¶ τί ἐστιν ἄνθρωπος) *quid eſt homo*, ad opera DEI, cœlum &c. quid vero ad Deum ipſum? ita demiſſior eſt ſermo, quam ſi diceret: quis ſum ego? ἄνθρωπος, *homo*, ſine articulo; tanquam unus e multis. אנוש *homo*, παθητὸς, *paſſionibus & morti addictus.*

¶ ὅτι μιμνήσκῃ αὐτοῦ, *quod meminiſti ejus*) Talis ſtatus Meſſiæ deſcribitur, in quo a divina recordatione & cura prætermiſſus videri poſſet. Vnde hoc ipſum, *recordationem* ſui, miratur ipſe, admiranda humilitate: quanto magis tantam gloriam ſibi paratam? Non *aliter* eſſe poterat: Act. II. 24. at orat, quaſi vix *ita* eſſe potuerit.

¶ ἢ) *ſive.* Tenuius quiddam hoc loco ſonat בן אדם *filius hominis*, quam אדם *homo.*

¶ υἱὸς ἀνθρώπου) בן אדם coll. Pſ. XLIX. 3. Iterum ſine articulo.

¶ ἐπισκέπτῃ αὐτόν, *rationem ejus habes*) Incrementum ſermonis. nam *memoria* eſt vel de abſente: ἐπισκέπτεσθαι, *inviſere*, præſentem curam denotat.

7 βραχύ τι) *perbreve* tempus. Idem verbum, Luc. XXII. 58.

¶ παρ' ἀγγέλους) Pſalmo VIII. 6 illud ותחסרהו מעט מאלהים hunc habet ſenſum: *Feciſti filium hominis pauliſper minorem eſſe Deo*, id eſt, ſe ipſo. Pulcra periphraſis Chriſtophori Corneri: *Chriſtus homo factus ſub cruce ſe humiliavit, & INFRA DEVM ſe abjecit, cum, quieſcente natura divina & vires ſuas non exſerente, ipſe Deus & Dominus gloriae crucifixus & mortuus eſt.* Expos. Pſalm. p. 24. Hæc eſt vis Mem præfixi 2 Chron. XV. 16. Es. LII. 14. vid. Nold. Concord. hac partic. § 21. Ipſum מחסר ſequente Mem, Cohel. IV. 8. Alia phraſi *Paulina* dicitur μὴ ὢν ἴσα θεῷ & κενώσας ἑαυτὸν, Phil. II. 6. 7 not. Interpretationem vero LXX interpretum apoſtolus ſuo aptam inſtituto retinet; nam homonymia hebraicæ vocis אלהים naturam ſignificat inviſibilem, eoque humana ſuperiorem, ſive angelicam ſive divinam: & qui præter angelos minoratus eſt, utique præter DEVM minoratus eſt: *DEI* autem appellationem poſtliminio quaſi ſupplet capite III. v. 4. Sic enim ſolet apoſtolus verbis LXX interpretum commode uti, & vim Hebraicorum, ubi ad propoſitum plus faciunt, lectori poſtliminio propinare. c. X. 8. XII. 6 nott.

8 πάν-

u) 8 πάντα ὑπέταξας) vid. 1 Cor. XV. 27 & anteced. cum annot.

¶ γάρ, *enim*) Infert apoſtolus, *cur* hunc locum *allegarit*: quia videlicet docemur in eo, *Ieſum* eſſe, cui ſubordinata ſunt omnia, adeoque futurus orbis. v. 5. Sæpe γὰρ *enim* facit ad *aetiologiam Dicti*. c. VII. 14. IX. 24. Et ſic *Paulus*, Rom. III. 28.

¶ αὐτῷ· αὐτῷ) *ei*, *ei*, de quo loquitur, homini, filio hominis. Id declaratur demum verſu 9 medio, de *Ieſu*, aptiſſime dilatum.

¶ τὰ πάντα) τὰ ſecundo tertioque loco vim habet relativi ad πάντα *omnia* præcedens. Eadem vis articuli, Ioh. XIX. 5. 7. Gal. V. 13. VI. 14.

¶ οὐδέν, *nihil*, ne angelos quidem. v. 5. cap. I. 6.

¶ ἀφῆκεν, *reliquit*) in ſermone Pſalmi, cui eventus rerum partim reſpondet, partim reſpondebit.

¶ νῦν δὲ οὔπω· *nunc autem necdum*) Νῦν *nunc* hîc ſervit anthypophoræ. nam *tempus* denotatur in οὔπω *nondum*, & hoc conſtruitur cum ὁρῶμεν *videmus*, in antitheto ad *praeſens* βλέπομεν, *cernimus*. Subjecta Chriſto jam ſunt plura, quam videmus; & ſuo tempore prorſus omnia erunt ei ſubjecta, nobis cernentibus. Eph. I. 22. 1 Cor. XV. 27 ſ. ſed cur *nondum omnia*? quia & corpus ejus, eccleſia, laborat: & ipſe non agnoſcitur, certe non conſpicitur. Verbum βλέπω *cerno* notat quiddam magis definitum: ὁράω *video*, quiddam latius atque auguſtius.

9 δὲ, *vero*) Antitheton inter id Pſalmi, quod *nondum videmus*, & inter id, quod jam *cernimus* impletum in Ieſu. Quid autem cernimus? Ieſum, *qui* paululum præter angelos minoratus erat, cernimus, *quod* propter paſſionem mortis ſit gloria & honore coronatus. In hac periocha, ἠλαττωμένον (διὰ - ἐστεφανωμένον) ὅπως κτλ. eſt χιασμὸς, qualem habet *Paulus* Gal. IV. 4. 5. atque in præſenti inciſo, διὰ κτλ. quod inciſum ante δόξῃ nullam σιγμὴν deſiderat, id *propter* quod coronatus eſt Ieſus, nempe *paſſio mortis*, ex naturali ordine rei, nec ſine emphaſi, ante coronationem ipſam memoratur. Eximit Iudæis apoſtolus infeſtum crucis ſcandalum; & argumentum, quod a paſſione Ieſu contra gloriam ipſius eamque nobis quoque glorioſam duci poſſet, ita ſolvit, ut etiam invertat. Paſſionem mortis adeo non obſtare, oſtendit, gloriæ & honori Meſſiæ, ut eam potius confirmet nobis. Vnde infert, minorationem Ieſu præter angelos, quæ ad paululum facta fuerit, non eo ſpectaſſe, ut in morte maneret, ſed ut morte ſemel exantlata *omne* ſibi ſubordinatum haberet. Ieſus eſt, in quem & minoratio & coronatio in Pſalmo deſcriptæ conveniunt: Idem ergo eſt, cui etiam poteſtas in *omne*, quæ in gradatione Pſalmi ſubſequitur, convenit.

¶ βραχύ τι, *paululum quiddam*) Aliquot horæ crucis, dies paſſionis, anni laborum, quantulum ſunt ad æternitatem.

¶ παρ' ἀγγέλους, *praeter angelos*) pati ac mori neſcios.

¶ ἠλαττωμένον) *tenuiorem*, minorem, vermem *factum*. conf. Luc. XXII. 43. *Participium* innuit, Ieſum per ſe & ſua cauſa potuiſſe ſine paſſione capeſſere gloriam: ſed fratrum etiam ducenda fuit ratio.

¶ βλέπομεν· *cernimus*) *Adſpectus*, inquit, *loquitur*. Idem verbum c. III. 19. X. 25. Res & eventus congruit cum fide teſtimonii prævii. v. 6 init.

¶ τὸ παθήματα τοῦ θανάτου· *paſſionem mortis*) *Mortis* paſſio, ſumma. vid. cap. V. 7.

¶ δόξῃ καὶ τιμῇ, *gloria & honore*) Filium Dei decente. [Gloria *mortem praeſupponit*: *paſſionem* honor. V. g.]

¶ ἐστεφανωμένον· *coronatum*) poſt *mortem*.

¶ ὅπως,

u) τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σε, *opera manuum tuarum*] Solem, lunam, ſtellas &c. Ps. VIII. 4. *V. g.*

¶ ὅπως, *ut*) Necti debet cum τῷ *tenuiorem factum*, & ideo finem notat.

¶ χάριτι θεοῦ *gratia Dei*) Alii pridem, χωρὶς θεοῦ, *praeter Deum*. Bonam utraque lectio sententiam fundit: utramque videamus. Inciſum hoc, cum χωρὶς, *praeter*, ſic habet: *Chriſtus mortem guſtavit pro omni, excepto Deo*. Hæc periocha eſt, per partes ſuas declaranda. I. παντὸς, quemadmodum πάντα v. 8 & 10 quinquies, eſt neutrum, ut *Orig. Theod. Ambros.* apud Eſtium agnoſcunt. etenim in maſculino plurale eſſe ſolet, ὑπὲρ πάντων, 2 Cor. V. 15. 1 Tim. II. 6. & plurale πάντων, πᾶσι, plerumque maſculinum quidem, & interdum neutrum eſt: ſed παντὸς, παντὶ, ſine ſubſtantivo aut participio poſitum, ſemper neutrum eſt. vide ſupra ad 2 Cor. XI. 6. Marc. IX. 49. Oſtendit Apoſtolus gloriam Chriſti ex Pſalmo VIII, maximeque ex illo inciſo, כֹּל *omne poſuiſti ſub pedibus ejus*, atque emphaſin numeri *ſingularis*, quæ in grandi illa ſyllaba כֹּל ineſt, a LXX int. prætermiſſam ſupplet, quum in hoc duntaxat palmario nervo ait, παντός. Neque enim παντὸς neutrum, ſine articulo, non eſt Græcum: Heſiodo quippe πλέον ἥμισυ παντὸς dicitur. Hoc πᾶν, hoc *omne*, cui οὐδὲν *nihil* neutro item genere opponitur v. 8, & *omnes*, maſculino genere, includuntur, Ioh. III. 35. 36, complectitur maxime *angelos*, præter quos paululum minoratus fuerat Chriſtus: & tali pacto protaſis & apodoſis inter ſe reſpondent, *Nondum videmus ei omnia ſubjecta, ſed tamen id, pro quo mortem guſtavit, eſt Omne*. II *Guſtare mortem*, dicit mortis veritatem, & tamen hoc loco etiam brevitatem, ut *Chryſoſtomus*, *Sedulius*, *Haymo*, *Flacius* ad h. l. agnoſcunt. III. Hinc demum colligitur, quid ὑπὲρ ſignificet, *pro omni*: Germ. *um alles*, non, *für alle*. ὑπὲρ hoc loco denotat rem conſequendam, ut Ioh. XI. 4. 2 Cor. I. 6. XII. 8. 19. 2 Theſſ. I. 5. *Mortem guſtavit pro omni*; ut *omne* ſibi vindicaret, ut omnium rerum poteſtatem capeſſeret: ſive, *pro* eo, ut ipſi obtingeret, quod ſcriptum eſt, *OMNE poſuiſti ſub pedes ejus*. IV. Omne illud habet apertiſſimam & juſtiſſimam exceptionem. *Paulus* 1 Cor. XV. 27 eundem Pſalmum, eundem verſiculum, eandem voculam כֹּל *omne* tractans, adjicit, δῆλον, ὅτι ἐκτὸς τοῦ ὑποτάξαντος αὐτῷ τὰ πάντα. Eadem igitur exceptio hoc loco ponitur, χωρὶς θεοῦ ὑπὲρ παντός. *omne, praeter Deum, Chriſto ſubjectum eſt*. χωρὶς exceptioni ſervit. Sic Epiphanius, διὰ παντὸς, χωρὶς πεντηκοστῆς. hæres. LXXV. Thomas Magiſter: τὸ πλὴν καὶ τὸ ἐκτὸς, τὸ χωρὶς δηλοῦσι. Agnoſcit Theodoritus, χωρὶς hoc loco exceptioni inſervire: quæ autem ſit exceptio, ille Pſalmi paralleliſmus nos docet. Atque ipſa exceptio amplitudinem rerum Chriſto ſubjectarum, quæ ſunt *praeter Deum plane omnia*, quam ſignificantiſſime, & tamen, ne ſermo interpelletur, quam breviſſime commonſtrat: decenterque exceptio ipſi rei, de qua fit exceptio, præmittitur.

Idem inciſum, ſi χάριτι *gratia* retineas, ſic explicabis: *ut gratiâ DEI pro omni guſtaret mortem*. *Gratia DEI*, erga nos, Gal. II. 21. Rom. V. 8, & erga ipſum Jeſum. Adverſarii putabant, Jeſum ira DEI eſſe paſſum & mortuum, Ps. XXII. 8 ſ. LXIX 27. Es. LIII. 4. Ioh. XIX. 7. Sed plane gratia DEI paſſus eſt & mortuus, cujus gratiæ munus eſt honor & gloria. Phil. II. 9, ἐχαρίσατο. Luc. II. 40. 52. Rom. V. 15. Atque hoc nomen, χάριτι, idem dicit, quod verba μιμνήσκῃ, ἐπισκέπτῃ, *recordaris*, *rationem habes*. v. 6, ex Pſalmo illo VIII. In hac interpretatione ὑπὲρ παντὸς poſſet valere *pro omnibus*, Germ. *für alle*, quod ad præpoſitionem attinet; ſed obſtat neutrum παντός.

Nunc

Nunc quæritur, utra lectio genuina sit. Non ignoro, χάριτι plausibilius esse, quam χωρίς. & sine labore ullo a me impetrarem, ut hoc missum facerem, & illud amplecterer. Sed ubi de verbo DEI, ubi de unico DEI verbulo agitur, nil temporis causa statuere debemus. Facilius χωρὶς in χάριτι, quam χάριτι in χωρὶς librariorum sedulitas, planiora omnia quærens, mutavit: & tamen χωρὶς remanet in monumentis antiquis, multis, gravibus. Ea enumerat *Apparatus* criticus: iis addatur *Anastasii* abbatis, qui seculo VIII in Palæstina floruit, liber contra Iudæos, diserte hanc lectionem exhibens. Neque lectionem hanc, neque interpretationem hîc a nobis propositam, quisquam, ut spero, exagitabit: lectori tamen integrum est, rem amplius expendere. *Syriacorum* exemplarium in utraque lectione conjungenda constantiam declarat La Croze lib. III de Christianismo Indico, c. III. § 64.

¶ γεύσηται *gustaret*) Notatur hac phrasi *veritas* mortis, ut passim: & hoc loco, ut diximus, simul τὸ βραχὺ *brevitas*, cui notandæ aptus est genitivus, θανάτου, coll. c. VI. 4 not. Aliud est, partem mortis gustare; aliud, pars sive brevitas temporis, qua mors tota gustatur. Brevitatis significationi non obstat locus Matth. XVI. 28. nam ibi est locutio negativa, uti Luc. XIV. 24. Adjuvat autem eam locus Psalmi XXXIV. 9, γεύσασθε καὶ ἴδετε· i. e. *gustate modo*, & *videbitis*. alias *gustus* non poneretur ante *visum*.

10 ἔπρεπε, *) *decebat*) Sic Psalm. VIII. 2 הוֹדְךָ LXX, ἡ μεγαλοπρέπειά σου. Ceteroqui toto hoc versu 10 Propositio, quæ versu 8. 9 verbis ejusdem Psalmi vestita erat, nunc verbis ad apostoli institutum propius accommodatis declaratur: sed cum hac differentia, ut versus 8. 9 expressius agat de *Gloria*, ex antecedentibus; versus 10 de *Passionibus* agat expressius, transitionem ad subsequentia parans. Prædicatum propositionis est, *Decebat illum, propter quem omnia & per quem omnia* sunt: subjectum sequitur, *multos filios in gloriam ἀγαγόντα ducentem, principem salutis eorum per passiones consummare.* Posset ἀγαγόντα resolvi, ἵνα ἀγαγὼν τελειώσῃ· sed construitur sic, ἀγαγόντα τὸν ἀρχηγὸν, ut *primus dux salutis* sit etiam *perducens in gloriam.* ἀρχηγὸς componitur ex ἀρχὴ & ἄγω· & ἀρχὴ prospicit in textu ad τελειῶσαι (coll. cap. XII. 2.) at ἄγω respicit ad ἀγαγόντα. Itaque complectitur Propositio sententias magnas & multas, quas sic evolveris:

1. Iesus est dux *salutis*.

2. Vt patiendo salutem pararet, necesse fuit.

3. Per passiones est *consummatus*.

4. Cum ea consummatione conjuncta est *gloria* filiorum.

5. Filii sunt *multi*.

6. Totum hoc institutum valde *decebat* Deum, quamvis infidelitas pro *dedecore* habeat.

7. Decebat Deum, ut Iesus pateretur & filios salvaret. nam *propter eum* sunt *omnia*.

8. Decebat Deum, ut Iesus consumma-

retur,

*) Nonnisi stoico *dicendi genere vocem* πρέπει decorum *innuere*, necessitati morali *oppositum; contra b.* Bruckerum *cel. D.* Ernesti *monuerat, Bibl. th. T. VI. p. 8. Quæ observatio cur minus mihi probanda videatur, cordate aperui in meiner* Beleuchtung &c. § 31. p. 144 *sq. Sane in rebus,* necessitate morali *non destitutis, præcipue tamen Decorum* (der Wohlstand, die Anständigkeit). *Euoluantur loca Matth. III. 15. 1 Cor. XI. 13. Eph. V. 3. 1 Tim. II. 10. Tit. II. 1. Hebr. VII. 26; & judicium, semoto pa tium studio fiat, annon* decentiæ *idea ex uniuerso hoc* Scripturæ paralleliſmo *eluceat; sive combinanda sit sive seponenda* necessitatis *notio.* E. B.

retur, & filii ad gloriam perducerentur. nam *per eum* sunt *omnia*.

Ex his, quatuor momenta, totidem literis notata, servato textus ordine, ponimus

A	B
Gloria filiorum:	dux patiens:
C	D
salus filiorum:	consummatio ducis.

Hæc momenta reducuntur ad Deum, *propter quem & per quem omnia* sunt, id est, cui tribuenda sunt omnium rerum initia & exitus. Ad initia rerum pertinet B & C. ad exitus rerum pertinet D & A. Enimvero eadem quatuor momenta per χιαστικὸν in textu sunt transposita, ut a fine *A* pulcherrimo ordine progrediatur oratio ad media, quæ in *B C D* continentur.

¶ αὐτῷ) *eum*, Deum Patrem: qui memoratur versu 9, & subauditur versu 5.

¶ δι' ὃν, δι' ὃ· *propter quem, per quem*) Subtili & eleganti discrimine *Paulus* præpositiones cumulare solet.

¶ πολλοὺς, *multos*) quam plurimos. unde ἐκκλησία, *coetus*. v. 12.

¶ υἱοὺς, *filios*) Stilo V. T. dicuntur παιδία *pueri*, coll. v. 13 s. not. stilo N. T. υἱοὶ *filii*, quorum status opponitur *servituti*, v. 15: ut apud *Paulum*, Rom. VIII. 15. Gal. IV. 6. Ipse Iesus, Filius: is nos facit *filios* Dei, nos habet *sobolem* suam. ילדים παιδία, *soboles* sunt Synonyma. conf. ps. XXII. 31. Es. LIII. 10.

¶ εἰς δόξαν, *in gloriam*) Hæc gloria in eo ipso consistit, quod sint filii, & tanquam filii tractentur. Rom. VIII. 21. Expende Ioh. XVII. 10. 22, ac totam illam orationem: & confer v. 7. hujus capitis II. Proximam inter se significationem habent *gloria* & *sanctitas*, *ductio in gloriam* & *sanctificatio*. v. 11.

¶ τῆς σωτηρίας αὐτῶν· *salutis eorum*) Hoc ipsum vocabulum præsupponit *perniciem*: ex qua ut educeremur, *patiendum* Christo fuit. *Salutem* excipit δόξα *gloria*, stilo *Pauli*, 2 Tim. II. 10 not.

¶ τελειῶσαι· *consummare*) Hoc verbo continetur perductio ad finem molestiarum & ad metam gloriæ plenam. c. V. 9. Metaphora agonistica. Frequens enim in hac epistola, τελειωθῆναι, τέλειος, τελειότης, τελείωσις, τελειωτὴς, de Christo & Christianis. Hæc per *passiones consummatio* duo momenta innuit: I. *Gloriam* Christi, quippe cui, *consummato*, *omnia subordinantur*. II. *Passiones* prægressas. *) De *passionibus* mox tractat expresse, v. 11 - 18. quanquam eas etiam in præcedentibus attigit: tractationem de *Gloria* hoc ipso loco præmisit, ad acuendam hortationem suam, & ad præsanandum scandalum passionis & mortis. Vberiorem vero utriusque momenti considerationem intertexit insequenti tractationi de Sacerdotio, quæ versu 17 proponitur. Ac de *Passionibus* quidem res aperta est: *Gloriam* vero describit, dum opportunis locis memorat, Iesum *esse consummatum*, *esse in coelis*, *altiorem coelis factum*, *sedere ad dexteram Dei*, *secundo conspectum iri*, *hostes ejus positum iri scabellum pedum ejus*. hoc versu, & cap. IV. 14. V. 9. VII. 26. 28. VIII. 1 s. IX. 24. 28. X. 12. 13. XII. 2.

11 γὰρ, *enim*) Necessitudo summa, causa, cur decuerit, Iesum non sine nobis *consummari*.

¶ ὁ ἁγιάζων· *sanctificans*) Christus. c. XIII. 12. *Sanctificans* dicitur Christus propter totum illud beneficium, quod ipse per se nos *sanctos*, i. e. *divinos*, facit.

¶ οἱ ἁγιαζόμενοι· *qui sanctificantur*) populus. c. X. 10. 14. 29. Synonyma, *sanctificare*,

*) *Approbans hunc verbi* τελειῶσαι *significatum cel. D.* Ernesti *conferri jubet Luc. XXIV. 26, Bibl. th. T. VI. p. 8 fin.* E.B.

ficare, ad DEVM adducere; sanctificari, ad DEVM adduci, appropinquare, accedere. Sanctificans est a Patre genitus & Sanctificator constitutus: *qui sanctificantur*, a DEO creati, & ad sanctificationem accipiendam constituti. conf. ἔδωκεν, *dedit.* v. 13. Hæc origo fraternitatis & communionis cum sanguine & carne.

¶ ἐξ ἑνὸς, *ex uno*) εἷς *unus* ille est Abraham, uti Malach. II. 15. Es. LI. 2. Ez. XXXIII. 24. Ex uno Adam, omnes homines: ex uno Abraham, omnes Abrahamidæ. Toto hoc loco, ad Abrahamidas scribens, Paulus ad eos sermonem seorsum accommodat, v. 16. 17. c. XIII. 12. quemadmodum etiam Psalmo XXII, qui hîc citatur v. 12, sermo est de Israële, v. 23 ss. de gentibus autem, v. 26-32. ac tota deinceps de sacerdotio deque sacrificiis tractatio præcipue ad Hebræorum captum congruit. Quocirca multum hæc aliquando epistola ad *Israëlis* salutem conferre poterit. Si *unus* hîc Deum innueret, angeli includendi essent, qui removentur versu 16.

¶ πάντες· *omnes*) Constr. cum ἁγιαζόμενοι *qui sanctificantur*. nam dicit, πάντες *omnes*, *utrosque* dicturus, si *sanctificantem* τῷ πάντες *omnes* includeret.

¶ οὐκ ἐπαισχύνεται) *non erubescit*, quum extra hanc *causam*, (quod *ex Abrahamo* sunt, qui non ut peccator, ut salutis indigus, sed ut stirps communis, ut is qui promissionem acceperat, consideratur:) multa fuissent, cur eum puderet. nam minime sancti & valde sontes v. 14 s. fueramus. tamen non erubescit: imo propter sanctitatem illam & gloriam, in quam nos duxit, glorioſum sibi ducit. Tales *filios* restitutos habere, Deum *decet*: tales *fratres non erubescit* Christus. conf. *non erubescit*, c. XI. 16 not.

¶ καλεῖν) *appellare*, appellando declarare.

12 λέγων· *dicens*) Tria hîc sunt allegata V. T. quibus præcedens sermo apostoli egregie confirmatur, per χιασμὸν, ordine retrogrado. Namque

apostolus memorat	Christus in dictis V. T. ait:
v. 10, *filios:*	v. 13 fin. *ego & nati.*
ibid. *consummationem* per passiones:	v. 13 init. *confisus ero:*
v. 11, *necessitudinem* ejus, qui sanctificat, & eorum, qui sanctificantur:	v. 12 *fratribus meis:* Matth. 28, 10.

Ac rursum v. 14-17 ordine inverso memorantur *nati*, & res a Christo *bene* gesta, & *fratres*. Duæ catenæ allegationum, c. I de Gloria Christi, & c. II de Redemtione, suavissime inter se respondent.

¶ ἀπαγγελῶ - ὑμνήσω σε) Ps. XXII. 23. LXX, διηγήσομαι· cetera, iisdem verbis. *Nomen* Domini boni, fratribus ignotum, Messias prædicat, ut fratres quoque laudent illum. Ps. cit. v. 24.

¶ ὑμνήσω· *canam*) tanquam dux chori. conf. Psalm. VIII. 3.

13 ἐγὼ ἔσομαι πεποιθὼς ἐπ' αὐτῷ· *ego ero fidens in eo*) LXX, καὶ πεποιθὼς ἔσομαι ἐπ' αὐτῷ· apud Esajam proxime ante locum ex c. VIII citandum mox. πεποιθὼς ἔσομαι ἐπ' αὐτῷ 2 Sam. XXII. 3. quod ecclesia imitatur Es. XII. 2. Innuitur filialis fiducia Messiæ ex *passionibus* ad Patrem confugientis. [& *nequaquam frustrati*, *coll. v. 10. fin.* V. g.] c. V. 7. coll. 2 Sam. cap. cit. v. 4 seqq. Particula allegatur; periocha tota innuitur ab apostolo. *) Recte reprehendunt Theologi nostri scholasticos, negantes, satisfactionem Christi ex se & simpliciter condignam esse. vid. Calov. matæol.

*) *Conf. observatio cel.* Michaëlis, *in der* Einleitung &c. *T. I. p. m. 87.* E. B.

tæol. pap. in Dedic. Sed tamen hujus satisfactionis fragrantissima pars est fiducia puriſſima, qua fiducia unice nixus ipse est in accessu ad Patrem. Ps. XXII. 10. Matth. XXVII. 43. neque enim sua merita ostendit, quin peccata potius in se conjecta confessus est. Ps. LXIX. 6. Vt igitur ille per sese fide in Patrem nixus est; sic nos fide in Christum, & per Christum in Patrem nitimur. Graviſſimum argumentum contra humana operum merita. Hac autem fiducia Christus est usus non pro se; nam ipse & Pater unum sunt: sed pro suis. v. 16. Præsens quodque auxilium dabat *fiduciam* de auxilio futuro, (conf. Phil. I. 6.) usque ad plenam ex morte & diabolo victoriam.

¶ ἰδὲ - ὁ θεὸς) Es. VIII. 18. LXX, iisdem verbis. παιδία יְלָדִים *natos* vocat, decente *Primogenitum* sermone, qui eosdem & *fratres* & *minores* innuit: atque hos omnes Deo, qui eos ipsi *dederat salvandos*, juxta secum *glorificandos sistit.*

14 ἐπεὶ ἓν τὰ παιδία· *quia ergo pueri*) τὰ παιδία *pueri* h. l. non est nomen ætatis naturalis; sed deducitur ex v. 13. Messias non commode choro puerorum naturalium hîc ingeritur. loquitur de filiis suis spiritualibus. ἓν *igitur* infert ex v. 10 seqq.

¶ κεκοινώνηκεν αἵματος καὶ σαρκὸς, *communionem inter se habuere sanguinis & carnis*) Præteritum, respectu majoris partis, quæ jam vixerat tempore testimonii in Psalmo editi. In psalmo *fratres;* in Esaja, *natos* memorat: pro eo tempore, cum David & Esajas prophetarent, jam multi *fratrum* & *natorum* vivebant & vixerant, quos reconciliaturus erat. Hi non excluduntur, sed includuntur. κοινωνέω cum genitivo, Prov. I. 11, ubi etiam v. 18 μετέχω eadem vi ponitur. κοινωνήσας ὀδὲ, Iob XXXIV. 8. Hoc tamen loco elegans est verborum commutatio, ut μετέχειν dicat similitudinem unius ad ceteros: κοινωνεῖν multorum inter se. σὰρξ καὶ αἷμα dicitur interdum per metonymiam pro homine, Gal. I. 16: sed hoc loco magis proprie sumitur in abstracto, ut 1 Cor. XV. 50. quanquam illo Pauli ad Corinthios loco σὰρξ καὶ αἷμα vetustatem corruptæ naturæ connotat. Alias, ut modo vidimus, dicitur σὰρξ καὶ ἅιμα, potiore parte, *carne*, quæ etiam sola interdum nominatur, præpositа: hîc αἷμα καὶ σαρξ (quanquam nonnulli voces trajecere) perinde ut Eph. VI. 12, πρὸς αἷμα καὶ σαρκα. Vtrum promiscua sit locutio, an αἷμα aliquando certa de causa (quæ ex Physicis hoc loco peti queat) præponatur, non ausim definire. Etiamsi ad talia non descendat commentatio mea, tamen nimis curiosæ subtilitatis notam apud generosos verborum cœlestium libripendes ægre effugit.

¶ αὐτὸς) Suaviter subsequitur, τῶν αὐτῶν.

¶ παραπλησίως· *similiter*) παρὰ in παραπλήσιος interdum, ut Latinum *sub*, minuit significationem compositi, perinde ut in πάρεγγυς. Hoc autem loco idem fere est, atque mox κατὰ πάντα *per omnia*, v. 17. c. IV. 15. Itaque παραπλησίως *similiter* apostolo hanc tractationem ingredienti inservit ad εὐλάβειαν, ut gradatim eloquatur, quod sentit: conf. Phil. II. 27 not. eoque commodior est particula minus significans, quia hîc nondum additur, *sine peccato*. Manet igitur *veritas participationis*, quæ asseritur apud Raphelium in annot. ex Herodoto.

¶ τῶν αὐτῶν) Non est hoc merum relativum, ut articulus ostendit. τὰ αὐτὰ, *eadem*, quæ fratribus accidunt, sanguine & carne laborantibus, ne *morte* quidem excepta.

¶ ἵνα, *ut*) Hîc res breviter notatur: uberius declaratur c. V. 7. 8. 9. Vtrumque locum, cap. V & II, seria meditatione invicem contulisse juverit, donec perspicias,

ſpicias, quomodo uterque in elogium *ſacerdotis magni* terminetur.

¶ διὰ τοῦ θανάτου, *per mortem*) Paradoxon. Ieſus mortem paſſus, vicit: diabolus mortem vibrans, ſuccubuit. Viciſſim Ieſus per ſuam carnem & ſanguinem vitam nobis impartit. Ioh. VI. Aſſumſit, ut traderetur corpus & effunderetur ſanguis. Ergo præcipue ſpectatur traditio & effuſio. Ioh. VI. 51.

¶ καταργήσῃ· *deſtrueret*) Hoc infertur ex verbo ὑπέταξας *ſubordinaſti*. v. 8. coll. 1 Cor. XV. 27 cum anteced. ubi *Paulus* iisdem ſynonymis utitur καταργεῖν, ὑποτάσσειν. Sic Ps. VIII. v. 3 להשבית τοῦ καταλῦσαι *ad reprimendum hoſtem & ultorem.*

¶ τὸ κράτος, *robur*) magnum ſane. Matth. XII. 26. 29.

¶ ἔχοντα) *habentem*, jure quodam, quatenus ſcilicet captivis nulla fiebat injuria: conf. צדיק Es. XLIX. 24, ubi videtur dici non *juſtus* moraliter, ſed *potens* tyrannus, diabolus, qui ἐξουσίαν *poteſtatem* in captivos habebat: Col. I. 13. 2 Petr. II. 19 fin. quanquam hoc loco *robur*, reſtricte, non *poteſtas* dicitur. Diaboli, *) tanquam improbi Domini, lictor & miniſter erat mors, tradens ei homines, quos in peccato auferebat. ſed Ieſus, moriens, morientes, fecit ſuos. Rom. XIV. 9.

¶ τοῦ θανάτου· *mortis*) per peccatum.

¶ τουτέστι· *id eſt*) *Robur* erat manifeſtum: quis ſubeſſet, mortales fugiebat.

15 ἀπαλλάξῃ) *liberaret*, a diabolo vim mortis habente.

¶ τούτους· *hos*) Demonſtrativum, cum relatione ad antecedentia.

¶ φόβῳ) *timore*, etiam antequam ipſum robur experirentur. id enim ſequebatur. de timore conf. c. XII. 19 ſ. Ex. XIX. 21 ſ. 2 Sam. VI. 9.

¶ θανάτου· *mortis*) Mortes repentinæ ſub Moſe & poſtea etiam incautis tranſgreſſoribus inflictæ ſunt.

¶ διὰ παντὸς, *per omnem*) Antitheton, *paululum* v. 9. Multæ ætates, & aliæ poſt alias, ſunt *fratrum*.

¶ τοῦ ζῆν· *vitam*) Vita illa non erat vita.

¶ δουλείας· *ſervituti*) Antitheton, *filios in gloriam*. Idem antitheton tractat *Paulus* Rom. VIII. 15 ſ. Politici libertatem deſcribunt, τὸ ζῆν, ὡς βούλεταί τις, *ſuo vivere arbitratu: ſervitutem* τὸ ζῆν μὴ ὡς βούλεται, *non ſuo vivere arbitratu.*

16 δήπου) Particula morata χοχασμὸν ſonans, ſed ἐκ adjuncto βεβαίωσιν alens. totus verſiculus miram declarandi vim habet. conf. πρόδηλον, c. VII. 14. Non angelos; *nos* igitur. nil eſt tertium.

¶ ἀγγέλων· *angelos*) ſine articulo. Id eſt, non ſunt angeli, carnis & mortis expertes, quos apprehendit.

¶ ἐπιλαμβάνεται) *apprehendit* Chriſtus, ſive *aſſumit*, in dictis citatis; opem laturus, liberaturus. v. 15. 10 ſ. Idem verbum c. VIII. 9. Matth. XIV. 31. Si ſermo eſſet de incarnatione ipſa Filii DEI, in antitheto eſſet ſingularis numerus, ἀγγέλου *angelum*, angelicamve naturam: nunc quum ἀγγέλων *angelos* dicitur in plurali, etiam σπέρματος *ſemen* accipitur ut collectivum.

¶ σπέρματος Ἀβραάμ, *ſemen Abrahae*) Sic appellat totum genus humanum, ſed per ſynecdochen: quia reſpicitur Geneſis, & ibi Abrahæ data promiſſio, quæ promiſſio præcipue ad Abramidas pertinuit. & ex Abrahæ progenie natus eſt Chriſtus. accedit, quod hic ad Abrahamidas ſcribitur, neque commodum erat dicere, σπέρματος Ἀδάμ, *ſemen Adami*: quia opponuntur Adamus primus & ſecundus.

*) *Notari velim*, non diabolum Dei *lictorem & miniſtrum h. l. dici*, *ſed* mortem *audire lictorem & miniſtrum* diaboli. *Neque opus eſt*, *eam* mortis vim, *quam ſæpiſſime Apoſtolus* (*e. gr. Rom. V*) *ſub* imperii *ſchemate proponit*, *per inſtantiam de* fabulis judaicis *dilui*. E. B.

dus. Nec tamen gentes excluduntur, non enim his, sed angelis opponitur semen Abrahæ; & omnes fideles sunt semen Abrahæ. [*Vid. v. 10, de* cœtu magno; *coll. Ps. XXII. 23. 26. 28.* V. g.] Prætermissionem articuli apud σπέρματος arbitror respondere statui constructo Hebraico. Non tam gentes includeret, quam Iudæos carnales excluderet prætermissio articuli.

17 ὅθεν) Particula ὅθεν sexies in hac epistola occurrit; in epistolis *Pauli* nomine insignitis nunquam; sed tamen in sermone Pauli Act. XXVI. 19.

¶ ὤφειλε· *debebat*) Grande verbum. c. V. 3. *debebat*, ex necessitudine consanguinitatis, & quia in V. T. receperat. v. 12. 13. Incrementum fiduciæ in loquendo, coll. v. 11, *non erubescit.*

¶ κατὰ πάντα· *per omnia*) per omnes passiones & tentationes.

¶ τοῖς ἀδελφοῖς· *fratribus*) v. 11.

¶ ὁμοιωθῆναι *similis fieri*) Anakephalæosis hæc est eorum, quæ antecedunt. Statim additur summa eorum, quæ sequuntur.

¶ ἵνα, *ut*) Ter attingit apostolus summum sacerdotium, dum ad plenam tractationem cap. VII accedit. Attingit autem per tres gradus. I. *VT misericors FIERET* & fidelis *archisacerdos*, debuit fratribus assimilari, h. l. II. *APPELLATVS est Sacerdos summus*, in ipsa consummatione. c. V. 10. III. Summus Sacerdos *FACTVS* est, ingrediens ad id, quod intra velum est: c. VI. 20. quo introitu semel facto semper faciei divinæ pro nobis ut sacerdos obversatur. c. IX. 24.

¶ ἐλεήμων· *misericors*) Hoc quoque, ut πιστὸς, *fidelis*, constituitur cum ἀρχιερεὺς *pontifex*. c. IV. 15. V. 2. *Misericors* est factus erga *populum* peccatis laborantem: πιστὸς *fidelis*, quod ad *DEVM* attinet. χιασμὸς hic locum habet. *Sacerdos* & *princeps Sacerdos* est, qui jus habet accedendi & adducendi ad DEVM. τὸ πιστὸς, *fidelis*, tractatur c. III. 2 seqq. addito usu: τὸ ἐλεήμων, *misericors*, c. IV. 14 seqq. usu item addito: τὸ ἀρχιερεὺς *pontifex*, c. V. 4 s. VII. 1 s. addito usu ad cap. X. 19. Simillima propositio multarum rerum, Rom. I. 16 not. De tribus hisce momentis unum, ἐλεήμων *misericors*, ante γένηται *fieret* ponitur, quia ex ante dictis deducitur. Reliqua duo commode innectuntur, quia cum primo illo postmodum tractanda veniunt. Eleganter autem in hac propositione magis absolute sonat *misericors* & conjunctim *fidelis archisacerdos*, quia vicissim tractatio subsequens *fidelitatem* citra *sacerdotium*, in Mose, & *misericordiam* cum *sacerdotio*, in Aarone spectat. Primum *misericors* est Iesus. Nemo putet, Iesum ante passionem habuisse plus misericordiæ, & nunc plus severitatis. Effugiamus modo iram Agni etiamnum futuram.

¶ ἀρχιερεὺς) *Pontifex* Latinis dicebatur sacerdos ex eo, quod *pontem* Romæ, vel sacra in *ponte faceret*: ac *pontifex*, ἱερεὺς vel unicus vel gregarius; ἀρχιερεὺς vero *pontifex maximus*, supra alios, quibus præest, eminens. In Evangelistis & Actis, ubi frequens judaicorum ἀρχιερέων mentio, neminem, ut arbitror, offendet usitatum interpreti Vulgato ceterisque *pontificis* vocabulum: sed in hac epistola, maxime ubi de Christo agitur, nescio an id Pauli stilo æque, ac Numæ institutis, aptum sit. Invitus eo certe utitur Seb. Schmidius, & subinde dicit *princeps sacerdos*: sed præstat unum vocabulum, præsertim ubi alia epitheta accedunt, ut hoc loco *misericors & fidelis*: neque enim c. IV. 14 commode dixeris *pontificem maximum magnum*. Opportunissimum vocabulum, *archisacerdos*: quod ab eruditis pridem est adhibitum, & æque bene sonat, atque *archigubernus* apud Iabolenum, & apud alios *archiflamen, archipraesul, archipontifex*, &

& alia, quæ notat Voſſius de vitiis Latini ſermonis p. 371, & alii. Quod ad rem attinet, mox glorioſus hicce *ſummi ſacerdotis* titulus recurrit cap. III. 1. Nusquam autem niſi in Pſalmo CX, & Zach. VI. 13, & in hac Epiſtola Chriſtus expreſſe appellatur *Sacerdos:* & in hac unice epiſtola de Sacerdotio Chriſti ex profeſſo agitur. Vnde patet, quam ſingularis in ſuo genere, quamque neceſſarius hic Novi Teſtamenti ſit liber. Omnibus tamen hiſce, etiam Veteris Teſtamenti, locis additur *regni* mentio: quod ſæpius alibi ſine ſacerdotio memoratur. Etiam in cruce, in qua hic Sacerdos ſacrificium peregit, titulus *Regis* erat. Sacerdotium juxta cum regno huic Primogenito competit.

¶ τὰ πρὸς τὸν θεὸν, *ad Deum*) Sic c. V. 1.

¶ εἰς τὸ ἱλάσκεσθαι) *ad expiandum.*

¶ τὰς ἁμαρτίας· *peccata*) mortem & metum ejus afferentia.

¶ τοῦ λαοῦ· *populi*) *populi*, quem dixit *ſemen Abrahae.* v. 16. Ipſe peccatum non norat: *populi* peccata expiavit. Es LIII. 8.

18 ἐν ᾧ· *in quo*) Hoc inſtar adverbii. Rom. II. 1.

¶ δύναται· *poteſt*) De hac animi potentia agitur c. IV. 15. V. 2.

¶ βοηθῆσαι· *opitulari*) Hinc infert Paulus βοήθειαν *opem*, c. IV. 16.

CAP. III.

1 Ὅθεν· *unde*) Vrgens particula. Ex iis ipſis, quæ dicta ſunt capite II, fluere debet *conſideratio.*

¶ ἀδελφοὶ, *fratres*) Nunc primum eos appellat, ad quos ſcribit. Et *fratrum* titulus *ſanctitatem* habet ex cap. II. 11.

¶ ἅγιοι· *ſancti*) Habet hic verſus χιασμόν.

¶ κλήσεως ἐπουρανίου· *vocationis coeleſtis*) per Dominum e cœlo factæ, & eo, unde facta eſt, perducentis: c. XII. 25. *vocationis Dei ſuperne*, ut *Paulus* ait Phil. III. 14. Vocationis correlatum ὁμολογία *confeſſio*: de qua mox. Sic *Paulus* 1 Tim. VI. 12.

¶ μέτοχοι, *participes*) Idem verbum v. 14. c. VI. 4. I. 9. XII. 8.

¶ τὸν ἀπόστολον) *Apoſtolum*, Legatum, Dei Patris: eum, qui Dei cauſam apud nos agit. Inde dicimur, *vocationis coeleſtis participes.*

¶ καὶ ἀρχιερέα· *& archiſacerdotem*) qui cauſam noſtram apud DEVM agit. Inde dicimur *ſancti.* Hic *Apoſtolatus* & *Pontificatus* uno *Mediatoris* vocabulo continetur. Vt *apoſtolum* confert Ieſum Moſi; ut *ſacerdotem* (quæ appellatio reaſſumitur c. IV. 14.) Aaroni, ſimulque utrique præfert. utramque dignitatem, quam duumviri illi fratres diviſam habebant, hic unus conjunctam habet, & multo eminentiorem. Hoc loco dicitur, ſenſu reſpectivo, πιστὸς *fidelis*, uti ἀληθὴς *verus*, Ioh. V. 31, *unverwerflich*, teſtimonium, quod non poteſt recuſari.

¶ τῆς ὁμολογίας ἡμῶν· *confeſſionis noſtrae*) *Confeſſio* innuitur, non ea, quæ fit ad homines, ſed quæ fit ad DEVM. Egregie hoc verbo exprimitur natura fidei, quæ *prono reſponſu* in promiſſionem fertur. DEVS, qui filium *miſit* & *ſacerdotem* nobis dedit, λέγει, *dicit:* homo, ὁμολογεῖ, *condicit*, aſſentitur, ſubſcribit. Sic cap. IV. 14. X. 23. Id faciebant ſolenniſſime in baptiſmo. Oppoſitum, ἀντιλογία, *contradictio.* c. XII. 3. *quem confitemur—*

2 πιστὸν ὄντα· *qui fidelis eſt*) Num. XII. 7 in fine עברי משה בכל ביתי נאמן הוא LXX, ὁ θεράπων μου (conf. mox v. 5.) μωϋσῆς, ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ μου πιστός ἐστι. *fidelis* dicit eum, qui & ipſe talis eſt, & a DEO talis agnoſcitur, & laudatur. Inde fluit fidelitas in officio, & fides auditorum ſine exceptione, eam ipſam ob cauſam, quia Moſes ſit נאמן conf. Num. cap. cod. v. 8, item in fine.

¶ τῷ ποιήσαντι αὐτὸν) Iesum *fecit Christum* & *apostolum* suum & *archisacerdotem* Pater cœlestis. c. V. 5, ubi τῷ ποιήσαντι respondet τὸ γενηθῆναι *fieri*, per verbum Domini. Adde Act. II. 36. Et hoc ad *fidem* nos movet. Simillima locutio 1 Sam. XII. 6. 8. *Dominus, qui fecit* (LXX, ὁ ποιήσας,) & misit *Mosen & Aaron.*

¶ ὡς καὶ Μωϋσῆς· *ut etiam Moyses*) Sic Deut. XVIII. 15. Laudat Mosen, Iudæos concilians; antequam ei Christum præponit: quanquam animos eorum ad id audiendum præparavit, Eundem etiam angelis præferens.

¶ οἴκῳ· *domo*) Rara appellatio, Mosis tempore. *)

¶ αὐτοῦ· *ejus*) DEI. v. 6 not.

3 πλείονος, *uberiore*) Christus, propheta, ut Moses, Act. III. 22 not. (quum ceteri prophetæ Mosen tantummodo declaraverint:) & tamen alius atque Moses, c. VIII. 9. Ioh. I. 17. Mose major. h. l.

¶ γάρ, *enim*) Ætiologia respicit ad κατανοήσατε *considerate.*

¶ δόξης· *gloria*) Mox τιμὴν, *honorem.* τιμὴ h. l. quiddam magis internum notat. eam δόξα sequitur.

¶ τοῦ οἴκου) Genitivus regitur a πλείονα comparativo. Est enim enthymema: Christus est major domo: (nam domus paratur; Christus paravit domum & omnia, adeoque DEVS est:) Ergo Christus est major Mose. Ratio: nam Moses est minor domo, tanquam minister & quasi quædam portio domus. Conf. Matth. XII. 6 not.

4 ὁ δὲ, *hic autem*) Christus. Articulus nota Subjecti, hoc loco etiam vi relativa præditus, uti c. VII. 6. Θεὸς, *DEVS*, prædicatum.

¶ θεὸς, *DEVS*) absolute. Moses erat deus Aaronis; sed idem non erat DEVS absolute.

5 καὶ, *&*) Altera ratio excellentiæ Christi supra Mosen.

¶ θεράπων· *famulus*) Sic LXX, Num. XII. 7. Hoc innuit Mosis excellentiam contra omnes prophetas alios: sed rursus Mosen inferiorem dicit Christo Domino.

¶ εἰς· *in*) Serviit, ut per eum testata fierent.

¶ τῶν λαληθησομένων· *eorum, quae dicenda forent*) quæ loquuturus esset Moses, (c. IX. 19.) de Christo maxime; & denique Christus ipse. In cap. IX. 19 est paralleliſmus verbalis, qui tamen simul infert parem rationem, quæ Moses pro tempore Num. XII & locutus erat & locuturus. Miriam non de præterito solicitabat Mosis auctoritatem, sed in posterum volebat sibi tantundem vindicare, ob specimina quædam præterita.

6 Χριστὸς δὲ, *Christus vero*) Huic Moses cedit. Legatus, absente rege, valde conspicuus est: præsente rege, ad multitudinem recidit. Hîc quoque subaudi: πιστός ἐστι *fidelis est.* Filius fidem præstat in omnibus Patris sui iisdemque suis ipsius rebus.

¶ ἐπὶ, *super*) Hoc ἐπὶ עַל *super* indicat eminentem ejus potestatem. ἐν *in* datur Mosi, v. 5.

¶ αὐτοῦ· *ejus*) DEI. c. X. 21.

¶ ὅς) Hæc lectio vetustissima. **) alii, ἥ, ex alliteratione ad αὐτοῦ· quo pacto scripturus erat Paulus, ἥ ὁ οἶκος, quemadmodum Erasmus initio edidit. Dicitur enim, ἥ τὸ πτύον, ἧς ὁ ἀδελφὸς, ὧν τὸ σῶμα, ὧν τὰ ὀνόματα, ἥ ἡ πληγὴ, ὧν τὰ κῶλα,

*) *Non* tabernaculum, *sed* populum *Israëlitieum*, *ceu* familiam a Deo constitutam, *per vocem* οἶκος *h. l. indigitari*, *coll. v. 6*, *monet cel. D.* Ernesti, *Bibl. th. T. IV. p. 017 sq.* E. B.

**) *Consentit h. l.* Gnomon *cum* Ed. 2 & Vers. germ.; *mutatâ crisi* Ed. maj. *quæ lectioni* ἥ *palmam decreverat.* E. B.

κῶλα, οὗ ἡ φωνὴ, ἧς ἡ οἰκία. Non agitur hîc quæstio, *Cujus sit domus?* nam id ipsum modo in αὐτῆ *ejus* memoratur: sed *quae sit domus*, diversa ab illa, cujus portio erat Moses.

¶ ἐὰν, *si*) Eadem sententia v. 14. Sermo concisus. *domus sumus*, quum fiduciam habemus: *domus erimus*, si fiduciam retinebimus. Simillimus sermo *Pauli* Col. I. 23 not.

¶ τὴν παῤῥησίαν) Frequens vocabulum in hac epistola, παῤῥησία, c. IV. 16. X. 19. 35, & ἐλπὶς, c. VI. 11. 18. VII. 19. X. 23, item πληροφορία, ὑπόστασις. παῤῥησίαν *fiduciam*, erga DEVM: καύχημα *gloriam*, contra hostes.

¶ καταχωμεν· *retineamus*) Sic v. 14. c. X. 23. Sic κρατεῖν, c. IV. 14. VI. 18.

7 διὸ, *quapropter*) Exquisita illatio, nervusque totius loci hujus: Iesus est πιστὸς *fidelis;* vos ne sitis ἄπιστοι *infideles.* v. 2. 12.

x) λέγει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· *dicit Spiritus sanctus*) Sic c. IX. 8. X. 15.

¶ σήμερον - τεσσαράκοντα ἔτη. διὸ προσώχθισα - καὶ εἶπα· ἀεὶ -) Ps. XCV. 7 ad fin. LXX, σήμερον -. τεσσαράκοντα ἔτη προσωχθισα -. Τὸ σήμερον, *hodie*, Davidicum, opponitur *diei illi*, qui erat tempore Mosis. v. 8.

¶ ἐὰν, *si*) *Si vocem ejus audietis obedienter.* Sub hac auditione continetur etiam auditio qualiscunque. v. 16. c. IV. 2. Hujus hemistichii vis in Hebræo jungitur cum antecedentibus, & inde in subsequentia redundat.

¶ φωνῆς· *vocem*) quæ plena gratiæ, in his verbis propheticis, ob id ipsum audiendis.

8 παραπικρασμῷ - πειρασμῷ· *exacerbatione - tentationis*) Versu 9, per χιασμὸν, primum *tentatio* tractatur, deinde *exacerbatio*, ὕστερον πρότερον ἑβραϊδὸν, ut Franc. Iunius loquitur, eandem figuram in hac epistola aliquoties observans. Vtrumque respicit Historiam Ex. XVII. 7, utpote primam. conf. infra, v. 16, *egressi.* Prima offensa caveri debet: nam plures inde facillime nascuntur; & prima gravissime solet exprobrari.

¶ κατὰ, *secundum*) id est, *sicut in die.* Ita textus Hebraicus.

¶ ἐν τῇ ἐρήμῳ *in deserto*) maximarum rerum theatro.

9 οὗ) scil. πειρασμῷ. Attice, pro ὅ.

¶ ἐπείρασάν με· *tentaverunt me*) an possem, an vellem.

¶ οἱ πατέρες ὑμῶν *patres vestri*) quorum durities cordis sæpissime commemoratur. Adeo non valet auctoritas *priscorum.*

¶ ἐδοκίμασαν· *probarunt*) i. e. *explorarunt.* Non, *approbarunt.* Expendantur, quæ sequuntur.

¶ εἶδον· *viderunt*) evidenter, sed sine profectu.

¶ τὰ ἔργά μου· *opera mea*) glorioſissima, opis, partim etiam vindictæ.

¶ τεσσαράκοντα ἔτη· *quadraginta annos*) Hoc jungitur cum προσώχθισα apud LXX, & in Hebr. & infra, v. 17. Eodem tempore populus & פֹּעַל opus DEI vidit, & DEVM offensum habuit; donec mensuram implevit. Hîc cum εἶδον, *viderunt*, jungitur, eoque durum populi cor innuitur.

10 διὸ, *quapropter*) Hæc particula non est in Hebr. neque apud LXX.

¶ προσώχθισα) Verbum apud LXX perfrequens, sed alibi vix obvium. Eustathio ὄχθος (sive ὄχθη, in genere, *locus editus;* in specie, *ripa*:) παρὰ τὸ ἔχειν, i. e. ἐξέχειν, *eminere, prominere.* notat τοπικὸν ἐπανάστημα· inde ὀχθέω & ὀχθίζω, de animo, *concitor.* προσωχθισα *in-*

x) καθὼς, *sicut*] Apodosis est versu 12. *Not. crit.*

infensus fui eis, quo minus intrarent terram, cum vellent fero. Affinis phrasis, *adversum incedere*, Lev. XXVI. 24. 28.

¶ τῇ γενεᾷ ἐκείνῃ) ἐκείνῃ, *illi*, hîc habet vim removendi & alienandi. *) Hebr. דּוֹר absolute, eadem vi.

¶ καὶ εἶπα· *& dixi*) προσοχθισμὸν, *taedium animae* meæ declaravi *ore* meo. Observa Gradationem subsequentem: primo *taedium* erga eos, qui *peccabant*, fecit, ut *diceret*: deinde *ira*, illo gravior, erga eos, qui *non credebant*, fecit, ut *juraret*. coll. v. 17 f. Prima tentatio, Ex. XVII, mox causa fuit, propter quam Deus προσώχθισεν, *infensus fuit*. Secuta est querela de errore cordis; ira & juramentum. Sic *taedium* & *ira*, *querela* & *juramentum* magis distinguuntur.

¶ αὐτοὶ, *ipsi*) הֵמָּה in Hebr. iteratur magna vi. Accentus hîc incipiunt hemistichium. Itaque non continetur sub εἶπον *dixi*, sed sensus hic est: illi, me sibi infensum esse, sentiebant, αὐτοὶ δὲ, *iidem* tamen nihilo magis vias meas cognoscere voluerunt. Simile antitheton: *illi*, *& ego*. c. VIII. 9. coll. v. 10. Sic, *at illi*, Ps. CVI. 43. Conf. etiam Luc. VII. 5. Es. LIII. 7 in Hebr.

¶ οὐκ ἔγνωσαν· *non cognoverunt*) Hæc est ἀπείθεια, *non credere*. ἁμαρτία *peccatum* describitur v. 9, ἐπείρασαν *tentaverunt*. De utroque iterum v. 12. 13, & v. 17 f.

¶ τὰς ὁδάς μου· *vias meas*) quà eos tanquam gregem meum volui ducere in requiem.

11 ὡς ὤμοσα, *ut juravi*) Iuramentum præcessit XL annos.

¶ εἰ, *si*) Apodosis reticet aliquid per euphemiam, quod vim ipsius juramenti habet. εἰ hîc negat, ut ἦ μὴν affirmat c. VI. 14.

¶ εἰσελεύσονται· *intraverint*) per vias meas.

¶ εἰς τὴν κατάπαυσίν μου· *in requiem meam*) in terra promissa. Populus, oves; Ps. XCV. 7: harum bonum, מנוחה *requies*, Ps. XXIII. 2.

12 βλέπετε) Hoc verbum pendet a διὸ, *quapropter*: v. 7. neque apodosis non fert τὸ ἀδελφοὶ, *fratres*. 1 Thess. III. 7. Idem verbum c. XII. 25. *Cordi* non fidendum. Ier. XVII. 9.

¶ μήποτε - ἀπιστίας· *ne - infidelitatis*) Observa nexum. Christus est πιστὸς, *fidelis*, v. 2: ideo nos debemus esse πιστοὶ, *fideles*, erga illum, non *infideles*, ut patres adversus Mosen. v. 18 f. c. IV. 2 f. VI. 12. Pari modo *fidem* Dei & *perfidiam* hominum opponit *Paulus* Rom. III. 2 f. 2 Tim. II. 13.

¶ ἔσαι· *futurum sit*) Cura etiam in futurum porrigenda, ob periculi magnitudinem. Vtitur futuro indicativi præ præsenti Subjunctivi.

¶ πονηρὰ, *malum*) Populus ἄπιστος, *infidelis*, רַע *mala* natio, & infelix. conf. κακοὺς κακῶς Matth. XXI. 41.

¶ ἐν τῷ ἀποστῆναι· *in discedendo*) Antitheton, προσερχώμεθα, *adeamus*: c. IV. 16. & ὑποστάσεως *substantiae*. mox v. 14. Conf. Ier. VI. 8, μὴ ἀποστῇ ἡ ψυχή μου ἀπὸ σοῦ. Tota hæc apostoli periocha congruit cum Ier. XVII. 5. 6. ΕΠΙΚΑΤΑΡΑΤΟΣ ὁ ἄνθρωπος, ὃς τὴν ΕΛΠΙΔΑ ἔχει ἐπ' ἄνθρωπον, - καὶ ΑΠΟ ΚΥΡΙΟΥ ΑΠΟΣΤΗ ἡ καρδία αὐτοῦ - οὐκ ὄψεται ὅταν ἔλθῃ τὰ ΑΓΑΘΑ.

¶ ἀπὸ θεοῦ ζῶντος· *a DEO vivo*) *Vita* DEI *fidem* nostram efficacissime & præsentissime animat. Laudatur etiam *Deus vivus*, c. IX. 14. X. 31. XII. 22. Qui a Chri-

*) *At lectionem* τάυτῃ utriusque Ed. *margo præfert, subsequente* Vers. germ. *Ergo hypothetica saltim est pronominis* ἐκείνῃ *explicatio ista*. E. B.

Christo defecisti, a DEO defecisti. Cap. III. 12-19 χιασμός.



13 ἑαυτὲς, *vosmet ipsos*) quisque se ipsum & alterum. tantum abest, ut alter alterum debeat instigare & exacerbare.

¶ ἡμεραν, σήμερον· *diem, hodie*) Conjugata. c. IV. 7.

¶ ἄχρις ὃ· *donec*) quamdiu. Non erit hoc *hodie* perpetuum.

¶ τὸ) Relativum.

¶ καλεῖται· *vocatur*) dum Psalmus ille auditur & legitur.

¶ ἵνα μὴ σκληρυνθῇ τις· *ut ne obduretur quisquam*) Id repetitur ex v. 8.

¶ ἀπάτῃ· *fraude*) Resp. πλανῶνται *errant*, v. 10.

¶ τῆς ἁμαρτίας· *peccati*) ἀπιστία, ἁμαρτία, *infidelitas* & *peccatum*, tantundem. Ioh. XVI. 9. Neh. VI. 13. Vbi ἀπιστία & ἁμαρτία simul memorantur, differunt ut species & genus, & *infidelitas* tanquam præcipua species *peccati* habet aliquid tristius & funestius. Quod si vero *peccatum* solum ponitur, contrahitur genus ἁμαρτία ad hanc præcise speciem, nimirum *infidelitatem*: quemadmodum ἁμαρτία proprie est, ubi a scopo aberratur, quod quam maxime per ἀπιστίαν fit, gratia Dei neglecta. *)

14 μέτοχοι χριστὲ· *participes Christi*) v. 1. 6. Sic μέτοχοι, *participes*, Spiritus sancti. c. VI. 4.

¶ ἀρχὴν - μέχρι τέλους· *initium - usque ad finem*) conf. c. VI. 11. XII. 2. Christianus, quamdiu non est τετελειωμενος, *consummatus*, habet se pro *incipiente*.

¶ τῆς ὑποστάσεως· *substantiae*) c. XI. 1. 2 Cor. IX. 4 not.

¶ βεβαίαν, *firmam*) Frequens in hac epistola verbum, cum synonymis, ἀκλινὴς, ἀμεταθετος, ἀσφαλὴς, ἰσχυρός.

15 ἐν τῷ λέγεσθαι· *dum dicitur*) Hoc annectitur versui 13, ad παρακαλεῖτε. Etiam in psalmo paraclesis divina præcedit, *venite*. Confer הָבוּ Ps. XCV. 7, perpenso Athnach prævio, qui subdistinctivus est posterioris hemistichii: i. e. tantummodo per vos stat, ut hæc non modo sit mera invitatio & oblatio, in actu primo, sed etiam actu secundo vera fruitio. Sic ἐν τῷ λέγειν, *in dicendo*, c. VIII. 13.

¶ ὡς ἐν τῷ παραπικρασμῷ· *ut in Exacerbatione*) כמריבה nomen proprium cum sua significatione accipitur.

16 τίνες, *qui*) Plerique τινὲς scribunt: sed sic languidior redditur elenchus apostoli, τινὲς, ἀλλ' ὃ πάντες. generalis potius sermo est de exacerbatione, c. IV. 6. Ex. XVII. 2. Plane est interrogatio, τίνες· uti c. I. 5. 13. & simul anaphora gravissima, τίνες· τίσι· τίσι· v. 16. 17. 18. notaturque tribus hisce versiculis 1. Initium exacerbationis, sub exitum *ex Ægypto*. 2. Quadraginta anni molesti *in deserto*. 3. Negatus ingressus *in terram quietis*. Ponitur ἀλλ' ὃ v. 16, uti εἰ μὴ v. 18. nam utrumque proprie non interrogat, sed stat sub vocula interrogante τίνες. Quo magis perspiciatur vis particulæ, finge, dicere aliquem

*) Infidelitatem *h. l. notari per* ἁμαρτίαν, *agnouerat cel. D.* Ernesti, *Bibl. th. T. V. p. 217: tum, l. c. T. VI. p. 11 per* apostasiam ad religionem judaicam *rectissime vocem explicari judicat. Atque alterum quidem nullatenus repugnat alteri: sed existimem tamen*, apostasiam *istam triste potius* consequens *infidelitatis esse, quam ipsam infidelitatis notionem constituere Multi nimirum* infidelitatis fraude *obdurari possunt, etiamsi pergant Christianismum* ore *profiteri. Conf. not. ad voc.* ἀποστάτης, *2 Cor. VIII. 2.* E. B.

aliquem, ἦσαν ἄνθρωποι παραπικραίνοντες, ἀλλ' οὐχ ὅτοι οἱ ἐξελθόντες. id negat apostolus, ideoque dicit, τίνες ἦσαν ἀλλ' οὐχ ὅτοι; id est, *plane hi ipsi fuerunt.* Similes particulæ, apud Lucam, τίς, ἀλλ' οὐχί; c. XVII. 7. 8, & apud *Paulum*, τίς, ἢ οὐχὶ καὶ κτλ. 1 Thess. II. 19. Πάντες hoc loco sunt *meri*, quam vim vocis πᾶς pulcre explanat Raphelius ad Iac. I. 17 ex Ariano. Germ. *Diejenige, die eine Erbitterung angerichtet haben, wer waren sie? es waren lauter solche Leute, die von Egypten ausgegangen waren durch Mose.* Hi non dicuntur *educti*, sed *egressi* h. l. Iam pignus habuerant divinæ opis, & ductum fuerant secuti: sed præclaro illi *initio* (conf. v. 14.) non respondent in progressu. Plane τίνες legit Chrysostomus: τίνων μέμνηλαί φησι σκληρυνθέντων; ubi σκληρυνθέντες, coll. v. 15, iidem sunt, qui παραπικράναντες.

¶ ἀκούσαντες· *audientes.*) v. 15.

¶ παρεπίκραναν) *exacerbarunt*, Dominum, rixantes cum Mose. Ex. XVII. 2.

¶ διὰ μωϋσέως· *per Moysen*) cujus sermonibus auditis debuerant credere.

17 ὧν· *quorum*) Probat eventus. sic quoque v. 19.

¶ ὧν τὰ κῶλα ἔπεσον ἐν τῇ ἐρήμῳ) Num. XIV. 29. LXX, ἐν τῇ ἐρήμῳ ταύτῃ πεσεῖται τὰ κῶλα ὑμῶν. Semper hæc appellatio פגרים κῶλα *corpora mera & caduca*, indignationem indicat. κῶλα, artûs, proprie pedes apud Eustathium. Si XL anni in dies resolvantur, & in singulos dies æqualis morientium conferatur numerus, quilibet dies habuit XL virorum mortes. Magna causa Psalmi XC!

19 οὐκ ἠδυνήθησαν· *non potuerunt*) quamvis postea voluerant.

CAP. IV.

1 Φοβηθῶμεν· *timeamus*) Vbi multi cecidere, causa timoris est.

¶ καταλειπομένης ἐπαγγελίας) *quum relicta & reservata est nobis*, postquam alii eam neglexere, *promissio*. Idem verbum eodem sensu Rom. XI. 4. Affine verbum, ἀπολείπεται *relinquitur*, *supersit*, v. 6. 9. c. X. 26. Hoc, admonitioni intextum, propositio est, quæ probatur v. 3. Plurimum est, in hac epistola, verbum ἐπαγγέλλομαι, *promitto*, & nomen ἐπαγγελία, *promissio*. Hoc capite sermo est de requie vitæ æternæ. adhuc enim est *hodie*, quum, si duritiei cordis indulgemus, cadendi periculum manet. *Hodie*, bene collocatum, desinit in *requiem*. *Requies* est id, quod, semel impetratum, non iterum amittitur. Nos nunc (coll. c. II. 5 not.) urgemur plus ultra. Præguslus in hac vita non negatur: negatur plena quies. Omnes præguslus *quietis* plane sunt tenues, collati ad sperna.

¶ δοκῇ τις· *videatur quispiam*) Euphemia. Quilibet ita currat, ut sine specie contrarii dici possit: *Hic currit.* Conjugata sunt, δοκεῖν, h. l. ὑπόδειγμα, *exemplum*, v. 11, & ἐνδείκνυσθαι, *ostendere*, c. VI. 11: δείκω· præter. medii, δέδοκα· inde δοκέω· & ipsa noemata congruunt. nam qui studium *ostendit*, non *videtur* remanere: qui remanere *videtur*, *exemplum* est contumaciæ.

¶ ὑστερηκέναι· *defecisse*) Idem verbum c. XII. 15. Exempla, c. XII. 17. Num. XIV. 40. Luc. XIII. 25. LXX, ὑστερεῖν ποιῆσαι τὸ πάχα. Num. IX. 13. ὑστερεῖν, Platoni, Gorgia ineunte, est *post festum venire.*

2 γάρ, *etenim*) Ref. ad φοβηθῶμεν, *timeamus.*

¶ εὐηγγελισμένοι· *evangelio imbuti*) Hoc nobis dictum censeamus inprimis, qui *Evangelici* appellamur. v. 6.

¶ κἀκεῖνοι· *etiam illi*) *Illis* veteribus nunciata erat promissio terræ Canaan. v. 6.

¶ οὐκ ὠφέλησεν· *non profuit*) Μείωσις. contra ea maximam cepere noxam non cre-

credentes. Subaudi quoque: nec nobis proderit, sine fide.

¶ μὴ συγκεκραμένος· *non admistus*) Verbum miscetur & insinuatur penitus animæ credenti: & ubi miscetur, vim suam exserit mirifice, ut potus salutaris, & quidvis eo efficacius. v. 12 s. *)

¶ τῇ πίστει) *fidei*. Dativus.

¶ τοῖς ἀκούσασι·) *quod attinet ad eos, qui audierunt*. conf. Rom. IV. 12 not. His opponuntur οἱ πιστεύσαντες, *qui crediderunt*. v. seq.

3 γάρ) Hoc ref. ad illud, *relicta promissione*. v. 1.

¶ καθὼς, *sicut*) Sola *infidelitas* remoratur.

¶ καίτοι· *quamvis*) Protasis: *quamvis opera ab initio mundi facta sunt*. Apodosis: *tamen dixit, Iuravi*. Sed quia apodosis in textu præcedit, *tamen* reticetur. Propositio est: Restat nobis requies. Hæc v. 3-11 probatur hoc modo: In Psalmo memoratur requies: nec tamen ibi significatur I) requies DEI a creatione; hæc enim fuit diu ante Mosis tempora. Ergo Mosis temporibus exspectanda erat alia requies: qua quidem iisdem temporibus plane exciderunt, qui audierant. nec tamen rursum hujus requiei titulum tuetur II) requies illa, quam nacti sunt per Iosuam. nam postea demum cecinit Psaltes. Cecinit igitur III) de requie his omnibus requiei generibus recentiore, futura in cœlo.

¶ τῶν ἔργων ἀπὸ καταβολῆς κόσμου γενηθέντων) Genitivus absolutus, i. e. *quamquam opera* Creatoris inde *a condito mundo facta* & consummata *erant*.

4 εἴρηκε· *dixit*) DEVS, qui etiam versu 5. 7 loquitur.

¶ ἑβδόμης) scil. ἡμέρας.

¶ καὶ κατέπαυσεν ὁ θεὸς ἐν τῇ κτλ.) Gen. II. 2. LXX, καὶ κατέπαυσε τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ, ὧν ἐποίησε. *requievit*, se quasi recepit in suam æternam tranquillitatem. Notabile est, quod Moses dierum superiorum, sed non septimi finem scripsit. Hebr. *ab opere suo*. erat opus unum, multa opera complexum. Vnum verbum κατέπαυσεν Hebraicis מנוחה & שבת respondet opportunissima duorum locorum Ps. XCV & Gen. II consociatione.

5 ἐν τούτῳ) *in hoc*, scil. Psalmi dicto. sic, ἐν ἑτέρῳ, *in alio*. c. V. 6.

6 ἐπεὶ οὖν· *quoniam ergo*) DEVS non vult, requiem suam vacare. Luc. XIV. 23.

¶ πρότερον· *prius*) sub Mose.

¶ εὐαγγελισθέντες) Rarus verbi usus de veteribus. nempe sermo est de promissione terræ Canaan; sed cum prospectu ad *evangelium* vitæ æternæ.

7 πάλιν· *rursum*) Quis existimasset, tantam esse tamque solennem concionem in Psalmo XCV. Magni faciamus verba DEI. Conf. c. X. 8 not.

¶ ὁρίζει· *definit*) DEVS.

¶ ἡμέραν· *diem*) Hoc deducitur ex eo, quod mox allegatur, σήμερον *hodie*. Vide quam pulcre premat voculam יום *dies*, & sic sæpe singula verba c. II. 8. 11 s. VII. 11. 21. VIII. 13. X. 9. XII. 5. 27. *diem*, contendendi ad requiem cœlestem. v. 8.

¶ ἐν, *in*) Sic c. I. 1.

¶ τοσοῦτον χρόνον) *tantum tempus*, plus CCCC annorum a Mose & Iosua ad Davidem, qui Psalmum cecinit.

¶ καθὼς προείρηται· *sicut ante dictum est*) Remittit Apostolus auditores ad totum textum ex Psalmo supra repetitum.

8 ἰησοῦς) *Iosua*.

¶ οὐκ

*) *Sane hoc dicitur*: da der Glaube nicht dazu kam, da es nicht geglaubet ward. (*Conf. D.* Ernesti *Bibl. th. T. IV. p. 918 sq.*) *Enimuero, hac ipsa* tropica *locutione* emphatice *Apostolum fidei indolem & genesin quasi descriptam dare, nemo jure negauerit. Talia, putem, neuiquam transuolare jubet sobrius philologiæ usus.* E. B.

¶ οὐκ ἄν) Similis ratio argumentandi c. VII. 11. VIII. 4. 7. XI. 15.

¶ περὶ ἄλλης ἡμέρας· *de alio die*) quo obſervato, pateat aditus ad requiem item aliam.

9 ἄρα, *ergo*) ideo, quia alio de die loquitur.

¶ σαββατισμὸς, *ſabbatiſmus*) Commutatur vocabulum, pro κατάπαυσις, *requies*. conf. v. ſeq. In tempore ſunt ſabbata multa; ſed tum erit *ſabbatiſmus*, agitatio quietis una, perfecta, æterna. *) Verbale emphaſeos pleniſſimum, apud LXX int. non obvium. Non erit elementare ſabbatum in cœlo, ſublato quippe terreſtri labore; ſed quies perpetua, quæ tamen ipſa ſuas rurſum habebit rationes diverſas, pro vario ſtatu ſacerdotum & reliquæ carnis beatæ, proque ipſis temporum cœleſtium intervallis, quibus numeniæ ſabbatumque judaicum reſpondebant. Es. LXVI. 21. 23.

¶ τῷ λαῷ τῷ θεῷ· *populo DEI*) Abſolute dixerat, *populi*, c. II. 17, de reconciliatione agens: ſed nunc, de æterna requie agens, dicit, *populo Dei*, id eſt, *Iſraëli Dei*, ut *Paulus* loquitur Gal. VI. 16. Iſraëlitas igitur (quatenus ad *Hebræos* ſcribit,) eosque fideles, ſpeciatim innuit.

10 γὰρ, *enim*) Verſus 9 probatur: Qui ingreſſus eſt, in requiem DEI, quieſcit a ſuis operibus. atqui populus DEI nondum requieſcit. Ergo nondum eſt ingreſſus. Reſtat, ut ingrediatur.

¶ ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ) *ab operibus ſuis*, etiam bonis, tempori operis faciendi convenientibus. Labor ante quietem. Idque futurum fuit ſine dubio etiam in paradiſo. Gen. II. 15.

¶ ὥσπερ· *ſicut*) DEI opus & quies eſt archetypon illud, ad quos nos conformari debemus.

11 ἐκείνην· *illam*) futuram, magnam.

¶ ἐν τῷ αὐτῷ) *eodem*, ac veteres illi.

¶ ὑποδείγματι· *exemplo*) Idem verbum, c. VIII. 5. IX. 23. Qui per *infidelitatem* cadit, exemplo eſt aliis, qui inde dicunt: *Ecce*, ὁ δεῖνα, *ille*, pariter cecidit.

¶ πέσῃ) *ruat*, anima, non modo corpore. c. III. 17. Moſes præſcindit ab animarum ruina, quum ſtragem populi in eremo recenſet.

12 ζῶν γὰρ, *vivens enim*) Efficacia verbi

*) *Obſerua, Lector:* non *de* millennio *hunc ſabbatiſmum interpretatur* Bengelius. *Enimuero hunc ipſum locum* refragari *millennio, ſecundum interpretationem bengelianam ſumto, nemo usquam probauerit.* (*Vid. cel. D.* Erneſti *Bibl. th. T. VI. p. 11 ſq.*) *Quis enim tulerit iſtam celeberrimi cujusdam* Viri *conſequentiam:* Vna requies, poſt vitæ finem inchoans, & in conſpectu DEI æternum perennatura, promiſſa eſt: *ergo* nulla eam antecedere poteſt requies, quam nouæ deinceps turbæ excipiant? *Nimirum* æterna *requies, eaque perfectiſſima & omnibus numeris abſoluta,* unica *certe eſt ſui generis: at ea neutiquam excludit* citeriores *populi DEI* in mundo *recreationes. Sic Hebr. XII. 26 locutio* ἔτι ἅπαξ (adhuc ſemel, *ſcil. poſt commotionem* Sinaiticam, *v. 8 memoratam*) *eam commotionem, quæ in aduentu Meſſiæ* priore cœpit, *& eam quæ conſummabitur in aduentu* altero, *uno ſermone complectitur. Eodem jure, quo inſtantia iſta ex* una requie *ſuperſtite contra* millennium *formata fuit, etiam h. l. ex verbis* ἔτι ἅπαξ *argumentari quis poſſet, abſonum eſſe, commotionem aliquam cœli, terræ* &c. *in* priori *aduentu Chriſti factam ſtatuere; quum negari nequeat,* uniuerſalem *iſtam commotionem* (*de qua vid. loca in* Gnomone *citata*) *reſtare in aduentum* gloriosum. *Conf. etiam S. R. D.* Sartorii *Diſs. inaug. ad locum* Hagg. II. 6. 7. *Tub 1756 edita. Quodſi de* illa requie, *quæ Chriſtianis per liberationem* a cultu leuitico, a peregrinationibus hieroſolymitanis &c. *obtigit, ſabbatiſmum iſtum intelligere velis* (*vid.* Bibl. th. *T. V. p. 217 ſq.*): *tum ea* meliorum temporum *ſpes, quæ non* ſomniis, *ſed* verbo DEI *nititur,* (*& quæ non* unam *gentem, ſed* plures, *immo* omnes, *non* cerimoniarum leuiticarum, *ſed* ſuperſtitionum atque impietatum omnis generis *jugo multo grauiori, liberabit*) *haut profecto minus digna erit magnifico iſto nomine; præſertim, ſi* (*quod in iſta cel.* Baumgarteniі *hypotheſi cel.* Erneſti *deſiderauit*) *ſimul* connotetur *æterna requies. Hæc dicta ſint κατ' ἄνθρωπον.* E.B.

bi DEI, & omniſcientia ipſius DEI deſcribitur, ut ſalutaris iis, quorum fidei verbum DEI contemperatur; terribilis autem, contumacibus. conf. 2 Cor. II. 15.

¶ ὁ λόγος τ. θ.) *ſermo DEI* prædicatus, v. 2, & evangelicus, ibid. & cum comminatione conjunctus, *) v. 3. Nam Chriſtus, verbum hypoſtaticum, non dicitur eſſe *gladius*, ſed habere *gladium*: (conf. Ioſ. V. 13: quem locum hic locus, Ioſuam reſpiciens, v. 8, ſimul reſpicere videtur:) neque κριτικὸς, *judicialis*, ſed κριτὴς, *Iudex*, appellatur. Appellatio gladii, Deo tributa Deut. XXXIII. 29, convenit cantico, non ordinario orationis epiſtolicae ſtilo.

¶ τομώτερ.) *ſecantior.*

¶ διικνούμεν. ἄχρι μερισμ. *pertingens uſque ad diviſionem*) Parallelum mox, κριτικὸς, *judicialis.*

¶ ψυχῆς τε καὶ πνεύμ. *animae juxta ac ſpiritus*) Patet hinc, animam & ſpiritum non eſſe ſynonyma: ſed ſpiritus eſt in anima. Homo ſecundum ſuam naturam ſpectatus, conſtat anima & corpore, Matth. X. 28: ſed ut operationem verbi DEI in ſe habet, conſtat ſpiritu, anima & corpore. ἁρμοὶ καὶ μυελοὶ, *junctura & medullae*, dicuntur ſynecdochice partes intimæ & receſſus in ſpiritu, anima & corpore hominis. Animam format Moſes, Spiritum Chriſtus: 2 Cor. III. 6. corpus trahit anima, utrumque ſpiritus. 1 Theſſ. V. 23. Spiritus per efficaciam verbi DEI dividitur ab anima, quum ille DEO aſſeritur; hæc ſibi relinquitur, quatenus ſpiritum aut non aſſequitur aut non ſequitur. Atque ut *junctura* non ſolum a *medullis* dividuntur, ſed ipſæ *junctura* in ſuas partes, *medullae* in ſuas partes dividuntur; neque *intentiones* ſolum a *cogitationibus*, ſed ipſæ *intentiones*, ipſæ *cogitationes* dijudicantur: ſic non ſolum *anima* a *ſpiritu*, ſed *quaſi* pars *ſpiritus* a parte ſpiritus, pars animæ a parte animæ dividitur. Luc. II. 35. Separatur etiam *caro* & *ſpiritus.* 1 Petr. IV. 6 not.

¶ ἐνθυμήσεων καὶ ἐννοιῶν· *intentionum & cogitationum*) A partibus majoribus, ut ſunt *anima & ſpiritus*, & minoribus, ut ſunt *junctura & medullae*, venit ad facultates. ἐνθύμησις, *intentio*, involvit affectum; ſequitur, per gradationem, ἔννοια *cogitatio*, quae dicit ſimplicius, prius & interius quiddam. utrumque aut bona aut mala alit. θυμὸς, a θύω, ὁρμῶ· νόος a νέω, κινοῦμαι.

13 κτίσις· *creatura*) Sermo plane univerſalis. mox πάντα *omnia.*

¶ ἐνώπιον αὐτ· *in conſpectu ejus*) *ejus*, DEI. v. 12. Facilis erit analyſis dicti, ſi utraque ejus pars recto caſu proferatur: *Deus* eſt, cujus verbum eſt vivum; *Deus* eſt, coram quo nulla creatura non apparet. Sic cap. XI. 23 caſus rectus ſubauditur: fide, *patres* Moſis Moſen occuluerunt. Ibid. v. 30: fide, circuierunt *Iſraëlitae* muros Iericho, ut ruerent. Omniſcientia DEI patefit hominibus per verbum: & qui non habent verbum, tamen ſentiunt vim illam omniſciam in conſcientia. Argumentum inſigne pro veritate religionis ab efficacia.

¶ τετραχηλισμένα) τραχηλίζω, *reſupino*, Græce & Latine dicitur pro *patefacio.* Corpora, quæ prona jacent, vix nuda cenſentur; nam ſe ipſa tegunt: *reſupinata*, ſecundum partes nobiliſſimas quasque & diſtinctiſſimas viſui patent. *Pudorem, timorem*, o homo, exhibe DEO tuo: nam nullo velamine, tortu, flexu, colore, fuco tegi *perfidia* poteſt.

¶ αὐτ· *ejus*) Iterum refertur ad *DEVM.*

¶ πρὸς

*) *Prorſus h. l. cum interpretatione* Gnomonis, *etiam quoad combinationem* promiſſionum & comminationum, *conſentit* (*quanquam tacite*) *cel. D.* Erneſti, *Bibl. th. T. VI. p. 12. coll. T. V. p. 218.* E. B.

¶ πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ λόγος· *ad quem nobis est ratio*) Negotium, res, est nobis *cum Hoc*, cum *Deo*, tali, qui versu 12. 13 describitur: [*cujus faciem effugere atque judicium non possumus.* V. g.] ergo *studium* nobis est necessarium. Relativum, ὃν, *quem*, habet vim demonstrativi. λόγος, דבר *ratio*, *negotium.* *) Sic LXX, Iud. XVIII. 28, λόγος οὐκ ἔστιν αὐτοῖς μετὰ ἀνθρώπων. 2 Reg. IX. 5, λόγος μοι πρός σε. Conf. Act. XIX. 38. Eadem locutio Chrysostomi περὶ ἱερωσ. p. 336. αἱ θυγατέρες τῶν ἱερέων, αἷς οὐδεὶς πρὸς τὴν ἱερωσύνην λόγος.

14 ἔχοντες, *habentes*) Simile initium hortationis, c. X. 19. XII. 1.

¶ ἓν· *ergo*) Reassumit, quod proposuerat c. II. 17.

¶ μέγαν· *magnum*) Est enim *Filius DEI*, celsior cœlis. *Sacerdos magnus*, Hebraica phrasi dicitur, absolute, c. X. 21. hîc autem, *archisacerdos magnus*, major *archisacerdote* levitico.

¶ διεληλυθότα) *qui transiit*, non modo intravit cœlos. c. VII. 26. **)

¶ κρατῶμεν, *teneamus*) A cap. III. 1 ad cap. V. 3 sunt quatuor momenta per χιασμὸν exposita, quippe quæ doctrinam & usum, usum & doctrinam continent. Respiciatur, quæso, Conspectus epistolæ.

15 ὃ, *non*) Comparationem levitici pontificis & Christi, 1. quod ad qualitates, 2. quod ad vocationem attinet, apostolus per χιασμὸν instituit. in priore est apodosis & protasis: in altera, protasis & apodosis. c. IV. 15 s. V. 1 s. 4. 5.

¶ συμπαθῆσαι· *compati*) *Compatitur*, eadem perpessus. Es. L. 6. 4. Cognatum nomen, *misericordia.* v. 16. Respicitur ad cap. II. 17.

¶ ταῖς ἀσθενείαις· *infirmitatibus*) Aptum vocabulum. c. V. 2. Peccati notio, nostri respectu, includitur: respectu Christi, excluditur. sequitur mox, *absque peccato.*

¶ καθ' ὁμοιότητα· *secundum similitudinem*) quatenus similis nobis est factus. c. II. 17.

¶ χωρὶς ἁμαρτίας· *sine peccato*) Sic c. IX. 28. Quomodo autem, *sine peccato* tentatus, compati potest tentatis *cum peccato*? In intellectu, multo acrius anima Salvatoris percepit imagines tentantes, quam nos infirmi: in voluntate, tam celeriter incursum earum retudit, quam ignis aquæ guttulam sibi objectam. Expertus est igitur, qua virtute sit opus ad tentationes vincendas. Compati potest: nam & sine peccato, & tamen vere est tentatus.

16 προσερχώμεθα, *accedamus*) Idem verbum, c. VII. 25. X. 1. 22. XI. 6. XII. 18. 22. item, ἐγγίζειν, c. VII. 19. εἰσέρχεσθαι, c. VI. 19. εἴσοδος, c. X. 19. Sic *Paulus* etiam Rom. V. 2, προσαγωγή.

¶ τῷ θρόνῳ· *ad thronum*) c. VIII. 1. XII. 2. Es. XVI. 5.

¶ τῆς χάριτος· *gratiae*) Hoc quoque verbum in hac epistola frequens.

¶ λάβωμεν κτλ.) *Sumitur* misericordia Christi, ostensa; &, ulterius, gratia DEI *invenitur.* Alteri nomini præmittitur conveniens verbum, alteri subjungitur. χιασμός.

¶ ἔλεον·

*) Hebraismos *utique Guomon observare haut negligit.* E. B.

**) *Docet hic parallelus, coll. Eph. I. 21. IV. 10., non temere h. l. proximum verbi* διελθεῖν *significatum retineri. Et mirum sane est,* ignorantiam *eo nomine ita sentientibus exprobrari in cel. D.* Ernesti *Bibl. ph. T. VII. p. 440.* Ignorantiæ *forsitan esset, si quis asserere auderet, verbum* διελθεῖν non posse *unquam* introitum *innuere. Quodsi vero huic loco præcise convenit, ut significatus verbi usitatior* (durchhingehen) *seruetur: quis quæso inuidiosam istam consequentiam ferat? Ne quidem dicta l. c. ex LXX prolata ad istud probant, quod debebant ex allegantis intentione: nam* Deut. IV. 11 *Reinecciana quidem Editio magualis, d. A. 1730, non* διήλθετε *habet, sed* προσήλθετε, & 1 Sam. XVII. 24 (*vel* 22) *opportune Dauides* transisse *dicitur* per castra *Israëlitarum, eoque modo ad fratres pertigisse. Itaque nobis potius locus hic faueret, quam parti contrariæ.* E. B.

¶ ἔλεον· *misericordiam*) Ref. ad *compati.*
¶ χάριν· *gratiam*) Ref. ad *gratiae.*
¶ εὔκαιρον· *tempestivam*) Fideles apparatum gratiæ non sentiunt simul in longa tempora; sed quum incidit tempus, præsentem eam inveniunt: & hæc opportunitas maxime incidit in tempora N. T. Rom. III. 26. V. 6, & subeo in tempora crucis.
¶ βοήθειαν· *opem*) c. II. 18.

CAP. V.

1 Πᾶς) *omnis*, leviticus. Antitheton ad Christum. nam de levitico sacerdote sermo est v. 1-3. neque apodosis additur, quippe quæ in *antecedentibus* habetur. At v. 4 in nova parte comparationis est protasis *subsequente* apodosi. Summa est hæc: Quicquid præstans est apud sacerdotes leviticos, id in Christo est, & quidem modo eminentiore: quicquid illis deest, id tamen etiam in Christo est.
¶ ἐξ ἀνθρώπων λαμβανόμενος· *ex hominibus sumtus*) Pars prædicati. Antequam sumebantur, ejusdem plane erant conditionis.
¶ ὑπὲρ, *pro*) *ex hominibus*, *pro hominibus.* concinna oratio.
¶ καθίσταται· *constituitur*) Præsens: *constitui solet.*
¶ τὰ πρὸς τὸν θεὸν, *quae sunt ad DEVM*) Sic LXX, Deut. XXXI. 27.
¶ δῶρα· *dona*) *in rebus inanimatis.*
¶ θυσίας ὑπὲρ ἁμαρτιῶν· *sacrificia pro peccatis*) ex animalibus.
2 μετριοπαθεῖν) *moderate affici.* Hesychius, μετριοπαθὴς, μικρὰ πάσχων, ἢ συγγινώσκων ἐπιεικῶς. Opponitur τὸ μέτρον *moderatio* severitati & rigori, qui non nisi in contumaces editur. c. X. 28.
¶ δυνάμενος· *qui possit*) qui non placeat sibi. conf. Rom. XV. 3.
¶ ἀγνοοῦσι καὶ πλανωμένοις· *ignorantibus & in errore versantibus*) peccantibus per ignorantiam & errorem. שגה LXX, ἀγνοεῖν. *Ignorantia* (simplex) est mera privatio advertentiæ, memoriæ: sed *error* permutat bonum & malum, verum & falsum.
¶ ἀσθένειαν, *infirmitatem*) peccaminosam, sacrificiis expiandam.

3 διὰ ταύτην· *propter hanc*) *infirmitatem* subaudi. vel ταύτην, *hanc* ponitur pro neutro, uti Matth. XXI. 42.

4 καὶ, &) Hîc ingreditur in tractationem de ipso sacerdotio Christi.
¶ τὶς, *quisquam*) Sacerdos leviticus.
¶ τὴν τιμὴν, *honorem*) Sacerdotium, honos est. Synonymon, δόξα *gloria.* v. 5.
¶ ἀαρὼν, *Aaron*) accepit, vocatus.
5 ἀρχιερέα, *archisacerdotem*) Sic sæpe appellatur Christus: idem sæpe, & mox v. 6, *sacerdos* dicitur. *Sacerdos* absolute, quia unicus est, sine pari: *archisacerdos*, respectu typi Aaronitici, & respectu nostri, quos suo ad Deum aditu & ductu sacerdotes fecit.
¶ ὁ λαλήσας πρὸς αὐτὸν, *qui locutus est ad eum*) יְהוָה אָמַר אֵלַי Ps. II. 7.
¶ υἱός μου· *filius meus*) Non innuit apostolus, *tum*, *quum* Pater dixit: *Filius meus es Tu*, Patrem Filio honorem sacerdotii contulisse; nam *generatio* utique prior est *sacerdotio*: sed declarat, Filium, qui nil a se ipso facere potest, sed semper in Patris potestate est, &, quod Pater vult, id demum facit, quod Pater dat, id demum accipit, a Patre etiam, *sacerdotii honorem* accepisse, cujus nemo nisi ipse Filius capax erat. Inde nexus, καθὼς, *quemadmodum.* v. seq. Tali modo David *filios* habebat *sacerdotes*, i. e. intimæ admissionis. 2 Sam. VIII. 18 cum Scholiis Michaëlis. Et *Filii* & *Sacerdotis* nomen, ex Psalmis citatum versu 5. 6, mox versu 8, & cap. VII. 3. 28 repetitur.

6 ἐν ἑτέρῳ· *in alio*) Sic *Paulus* etiam Act. XIII. 35.

¶ λέγει· *dicit*) DEVS.

¶ σὺ) Ps. CX. 4, ubi LXX totidem verbis.

¶ μελχισεδέκ, *Melchiſedek*) Quis fuerit Melchiſedekus, ſcire ceteroqui nil refert, præter id quod de eo commemoratur, immo ipſum ſilentium de reliquis ejus rebus myſteria continet. Fuit certe rex & ſacerdos illo tempore, ex humano genere.

7 ὃς, *qui*) nempe *Chriſtus*, *Filius Dei*, *Sacerdos*. Non dicitur *hic*, ſed *qui*, magna relativi pronominis ſignificatione. namque nominibus verſu 5. 6 poſitis reſpondet ſermo ſubſequens. Habetur verſu 7-10 ſumma eorum, quæ cap. VII & ſeqq. tractabuntur, interjecta inſigni προθεραπείᾳ & præparatione. v. 11 ſ. Exquiſitiſſimeque comprehenditur in hac ſumma proceſſus paſſionis, cum intimis ſuis cauſis, a Gethſemane usque ad Golgotha, & adhibentur eædem locutiones, quæ ab evangeliſtis. conf. etiam Ps. XXII. 3. 20 ſ. 25. LXIX. 4. 11. CIX. 22.

¶ ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς σαρκὸς αὐτοῦ· *in diebus carnis ſuae*) *in diebus* illis, duobus præcipue, quibus ea paſſus eſt, quæ ut pateretur, *carnem* peccaminoſæ & mortali ſimilem aſſumſit: c. II. 14. X. 20. Matth. XXVI. 41 fin. quum præ infirmitate viſus eſt merus eſſe homo. Ioh. XIX. 5.

¶ δεήσεις τε καὶ ἱκετηρίας· *precationes juxta atque ſupplicationes*) Pluralis. nam in Gethſemane ter oravit. Particula τὲ *que* indicat, non eſſe mera ſynonyma hoc loco. *orationes* ſunt animi; *ſupplicationes*, etiam corporis, ut docet etymon vocabuli ἱκετεύω *ſupplico*, apud Euſtathium. De utrisque vide Matth. XXVI. 39.

¶ πρὸς τὸν δυνάμενον σῶζειν αὐτὸν ἐκ θανάτου· *ad eum qui poſſet ipſum ſervare ex morte*) *Abba Pater*, inquit, *omnia ſunt POSSIBILIA tibi: tranſfer calicem a me hunc*. Marc. XIV. 36. coll. Ioh. XII. 27. Hoc *poſſe* opponitur infirmitati carnis Chriſti.

¶ σώζειν· *ſervare*) σώζειν & mox σωτηρίας, conjugata: *ſalvare*, *ſalus*.

¶ ἐκ) Mox ἀπο. Duæ voculæ, alioqui æquipollentes, hîc differentiæ rei congruunt: *ex morte*, *ab horrore*. Mortem, *ex* qua Pater eum liberare poſſet, ne moreretur, tamen ſubiit, voluntati Patris obediens: *ab* horrore plane liberatus eſt per exauditionem.

¶ μετὰ κραυγῆς ἰσχυρᾶς καὶ δακρύων· *cum clamore valido & lacrymis*) In cruce, *clamaſſe* dicitur; *lacrymaſſe* non dicitur. Vtrumque horum, ut ſeries rerum oſtendit, reſpicit locum Gethſemane. κράζειν & κραυγὴ apud LXX verbis זעק & צעק & שוע reſpondet, notatque clamorem animæ ſive deſiderium vehemens, ἐκτενέστερον, *impenſius*, Luc. XXII. 44. *promtiſſimo ſpiritu*, Matth. XXVI. 41. quæcunque ſit vox oris; in Pſalmis paſſim: ſicut אמר *dicere* etiam cogitationem notat. Sane lacrymis & triſtitiæ magis convenit clamor animi, ore tacito. nec dubium tamen eſt, quin & *orationibus* ſtimulum addiderit Ieſus in Gethſemane per *clamores* breves interjectos, uti *ſupplicationibus* per *lacrumas*, (obſervetur χιασμὸς,) non ſolum ex oculis, ſed ex tota facie & toto corpore *aeſtu* illo ſummo expreſſas. Luc. l. c. coll. Ap. VII. 17. 16, καῦμα, δάκρυον· *aeſtus*, *lacryma*. *Sudor* & *ſanguis* Chriſti effuſus eſt *aquae* inſtar. In tota Paſſione alternatim clamavit & ſiluit. Matth. XXVI. 37 ſeqq. Pſalm. XXII. 2 ſ. 15. LXIX. 2 ſeqq. CIX. 21 ſeqq. ubi *ſilentium* innuit *cor interfectum*.

¶ καὶ εἰσακουσθείς, & *exauditus*) הושיע LXX εἰσακούειν, Ps. LV. 17. עור item, 2 Par. XVIII. 31. Itaque h. l. σώζειν, εἰσακούειν, *ſervare*, *exaudire*, ſunt proxima. Reſpicitur agon ille ejusque exitus. ἤρξατο

1 Sam. 1, 10.

λυτρεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν-ἕως θανάτου, Matth. XXVI. 37 s. ἐκθαμβεῖσθαι, Marc. XIV. 33. ἀγωνίαν & *Iudorem* commemorat Lucas c. XXII. 44. Oblato calice, oblata est animæ Salvatoris illa horrenda imago mortis cum dolore, ignominia & maledictione conjunctæ, ac lentæ; eumque movit ad deprecandum calicem. Sed horrorem puritas affectus filialis in Salvatore illico sancta ratione & moderatione temperavit, & deinceps, redeunte serenitate, plane absorpsit. Atque *exauditus est*, non ut ne biberet calicem, sed ut jam sine ullo horrore biberet: unde etiam per angelum est corroboratus. Horribilius quiddam erat timor, quam mors ipsa: horrore ante adventum hostium demto, calicem, quem sub conditione optarat non bibere, jam non posse non bibi statuit. XVIII. 11. Joh.

¶ ἀπὸ) Locutio concisa, εἰσακουσθεὶς ἀπὸ, uti *) ἐῤῥαντισμένοι ἀπὸ, c. X. 22. Sic Ps. CXVIII (CXVII) 5 ענני במרחב ἐπήκουσέ μου εἰς πλατυσμόν.

¶ ἀπὸ τῆς εὐλαβείας, *ab horrore*) Græcum vocabulum singularem hîc habet elegantiam, & multo subtilius quiddam notat, quam si *timorem* diceres. Latinum commodius nullum, quam *horroris*, occurrit. Conf. εὐλαβηθεὶς, cap. XI. 7. Sine articulo dixit modo θανάτου· nunc τῆς εὐλαβείας, cum articulo, cujus relativa vis indicat, εὐλαβείας significationem contineri in mentione *mortis*, quæ incursione sua *horribilis* erat.

8 καίπερ ὢν υἱὸς, *quanquam erat filius*) Periocha hæc, *in diebus &c.* duas habet partes. Prior est, *in diebus - obedientiam*: altera, *& consummatus - aeternae.* Prior pars valde humilia loquitur; nam *mortem & horrere*, &, quamlibet sublato horrore, *obire*, *obedientiam*que a tali passione *discere*, *servile* quiddam videri potest: quare hoc inciso, *quanquam erat filius*, cavetur, ne sermo in ea parte præcedens & subsequens offendat quenquam. Altera plane læta est & glorioſa, & ex versu 5 repetendum insinuat, *quia erat Filius.* coll. cap. VII. 28 fin. Luctans, in Gethsemane, tam suaviter, tam sæpe, *Patrem* appellavit, Matth. XXVI. 39 &c. Evidentissimeque hinc confirmatur, Iesum non demum ex resurrectione esse Filium DEI.

¶ ἔμαθεν, *didicit*) Promtissima voluntate *discentem* Christum eleganter refert verbum *discendi* verbo *patiendi* præmissum. *Didicit* obedientiam, dum pati cœpit, dum ad bibendum calicem se contulit. Verbum *discere* innuit *initium* quoddam, & huic *initio* respondet *consummatio*, de qua mox. Suavis paronomasia, ἔμαθεν ἀφ' ὧν ἔπαθε. Ipsi quoque fuere παθήματα μαθήματα. Viam obedientiæ unus munivit Christus, ad voluntatem Patris. *Obedientia* sine *votis* præstari potest.

¶ ἀφ' ὧν) Sic μαθεῖν ἀπὸ, Matth. XXIV. 32.

¶ τὴν ὑπακοὴν, *obedientiam*) humilem illam ad patiendum & moriendum. Phil. II. 8 not. *Vt tu vis*, ait Patri. Conjugata, εἰσακουσθεὶς, ὑπακοήν. *Auscultavit* Pater Filio, & Filius Patri. Item Patri *obediit* Christus: nos *obedimus* Christo. v. seq.

9 καὶ τελειωθεὶς, *& consummatus*) per passiones. c. II. 10.

¶ τοῖς ὑπακούουσιν αὐτῷ· *obedientibus ipsi*) 2 Cor. X. 5. Obediendum, item per crucem & mortem, [*ut Christus Patri obediit.* V. g.] maximeque per fidem. c. XI. 8.

¶ πᾶσιν· *omnibus*) Magna *potentia.* c. II. 10. 11. 15.

¶ αἴτιος σωτηρίας αἰωνίου· *auctor salutis aeternae*) *Dessen habe der liebe Herr Iesus dank von*

*) *Nil regessit ad hunc* paralleliſmum, *qui duriorem judicauit hanc constructionem:* & hebraiſmum *quoque dissimulauit, cujus neglectum toties* Bengelio *exprobrare amat.* E. B.

von uns in Ewigkeit. E. Schmidius. pie. Est autem ἄιτιος vocabulum valde dignum & aptum (coll. 1 Sam. XXII. 22, αἴτιος ψυχῶν·) quo innuitur, Christum consummatum agere causam fratrum ex eo, quia Ipsius jam plane est salutem eorum *praestare. potest* enim: conf. δυνάμενον *qui poterat*, v. 7. c. VII. 25. & *debet*: conf. ὤφειλε *debebat*, c. II. 17. [*Der für Etwas stehet, an den man sich halten kann.* V. g.] Observandum etiam epitheton *aeternae* salutis, quod brevitati dierum carnis Iesu opponitur, & ex v. 6, *in aeternum*, fluit. De ipsa *salute* respice cap. II. 10. 14 seqq. *Æternitas salutis* memoratur Es. XLV. 17, ἰσραὴλ σώζεται ὑπὸ Κυρίᾳ σωτηρίαν αἰωνίον.

10 προσαγορευθεὶς) *appellatus. Filius DEI* est nominatus; *Sacerdos* cognominatus, appellatus. προ ηγορία, *appellatio* sacerdotis, non solum secuta est consummationem Iesu, sed antecessit etiam passionem, tempore Psalmi, CX. 4. Idem verbum 2 Macc. XIV. 37, ubi Razis fertur πατὴρ τῶν Ἰουδαίων προσαγορεύομενος.

11 περὶ οὗ· *de quo*) οὗ masculinum, coll. ὃς *qui*. v. 7. Nunc ingreditur προθεραπείαν sive præparationem illam bene longam, quæ reprehensione, admonitione, cohortatione & consolatione constat. *Captationem* benevolentiæ vocant rhetores. Sæpe plus operæ requirit præparatio cordis, cui doctrina mandatur, quam doctrina ipsa.

¶ πολὺς) רב *multus*, i. e. nimius. coll. c. XIII. 22.

¶ ἡμιν· *nobis*) Includit *Paulus*, ut solet, Timotheum aliosve. coll. c. VI. 1. 3. 9. 11. II. 5. XIII. 18.

¶ δυσερμήνευτος· *difficilis interpretatu*) non scribentis, sed vestro vitio.

¶ λέγειν) Correlatum, ἀκοαῖς. Λέγειν non παρέλκει· το *dicere* opponitur *scriptioni*, uti c. XIII. 22. Difficile dictu: difficilius scriptu, & tamen scriptu eo magis necessarium.

¶ νωθροὶ) c. VI. 12. Etymon dicit σέρησιν τῦ θεῖν, *verlegen* in via.

¶ γεγόνατε· *facti estis*) Notandus Iudæorum status, qua malus, qua bonus. v. 12. c. VI. 10. X. 25. 32 s. XII. 4 s. 12.

12 διδάσκαλοι· *doctores*) Vocabulum non muneris, sed facultatis h. l. Antitheton: τῦ διδάσκειν ὑμᾶς, *docendi vos*.

¶ διὰ τὸν χρόνον) *per aetatem*. Sic Arist. l. 7 Polit. c. 9 hac phrasi utitur. Antitheton, διὰ τὴν ἕξιν, *propter habitum*, v. 14. Ætas dicitur vel in abstracto pro annis; vel in concreto, pro robore. Ætas aut vigorem affert cum tempore aut impeditur.

¶ πάλιν χρείαν ἔχετε· *rursum indigetis*) Sequitur, γεγόνατε χρείαν ἔχοντες *facti estis indigentes*. Illud spectat articulos doctrinæ V. T. hoc, articulos doctrinæ N. T.

¶ τινα) Non modo ipsa *elementa* docendi estis, sed etiam, τίνα, *quaenam* illa sint. Ideo enumerantur c. VI. 1 s.

¶ στοιχεῖα) *elementa*. Verbum *Paulinum*, Gal. IV. 9. Et plane hæc periocha usque ad finem capitis scatet locutionibus *Paulinis*. Literæ, *Buchstaben*, *elementa*, prima, simplicia. Articuli V. T. habent se ad perfectionem doctrinæ N. T. uti literæ ad doctrinam ulteriorem. Sed tamen *literae*, *Buchstaben*, per tropum, denotant principia disciplinæ, quæ rudimenta vocantur. Sic quælibet disciplina habet sua *elementa*, & *elementorum* titulus sæpe datur systemati non plane subtili. Confer finem notæ ad 2 Petr. III. 10.

¶ τῆς ἀρχῆς· *initii*) c. III. 14: ubi altera phrasis alteram illustrat: quanquam altera theoriam, praxin altera innuit. Antitheton, interjecta similitudine a cibis, expeditur c. VI ineunte, ubi ipsum vocabulum recurrit.

¶ τῶν λογίων τῦ θεῦ· *eloquiorum DEI*) Rom. III. 2.

¶ γάλακτος· *lactis*) *Lac* est h. l. doctrina ex V. T. repetita. 1 Cor. III. 2.

¶ καὶ

¶ καὶ) *adeoque.* Huc ref. γὰρ, *enim*, v. seq.

13 ὁ μετέχων, *participans*) Lacte etiam robusti vescuntur, sed non lacte præcipue, nedum lacte solo. Itaque notantur hoc loco ii, qui nil denique nisi lac aut capiunt aut petunt.

¶ ἄπειρος· *expers*) non expertus, carens robore & usu.

¶ λόγου δικαιοσύνης· *sermonis justitiae*) Δίκαιον a δίκα. conf. διάκρισιν, *discretionem*, v. seq. Est enim δικαιοσύνη, *justitia*, talis *perfectio* (תמים Ios. XXIV. 14, LXX.) quæ, sejuncto *malo*, *justum boni* gradum assequitur. congruit γεγυμνασμένα, *exercitata.* conf. c. XII. 11, ubi item *exercitatio* & *justitia* conjungitur. *) Talis *sermo justitiae* est doctrina Christi in N. T. Intelligitur *justiti..* fidei & vitæ, utraque utrobique; pro re nata.

¶ νήπιος· *parvulus*) Antitheton, τελείων, *perfectorum*, coll. Eph. IV. 13 s.

14 τελείων· *perfectorum*) Conjugatum, τελειότητα, *perfectionem.* c. VI. 1. Τέλειοι καὶ μανθάνοντες inter se opponuntur 1 Chron. XXV. 8. מבין עם תלמיד

¶ ἕξιν, *est*) Perfecti & appetunt & capiunt solidum cibum.

¶ διὰ) *propter.*

¶ τὴν ἕξιν· *habitum*) Vtuntur hoc verbo LXX, Iud. XIV. 9. 1 Sam. XVI. 7. Dan. VII. 15: & utitur Sir. XXX. 14. Dicitur de toto, in quo partes se invicem *habent* & *habentur*, tenent & tenentur: & h. l. notat *robur facultatis cognoscentis ex maturitate aetatis spiritualis existens;* non *habitum exercitatione* acquisitum. διὰ τὴν ἕξιν, *eo quod sunt habitiores. Habitum exercitatio* sequitur: ac *robur* facit, ut aliquis capiat *exercitationem*, cum alacritate, dexteritate, utilitate, sine affectatione & perversa aliorum imitatione.

¶ τὰ αἰσθητήρια) proprie, *sensoria*: v. gr. linguam, gustandi organon. conf. αἰσθήσει, *sensu.* Phil. I. 9 not.

CAP. VI.

1 Διὸ, *quapropter*) Dicendum putares, δὲ, *autem:* sed excitatior est particula διὸ, *quapropter.* Sic *Paulus* etiam Rom. II. 1 not.

¶ ἀφέντες· *omittentes*) in hac tractatione. Ceteroqui hæc capita non abjiciuntur, sed præsupponuntur. Suo & aliorum doctorum nomine loquitur, *plurali* numero.

¶ τὸν λόγον, *sermonem*) c. V. 11.

¶ της ἀρχης τῦ χριςῦ· *initii Christi*) Tria capitum paria, quæ versu hoc & sequenti enumerantur, ejusmodi erant, ut Iudæus apud suos ex V. T. probe institutus ea ad *Christianismum* fere adferre debuerit. De *poenitentia*, *resurrectione & judicio* res est aperta: nam quod *vita aeterna* in his duntaxat implicite, & in antitheto expresse memoratur, v. 5, utriusque item testamenti rationi congruit. tum, *fidem* apostolus appellat in *DEVM*, non in *Dominum Iesum*, coll. Act. XI. 21 not. *Baptismos* dicit in plurali, quos ad initiandum habebant varios Iudæi: *manuumque impositio* (Num. XXVII. 18. 23.) valde erat illis usitata. quæ duo qui callebat, doctrinam de *Baptismo* Christiano deque *impositione manuum* apostolica celeriter capiebat: quæ ipsa est ratio, cur hæc duo capita ceteris magis fundamentalibus intertexantur; quia nempe his in antitheto respondet donum *Spiritus sancti*, quorum utrumque ad perfectionem pertinet, non ad initium. Hæc igitur sex capita erant ἡ ἀρχὴ τῶν λογίων τῦ θεῦ *initium eloquiorum DEI*, c. V.

* *Congruit cel D.* Ernesti *observatio*, *Bibl. th. T. V. p. 219, ubi monet, Hellenistas vocem* תמים *per* τελειότης, τελείωσις, δικαιοσύνη *interpretari solere.* E.B.

c. V. 12, item ἡ ἀρχὴ τῦ χριςῦ, *initium Christi*, scil. apud discentes Christum. sæpe quippe *Christus* dicitur *Paulo* per metonymiam concreti pro *Christianismo*. Gal. IV. 19. Phil. I. 21: *vita mea*, sive mansio in carne, *est Christus*, id est, *opus Christi*. Adde Col. III. 11 not. Hæc capita fuerant, ut ita dicamus, *catechismus Christianus* veteris Testamenti; iique, qui Iesum agnoscere Christum cœperant, confestim luce nova capitibus hisce *fundamentalibus* illata *initium Christi* habere censebantur. Huic *initio* opponitur τελειότης, perfectio, perfecta de ipso Christo doctrina. [*v. 4. 5.*]

¶ Φερώμεθα· *feramur*) Strenuum verbum. Hunc subjunctivum commode præmittit indicativo ποιήσομεν, *faciemus*. v. 3.

¶ πάλιν *iterum*) Huc congruit v. 6, *iterum*.

¶ θεμέλιον· *fundamentum*) Synonymon ἀρχῆς *initii*.

¶ καταβαλλόμενοι· *jacientes*) Verbum architectonicum.

¶ μετανοίας κτλ. *poenitentiae* &c.) Poterat dicere: *de DEO & fide in eum, de peccato & de poenitentia;* vel certe, *de poenitentia ex operibus mortuis, de fide in DEVM:* sed protinus dicit, *fundamentum poenitentiae* &c. Adeo non morari debemus in consideratione peccati, sed a *poenitentia* agenda incipere. Adeo cum prima de *DEO* mentione *fidem* copulare debemus. Adeo practica est Theologia.

¶ ἀπὸ νεκρῶν ἔργων· *a mortuis operibus*) Sic c. IX. 14. Fastidium peccati habet hæc appellatio.

2 βαπτισμῶν διδαχῆς) Non ponitur καὶ ante βαπτισμῶν· enumerantur enim tria capitum paria, & in quovis pari secundum caput habet conjunctionem; sed non nisi ipsum par tertium similiter conjungitur: ex quo etiam patet, βαπτισμῶν διδαχῆς non esse divellenda. βαπτισμοὶ διδαχῆς erant *baptismi*, quos qui suscipiebant, *doctrinae* sacræ Iudæorum sese addicebant. itaque adjecto διδαχῆς *doctrinae* distinguuntur a lotionibus ceteris leviticis. c. IX. 10.

¶ κρίματος αἰωνίου) *judicii aeterni*. Vid. Marc. III. 29 not.

3 τῦτο· *hoc*) Ref. ad Φερώμεθα *feramur*.

¶ ἐάνπερ· *si quidem*) Huc ref. *enim*, v. seq. Sine benedictione divina non proficit agricultura. v. 7.

4 ἀδύνατον) *impossibile* hominibus, quamlibet idoneis.

¶ ἅπαξ· *semel*) Adverbium non extenuat rem, sed sermonem facit præcisum.

¶ Φωτισθέντας· *illuminatos*) Totum est Christianismus, in quem intratur per evangelium fide susceptum & per baptismum. Sequuntur hîc tres partes, respectu trium summorum beneficiorum in N. T. *a Filio DEI, a Spiritu sancto, a DEO*, proficiscentium. Sic, *illuminati*, c. X. 32. unde perfrequens hujus verbi apud patres usus de baptismo. *Vita* & *Lux* sæpe conjunctim memoratur, sæpe alterum in altero connotatur. itaque in Baptismo, ut *regeneratio*, sic quoque *illuminatio* fieri dicitur. Inprimisque Israëlitis hæc locutio congruit; qui per fidem ex V. T. non expertes fuerant *vitae*, ubi abstinebant a *mortuis* operibus: v. 1. sed tamen nova deinde *luce* N. T. *tingebantur*.

¶ γευσαμένους τε τῆς δωρεᾶς τῆς ἐπουρανίου· *gustum nactos doni coelestis*) In visu est fructus *lucis:* nunc visui additur *gustus*, quo invitati credentes semper retineri debent. ἡ δωρεὰ ἡ ἐπουράνιος, *donum coeleste*, est *DEI Filius*, ut exprimitur versu 6. *Christus*, qui per fidem, nec non in sacra ipsius Cœna gustatur: 1 Petr. II. 3. atque hic gustus plus involvit, quam *poenitentia a mortuis operibus & fides in DEVM*. Participium γευσαμένους, quanquam genitivus & accusativus sæpe promiscue adhibetur, tamen hoc loco differentiam casuum videtur

tur inferre. alter *partem* denotat; nam guſtum Chriſti, *doni coeleſtis*, non exhaurimus in hac vita: alter plus dicit, quatenus *Verbi* DEI prædicati guſtus *totus* ad hanc vitam pertinet, quanquam eidem verbo futuri virtutes ſeculi annectuntur.

¶ μετόχους· *participes* *Participatio* hæc, uti ad v. 1 notavimus, plus involvit, quam *baptiſmi doctrinae* & *impoſitio manuum*. In hoc inciſo non adhibetur vocabulum *guſtus*; quia Spiritus ſanctus hoc loco potius, ut effector guſtus, quam ut objectum ejuſdem ſpectatur.

¶ πνεύματος ἁγίου· *Spiritus ſancti*) Sæpe hujus conjuncta cum Chriſto mentio. Act. II. 38.

5 γευσαμένους· *qui guſtaverunt*) Guſtus novus, item plus involvens, quam notitia *reſurrectionis mortuorum & judicii aeterni*.

¶ καλὸν ῥῆμα· *bonum verbum*) Ier. XXXIII. 14 את הדבר הטוב Evangelium.

¶ δυνάμεις· *virtutes*) *ſapidiſſimas*. Plurale grande. Idem verbum, c. II. 4. conf. c. XI. 34. Vterque locus declarat emphaſin vocabuli *δυνάμεις*.

¶ μέλλοντος αἰῶνος· *futuri aevi*) Maxime innuitur gloria æterna, coll. v. 2 fin. ſicut dicitur *ἡ μέλλουσα πόλις futura civitas*, c. XIII. 14. Sed non excluditur tempus hoc ſub N. T. nam ſic quoque dicuntur *τὰ μέλλοντα futura*. c. IX. 11. X. 1. II. 5 not.

6 καὶ παραπεσόντας· *& prolapſos*) Grave verbum, ſubito occurrens, juſtum terrorem incutit. Sic Hebræum מעל exprimunt LXX. Non *relapſos* modo dicit in priſtina, ſed nova pernicie *praeterlapſos a toto illo ſtatu lautiſſimo, ſimulque a fide, ſpe & amore*, v. 10ſs. idque ſponte. c. X. 26. Talis lapſus poteſt eſſe ſejunctus a blaſphemia in Spiritum ſanctum: ſed tamen amara animæ conſtitutio prope eadem eſt. conf. cap. X. 29 not. Non dicit apoſtolus, eos, ad quos ſcribit, tales eſſe, ſed innuit, tales fieri poſſe. Ovum, quod pulli ſtamina habuit & perdidit, ne veſcum quidem eſt: qui fidem perdidit, deploratior eſt, quam qui nunquam credidit.

¶ πάλιν ἀνακαινίζειν· *iterum innovare*) Innovatio jam facta erat; ideo additur *πάλιν iterum*: idque reſpondet *τῷ ἅπαξ ſemel*. v. 4. Maxime vero obſervandum eſt, *ἀνακαινίζειν*, *innovare*, dici in activo. hominibus eſt *impoſſibile*, non DEO. ideo apoſtolus hoc, quod agit, ſub hac ipſa conditione, ſi DEVS *ἐπιτρέπῃ permittat*, agendum ſuſcepit. v. 3 not. Matth. XIX. 26. [*Similis admonitio, c. X. 26.* V. g.] Homines, miniſtri, quod poterant, erga tales pridem fecerunt: Tit. III. 11. miniſtri certam habent menſuram: hanc, adverſando exceſſerunt illi contumaces: ſupereſt, ut miniſtri eos DEO relinquant, & (ſive plus interim ſive minus eos moneant & de iis ſperent) exſpectent, quid daturus ſit DEVS, 2 Tim. II. 25, per ſingulares afflictiones & operationes. Græcolatinus codex *Claromontanus* habet hoc loco: *ἀδύνατον, difficile*

¶ εἰς μετάνοιαν· *in poenitentiam*) Convenienter appellat id, quod primum in fundamento eſt. v. 1. Subaudiuntur autem cetera, vel per ſe, vel in ſuo effectu ſpectata.

¶ ἀναςαυροῦντας· *iterum crucifigentes*) Superioribus participiis deſcripſit ſubjectum: nunc ætiologiam *τῆς ἀδυνάτου impoſſibilitatis* illius ſubjicit. Præpoſitio in *ἀναςαυροῦντας* ſignificat *ſurſum*, apud Herodianum quidem: ſed hoc loco, *iterum*, aſſonat enim ad *ἀνὰ* in *ἀνακαινίζειν· ἑαυτοῖς*, *ſibi*, quod additur, facit antitheton ad *παραδειγματίζοντας*, *oſtentantes*, ſcil. *aliis*. vid. *σταυρόω* cum eodem caſu, Gal. VI. 14. Ex quo manifeſtum eſt, de iis eſſe ſermonem, qui ex odio & acerbitate illudunt Chriſto, animi cauſa; revera id ipſum, ſi poſſent, Chriſto facturi, quod ſub Pilato fecerant *Iudaei*. Qui efficaciam crucis

Christi pridem exantlatæ non credunt, vel jure eum a Iudæis crucifixum putant, perinde faciunt, ac si Christum dicerent demum esse crucifigendum. conf. Rom. X. 6. 7.

7 γῆ· *terra*) Allegoria.

¶ πιεσα· *bibens*) non solum in superficie.

¶ ἐπ' αὐτης· *super ipsa*) Hoc significantius est, quam si diceret, ἐπ' αὐτὴν, *super ipsam.* denotat enim *continuam* cœli benignitatem.

¶ πολλάκις· *saepe*) Hinc mitigatur τὸ ἅπαξ, *semel.* v. 4.

¶ ἐρχόμενον· *venientem*) ultro.

¶ τίκτεσα· *gignens*) per viam legitimam generationis. Antitheton, ἐκφέρεσα, *proferens*, sine lege & ordine. v. seq. Etiam in bonam partem LXX int. ἐκφέρω, *profero*, ponunt: sed hìc vis particulæ δὲ *autem* cadit super ἐκφέρεσα *proferens.*

¶ εὔθετον· *aptam*) Antitheton, ἀδόκιμος, *reproba.*

¶ δι' ὃς) *propter quos.*

¶ καὶ, *etiam*) Hæc particula intendit vim verbi præsentis in γεωργεῖται, *colitur*, constanter. Opposita, per χιασμὸν, *cultura*, *benedictio: maledictio*, *exustio.*

¶ μεταλαμβάνει, *particeps est*) Antitheton, *propinqua.* Benedictio divina bonæ terræ durabilis est: maledictio divina malam terram excipit. De utraque confer Ier. XVII. 5. 7.

¶ ἀπὸ τ. θεῦ, *a Deo*) non modo colitur ab hominibus.

8 ἐκφέρεσα· *proferens*) Hoc quoque cohæret cum πιεσα, *bibens.*

¶ ἀκάνθας καὶ τριβόλους· *spinas ac tribulos*) unice, vel certe præcipue.

¶ ἀδοκιμος· *reproba*) ut inculta relinquatur.

¶ κατάρας ἐγγὺς, *maledictioni propinqua*) ut omni malo cumuletur.

¶ ἧς) sc. γῆς *terrae.*

¶ εἰς καῦσιν· *in exustionem*) Hæ voculæ magnam hoc loco ἀποτομίαν, severitatem, exprimunt. Subaudi βλέπει, vel ἔρχεται, coll. LXX, Prov. XIV. 12. 13. XVI. 25. vel ἐστὶ, coll. LXX, Es. XLIV. 15, ἵνα ᾖ ἀνθρώποις εἰς καῦσιν. Eadem ellipsis v. 16, πέρας εἰς βεβαίωσιν. *Ignis*, pœna *Iudaeorum*, Matth. XXII. 7, *terrae*que illorum. Strictura prophetica, perpaucis annis ante *combustam* urbem Hierosolymorum. Perditissimi Iudæorum erant, qui in urbe, & circum eam, fidei repugnabant.

9 πεπεισμεθα-ἀγαπητοὶ, *confidimus-dilecti*) 1 Cor. XIII. 7. Hoc uno loco sic eos appellat, *dilecti;* hortandi videlicet causa. Nam sæpe sine hoc titulo hortatur *Paulus*, sed eodem nusquam, nisi hortandi causa, utitur. Sic ad Romanos, item semel, nempe cap. XII. 19, sæpius autem ad Corinthios & Philippenses.

¶ δὲ, *autem*) Insignis ἐπιθεραπεία & mitigatio.

¶ περὶ ὑμῶν· *de vobis*) Antitheton, in hypothesi, ad eos, qui in thesi notantur versu 6. 7. 8.

¶ τὰ κρείσσονα, *meliora*) pietati magis consentanea. v. 10.

¶ ἐχόμενα σωτηρίας· *ea, quae saluti sunt proxima*) Egregia locutio. DEVS, salutem nobis conferens, nos ἔχει nos, ex Ipso per fidem pendentes, ἐχόμεθα· quo pacto dicimus, ἔχεσθαι ἀγκύρας, *tenere se in ancora.* conf. v. 19. Ipsa salus bonos retinebit.

10 οὐ γὰρ ἄδικος· *non enim injustus*) i. e. plane justus & bonus.

¶ ἀγάπης· *amoris*) De *spe* agitur v: 11. de *fide*, v. 12. de *amore* h. l. Sic *Paulus* 1 Cor. XIII. 13, & passim: item infra, c. X. 22. 23. 24. Ansam ab amore capit, ut illos ad spem & fidem acuat.

¶ ἐνεδείξασθε· *ostendistis* Etiam ubi minor spes est, quacunque de causa, in præsenti, pristina multum juvant. Ap. III. 10. Eodem *Paulus* verbo utitur 2 Cor. VIII. 24.

¶ εἰς τὸ ὄνομα αὐτῦ· *in nomen ipsius*) Ita שֵׁם ponunt Hebræi. conf. 3 Ioh. v. 7.

Matth.

Matth. X. 41. Nomen *DEI* movet verum amorem.

¶ διακονήσαντες τοῖς ἁγίοις· *quum ministravissis sanctis*) *Pauli* phrasis Rom. XV. 25. 1 Cor. XVI. 15. *Sanctis* in *Hierusalem* pauperibus præstabatur ministerium beneficentiæ: fratres in Græcia & Asia, præstabant. ll. cc. Sæpe sic fit apud Paulum, ut quamvis ad Iudæos & gentes promiscue loquatur, adhibeat tamen ea motiva, quæ alterutram partem in specie tangebant.

11 ἐπιθυμοῦμεν δὲ, *cupimus autem*) Ideo sic loquimur.

¶ ἕκαστον· *quemvis*) non modo, ut adhuc fecistis, in communi.

¶ τὴν αὐτὴν) *eandem* in spe ac fide, quam in *amore*. Hæc epistola magis necesse habuit *fidem* urgere; *Iacobi*, *opera*. c. X. 36. XIII. 7.

¶ ἐνδείκνυσθαι· *ostendere*) Iteratur verbum ex v. 10.

¶ πρὸς) i. e. *quod attinet*.

¶ τὴν πληροφορίαν τῆς ἐλπίδος· *plenitudinem spei*.) Affine, *longanimitas*. v. 12. Sic, ἐν πληροφορίᾳ πίστεως, c. X. 22. & *Paulus* sæpe, v. gr. Rom. IV. 21. Πληροφορία, quasi *plenum iter*, dicit plenitudinem vel negotii, 2 Tim. IV. 5. 17, vel animi. 1 Thess. I. 5. & h. l. Coh. VIII. 11, LXX.

¶ ἄχρι, *usque*) Constr. cum ἐνδείκνυσθαι *ostendere*.

12 νωθροὶ, *segnes*) Sequitur mox antitheton, διὰ πίστεως, *per fidem* &c. Erant νωθροὶ ταῖς ἀκοαῖς, *segnes auribus*. c. V. 11. nunc cavet, ne fiant νωθροὶ *segnes* absolute, etiam *animo*.

¶ διὰ πίστεως καὶ μακροθυμίας· *per fidem & longanimitatem*) Sic *Paulus* 2 Tim. III. 10, & Iacobus c. V. 8. Est *longanimitas amoris*, 1 Cor. XIII. 4. est etiam *longanimitas fidei*. v. 15.

¶ κληρονομούντων) Participium imperfecti temporis, coll. v. 15. nam respicitur *Abraham*.

¶ ἐπαγγελίας· *promissiones*) Hoc ipso vocabulo excitatur fiducia: & sequitur mox ἐπαγγειλάμενος, *pollicitus*.

13 κατ' ἐδενὸς, *per neminem*) Delectatur hæc epistola comparationibus: hîc nullam comparationem inveniri indicat.

¶ ὤμοσε· *juravit*) Quos cap. III & IV admonuerat ex juramento iræ, nunc consolatur ex juramento gratiæ: quanquam juramentum quidem iræ non porrexit vim suam ultra desertum in perpetuum; nil enim ex ipso juramento David & Paulus in sua tempora deducunt: sed gratiæ juramentum habet vim in perpetuum.

14 ἦ μὴν) כִּי Gen. XXII. 17. LXX, κατ' ἐμαυτοῦ ὤμοσα, λέγει κύριος· - ἦ μὴν εὐλογῶν εὐλογήσω σε, καὶ πληθύνων πληθυνῶ τὸ σπέρμα σε. sic ἦ μὴν Gen. XLII. 16. *Devarius*, exemplis ἦ μὴν particulæ collectis, infert, *ornamenti locum obtinere vocem hanc, cum sponsioni aut jurijurando adhibetur: secus in simplicibus affirmationibus, in quibus necessario adhibetur*. Resolvas autem sic: ἦ *fit*, quicquid evenerit, μὴν *tamen* hoc fiet.

15 μακροθυμήσας· *longanimiter agens*) Id patet ex Abrahami vita.

¶ ἐπέτυχε τῆς ἐπαγγελίας· *obtinuit promissionem*) reportavit id, quod promissum erat. v. 14.

16 κατὰ τοῦ μείζονος, *per majorem*) per ipsum plerumque DEVM.

¶ καὶ, &) & sic, propter auctoritatem majoris allegatam.

¶ ἀντιλογίας πέρας εἰς βεβαίωσιν· *contradictionis terminus in confirmationem*) quo controversia terminatur *in* confirmationem rei, omni exceptione majorem. Prov. XVIII. 18, מריבים ἀντιλογίας παύει κλῆρος.

¶ ὁ ὅρκος· *juramentum*) Vltimum remedium; quo non debemus uti, quum alia supersit ἀντιλογίας *contradictionis* tollendæ via.

17 ἐν

17 ἐν ᾧ *in quo*) qua in re.

¶ περισσότερον) *abundantius*, quam sine juramento factum videretur.

¶ βουλόμενος - τῆς βουλῆς) Conjugata. Summa hic exprimitur benignitas.

¶ ἐμεσίτευσεν) *in medium descendit.* DEVS [*qui largissimam fidem verbo suo habendam a nobis requirere posset*, V. g.] juramento propius ad nos accedens & mirabiliter condescendens, inter se & inter nos, cum sit maximus, quasi medius agit, & intervenit; ut si minor esset, dum jurat, se ipso, per quem jurat. Adhuc non credis, auditor promissionis?

18 δύο· *duo*) Alterum promissio, alterum juramentum.

¶ ἐν οἷς· *in quibus*) Ref. ad δύο, *duo*.

¶ ἰσχυρὰν, *robustam*) quæ omnem contradictionem diffidentiæ absorbeat. Sequitur, βεβαίαν *firmam*, v. 19. Vtrumque verbum conjungitur etiam c. IX. 17. ἰσχυρός, *robustus*, qui hosti suo dura verbera infligit: βέβαιος, *firmus*, qui non de gradu dimovetur suo.

¶ οἱ καταφυγόντες· *qui confugimus*) velut a *naufragio*. sequitur ἄγκυραν, *ancoram*.

¶ προκειμένης) *quae proposita est*. Idem verbum, c. XII. 1. 2.

19 ἣν) *quam*, spem. Comparata sunt:

navis;	anima:
ancora certa;	spes, id est, bona cœlestia, a DEO proposita, a nobis sperata: sensu complexo.
nexus navis & ancoræ;	paracletis per promissionem & juramentum DEI.

¶ ἀσφαλῆ, *certam*) respectu nostri.

¶ βεβαίαν, *firmam*) in se.

¶ τὸ καταπετασμα· *velaminis*) Pedetentim redit ad sacerdotium. c. IX. 3. X. 20.

20 πρόδρομος· *praecursor*) celer. Verbum valde significans. præcursor habet, qui subsequantur. Alibi dicitur *primus*, *primitiae*, *primogenitus*.

¶ κατα, *secundum*) Hoc emphaseos causa ponitur ineunte commate.

CAP. VII.

1 Οὗτος) Subjectum, *Hic*, qui nempe c. VI. 20, ex Psalmo, idemque ille, qui in Genesi memoratur: Prædicatum, v. 3, ἀπάτωρ - εἰς τὸ διηνεκὲς, *sine patre - in perpetuum*. Summa hujus capitis: Christus, ut ostendit typus Melchisedeki, ipso Abrahamo, ex quo Levi descendit, majoris, habet Sacerdotium prorsus excellens, novum, perfectum, firmum, perpetuum.

¶ βασιλεὺς - ἱερεὺς, *rex - sacerdos*) Etiam Christus utrumque est.

¶ ἱερεὺς τοῦ θεοῦ τοῦ ὑψίστου) Sic LXX, Gen. XIV. 18: id est, *sacerdos DEI summi*.

¶ ὁ συναντήσας ἀβραὰμ ὑποστρεφοντι ἀπὸ τῆς κοπῆς) LXX, ibid. v. 17, ἐξῆλθε δὲ βασιλεὺς σοδόμων εἰς συνάντησιν αὐτῷ μετὰ τὸ ὑποστρέψαι αὐτὸν ἀπὸ τῆς κοπῆς κτλ. In *Ordine temporum* p. 176 *tempore caedis* presse accepi pro *caede* interituque ipsorum regum: sed cum verbo הכות (LXX κοπὴ) etiam *fuga* stare potest. Gen. XIV. 17. coll. v. 15. Itaque hic locus non prohibet, quo minus Arjoch rex Ellasar post cladem vixerit & regnarit. Arjochum ibi non ausus fui eundem affirmare atque Arium, & hodie minus audeo. Ita incerta foris est Assyriorum antiquitas: de quo speciose disputat L. Offerhaus in secundo Spicilegiorum libro.

¶ εὐλογήσας) LXX, εὐλόγησε.

2 δεκάτην ἀπὸ πάντων - 4 ἔδωκεν) LXX, ἔδωκεν αὐτῷ δεκάτην ἀπὸ πάντων.

¶ πρῶτον, *primum*) ex nomine suo. ἔπειτα *deinde*, ex nomine loci. Etiam in nomi-

nominibus propriis hominum & locorum sæpe sunt mysteria.

¶ δικαιοσύνης· εἰρήνης) Sic *justitiæ pacisque* conjuncta apud *Paulum* mentio Rom. V. 1.

¶ δὲ καὶ) scil. ὧν. nam Τῷ ἑρμηνευόμενος respondet ὅ ἐστι.

3 ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, ἀγενεαλόγητος· *sine patre, sine matre, sine genealogia*) Melchisedeki parentes, majores, liberi, posteri, non deducuntur ex Levitis, ut apud Levitas fieri debebat, v. 6, ac ne memorantur quidem apud Mosen. Atque hoc silentium est plenum mysterii, quod mox panditur. Pauci sunt etiam levitici sacerdotes in Scriptura, quorum *matres* memorentur: sed tamen universe cautum est leviticæ earum sanctitati, Lev. XXI. 13 s. & Aaronis certe uxor, ex qua omnes sacerdotes orti sunt, commemoratur, Ex. VI. 23, atque Sara, uxor ipsius Abrahami, Es. LI. 2.

¶ μήτε ἀρχὴν, *neque initium*) Innuitur *æternitas Filii DEI.*

¶ ἔχων· *habens*) apud Mosen, qui tamen Aaronis mortem refert.

¶ ἡμερῶν· *dierum*) Non ita commodum erat dicere, *vitæ initium* aut *dierum finem.* conf. v. 16, ubi cum *vita* jungitur mentio *virtutis.*

¶ ἀφωμοιωμένος δὲ τῷ υἱῷ τοῦ θεοῦ· *assimilatus autem filio DEI*) δὲ *autem* proprie spectat oppositionem inter negativa, quæ præcedunt, & inter positivum, quod sequitur, illa quoque præsupponens. *Assimilatio* Melchisedeki cum Filio DEI & ad illa & ad hoc pertinet; cum hoc autem expressius jungitur, quia magis pertinet ad propositum. Non dicitur Filius DEI assimilatus Melchisedeko, sed contra. nam Filius DEI est antiquior, & archetypus. conf. c. VIII. 5. [*ubi itidem* res cœlestes *antiquiores sistuntur leviticis*, V. g.]

¶ μένει· *manet*) Positivum pro negativo, respectu Melchisedeki: *manet* & *vivit.* v. 8. i. e. nil de ejus decessu vel successione refertur. Sed de Christo proprie valet.

4 θεωρεῖτε) *videtis*: coll. Act. XXV. 24 not. vel potius, *videte.* Nam docere instituit hoc loco Paulus, simulque admirationem movet. Congruit ἕτος, *hic.*

¶ ᾧ· *cui*) tanquam majori & sacerdoti.

¶ καὶ) *etiam.* Magnitudo Melchisedeki describitur in iis omnibus, quæ hoc comma præcedunt & sequuntur: sed præcipuum est *decimas* accipere. Hoc enim est Superioris.

¶ ἐκ τῶν ἀκροθινίων) quæ Abrahami proprie fuerant, ut victoris. Hesychius, ἀκροθίνιον, ἀπαρχὴ καρπῶν, ἢ σκῦλα, λαφύρων ἀπαρχαί. Ἀκροθίνιον, ἀπαρχὴ τῶν θινῶν. θῖνες δέ εἰσιν οἱ σωροὶ τῶν πυρῶν ἢ κριθῶν· ἢ πᾶσα ἀπαρχή.

¶ ὁ πατριάρχης· *patriarcha*) Magnifice laudat Abrahamum, quo major fiat Melchisedekus. *Patriarcha*, major etiam rege, regum progenitor.

5 τὸν λαὸν, *populum*) Sermo concisus, resolvendus in subjectum & prædicatum bimembre: *Sacerdotes* (& levitæ) *decimant* (levitas &) *populum* Num. XVIII. 21. 26. Neh. X. 38. Sic fert *Pauli* stilus Rom. V. 16 not.

¶ κατὰ τὸν νόμον) *in lege.* c. IX. 19.

¶ ἀδελφὰς, *fratres*) quibuscum eadem sunt naturali conditione. His tamen præferuntur levitæ; his sacerdotes; his Abraham patriarcha; huic, Melchisedekus.

6 ἐξ αὐτῶν) *ex illis*, quibus etiam antiquior erat.

¶ καὶ, &) Habet hic versus duas propositiones, quarum priorem antecedit declaratio; alteram subsequitur. χιασμός. Simulque hoc alterum momentum præstantiæ Melchisedeki præ Abrahamo, nempe *benedictio*, commode innectitur priori momento de *decimis*, quippe cujus descriptio postea pertexitur.

¶ τὸν ἔχοντα· *qui habebat*) Hoc & dignitatem Abrahæ auget; & innuit, etiam posteros, qui Abrahamo jam tum promissi erant, concedere Melchisedeko.

¶ Ταῖς ἐπαγγελίαις· *promissionibus*) Pluralis. Vbi de Christo agitur, *promissio* dicitur: *promissiones*, ad reliqua pertinent. Bis jam promiserat DEVS Abrahamo, Gen. XII. 2. XIII. 15, ante benedictionem Melchisedeki.

¶ εὐλόγηκε· *benedixit*) In protasi, de sacerdotibus leviticis, implicite continetur etiam *benedictio*, quam sacerdotes in populum pronunciabant.

7 εὐλογεῖται· *benedictionem accipit*) si videlicet benedictio fiat cum auctoritate v. gr. sacerdotali.

8 μαρτυρούμενος) *testimonio ornatus.*

¶ ὅτι ζῇ· *quod vivat*) Melchisedeki mors in V. T. non memoratur: id positive exprimitur *vitæ* vocabulo, propter apodosin de Christo.

9 ὡς ἔπος εἰπεῖν) Quum in explicatione rei alicujus post alias partes, de quibus dictum erat & dici poterat, de improviso summum quiddam dicendum venit, in quo Latinis particula *denique* apta est; hæc formula morata, ὡς ἔπος εἰπεῖν, vel ὡς εἰπεῖν, in N. T. alias non obvia, a Græcis ad vitandam hyperbolen vel præcisioris sermonis prolixitatem vel cujuscunque προθεραπείας & mitigationis causa, adhiberi solita fuit, quo innuerent, rem, nisi præsentibus verbis exprimatur, vix posse dici, & tamen necessario dici. Vid. Not. ad Chrys. de Sacerd. p. 494.

¶ Λευΐ, *Levi*) sacerdotum progenitor.

¶ λαμβάνων· *accipiens*) v. 5.

10 ἔτι· *adhuc*) *Adhuc*, inquit non *jam*. Proles e parentis potestate egressa, in suam venit tutelam: sed quoad in parentis potestate, imo in lumbis est, illius conditionem sequitur. Dices: Annon, ut Levi, sic ipse Christus secundum carnem, erat in lumbis Abrahæ? coll. Act. II. 30. Resp. Christus per Psalmum diserte proponitur, tanquam sacerdos secundum ordinem Melchisedek, & quidem ita, ut Melchisedekus Filio DEI, non Filius DEI Melchisedeko, assimiletur: neque Abrahamo subordinatur Christus, sed levitis opponitur. Atque Abrahamus, quum ei Melchisedekus benediceret, Gen. XIV. 19, jam habebat promissiones, Hebr. VII. 6: eas videlicet, quibus continebatur & benedictio generalius expressa & naturale semen, adeoque etiam Levi. Gen. XII. 3. 7. XIII. 15 f. sed eæ promissiones, sub quibus Christus continebatur, subsecutæ sunt occursum Melchisedeki, perinde uti laudatissima Abrahami fides. Gen. XV. 1 seqq. ubi notabile initium, *Post hæc.*

11 εἰ μὲν οὖν· *si ergo*) Nunc apostolus, psalmo CX in partes vocato, demonstrat, leviticum sacerdotium cedere sacerdotio Jesu Christi: quia Melchisedek, secundum cujus ordinem & similitudinem Jesus Christus sacerdos est, (1.) Aaroni opponitur: v. 11-14. (2.) non habet finem vitæ. v. 15-19.

¶ τελείωσις· *consummatio*) Hoc verbum ponunt LXX pro Hebraico מָלֵא יָד Ex. XXIX. 22 &c. Lev. VIII. 37. VIII. 22. 28. 29. 31. 33. ubi sermo est de consummatione *levitica*: hic vero innuitur τελείωσις τελεία, *consummatio absoluta.* conf. v. 19. Non additur articulus; eoque auget Paulus vim orationis negativæ.

¶ ἦν) *esset.* sic ἦν, c. VIII. 7.

¶ ὁ λαὸς γὰρ, *populus enim*) Conjunctio γὰρ nomini postposita, uti v. 28, innuit, nomen *populus* hic habere emphasin: *populus DEI totus.* Eadem ipsa ostendit, cur quispiam levitico sacerdotio forte posset *consummationem* adscribere, & cur opus sit hanc opinionem confutari. conf. γάρ, *enim*, item subjunctum τῷ εἰ, *si*, c. VIII. 7. 8.

¶ ἐπ' αὐτῇ· *super eo*) super sacerdotio levi-

levitico. Ἐπὶ, cum Dativo, *super*, denotat sæpe objectum, idque interdum vel causæ vel effectus vim habens. c. VIII. 1. 6. IX. 10. 17. XI. 4.

¶ νενομοθέτητο· *legem susceperat*) Plusquamperfectum, quia intervenit tempus, quo exiit psalmus CX. Vt תורה est νόμος, *lex*, v. 12, ita verbum תורה LXX exprimunt, νομοθετεῖν τινα, *instituere aliquem*, Ps. XXV. 8. XXVII. 11. CXIX. 33. 102. Populus unice institutus est de levitico sacerdotio, in quo tota lex occupatur, de nullo alio loquens sacerdotio: v. 5. at psalmus CX aliam institutionem introducit; quia nempe DEVS sacerdotium transtulit.

¶ Τίς ἔτι· *quæ jam*) Hoc *jam* valde urget.

¶ χρεία· *necessitas*) Nam DEVS nil facit frustra.

¶ ἕτερον· *alterum*) Confer epitheta, *novum*, *secundum*. c. VIII. 13. X. 9.

¶ ἀνίστασθαι) *exsistere* de integro. v. 15. Antitheton, λέγεσθαι, *dici* ex instituto veteri.

¶ λέγεσθαι· *dici*) in Psalmo, cujus tempore vigebat *Aaron*, i. e. *ordo Aaronis*.

12 μετατιθεμένης· *translato*) ex ordine in ordinem, ex tribu in tribum.

¶ γὰρ, *enim*) Aperit, cur versu 11 urgeat verba Psalmi de ordine Melchisedeki: quia inde consequatur, cum sacerdotio simul etiam legem transponi, & utrumque ad Christum redigi.

¶ νόμε· *legis*) v. 5. 16. 19. 28. c. VIII. 4. De Christo dicitur τάξις, *ordo*.

13 ἐφ' ὃν) is, *in quem* hæc dicuntur per Psalten, Iesus.

¶ μετέσχηκεν· *participavit*) Idem verbum, c. II. 14.

¶ Τῷ θυσιαστηρίῳ· *altari*) levitico.

14 πρόδηλον) *manifestum* est. Illo igitur tempore nulla difficultate laborabat genealogia Iesu Christi: & hoc ipsum difficultatibus postea exortis abunde medetur. Rem olim liquidam fuisse, & constat & sufficit.

¶ ἐξ Ἰούδα· *ex Iuda*) Vide Luc. I. 27. 39 not. & cap. II. 4 f. Etenim *Tribus* præcipue spectatur; nec tamen non urbs, ubi natus est Dominus noster, *Bethlehem Iuda*; quin etiam *urbs Iuda*, Hebron, ubi eum conceptum esse, admodum verisimile ait esse etiam Lightfootus in Chron. N. T. Part. I. sect. 3 & 4, & in Harmon. evang. ad Luc. I. 39.

¶ ὅτι ἀνατέταλκεν· *exortum esse*) ut *Germen* justitiæ.

¶ εἰς ἣν) *in quam*. Sic εἰς, *in*, Eph. V. 32. 1 Petr. I. 11.

15 κατάδηλόν ἐστιν) *patet*, scilicet illud, quod versu 11 asseritur. [*nullam consummationem factam esse per sacerdotium leuiticum*. V. g.]

¶ εἰ· *si*) Elegans particula, pro ὅτε *quum*, ad eos, quibus res esse nova aut dubia videtur; uti Act. XXVI. 23.

¶ ὁμοιότητα· *similitudinem*) Hanc includit τάξις, *ordo*: & similitudo dicitur, quia hîc sermo instituitur de *perenni vigore* sacerdotii, v. seq. ex illo, εἰς τὸν αἰῶνα, *in æternum*. v. 17.

16 ὃς γέγονεν) *qui factus est* sacerdos. Cum *sacerdos* constituitur κατὰ *secundum*.

¶ νόμον ἐντολῆς σαρκικῆς· *legem præcepti carnalis*) *Legi* mox opponitur *virtus*: *præcepto vita*: *carnali indissolubile*. *Præceptum* recurrit v. 18, *lex* versu 19, de *carne* conf. c. IX. 10.

¶ δύναμιν ζωῆς· *potentiam vitæ*) Vtrumque verbum recurrit versu 25.

18 ἀθέτησις· *sublatio*) Sic, ἀναιρεῖ, *tollit*. c. X. 9.

¶ γίνεται· *fit*) in Psalmo.

¶ προαγούσης ἐντολῆς· *præcedentis præcepti*) Notatur hoc præceptum in abstracto, v. 16, & in concreto, cum hominibus, v. 28, perinde ut *prius testamentum*, c. VIII. 7 f.

¶ ἀσθενὲς καὶ ἀνωφελὲς, *infirmitatem & inutilitatem*) Sic *infirma elementa* appellat *Paulus*, Gal. IV. 9. idemque utilitatem saepe desiderat & spectat. c. XIII. 9. coll. Epp. ad Tim. & Tit.

19 οὐδὲν ἐτελείωσεν ὁ νόμος· *nil perfecit lex*) Non multo aliter *Paulus* dicit τὸ ἀδύνατον κτλ. *impossibile legis, quia infirmabatur per carnem.* Rom. VIII. 3.

¶ ἐπεισαγωγὴ) *superintroductio* proprie. Constr. cum γίνεται, *fit.* [--- *in Psalmo numerum.* V. g.] Manifestum antitheton: *sublatio quidem, superintroductio autem.* ἐπὶ in ἐπεισαγωγὴ opponitur τῷ πρὸ in προαγάσης, & valet μετὰ, *post* v. 28.

¶ κρείττονος· *melioris*) id est, *non infirmae & inutilis.* Frequens in hac epistola epitheton, κρείττων, item αἰώνιος, ἀληθινὸς, δεύτερος, διαφορώτερος, ἕτερος, ζῶν, καινὸς, μέλλων, νέος, πρόσφατος, τέλειος.

¶ ἐγγίζομεν· *appropinquamus*) Hæc vera τελείωσις *perfectio.*

20 καθ' ὅσον· *in quantum*) subaudi ex eo, quod sequitur, *sacerdos factus est.* Apodosis est v. 22, κατὰ τοσοῦτον, *in tantum.*

¶ ὁρκωμοσίας) Compositum magnificum.

21 διὰ τὸν λέγοντος πρὸς αὐτὸν, *per eum, qui dicebat ad illum*) Alias jurat, qui munus recipit: hîc juravit, qui sacerdotium contulit. De hoc juramento nil apud Mosen, sed in Psalmo. Vide, quanta Psalmorum quoque auctoritas! v. 28.

¶ ὤμοσε Κύριος καὶ οὐ μεταμεληθήσεται· *juravit Dominus, & non poenitebit eum*) Sic LXX. Ipso jurejurando innuitur decretum ἀμεταμέλητον, *nulla poenitudine retractandum.*

22 κρείττονος· *melioris*) nunquam poenitendi testamenti, æterni. c. XIII. 20.

¶ διαθήκης· *testamenti*) Ab hoc loco frequens hoc verbum est capp. VIII. IX. X. it. c. XII. 24. XIII. 20. *Paulo* etiam alibi frequens. Denotatur institutum divinum, partim fœderis, partim testamenti rationes complexum.

¶ ἔγγυος· *sponsor*) Hesychius, ἔγγυος, ἀνάδοχος. Synonymon, μεσίτης, *mediator.* c. VIII. 6.

23 πλείονες· *plures*) alius post alium.

¶ παραμένειν) *una manere*, in terra. Antitheton, μένειν, *manere*, absolute, in cœlo. v. 24.

24 μένειν· *manet*) in vita & in sacerdotio.

¶ αὐτὸν) quia *Ipse* manet. σὺ, *tu* es *Sacerdos*, in singulari.

¶ ἀπαράβατον) *non transeuntem* in successores.

25 ὅθεν· *unde*) ex eo, quia *manet.*

¶ καὶ, *etiam*) non modo ipse manet, sed etiam salvat.

¶ σώζειν· *salvare*) suo, *Iesu*, nomine. v. 22.

¶ εἰς τὸ παντελὲς, *prorsus*) Sic Luc. XIII. 11. Valet παντελῶς, *omnimodis*, 1. 2 Macc. saepe. Constr. cum δύναται, *potest*; ut πάντοτε, *semper*, cum ζῶν, *vivens.*

¶ Τοὺς προσερχομένους· *accedentes*) fide. c. IV. 16. X. 22.

¶ δι' αὐτοῦ, *per ipsum*) tanquam per sacerdotem.

¶ Τῷ θεῷ· *ad DEVM*) c. XI. 6. XII. 22 f.

¶ πάντοτε ζῶν· *semper vivens*) Quia semper vivit: ideo prorsus *potest.* Non impeditur morte. conf. v. 23.

¶ εἰς, *ad*) id est, usque adeo, ut interveniat pro illis. Conferatur, in simillimo *Pauli* loco, gradatio, Rom. VIII. 34, & εἰς τὸ, infra, c. XI. 3. Oblatio una quidem erat, v. 27, sed ἔντευξις, *interpellatio*, pro salvandis nobis, in *coelis* perpetua est, v. 26: qua fit, ut non possimus unquam separari ab amore DEI in Christo. Vid. iterum Rom. VIII. 34. 38. 39.

26 Τοιοῦτος· *talis*) Ex antecedentibus magna

gna exsultatio sanctæ gloriationis in hunc & sequentem versum diffunditur.

¶ ἔπρεπεν ἡμῖν) *decebat nos*, qui minime eramus *pii* &c. Ita verbum *decebat* facit orationem paradoxam, qualem *Paulus* amat, in plausum exardescens. Idem verbum, c. II. 10.

¶ ὅσιος· *pius*) in respectu ad *DEVM*.

¶ ἄκακος· *sine vitio* secundum *se*. תמים LXX ἄκακος.

¶ ἀμίαντος) *nil labis trahens* a ceteris *hominibus*. Idem verbum, c. XIII. 4. Omnia hæc prædicata, conjunctim, faciunt periphrasin τὸ ἅγιος, *sanctus*, & illustrantur per præparationem sacerdotis summi levitici ad festum expiationis, quum etiam in *solitudine* & *loco edito* commorari debuit. Princeps sacerdos noster debebat esse prorsus immunis a peccato, &, post mortem semel gustatam, a morte quoque.

¶ κεχωρισμένος ἀπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν) non modo a peccato immunis, sed etiam separatus a peccatoribus. Separatus est, relicto mundo. Expende incisum subsequens & Ioh. XVI. 10. 1 Ioh. II. 1.

¶ ὑψηλότερος τῶν οὐρανῶν) *altior coelis*, atque adeo cœlitibus. [*Est verus DEVS. Conf. Hiob. XXII. 12. Ps. LVII. 6. Prov. XXX. 4.* V. g.] Eph. I. 21. IV. 10.

¶ γενόμενος· *factus*) Christus altior cœlis & erat antea; & postea factus est. conf. γενόμενος, *factus*, c. I. 4. Eadem vis participii Τετελειωμένον, *consummatum*. v. 28.

27 ἐκ *non*) Negatio dupliciter valet, & sic evolvitur: Non habet necesse offerre, 1 quotidie: 2 pro suis quoque peccatis. Non *quotidie*: id enim fecit *semel*. Non *pro suis* peccatis: nam se ipsum obtulit, victimam sanctam. Accedit chiasmus inversus. Prius ex altero consequitur: alterum versu 28 confirmatur. Sæpe in Scriptura duæ theses ponuntur, & per duplex γὰρ, *enim* sequens probantur.

¶ καθ' ἡμέραν· *quotidie*) Proprie κατ' ἐνιαυτὸν, *quotannis*: c. X. 3. *Diem*, pro *die expiationis*, dicunt Hebræi: unde nonnulli καθ' ἡμέραν interpretantur, *quovis die expiationis*: sed hoc, καθ' ἡμέραν, usitatam vim retinet, ut sit quædam quasi indignabunda hyperbole (qualis est c. X. 1, εἰς τὸ διηνεκὲς, *in perpetuum*) innuens, nihilo plus profeciisse principem sacerdotem *quotannis*, stato *die*, offerentem, quam si cum vulgo sacerdotum *quotidie* obtulisset. c. IX. 6. 7.

¶ Τοῦτο) *hoc*, simpliciter refertur ad *oblationem*, non ad oblationem etiam pro se.

¶ ἐφάπαξ, *semel*) Rom. VI. 10 not. Sic infra, c. IX. 12. X. 10.

28 ὁ νόμος γὰρ, ὁ λόγος δὲ, *lex enim*, *sermo autem*) Antitheton valde expressum, conjunctione nominibus postposita.

¶ ὁ λόγος· *sermo*) firmissimus ex juramento.

¶ Τῆς μετὰ τὸν νόμον) Non modo sermo, sed ipsum juramentum divinum factum dicitur post legem, [*coll. v. 18.*] tempore Davidis, & quidem per Davidem, sicut DEVS persæpe ex ore prophetarum jurat. Conf. Act. II. 30, ubi de regno Christi per juramentum eadem ætate sancito. Argumentatur *Paulus* ex ordine revelationum, uti Gal. III. 17 not. Infra, c. X. 7. 16.

¶ υἱὸν) *Filium* DEI. Antitheton, *homines habentes infirmitatem*.

¶ εἰς τὸν αἰῶνα· *in æternum*) Resolve: Filius (semel consummatus) constitutus est sacerdos in æternum. c. V. 9. 10 not. Æternitas absoluta hîc innuitur. In æternum manet sacerdos Iesus. Absolutis actibus, manet status.

CAP. VIII.

1 Κεφάλαιον· *caput*) Accusativus absolutus, quo *Paulus* utitur 1 Tim. II. 6 not. *Caput*, id est, præcipuum.

¶ ἐπὶ τοῖς λεγομένοις) *dum* hæc *dicuntur*, dum hoc objectum tractamus, dum hæc omnia de archisacerdote nostro dicimus, caput totius sermonis, ordine ita postulante, commemorandum venit. conf. ἐπὶ, v. 6. c. IX. 10. 15. 17. X. 28. Præpositionum græcarum vis interdum per se capi debet, nec periphrasin adæquatam latinam aut germanicam subit. Videatur nota 3 ad ipsum v. 15 cap. IX. Eum versum non allegavi ad cap. VII. 11 not. 5: quare verba hujus notæ 5 non sunt ad cap. IX. 15 extendenda. ἐπὶ etiam concomitantiam dicit, quæ per *dum* exprimitur.

¶ τοιοῦτον· *talem*) Propositio *capitalis*, valde exstans. Finita enim evolutione *typi* in Melchisedeko, *simpliciter* tractare ingreditur excellentiam sacerdotii Christi præ sacerdotio levitico.

¶ ἐκάθισεν· *consedit*) peracta oblatione. [*Hoc ipsum* caput *rei est*, *inquit Apostolus*, *quod Christus* sedens, in cœlo, *sacerdotio suo fungitur*. *c. X. 12.* V. g.]

¶ τῆς μεγαλωσύνης· *Majestatis*) i. e. τοῦ θεοῦ, *DEI*. c. XII. 2 fin.

2 τῶν ἁγίων· *sanctorum*) sanctuarii, absolute dicti, *veri*, non manufacti. c. IX. 8. 12. X. 19.

¶ λειτουργὸς) scil. ὤν. sic, λειτουργία. v. 6. Latine possis, sed augustissimo sensu, dicere, *Officialis*, *officium*. Sacerdotii causa sic dictus.

¶ τῆς σκηνῆς· *tabernaculi*) c. IX. 11 not.

¶ Τῆς ἀληθινῆς· *veri*) c. IX. 24.

¶ ἔπηξεν· *fixit*) firmiter.

¶ οὐκ ἄνθρωπος· *non homo*) ut Moses. v. 5.

3 γὰρ, *enim*) Causa, cur λειτουργὸν appellet. v. 2.

¶ ἀναγκαῖον· *necessum*) scil. ἦν, *erat*. nam sequitur aoristus, προσενέγκῃ *offerret*.

4 γὰρ, *enim*) Causa, cur dixerit, ἐν Τοῖς οὐρανοῖς, *in coelis*. v. 1. χιασμὸς, coll. v. 2. 3.

¶ ἐπὶ γῆς) *Si* sacerdos noster *esset* sacerdos *in terra*, si sacerdotium ejus terminaretur in terra, ne sacerdos quidem Is omnino esset. Christus, dum sacerdotio functus est, intravit in cœlum.

¶ ὄντων) quippe *quum* jam in medio *essent* sacerdotes.

5 ὑποδείγματι καὶ σκιᾷ) ἓν διὰ δυοῖν· posterius additur, ne prius augustiore notione accipiatur. utrumvis repetitur seorsum c. IX. 23. X. 1. Est autem hoc loco casus sextus: *exemplari & umbra*. sic, ὑποδείγματι, c. IV. 11.

¶ λατρεύουσι· *serviunt*) Idem verbum, c. IX passim, c. X. 2. XIII. 10. Loquitur in præsenti, templo nondum destructo. c. IX. 6. XIII. 11.

¶ Τῶν ἐπουρανίων· *coelestium*) quæ & antiquiora sunt, in intentione, & ulteriora, in consummatione. Conf. Ap. XI. 19. *Coelo* congruit *montis* mentio.

¶ κεχρημάτισται) *divinitus jussus est*.

¶ ὅρα γάρ φησι ποιήσῃς πάντα κατὰ Τὸν Τύπον Τὸν δειχθέντά σοι ἐν Τῷ ὄρει) Ex. XXV. 40, LXX, ὅρα ποιήσῃς κατὰ τὸν Τύπον Τὸν δεδειγμένον σοι ἐν Τῷ ὄρει. & sic ibid. v. 9. c. XXVI. 30. XXVII. 8.

6 νυνὶ, *nunc*) Hoc opponitur Τῷ εἰ, *si*, v. 4.

y) ¶ Τέτευχε) Eadem locutio, III Macc. V. 32, βοηθείας Τετευχότες.

¶ ὅσῳ· *quanto*) Naturam testamenti sequitur ratio officii, ut promissiones, quas illud habet, ad exitum perveniant.

¶ διαθήκης μεσίτης-ἐπαγγελίαις νενομοθέτηται) Omnia *Paulina*, 1 Tim. II. 5. Rom. IX. 4.

¶ ἐπαγγελίαις· *promissionibus*) quæ enumerantur v. 10. 11. Promissiones *veteres*, *præcise* spectatæ, erant de rebus hujus vitæ. atque illæ exacte impletæ sunt, ut populus satiatus cœlestes deinde avidius amplecteretur.

y) διαφορωτέρας, *praestantiorem*] cœlestem. *V. g.*

¶ νενο-

¶ *νενομοθέτηται*) Eleganti verborum differentia de V. T. dicitur, *ὁ λαὸς νενομοθέτητο, populus lege fixus erat*, c. VII. 11: sed Novum Testamentum *ipsum νενομοθέτηται lege fixum est.* Homo violat: DEVS servat. Verbum græcum *νενομοθέτηται* non fert particulam *quasi*: & tamen sensus est, *durch ein Gesetz*, vel, *durch Gesetze*, v. 10. *νόμος, institutum.*

7 *ἡ πρώτη· prius*) Metonymia. nam *reprehensio* cadit non in institutum divinum, sed in objectum reale & personale. *αὐτοῖς, eis*, dicitur v. 8. ex quo patet, novum testamentum non modo ipsum esse sine *reprehensione*, sed etiam populum ejus.

¶ *ἐκείνη· illud*) Pronomen præteritæ rei aptum.

¶ *ἐζητεῖτο· quæreretur*) Aptum verbum. omnia occuparat prius illud.

8 *μεμφόμενος*) Exquisitum verbum, ut modo, *ἀμεμπτος. Ammonius*, Μέμψις, *ἀμελῶντος κατηγορία·* & penes populum veterem fuit *ἀμέλεια.* Ἀμέλεια populi activa erat, quæ *ἀμέλειαν* divinam erga se provocavit. v. 9 not.

¶ *αὐτοῖς*) *illis*, qui erant sub veteri testamento. *μέμφομαι* dativum regit.

¶ *ἰδὺ, ecce*) Ier. XXXI. 31-34. LXX ubi differant, notabimus.

¶ *λέγει*) LXX *φησί.* & sic v. 9. 10. Ter enim adhibetur gravissima formula: *Dicit Dominus.*

¶ *συντελέσω*) LXX, *διαθήσομαι.* Hebr. וכרת pro quo verbo LXX *συντελεῖν* ponunt Ier. XXXIV. 8. 15. Aptum huic loco verbum, *consummabo*, coll. antitheto, v. 9 fin. & promissione, v. 10 fin.

¶ *ἐπὶ*) LXX, *τῷ οἴκῳ ἰσραὴλ καὶ τῷ οἴκῳ ἰούδα.* Hebr. את *cum.* Dativus retinetur v. 9 de V. T. sed præpositio *super* plus dicit de N. T.

¶ *ἰσραὴλ-ἰούδα· Israël-Iuda*) Ergo decem tribus æque ac Iuda hujus fœderis participes sunt.

9 *ἐποίησα· feci*) LXX, *διεθέμην, disposui. consummare* plus est, quam *facere* & *disponere.*

¶ *ἡμέρα· die*) Huic uni *diei* opponuntur *dies* plures. v. 8. Hi plures dies sunt dies interjecti inter diem Exodi & inter N. T.

¶ *ἐπιλαβομένου μου τῆς χειρὸς αὐτῶν· quum apprehendi manum eorum*) Recenti sensu opis & virtutis divinæ, veteres morem gesserunt; sed mox deficere *solebant*, & Deum a se avertere. Hunc morem habebant. confer mox *non manserunt.* Non erat tantummodo unicus actus.

¶ *ἐκ γῆς αἰγύπτου· ex terra Ægypti*) Tria sunt tempora: 1 promissionis: 2 pædagogiæ. 3 impletionis. Pædagogia cœpit tempore exitus ex Ægypto, cum eo, quod debebat veterascere.

¶ *αὐτοὶ οὐκ ἐνέμειναν ἐν τῇ διαθήκῃ μου, κἀγὼ ἠμέλησα αὐτῶν· illi non manserunt in fœdere meo, & ego non curavi eos*) Correlata, uti v. 10 ex opposito: *Ero eis in DEVM, & illi erunt mihi in populum.* sed ratione inversa: populus fecerat initium tollendi fœderis prius: in novo omnia & incipit & perficit DEVS. v. 10 f.

¶ *κἀγὼ ἠμέλησα αὐτῶν*) LXX, *καὶ ἐγὼ ἠμέλησα αὐτῶν.* ואנכי בעלתי בם *& ego dominatus sum in eos:* quanquam sunt, qui verbo בעל notionem געל *ἀμελείας fastidii* ex Arabismo vindicent. Dominatus quidem & *ἀμέλεια* conciliari quodammodo possunt, hoc sensu: *tractavi eos, ut si ego non essem illis:* Hos. I. 9. *nec propitius fui peccatis eorum.* Deut. XXIX. 19. XXXI. 16 seqq. In quos talis *dominatio* exercetur, ii non *curantur*, non gaudent admissione illa, qua gaudent *foederati* sive *amici:* Ioh. XV. 15. sed tractantur, ut *servi*, neque magna eorum, quicquid obtingat, ratio habetur. Ez. XXIV. 6 fin. Ier. XV. 1 f. Simile quiddam dicunt loca Ier. III. 14. Ez. XX. 33. 37. Sed utroque loco promis-

promissio est magis, quam comminatio. Quin etiam in praesenti, Ier. XXXI. 32, Hebraeorum magistri, ut Surenhusius in βίβλῳ καταλλαγῆς p. 628 docet, verbum בעלתי de *dominio amoris & beneplaciti* accipiunt, neque id nisi per paragramma in contrarium מחלתי *fastidivi* vertunt. Plane LXX געלתי בם legisse videntur, quo ipso verbo Ieremias cap. XIV. 19 utitur: μὴ ἀπὸ σιὼν ἀπέῃη (געלה) ἡ ψυχή σε;

10 διαθήκην) διαθήκην με LXX.

¶ ἰσραὴλ, *Israël*) Hîc subauditur *Iuda*. Nova conjunctio populi: quae in V. T. duae domus erant, v. 8, in Novo fiunt una domus.

¶ διδοὺς) Participium pro verbo. 2 Petr. I. 17. διδοὺς δώσω, LXX. sic διδοὺς, Es. XL. 29. Sunt quatuor sententiae per χιασμὸν dispositae: prima, *Dabo:* secunda, *& ero:* tertia, *& non:* quarta, *quia omnes.* Primam declarat secunda, tertiam quarta.

¶ νόμους με) Hebr. את תורתי *legem meam.* Summa harum legum est mox, *Ero eis in DEVM, & illi erunt mihi in populum.*

¶ εἰς τὴν διάνοιαν αὐτῶν) בקרב בם *in medium eorum:* ut obediant ex animo.

¶ ἐπὶ καρδίας) Genitivus. c. X. 16.

¶ ἐπιγράψω αὐτούς) LXX, γράψω αὐτοὺς, καὶ ὄψομαι αὐτούς.

11 οὐ μὴ διδάξωσιν· *non docebunt*) Metonymia consequentis: i. e. omnes a DEO ipso edocti erunt, praefertim amorem, qui summa legis est. Non negatur absolute opera fraterna in docendo. primum enim docendi sunt homines, dum ipsum testamentum eis promulgatur: Act. III. 25. Es. II. 3. tum, qui ipsam virtutem testamenti assequuntur in remissione peccatorum & cognitione Domini, his certe non plane necessaria jam est fraterna institutio. *Non opus est nobis, ut scribamus; non vobis, ut scribatur,* inquit *Paulus,* 1 Thess. IV. 9. V. 1. Plenissimum harum promissionum complementum erit, quum venerit *perfectum,* vita aeterna. In via autem quisque se ipsum & fratrem *hortari* certe debet. c. XIII. 22. Iud. v. 3. quid? etiam doctrina, quae vel solidus cibus est vel lac, pro robustis & pro minoribus, utrisque piis, pios juvat: Hebr. V. 12 f. XIII. 7. imo hi ipsi *doctrinam* nunc demum maxime capiunt. 1 Cor. II. 6. III. 1. atque ipse apostolus & hîc & in toto suo munere *docet.* Summa illa, γνῶθι τὸν Κύριον, *nosce Dominum,* a Domino discitur. omnem doctrinam huic summae consentaneam, alter alteri indigitat. Maximeque admonitio locum habet. 2 Petr. I. 12. Interim non est operosa & coacta doctrina: quia gratia omnes facit valde dociles. neque enim jam literae, sed spiritûs ministerium est. 2 Cor. III. 6 not. Neque fidelium firmitudo *auctoritate doctorum* humanorum nititur. Est haec quoque causa, cur Scriptura N. T. multo sit brevior; & cur aliqua sint minus aperte decisa. DEVS ipse suos docet.

¶ τὸν ἀδελφὸν, *fratrem*) Hoc arctiorem necessitudinem sonat, quam *proximus* aut *civis.* *)

z) ¶ ἀπὸ μικροῦ· *a parvo*) *Debilis in eis erit ut David.* Zach. XII. 8.

12 ὅτι· *quia*) Remissio peccatorum, radix beneficiorum & agnitionis. cf. Matth. 7, 14.

¶ ταῖς ἀδικίαις αὐτῶν· *iniquitatibus eorum*) Abstractum pro concreto. peccatum aboletur: peccatores gratiam consequuntur.

¶ καὶ τῶν ἀνομιῶν αὐτῶν· *& iniquitatum eorum*) Hoc non exstat in Hebraeo, neque

*) Ciuis, *inquit: nam lectio* πολίτην *& praefertur lectioni* πλησίον *in marg.* utriusque Ed, *& in* Vers. germ. *exprimitur voce* Mitbürger. E. B.

z) εἰδήσουσί με, *noscent me*] ex penitissima gratiae meae experientia. Ier. IX. 24. *V. g.*

que apud LXX. Sed apostolus addit, gravitatis causa. c. X. 17. coll. ibid. v. 8. 5.

¶ ἐ μὴ μνησθῶ ἔτι· *non recordabor posthac*) Conf. c. X. 3.

13 ἐν) *in.* Notatur tempus, quo dictum est per Ieremiam.

¶ πεπαλαίωκε· *antiquavit*) Neque enim utrique simul locus esse potest. Praeteritum verbi *antiquavit* innuit, antiquationem esse factam tum, quum per Ieremiam locutus est. semel in V. T. promissum fuit *Novum testamentum* sub hac ipsa appellatione. Et tamen id valde urget apostolus. Tanti sunt verba prophetica.

¶ Τὸ παλαιούμενον· *quod antiquatur*) ore DEI. Etiam 2 Cor. III. 14 *vetus testamentum* appellat *Paulus.*

¶ καὶ γηράσκον· & *quod senescit*) desciscente populo. Opposita παλαιὸς & καινὸς, item γέρων & νέος. inde διαθήκη νέα. c. XII. 24. est enim *vita* nova. c. X. 20. 2 Cor. V. 17. 15.

¶ ἐγγὺς, *prope*) Ieremias tempore captivitatis Babylonicae, paene extrema prophetarum aetate, longo [*i. e. annorum 899,* V. g.] intervallo post exitum ex Aegypto, non valde diu [*anno nimirum circiter 627*] ante adventum Messiae, cujus propinquitas eo ipso comprobabatur, haec cecinit.

CAP. IX.

1 Ἡ πρώτη· *primum*) Subauditur διαθήκη, *testamentum*, non σκηνὴ, *tabernaculum.* Etenim ipsum tabernaculum erat Τὸ ἅγιον κοσμικὸν, *sanctuarium mundanum*, quod mox videbimus. Elegantissima ellipsi praetermittitur vocabulum διαθήκη, quippe quod potius novo testamento convenit: unde etiam v. 15 dicitur διαθήκης καινῆς, substantivo ante adjectivum posito. [*Admirabilis hîc introitûs Christi in verum Sanctuarium descriptio habetur, usque ad c. X. 18.* V. g.]

¶ δικαιώματα· *justa officia*) ea, per quae muneris sacri partes implebantur. [*v. 6 f.*] Idem verbum v. 10.

¶ λατρείας· *cultus*) externi.

¶ ἅγιον κοσμικὸν, *sanctum mundiale*) Oxymoron. Sanctuarium illud erat *mundiale* (quae *Sidonii* vox opportuna est ad exprimendum τὸ materiale) sive *mundanum*, (quomodo *elementa mundi* dicit *Paulus* Gal. IV. 3:) & *carnale:* c. VII. 16. Constabat ex materia pretiosa; sed tamen ex materia. Habet hic versus partitionem, in qua primum *officia* proponuntur, deinde *sanctuarium.* sequitur tractatio primum de *sanctuario*, v. 2-5, deinde de *officiis*, v. 6 seqq. (Simillimus *Pauli* χιασμὸς, 1 Cor. IX. 1 not.) utrorumque antitheton, v. 11. 12.

2 ἡ πρώτη· *primum*) anterius tabernaculum.

¶ ἥ τε λυχνία καὶ ἡ τράπεζα· *candelabrum* & *mensa*) Typus lucis & vitae.

¶ ἡ πρόθεσις Τῶν ἄρτων· *propositio panum*) Metonymia abstracti. i. e. panes, qui propositi erant.

¶ ἅγια) Proparoxytonon, nil officiente foeminino ἥτις· nam sic quoque mox, ἡ λεγομένη ἅγια ἁγίων. τὰ ἅγια saepius in hac epistola significat *sancta sanctorum:* sed hîc ἅγια, sine articulo, denotat *sancta*, in antitheto ad ἅγια ἁγίων. Aliqui ἁγία habent h. l.

3 ἡ λεγομένη· *quod dicitur*) Sic v. 2, λέγεται *dicitur.* Oppositum Τῶν ἀληθινῶν, *verorum.* v. 24.

4 χρυσῆν· *aureum*) Iis verbis utitur apostolus, quae pretiosum quiddam & gloriosum sonant. uti δόξης, *gloriae* v. 5.

¶ θυμιατήριον) Sic LXX dicunt מקטרת *turibulum;* non *altare suffitus*, quod altari holocausti non memorato, nihilo magis memorari debuit. Turibulum autem solum cum arca foederis hoc versu citatur, quia praecipua erat pars supellectilis, qua sum-

mus sacerdos utebatur in die expiationis; & quamvis eo die & inferret demum & rursus efferret turibulum, tamen participium ἔχουσα, *habens*, rei congruit. Porro prius hoc ponitur, quia *arcæ* descriptio sequitur copiosior.

¶ ἐν ᾗ· *in qua*) scil. κιβωτῷ, *arca*. nam huc quoque refertur αὐτῆς, *ejus*. v. 5.

¶ στάμνος χρυσῆ ἔχουσα τὸ μάννα· *urna aurea habens manna*) Articulum habet μάννα, *manna*, non στάμνος, *urna*. nam pluris erat contentum, quam continens aureum. Ex. XVI. 33. צנצנת אחת LXX, στάμνον χρυσῆν ἕνα. Hanc urnam & virgam Aaronis, duo nobilissima cimelia, perpetuo miraculo instructa alii suspicantur ex arca ante templum conditum exemta fuisse; alii, postea demum imposita: quia nempe 1 Reg. VIII. 9 tabularum duntaxat in arca repositarum mentio fiat. Atqui ibidem liquido confirmatur, Mosis exemplo fecisse Salomonem: & Mosis tempora apostolus spectat, v. 6 init. c. VIII. 5. coll. c. XIII. 11, ubi nulla *urbis*, ut hîc nulla *templi* mentio. Quid ergo dicemus? in ipsa arca solæ fuerunt tabulæ: sed urna & virga erant לפני העדות *ante testimonium*, adeoque ante arcam, Ex. XVI. 34. Num. XVII. 25 in Hebr., proxime arcam, tanquam ejus appendices: quomodo etiam liber legis, & cimelia Palæstinorum posita sunt a latere arcæ. Deut. XXXI. 26. 1 Sam. VI. 8. Itaque ἐν *in* h. l. latitudinem quandam habet, uti Luc. IX. 31. &c.

¶ Τὸ μάννα· *manna*) Monumentum divinæ in Israëlem providentiæ.

¶ ἡ ῥάβδος· *virga*) Monumentum sacerdotii legitimi. Num. XVII. 16 ss. in Hebr.

¶ αἱ πλάκες τῆς διαθήκης· *tabulæ testamenti*) Deut. IX. 9. Hæ extremo loco ponuntur per gradationem.

5 χερουβὶμ· *Cherubim*) Ex. XXV. 20. XXXVII. 9.

¶ δόξης· *gloriæ*) Erant ex materia pretiosissima, & repræsentabant Gloriam DEI, vehentis super Cherubim. Ez. X. 4.

¶ κατασκιάζοντα) LXX, συσκιάζοντες. II. cit.

¶ περὶ ὧν, *de quibus*) Pronomen refertur ad totam enumerationem a v. 2.

¶ οὐκ ἔστι νῦν λέγειν· *non est nunc dicere*) Non tam de sanctuario, ejusque apparatu, quam de sacrificiis tractationem institutam habet apostolus: neque dicit, *posthac non*, sed, *non nunc*, innuens, de his quoque singulatim rebus utiliter dici posse. *)

6 εἰσίασιν) *intrant*, in præsenti. Sic v. 7. 13. 22. 25. c. X. 1.

7 ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ) Sic LXX, Lev. XVI. 34 *semel anno*: uno anni die, eoque ipso die semel. vid. *A. A. Hochstetteri* Ex. de Ingressu summi pontificis in sanctum sanctorum, p. 19-24.

¶ ὑπὲρ ἑαυτοῦ) *pro se ipso*. Vulgatus, pro *sua*, scil. ignorantia. non tamen puto, ὑπὲρ τῶν ἑαυτοῦ in Græco ejus exemplari fuisse. Quanquam sacerdos a popularibus ignorantiis immunis esset, tamen neque peccatis carebat, neque sacrificiis non egebat. c. VII. 27.

¶ ἀγνοημάτων· *ignorantiis*) Vocabulum late

*) *Neque majoris existimem* humilitatis *esse, si quis talia, quæ certe non sine causa tam* diserte *commemorat Apostolus, tanquam* leuidensia decoramenta *posthabeat, quam si, in timore Domini, ad* analogiam Scripturæ, *curatius ea* rimari *dignetur: qua in re laudabiliter v. gr. versatum fuisse. b. P. F.* Hillerum, *in libro s. t.* neues System aller Vorbilder Iesu Christi, *Stutg. 1758 edito; & Magn. Canc. D.* Reussii (*Diss. ad* Zach. VI. p. 76 sq.) *& S. R. D.* Crusii (*Hypomnn. P. I. p. 52*) *& aliorum Virorum eruditione atque probitate conspicuorum judicium est.* E. B.

late patet, ut e contrario ἐπίγνωσις, *cognitio*. Vid. Num. XV. 22-31.

8 δηλοῦντος· *ostendente*) tanquam rem, quæ nobis aliter occulta mansisset. sic, δηλοῖ *ostendit*, c. XII. 27.

¶ πεφανερῶσθαι· *manifestatam esse*) Idem verbum, v. 26.

¶ τῶν ἁγίων· *sanctuarii*) Plurale Græcum respondet Hebraico singulari. Vt sancta se habebant ad sancta sanctorum, sic totum tabernaculum leviticum se habuit ad sanctuarium cœleste. inde, ut sancta arcebant illos ab aditu in sanctum sanctorum: sic totum tabernaculum interpellabat introitum in sanctuarium cœleste. *) Itaque πρώτης *primo* mox, habet amphiboliam parabolicam. si de *loco* accipias, denotat anteriorem partem tabernaculi, oppositam sanctis sanctorum: sin de *tempore*, denotat tabernaculum leviticum universum oppositum cœlo.

¶ ὁδὸν, *viam*) nedum εἴσοδον, *introitum*. conf. c. X. 19 s.

¶ ἐχούσης στάσιν· *habente stationem*) Apta phrasis. מעמד LXX, στάσις. Nondum erat, Paulo scribente, destructum templum sive primum tabernaculum: sed tamen *statio* jam nulla ejus erat, ex quo velum fuerat scissum: & statione fracta, ipsum etiam tabernaculum paulo post penitus destructum est.

9 ἥτις παραβολὴ, *quæ est parabola*) ἥτις, pro ὃ, ante fœmininum, παραβολή. Relativum hoc spectat ad tres versus antecedentes. παραβολη hoc typus.

¶ ἐνεστηκότα) *præsens*, respectu *stationis* illius. *Statio*, emphatice talis, *nulla* jam erat, quanquam ἡ σκηνὴ nondum *fracta*, nondum *deleta*, nondum *diruta*. Antitheton, μελλόντων, *futurorum*. v. 11.

¶ δῶρά τε καὶ θυσίαι μὴ δυνάμεναι κτλ. *munera & victimæ, non valentes* &c.) Poterant *victimæ* videri efficaciores *muneribus* reliquis. itaque eleganter victimis expressius abdicitur efficacia.

¶ συνείδησιν· *conscientiam*) Idem verbum, c. X. 2. 22. Antitheton, σαρκὸς, *carnis*, v. 10: uti v. 13. 14. [*1 Petr. III. 21.*]

¶ Τὸν λατρεύοντα, *servientem*) sacerdotem, qui pro se offerebat; vel Israëlitam, pro quo sacerdos offerebat.

10 μόνον· *tantummodo*) Præcepta de *cibis* &c. sunt quasi appendix præceptorum de *sacrificiis*: eamque appendicem extenuat hæc particula. *Sacrificia* non purgant *conscientiam: cibi* ad *carnem* spectant. De utrisque confer cap. XIII. 9 seqq. Sæpius μόνον *tantummodo* absolute ponit *Paulus*. 1 Cor. VII. 39. Gal. II. 10. V. 13. Phil. I. 27. 2 Thess. II. 7.

¶ ἐπὶ, *super*) ἐπὶ cum Dativo, dicit quiddam concurrens, ut modo de *appendice* notavimus. conf. v. 15. 17. 26. Concurrunt *sacrificia* in *cultu publico*, & *cibi* etiam in *vita quotidiana*; dum eadem lex ceremonialis de utrisque agit, & in his atque similibus rebus tota versatur.

¶ βρώμασι· *cibis*) quorum alii nunquam, alii non omnibus, nec semper, nec ubique permissi.

¶ πόμασι· *potibus*) Lev. XI. 34. Num. VI. 3.

¶ διαφόροις βαπτισμοῖς· *diversis lotionibus*) Hæ multifariæ erant, sacerdotum, levitarum, aliorum hominum.

¶ δικαιώματα) Appositio casus recti & obliqui, uti Luc. XXII. 20 not.

¶ διορθώσεως· *correctionis*) היטיב LXX διορθοῦν· Ier. VII. 3. 5. itaque verbale διόρθωσις *correctio* respondet epitheto κρείττων *melior*. v. 23.

¶ ἐπι-

*) *Eundem sermonis nexum et sensum pluribus comprobat cel.* D. Ernesti, *Bibl. th. T. V. p. 219 sqq.* E. B.

¶ ἐπικείμενα· *incumbentia*) tanquam onus, ſine intermiſſione.

11 χριστὸς - ἀρχιερεὺς, *Chriſtus - archiſacerdos*) Sic Lev. IV. 5, ὁ ἱερεὺς ὁ χριστὸς, *ſacerdos unctus*. Etiam Paulus hîc Chriſtum ut ſacerdotem ſpectat: ſed apud Moſen *unctus* eſt epitheton.

¶ παραγενόμενος· *praeſens factus*) Tum dixit repente: *Cedite, levitae.* c. X. 5. 7.

¶ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν· *futurorum bonorum*) Sic c. X. 1. Ea bona deſcribuntur v. 15 fin.

¶ διὰ, *per*) Conſtr. cum εἰσῆλθεν, *intravit.* v. 12.

¶ μείζονος) quod erat *majus* & nobilius. ſic πλείονα, *potiorem.* c. XI. 4.

¶ σκηνῆς· *tabernaculum*) Erat id Corpus ipſius. c. X. 5. 20. coll. Ioh. II. 21. Tabernaculo opponitur corpus, ut ſanguis ſanguini, v. 12. Recte *Schomerus* in exeg. ad h. l. p. 33: *tabernaculum hîc ſumitur pro via, ad interius Sanctum.* Etenim abſtractam ejusmodi notionem comprobat ſubſequens appellatio κλίσεως, *inſtituti*, ut non ipſum denotetur Tabernaculum, ſed *inſtitutum, die Anſtalt.* Igitur *Corpus* ſive *Caro* (nam caro a corpore eſt *inſeparabilis*) eſt velum; & Sanctuarium, Cœlum. Sic, ut ſpero, res diſtincte evolvitur.

¶ ἀ χειροποίητ· *non manufactum*) Ideo majus erat hoc. v. 24. Sic *Paulus*, Col. II. 11.

¶ ἀ ταύτης· *non iſtius*) Tabernaculum, per quod Chriſtus intravit, *non* erat *iſtius*, fabrilis, ſtructuræ.

12 τράγων καὶ μόσχων· *hircorum & vitulorum*) Unus uno tempore mactabatur hircus & juvencus, Lev. XVI. 9. 3. ſed is per ſe non erat melior omnibus ejusdem ſpeciei animantibus. ideo pluralis hîc ponitur. Accedit annua reiteratio. ר"ם LXX, μόσχος l. c. & paſſim.

¶ εἰς τὰ ἅγια· *in ſancta*) in cœlum. v. 24.

¶ αἰωνίαν· *aeternam*) non modo ad diem aut annum.

¶ εὑράμενος· *inveniens*) Sic, *inveni propitiationem*, Iob. XXXIII. 24. Denotatur *inventoris* ſtudium, ſapientia & fides; *inventionis* novitas & feſtivitas. c. X. 20. Arduus fuit Chriſti aditus ad Patrem. c. V. 7. Nemo antea calcarat viam vitæ. Act. II. 28. Ioh. III. 13. Chriſtus non potuit non invenire; ſed tamen *quaerere*, laboris fuit.

13 γὰρ, *enim*) Confirmat, tantam eſſe vim unius ſacrificii Chriſti, quantam verſu 12 innuit.

¶ ταύρων καὶ τράγων) *taurorum & hircorum*, brutorum. Extenuatio.

¶ δαμάλεως, *vaccae*) rufæ. Num. XIX. Maimonidis de ea tractatum amplificavit vir S. R. Andr. Chriſt. Zellerus, hunc Apoſtoli conferens locum, p. 504 ſeq. Novem ejusmodi vaccas fuiſſe mactatas, a Moſe usque ad vaſtationem templi ſecundi, tradunt Iudæi. vid. ibid. p. 416 ſeq.

¶ τοὺς κεκοινωμένους· *inquinatos*) Participium: minus quam κοινοὺς, *communes*. Conſtrue cum ἁγιάζει, *ſanctificat*, coll. ſeqq.

¶ καθαρότητα· *munditiem*) Purificatio fiebat per aſperſionem, non per lotionem: lotio autem indivulſo nexu ſequebatur. Num. XIX. 19. Id præclare facit ad diſtinguendam juſtificationem & renovationem.

14 τὸ αἷμα) *ſanguis*, & mors. v. ſeqq.

¶ διὰ πνεύματος αἰωνίου, *per Spiritum aeternum*) per Spiritum ſanctum. Vid. Luc. IV. 18, & conf. Rom. I. 4. XV. 16. *Spiritus* opponitur conditioni animantum ratione carentium. v. 13. Epitheton *aeternus* intelligitur ex v. 12. 15. c. VII. 16, & opponitur *vaccae cinefactae.*

¶ ἄμωμον· *ſine vitio*) præ omni victima levitica.

¶ καθαριεῖ· *mundabit*) Reſp. καθαρότητα, *munditiem.* v. 13. Sic v. 22. 23. X. 23. I. 3. Futurum ponitur, in antitheto ad præſens ἁγιάζει, *ſanctificat*, levitice. v. 13.

¶ ἀπὸ

¶ ἀπὸ) ἀπὸ, ἐις, *ab*, *in*, denotant res contrarias.

¶ νεκρῶν ἔργων· *mortuis operibus*) *Mortua*, maxime *inquinant*. Antitheton, ζῶντι, *viventi*. Sanguine Chriſti abolitus eſt vigor peccati & mortis.

¶ ἐις τὸ λατρεύειν· *ad ſerviendum*) in perpetuum, modo beatiſſimo & vere ſacerdotali. [*v. 12. Apoc. XXII. 3.* V. g.]

15 διαθήκης καινῆς· *teſtamenti novi*) Hîc teſtamentum potius, quam novitas teſtamenti urgetur. coll. v. 16.

¶ θανατε γενομένε· *morte facta*) id eſt, tum, cum mors eveniſſet. Articulus hujus mortis proprie dirimit V. T. a novo.

¶ ἐις ἀπολύτρωσιν τῶν ἐπὶ τῇ πρώτῃ διαθήκῃ παραβάσεων· *in redemtionem earum, quae ſub primo teſtamento erant, transgreſſionum*) Simillimus *Pauli* locus, *) Rom. III. 24 ſ. Præpoſitio ἐπὶ *ſub* non ſolum tempus denotat, ſed innuit, primum teſtamentum non habuiſſe vim redimendi, & populum veterem eo magis fuiſſe transgreſſorem. Compoſitum ἀπολύτρωσις, h. l. Simplex, λύτρωσις, v. 12.

¶ ἐπαγγελίαν· *promiſſionem*) Abrahamo datam.

¶ λάβωσιν· *accipiant*) Nam prius non potuerant.

¶ ὁι κεκλημένοι) *vocati*, appellati heredes. [*c. III. 1.*]

¶ κληρονομίας· *hereditatis*) Appoſita appellatio. nam eſt allegoria: *teſtamentum*, *mors*, *hereditas*.

16 διαθήκη) *teſtamentum*. Hæc Græci vocabuli præ ברית Hebraico proprietas eſt. **) Articulus ἡ prætermiſſus generali ſententiæ congruit, uti Gal. III. 15.

¶ φέρεσθαι) *praeſtari*. Græca φέρεσθαι, προσφέρεσθαι v. 14, inter ſe alludunt.

¶ τὸ διαθεμένε· *teſtatoris*) Chriſtus eſt teſtator reſpectu noſtri. Congruit hoc cum verbis Domini ante mortem, Luc. XXII. 29.

17 ἐπὶ νεκροῖς· *ſuper mortuis*) Breviter expreſſum, pro his verbis: *ſuper obitu teſtatorum*. Sic LXX Lev. XXI. 5, ἐπὶ νεκρῷ, *ſuper mortuo*.

¶ μήποτε) Hæc particula plane infert interrogationem: ἐπεὶ autem cum interrogatione vim habet. Rom. III. 6. 1 Cor. XIV. 16. XV. 29. Vid. Not. ad Chrys. de Sacerd. p. 424.

18 ὅθεν, *unde*) Vocabula duo ברית & διαθήκη, differunt: ſed tamen idem ſignificant, quatenus ambo denotant *conventionem*, ſive *diſpoſitionem*, ejuſmodi, quæ *ſanguine* ſancitur. Vbi *conventio* ſancitur ſanguine alieno, animalium, quæ *paciſci* non poſſunt, nedum *teſtari*, non eſt proprie διαθήκη, *teſtamentum*, ſed tamen ברית *foedus*, a teſtamenti ratione, ob cæſas victimas

*) *Cujus quidem explicationi Bengelianæ multa oppoſuit cel. D.* Erneſti, *Bibl. th.* nouiſs. *T. I. p. 146 ſqq.*, *in recenſione Tractatûs* Hegelmeieriani *d. A. 1770. Atqui, omnis iſta facundia philologica minime, opinor, eneruauit obſeruationem, quod* uno *iſto loco* unus *Paulus vocabulo* παράθεσις, haud *profecto* temere, *utatur. Neque eriam* debitor, *etiamſi* ſponſorem *nactus dimittatur, eâdem* παρρησία, *opinor*, ante *ſolutum pretium intuebitur* creditorem, *qua intuebitur* poſt *confectas res & ad finem perductas. Qui, quid* generoſus pudor *valeat, non ignorat, non poteſt vim hujus inſtantiæ non ſentire. In ea ipſa putem ſitam eſſe* τελείωσιν *iſtam, de qua Hebr. IX. 9 &c. legimus. Hæc breuiſſimis! Reliqua tum ex ipſo* Gnomone, *tum ex Tractatu Max. Rev.* Hegelmeieri, *collatis objectionibus, religioſe ponderare integrum eſt omnibus; dummodo cautela obſeruetur:* Non quis dixerit, videndum, ſed quid? E. B.

**) *Nimirum vocem* ברית *in rebus religionis nonniſi* ampli cujusdam Boni deſtinationem ſub certis conditionibus factam *deſignare, adeoque &* fœdus *&* teſtamentum (*tanquam notiones coordinatas*) *complecti; cel. D.* Erneſti *monet, Bibl. th. T. IV. p. 901 ſq., coll. T. VI. p. 16.* E. B.

ctimas, non longe remotum: ubi *disposítio* sanguine ipsius disponentis, id est, morte ejus, sancitur, est proprie διαθήκη *testamentum*, quod etiam vocabulo hebraico, latiorem significatum habente, ברית dicitur. Particula ὅθεν *unde* non debet nimium premi, quasi Testatoris sanguine sive morte etiam V. T. fuerit dedicatum. sed tamen vim suam habet, quatenus innuitur, testamentum novum, atque *adeo* etiam vetus, sanguine dedicandum fuisse.

¶ ἐγκεκαίνισαι· *initiatum est*) Sic LXX Hebræum חנך exprimunt. Illo ipso initiationis die, maxime proprie cœpit Vetus Testamentum: idque mansit usque ad noctem & diem, quum Dominus proditus & mortuus est.

19 λαληθείσης· *recitato*) Ex. XXIV. 16 ff.

¶ πάσης ἐντολῆς κατὰ νόμον· *omni praecepto in lege*) Recitarat sive legerat Moses ea, quæ Ex. XX, & fortasse etiam ea, quæ capp. seq. præcepta erant. Et totius recitationis anakephalæosin habebat momentanea indigitatio scripti libri.

¶ τῶν μόσχων καὶ τράγων· *vitulorum & hircorum*) Ex. XXIV. 5 expresse appellantur μοσχάρια, *vituli:* τράγους, *hircos* innuunt *holocausta.*

¶ μετὰ ὕδατος καὶ ἐρίου κοκκίνου καὶ ὑσσώπου· *cum aqua & lana coccina & hyssopo*) Hæc l. c. non exstant, sed ut ex aliis Mosis locis jam nota præsupponuntur. Lev. XIV. 5 f. Lana coccina Hebræo תולעת שני respondet. LXX תולעת vertunt κόκκινον. שני κλωστὸν, διπλῆν, *netum duplex*, a forma; apostolus a materia. *coccinus* color, *sanguini* similis.

¶ βιβλίον) Plerique, & Latini quidem ex Vulgato, hoc construunt cum ἐῤῥάντισε, *aspersit:* sed plane construi debet cum λαβών, *accipiens*, uti Ex. XXIV. 7, καὶ λαβὼν τὸ βιβλίον τῆς διαθήκης, *& accipiens librum testamenti.* Concinna est conjunctio, τὸ αἷμα αὐτό τε τὸ βιβλίον, collatis verbis illis, τοῦτο τὸ αἷμα τῆς διαθήκης· ut sanguis in hac ceremonia demonstretur, per se; testamentum, demonstrato libro: & ἐγκαινισμὸς *dedicatio* gemina illa demonstratione perficiatur. αὐτὸ, *ipsum*, additur, quia testamentum, libro descriptum, pluris erat, quam sanguis ille. τε non semper spectat particulam καὶ subsequentem, v. 1. Ioh. II. 15, ubi connectit sermonem potius cum antecedentibus, quam cum sequentibus: *etiam oves & boves.* confer porro Act. XXVI. 11: quare non opus est hoc loco construi, αὐτό τε τὸ βιβλίον καὶ πάντα τὸν λαὸν ἐῤῥάντισε. Cetera, quæ hîc ab apostolo commemorantur, nec tamen Exodi c. XXIV exstant, aliis ex locis peti possunt: de *libri* vero aspersione, quæ tamen ingens illius ceremoniæ portio esset, nil in toto Mose invenias. Porro si liber aspersus esset, & si eam aspersionem diceret apostolus; eam non cum aspersione populi, sed cum aspersione tabernaculi & vasorum, adeoque altaris copularet. conf. *van Hoeke*, p. 190. Vide tamen *Iun.* l. 1209. l. 54. Verum enimvero ne aspergi quidem decuit librum ipsum. nam *liber continens verbum DEI, ipsum DEVM ibi repraesentabat*, ut ait Flacius in Glossa, ubi tamen librum quoque aspersum fuisse putat. Certe tabernaculum quidem cum vasis, [*illo ipso tempore adaptatum altari, Ex. XXIV. 6-8. XXV. 8.* V. g.] purificationis eguit, v. 21. Lev. XVI. 16. 19 seq. 33. 2 Chron. XXIX. 21. sed liber sive verbum DEI non eguit. Quæ cum ita sint, tamen καὶ ante πάντα non modo nil incommodi, sed plurimum elegantiæ habet. Est enim oratio copulativa: ΚΑΙ πάντα τὸν λαὸν ἐῤῥάντισε Moses ex una parte, ΚΑΙ τὴν σκηνὴν δὲ ἐῤῥάντισεν idem ex altera parte. Latini dicunt: &, *& vero:* vel, *non modo, verum etiam.* Sic, εἴτε καὶ οὖν, Ap. IX. 20. 21.

¶ πάντα τὸν λαὸν ἐῤῥάντισε) LXX, καὶ ἐσκέδασε τὸν λαόν. l. c. Alibi autem frequenter ponunt ῥαίνω, ῥαντίζω κτλ.

20 τοῦ-

20 τοῦτο τὸ αἷμα τῆς διαθήκης, ἧς ἐνετείλατο πρὸς ὑμᾶς ὁ θεὸς) LXX, ἰδοὺ τὸ αἷμα τῆς διαθήκης, ἧς διέθετο Κύριος πρὸς ὑμᾶς περὶ πάντων τῶν λόγων τούτων.

¶ ἐνετείλατο πρὸς ὑμᾶς) *Praecepit* mihi, ut perferrem *ad vos*,

21 τὰ σκεύη· *vasa*) etiam veſtes.

¶ ῥαντίσει) LXX, τὸ ἥμισυ τοῦ αἵματος προσέχεε πρὸς τὸ θυσιαστήριον.

22 σχεδὸν, *fere*) Vis hujus particulæ reſtringentis non cadit ſuper πάντα, *omnia*; hoc enim non admittit exceptionem: ſed ſuper proximum illud, *in ſanguine*; quia præter ſanguinem etiam alia adhibebantur materialia. v. 19.

¶ χωρὶς αἱματεκχυσίας οὐ γίνεται ἄφεσις, *ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio*) Hoc axioma totidem verbis exſtat in Tr. Talmudico Ioma. vid. inprimis Lev. XVII. 11.

¶ ἄφεσις· *remiſſio*) levitica.

23 ἂν, *igitur*) Particula innuit complexum hoc loco factum eorum, quæ a v. 18 commemorata ſunt.

¶ κρείττοσι θυσίαις· *melioribus victimis*) Pluralis, plurali levitico reſpondens, pro ſingulari adhibitus, propter præſtantiam unici ſacrificii Chriſti, omnibus partibus abſoluti. Si Iudæus quærat, quæ ſunt ſacrificia veſtra? reſpondebimus, Sacrificia noſtra conſiſtunt in unico Crucifixi ſacrificio. In hac apodoſi verbum καθαρίζεσθαι, *mundari*, ſubauditum, facit hypallagen. nam *coeleſtia* per ſe ſunt pura; ſed nos purificandi ſuimus, ut illa poſſemus capeſſere. v. 14. ſic, ἁγιάζεται, *ſanctificatur*, 1 Tim. IV. 5. 4, i. e. uſus redditur ſanctus, reſpectu noſtri. Conf. Lev. XVI. 16. 19. Num. XVIII. 1.

24 οὐ· *non*) Ieſus Hieroſolymis nunquam in intima templi venit; nunquam ſacrificium pro ſe offerendum curavit, toto inter baptiſmum & oblationem ſui tempore.

¶ ἀντίτυπα τῶν ἀληθινῶν· *exemplaria verorum*) Vera, antiquiora: manu facta, imitamina illorum. c. VIII. 5.

¶ εἰς αὐτὸν τὸν οὐρανὸν, *in ipſum coelum*) quo nil ulterius erat.

¶ νῦν· *nunc*) Sic v. 26.

¶ ἐμφανισθῆναι· *ut appareret*) Conveniens verbum reſpectu DEI: reſpectu noſtri, πεφανέρωται, *manifeſtatus eſt*, v. 26, & ὀφθήσεται, *cernetur*. v. 28.

¶ τῷ προσώπῳ τοῦ θεοῦ· *faciei DEI*; magis, quam Aaron, in tabernaculo, coram arca.

25 οὐδ' ἵνα) *neque* ideo ingreſſus eſt, *ut*.

26 ἐπεὶ ἔδει· *alioqui oportuiſſet*) Hic præſupponitur, Chriſtum paſſum eſſe pro peccatis ab initio mundi commiſſis. v. 15. Chriſtus in principio jam is erat, qui eſt ſecundum divinam naturam. Pro toto genere humano obtuliſſe archiſacerdotem Hebræorum, docet *Philo*, de mon. p. 637.

¶ παθεῖν· *pati*) Igitur oblatio non eſt ſine paſſione.

¶ ἅπαξ) Hoc *ſemel* eſt abſolutum, adumbratum in *ſemel* reſpectivo, levitico. v. 7.

¶ ἐπὶ συντελείᾳ· *in conſummatione*) quum ad ſumma venerat peccatum. conf. not. ad Ioh. I. 10.

¶ τῶν αἰώνων, *aevorum*) Initium ævorum horum non eſt ducendum a Moſe, ſed a *conditu mundi*: conf. c. I. 2 not. adeoque *conſummatio* hoc loco non eſt finis V. T. ſed mundi. ἡ συντέλεια τοῦ αἰῶνος eſt ipſa *ſeculi conſummatio*, apud Matthæum, ſæpius: ἡ συντέλεια τῶν αἰώνων, hoc loco, tempora etiam citeriora complectitur, plurali numero. Sacrificium Chriſti totam mundi ætatem in duas ſecat partes, quarum prior certe non brevior eſt, quam altera.

¶ ἁμαρτίας· *peccati*) Singularis, magna vi.

¶ πεφανέρωται· *manifeſtatus eſt*) mundo.

27 καθ' ὅσον· *in quantum*) Hoc habet vim

vim ad comparandum, & ad apodosin intendendam.

¶ ἀπόκειται· *manet*) ex divina sanctione.

¶ ἅπαξ· *semel*) Huc refertur *semel* v. seq.

¶ ἀποθανεῖν· *mori*) Verbum, pro nomine: *mors* ejusque status.

¶ μετὰ δὲ τοῦτο· *posthac vero*) *Mors* & *judicium* immediate conjunguntur, quia status hominis interjectus est uniformis.

¶ κρίσις· *judicium*) tum, quum *Christus cernetur*. coll. versu eod. Conf. Matth. VII. 22 not.

28 οὕτω· *sic*) i. e. Christus liberavit nos a morte & judicio; tametsi ut *mors*, sic *judicium* nominetenus remanet.

¶ προσενεχθεὶς εἰς τὸ ἀνενεγκεῖν) Differunt verba. conf. 1 Petr. II. 24, τὰς ἁμαρτίας ἀνήνεγκεν, *peccata tulit*. In eum conjecta a Patre erant peccata: dum ergo sublatus est in lignum, peccata secum sustulit. Eodem verbo LXX, Num. XIV. 33, ἀνοίσουσι τὴν πορνείαν ὑμῶν. Alias promiscue ponuntur. c. VII. 27.

¶ πολλῶν· *multorum*) Suave antitheton: *semel; multorum*, qui tot seculis vixerunt. Es. LIII. 12. LXX, καὶ αὐτὸς ἁμαρτίας πολλῶν ἀνήνεγκε, & *ipse peccata* (Hebr. *peccatum*) *multorum tulit*.

¶ ἐκ δευτέρου· *secundo*) Sic absoluta vis unius sacrificii Christi clarissime evincitur. Congruit τὸ πάλιν Ioh. XIV. 3. Vterque locus agit de adventu secundum se spectato. Sed adventus I in carnem erat in peregrina servi forma: adventus II est in Sua gloria. In oculis omnium, qui eum antea non viderant, sed nec agnoverant, est tum temporis *Veniens*. Cogitetur adveniens hospes, patrisfamiliâs necessarius, familiæ ignotus. Paterfamilias cogitabit: *REDIT frater*. In familia dicetur: *VENIT hospes*.

¶ ὀφθήσεται· *cernetur*) in sua gloria.

¶ ἀπεκδεχομένοις· *exspectantibus*) Dativus commodi. Etiam injusti eum videbunt, sed non ad salutem. *Exspectantibus Salvator* erit. Phil. III. 20.

¶ εἰς σωτηρίαν· *in salutem*) adeoque in immunitatem a *judicio*.

CAP. X.

1 Σκιὰν, *umbram*) Antitheton, εἰκόνα, *imaginem*.

¶ αὐτὴν τὴν εἰκόνα· *ipsam imaginem*) imaginem archetypam & primam solidamque. c. IX. 24 not. Hanc *umbra* illa, quanquam futuris præludebat rebus, non tamen, ut in pictura, præcessit, sed subsecuta fuit aliquantisper. Vid. omnino cap. VIII. 5.

¶ κατ' ἐνιαυτὸν, *quotannis*) Hoc pertinet ad totam sententiam usque ad finem versus.

¶ ταῖς αὐταῖς) *iisdem*, non numero, sed specie.

¶ ἃς προσφέρουσιν εἰς τὸ διηνεκὲς, *quas offerunt in perpetuum*) *offerunt*, scil. ii, qui offerunt, qui accedunt & serviunt. *Offerunt in perpetuum*, i. e. non desinunt offerre, nec desinent, nisi coacti.

¶ οὐδέποτε δύνωται· *nunquam potest*) Sic v. 11.

2 ἐπεὶ) Sic plane ἐπεὶ, cum interrogatione, c. IX. 17 not.

3 ἐν αὐταῖς· *in iis*) sacrificiis.

¶ ἀνάμνησις· *commemoratio*) publica. conf. v. 17. talis intelligitur, quæ conjuncta est c. dolore et deprecatione fidelis.

¶ ἁμαρτιῶν· *peccatorum*) anni proximi, & annorum omnium. Dies expiationis non eo die fuit, quo Christus est crucifixus, sed die X Tisri, de quo vid. *Ord. Temp.* p. 22. Huic *admonitioni* opponitur *oblivio peccatorum*. v. 17.

¶ κατ' ἐνιαυτὸν· *quotannis*) Epanalepsis, coll. v. 1. Sermo est maxime de sacrificiis *solennibus*.

4 ἀφαιρεῖν· *auferre*) περιελεῖν, *demere*.

v. 11.

v. 11. Apud Moſen elementariis illis cultibus grandes effectus tribuuntur; eo ipſo fine, ut appareret, illos non per ſe tantam vim habere.

5 εἰσερχόμενος εἰς τὸν κόσμον· *intrans in mundum*) Pſalmo XL introitus Meſſiæ in mundum repræſentatus eſt. Mundi pars erat ipſum tabernaculum, c. IX. 1, & mundus hic dicitur, quia Meſſiæ ſacrificium multo latius, quam levitica, patet, ut per omnia tempora, ſic per mundum omnem ei aſſertum, Ps. XL. 10, quippe cujus Ipſe eſt heres. τὸ εἰσερχόμενος, *intrans*, elicitur & repræſentatur ex ἥκω, *veni*. v. 7.

¶ Θυσίαν - οὐκ εὐδόκησας. - τῷ ποιῆσαι, ὁ θεὸς, τὸ θέλημά σου) LXX, Ps. cit. Θυσίαν - οὐκ ἐζήτησας. τοῦ ποιῆσαι τὸ θέλημά σου, ὁ θεός μου, ἠβουλήθην, καὶ τὸν νόμον σου ἐν μέσῳ τῆς κοιλίας μου. Apoſtolus verba illa, τῷ ποιῆσαι, ὁ θεὸς, τὸ θέλημά σου, a ſubſequentibus ſejuncta, cum prioribus idem ſpectantibus conjungit, uti *XL annos* in deſerto, c. III. 9.

¶ σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι) Hebr. *aures perfodiſti mihi* (conf. *) Exod. XXI. 6.) ſcil. ut voluntati tuæ, perfecto amore, ſerviam. conf. Es. L. 5. Servus, cujus aures perfodiebantur, toto corpore aſſerebatur hero ſuo, quem amabat. Interpretationem Græcam Prophetarum & Pſalmorum Eſſenis adſcribit Sam. Petitus var. lect. c. XXVIII, & ab Eſſenis repetit illud, *corpus aptaſti mihi*. nam *ſervum* apud Eſſenos fuiſſe nullum: fuiſſe vero *corpora* ſive collegia eorum, qui inter ſe miniſtrarent atque obtemperarent. Lectionem, *aures*, quamlibet magni libertatis fautores retinere poterant: *corporis* vero propriam acceptionem tuetur apoſtolus. **) *Aures*, pars: earum obedientiam ſequitur *corpus*, totum. *corpus aptaſti mihi*, ad oblationem. v. 10. *Totius* mentio valde hîc eſt conveniens. Simillimus *Pauli* ſermo de *corpore* Chriſti, Rom. VII. 4.

7 τότε· *tunc*) De hac particula agemus ad v. 8. Parallela ſunt *tunc; adſum; in libro: dixi; de me; ſcriptum eſt.*

¶ ἥκω) *præſto adſum.* Reſpondet בָּאתִי præterito Hebraico. a) De verbo ἥκω agitur ad Ap. II. 25.

¶ ἐν κεφαλίδι βιβλίου γέγραπται περὶ ἐμοῦ· *in volumine literario ſcriptum eſt de me*) מְגִלַּת סֵפֶר LXX, κεφαλὶς βιβλίου, h. l. & Ez. II. 9. מְגִלָּה iidem κεφαλὶς, Ez. III. 1 ſ. Ezr. VI. 2. Non de ſingulari aliqua *parte* Pentateuchi (præter hunc enim tempore Davidis non exſtabant alia, quæ Pſalmus

*) *Nullum eſſe apoſtoli ad hunc locum reſpectum, cel.* Michaëlis, *in* Coll. crit. ad Pſ. XVI. XL. CX. *judicauerat: ſed rem non ſatis demonſtratam eſſe, cel. D.* Erneſti *fatetur, Bibl. th. T. I. p. 38.* E. B.

**) *Quæ rationes etiam iis in caſibus, ubi LXX viralis non optime expreſſit hebraicum textum, Apoſtolos tamen commouere potuerint, ut uſitatæ iſti Translationi inhærerent, pluribus oſtendit cel.* Michaëlis, *in der* Einleitung &c. *T. I. p. m. 78 ſqq.* E. B.

a) *Venio*, vel potius, *Veni;* Symbolum quaſi Domini Ieſu fuit. *Veni*, inquit, *legem impleturus*, Matth. V. 17: *prædicaturus*, Marc. I. 38: *peccatores vocaturus ad pœnitentiam*, Luc. V. 32: *gladium immiſſurus, hominemque ſeparaturus*, Matth. X. 34. 35: *cœlitus deſcendi, voluntatem Ejus perfecturus, qui miſit me*, Ioh. VI. 38 ſq. -- Quæ ipſa ſunt Pſalmi XL verba. -- *Miſſus ſum ad oues perditas domûs Iſraëlis*, Matth. XV. 24: *veni in hunc mundum ad judicium*, Ioh. IX. 39: *veni, ut vitam habeant & ſatietatem*, c. X. 10: *ſaluaturus, quod perditum fuerat*, Matth. XVIII. 11: *animas hominum ſeruaturus*, Luc. IX. 56: *ignem terræ injecturus*, c. XII. 49: *miniſtraturus*, Matth. XX. 28: *quæſiturus & ſaluaturus, quod fuerat amiſſum*, Luc. XIX. 10, coll. 1 Tim. I. 15: *veni in mundum, Lumen*, Ioh. XII. 46 &c. *veritatem teſtaturus*, c. XVIII. 37. Fac, Lector, ſcopo iſto ſuo Saluator tuus ut potiatur in te. Tu vero, die cur hîc? Dei voluntatem tune quoque perficis? ex quo tempore? & quibus modis? *V. g.*

mus respicere videretur, prophetica scripta,) accipi potest haec nomenclatura: nam plures, imo omnes, de Christo agunt. neque de *toto*: nam totum volumen legis, etsi saepe laudatur, tamen nunquam sic appellatur. Porro sacrificia h. l. dicuntur τὸ πρῶτον, *primum*, quare κεφαλὶς βιβλίου, *volumen literarium*, non denotat librum ipsam antehac sacrificiorum quoque rationem complexum. Secutaque est sacrificiorum demum assiduitatem nausea divina, & Messiae exhibitio sui ad faciendam DEI voluntatem. Quid ergo est κεφαλὶς βιβλίου, *volumen literarium*? Non longe abierimus. est ipsa pagina, in qua scriptus est hic ipse Psalmus. Sunt enim parallela haec duo: *Dixi, ecce adsum*: &, *in libello scriptum est* עָלַי *super me, de me. hac ipsa scriptione in me recipio, me facturum esse voluntatem tuam.* Vtraque locutione sponsorem se sistit Messias: summaque hinc perspicitur Spiritûs prophetici praesentia. Libellum, in quo Psalmus scribebatur, in oculis & manu habebat David, atque hunc ipsum demonstrat, tanquam Messiae *Syngrapham*. conf. Nehem. X. 1. Ab eo ipso die, cum hic Psalmus scribebatur, nova quadam ratione *incubuit* Christo, voluntatem DEI facere. Congruit, quod non dicitur, *in libro tuo*, aut *in libro Domini*, uti Ps. CXXXIX. 16, & Es. XXXIV. 16, sed simpliciter, *in libro*. Conf. not. ad v. seq. Augustinus interpretatur de principio libri Psalmorum: sed eo tempore nondum in unum collecti erant Psalmi. Alii de tota scriptura sacra: sed ne veteris quidem testamenti scripta, quae tum erant, ita in unum erant collecta, ut unus liber dici posset.

¶ τὸ θέλημά σου *voluntatem tuam*) Aliud quiddam *velle* DEVM eique placere, atque sacrificia legalia, patebat ex eo ipso, quia boum caro, sanguis hircorum, Ei non satisfaciebant: quid autem velit, deducitur ex ipsa aptatione corporis Messiae; quo oblato sanctificandi eramus. v. 10. Hanc DEI voluntatem agnoscit & amplectitur Christus in Psalmo.

8 s. ἀνώτερον λέγων - τότε εἴρηκεν· *superius dicens - tunc dixit*) Vrget Paulus ordinem verborum Psalmi, innixum particulae אָז τότε *tunc*, ostendens, eam cadere super illud ipsum tempus, quum propheta Psalmum per Messiae personam cecinit, & super illum ipsum temporis articulum, quum sub verba illa, θυσίαν κτλ. *sacrificium* &c. ἀνώτερον, *superius* in Psalmo illo posita, nascebantur haec verba, ἰδοὺ ἥκω, *ecce veni*. Itaque אָז est valde demonstrativum praesentis (conf. אָז *tunc*, Ps. LXIX. 5.) cum antitheto rerum, ex quo πρῶτον καὶ δεύτερον, *primum* & *secundum* sapientia apostolica infert. conf. μετὰ, *post*, c. VII. 28 not. אָז Hic terminus esto. Ponit etiam Paulus primo verbum LXX virale εἶπον· deinde significantius, εἴρηκεν. Vnde patet, λέγων, *dicens*, esse imperfecti temporis. Vide autem, quanta *Psalmorum* sit auctoritas. Iusjurandum Iehovae factum est eo ipso tempore, quum Psalmus CX factus est. Hebr. VII. 28 not. Invitatio solennis ad populum facta est, quum Psalmus XCV factus est. c. IV. 7. Declaratio Filii facta est, quum Psalmus II factus est. Act. XIII. 33 not. Sic Messias DEO, se facturum esse voluntatem ejus, promisit tum, quum Psalmus XL factus est. Hocce chirographon, quod David administrabat, opponitur *legi* per Mosen scriptae. v. 8 fin. Quare Christus semper, potissimum autem ineunte passione, ad scripturas summa vi provocavit.

¶ κατὰ τὸν νόμον· *secundum legem*) Nervus, quo id ipsum, quod v. 1 dicitur, ex Psalmo probatur.

9 ἵνα) Potens particula: *ut* continuo statuat secundum.

¶ στήσῃ· *statuat*, summa auctoritate, suo quasi

quasi chirographo. Ab ἵστημι, στάτις est, c. IX. 8, eadem notione.

10 ἐν ᾧ θελήματι) *in qua voluntate* DEI, per Christum ejusque sacrificium facta & exsaturata. Nonne hæc *Satisfactio* dici meretur?

¶ ἡγιασμένοι *sanctificati*) Idem verbum v. 14. 29. XIII. 12. II. 11.

¶ σώματος *corporis*) v. 5.

b) 12 ἕτος) Sic c. III. 3. Alii ἀυτὸς, facili alliteratione. *)

¶ μίαν *unam*) Antitheton, *eadem saepe*. v. 11.

¶ εἰς τὸ διηνεκὲς, *in perpetuum*) Oblatio Christi, semel peracta, in æternum una & sola manebit: non alia superveniet.

¶ ἐκάθισεν *consedit*) Antitheton, ἕστηκε, *stetit*. v. 11. Cum Sessione ad Dextram DEI non consistit missaticum sacrificium. nam Christi sacrificium, in Missa neque continuatur neque reiteratur. Apostolus non modo identitatem, sed τὸ ἅπαξ *semel* urget de sacrificio Christi, in antitheto ad sacrificia levitica *saepe* oblata, quamvis *eadem* essent. Sacrificium, quod sæpe iteratur, quamvis idem sit, non satisfacit DEO. Christi non solum est corpus unum, sed una etiam oblatio, eaque inseparabilis a passione. c. IX. 26. Posterior quæque oblatio declarat, priorem esse nullam: prior quæque declarat, posteriorem esse supervacuam. c. X. 2. 18.

13 ἐκδεχόμενος *exspectans*) Hoc verbo non negatur scientia Domini exaltati, Ap. I. 1. coll. Marc. XIII. 32. sed subordinatio ejus erga Patrem innuitur. Act. III. 20. *Sedens & quietus exspectat.*

¶ οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ *hostes sui*) quorum robur in *peccato* situm.

14 μιᾷ γὰρ προσφορᾷ· *una enim oblatione*) An potius legendum, μία γὰρ προσφορὰ, *una enim oblatio.* **) Nam in abstracto incedit oratio etiam v. 11. & cum ipso verbo τελειῶν, *consummare*, quod hîc apodosin sustinet, incessit c. VII. 19. IX. 9. X. 1.

¶ γὰρ, *enim*) Refertur ætiologia ad v. 12.

¶ τοὺς ἁγιαζομένους, *eos qui sanctificabantur*) Participium imperfecti temporis. Nam hæc sanctificatio peracta est in ipso actu sacrificii. v. 10.

15 καὶ) *etiam.* Accedit, non testimonium ad rationes. nam etiam præcessere testimonia: sed μαρτυρῶν ad μαρτυροῦντας. Posuerat Paulus, de sacerdotio Christi, testimonium Patris, c. V. 10, & Filii, c. X. 5, nunc etiam Spiritus sancti, eandem ubique conclusionem inferens. v. 18. Respice *Conspectum* epistolæ. Repetitque mox in admonitione hunc respectum ad S. Trinitatem, v. 29 not.

¶ μετὰ, *post*) Verbum φησὶν *inquit* absorbetur in inciso, λέγει Κύριος, *dicit Dominus.* v. seq. Ostendit autem hoc μετὰ *post*, Novi Testamenti esse remissionem peccatorum. Ideo intermedia verba Ieremiæ hîc non repetuntur. Locus Ier. citatur Hebr. VIII ob τὸ καινὴν, & cap. X ob ἄφεσιν. congruit appellatio *Spiritus gratiae.* v. 29.

16 αὐτὴ· *hoc*) Vid. c. VIII. 10. 12.

18 ἄφεσις· *remissio*) Ea patet ex v. 17.

19 ἔχοντες· *habentes*) Adhortatio ducitur ex iis, quæ a cap. V. 4 tractata sunt, ab anakephalæosi initium sumens.

¶ εἴσοδον - ἱερέα μέγαν· *introitum - sacerdotem magnum*) v. 21. De *sacerdote magno* egit

b) V. 11. πᾶς - ἱερεὺς, *omnis sacerdos*] archisacerdos præcipue quilibet. *V. g.*

*) *Atque* ἀυλὸς *præstulerat quidem* Ed. maj.: *sed* Gnomoni & *margo* Ed. 2 *respondet*, & Vers. germ. E.B.

**) *Lectionem hanc, per marginem* utriusque Ed. *in æquilibrio positam, præfert* Versio germ., Gnomonis *rationes persecuta.* E.B.

egit apostolus a cap. V. 4, 5; de *introitu* a cap. IX. 1. 12. Nunc, per χιασμὸν, de *introitu* h. v. & de *sacerdote magno*, v. 21; inenunte adhortatione, mentionem facit. Eadem & sententia & figura, c. VI. 20, coll. capp. seqq.

20 ἣν) scil. εἴσοδον. nam sequitur, ὁδὸν, quasi synonymon. Non tamen sunt synonyma simpliciter, sed quatenus ἡ ὁδὸς, *via*, pertingit ad metam. *PER velum.*

¶ ἐνεκαίνισεν· *initiavit*) Idem verbum c. IX. 18. Hoc verbo innuitur, ea via, qua Christus iit, nostrum esse sequi.

¶ πρόσφατον) Sæpe LXX hoc verbo utuntur. Πρόσφατον dicitur proprie *recens mactatum.*

¶ πρόσφατον καὶ ζῶσαν, *recentem & viventem*) Via *recens* per sanguinem effusum & mortem Christi munita, atque *vivens* est. Opponitur *veteri* & *exanimo.* Per prosopopœiam *vita* adscribitur *viae*, ex ipsa *vita* Christi, qui est *Via.* Denotat vigorem Novi Testamenti, ut *spes viva:* e contrario sunt opera mortua. Est quasi Oxymoron, quod πρόσφατος (*recens mactatus*) & *vivens* conjunguntur. Quum primum Christus per momentum mortis transierat, præsto fuit mera *virtus* & *vita.*

¶ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ· *carnem suam*) quæ item scissa est, ut velum.

21 ἱερέα μέγαν· *sacerdotem magnum*) c. VII.

¶ ἐπὶ τὸν οἶκον τοῦ θεοῦ· *super domum DEI*) c. III. 6.

22 προσερχώμεθα· *accedamus*) viâ illa.

¶ ἀληθινῆς) quod (*cor*) *veritatem* penitus imbiberit. v. 26.

¶ πίστεως· *fidei*) Accedit *spes*, *amor.* v. 23. 24. Hæc tria manent. *Fides* & *Spes* sæpe eandem habent rationem: quare & hîc arcte conjunguntur, & in sequentibus periochis coalescunt. c. XI. 1. [*XII. 18. XIII. 1.*] &c.

¶ ἐῤῥαντισμένοι· *aspersi*) Sic c. XII. 24. IX. 13. 19. 21. 1 Petr. I. 2.

¶ τὰς καρδίας· *corda*) Et *corda* & *corpus* v. 23 mundantur. Non necesse est κατὰ subaudire. nam ut dicitur, διδάσκω τὸν υἱὸν, sic, διδάσκομαι τὸν υἱὸν, *filium docendum curo*, & sic, ῥαντίζομαι τὴν καρδίαν, λέομαι τὸ σῶμα.

¶ ἀπὸ, a) Sermo concisus: *aspersi* & liberati *a conscientia mala.*

¶ συνειδήσεως· *conscientia*) c. IX. 9 not.

23 καὶ λελυμένοι· *& loti*) Singula verba & singula participia cohærent versu 22-24, & cola dirimit particula καὶ &. Per χιασμὸν vero ponitur verbum, participium; participium, verbum; verbum, participium.

¶ τὸ σῶμα· *corpore*) Alludit ad lotiones leviticas: nec tamen dicit *carne*, sed *corpore*, quo per synecdochen tota hominis substantia denotatur. *Corpus* etiam peccato antea fuerat inquinatum, sed abluitur, ut idoneum sit, exemplo sancti corporis Christi, v. 10, ad oblationem. Rom. XII. 1. 1 Cor. VI. 13. 20.

¶ ὕδατι καθαρῷ· *aqua munda*) Ez. XXXVI. 25. Ioh. XIX. 34. 1 Cor. VI. 11. Tit. III. 5. 1 Ioh. V. 6.

c) ¶ τὴν ὁμολογίαν· *confessionem*) In baptismo *confessio* suscepta est: ea *retinenda* est.

24 κατανοῶμεν· *attendamus*) Sic, ἐπισκοποῦντες, *inspicientes.* c. XII. 15.

¶ εἰς) *ad.*

¶ παροξυσμὸν ἀγάπης· *provocationem amoris*) cui contraria provocatio odii.

25 τὴν ἐπισυναγωγὴν ἑαυτῶν· *nostram ipsorum episynagogam*) Ἐπισυναγωγὴν versio neogræca interpretatur συχνοσύναξιν. Sed alludit apostolus ad synagogam judaicam, præpositione ἐπὶ significatum voca-

c) καθαρῷ-τῆς ἐλπίδος, munda-spei] Pari modo cum spe conjungitur mundities 1 Ioh. III. 3. *v. g.*

vocabuli nonnihil immutante. Sensus est: non modo debetis synagogam frequentare, ut Iudæi, quod libentius facitis, sed etiam episynagogam, ut Christiani. neque tamen innuitur præcise aggregatio in unum *locum*; aut aggregatio ad unam *fidem*: sed, medio sensu, congregatio mutua *per amorem* & communicatio publica & privata officiorum Christianorum, qua frater fratri se non subducit, sed alter alterum acuit & ab altero acuitur. Nam etiam spiritualis calor & ardor separat heterogenea, & congregat homogenea. Sic satisfit & ordini sermonis, quo secundum fidem erga DEVM, *amor* erga sanctos commendatur; & verbali ἐπισυναγωγὴν, ejusque singulari numero; & pronomini, quod est ἑαυτῶν, *nostram ipsorum*, non *nostram*; & querelæ, *sicut mos est quibusdam*, & antitheto, *hortantes*.

¶ τισὶν, *quibusdam*) Iudæos fortasse timentibus.

¶ παρακαλοῦντες· *hortantes*) Vis hortandi, quæ requiritur, includit ardorem cujusque proprium.

¶ καὶ τοσούτῳ μᾶλλον *& tanto magis*) Hoc pertinet ad totam adhortationem a v. 22. coll. v. 37.

¶ βλέπετε· *videtis*) ex signis temporum, & ex ipso sacrificio pro peccatis consummato. v. 13.

¶ τὴν ἡμέραν· *diem*) diem Christi. Post adventum Christi in carne per *tot* ætates mundi exspectatum, illico appropinquans censetur adventus glorioſus. conf. v. 27. 30. 35 seqq.

26 ἑκουσίως· *sponte*) Nam post *agnitam* veritatem sublata est *ignorantiae* excusatio.

¶ ἁμαρτανόντων· *peccantibus*) *Peccare* h. l. dicit plenam defectionem a DEO, v. 29. c. III. 12. 2 Reg. XXI. 16, & violationem, non legis, v. 28, sed totius œconomiæ N. T. v. 29. Conf. ἀθετήσας, *tollens*. v. 28 not.

¶ μετὰ τὸ λαβεῖν· *postquam accepimus*) Hoc non tam ad singulos pertinet, quam ad statum fidelium N. T. unde tamen ad singulos conclusio valet. v. 29.

¶ τῆς ἀληθείας· *veritatis*) *Veritas*, h. l. & *gratia*, v. 29, dicitur de N. T. *Spiritus gratiae*, ibid. *Spiritus veritatis*, Ioh. XIV. 17.

¶ ἐκέτι· *jam non*) Fructus ex sacrificio Christi semper patet non repudiantibus: qui autem repudiant, non aliud habent.

¶ περὶ ἁμαρτιῶν· *pro peccatis*) Ref. ad ἁμαρτανόντων, *peccantibus*.

27 φοβερὰ, *terribilis*) pessima Spes.

¶ ἐκδοχὴ, *exspectatio*) longe alia, atque illa, quæ describitur versu 13.

¶ πυρὸς - τὰς ὑπεναντίας) Es. LXIV. 1. LXX, καταναλῦσει πῦρ τὰς ὑπεναντίας. Non est in ὑπὸ, *sub*, quærendum aliquid. Ex. XV. 7 ὑπεναντίοι dicuntur hostes apertissimi.

¶ πυρὸς, *ignis*) Deut. XXXII. 22. coll. Ps. CVI. 18.

¶ ζῆλος· *zelus*) Deut. XXIX. 20.

¶ ἐσθίειν· *edere*) c. XII. 29. Es. XXVI. 11.

28 ἀθετήσας· *tollens*) non quovis errato, sed enormi violatione, contra totam legem tendente, delicto morte plectendo. *Pauci* ita legem violarunt, ut capite plecterentur.

¶ χωρὶς οἰκτιρμῶν· *sine misericordia*) sine mitigatione & sine dilatione pœnæ præscriptæ.

29 χείρονος) quæ quovis supplicio corporis *pejor* & horribilior.

¶ ὃ) i. e. is, qui atrocissime peccat in *DEVM*, cujus *filius* est Sacerdos, c. V. 5. & in *Filium*, cujus ipsius sanguis est sanguis N. T. & in *Spiritum S.* qui est Spiritus gratiæ. Talis homo totam baptismi formulam & confessionem retractat, totam œconomiam N. T. repudiat. conf. cap. VI. 6 not.

¶ καταπατήσας· *conculcans*) cum deberet adorare. Conculcat autem, qui sponte peccat, uti v. 26 describitur.

¶ τῆς διαθήκης) *testamenti*, melioris, quod DEVS pepigit.

¶ κοινόν, *communem*) ut si esset sanguis hominis ψιλόν, communis, vel etiam sontis. Antitheton, *sanctificatus erat.*

¶ ἡγησάμενος· *ducens*) sine discretione. conf. 1 Cor. XI. 29.

¶ ἐν ᾧ ἡγιάσθη· *in quo sanctificatus erat*) Ergo Christus etiam pro tali mortuus est. Idem verbum, de redemtis, v. 10. 14. c. II. 11, (ubi distinguuntur a *sanctificante* Redemtore:) c. XIII. 12, ubi item *sanguinis* fit mentio.

¶ τῆς χάριτος· *gratiae*) Vid. not. ad v. 26.

¶ ἐνυβρίσας· *ignominiose tractans*) repellendo. *Ignominia* fit factis; *blasphemia*, verbis. couf. 1 Tim. I. 13 not. *Blasphemia* ubi accedit, multo gravissimus fit reatus. Marc. III. 29.

30 τὸν εἰπόντα· *Eum, qui dixit*) DEVM, qui non frustra minatur.

¶ ἐμοὶ, *mihi*) Vid. Rom. XII. 19 not. ex Deut. XXXII. 35.

¶ πάλιν, *iterum*) paucis verbis in eodem cantico Mosis interjectis.

¶ Κύριος κρινεῖ τὸν λαὸν αὐτοῦ. *Dominus judicabit populum suum*) Deut. XXXII. 36. LXX, κρινεῖ Κύριος τὸν λαὸν αὐτοῦ. Passim haec epistola Canticum Mosis & Deuteronomion, qui liber multum inde explicationis habebit, respicit. *judicabit*, in gratia & in ira, ut quemque inveniet.

31 τὸ ἐμπεσεῖν· *incidere*) Bonum est *incidere* cum fide; 2 Sam. XXIV. 14. temere, terribile. v. 27. conf. Sir. VIII. 1.

32 ἀναμιμνήσκεσθε· *recordamini*) Imperativus. Subjungit consolationem.

¶ φωτισθέντες· *illuminati*) i. e. statim post φωτισμὸν, i. e. baptismum Christianum. c. VI. 4. In *baptismo* induitur Christus: Christus est lux: Ergo lux induitur in baptismo. *illuminatio* notat id, quod ad vim & virtutem Spiritus ex V. T. praejacentem amplius accessit, ex vigore Novi Testamenti, apud eos qui baptizabantur. Hic primus erat ingressus ad Christianismum; baptismus apud idoneos salutare medium. Existimo, haec instituta divina etiam in theoria non tanti aestimari, quanti decebat. Apud ipsum *baptismum* Christi sancta ejus humanitas magnifice *illuminata* fuit. Iam antea erat filius Dei: & tamen virtus hujus divini testimonii diu eum vivide affecit. Quemadmodum vero homo corpore & anima constat, ita instituta divina etiam talem duplicem speciem habent. Nihil ergo seperandum, neque vitrum pro liquore, vel vagina loco gladii prensanda est.

33 τοῦτο· τοῦτο) Pronomen adverbiascens. Proponuntur duo capita, quae ordine per χιασμὸν inverso exponuntur v. 34.

34 δεσμίοις, *vinctis*) Horum mentio fit etiam c. XIII. 3. & in his fuerat Timotheus. ibid. v. 23. quare non de se, vel certe non de se uno, Paulus loquitur. coll. c. VI. 10. Alii tamen habent δεσμοῖς, & porro δεσμοῖς μου, *) ex rhythmo ὀνειδισμοῖς, vel ex frequenti alias *vinculorum* Pauli mentione.

¶ ὑπαρχόντων· *facultatum*) Conjugatum, in Graecis, ὕπαρξιν, *substantiam.*

¶ προσεδέξασθε· *excepistis*) Elegans oxymoron, collato *rapinae* vocabulo.

¶ γινώσκοντες· *noscentes*) statuentes, eum fiducia.

¶ ἔχειν ἑαυτοῖς· *habere vobismet*) Dativus proprietatem significans: uti c. V. 4, *sibi ju-*

*) *Sed margo* Ed. 2 *lectionem* δεσμίοις, *alteri olim aequiparatam, ad signum* β *eleuauit: hinc &* Vers. germ. *interpretatur:* mit den Gebundenen. E. B.

sumere. Sic Latini: *tibi habe.* Describuntur bona propria. Luc. XVI. 12. [*XII. 33.*]

¶ κρείττονα· *meliorem*) cœlestem. conf. c. XI. 16.

¶ καὶ μένουσαν) nulli rapinæ expositam.

35 μὴ ἀποβάλητε· *ne abjeceritis*) Parrhesia ubi semel locum invenit, non nisi pulsa recedit. pellitur autem & abjicitur, ut si vile quiddam esset, ab iis, qui non perstant.

¶ ἔχει· *habet*) Ad hoc præsens refertur versus 37.

¶ μισθαποδοσίαν· *mercedis redditionem*) Sic c. II. 2. XI. 26, & μισθαποδότης, *mercedis redditor*, ibid. v. 6.

36 ὑπομονῆς) Paulatim apostolus, ab hoc versu ad 38, prophetam inducit, Hab. II. 3. 4, ubi LXX sic: ὅτι ἔτι ὅρασις εἰς καιρὸν, καὶ ἀναλελεῖ εἰς πέρας καὶ οὐκ εἰς κενόν. Ἐὰν ὑστερήσῃ, ΥΠΟΜΕΙΝΟΝ αὐτὸν, ὅτι ἐρχόμενος ἥξει καὶ οὐ μὴ χρονίσῃ. ἐὰν ὑποστειληται, οὐκ εὐδοκεῖ ἡ ψυχή μου ἐν αὐτῷ· ὁ δὲ δίκαιός μου ἐκ πίστεως ζήσεται.

¶ τὸ θέλημα· *voluntatem*) c. XIII. 21.

¶ ποιήσαντες) ut, *quum* voluntatem DEI *fecistis* adhuc, v. 32 s. nunc etiam *patientiam* præstetis, adeoque *promissam* obedientiæ mercedem *assequamini.* Conf. cap. VI. 10-12. Et agendum est & patiendum. 1 Petr. IV. 19. Apostolus, ut patet, rationes sumit ex præterito, & specimina, quod voluntatem Dei fecerint, v. 32 ss. recenset. Neque tamen τὸ *facere voluntatem Dei* in præsens & in futurum excluditur. Hoc, *facere voluntatem Dei*, præsupponitur in omnibus fidelium *virtutibus*, quæ hîc capite XI percensentur. alias ea, quæ ibi, v. gr. versu 33, laudantur, inania fuissent. coll. Matth. VII. 21 seqq.

¶ κομίσησθε· *reportetis*) *Promissionem*, id est, vitam æternam, conjunctim accipient fideles V. & N. T. in adventu Christi. v. seq. *Promissio*, vita æterna. c. IV. 1. IX. 15. XI. 13. XII. 26. Individualis beatitudo nemini abjudicatur: sed ardua est ingens *consummatio* adhuc futura. Exsistet futuro Die magna βελτίωσις, quæ multo majoris æstimari debebat. Etiam præsens lautitia fidei, qua multi tam large utuntur, non potest cum illa conferri.

¶ τὴν ἐπαγγελίαν· *promissionem*) חזון Hab. l. c.

37 μικρὸν ὅσον ὅσον) Sic LXX, Es. XXVI. 20. Vocula, μικρὸν addito ὅσον ὅσον, formam accipit diminutivam, sed tamen indefinitam; adeoque huic loco valde congruit. Gen. XXVII. 30: אך ἐγένετο ὅσον ἐξῆλθεν.

¶ ὁ ἐρχόμενος· *Veniens ille*) Apostolus articulo addito verba prophetæ eleganter flectit ad Christum.

¶ ἥξει) *aderit.*

38 ὁ δὲ) Apostolus hemistichia transponit; & sic, addito versu sequente, aptissimum χιασμὸν efficit. Repetuntur enim opposita: *fides in vitam, subtractio; subtractio, fides in vitam*, v. 38. 39. Particula δὲ *autem* facit antitheton ad segnes.

¶ δίκαιος· *justus*) Vid. Rom. I. 17 not.

¶ ἐκ πίστεως· *ex fide*) LXX, ἐκ πίστεώς μου, vel eodem sensu, μου ἐκ πίστεως, ex fide mea. Confer pronomen item præpositum 1 Cor. XI. 24. Ioh. VI. 54. IX. 10. Hebr. *in fide ejus*; scil. *Visi*, i. e. Christi, qui *non fallet*, eleganti antitheto. Textum N. T. ad Hebraica refero, quoad fieri potest.

¶ καὶ) *&*: pro *sed.* Eleganter. nam ex eodem affectu sancto fluit utrumque hemistichium.

¶ ἐὰν ὑποστείληται) Hebræa sic, ut videtur, habeant: *Ecce, si subduxerit se* anima, *non recta* (nec placita) *est anima ejus* (ejus scil. qui se subducit) *in eo* (scil. *in viso* sive promisso:) *at justus, in fide ejus* (scil. promissionis,) vivet. Conf. Marc. XVI. 16. Verbum עפלה habet metaphoram ab iis, qui se atris abdunt speluncis. vid. Sam. Petiti var. lect. c. XIII.

39 οὐκ

39 ἐσμὲν, *non sumus*) Moratum verbum, ex *Pauli* stilo. Rom. VIII. 12 not.

¶ ὑποστολῆς) Resp. ὑποστείλητα. v. 38.

¶ εἰς ἀπώλειαν· *in perniciem*) Pereunt, qui animam suam DEO non probant.

¶ εἰς περιποίησιν ψυχῆς· *in conservationem animae*) Resp. *vivet.* v. 38.

CAP. XI.

1 Ἔστι δὲ πίστις· *est autem fides*) Reassumitur hoc ex c. X. 39. Atque eam fidei descriptionem apostolus hoc loco ponit, quae rei propositae maxime congruit, ut fratrum animi confirmentur.

¶ ἐλπιζομένων ὑπόστασις, πραγμάτων ἔλεγχος οὐ βλεπομένων· *eorum, quae sperantur, substantia; rerum demonstratio, quae non cernuntur*) *Quae sperantur*, sunt species; genus, *quae non cernuntur*. nam illa sunt futura duntaxat & nobis laeta; haec etiam praeterita vel praesentia, eaque vel laeta vel tristia nobis aliisve. v. 3. 7. 8. 27. 29. Vnde duo commata hujus versus in asyndeto gradationem habent. Porro ut ad *ea, quae sperantur*, se habent *ea, quae non cernuntur*, sic ad *substantiam* habet se *rerum demonstratio*. adeoque fides est *substantia*, qua futura, quae sperantur, repraesentantur, sive ut praesentia sistuntur: eademque est *rerum demonstratio*, qua ea, quae non cernuntur, sistuntur ut πράγματα *res solidae*. *Substantiae* opponitur id quod abest; *rerum elencho*, non ens, somnium. Vnde patet, quam arcte cohaereant duo verba πραγμάτων ἔλεγχος, ut quasi compositum, *rerum demonstratio*; & cur hoc, *rerum*, in posteriore, non etiam in priore commate collocetur. Opponitur ὑπόστασις τῇ ὑποστολῇ, *substantia subtractioni*, modo repudiatae. cap. X fin. dicitur enim per metaphoram a columna oneri *substante*, & notat patientiam & constantiam, καρτερίαν. coll. v. 27. ὑπόστασις, Vulgato, *substantia:* recte. nam *Substantia* opponitur *opinioni*, l. 10. § 1, Digest. *de diversis temporalibus praescriptionibus, & de accessionibus possessionum*, & alibi. Est igitur *Substantia*, rei certae, adeoque etiam rei *praesentis*. Fide *repraesentantur* res futurae. ἔλεγχος est *demonstratio*, philosophorum quoque idiomate. Ὑπόστασις *substantia* prior proponitur; deinde πραγμάτων ἔλεγχος *rerum demonstratio*. at exempla, quae subsequuntur, primum sunt *demonstrationis rerum*, v. 3 &c. deinde *substantiae eorum, quae sperantur*. v. 6 &c. χιασμός.

2 ἐν ταύτῃ, *in hac*) *in fide*, i. e. *fide*. v. seqq. κατὰ πίστιν, *secundum fidem*; διὰ πίστεως, *per fidem*, v. 13. 33.

¶ γὰρ, *enim*) Ex veterum exemplis demonstrat Paulus fidei naturam. Multa, quae illi sperarunt ac non viderunt, deinceps exstiterunt & conspecta sunt, fidem confirmante eventu.

¶ ἐμαρτυρήθησαν· *testimonium nacti sunt*) Praegnantissimum verbum. DEVS testimonium non modo *de illis*, sed partim etiam *ad illos* dedit: illi *TESTIMONIVM SVSCEPERE*, ipsarum rerum instar. Conf. v. 4. 5. 39. Inde illi quoque sunt *testes* facti, ut ipsi ad alios, & alii de illis *testarentur*, c. XII. 1.

¶ οἱ πρεσβύτεροι) *seniores*, qui & olim & diu vixerunt. Non dicit οἱ ἀρχαῖοι *veteres*, sed οἱ πρεσβύτεροι *seniores*, quasi per prosopopoeiam, quod adhuc vigente testimonio, fungantur tanquam praesentes. conf. c. XII. 1. Est hoc egregium quoddam V. T. summarium, quo apostolus, insigni gradatione, veterum studia, labores, peregrinationes, exspectationes, tentationes, martyria complectitur, docetque

que, *) quomodo sub historiarum involucro succum doctrinæ interdum breviter indigitatum, copiose quærere debeamus. Priores eorum habuere exercitium patientiæ potissimum in longa ætate; posteriores in afflictione acriore.

3 πίσει *fide*) Aliquatenus quidem etiam citra fidem, Rom. I. 20, sed fide multo magis, quæ habetur v. gr. capiti I Geneseos.

¶ νοοῦμεν *intelligimus*) *Intellexerunt* etiam *Seniores*, quorum mentio idcirco præmittitur versu 2. Intellexit etiam Adam, post omnia cetera creatus, quæ non fieri vidit, sed facta credidit. Sed de hujus fide Moses plenum mysterii silentium tenet. Et Mosen sequitur apostolus; præterquam quod hæc ante Abelis sacrificium commemorans fidem protoplastorum agnoscit. Adamus non consideratur, nisi ceu stirps miseriæ nostræ, abstrahendo a ceteris, quæ de eo dici poterant.

¶ κατηρτίσθαι *confecta esse*) Καταρτισμὸς, *coagmentatio*, *consolidatio* totius mundi, includit Creationem singularum partium, Providentiamque continuam, per omnes ætates; mirabili harmonia.

¶ τοὺς αἰῶνας) *secula*, *aeva*. Grandis pluralis, quo innuitur cœli, terræque & omnium quæ in eis sunt, invisibilium & visibilium, decursus ad metam, & status deinceps (post decursum ad metam) perpetuus: quæcunque tandem sit, quæ metam comitatur, mutatio. Atque ut creatio fundamentum & specimen est omnis œconomiæ divinæ: sic fides creationis, est fundamentum & specimen omnis fidei.

¶ ῥήματι *verbo*) jussu, potentia, sine materia aut instrumento. Congruit, quod mox sequitur.

¶ εἰς τὸ) *usque eo ut*. Conf. εἰς τὸ, 2 Cor. VII. 3. Multa οἱ αἰῶνες, *aeva*, complectuntur, quæ non cernuntur; quodque illa verbo DEI producta esse, non nisi fide intelligimus, minus mirere: sed *adeo* horum, quæ cernuntur, creationem fide intelligimus unâ optime; id quod multo magis admirandam ostendit fidei vim. Hoc commate amplificatur τὸ κατηρτίσθαι *confecta esse*.

¶ μὴ ἐκ φαινομένων τὰ βλεπόμενα γεγονέναι) Apprime observanda verborum differentia. φαίνομαι, *appareo*, *incipio cerni*, notione inchoativa: βλέπομαι, *cernor*, ante oculos versor. τὰ βλεπόμενα, *quae cernuntur*, sunt hodieque lux, cœlum, terra, astra &c. eadem autem tum, quum ἐξ οὐκ ὄντων *ex non entibus* fiebant, 2 Macc. VII. 28, & exoriri jubebantur, erant φαινόμενα, *apparentia*. Atque ita quidem *dici posset*, ἐκ φαινομένων τὰ βλεπόμενα γεγονέναι, scil. secundum se: id est, ea, quæ hodienum cernuntur, initio fuisse apparentia; non fuisse ab æterno, sed aliquando apparere & conspicua esse cœpisse, cum antea non essent. conf. ἐκ, *ex*, Rom. VI. 13. Sed respectu nostri apostolus, μὴ, *non*, præposito, *diversum* dicit, & declarat μὴ ἐκ φαινομένων τὰ βλεπόμενα γεγονέναι, *non ex apparentibus ea*, *quae cernuntur*, *facta esse*. Nam mundo jam producto, & primus homo factus est, & nos nascimur. Non fuimus spectatores creationis. Expendatur Interrogatio illa Creatoris, Iob XXXVIII. 4 ss. Ideo fide creationem percipi-

*) *Perpendant hoc, qui de usu Scripturæ V. T. apud Christianos dubitant. Egregie tales, ex grauissimorum virorum judicio, juuare queat ven. M. M. F.* Roosii *liber*, *s. t.* Fuisstapfen des Glaubens Abrahams, in den Lebensbeschreibungen der Patriarchen und Propheten aus den Schriften des A. T. gezeiget. *Tub.* 1770. 71. *Cf. S. R. D.* Sartorii *Diss. de* Vtilitate librorum historicorum V. T. apud Christianos, *Tub.* 1772. E. B.

cipimus. fides & retrorsum & prorsum habet, unde exerceatur. Patet hinc, particulas μὴ ἐκ *non ex* suo ordine debere explicari; quanquam interdum ἐκ vel μὴ *non*, cum præpositione, ἦθος & morati sermonis gratia, sensu fere manente, trajicitur, uti 1 Chron. XV. 13, ἐκ ἐν τῷ πρότερον ὑμᾶς εἶναι *ante vos adhibitos.*

4 πλείονα) *potiorem*, eoque pluris habitam. Suum utervis frater vitæ genus in sacrificio sequebatur, sed rectius in suo genere Abel se gessit. Agricola Cain de *fructibus terrae* obtulit: Abel, ovium pastor, de *primogenitis* & de *pinguedine* earum. Hic igitur optima sumsit, quod ille non dicitur fecisse. Simul Caini *oblatio* confessionem duntaxat obligationis habuit; Abelis *victima* confessionem peccati & desiderium expiationis. Id *fidei* valde congruebat.

¶ παρὰ Κάϊν· *praeter Cainum*) fide carentem, eoque testimonii divini expertem.

¶ δι' ἧς· *per quam*) *Per fidem* nactus est & justitiam, & justitiæ testimonium. v. 7.

¶ μαρτυρήντος· *testante*) Nam ἐπεῖδεν, *intuitus est*, Gen. IV. 4. signo quodam etiam in Caini oculos incurrente.

¶ δι' αὐτῆς· *per illam*) *fidem.* Constr. cum ἀποθανὼν, *mortuus*, coll. v. 13. nam διὰ valet κατὰ vel ἐν, 1 Tim. II. 15.

¶ λαλεῖ· *loquitur*) *loquitur de se* & sui similibus contra Cainos. c. XII. 24.

5 μετετέθη· *transpositus est*) Quorsum transpositus sit? hoc fides nostra exspectat. Gen. V. 22. 24. LXX, εὑηρέστησε δὲ ἐνὼχ τῷ θεῷ· καὶ εὑηρέστησεν ἐνὼχ τῷ θεῷ, καὶ οὐχ εὑρίσκετο, ὅτι μετέθηκεν αὐτὸν ὁ θεός.

¶ μὴ, *non*) Igitur ex mortalitate sine morte in immortalitatem traductus est. *)

¶ πρὸ, *ante*) Constr. cum εὐηρεστηκέναι, *placuisse.*

¶ εὐηρεστηκέναι· *placuisse* Pro *ambulare cum DEO*, *coram DEO*, habent LXX εὐαρεστεῖν etiam Gen. VI. 9. XVII. 1. XXIV. 40. XLVIII. 15. Ps. CXVI. 9. Conf. Ps. XXVI. 3. XXXV. 14. Notat non modo *placere*, passivo sensu, sed connotat **) *studium placendi.* ideo Gen. XXXIX. 4 שרת est εὐαρεστεῖν. conf. ἀρέσαι, Rom. VIII. 8 not.

6 χωρὶς, *sine*) Probat ab eventu fidem Enochi.

¶ εὐαρεστῆσαι) *placitum se exhibere.* Parallelum mox, προσέρχεσθαι τῷ θεῷ *accedere ad DEVM*, *ambulare cum Deo.* Itaque Hebraicum textum & Græcum scite conjungit apostolus.

¶ πιστεῦσαι· *credere*) Henocho, ut hinc colligere licet, nulla obtigerat apparitio divina, sicut nec Mosi ante relictam Ægyptum. v. 27. Thesis, *illum esse* &c. apud Henochum vigebat, & ex Henochi fide asseritur. Videtur *Henochi* fides, quæ tam singulari modo describitur, non adeo multa, perspicua Data habuisse. Aliàs fides ejus non ad hoc præcise punctum reduceretur.

¶ δεῖ, *oportet*) Illatio *necessaria* & firma innuitur, quæ hoc loco exstat.

¶ τῷ θεῷ· *DEO*) quippe invisibili. v. 27.

¶ ὅτι ἐστὶ) *illum esse.* Hinc absolute dicitur ὁ ΩΝ. Sap. XIII. 1. conf. πραγμάτων *rerum.* v. 1 not. Qui *cum* Deo ambulat, Deum esse agnoscit. Hoc opponitur atheismo antediluviano.

¶ καὶ) Hoc quoque pendet ab ὅτι.

¶ τοῖς) iis, non aliis.

¶ ἐκζητοῦσιν· *exquirentibus*) sine visu. Compositum grande.

¶ μισθαποδότης· *mercedis redditorem*) ut Henocho, quem transposuit.

¶ γί-

*) *Receptum hunc sensum contra cel.* Michaëlis *grauiter tuetur cel. D.* Ernesti, *Bibl. th. T. IV. p. 921.* E. B.

**) *Congruunt, quæ ad h. l. habet* Bibl. th. *l. c. fin.: nec non ea, quæ cel.* Michaëlis *monet, in der* Einleitung &c. *T. I. p. 70.* E. B.

¶ γίνεται· *fore*) *Futura* mercedis redditio innuitur. *Merces* est, Ipse, qui *exquiritur*. *CVM DEO*, inquit Moses, & *communionem* innuit.

7 χρηματισθεὶς) *divino admonitu*. Revelatio prophetica fidem non tollit. v. 20 ss.

¶ περὶ) *de* diluvio venturo. Constr. cum participio antecedente.

¶ εὐλαβηθεὶς, *timens*) Idem participium, Act. XXIII. 10. Mundus contra, *non credens*, non cepit *timorem*, neque cautionem ullam adhibuit pœnitentiæ aut perfugii. contempsit, risit secure.

¶ κιβωτὸν, *arcam*) Articuli prætermissio convenit paradoxæ ædificationi illi.

¶ δι' ἧς) *per quam*, fidem. v. 4.

¶ κατέκρινε) *condemnavit*, insigni *testimonio*.

¶ τὸν κόσμον, *mundum*) qui Noachi dissimillimus erat.

¶ τῆς κατὰ πίστιν δικαιοσύνης· *justitiae, quae secundum fidem est*) Sic *Paulus* Rom. I. 17. κατὰ pari modo positum, Tit. I. 1. Noe אִישׁ צַדִּיק ἄνθρωπος δίκαιος *vir justus*, Gen. VI. 9. δικαιοσύνης κήρυξ, *justitiae praeco*. 2 Petr. II. 5.

¶ κληρονόμος· *heres*) in successione patriarcharum, ex quibus semper erat aliquis caput credentium promissioni, eorumque propagator. Appositum h. l. eoque frequens vocabulum, v. 8. 9. perinde ut ἐπαγγελία, *promissio*. v. 9. 11. 13. 17. 33. 39.

8 ἀβραὰμ, *Abraham*) Rom. IV. 1. 16 ss.

¶ ὑπήκουσεν ἐξελθεῖν, καὶ ἐξῆλθε *obediit, ut exiret, & exiit*) Gradatio, coll. 2 Cor. VIII. v. 10 fin. & v. 11.

¶ ἔμελλε) Aptum rebus *futuris* verbum. Sic v. 20. coll. v. 1.

¶ μὴ ἐπιστάμενος· *nesciens*) Conf. Act. VII. 3 fin.

9 παρῴκησεν) *advena concessit*. v. 13 not.

¶ τῆς ἐπαγγελίας· *promissionis*) Promissa erat statim Gen. XII. 7.

¶ ἐν σκηναῖς· *in tabernaculis*) Gen. XII. 8. Tentoriis utuntur πάροικοι, *advenae*. Antitheton, πόλις *urbs*. v. 10.

¶ μετὰ, *cum*) Idem victus, ejusdem fidei indicium. Constr. cum παρῴκησεν, *advena fuit*.

¶ καὶ ἰακὼβ, *& Iacob*) Hic XV annis natus ante obitum Abrahæ.

¶ τῶν συγκληρονόμων· *coheredibus*) Alias filii non dicuntur parentum *coheredes*, sed heredes. Non Abrahamo Isaacus, non Isaaco Iacob in acceptis retulit hereditatem, sed singuli ab ipso DEO acceperunt. Locutio hæc, *heredes promissionis*, & ἐπέτυχε ΤΗΣ ἐπαγγελίας, *adeptus est promissionem*, cap. VI. 17. 12. 15, dicitur de *ipsa re promissa*: at utraque, in hoc cap. XI. v. 9. 33. *coheredibus promissionis*, & ἐπέτυχον ἐπαγγελιῶν (sine articulo των,) *obtinuere promissiones*, itemque, v. 17, ὁ τὰς ἐπαγγελίας ἀναδεξάμενος, *qui promissiones susceperat*, de *promissione rei futurae* dicitur; & *ipsam rem promissam*, in hoc eodem potissimum capite, credentes dicuntur λαμβάνειν, κομίζεσθαι, *accipere, reportare*. v. 13. 39. Differentia locutionum diverso capitis VI & XI scopo congruit. namque capite VI laudatur ipsa veterum conditio, & in exemplum proponitur: sed capite XI conditio fidelium N. T. præ illa celebratur.

10 τὰς θεμελίους· *fundamenta*) quibus tentoria carebant. De his fundamentis vide in Ap. XXI. 14.

¶ πόλιν· *urbem*) quæ non dimovetur. v. 16.

¶ ἧς· *cujus*) quæ digna DEO conditore.

¶ τεχνίτης καὶ δημιουργὸς, *artifex & conditor*) Synonyma innuunt, totam urbem plane ab hoc uno esse conditore. is eam non solum fecit, sed etiam invenit.

11 καὶ αὐτὴ) *etiam ipsa*: vas infirmius.

¶ *) σπέρματος· *feminis*) a marito sene profecti.

¶ παρὰ καιρὸν ἡλικίας· *praeter tempus aetatis*) Similis locus *Pauli* Rom. IV. 19.

¶ πιστὸν ἡγήσατο· *fidum ducebat*) Alias non risisset. Diffidentiæ aliquid admixtum risus arguebat; sed plus tamen *fidei*, præsertim post elenchum.

12 ἀφ' ἑνὸς, *ab uno*) *ab* Abrahamo, per Saram.

¶ ἐγεννήθησαν) *nati sunt*, scil. Nati.

13 κατὰ πίστιν· *juxta fidem*) Non dicit hîc πίστει *fide*. nam cum verbo ἀπέθανον *mortui sunt* magis congruit κατὰ πίστιν *juxta fidem*. Conf. κατὰ, Matth. I. 20.

¶ ἀπέθανον· *mortui sunt*) Fides maxime apud morientes viget: v. 20 ss. & in morte maxime elucet spes in invisibilia & futura.

¶ ἕτοι, *hi*) Pronomen refertur ad eos, qui a v. 8 memorantur, expressiores nacti promissiones.

¶ τὰς ἐπαγγελίας· *promissiones*) i. e. ea, quæ promissa erant, v. 39. bona, etiam cœlestia. v. 13 fin.

¶ ἰδόντες καὶ ἀσπασάμενοι, *conspicati & amplexati*) Id cum πόρρωθεν, *procul*, facit oxymoron, quo *Paulus* delectatur. namque ἀσπάζεσθαι Eustathio est ὡς ἑαυτὸν σπᾶσθαι καὶ ἕλκειν διὰ δεξιώσεως καὶ περιπλέκεσθαι. sic enim solent amici, inter se occurrentes. Exquisite sic describitur fides veterum: & plane videtur respici illud Ioh. VIII. 56: *Abrahamus diem Christi vidit & gavisus est.*

¶ ὁμολογήσαντες· *fassi*) ultro. Confessio peregrinitatis nascitur ex amplexu cœlestium.

¶ ξένοι καὶ παρεπίδημοι) Gen. XXIII. 4, πάροικος καὶ παρεπίδημος ἐγώ εἰμι. ib. XLVII. 9, αἱ ἡμέραι ἃς παροικῶ - ἃς ἡμέρας παῴκησαν. παρὰ, in παρεπίδημοι, minuit. mundum tenent mundani; credentes vix in aliqua parte hærent, aut re aut animo certe.

¶ ἐπὶ τῆς γῆς· *super terram*) Antitheton, ἐπουρανίᾳ *coelestis*. v. 16.

14 ἐμφανίζουσιν· *ostendunt*) Insigne verbum. Es. III. 9 לא כחדו ἐνεφάνισαν.

¶ ἐπιζητοῦσιν· *requirunt*) *Cosmopolitae* se non *Cosmoxenos* appellant.

15 ἐμνημόνευον· *meminissent*) Obliti erant, per fidem.

¶ καιρὸν, *tempus*) tot annis.

16 οὐκ ἐπαισχύνεται) *non erubescit*, tametsi sunt terricolæ & peregrinatores: *non erubescit*, quia beatitudinem magnam, ut a Deo dari decet, eis tribuit, & promissiones eis datas explevit. itaque non solum non erubescit, sed laudem in eo reponit. μείωσις. vel etiam, *non erubescit*: quia ὀρέγονται, *cupide prensant*: modo ne divinum *beneplacitum* videatur demum ex ipsorum obedientia tanquam ex merito consecutum esse.

¶ ἐπικαλεῖσθαι· *cognominari*) Verbum mediæ vocis. Primum ipse se, deinde illi eum ita cognominarunt: *DEVS Abrahae* &c.

¶ πόλιν· *urbem*) in qua ipse regnat. [*Cujus*

*) καταβολὴν σπέρματος *non incongrue* feminis *quoque tribui, adeoque non opus esse ad* ὕστερον πρότερον *cum* Flacio, *in Clavi, confugere; Ioh.* Michaëlis, *Gryphisw. olim Theologus*, Not. exegetico-crit. *p. m. 194 monet. Qua de re Physici & Anatomici viderint quid sentiendum sit. Sed ipsa* Flacii *gloss*a in N. T. *haut indigna fuerit huc conferri; quum non in* ὑστέρῳ προτέρῳ *saltim haereat, sed alios quoque solutionis fontes ostendat. Ceterum* καταβολὴν σπέρματος, *ex analogia Scripturae, generatim* fundationem *seminis, i. e.* familiæ *copiosissimæ, designare posse (ut v. gr. dicitur* καταβολὴ κόσμου*); & b.* A. H. Frankii *sententia est*, Lectt. paræn. *P. II. p. m. 258, & S. R. D.* Ernesti, *Bibl. th. T. IV. p. 922.* E. B.

[*Cujus quantum splendorem esse debere existimes, quum ipse DEVS eam ostentet!* V. g.]

17 προσενήνοχεν· *obtulit*) quantum in ipso erat.

¶ τὸν μονογενῆ· *unigenitum*) respectu uxoris Saræ & promissionum. Ceteros filios amandavit Abraham.

¶ ὁ) Hoc rem auget, uti ὁ, c. VII. 4.

¶ ἀναδεξάμενος· *complexus*) item fide.

18 πρὸς ὃν, *de quo*) Refertur pronomen ad *unigenitum*, imo definitionem *unigeniti* hic versus habet. Πρὸς, *quod attinet*, determinandi vim habet. Sermo dictus erat ad Abraham, sed pertinebat ad Isaacum. conf. προς *ad* Luc. XIX. 9.

19 καὶ ἐκ νεκρῶν ἐγεῖραι δυνατὸς, *etiam a mortuis excitare potens*) tametsi nullum antehac exstiterat exemplum mortui suscitati. Pari modo commendat *Paulus* fidem Abrahæ, Rom. IV. 17. 21. Statuit, si Isaacum, qui necdum uxorem & liberos habebat, immolasset, resuscitari illum posse, atque ita tamen promissa in illo impletum iri.

¶ ὅθεν· *unde*) Particula illativa.

¶ καὶ ἐν παραβολῇ ἐκομίσατο· *etiam in parabola tulit*) ἐν παραβολῇ scil. ὤν. Simillima locutio Num. XXVI. 10, ἐγενήθησαν ἐν σημείῳ. Abraham non modo *tulit* filium, ut antea eum ad montem duxerat, sed etiam ipse factus est *parabola*, adeoque *testimonium nactus est*. v. 2. Omnis enim posteritas celebrat *fidem* Abrahæ, offerentis *unigenitum*. sic παραβολὴ, Hab. II. 6, & passim.

20-22 πίστει· *fide*) Plura exstant fidei in Isaaco, Iacobo & Iosepho specimina, sed apostolus sat habet singulorum singula posuisse, de rebus maxime futuris.

¶ εὐλόγησεν· *benedixit*) futura, quasi præsentia, utrique filio assignans.

21 ἀποθνήσκων· *moriens*) morti vicinus. Gen. XLVII. 29.

¶ τῶν υἱῶν ἰωσὴφ, *filiorum Ioseph*) etiam suis filiis benedixit; Gen. XLIX. & terram Canaan inter eos, quasi jam occupata esset, distribuit: sed benedictio filiorum Iosephi, quorum *utrique* manum imposuit, multa habebat singularia. nam suos filios pridem noverat; Iosephi filios visu non potuerat distinguere, & tamen fide distinxit, Gen. XLVIII. 10, & ex nepotibus filios declaravit, jure primogenituræ in Iosephum translato, & duobus illis adoptatis.

¶ καὶ προσεκύνησεν) *& adoravit* Dominum. Gen. XLVII. 31. Apostolus id ipsum respicit, quod Moses commemoravit ab Israël esse factum, quum juramento Iosephi confirmatum ei esset de sepultura in terra promissionis. conf. v. 22. unde animus & corpus pii semis erecta sunt.

¶ ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ) Sic plane LXX l. c. *super extremum baculi sui*. Legerunt הַמִּטָּה pro eo, quod Hebraice legitur הַמִּטָּה τῆς κλίνης *lecti*: ut habet Chaldæus quoque paraphrastes, Aquila, Symmachus. *Lectus* Iacobi memoratur etiam mox Gen. XLVIII. 2 & XLIX. 33. & tamen Iacobo etiamnum *baculum* ad manum fuisse, existimare possumus. Id enim fieri solitum est apud senes debiles. Confert *Hombergkius* Homerum, qui heroas verba facientes inducens dicere soleat: σκήπτρῳ ἐρεισάμενος. sed idem dehinc τὸ προσεκύνησεν tenuius interpretatur *incurvavit se*; nedum *verba facientem*, nedum stantem illo ritu Iacobum, Moses memorat. Major causa fuit, cur a Mose & *lectus* & *lecti caput*, quam cur *virga* & *virgæ extremum* commemoraretur. Nam pariter 1 Reg. I. 47 David *rex adoravit super cubile*. Et Iacob illo situ corporis, quo juramentum Iosephi in femore cubans exceperat, paululum mutato, facieque a reliquo lectulo aversa, & ad *summam* ejus *partem*, ubi cervical est, (רֹאשׁ ἄκρον, summa pars montis, muri &c.) con-

conversa, videtur de geniculis, & collectis viribus, uti Gen. XLVIII. 2, adorasse. In ipso tamen *lecto* latus aut brachium *baculo* suffulcire potuit. *Sic solent utriusque Testamenti scriptores alii interdum supplere, quod ab aliis est omissum, & data occasione quaedam ex majorum suorum traditione inferere, quae praeterlapsis temporibus non valde nota sunt.* Surenhusius. Sive veram esse circumstantiam de *baculo* quoque, divino aut humano documento norat apostolus, sive eam in summa rei nil mutare statuit, lectionem LXX viralem recte retinet, ut mox versu 23.

22 ἐμνημόνευσε· *meminit*) *memoriam* rei, patribus promissae, retentam protulit & quasi renovavit in futurum.

¶ περὶ τῶν ὀστέων· *de ossibus*) ut vel mortuus Ægyptum relinqueret, & in terram promissionis veniret. Qui fide carent, aut nullam aut vanam & evanidam ossium curam habent.

23 πίστει· *fide*) Fides hoc versu non innuitur Mosis, sed *patrum*, uti v. 30 non civium *Iericho*, sed Israëlitarum.

¶ πατέρων· *patribus*) LXX, Exodi II. 2 seq. sic habent; ἰδόντες δὲ αὐτὸ ἀστεῖον ὄν, ἐσκέπασαν αὐτὸ μῆνας τρεῖς. ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἐδύναντο ἔτι κρύπτειν αὐτό, ἔλαβεν ἡ μήτηρ αὐτῷ θίβιν. In Hebræo totum hoc matri adscribitur: ab apostolo, *patribus*. *Patrum* nomine *patrem & matrem* innuunt Syri: sed apud Hebræos Græcosque id aegre ostenderis. Chrys. h. l. ἄρχεται ἀπὸ τῶν γονέων τε μωϋσέως, ἀσήμων τινῶν ΑΝΔΡΩΝ. Hesychius, πατέρες, πλάσται ἢ πρόγονοι. Sic πατέρες, c. I. 1. III. 9. VIII. 9. Eph. VI. 4 not. Nunquam LXX dicunt γονεῖς pro אבות neque in N. T. pro verbo γονεῖς, tam saepe occurrente, πατέρας commode surrogari cognosces. Occultatus est Moses a *patribus*, id est, a patre, [*Amram*] & ab avo, non materno, qui erat ipse Levi, sed paterno, qui erat Kahath. Vixit ergo Kahath, nascente Mose. Magnus loci hujus recte explicati usus est in Chronologia sacra. vid. *Ord. Temp.* p. 68. [*Ed. II. p. 58.*]

¶ εἶδον· *videbant*) cum quodam magnarum rerum praesagio.

¶ ἀστεῖον· *pulcrum*) Act. VII. 20 not.

¶ οὐκ ἐφοβήθησαν· *non timuerunt*) Affectus ponitur pro effectu. v. 27 not.

24 πίστει μωϋσῆς· *fide Moses*) Tantum abest, ut fides adversa sit Mosi, ut ipse eximium ejus sit exemplum. Iteratur Mosis nomen, quia versu 23 de *patrum*, hîc de ipsius fide agitur. De usu hujus observationis respice, si vacat, Apparatum, p. 725. [*Ed. II. p. 418.*]

¶ μέγας γενόμενος) Sic LXX, Ex. II. 11.

¶ ἠρνήσατο· *negavit*) Specimen magnae *abnegationis* sui.

25 ἑλόμενος) Resolve, *& elegit*: sed, ἡγησάμενος, *quia duxit*. v. 26.

¶ συγκακουχεῖσθαι· *una affligi*) Oppressus erat populus. Antitheton, ἀπόλαυσιν, *fructum*.

¶ πρόσκαιρον· *temporalem*) Opponitur *fidei* exspectanti *futura*. ideo emphatice ponitur ante ἔχειν, *habere*.

¶ ἁμαρτίας· *peccati*) cui implicitus fuisset in aula Ægyptiaca, idololatrica. Abstracto simul innuitur concretum, *peccatores*, Ægyptii. Antitheton, τῷ θεῷ, *DEI*.

26 τὸν ὀνειδισμὸν τῷ χριστῷ· *opprobrium Christi*) Sic c. XIII. 13. Exspectatio Christi, quae vel maxime in Mose erat, centrum fuit rerum omnium, quarum nomine & Ægyptii & omnes gentes Israëlem despicabantur, maxime circumcisionis: cujus oppositum, praeputium, dicitur ὁ ὀνειδισμὸς αἰγύπτου, *opprobrium Ægypti*, circumcisione carentis. Ies. V. 9. Neque tamen ideo Moses populum deseruit.

¶ ἀπέβλεπε) *prospiciebat*, in longinquum.

¶ τὴν μισθαποδοσίαν· *mercedis redditionem*) quae *opprobrium Christi* sequitur, Ægypti

gypti thesauris lautior, & Mosi & sanctis omnibus exspectanda. Grande verbum.

27 μὴ φοβηθεὶς, *non veritus*) *timebat* ille quidem, Ex. II. 14. & tamen *non verebatur*. Vtrumvis ex effectu distincte noscitur. *Timuit* & fugit: *non timuit*, neque respexit, quam in partem rex vel cædem Ægyptii vel fugam Mosis esset acceptur-us. Hoc fidei erat, ex qua deinde regi obstitit fortissime.

¶ τὸν ἀόρατον) *Invisibilem*, DEVM.

¶ ἐκαρτέρησε, *tenuit*) firmiter, cum exspectatione, fidei robore. Hesychius, ἐκαραδοκεῖν, ἐκαρτέρειν, ἐπιτηρεῖν.

28 πρόχυσιν· *affusionem* זרק LXX sæpe προχέω vertunt. Exodi XII id verbum non occurrit.

¶ ὁ ὀλοθρεύων· *Perditor*) Sic LXX, Ex. XII. 23. Hic sine dubio fuit angelus bonus. Conf. Act. XII. 23 not.

29 διέβησαν· *transierunt*) Moses & Israël.

¶ ἐρυθρὰν, *rubrum*) Edomiticum mare. ים־סוף *ruber*.

¶ πεῖραν λαβόντες· *tentantes*) Notatur temeritas, sine *fide*. [*Ausu non absimili multi ruunt in aeternitatem*. V. g.] Duo cum faciunt idem, non est idem. Hactenus ex Mose, ejusque Genesi & Exodo: dein ex *prophetis* prioribus & posterioribus exempla citantur.

30 κυκλωθέντα) *circumita*, sine machinis. LXX, Ios. VI. 6 (7.) Implicite laudatur hoc loco fides Iosuæ: nec tamen memoratur solstitium miraculosum, quippe cui simile alterum non futurum erat. Ios. X. 12. 14.

¶ ἐπὶ ἑπτὰ ἡμέρας· *ad dies septem*) Alioqui obsidiones multæ, multorum annorum.

31 ἡ πόρνη· *meretrix*) אשה זונה LXX, γυνὴ πόρνη. Ios. II. 1. Ratio hæc, cur Rahab solita sit peregrinos excipere, auget etiam admirationem, cur deinde servata sit.

32 περὶ, *de*) Συναθροισμὸς & Congeries insignis, Subjecti, tum Prædicati.

¶ γεδεὼν κτλ.) Ordo temporis, *Barak, Gedeon, Iphthah, Samson, Samuel, David, prophetae*, cur mutatus, colligas ex not. ad v. seq. Græca orthographia apud LXX eadem. יפתח ἰεφθάε, ε pro χ ut in νῶε.

¶ σαμουὴλ, *Samuel*) Samueli commode subjicitur mentio *prophetarum*. Etiam David propheta erat: sed Samuel propheta, non rex.

¶ τῶν προφητῶν· *prophetis*) Eliæ, Esajæ &c. Simul innuuntur alii fideles, quibus aliquid cum prophetis intercessit.

33 f. δι-ἀλλοτρίων· *qui externorum*) Subjectis VII modo enumeratis, dantur IX prædicata, verbis commata δεινῶς graviter incipientibus. De *Davide* enim potissimum dicitur illud, κατηγωνίσαντο βασιλείας, *debellarunt regna*. 2 Sam. VIII. 1 ff. De *Samuele*, εἰργάσαντο δικαιοσύνην, *operati sunt justitiam*. 1 Sam. VIII. 9. XII. 3 ff. 23. XV. 33. De *Prophetis* postremo generatim, ἐπέτυχον ἐπαγγελιῶν, *obtinuere promissiones*. hoc enim eis proprie *obtigit*, ut *promissiones*, aliquando in Christo implendæ, per eos ederentur. v. gr. Dan. IX. 21. Hic phraseos significatus ipsi *prophetarum* vocabulo congruit. Sic hodie dicitur, *obtinere diploma*. Conf. not. ad v. 9. De prophetis item, ἔφραξαν στόματα λεόντων, ἔσβεσαν δύναμιν πυρὸς, *occluserunt ora leonum, exstinxerunt vim ignis*, Dan. VI. 22, (ubi eadem phrasis τῶν LXX) III. 27. quæ sunt ultima in V. T. & quidem in *Hagiographis*, descripta miracula. Atque h. l. de ipsis fidelibus prædicantur ea, quæ ll. cc. DEO adscribuntur, ejusque angelo. His demum exemplis, unde fides apertius elucet, antiquiora illa, quæ evidentiam ex his accipiunt, subtexuntur, per χιασμὸν, (qualis est Matth. XXII. 46. coll. v. 41. 29.) retrogradoque ordine.

ne. *) namque de *Iephthah* potissimum dicitur, ἔφυγον στόμα μαχαίρας, *effugerunt aciem gladii:* Iud. XII. 3. de *Simsone*, ἐνεδυναμώθησαν ἀπὸ ἀσθενείας, *convaluerunt ex infirmitate:* Iud. XV. 19. XVI. 28. s. de *Barak*, ἐγενήθησαν ἰσχυροὶ ἐν πολέμῳ, *facti sunt robusti in bello:* Iud. IV. 14 s. de *Gideone*, παρεμβολὰς ἔκλιναν ἀλλοτρίων, *castra pepulerunt externorum:* Iud. VII. 21. ut hæc quatuor prædicata, coll. v. 32, totidem subjectis, ordine retrogrado, singulariter respondeant, gradatione inclusa. Sic maxima quæque, etiam heroica facinora, civilia & militaria, fides animat. Denique observa, hac Congerie summatim comprobari auctoritatem Prophetarum priorum & posteriorum.

34 ἔκλιναν· *pepulerunt*) fuga hostium & cæde eorundem mutua.

¶ ἀλλοτρίων· *alienorum*) i. e. hostium.

35 ἔλαβον, *acceperunt*) quasi eripuerunt.

¶ γυναῖκες· *mulieres*) credentes, natura infirmæ.

¶ ἐξ ἀναστάσεως· *ex resurrectione*) *ex*, ait, non, *per*. Futuram resurrectionem anteverterunt.

¶ νεκρὰς) *mortuos* filios. 1 Reg. XVII. 22. 2 Reg. IV. 35.

¶ ἄλλοι δὲ, *alii vero*) Ab agentibus ad patientes venit; (quanquam & agentis & patientis exemplum vel Abel pridem fuit, v. 4.) ac δὲ *vero* particula epitasin facit. hæc genera distinguit τὸ ἄλλοι, *alii:* species patientium distinguit τὸ ἕτεροι, *ceteri.* v. 36. Eandem differentiam observat *Paulus* 1 Cor. XII. 8 seq.

¶ ἐτυμπανίσθησαν) τύμπανον, bacillus tympanistæ. inde, *fustuarium;* Gallice, *bastonnade.* ἐτυμπανισθησαν, *fustibus caesi sunt.* Hesychius, ἐτυμπανίσθησαν, ἐκρεμάσθησαν, ἐσφαιρίσθησαν. Vulgatus, *distenti sunt.* etenim ut in tympano membrana sive corium, sic in tali supplicio corpora distendebantur, quo magis paterent ad ictum. Respicit apostolus Eleazarum, in persecutione Antiochina, 2 Macc. VI, de quo v. 20 sic scribitur: ἀνθαίρετος ἐπὶ τὸ τύμπανον προσηγε. rursum, v. 28, ἐπὶ τὸ τύμπανον εὐθέως ἦλθε. tum, v. 30, μέλλων δὲ ταῖς πληγαῖς τελευτᾶν, ἀναστενάξας εἶπε· τῷ κυρίῳ τῷ τὴν ἁγίαν γνῶσιν ἔχοντι φανερόν ἐστιν, ὅτι δυνάμενος ἀπολυθῆναι τὸ θανάτου, σκληρὰς ὑποφέρω κατὰ τὸ σῶμα ἀλγηδόνας μαστιγόμενος κτλ. Porro ut τυμπανίζειν est *fustibus caedere*, sic ἀποτυμπανίζειν *fustibus occidere:* & simplici verbo utitur apostolus, quia post τυμπάνων πεῖραν (conf. v. 36.) etiamnum poterant, si fidem frangere vellent, τὴν ἀπολύτρωσιν *liberationem* accipere. Vide Suiceri Thesaurum ex Gatakero illud quoque demonstrantem, id verbum sæpe de qualibet morte violenta dici: opinor, quia maxime obvium armorum genus in omni tumultu & concursu

*) *Quem ordinem* Notulæ criticæ [*App. crit. Ed. II. P. IV. N. XIV. p. 918*] *sequenti* Schemate *exhibent:*

1. γεδεὼν - - παρεμβολὰς ἔκλιναν ἀλλοτρίων.
2. βαρὰκ - - ἐγενήθησαν ἰσχυροὶ ἐν πολέμῳ.
3. σαμψὼν - ἐνεδυναμώθησαν ἀπὸ ἀσθενείας.
4. ἰεφθάε - - ἔφυγον στόμα μαχαίρας.
5. δαυὶδ - - κατηγωνίσαντο βασιλείας.
6. σαμουὴλ - εἰργάσαντο δικαιοσύνην.
7. προφητῶν - ἐπέτυχον ἐπαγγελιῶν,
   ἔφραξαν στόματα λεόντων,
   ἔσβεσαν δύναμιν πυρός.

cursu fustes sunt. certe hoc ipso loco videtur apostolus universum tumultuariæ necis genus per fustes inflictum denotare (cui tympanum Antiochi ante cetera tortorum instrumenta memoratum includitur) & versu seq. ad quæsitiora venire supplicia. Habet autem forma passiva vim mediam: *passi sunt se fustibus cædi.* sic quoque v. 37, coll. v. 36.

¶ τὴν ἀπολύτρωσιν· *liberationem*) Eleazarus, ἀπολυθῆναι, dixit, ut modo vidimus. Ipse scriptor libri II Maccabaici cavit, ne nulla videretur egere venia: excusat se c. II. 24-31-33: sed tamen historia populi Iudaici ab ædificatione templi secundi ad initium N. T. pretiosa est.

¶ κρείττονος) Resurrectio illa *melior* est, quam ea, quæ vitam mortalem restituit. Respicitur initium hujus versus. Planum est antitheton: *multeres* accepere mortuos & recuperarunt ex resuscitatione ad vitam temporalem: *martyres*, mortem subeuntes, propositum sibi *resurrectionem meliorem*, non ad temporalem vitam, sed æternam. Conf. 2 Macc. VII. 9. 11. 14. 29. 36.

36 ἐμπαιγμῶν καὶ μαστίγων) Eadem verba, 2 Macc. VII. 7. 1.

¶ πεῖραν ἔλαβον· *experientiam ceperunt*) Hoc auget constantiæ laudem. multos, qui sibi fortes videbantur, fregit *experientiæ* acerbitas. Eadem phrasis Deut. XXVIII. 56. Hanc *experientiam* ignorant delicati & lauti; modo ne fugiant eam.

¶ ἔτι δὲ, *insuper vero*) Incrementum. coll. Luc. XIV. 26.

¶ δεσμῶν κτλ. *vinculorum* &c.) Videtur apostolus hîc descendere ad exempla recentia; quanquam talia etiam in libris canonicis exstant.

37 ἐπρίσθησαν) *Esajam serratum esse a Manasse serra lignea, apud Iudæos certissima traditio est; unde & nostrorum plurimi illud, quod de passione sanctorum in ep. ad Hebr. ponitur*, serrati sunt, *ad Esajæ referunt passionem.* Hieronymus lib. XV comm. in Esaj. Si de Esaja, ut Tostato & aliis videtur, fabula est: aliis vere accidit.

¶ ἐπειράσθησαν· *tentati sunt*) Habet periocha quatuor partes: prima est varia, *ludibriorum &c.* secunda varia, *lapidati, serra divisi sunt:* tertia simplex, *tentati sunt;* quarta simplex, *in occisione gladii mortui sunt.* Primæ respondet tertia (πεῖραν, ἐπειράσθησαν, *tentamen, tentati,*) secundæ quarta, cruciatibusque neces alternatim miscentur. *tentati sunt*, quovis modo, (idem verbum, v. 17. c. II. 18.) minis, contumeliis, tormentis, quorum varietas & novitas, verborum copiam excedit; rursum blanditiis (1 Thess. III. 3 not.) quæ sæpe non minus solicitant, pollicitationibusque & beneficiis. conf. iterum 2 Macc. VI. 21 s. VII. 24.

¶ ἐν φόνῳ μαχαίρας ἀπέθανον· *in cæde gladii mortui sunt*) לפי חרב LXX non uno loco ἐν φόνῳ μαχαίρας. Gladius, suppliciorum extremum, *Paulo* notatus, Rom. VIII. 35 not.

¶ ἐν μηλωταῖς· *in pellibus ovinis*) ut Elias. LXX, 1 Reg. XIX. 13. Eliam tamen etiam falsi prophetæ externo habitu sunt imitati. Zach. XIII. 4.

38 ὧν οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος· *quibus non erat dignus mundus*) Sancti quamvis pauci & miseri sunt pluris, quam reliquus mundus omnis. Sic Prov. VIII. 11, πᾶν τίμιον οὐκ ἄξιον αὐτῆς ἐστιν. Construitur incisum cum *circumierunt:* & tamen hoc demum loco ponitur ob antitheton inter *mundum* spatiosum & inter *foramina terræ.*

¶ πλανώμενοι· *errantes*) ab improbis excluſi.

¶ σπηλαίοις· *speluncis*) 1 Reg. XVIII. 4. 13.

¶ καὶ ταῖς) Articulus facit epitasin, *adeo.* conf. annot. ad Chrysost. de Sacerd. p. 493.

39 καὶ οὗτοι πάντες· *& hi omnes*) Symperasma patheticum.

¶ μαρτυρηθέντες· *testimonium nacti*) v. 2 not.

¶ τὴν ἐπαγγελίαν· *promissionem*) i. e. promissam cœlestem hereditatem. c. X. 36 not. Flacius: *Probabile est, sanctis animabus aliquem quasi gradum cumulumve beatitatis, veniente omniaque implente Christo, accessisse; sicut eo sepulto multos resurrexisse Evangelistæ testantur, qui procul dubio cum ipso in cœlum ascenderunt.* Omnino in morte Christi & ipse Christus *consummatus est*, c. II. 10, & vivi mortuique *consummationis* potiti sunt: c. X. 14. & fit *consummatio* fidelium singularis in ipsorum obitu; c. XII. 23. universalis vero fidelium & extrema *consummatio* fiet in adventu Domini; de qua h. l.

40 κρεῖττόν τι· *melius quiddam*) Hoc *melius* est promissæ salutis revelatio clarior, confirmatio testatior, exspectatio propior, per Christum exhibitum, & tandem ipsa salus & gloria.

¶ προβλεψαμένου· *providente*) Exquisitum verbum. Quæ *nondum videt* fides, DEVS *providet*. Gen. XXII. 8. 14. Ioh. VI. 6. Ex hac *provisione* fluxit tota œconomia temporum, & *testimonium* DEI ad veteres.

¶ χωρὶς ἡμῶν· *sine nobis*) Μείωσις. non modo non sine nobis consummati sunt, sed illi potius nobiscum, quam nos cum illis. Non dicit, *ne nos sine illis*, sed, *ne illi sine nobis*. Hoc probe tenendum est. non enim innuitur tantummodo aggregatio nostra ad illos, sed melior conditio nostra, quam illorum *exspectantium*.

CAP. XII.

1 Περικείμενον) proprie, *circumjacentem*. Verbo κεῖμαι, ejusque compositis, ut mox v. 2, sæpe utuntur Græci, & varie: quare verbum *jaceo* hîc non valde premendum est. Sed præpositio περὶ dicit, *prope circumdantem, urgentem nubem*, magna emphasi. Congruit ex opposito περὶ in εὐπερίστατον.

¶ νέφος) *nubem* dicit, ob multitudinem magnam, cum sancta velocitate tendendi in altum. νέφος ἅγιον καὶ διειδὲς, *nubem sanctam & pellucidam* dicit *Clemens Al.* l. IV Strom.

¶ μαρτύρων· *testium*) c. XI. 39 not.

¶ ὄγκον) ὄγκος (ab ἔγκω, ἐνέγκω) *pondus*. inde, quum ad animum transfertur, *tumor, fastus*. Themistius Or. IV, αὐτοὶ μὲν μέτριοι φύσει εἰσὶν, ἐγὼ δὲ αὐτοὺς ὄγκου ἐμπίπλημι καὶ χαυνότητος. Hesychius, ὄγκος, φύσημα, ὑπερηφανία, ἔπαρσις, μέγεθος. Talis ὄγκος *moderationi* spirituali inimicissimus est, & amentiam conjunctam habet.

¶ τὴν εὐπερίστατον) περίστασις, τὸ περιεστηκός. inde, per synecdochen speciei, τὸ δύσκολον, *periculum, incommodum*. inde εὐπερίστατος. Hesychius, τὴν εὐπερίστατον, τὴν εὔκολον, i. e. *facillime difficultates objicientem, & in pericula conjicientem*. ואליך תשוקתו Gen. IV. 7, *peccatum ambit te*. Contra, ἀπερίστατον ἕλκος, Galeno, *ulcus periculo carens*. ἡ ἁμαρτία, *peccatum*, genus: species, ἡ εὐπερίστατος ἁμαρτία, *infidelitas*, quia præsentaneum est ejus periculum, & quia hoc peccatum, si admittas, maximum perniciei periculum affert. c. III. 12 ss. Neh. VI. 13.

¶ δι' ὑπομονῆς· *per patientiam*) Respicit ad c. X. 36. Huic opponitur ὄγκος, in excessu; & ἡ εὐπερίστατος ἁμαρτία, in defectu: uterque morbus, *judaicus*. illi respondet τὸ ὀλιγωρεῖν, *vilipendere*; huic τὸ ἐκλύεσθαι, *frangi*. v. 5 not.

¶ τρέχωμεν· *curramus*) *cursu conficiamus* certamen. Sic *Paulus* 1 Cor. IX. 24 s.

2 ἀφορῶντες) ἀπὸ notat *longe*, ut in ἀπέ-

ἀπέβλεπε. c. XI. 26. Ille, inquit, ſedet in dextra throni DEI.

¶ εἰς τὸν τῆς πίστεως ἀρχηγὸν καὶ τελειωτὴν, *in fidei principem & conſummatorem*) Hac appellatione diſtinguitur Ieſus ab omnibus iis, qui c. XI enumerantur. Ipſe exemplum unicum, unica norma ac regula fidei eſt. *fidei princeps & conſummator* dicitur, quia ipſe fidem Patri ab initio ad exitum præſtitit. c. II. 13. Eum fides noſtra initio & fine ſpectat: ex eo ad ſequelam trahitur & corroboratur: eum fideles a primo ad noviſſimum usque intuiti ſunt & intuentur. c. XI. 26. XIII. 8.

¶ ἀντὶ, *pro*) Denotatur fides Ieſu. *Pro* gaudio propoſito, illo ſcilicet, quod mox erat aditurus, Act. II. 28, crucem tantiſper æque libenter ſuſtinuit. [--- Pro gaudio, *i. e. ut conſequeretur gaudium.* V. g.] Chriſtus non eo fuit animo, ut crux ipſi videretur non eſſe *gaudii.* conf. v. 11. Sic inter ſe reſpondent προκείμενον & προκειμένης.

¶ σταυρὸν, *crucem*) Nunc demum Paulus, confirmata eorum fide, ad quos ſcribit, inviſum multis nomen crucis exprimit.

¶ αἰσχύνης· *contumeliam*) maximam, cum cruce conjunctam. Conf. c. XIII. 13. 1 Petr. II. 24 not. Matth. XXVII. 35.

¶ καταφρονήσας· *contemnens*) quanquam ea dolori fuit. Ps. LXIX. 20 ſ.

¶ ἐν δεξιᾷ τε· *atque in dextera*) poſtquam conſummatus eſt. In *Dextra* illa eſt *gaudium*, Ps. XVI. 11, & *gloria*. Opponuntur inter ſe, *gaudium* & *crux: ignominia* & *ſeſſio in dextra throni DEI.*

3 ἀναλογίσασθε) *comparatione* inſtituta *cogitate:* Dominus tanta tulit; *quanto magis* ſervi ferant aliquid? Eſt quaſi locutio modalis. Riſſime enim fit, ut γὰρ ad imperativum addatur. tantundem eſt, ac ſi diceret: Dominus *enim* tantam *contradictionem* ſuſtinuit: & id vos recordari debetis. Vis ætiologiæ cadit in alterum verbum, quod ad latus apponitur. confer ὑπομεμενηκότα, hîc, & ὑπέμεινε, v. 2.

¶ ὑπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν· *a peccatoribus*) De nobis dicitur, *adverſus peccatum*, v. 4: coll. v. 1. Nos ipſum peccatum oppugnat, quo alii aguntur & quo nos tentamur; Chriſto non peccatum, ſed peccatores *contradixerunt.*

¶ ἀντιλογίαν) LXX, ἀντιλογία, pro מְרִיבָה Ps. LXXX. 7: pro רִיב ſæpe. *Contradictio* involvit repugnationem, Ioh. XIX. 12. Act. XXVIII. 19, maximeque denotat indolem *infidelitatis*, ſicut *fidem* ſequitur *confeſſio.*

¶ ἵνα μὴ κάμητε ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν) LXX, κάμνων τῇ ψυχῇ μου· Iob X. 1. Nam alias κάμνειν eſt corporis. Sed ἐκλυόμενοι ponitur abſolute, uti v. 5.

¶ ἐκλυόμενοι) v. 5. Qui ἐκλύεται *deficit* actu, is κάμνει *defatigatur* habitu.

4 οὔπω· *nondum*) Aſyndeton animoſum.

¶ μέχρις αἵματος· *usque ad ſanguinem*) usque ad vulnera & mortem. A curſu venit ad pugilatum, ut *Paulus* l. c. Opes, inquit, non ſanguinem, impendiſtis. c. X. 34. Proponite vobis graviora. [*qualia ſcil. nondum experti eſtis. 1 Cor. X. 13.* V. g]

¶ ἀντικατέστητε· *reſtitiſtis*) Quod *contradictio* eſt in malam partem, id ἀντικαλαστῆναι *reſiſtere* dicit in bonam. LXX, loco mox citando.

¶ πρὸς) Conſtr. cum ἀντικατέστητε. Deut. XXXI. 21, καὶ ἀντικαταστήσεται ἡ ᾠδὴ αὕτη κατὰ πρόσωπον αὐτῶν μαρτυρᾶσα· *& reſpondebit canticum hoc adverſus eos tanquam teſtis.*

¶ ἀνταγωνιζόμενοι· *repugnantes*) Peccatum pugnam excitat: noſtrum eſt *repugnare.*

5 καὶ) & tamen jam.

¶ ἐκλέλησθε· *obliti eſtis*) ex memoria & animo dimiſiſtis. Sic *meminiſſe* & de memoria & de animo dicitur.

¶ τῆς παρακλήσεως· *hortationis*) Illuſtre teſti-

testimonium de auctoritate librorum Salomonis. Conf. 1 Petr. III. 6. IV. 8. 18 nott. & c. V. 5. 2 Petr. II. 22. Hæc paracleſis plus apud vos valere debebat, quam apud certantes in mundo omnes voces *hortantium*.

¶ ὡς υἱοῖς· *tanquam filiis*) Dicitur enim, υἱέ μου, *fili mi*, amantiſſime.

¶ υἱέ μου· *fili mi*) Prov. III. 11. 12. LXX, υἱέ. cetera usque ad παραδέχεται, iisdem verbis. Et ſolent illi בני υἱὲ vertere. Sic enim Salomo eum, quem in Parœmiis, DEI nomine, inſtituit, appellitat.

¶ μὴ d) ὀλιγώρει) אל תמאס (coll. מאס Es. VIII. 6.) id eſt, *ne ſpreveris*, animo contumaci. Præcipitur ὑποταγῇ, *ſubjectio*, v. 9, reſpectu παιδείας, *diſciplinæ*, quæ lenior.

¶ μηδὲ ἐκλύου) ואל תקץ (coll. קץ Es. VII. 16.) *ne refugeris animo fracto*. Præcipitur ὑπομονῇ, *patientia*, v. 7, reſpectu ἐλέγχου, *quo quis arguitur* ſeverius.

6 μαστιγοῖ δὲ, *flagellat autem*) Hebr. וְכֹאֵב & (ſubaudi, *Dominus* יסר *caſtigabit*) ſicut pater filium, quem *placitum habebit*. LXX legerunt וּבְאַב μαστιγοῖ δὲ. Id retinuit apoſtolus, quanquam id alias non denotat paternam caſtigationem. Flagello cietur ſanguis. v. 4. Atque ipſe vim lectionis Hebraicæ inſinuat v. ſeqq. Prudentis doctoris eſt, verſionem apud plures non aperte reprehendere: & tamen vim fontium eis inſcientibus propinare.

7 εἰ, *ſi*) Diſciplinæ neceſſitas aſſeritur hîc & verſu ſeq. eorum autem, quibus diſciplina obtingit, officium, verſu 9 ſeq. Itaque verſu 7 *diſciplina* potius ſpectatur, quam *patientia*. In v. 7 & 9 *diſciplina* ſimul comprehendit *elenchum*; ſed in v. 5 *diſciplina elencho* contradiſtinguitur.

¶ υἱοῖς) non modo τέκνοις. Glorioſiſſima conditio *filiorum*.

¶ προσφέρεται) *præbet ſe*, eo ipſo, dum caſtigat.

¶ Τίς γὰρ, *quis enim*) Præſupponitur, omnes egere caſtigatione, ob culpam.

8 εἰ δὲ χωρὶς ἐστε) Si *eſtis* & eſſe vultis &c. χωρὶς, *extra*, particula triſtis.

¶ μέτοχοι· *participes*) Verbum favorabile.

¶ πάντες· *omnes*) omnes filii, v. 7. omnes *teſtes*, v. 1.

¶ ἄρα νόθοι ἐστὲ καὶ οὐχ υἱοὶ, *nothi igitur eſtis, ac non filii*) Enthymema, in quo ſubaudias hoc: atqui non volumus eſſe nothi, ſed filii. Ergo ſuſcipiemus diſciplinam.

9 εἶτα) *tum*. Particula, quæ argumentum inſtitutum perſequitur, & auditorem amplius urget. Vid. ad Chryſoſt. περὶ ἱερωσ. p. 402.

¶ Τῆς μὲν τῆς σαρκὸς ἡμῶν πατέρας· *carnis quidem noſtræ patres*) Antitheton, Τῷ πατρὶ τῶν πνευμάτων, *Patri ſpirituum*. Ex hominibus generatio carnalis; ex DEO ſpiritualis. Non negatur hîc propagatio *animæ* per parentes, ſicut mentione *ſpirituum* non negatur, *carnem* noſtram, i. e. naturam, a DEO formari.

¶ εἴχομεν) *habebamus*, ferebamus, æquo animo, imitio ætatis.

¶ καὶ ἐνετρεπόμεθα) Fructus diſciplinæ, *verti* ad virtutem & frugem. ἐντρέπεσθαι, Τὸ ἐπιστρέφεσθαι, μεταβάλλεσθαι, in Homero notat Euſtathius. ſed & pro נכנע LXX ἐντρέπεσθαι 2 Chron. VII. 14. XII. 7. 12. XXX. 11. XXXVI. 12. &c.

¶ Τῷ πατρὶ τῶν πνευμάτων· *Patri ſpirituum*) Exquiſita appellatio. conf. πνεύμασι, *ſpiritibus*. v. 23. Sic LXX, Κύριος

d) ὀλιγώρει --- ἐκλύου] Duo extrema: ὀλιγωρεῖν eſt animi contumacis: ἐκλύεσθαι, fracti. Illud dicitur ὄγκος, v. 1: hoc, ἡ ἁμαρτία, non in genere, ſed ſpeciatim ἡ ἐυπερίστατος ἁμαρτία, id eſt, ἀπιστία c. III. 12. *Nov. crit.*

ὁ θεὸς τῶν πνευμάτων. Num. XXVII. 16, nec non Num. XVI. 22.

¶ καὶ ζήσομεν· & *vivemus*) vita spirituali & perpetua. Id declaratur v. seq. Sæpe *spiritus* & *vita* conjunctim memorantur. καὶ & habet vim consecutivam, ut modo καὶ ἐνετρεπόμεθα, & *reverebamur*.

10 πρὸς ὀλίγας ἡμέρας) *ad paucos dies*, quibus vita nostra in carne constat. Notantur dies non solum ii, quos durat ipsa disciplina: sed *ad* quos disciplinæ fructus pertinet. Huic πρὸς respondet Τὸ εἰς, in fine versiculi: coll. c. IX. 13. 14. Similiter has præpositiones jungit *Paulus* Eph. IV. 12 not.

¶ κατὰ τὸ δοκεῖν αὐτοῖς· *prout ipsis videbatur*) Sane ita est. Multum indulgentia, multum severitate in disciplina peccant patres carnis: nec tam castigant, quam castigare se putant. At Pater spirituum plane εἰς τὸ συμφέρον, *commodo* nostro castigat. αὐτοῖς *ipsi*: continet antitheton ad eos, qui castigantur a patribus carnis. Sic respondet δοκεῖν, & δοκεῖν v. seq.

¶ εἰς τὸ μεταλαβεῖν τῆς ἁγιότητος αὐτοῦ, *ut fiamus consortes Sanctitatis ipsius*) ἁγιωσύνη, *sanctimonia*: ἁγιασμὸς, *sanctificatio*: v. 14. at ἁγιότης, *sanctitas*. *Sanctitas DEI*, i. e. Deus, qui sanctus est: quem non assequuntur nisi sanctificati; quem qui assequuntur, vita spirituali æternum fruentur. [*Filiali reuerentia fas est hanc* Sanctitatem *prosequi: neque tamen prope ad eam accedere non datur.* V. g.] Appellatio abstracta, uti ἡ μεγαλωσύνη *Majestas* c. I. 3. ἡ δόξα αὐτοῦ, *Gloria ipsius*. Iud. v. 24. ἡ μεγαλοπρεπὴς δόξα, *magnifica Gloria*, 2 Petr. I. 17. Atque illud, ἵνα γένησθε θείας κοινωνοὶ φύσεως, *ut fiatis divinæ consortes naturæ*, i. e. DEI, 2 Petr. I. 4, cum præsenti loco singulariter congruit.

11 πᾶσα· *omnis*) quam & patres carnis & Pater spirituum adhiber.

¶ δὲ, *autem*)· Occupatio.

¶ δοκεῖ· *videtur*) Sæpe enim sensus doloroſus impedit judicium sincerum.

¶ λύπης· *moeroris*) Castigatores videntur eorum, qui castigantur, *moerorem* habere propositum; sed non ita est. 2 Cor. I. 24. VII. 8.

¶ εἰρηνικὸν-δικαιοσύνης) LXX, καὶ ἔρξαι τὰ ἔργα τῆς δικαιοσύνης εἰρήνη. Es. XXXII. 17. εἰρηνικὸν, *pacalem*. Hebr. שלם LXX εἰρηνικὸς, Gen. XXXVII. 4. &c. antitheton ad δοκεῖ *videtur*. Castigator demonstrat, se fideliter fecisse: castigatus id agnoscit, & gratiam habet. inde *pax*.

¶ γεγυμνασμένοις· *exercitatis*) Tales & minus oneris habent, & quicquid oneris habent, facilius ferunt. Callent.

¶ ἀποδιδῶσι) *reddit*, scil. antehac reservatum fructum.

¶ δικαιοσύνης· *justitiæ*) Suaviter hæc declaratio, postquam suspensum sermo lectorem tenuerat, in extremo additur: fructum pacatum, nempe *justitiæ*, qua præditus homo accedit ad *Sanctitatem* DEI, cum gaudio.

12 διὸ, *propter quod*) Reassumitur cohortatio. v. 1.

¶ Τὰς παρειμένας χεῖρας καὶ τὰ παραλελυμένα γόνατα ἀνορθώσατε) Es. XXXV. 3. LXX, ἰσχύσατε χεῖρες ἀνειμέναι, καὶ γόνατα παραλελυμένα. Iidem, Deut. XXXII. 36, εἶδε γὰρ αὐτὸς παραλελυμένους καὶ παρειμένους. παρειμένας χεῖρας-παραλελυμένα γόνατα. Sic Sir. XXV. 25. Habet hæc cohortatio tres partes, respectu ipsorum, & aliorum, & DEI, quem triplicem respectum sæpe habet *Paulus*, v. gr. 1 Cor. VI. 11. Prima pars incipit, Τὰς παρειμένας, *remissas*: secunda, εἰρήνην, *pacem*: tertia, καὶ τὸν ἁγιασμὸν, & *sanctimoniam*: & primam respicit illud, μή τις ὑστερῶν, *ne quis se retardet*. secundam illud, μή τις ῥίζα πικρίας, *ne quæ radix amaritudinis*: tertiam illud, μή τις πόρνος ἢ βέβηλος, *ne quis scortator aut profanus*. Id anaphora in μή τις *ne quis* ter posito comprobat.

cf. Matth. 6, 1 not.

¶ χεῖρας· *manus*) vestras, coll. v. 13. & fratrum v. 15. Es. cap. cit. v. 4. & sic, γόνατα, *genua*, & ποσὶν, *pedibus*.

13 καὶ τροχιὰς) *orbitas*, conspicuas. Hexameter, valde opportunus. Prov. IV. 26, ὀρθὰς τροχιὰς ποίει σοῖς ποσίν.

e) ¶ Τοῖς ποσὶν, *pedibus*) Dativus, Genitivo Hebraico in Prov. l. c. conveniens. Ipsi pedes, *claudi* quippe, opis egent, non minus, quam *manus* & *genua*.

¶ Τὸ χωλὸν) Hoc in pedibus est, quod πάρεσις in manibus. desinite *claudi* are inter Iudaismum & Christianismum. conf. 1 Reg. XVIII. 21, & Es. cap. cit. v. 6.

¶ ἐκτραπῇ· *deflectat*) ad dextram vel sinistram, a rectitudine. Prov. l. c. v. 27. Τὸ ἐκτρέπεσθαι novum *clauditati* vitium addit.

¶ ἰαθῇ *sanetur*) Ipsa exercitatio recta ad sanitatem confert.

14 μετὰ, *cum*) Constr. cum εἰρήνην, *pacem*. coll. πολλοὶ, *multi*. v. 15.

¶ καὶ τὸν) Articulus facit epitasin. c. XI. 38.

¶ ἁγιασμὸν, *sanctificationem*) cujus præcipuæ partes, *castitas* & *sobrietas*. coll. v. 16.

¶ οὐδεὶς ὄψεται· *nemo videbit*) tanquam sacerdos, Ap. XXII. 3 f. aut filius. conf. 2 Sam. XIV. 24.

¶ Τὸν Κύριον· *Dominum*) sanctum, purum.

15 μή τις ὑστερῶν· *ne quis se retardet*) per segnitiem in currendo.

¶ μή τις ῥίζα πικ[illegible] ἄνω φύουσα ἐνοχλῇ, *ne quæ radix amaritudinis, supra germinans, turbas det*) Deut. XXIX. 18. LXX, μή τις ἐστὶν ἐν ὑμῖν ῥίζα ἄνω φύουσα ἐν χολῇ καὶ πικρίᾳ. Sed apostolus pro ἐν χολῇ totidem literis scripsit ἐνοχλῇ. Potuit ἐνοχλῇ etiam antea apud LXX invectum esse: potuit apostolus primum ita scribere. Opportune certe inflexum est verbum ad commendandum *pacis* studium. ἐν χολῇ non scripsit apostolus, ut Τὸ πικρίας, trajectum, ostendit. In Hebræo is ipse, qui pessime cogitat, שׁרשׁ *radix* appellatur. id quod etiam apostoli contextui congruit. *Amaritudine* perimitur dulcis *pax*. Adverbium *supra* opponitur *radici*, quæ infra est. conf. Es. XXXVII. 31.

¶ πολλοὶ, *multi*) Deut. cap. cit. v. 19. *irriguum cum sitibundo*, scil. solo sive terra.

16 πόρνος· *scortator*) c. XIII. 4. 1 Cor. X. 8.

¶ ἢ, *aut*) *Libido* & *intemperantia cibi*, affines.

¶ βέβηλος· *profanus*) spiritualem prærogativam projiciens pro fructu *gulæ*. vide Gen. XXV. 34, Esau *& edit & bibit; & surrexit & abiit*. Graphica profani animi hypotyposis.

¶ ὡς ἠσαῦ· *ut Esau*) Exemplum aptissimum ad horrorem, *Iacobi* secundum carnem filiis incutiendum.

¶ μιᾶς, *una*) Id culpam auget, non misericordiam meretur. conf. Gen. III. 6. In utramque partem *unica* quandoque actio maximum habere momentum potest. Constat idem exemplo Rubenis & Sauli: & rursum Abrahami, Pinechasi &c.

¶ Τὰ πρωτοτόκια· *primogenituram*) pretiosissimam. Etiam Hebræorum, ad quos scribitur, erat jus primogenituræ ante gentes. v. 23 not.

¶ αὐτῆ· *suam*) Hanc ergo revera habuerat. Primogenituræ spiritualis consortes decet sancta sobrietas & temperantia.

17 ἴστε γὰρ, *scitis enim*) Causa admonitionis ex Gen. XXVII. 30 ff.

¶ καὶ μετέπειτα· *etiam deinceps*) *Qui non habet, amittit*. Luc. VIII. 18.

¶ θέλων· *volens*) Rom. IX. 16.

¶ ἀπεδοκιμάσθη) *repulsus est*. Non omni

e) ὀρθὰς, *rectas*] rectâ viâ ad gaudium & gratiam deducentes. v. 1. 2. 15. *V. g.*

omni benedictione excidit, c. XI. 20, sed ea, quæ primogenituram secutura fuerat.

¶ μετανοίας τόπον· *poenitentiæ locum*) Μετάνοια fuisse nulla dicitur, non penes Isaacum: non quo res ipsa obstet, nam is sane sententiam adeo non mutavit, ut de Iacobo dixerit, ηὐλόγησα αὐτὸν, καὶ εὐλογημένος ἔσαι· Gen. XXVII. 33: sed quia apud LXX & alios quidem τὸ μετανοεῖν vel etiam μετάνοια dicit pœnitentiam, qua quis sententiam mutat quamcunque, in Novo autem Testamento semper illam, qua peccator totus resipiscit. Neque nulla fuisse dicitur penes Esavum: qui quum primogenitura quidem, sed benedictione nunquam, se abdicaverit, *consilii mutationem* (si vel maxime hanc denotaret μετάνοια) non dicetur quæsisse. Quod reliquum est, ille labor animi in Esavo benedictionem postliminio postulante μελάνοια appellatur, vocabulo ad apodosin (conf. not. ad Matth. XVIII. 13. Gal. IV. 29,) spectante, de *profanis* contemtoribus, *gratiam* ultro abjicientibus. v. 15 s. Hi sane *olim* quærent pœnitentiam, sed frustra. c. VI. 6. Matth. XXV. 10 s. Locutio eadem Sap. XII. 10, κρίνων δὲ καταβραχὺ, ἐδίδας τόπον μετανοίας. Μετάνοια ponitur quasi impersonaliter, uti θέλημα *voluntas* 1 Cor. XVI. 12. *Es wollte bey Esau nicht mehr seyn.* Natura rei recusabat.

¶ μετὰ δακρύων· *cum lacrymis*) Antea sine lacrymis habuisset: postea quamlibet flens, repulsam tulit. [*Durissimæ aliquando indolis hominibus* lacrymæ *oboriuntur: 1 Sam. XXIV. 17. Tum quæ non fiunt, vix fiunt deinceps.* V. g.] Vtamur tempore! Luc. XIII. 28.

¶ αὐτὴν, *eam*) *benedictionem.* Sic diserte scriptum est Gen. XXVII. 38. Et synonyma sunt hoc loco, *votens hereditare, exquirens.*

18 ἐγγὰρ) Causa, cur toti huic hortationi ex sacerdotio Christi deductæ obtemperare debeant, quia præsentior salus est, & præsentior ultio. Conf. c. II. 1 ff.

¶ προσεληλύθατε) Deut. IV. 11. LXX, καὶ προσήλθετε καὶ ἔστητε ὑπὸ τὸ ὄρος, καὶ τὸ ὄρος ἐκαίετο πυρὶ ἕως τῦ οὐρανῦ· σκοτος, γνόφος, θύελλα κλ.

¶ ψηλαφωμένῳ) *qui tangebatur*, divinitus, ita ut totus commoveretur, v. 26. Ps. CIV. 32. CXLIV. 5, a nullo tantisper homine aut bruto attingendus. v. 20. Ita ψηλαφᾶν *tangere* ponitur Iud. XVI. 26. Tangebatur mons uno illo tempore: sed æterna DEI sedes describitur versu 22.

¶ ὄρει· *monti*) Eleganter nomen *Sina* reticetur, *Sion* memoratur.

¶ κεκαυμένῳ πυρὶ) *igni, qui ardebat.*

¶ καὶ γνόφῳ καὶ σκότῳ· *& caligini & tenebris*) Ephraim Syrus f. 85 ed. Oxon. ὅτε φῶς ἐκλὸς πυρὸς, οὔτε σκότος γνόφε χωρίς. unde apparet vocum proprietas. Eadem verba Τῶν LXX jam vidimus. γνοφε synonymon ζοφῳ.

19 καὶ σάλπιγγος ἤχῳ· *& tubæ sonu*) Ex. XIX. 16. LXX, φωνὴ τῆς σάλπιγγος ἤχει μεγα. Tuba auditores excitat ad audienda verba.

¶ καὶ φωνῇ ῥημάτων· *& voci verborum*) Sic LXX, Deut. IV. 12. Innuuntur autem τὰ δέκα ῥήματα, *Decalogus*, ib. v. 13 pronunciatus φωνῇ μεγάλῃ, *voce magna.* ib. c. V. 19 (22.)

¶ ἧς) Constr. cum ἀκούσαντες.

¶ παρητήσαντο) *recusarunt*, vel verbum amplius dici. Ex. XX. 16 (19.)

¶ μὴ προστεθῆναι· *ut ne adderetur*) Deut. V. 19. LXX, ταῦτα τὰ ῥήματα ἐλάλησε Κύριος· καὶ οὐ προσέθηκε. Cetera enim Mosi deinceps commissa sunt.

20 Τὸ διαστελλόμενον· *interdictum*) illud ipsum, *Etsi bestia* &c. Participium loco nominis, uti v. seq.

¶ κἂν θηρίον θιγῃ τῦ ὄρους, λιθοβοληθήσεται· *si bestia tetigerit montem, lapidabitur*) Plenus textus, apud Mosen, de monte: ἁχ ἅψεται αὐτῦ χεὶρ, ἐν γὰρ λίθοις λιθοβοληθήσεται, ἢ βολίδι κατατοξευ-

τοξευθήσεται· ἐάν τε κτῆνος, ἐάν τε ἄνθρωπος, ἀποθανεῖται. Ex. XIX. 13. Hîc duplex edictum eſt, ut telo interimatur *beſtia; lapidibus*, homo. Apoſtolus brevitatis ſtudio, ex altera ſententia ſubjectum exprimit, ex altera prædicatum; cetera ex his ipſis ſubaudienda relinquens. Sermo eadem prope ratione conciſus eſt cap. VII. 5. Act. VII. 16 nott. *Semiduplex* poteſt oratio dici, cujus exempla plura habet *Ordo temporum*, p. 83. 88. 213. [*Ed. II. p. 73. 77. 187 ſ.*] Librarius parum antiquus, qui ex LXX adjecit, ἢ βολίδι καταποθήσεται, non cogitavit, pari jure ex LXX adjiciendum fuiſſe, λιθοις *lapidibus*, quod reſponderet *jaculo:* majori vero jure ſupplendum ſibi fuiſſe, κἂν ἄνθρωπος, *etſi homo.* nam in *hominem* ſontem, præ *beſtia*, conveniebat *lapidatio;* in *beſtiam*, præ *homine*, *jaculatio.*

21 Τὸ φανταζόμενον) Notatur *viſum* veriſſimum. Herodianus, εἴτε ἀληθῶς ἐφαντάσθη τισὶν, ἢ κτλ.

¶ μωϋσῆς· *Moſes*) qui tamen proximæ unus admiſſionis erat, & ob id ipſum magis vidit & ſenſit, quam ceteri. Internuncium ille quidem egit; ſed dum ipſa Decem verba pronunciata ſunt, adſtitit tanquam unus auditorum. Ex. XIX. 25. XX. 16 (19) ſeqq.

¶ ἔκφοβός εἰμι καὶ ἔντρομος) *timore* animi *& tremore* corporis *perculſus ſum.* Differunt verba, 1 Cor. II. 3 not. Deut. IX. 19 pro יגרתי LXX habent ἔκφοβος εἰμι, in præſenti. Id accipit Apoſtolus, & ſupplet, καὶ ἔντρομος. Moſes ibi timorem ſuum tremoremque notat ſuper ira Dei per delictum populi poſt legem datam inceſa: ſed *viſum* ipſum Moſi, qui antea quoque populo accenſebatur, Ex. XIX. 23 in voce בנו cap. XXXIV. 27, timorem eo majorem ſuper delicto populi fecit, perſeverante etiam *montis ardore.* Deut. IX. 15.

22 ἀλλὰ, *ſed*) Septemplex oppoſitio: videamus articulos.

I *Mons* qui tangebatur:
II Incenſus ignis:
III Caligo:
IV Tenebræ:
V Procella:
VI Tubæ ſonus:
VII *Vox* verborum:

Sion *mons:*
Vrbs DEI viventis:
Myriades, angelorum & primogenitorum:
Iudex DEVS omnium:
Spiritus juſtorum conſummatorum:
Teſtamenti novi mediator Ieſus:
Sanguis aſperſionis perbene *loquens.*

In articulo I & VII evidens eſt oppoſitio; non dubium, quin etiam in intermediis, quorum etiam numerum apoſtolus invicem aptat. *Acceſſus* in V. T. ejusmodi erat, ut populus ſubmoveretur: in acceſſu N. T. omnia patent.

¶ προσεληλύθατε· *acceſſiſtis*) fide N. T. ſuſcepta. Atque ab eo initio fructum acceſſus hujus magis magisque percipiunt conſortes Chriſti usque ad conſummationem ſui in obitu, & ad judicium, & in vitam æternam. Neque enim hîc ſermo eſt de acceſſu ad militantem eccleſiam, quippe cum ad Iſraëlem potius acceſſerint reliqui, quam Iſraëlitæ ad alios: ſed lautiſſimus deſcribitur ſtatus fidelium N. T. per communionem cum eccleſia conſummata, ipſoque Chriſto & ipſo DEO. Hic quoque acceſſus, non minus, quam ille priſtinus, v. 18, cum *audiendi* facultate, in hac quidem vita, conjunctus eſt, v. 24 ſeqq. quanquam *appropinquatio* noſtra cœleſtibus oculis multo magis eſt obvia, quam noſtris adhuc velatis: & optimas in poſterum

rum *ſpes* ſecum trahit. Excellentem cœleſtis œconomiæ cognitionem promit hoc loco apoſtolus, dignam beato illo *Pauli* raptu 2 Cor. XII. 2. 4.

¶ σιὼν ὄρει· *Sion monti*) Hæc eſt ſedes œconomiæ Chriſti. [*adeoque ſpiritus juſtorum conſummatorum complectitur*, V. g.] Ap. XIV. 1. Ioh. XII. 15. 1 Petr II. 6.

¶ καὶ πόλει θεοῦ ζῶντος· & *urbi DEI viventis*) Sedes œconomiæ *DEI*, v. 23. [*angelorum atque primogenitorum complectens myriades*, V. g.] Eſt enim chiaſmus: 1 *Sion*, 2 *urbs Dei*: 3 *Iudex Deus*, 4 *Mediator Ieſus*. primum & quartum, ſecundum & tertium correſpondent.

¶ ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ· *Ieruſalem coeleſti*) Ap. XXI. 2.

¶ μυριάσιν· *myriadibus*) Hæ dicuntur abſolute, ut in prophetia Henochi Iud. v. 14. coll. Deut. XXXIII. 2. Dan. VII. 10.

¶ ἀγγέλων, *angelorum*) Non licet conſtruere, καὶ μυριάσιν ἀγγέλων, πανηγύρει καὶ ἐκκλησίᾳ κτλ. Nam & polyſyndeton retinendum eſt; & aliorum ſine dubio eſt *panegyris*; aliorum, *eccleſia*. quis enim *conjungeret* ſynonyma, *panegyris & eccleſia? Eccleſia*, *primogenitorum eſt*; *panegyris* igitur, *angelorum*. *Myriades* vero non ſolum in *angelorum panegyri* conſiſtunt, ſed etiam in *eccleſia primogenitorum*. Vtrique enim convenit *myriadum* vocabulum, & ad utrumque accommodatus eſt Dativus μυριάσιν. Addantur mox dicenda. Interim hîc notandus χιασμος genitivi & dativi, *angelorum panegyri*, & *eccleſiæ primogenitorum*.

¶ πανηγύρει, *panegyri*) Hoc verbum, & mox, *eccleſiæ* & *judici*, ſolennitatem indicant; quæ & jam eſt in cœlo, & maxima erit in revelatione Ieſu de cœlo. Expende illud, *omnes angeli*, *omnes gentes*, Matth. XXV. 31 ſ.

23 καὶ ἐκκλησίᾳ πρωτοτόκων ἐν οὐρανοῖς ἀπογεγραμμένων· & *eccleſiæ primogenitorum in coelis deſcriptorum*) *Primogenitorum* nomine veniunt *filii* DEI, ex ætatibus Chriſtum prægreſſis, & fideles Iſraelitæ, Ex. IV. 22. Ier. XXXI. 9. Eph. I. 12: patriarchæ præſertim, Matth. VIII. 11: & qui primum illum *Primogenitum ex mortuis* reſurgentem comitati ſunt, Matth. XXVII. 53: neque tamen non etiam reliqui, ut ſic dicam, gregarii. Eſt enim horum *eccleſia* ſive cœtus, ut angelorum eſt *panegyris*. *Deſcripti* ſunt primogeniti ſub Moſe, Num. III. 40: hi autem, de quibus apoſtolus, *in coelis*, quia cives urbis cœleſtis. conf. ἀπογράφεσθαι, *deſcribi*, Luc. II. 1. Hinc patet, non ideo, quia in cœlis deſcripti ſunt, ipſos non eſſe in cœlis. Sunt tamen deſcripti etiam, ut nomina eorum olim publice citentur. Ap. XX. 12. XXI. 27. Horum *primogenitorum* ſuave antitheton eſt, *conſummatorum*: nam per alteros ducitur agmen beatorum, per alteros clauditur. Denique notabile eſt, hos primogenitos in Gradatione propius, quam angelos, conjungi cum mentione DEI. conf. Iac. I. 18.

¶ καὶ κριτῇ θεῷ πάντων· & *Iudici DEO omnium*) Hic eſt *DEVS omnium*, Eph. IV. 6. *judex* veſter, propitius vobis, contra hoſtes.

¶ καὶ πνεύμασι δικαίων τετελειωμένων· & *ſpiritibus juſtorum conſummatorum*) Hoc extremo loco apoſtolus ea enumerat, quæ viatorum oculos œconomiæ DEI ſplendore perculſos, ex œconomia Chriſti lenius afficiant & reficiant. *Spiritus*, animæ ſeparatæ. 1 Petr. III. 19. Tres pueri in Cantico ſuo, εὐλογεῖτε πνεύματα καὶ ψυχαὶ δικαίων τὸν κύριον. v. 86. *Iuſti conſummati*, fideles N. T. qui *conſummationis*, quæ per Chriſti mortem facta eſt, & *juſtitiæ* inde exortæ, conſummatum poſt ſuam mortem fructum capiunt. conf. c. XI. 40 not. Horum minor adhuc erat numerus: & ob hanc quoque cauſam ſejuncti ſunt a *myriadibus*,

adeoque a primogenitis illis. Cur *primogeniti* & *spiritus justorum consummatorum* in sermone disjungantur, patebit e serie sermonis mox evolvenda. *Paulus* ipse dum vivit, negat se τετελειῶσθαι, *consummatum esse*, Phil. III. 12. alia enim ratio est verbi τετέλεκα, 2 Tim. IV. 7, alia verbi τελειῶμαι. illud munus spectat, hoc personam. τελειῶμαι non valet, quam diu quis vel unum passum ante se habet, etiamsi eo usque in perfectione sua interna non amplius proficiat. Ipse Christus in morte τελειωθεὶς, Hebr. V. 9. In 2 ad Tim. gratulatur sibi Paulus de cursu confecto: in ep. ad Philipp. alacriter instigat ad cursum, eoque fine ipse se talem facit, qui procul adhuc a meta abest. conf. Hebr. III. 14 not.

24 διαθήκης νέας· *testamenti novi*) Alias dicitur καινὴ· νέα, hîc. νέος notat novitatem ejus, quod *nativum* vel etiam *vivum* est. conf. c. VIII. 13 not. & cap. X. 20. Es. XLIII. 19.

¶ μεσίτῃ· *Mediatori*) Olim *Moses*, ipse *internuncius*, *timebat & tremebat:* nunc ad Mediatorem N. T. accessus est datus.

¶ αἵματι ῥαντισμοῦ, *sanguini adspersionis*) Notabilis conjunctio: *novi testamenti Mediatori Iesu*, E T *sanguini adspersionis.* Sanguis spectatur h. l. ut est in cœlo, quemadmodum spectatur etiam *Mediator*, & *Deus*, & *myriades* &c. Attende, Lector, quæ dicenda veniunt, per Positiones distinctas.

§ I. *Sanguis I.C. in passione & post mortem effusus est quam largissime.*

In victimis V. T. requirebatur αἱματεκχυσία *effusio sanguinis;* & penitus erat effundendus sanguis, ita ut nil remaneret in venis & vasis corporum. Hoc peractum est etiam in unica N. T. oblatione corporis Iesu. Omnimoda pretiosissimi sanguinis tum facta est effusio, in horto, per sudorem; in prætorio, per flagellationem; in cruce, per clavos; & post mortem, per lanceam. Ita Christus ἐθανατώθη plane est *necatus* carne. 1 Petr. III. 18. Vel guttam de tota sanguinis massa in corpore sanctissimo remansisse, haud scio an dicere possit, qui verba Psalmi XXII. v. 15. 16 perenderit: *Sicut AQVA effusus sum. ARVIT tanquam testa virtus mea, & lingua mea adhæsit faucibus meis: & in PVLVEREM mortis* deduxisti me. Revera ἐσφάγη *mactatus est* Agnus Dei. Non est alia pars Sanguinis ejus effusa, alia non effusa: sed sicut totum corpus est traditum, sic omnis sanguis effusus. Matth. XXVI. 28. *Effusio sanguinis* & *mors Christi* sunt concomitantia, non illa hujus causa. Vere sanguinem & vitam posuit; sed non ob naturales causas, ob quas aliâs obeunt, qui violenta morte obeunt. Id est ex præstantia Subjecti.

§ II. *Actualem sanguinis illius effusionem* status *effusi sanguinis est insecutus.*

Actualis erat effusio sanguinis, *dum* effundebatur: *statum* effusi sanguinis dicimus omnem commorationem sanguinis extra corpus dominicum, sive brevis ea sit sive diuturna.

§ III. *Sanguis ille etiam in statu effusionis ab omni corruptione* indelibatus *est.*

NON CORRVPTIBILIBVS, argento aurove, redemti sumus, sed PRETIOSO sanguine, ut agni sine vitio & macula, Christi. 1 Petr. I. 18. 19. Omnem *corruptionem* excludit *pretiositas* sanguinis illius. Hoc certum & ratum manet: neque ullo modo probamus indignas quorundam de effuso Domini sanguine opiniones, quos nominatim redarguit inprimis Hœpfnerus in tract. de S. C. pag. 55.

§ IV. *Sanguinem, qui effusus est, in venas corporis dominici iterum esse immissum, affirmari nequit.*

Nil

Nil nisi animale humana capit ratio: quare non nisi Scriptura nitimur. Ea sanguinis effusionem & mortem I. C. sæpissime refert: eadem resurrectionem ejus & vitam perennem non minus celebrat. Sed de sanguine in corpus iterum immisso nil expresse indicat: neque per consequentiam ea immissio ex scriptura deducitur. Saltum certe committit hæc argumentatio: *Sanguis Christi est incorruptus, ergo in venas redit.* Si corpus sine sanguine, si sanguis extra corpus, in triduo mortis, incorrupta fuerunt: utrumvis etiam magis post mortem exantlatam sine altero incorruptum permanet. Audiamus, quid scriptura suggerat.

§ V. *Adscensionis tempore sejunctus a corpore sanguis in coelum est illatus.*

Introitus sacerdotis N. T. in sanctuarium verum Adscensio erat in cœlum: & in morte quidem I. C. discissum est velum templi terreni, ac tum apertum est sanctuarium verum, cœlum; sed introitus ipse peractus est per adscensionem in cœlum. Tertio die post mortem erat resurrectio; quadragesimo post resurrectionem, adscensio. Porro *per sanguinem proprium* introivit Christus in sanctuarium; (non modo *post* effusum sanguinem, & *vi* effusionis, neque *cum* sanguine in corpus resumto, sed *PER* sanguinem:) ergo separatim a corpore sanguinem proprium hic ipse sacerdos in sanctuarium intulit, (recteque temeritatis Scherzerus in Syst. p. 390 arcessit quendam, qui putavit, particulas carnis Christi, quæ flagello, coronæ spineæ clavisque adhæserint, & guttulas sanguinis effusas, miraculose in terra conservari, & in eucharistia multiplicari:) atque ipso introitus sive adscensionis tempore sejunctum Christus a corpore sanguinem habebat. Exsangue corpus erat; non tamen exanime, sed vivum. Sanguis in corpore, non respondisset typo sacerdotis in V. T. cum sanguine animalium in sanctuarium ingressi. Vid. cap. IX. 7. 25, maximeque 12, ubi δι & διὰ eadem prorsus inter sese vi respondent. *Analogiam typi & antitypi servandam esse*, agnoscit *Witsius* in Diss. de sacerdotio Aaronis & Christi, T. I. misc. p. 510, ubi de loco Hebr. XIII. 11 agit. Idem vero *sanguinem* Christi, animam ejus interpretatur, non recte. nam *sanguis*, proprie dictus, ut in typo, sic in antitypo, denotatur. conf. Exx. in Symb. ap. p. 171. Porro dilutior est Sibrandi Lubberti explicatio, lib. II. c. Socin. de I. C. Servatore, c. 21: *Legimus de anniversario sacrificio, de quo est Levit. 16, quod ejus sanguis allatus sit in sacrarium. Iam vero inter hunc & Christi sanguinem magna est differentia Materialis enim sanguis, qui effundebatur, cum anniversaria victima mactaretur, inferebatur in sanctuarium: sed materialis Christi sanguis, qui effusus est, cum ille pro nobis occideretur, NON allatus est in coelum. Quid igitur? ut sacerdos legalis cum sanguine cæsæ victimæ pro se & pro populo apparebat in sacrario levitico: ita Christus non cum materiali sanguine effuso, sed vi & vigore sanguinis pro nobis effusi apparet pro nobis in coelo.* Non *vim & vigorem* sanguinis dicit apostolus, sed *proprium* sanguinem Christi, *per* quem factus sit introitus in sanctuarium: nec *materialem* sanguinem appellat, sed *sanguinem* ejus, *qui per spiritum æternum seipsum obtulit immaculatum Deo.* Hanc, apostolicam, emphasin sæpe imitantur excellentium interpretum sermones. Chrysost. Hom. 33 in Hebr. XIII. αὐτὴ ἡ οἰκονομία ἔξω πάθους ἦν. ἔξω· ἀλλ᾽ εἰς τὸν οὐρανὸν τὸ αἷμα ἀνηνέχθη. ὁρᾷς ὅτι αἵματος μετέχομεν τὰ εἰς τὰ ἅγια εἰσφερόμενα, Τὰ ἅγια τὰ ἀληθινά· Τῆς θυσίας ἧς μόνος ἀπῄλαυσεν ὁ ἀρχιερεύς.

Quædam periochæ verba alii aliter referunt: sed ἀλλ' εἰς τὸν κτλ. uno tenore. Sic verterim: *Ipsa passionis dispensatio foris erat: foris; sed IN coelum sanguis est sublatus. vides, participes nos esse sanguinis, qui inferebatur in sancta, sancta vera; sacrificii, quo solus est gavisus archisacerdos.* Conr. Pellicanus in Hebr. IX: *Christus pretium sanguinis sui pro nobis redimendis intulit Deo Patri in coelum.* Calvin. in Hebr. X: *Pecudum sanguis quum statim tabesceret, non potuit diu vigorem suum retinere: at Christi sanguis, qui nullo tabo corrumpitur, sed puro semper colore fluit, nobis in finem usque mundi sufficiet. Nihil mirum, si cœsæ pecudum victimæ vivificandi facultate non pollebant, quum essent mortuæ. at Christus, qui a morte resurrexit, ut nobis vitam conferat, suam in nos diffundit. Hæc est perpetua viæ dedicatio, quod coram facie Patris semper quodammodo stillat sanguis Christi ad irrigandum coelum & terram.* & in cap. XIII: *Christus sanguinem suum, ut mundi peccata expiaret, IN coeleste sanctuarium intulit.* Rursum: *Videtur mihi Apostolus* (Hebr. XIII. 20) *hoc velle, Christum ita resurrexisse a mortuis, ut mors tamen ejus non sit abolita, sed æternum vigorem retineat: ac si dixisset, Deus Filium suum excitavit, sed ita ut sanguis, quem semel in morte fudit, ad sanctionem foederis æterni, post resurrectionem vigeat, fructumque suum proferat, perinde ac si semper flueret.* Hunnius in Hebr. XIII: *Christus suum proprium sanguinem sancto sanctorum intulit.* Dorscheus P. I Theol. Zach. p. 51 seqq. *Sanguis*, inquit, hoc loco, Zach. IX. 11, *cum illa affectione profusionis & effusionis, non autem, ut est in naturali suo statu & intra vasa sua ordinaria, consideratur. 1. Quia hoc requirit typi ratio. Sanguis enim in V. fœdere, ut extravasatus & effusus, considerabatur, & hoc ipso adumbrabat profusionem & effusionem sanguinis in N. fœdere futuram. 2. Quia hoc fœderis divini indoles requirit, quæ postulat ἀιματεκχυτίαν. 3. Quia in hac ratione sanguinis exercetur actus obedientiæ satisfactoriæ Deo pro peccatis debitæ. &c.* Sal. Deylingius: *Christus in coelos evectus sedensque ad dexteram DEI res nostras commendat DEO, & sanguinem pro nobis effusum ac vulnera ostentat Patri.* Iterum, Rappoltum laudans: *Patri sic*, inquit, *sanguinem suum, ut λύτρον & pretium redemtionis pro nobis offert* (demonstrat,) *ejusque effusione justitiæ divinæ satisfactum esse docet.* Observ. miscell. p. 571 seq. Non affirmo, hos interpretes præsentem sanguinis effusi statum docere: sed dico, sermones eorum, si talem statum in mente habeas, textibus, quos tractant, magis congruere.

§ VI. *Sanguis I. C. semper manet sanguis effusus.*

Si unquam fieri potuit aut debuit reditus sanguinis I. C. in corpus ipsius, fieri potuit ac debuit in ipso saltem resurrectionis momento, non postea demum. At ante adscensionem hoc non esse factum, patet ex § præced. Ergo non factum est in resurrectione: neque adeo ullum tempus reperitur, cui reditum illum adscribamus. Perpetuus est effusi sanguinis status. Ipse Iesus in cœlo est, & corpus ejus: etiam sanguis ejus est in cœlo; sed non propterea nunc sanguis inest in corpore. Non retulerim huc *visionem* Apoc. I. 14, de *albedine* capitis I. C. quasi exsanguis. Nam ea *capillos niveos* spectat, *facies* vero cum lucidissima solis virtute comparatur ibidem v. 16. Neque, quod Luc. XXIV. 39 exstat, huc, ab Augustino allegatum, nos allegamus. nam *sanguis*, etiamsi in corpore sit, minus palpatur & cernitur, quam *caro & ossa.* Alia dantur sanguinis a corpore sejuncti indicia.

Divi-

Divisam corporis & sanguinis rationem, non solum in passione & morte Domini, sed etiam in coena ad recordationem mortis ejus instituta, sacræ exhibent literæ. Expende cap. XIII. 9 seqq. X. 10. 29. 1 Cor. XI. 24 seq. Modus prædicandi sequitur modum essendi: hanc ipsam ob causam distinctissime considerantur corpus & sanguis Christi, quia a parte rei distinctio sive sejunctio adest. Igitur adhuc in cœlo sanguis, ut effusus, exstat ante oculos Dei: adhuc loquitur pro nobis: adhuc est sanguis adspersionis. 1 Petr. I. 2. Sanguis Abel, quem terra aperto ore de manu Kaini hausit, clamabat, *seorsum* a corpore: sanguis I. C. loquitur, item *seorsum*, in cœlo, potentius & benignius. Hac proprie de causa *seorsum* ab ipso Iesu sanguis adspersionis h. l. memoratur, uti cap. X. 19. 21 introitus sanctuarii in sanguine Iesu & hic ipse sacerdos magnus *seorsum* laudatur, & cap. XIII. 12 *sanguis Iesu seorsum* ab ipsius *corpore* (coll. v. 11.) consideratur, & cap. XIII. 20 ipsa magni ovium Pastoris resuscitatio facta dicitur in *sanguine* testamenti *aeterni*. Conf. Rev. Riegeri Hist. Frr. Boh. Vol. II. pag. 68 seqq. ubi per vestigia Pfaffiana amplissimus veterum & recentiorum opinionum catalogus ita nobis panditur, ut hæc una sententia, ab illo scite proposita, ex omnibus reliquarum incommodis emergat. Sanguis ipse effusus, non effusio sanguinis, λυτρον, *redemtionis* æternæ *pretium* est. Id pretium, Deo solutum, solutum manet, sine restitutione in Redemtoris corpus. Æterna est redemtio: æternus pretii valor, perinde, ac si redemtor quotidie pro nobis in cruce pendens exspiraret. In morte ejus erat vis vitæ non dissolvendæ: in vita ejus est valor mortis perpetuus. Ipsa mors Domini absorpsit infirmitatem vitæ in mundo, in qua sanguinis & carnis particeps erat factus subeundæ mortis causa; cap. II. 14: adeoque eadem mors, tanquam transitus in vitam glorioſam *protinus* quiddam glorioſæ vitæ consentaneum habebat. conf. 1 Tim. III. 16 not. Inde *annunciatio mortis Domini* complectitur totam Ipsius commemorationem, etiam sepulturæ & resurrectionis, (cui illa arcte conjungitur 1 Cor. XV. 4.) adscensionis, sessionis ad dexteram Dei, *usque dum venit*. 1 Cor. XI. 26. Ex mortuis eductus est magnus ovium pastor; sed testamentum, in cujus sanguine eductus est, *aeternum* est. c. XIII. 20. Patet hinc, quanta proprietate Iohannes Agnum *ut* mactatum in vita gloriaque Ipsius sibi visum descripserit.

§ VII. *Id ipsum agnoverunt antiqui doctores ecclesiæ.*

Magna patres consensione statuerunt, *ex sangue* nunc esse corpus Domini, vel etiam *aëreum*. vid. Magnif. *Pfaffii* diss. c. Roger. p. 50. Atque inde ad nimiam etiam subtilitatem devenerunt aliqui. Auctor quæstionum inter opera Athanasii T. II. f. 433. qu. 128. *Ipsi quoque Veteres*, inquit, *& prisci prophetae baptizati sunt ex eo, qui de latere Christi fluxit, sanguine & aqua. Et quomodo? audi. Quoniam quatuor elementis constat corpus hominis, rursum post mortem in ea resolvitur. Sic factum est etiam Christo: quia sanguinem & aquam sanctum ejus dedit latus, ἀνελύθη resoluta sunt, quo resoluta sunt etiam prophetarum, in elementa nempe, & inventa ea baptizavit. &c.* Paraphrasin hujus philosophematis adornavit *Theodorus Abucaras*, cui uni id adscribit Ittigius in Exercitatione opusculum Abucaræ & luci reddente & refutante. *In elementa resolvi*, quid est, nisi *corrumpi*? Absit vero a nobis ejusmodi de sanguine Domini cogitatio. Non essent in eam delapsi hi scriptores, si ex antiquioribus audissent, sanguinem corpori resuscitato immissum fuisse. Haud scio, an immissio illa vel a patribus agnita (agnitam affirmanti incumbit probatio,) vel prius saltem in me-

dium producta reperiatur, quam communio sub una specie (Seculo demum XIII ac XIV) invalescceret, cujus patronis, Scholasticis, opportunus erat concomitantiæ prætextus. Ne *Gersonis* quidem ætate sanguinem immissum omnes affirmabant, ut patet ex Serm. in die circumcisionis Domini, & ex Iosephinis, dist. 8. Post Reformationem multi eam sententiam, sine controversia, & ideo, ut fit, sine dubitatione admiserunt & propagarunt: rationes autem, quibus nituntur, evincunt illæ quidem, sanguinem Domini a corruptione mansisse immunem, neque reliquias ejus in terra, miraculis comitatas, remanere, quorum utrumque nos ex animo agnoscimus; sed per easdem non definitur positive, quæ sit in præsenti conditio sanguinis illius pretiosi. Vid. *I. Gerhardi* disp. p. 789. 1426 seqq. *I. Meisneri* exam. catech. Pal. p. 596. &c. Tuum erit, Christiane Lector, quasvis hac de re sententias inter se conferre, & ad normam Scripturæ sacræ dijudicare.

§ VIII. *Vnio personalis, & status effusi sanguinis, bene conveniunt.*

Non pugnant inter sese in triduo mortis: ac multo minus post triduum illud inter sese pugnant unquam. Nihil Nestorianum, nihil Eutychianum, tota admittit hæcce consideratio.

§ IX. *Resurrectio & vita I. C. gloriosa non tollit statum effusi sanguinis.*

Si quis putaret, in corpore Salvatoris etiam post latus perfossum remansisse modicum sanguinis, rationi naturali eo minus necessaria videri posset effusi sanguinis in corpus immissio: sed revera omnis sanguis est effusus, nec tamen iterum immissus. nam naturalis quidem sive animalis vita sita est in sanguine & circulatione ejus, & sustentatur pane: sed sine pane verbum Dei pascit corpora sanctorum. Vide de Mose, Ex. XXIV. 18. XXXIV. 28, nec non de Elia, 1 Reg. XIX. 8: maxime vero de Iesu Christo, Matth. IV. 2. 4. Etenim tota ipsius *diaeta* ultra munditiem omnium mortalium evecta noscitur vel ex apto vestitu. Ioh. XIX. 23 not. Quodsi in terra id præstat virtus Dei, quanto magis in cœlo id fit & fiet? Matth. XXII. 29. (quam ob causam hoc quoque, obiter, sed serio, monendus est Lector, noviter productum sanguinem, in loco effusi, redivivo Redemtori a nobis ne per somnium quidem adscribi.) Vita glorioſa non desiderat circulationem sanguinis: tota ex Deo est. Rom. VI. 4. 10. 1 Cor. VI. 13. XV. 44. 50. Nostrum corpus, noster sanguis, corruptioni sunt obnoxia: sanguine nostro, quid futurum sit, ignoro; (in ipsa quidem vita animali, summam sanguinis jacturam, modo mors absit, minoris æstimamus, quam digiti articulive mutilationem:) corpus certe conforme faciet Salvator corpori gloriæ suæ. Conf. *Samml. von A. und N.* 1739. I Beytr. art. 8. *Valesii* philos. sacr. p. 81. *Melch.* I. 712: *Manifestum esse putamus, pugnam* Michaëlis Ap. XII *non absolutam fuisse mox post Christi adscensum in ælos, quo SANGVIS AGNI illatus accusandi jus draconi infringebat* &c. *Pfaff.* Syst. germ. p. 307. *Heding.* ad Hebr. IX. 24. X. 14. *Kraft* Nachr. I Band p. 878. Hiatus in latere (qualis in corpore naturali vulnus letale esset) perpetuum glorioſæ vitæ documentum & ornamentum est. Ez. XXXVII. 6. 8 non memorantur *venae:* sed גידים sunt *nervi* aut *musculi.*

§ X. *Status effusi sanguinis validissime corroborat communionem sub utraque.*

Nullum speciosiorem fucum habent defensores communionis sub una, quam *concomitantiam* corporis & sanguinis. Sed *distin-*

distinctissima in sacra cœna ratio est corporis & sanguinis Domini. Primum dicit, *Hoc est corpus meum*: deinde, *Hic est sanguis meus.* Igitur corpus non per sanguinem exhibetur, sed per se: sanguis non per corpus exhibetur, sed per se. Locum Gen. IX. 4 huc confert Lightfootus in Chron. V. T. Appositе vero Dannhawerus scribit: *Res coelestis in sacra* (eucharistica) *potione est sanguis Iesu Christi pro discipulis & pro multis effusus, &, quia incorruptibilis, adhuc existens, 1 Petr. I. 19 quem Christus in sanctuarium ἀχειροποίητον intulit, & tamen ille ipse, qui in passione effusus est. Non hîc in litigia scholastica, vere scholastica ac otiosa, ingrediendum, de reliquis sanguinis Christi, & reassumtione illius, de quibus videndus Baron.* &c. Hodos. p. 1202. In morte Domini ex corpore eductus est sanguis: ejus mortis annunciatio postulat, ut panis benedictus in recordationem Domini edatur, & ut poculum benedictum, item in recordationem Domini, bibatur. 1 Cor. XI. 24. 25. Profundum *Thomas Bromley* Responsum, in decem tractatibus editum, habet, de *differenti* ratione fruendi corpore & sanguine Christi.

§ XI. *Eadem causa fidem nostram egregie sustentat.*

In Revelatione Paradisi sic scribit idem Bromlejus: *In sanctuario sanguis aeterni foederis spargitur, quod per Dominum Iesum post adscensionem ipsius semel singulari modo factum est, secundum Hebr. IX. v. 12:* Per proprium sanguinem semel in sanctuarium introivit, æternam redemtionem inveniens. *Id vero adhuc certis temporibus per magnum archisacerdotem continuatur ad sedandam iram Dei, per peccatum commotam: & propterea dicitur* sanguis adspersionis, *propter usum ejus, qui continuatur in coelo, & in conscientiis sanctorum in terra.* Hebr. IX. v. 14. Dijudicent hæc, qui spirituali valent judicio. Sane fideles in omni exercitio fidei, maximeque in sacra cœna, æque fruuntur efficacia sanguinis I. C. ac si in eo momento, quo sanguis ejus est effusus, constituti essent.

§ XII. *Hæc res considerationem ab amatoribus Christi uberiorem postulat.*

Quod in exercitatione de Ingressu summi pontificis in sanctum sanctorum Andreas Adamus Hochstetterus p. m. scripsit: *Non dubitamus, Lectorem ex argumenti tam perplexi magnisque etiam Interpretibus transmissi tractatione perspecturum, quantum ἐρευνήσει nostrae relictum adhuc sit, &, quam in veri latentis indagatione operam sumsimus, ad Servatoris gloriam adplicaturum:* pag. 20. 21. id ad præsentem considerationem transferre licet. Parum eam adhuc, fateor, excultam reperio: & tali in re pauci solent adduci, ut subsistant, & oculos in ea considerandа defigant. Sed qui non confestim resiluerit, ex eo, quod initio paradoxon erat, dulcedinem paulo post gustabit cum profectu fidei. Nil tamen obtrudo cuiquam: tantum rogo Sapientes, ut totam rem non ad humani, sed divini sensus normam religiose examinare *) dignentur. Non

*) *Arqui* non dignatos *esse recentiorum aliquos, æquissimæ huic* rogationi *aures præbere; videre est in cel. D.* Ernesti *Bibl. theol. T. III. p. 128. V. 222. VI. 638. VIII. 887. coll. meine* Beleuchtung &c. § 30. p. 140 *sq. Ne* Bengelianum *quidem* εὕρημα *dici jure hæc sententia potest: nam b.* Riegerum (*Hist. Frr. Boh. Vol. II. p. 68 sqq.*) *primum fuisse, qui apertius eam proposuit, supra jam,* § VI, *memoratum est. Mox ill.* Ptaffius *accessit, in den* Academischen Reden über die Theol. dogm., *A. 1743 editis, p. 307 & 436; & in* Diss. ad Hebr. VIII. 4, *A. 1747 diutulgata; nec non in der* Widerlegung der 12 Briefe des Pater Seedorfs, *p. 270 sqq. Conf. S. R. D.* Baurii (*Examinis theologici t. t. Candidati*) *Diss.*

Non curiositas carnalis hîc locum habet, sed desiderium cognoscendi Redemtoris, quoad Ipse gloriam suam per radios apostolici testimonii amatoribus suis voluerit patefacere.

In Commentariis quidem & Systematibus hæc res non facile vel uberius tractata vel leviter duntaxat tacta reperitur: idque ex rationibus forte sequentibus. 1. In locis de *gratia applicatrice* dicitur: *Causa operans terminative est Spiritus S.* id quod verum est: sed mentio Christi & meriti ejus fit nonnisi apud quæstionem *de causa externa impulsiva*. Sic fit, ut nec uno nec altero loco *efficax operatio Christi & sanguinis ejus* in considerationem veniat. 2. *Propria* consideratio sanguinis Christi parce instituitur, multique confestim se ad *tropum* vertunt, ubi sub hac voce, *sanguis*, aut universum meritum Christi, aut *vitam*, *animam* ejus intelligunt. 3. In seriis tractationibus confestim potius ad sanctos & beatos fructus, quam ad modum ipsarum operationum respicitur, e quibus fructus oriuntur. Confer ex. gr. scriptum Anonymi, *die reinigende Kraft des Gottes-Blutes Iesu Christi* (ed. A. 1745 Prenzl.) p. 49. Equidem jam in juventute mea solidam disquisitionem *de habitu meriti Christi ad nostram salutem* cupide animo meo versabam: sed post multas cogitationes nunquam ad peculiarem de ea re scriptionem ventum est. *Dominus Iesus nobis nunc porro bonum lucis suæ radium largiatur propter se ipsum. Amen.*

1. Duplex nobis beneficium obtingit per sanguinem Christi, nempe I *liberatio* a reatu peccati, & II *donatio* novarum virium vitæ, quæ deinceps in bonis operibus se exserunt. Illa vocatur *justificatio* per sanguinem Iesu Christi: & hanc adipiscitur, qui carnem Christi edit & sanguinem ejus bibit. Ioh. VI.

2. Quia vero sanguis Christi est *sanguis aspersionis*, quæritur, an is sanguis, *qua talis*, *utroque* nunc memorato modo, an tantum *priore* modo fidelibus obtingat?

3. In V. T. multæ erant *aspersiones*, sive considerentur ii, qui aspersionem peragebant; sive materia, qua aspersio fiebat; sive homines & res, pro quibus & in quibus aspersio fiebat; sive scopus aspersionis, ad dedicationem, consecrationem &c. *Aspersio* fiebat Ex. XXIV, 8 apud totum populum, & Ex. XXIX. 21. Lev. VIII. 23 ss. apud Aaronem & filios ejus: utrumque, initio, ad initiationem, adeoque *semel*, ut ajunt, *pro semper*. Apud leprosos item erat initiatio quædam ad conversationem cum aliis in Israele, a quibus tempus bene longum excluſi erant. Aspersio ad *altare* semper erat præcipua: Israelitæ vero ex sua parte per esum victimarum in communione cum Deo conservabantur.

4. In N. T. est aspersio, quæ per *sanguinem* Christi Iesu fit: & quia hæc *unica* N. T. aspersio est, omnia levitica autem ad Christum tendebant: opus est, ut omnes leviticæ aspersiones meri typi ejusdem aspersionis fuerint; uti sane sanguis Christi non tantum adversus sanguinem *taurorum* & *hircorum*, sed etiam adversus *cinerem vaccae* apud aquam aspersionis, in spirituali sua excellentia celebratur, cap. IX. 13 s.

5. Me-

Diss. theol. de Sanguine Christi in cœlis extra corpus existente, *d. A. 1752. Ne unicum quidem* argumentum *celeberrimi D.* Ernesti, *interpretationi huic contrarium, reperire ego potui: exaggerationes vidi non paucas. Neque enim effatum generale,* es seye zu sinnlich, *argumenti loco quisquam facile habuerit. Ceterum hanc ipsam sententiam sermone* vernaculo *castissime proposuit, ejusque verum* usum *demonstravit S. R. I. C.* Storrius, *b. m., in seiner* Vorrede *zu M. F. C.* Steinhofers *Erklærung des* ersten Briefs Iohannis, *Tub. 1762, § 22-37 sqq.* E. B.

5. Memoratur *aſperſio ſanguinis*, 1 Petr. I. 2, & iterum *ſanguis aſperſionis*, noſtro hoc loco. Dicimur etiam in *cordibus aſperſi* & per aſperſionem liberati *a conſcientia mala*, unde *verum cor in plerophoria fidei* habeamus, Hebr. X. 22. Plura in N. T. non occurrunt de aſperſione Novi Teſtamenti: ſed Eſajas vaticinabatur, c. LII. 15: *ſic* (Chriſtus, Iehovæ magnus Miniſter,) *aſperget gentes multas: ſuper eo obturabunt reges os ſuum.* &c. ubi ſemel videmus, quis Is ſit qui aſpergit; qui ſint Illi qui aſperguntur; qua ratione illa aſperſio ſequela Paſſionis Ejus ſit; & quod obedientia fidei inde ſequatur, quemadmodum Petrus *obedientiam* & *aſperſionem ſanguinis* Ieſu Chriſti conjungit.

6. Leviticæ aſperſiones non *phyſice* purificabant, ſed *moraliter*. Nam 1. non præciſe manus vel alia certa pars corporis, quæ impuritatem forte contraxerat, neque etiam totum corpus aſpergebatur, ſed in genere fiebat aſperſio, quocunque ſanguis vel aqua aſperſionis caderet. 2. aſperſio analogiam habebat cum ſanguine paſchatis, Ex. XII. 7. 13, qui non corporibus ſed januis affundebatur, & Iſraëlitis tamen profuit. 3. Poſt aſperſionem debuit aſperſus demum corpus ſuum & veſtes ſuas lavare. Per conſequens *aſperſio* habebat effectum *moralem*, & *lotio* effectum *phyſicum*.

7. Cum hac *lotione* analogiam in N. T. habet *lotio*, quæ tribuitur aquæ mundæ, Spiritui ſancto, 1 Cor. VI. 11. Hebr. X. 23, nec non ſanguini Ieſu Chriſti. *Lavit nos ex peccatis in ſanguine ſuo*, Ap. I. 5. *Laverunt ſtolas ſuas & dealbarunt in ſanguine Agnelli*, cap. VII. 14.

8. *Aſperſio* autem habet vim *moralem*. *Dorſcheus: Illa conſperſio ALITER* non *FIT, NISI per communicationem virtutis meritoriae, ſeu potius acquiſitae ſatisfactionis & redemtionis Ieſu Chriſti.* Part. I Theolog. Zachar. pag. 53.

9. Locus ille Ioh. VI de *eſu* carnis Chriſti & de *potu* ſanguinis ejus valde emphaticus eſt: non tamen verba nimis ample extendenda ſunt. Nam Ieſus ibi, (quemadmodum interdum adverſus duros oblocutores faciebat,) uſus eſt locutione metaphorica plane ſingulari, qua erga diſcipulos, ante & poſt, non utebatur. Τὸ *vere* v. 55 explicandum eſt ex c. XV. 1, *Ego ſum vitis vera:* ubi tamen metaphora manet, & quidem apud ipſum prædicatum. In ſententia illa, *caro mea vere eſt cibus* &c. illud *vere* non afficit prædicatum, ſed copulam, *eſt*, ut res adverſus contradictionem confirmetur. Ab initio & in fine colloquii *eſus* carnis Chriſti & *bibitio* ſanguinis ejus (ut Ioh. III nova nativitas) in *Fidem* reſolvitur. Per tales repræſentationes cavetur, ne quis *fidem* nimis tenuiter & leviter accipiat: & per phraſes de *fide* docemur, illas repræſentationes non eſſe juſto difficiliores.

10. Apud hæc omnia clarum eſt certumque, quod per *eſum* carnis Chriſti & *bibitionem* ſanguinis ejus, vel per fidem, 1 Chriſtiani cum Chriſto intime uniantur: 2 quod id carni ejus & ſanguini, quippe quam edunt, quem bibunt, in acceptis referre debeant: 3 quod caro & ſanguis Chriſti efficacem, intimam operationem in illis habeant, & vitam æternam illis afferant.

11. Vbi alias ſanguini Chriſti *mundatio* a peccatis tribuitur, id pro ratione contextus vel *moraliter* vel *phyſice*, vel utroque modo, accipiendum eſt: ex. gr. Hebr. I. 3. 1 Ioh. I. 7. Idemque valet de *victoria*. Ap. XII. 11.

12. Hæc omnia naturam tranſcendunt, & valde opus eſt, ut a dulci fallacia ſenſuum humanorum nobis caveamus. Confer *Cloſterbergiſche Sammlung* P. II. p. 138 & ſeqq. ubi homilia *Lauii* de *virtute ſanguinis*.

guinis Christi laudatur, & monita adversus deviationes dantur. Si quando ex. gr. gaudium Spiritus se in animam vel etiam in corpus diffundit, id non debet reprimi. Non per sensum (*Gefühl*) *ad* fidem venitur, etsi fides sæpe aliquid quod sentiri potest *post* se trahat: quod tamen absit ut vel nomine *caloris* vel physicæ cujusdam qualitatis appellemus. Quæ se sine affectatione dant, ea cum humili gratiarum actione accipiamus & sine ostentatione custodiamus. Nemo tamen aliis se tanquam modulum & exemplar obtrudat, neque alios sibi sic imitandos proponat. Alias multi in cupidam & violentam activitatem adiguntur, ut existiment, eadem experimenta & sensationes sibi ipsis extorquendas esse: & apud conatum ejusmodi natura defatigatur, ut se tandem per id, quod ipsa, sibi non conscia, conficit, vel in somnio, tranquillet.

13. Paucis, sanguis Christi pretiosus applicatur nobis apud aspersionem, apud lotionem, apud bibitionem, propter unionem personalem, *modo reali*, supernaturali tamen, adeoque plane incomprehensibili. *Id* (dictum de sanguine Iesu Christi, 1 Ioh. I. 7.) *non tantum de MERITO sanguinis Christi in cruce semel perfecto accipiendum est, sed Iohannes eo loco de ea re agit, quod in negotio justificationis non tantum divina natura in Christo, verum etiam ipsius sanguis per modum EFFICACIÆ nos ab omni peccato emundet. Ita caro Christi est vivificus cibus.* Form. Conc. Art. 8 de Persona Christi, pag. 776.

14. Simili modo, ex nostra parte, *fides* non modo habet vim *moralem*, sed etiam *suo modo* physicam quandam efficaciam & operationem, ad nostram justificationem & salutem.

15. Gaudebo equidem, si per ea, quæ dixi, ad augmentum amoris & agnitionis Redemtoris nostri, qui sanguinem nobis suum impendit, ansa quædam dabitur. Capacitas nostri cordis ad sancta mysteria, non tam exercitatione intellectus, quam per incrementum hominis novi amplificatur.

16. Iesus *salvare prorsus potest accedentes per Ipsum ad Deum, semper vivens, ad interveniendum pro illis.*

¶ κρεῖττον) Sic codd. probatiores: *) recentiores aliqui, κρείττονα.

¶ λαλοῦντι *loquenti*) non, *clamanti.*

¶ παρὰ τὸν Ἄβελ· *quam Abel*) Sanguis Abel, primo parricidio effusus, per synecdochen ponitur pro omni sanguine effuso in *terra* & vindictam clamante cœlum versus, reliquosque peccati in mundo clamores cumulante: & hunc *clamorem* sanguinis a Kaino celati violentum vincit *loquela* aperta & placida sanguinis Christi in *cœlo* pro nobis, & ex cœlo ad nos. Conf. κρείττονα, *meliora*, c. VI. 9.

Nunc, quorsum accesserint Christiani, universe recognoscamus.

Est *A. Sion* mons,

B. & urbs DEI viventis, *Ierusalem coelestis.*

C. a. & myriades;

α. angelorum panegyris,

β. & ecclesia *primogenitorum* in cœlis descriptorum:

b. & judex *DEVS* omnium:

D. c. & *spiritus* justorum consummatorum:

d. & novi testamenti mediator *Iesus;*

e. & *sanguis* adspersionis, melius loquens, quam Abel.

Hæc enumeratio non modo non confusa

*) *Hinc margo* Ed. 2 *apertius, quam* Ed. maj., *palmam concedit lectioni* κρεῖττον, *&* Vers. germ. *habet:* besser. E. B.

sa est, sed ordinem plane consideratum habet. *A* & *D*, *B* & *C*, inter se respiciunt per χιασμόν. In *B* & *C* describitur œconomia DEI, latius extensa, eaque ita potissimum, uti in die novissimo gloriosissime apparebit, qui fidei jam præsens est, v. 26. cap. XI. 1. & a *Paulo* sic consideratur Rom. II. 16 not. In *A* & *D*, œconomia Christi, interior, novi testamenti, quatenus ea tantisper viget, ut *Paulus* testatur 1 Cor. XV. 24. De utriusque œconomiæ differentia & nexu confer annot. ult. Exeg. Germ. ad Ap. XIV. 10. Naturali ordine *A* ponitur ante *B*, quia in Ap. cap. XIV & XXI mons Sion conspicitur ante Ierusalem novam; adeoque *D* & *C*, & articuli in *D* & *C*, retrogrado ordine (de quo conf. c. XI. 33 not.) considerandi venient.

25 βλέπετε· *videte*) Admonitio, quæ acuitur particula ἔν *igitur* prætermissa.

¶ μὴ παραιτήσησθε· *ne recusetis*) per infidelitatem.

¶ τὸν λαλοῦντα· *eum qui loquitur*) nempe, DEVM, cujus sermo, jam præsens, est ejusmodi, ut præludium sit commotionis ultimæ. Eadem vox, quæ in evangelio de *coelis* auditur, concutiet *coelum* & terram. Sanguis *loquitur* ad DEVM, v. 24: sed in v. 25 est *loquela*, quæ ad nos fit. λαλοῦντι v. 24 est neutrum ad αἷμα· λαλοῦντα est masculinum. Apostolus redit ad prima. c. I. 1.

¶ οὐκ ἔφυγον· *non fugerunt*) non potuerunt auditui se subducere, imo in pœnas incurrerunt.

¶ παραιτησάμενοι· *recusantes*) v. 19.

¶ χρηματίζοντα· *oracula dantem*) Deum ipsum innuit. v. 26 initio.

¶ πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς, *multo magis nos*) scil. *non fugiemus*.

¶ τὸν ἀπ' οὐρανῶν) scil. χρηματίζοντα, *Eum*, qui *de coelis* oracula dat. Mons Sinai pertingebat *in terra* ad infimam regionem cœli: sed *ex coelis*, adeoque ex ipso cœlo gloriæ & Filius attulit beatitudinem ejusque præconium, unde frequentissima in ipsius sermonibus mentio *regni coelorum*; & Pater testimonium superaddidit: ac jam in sermone suo repræsentat cœli commotionem, de qua v. 26.

¶ ἀποστρεφόμενοι· *aversantes*) Id majorem contumaciam significat, quam παραιτησάμενοι, *recusantes*.

26 οὗ ἡ φωνὴ) quippe *cujus vox*. Declaratur, qualis fuerit illa in terra, & qualis hæc sit a cœlis oraculorum loquela, χρηματισμός. Non igitur obstat articulus τὸν v. 25, quo minus unus sit idemque, qui super terra, & qui ex cœlis loquitur. Est tamen mimesis, & exprimitur affectus eorum, qui *Loquentem* non agnoscunt.

¶ τὴν γῆν) γῆ ἐσείσθη, *terra commota est*. Ps. LXVIII. 9. רָעָשָׁה quo eodem verbo Haggæus utitur. Etiam *coelos* tunc stillasse, Psalmus memorat; videlicet monti vicinos: Haggæus autem de omnibus cœlis factis loquitur.

¶ νῦν· *nunc*) Ostendit apostolus, quid DEVS *nunc* non modo promiserit, sed quid faciat.

¶ ἐπήγγελται) *promisit*. Est promissio, *spei* sanctorum proposita, quanquam impii terrentur ea re. habet igitur hic locus admonitionem plane evangelicam. coll. c. II. 3.

¶ ἔτι ἅπαξ, ἐγὼ σείσω οὐ μόνον τὴν γῆν, ἀλλὰ καὶ τὸν οὐρανόν, *adhuc semel ego concutiam non solum terram, sed etiam coelum*) Hagg. II. 6 עוֹד אַחַת מְעַט הִוא וְאֲנִי מרעיש וגו׳ LXX, ἔτι ἅπαξ ἐγὼ σείσω τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν, καὶ τὴν θάλασσαν καὶ τὴν ξηράν. κτλ. & v. 21, ἐγὼ σείω τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ τὴν θάλασσαν καὶ τὴν ξηράν. Duos versiculos in unum confert apostolus: quo ostendit, unam eandemque esse commotionem, cujus prima unus versiculus

lus Haggai, alter extrema denotat. Cœpit enim illa adventu Messiæ priore; consummabitur, adventu altero. de priore confer Matth. III. 17. XXVII. 51 ff. XXVIII. 2. Act. II. 2. IV. 31; de altero, Matth. XXIV. 7. Ap. XVI. 20. XX. 11. Illustre est testimonium Is. *Newtoni* ad Dan. p. 91: *vixque in omni V. T. aliquod de Christo exstat vaticinium, quod non, aliquatenus saltem, secundum ejus adventum respiciat.*

¶ σείσω) Alii, σείω. Vtrumque habent LXX, ut modo vidimus. sed σείσω, *movebo*, exprimit *promissionem.* *)

27 τῶν σαλευομένων· *eorum quae moventur*) cœli & terræ.

¶ τὴν μετάθεσιν· *transpositionem*) Idem verbum c. VII. 12. Antitheton, μείνῃ, *manerent.* Dices: Quum terra commoveretur olim, nulla facta est transpositio; quomodo jam cum cœli & terræ commotione conjuncta est transpositio? Resp. Hæc commotio est *totalis:* est *finalis:* est *promissa*, adeoque innuit, iis quæ moventur, successura esse meliora, id est, ea quæ non moventur, sed immobilia sunt. Prior illa præludium erat alterius.

¶ ὡς πεποιημένων· *tanquam factorum*) Ratio, cur ea, quæ commovenda dicuntur, sub *transpositionem* cadant. sunt enim *facta*, olim, per creationem; & *ita* facta, ut non manerent ipsa, sed moverentur; & ut deinceps ea tantummodo manerent, quæ non moventur. Sic *Paulus* loquitur 2 Cor. V. 1.

¶ ἵνα μείνῃ) *ut manerent.* Μείνῃ enim ait, non μένῃ. Imperfectum pendet a præterito πεποιημένων *factorum.* Sæpe μένω, *maneo*, dicitur de re, quæ, ceteris transeuntibus, superstes est. unde etiam ex μένω est μόνος. 1 Cor. XIII. 13.

¶ τὰ μὴ σαλευόμενα· *ea quae non moventur*) urbs DEI viventis, v. 22. novum cœlum & nova terra. Ap. XXI. 1 not.

28 βασιλείαν) *regnum*, cœlo terraque præsenti augustius.

¶ παραλαμβάνοντες· *accipientes*) a DEO promissum, *lubentia* fidei *acceptantes.*

¶ ἔχωμεν χάριν *habeamus gratiam*) χάριν ἔχειν est *gratiam habere*, *gratum esse*, Luc. XVII. 9 & sæpe: valet etiam, *acceptum esse*, Act. II. 47: & sic fere 2 Cor. I. 15. *Gratiam habere*, passive, est *gratia affici:* sic quoque fere hoc loco. *Gratiam invenire* est actus: *gratiam habere* status, cum fidelium prolubio conjunctus.

¶ λατρεύωμεν· **) *serviamus*) tanquam sacerdotes regales.

¶ μετὰ αἰδοῦς· *cum verecundia*) ex agnitione indignitatis nostræ, ne Dei oculos offendamus.

¶ καὶ εὐλαβείας· *& metu*) ex agnitione majestatis divinæ, ne nobis ipsis perniciem arcessamus. Hesychius, εὐλαβεῖσθαι, φυλάττεσθαι, φοβεῖσθαι. *Verecundia & metu* temperatur *spes*, ne in protervam audaciam degeneret. confer versum seq. cum c. X. 27.

29 καὶ γὰρ, *etenim*) Epiphonema gravissimum.

¶ ὁ θεὸς ἡμῶν πῦρ καταναλίσκον. *Deus noster ignis consumens*) Deut. supra ad v. 18. 19 aliquoties cit. cap. IV. 24, LXX, ὅτι Κύριος ὁ θεός σε πῦρ καταναλίσκον ἐστι, θεὸς ζηλωτής. conf. ibid. c. IX. 3. *Deus noster*, in quem *speramus*, idem *metuendus est.*

CAP. XIII.

1 Ἡ φιλαδελφία· *fraternus amor*) Hujus virtutis partes explicantur

*) *Eaque lectio, in* Ed. maj. *non probandis annumerata, per marginem* Ed. 2 *aequiparatur lectioni* σείω, *& praefertur omnino in* Vers. germ. E.B.

**) *Indicativum* λατρεύομεν, *praefert* utriusque Ed. *margo.* E.B.

tur in seqq. Eodem vocabulo *Paulus* alibi utitur.

¶ μενέτω· *maneto*) quamvis vetera transierint. *manet* (*Pauli* verbum) per se: 1 Cor. XIII. 8. 13. *maneto* etiam penes vos.

Matth. 27, 10. n.

2 μὴ ἐπιλανθάνεσθε· *nolite oblivisci*) quanquam spoliati. Facilis oblivio talis officii. v. 16. sic, μιμνήσκεσθε, μνημονεύετε, *recordamini*. v. 3. 7.

¶ ἔλαθον ξενισαντες· *latuere hospitio accipientes*) pro, λαθόντες ἐξένισαν. Hypallage Græcis frequens. Conf. ad Chrysost. de Sacerd. p. 427. Occurritur diffidentiæ erga *ignotos* hospites.

¶ τινὲς, *quidam*) Abraham, Lot. Gen. XVIII. 2. XIX. 1.

¶ ἀγγέλους· *angelos*) Sic sæpe hospes ignotus est dignior, quam videtur, & comites, quamvis non conspicuos, habet angelos. Actiones æstimantur pro eo, quod quis facit, non solum pro eo, quod se facere putat. Matth. XXV. 40. 45.

3 μιμνήσκεσθε· *mementote*) in precibus, in beneficiis.

¶ ὡς συνδεδεμένοι· *tanquam simul vincti*) propter unitatem corporis sub uno capite Christo.

¶ ἐν σώματι· *in corpore*) in corpore naturali *incommodis* eorumque periculis nondum erepto. Alius toto vitæ tempore adversa multa experitur, ut Iacob: alius in juventute, ut Ioseph: alius in confirmata ætate, ut Iob: alius demum extremo tempore; & in talem eventum præcipue conducit hæc admonitio.

4 τίμιος) scil. ἔστω, coll. v. 5. i. e. *honoretur*. Antitheton ad *scortatores*. Cœlibes, quibus scortationis periculum imminet, hortatur, ut matrimonium contrahant, tanquam *pretiosum* quiddam agnoscentes, ejusque bono digne utantur. conf. 1 Thess. IV. 4.

¶ γάμος) *nuptiae*, id est, matrimonium.

¶ ἐν πᾶσι) *in omnibus*. Latius patet periculum scortationis, quam adulterii. conf. 1 Cor. VII. 2, ἕκαστος, *quivis*: omnesque debent matrimonium magni facere, ut, si quis eo ipse non utatur, alios tamen *non prohibeat*. 1 Tim. IV. 3.

¶ ἡ κοίτη) *cubile*, torus, status ususque matrimonii. *Nuptiae-cubile-scortatores-adulteros*: Chiasmus.

¶ ἀμίαντος· *impollutum*) Subaudi iterum, *sit*. Antitheton ad *adulteros*.

¶ κρινεῖ ὁ θεὸς· *judicabit DEVS*) Longe plurima pars scortatorum & adulterorum est sine dubio, quæ effugit notitiam judicum mortalium; quum talia furta non iis modis patefiant, quibus olim: Num. V. 20 s. magna pars, etiamsi innotescat, tamen pœnam civilem & disciplinam ecclesiasticam vel effugit, vel levissime persentiscit. [*Videlicet scortatores & adulteri sunt ipsi quandoque* judices, *ecclesiasticis politicisue muneribus ornati: adeoque consulere sibi norunt; quin & aliis, sui similibus, ubi res tulerit, consulunt. Plurima prorsus celata manent in mundo; vel variis artibus diluuntur; vel sustinentur per violentiam.* V. g.] *Deus judicabit*; [*Horrendum dictu! c. X. 30. 31.* V. g.] eos maxime, quos homo non punit. conf. 2 Sam. III. 39. Loquitur apostolus de judicio, ut propinquo. [*Amplissimo illo die quanta, quaeso, in lucem protrahentur! Tum profecto nefanda ista* scelera *definent* morum venustatibus *accenseri*. V. g].

5 ὁ τρόπος) *vita quotidiana*.

¶ ἀρκούμενοι) Participium pro imperativo. perinde ut ellipsis verbi *sit*, sic verbi *estote* morata est.

¶ τοῖς παροῦσιν· *praesentibus*) Sic *Paulus* de se, Phil. IV. 11.

¶ αὐτὸς) *IPSE*.

¶ εἴρηκεν· *dixit*) Quod Iacobo, Iosuæ & populo, & Salomoni dictum est, etiam ad nos pertinet.

¶ οὐ μή σε ἀνῶ, οὐδ' οὐ μή σε ἐγκατα-

λίπω) Gen. XXVIII. 15. LXX, οὐ μή σε ἐγκαταλίπω. Deut. XXXI. 6, οὐ μή σε ἀνῇ, οὐδ' οὐ μή σε ἐγκαταλίπῃ, ibid. v. 8, οὐκ ἀνήσει σὲ, οὐδ' οὐ μή σε ἐγκαταλίπῃ. Ios. I. 5, οὐκ ἐγκαταλείψω σὲ, οὐδ' ὑπερόψομαί σε. 1 Par. XXVIII. 20, οὐκ ἀνήσει σὲ, ᾗ οὐ μὴ ἐγκαταλίπῃ σέ. Est igitur instar adagii divini. Neque *opem*, neque *praesentiam* subtrahet.

6 Κύριος ἐμοὶ κτλ.) Sic LXX, Ps. CXIIX. 6, & sic fere Ps. LVI. 5. 12.

7 ἡγουμένων) *antistitum*. v. 17. 24. Late patet hujus verbi usus, de principe, de doctore &c. Mox declaratur h. l. *qui locuti sunt vobis verbum DEI*. Innuit ergo doctores ex primis Christi testibus & apostolis, eorumve discipulis & sociis, qui paulo ante *decesserant*, vel jam jamque decessuri erant.

¶ ἀναθεωροῦντες) *spectantes*, id est, quum spectatis cum recordatione. Idem, grande, verbum, Act. XVII. 23. *Magnam ἀναθεώρησιν res habet*, Cicero lib. XIV ad Att. Ep. XV. *quanta est ἀναθεώρησις!* ep. XVI.

¶ τὴν ἔκβασιν· *exitum*) beatum, optatum.

¶ τῆς ἀναστροφῆς, *conversationis*) in fide, constantis.

¶ μιμεῖσθε· *imitamini*) Imperativus. Facilius spectamus & miramur beatum obitum piorum, quam fidem, qua eum consecuti sunt, imitamur.

¶ τὴν πίστιν *fidem*) in *exitu* maxime praestitam.

8 Ἰησοῦς Χριστὸς, *Iesus Christus*) Solennis appellatio: Summa Evangelii, fide tenendi. Non solum innuitur doctrina *de Christo*, sed *ipse Iesus Christus*, de quo agit doctrina fidei. In ea fide, verbo DEI nixa, antecessores nostri salvi decesserunt.

¶ χθὲς ᾗ σήμερον· *heri & hodie*) Propria significatione ἐχθὲς ᾗ σήμερον *heri & hodie* occurrit 1 Sam. XX. 27. sed apostolus ampliore sensu loquitur. Iesus Christus, qui erat heri, idem est hodie: *heri*, ante passionem & mortem: *hodie*, in gloria. conf. cap. I. 3. Ap. I. 18. Vt inter *heri* & *hodie* nox intervenit, & ipsa nox tamen ab *heri* & *hodie* absorbetur, sic *passio* gloriam Iesu Christi *hesternam*, ut sic loquar, & *hodiernam*, non ita interpellavit, ut eadem non esset continua. Proverbii vim habent hæ locutiones, *heri, heri & pridie, heri & hodie, heri & cras:* Es. XXX. 33. Deut. IV. 42. 2 Sam. XV. 20. Sir. XXXVIII. 23. & in hac apostoli sententia generali *heri & hodie* instar est proverbii, ut denotet quodvis tempus *praeteritum* & *praesens*, præsertim in tractatione hactenus deducta notatum. Idem est Iesus Christus, *heri*, ante adventum in mundum, ante passionem, ante adscensionem, & *hodie*, in cœlo: *heri & hodie*, in priore & altera hujus Hortationis parte: *heri*, tempore antecessorum nostrorum veterum & proximorum, & *hodie*, nostra ætate. Quoquo modo accipias, *heri* breve & *secula* longa non potest inter se committere Artemonius p. 347.

¶ ὁ αὐτὸς,) Alii comma præmittunt, minus commode. Sententia apostolica: *Iesus Christus* semper idem est; qui *heri* erat, *IDEM est HODIE*, imo *in secula*. [*Idem semper Saluator idemque Doctor*. V. g.] Etiam vera, vobis per *doctores* vestros tradita, doctrina, semper *eadem* est, non *varia*. v. 7. 9. Ipse semper idem est. Cap. I. 12, *tu idem es*. *Idem*, in V. & N. T. c. XII. 2 not. Vid. etiam 1 Cor. III. 11. Phil. III. 16. Non mutatur Hic, nec moritur, quamvis doctores obeant.

¶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας) *& in secula*. v. 20. c. VII. 3. 16. 24 f.

9 διδαχαῖς· *doctrinis*) Sic *Paulus* Eph. IV. 14.

¶ ποικίλαις· *variis*) quæ differunt a fide una in unum eundemque Iesum Christum. Varietas erat in cultu levitico c. IX 10.

¶ ξέ-

¶ *ξέναις· peregrinis*) quæ differunt a fide *antiſtitum*. Fidei præſenti jam etiam levitica erant *peregrina*, v. 9-14, ipſiusque jam *vetuſtatis* oblitus erat apoſtolus: ideo non *vetera*, ſed *peregrina* appellat.

¶ *μὴ παραφέρεσθε*) *nolite auferri*. [*Neben hin*. Not. Crit.] Sic παρὰ in compoſito, c. II. 1. Antitheton, *βεβαιοῦσθαι firmari*. 1 Sam. XXI. 13 (14) ויתהלל LXX, ἠ παρεφέρετο. Eccl. I. 17 הללות Theodotion παραφοράς.

¶ *καλὸν γὰρ χάριτι βεβαιοῦσθαι τὴν καρδίαν· bonum enim eſt gratia firmari cor*) Sententia categorica, *χάριτι βεβαιούμεθα* (*κατὰ*) *τὴν καρδίαν, gratia firmamur cor*: cui reſpondet antitheton, *non cibis*. ſed modale, *bonum*, additur ex affectu apoſtolico, ad acuendam admonitionem. Sic *Paulus*, Rom. VI. 17 not. Καλὸν, *bonum*, pulcrum, ſalutare; jucundum etiam, citra *varietatem peregrinam; & proficuum*. Antitheton, *nil profecerunt*.

¶ *χάριτι· gratia*) gratia, quæ per Chriſtum, oblato ejus corpore, nobis obtigit.

¶ *βεβαιοῦσθαι*) *firmari*. Affine verbum, *στηριχθῆναι, fulciri*, quemadmodum *pane*, ſive *baculo panis*, ut Hebraica locutio habet, *fulcitur cor*. Iud. XIX. 5. Eſ. III. 1. Pſ. CIV. 15. &c. Id hìc de *cibis* negatur, & gratiæ vindicatur.

¶ *οὐ· non*) Non convenit Iudaiſmus & Chriſtianiſmus.

¶ *βρώμασιν· cibis*) Extenuatio, uti c. IX. 10. Etiam ii notantur cibi, qui in loco ſancto edebantur. Antitheton, *edere*. v. 10. Iudæis ſuus eſt cibus; noſter cibus, ſaluberrimus, nobis.

¶ *ἐν οἷς· in quibus*) Conſtr. cum *ambulantes*.

¶ *οὐκ ὠφελήθησαν*) Conf. *ἀνωφελὲς*. c. VII. 18.

¶ *οἱ περιπατήσαντες· ambulantes*) diu multumque.

10 *ἔχομεν· habemus*) Habet hic verſus duo commata. ex priore pendet verſus 15 & 16, ex altero, verſus interjecti. *χιασμός*.

¶ *θυσιαστήριον· altare*) *Crucem Chriſti*, in qua immolatum eſt corpus ipſius.

¶ *ἐξ οὗ*) *ex quo*. Hujus quoque altaris participes ſunt, qui victimam ejus, non alterius, edunt. conf. 1 Cor. X. 18.

¶ *φαγεῖν· edere*) Cibus, caro Chriſti data pro nobis. Antitheton ad cibos ceremoniales. *Editur* inprimis in S. Cœna, ubi exhibetur corpus pro nobis traditum, & ſanguis pro nobis effuſus in *ſacrificio* illo crucis unico.

¶ *οὐκ, non*) Gal. V. 2 ſeqq.

¶ *τῇ σκηνῇ· tabernaculo*) Amphibolia parabolica, qualis c. IX. 8 not. Namque tabernaculum, ſi protaſin ſpectes verſu 11 expreſſam, denotat partem ſanctuarii anteriorem: ſin apodoſin, de qua v. 12, innuit totum cultum leviticum. Eſt etiam aculeus, quod dicit *τῇ σκηνῇ, tabernaculo*, non *ἐν τῇ σκηνῇ, in tabernaculo*. Similiter *Paulus* Rom. VII. 6 not.

11 *ὧν γὰρ εἰσφέρεται*) Lev. VI. 23 (30) *καὶ πάντα τὰ περὶ τῆς ἁμαρτίας, ὧν ἂν εἰσενεχθῇ ἀπὸ τοῦ αἵματος αὐτῶν εἰς τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου ἐξιλάσασθαι ἐν τῷ ἁγίῳ, οὐ βρωθήσεται, ἐν πυρὶ κατακαυθήσεται*.

¶ *ζώων· animalium*) c. IX. 12 ſ.

¶ *αἷμα· σώματα· ſanguis: corpora*) quæ erant umbræ ſanguinis & corporis Chriſti.

¶ *ἔξω τῆς παρεμβολῆς*) *extra caſtra*, in quibus erat tabernaculum, & ſacerdotes levitici, & quotquot illi cultui inhærebant. Sic LXX, Lev. IV. 12. 21. &c. c. XVI. 27.

12 *ἵνα ἁγιάσῃ*) *ut ſanctificaret*, a peccatis mundaret, ex mundo ad DEVM duceret. Reſp. *ſancta*, v. 11.

¶ *ἰδίου· proprium*) Antitheton, *animalium*.

¶ *αἵματος· ſanguinem*) Corporis mentio latet ſub verbo, *paſſus eſt*. quo pacto apo-

apodosin hîc habet versus 11, de *sanguine* animantum eorumque corporibus.

¶ τον λαον, *populum* c. II. 17.

¶ ἔξω της πυλης· *extra portam*) quasi indignus hominum æstimatus consortio. Matth. XXVII. 32. coll Lev. XXIV. 13. *Extra portam* passus est urbis (quanquam *urbis* vocabulo scite abstinet apostolus,) quæ urbs ipsa erat instar *castrorum* in deserto, & templum habebat, sicut castra habuerant tabernaculum.

¶ ἐπαθε· *passus est*) Typus passionis, victimarum combustio. *Passio* proprie est illa in cruce, *extra portam.*

13 τοίνυν) Particula initio posita (Es. V. 13. XXVII. 4. XXXIII. 23.) hoc loco deliberatam fidelium fortitudinem spirat. Sic τοιγαρουν initio capitis XII.

¶ ἔξω της παρεμβολης· *extra castra*) v. 11. *Castra* Iudaismum notant.

¶ τον ὀνειδισμον αὐτου· *opprobrium ejus*) i. e. crucem. c. XII. 2.

¶ φερομεν· *portantes*) ut Simon Cyrenæus. Matth. l. c.

14 γαρ, *enim*) Ratio, cur dicat *castra*, non *urbem*. v. 13. Hierosolymam ipsam fides pro castris habet.

¶ μενουσαν· μελλουσαν) Paronomasia. Simul *non manentem* alludit ad instantem Hierosolymorum vastationem. non dignatur eam *appellare* urbem, quæ non manet. Nos non manemus hîc: nec ipsa urbs manet omnino.

¶ πολιν· *urbem*) c. XI. 10 not. Pari modo *Paulus* Phil. III. 20.

¶ μελλουσαν· *futuram*) c. II. 5 not.

15 δι αὐτου· *per ipsum*) 1 Petr. II. 5.

¶ θυσιαν· *hostiam*) *Altare* memoratur v. 10. nunc *sacrificia* enumerantur: *laudationis*, h. l. *beneficentiae*, v. 16.

¶ αἰνεσεως· *laudationis*) pro salute firma.

¶ διαπαντος, *jugiter*) *Iuge* sacrificium. Nil de Missa. Huic *jugiter* respondet, quod sequitur, *nolite oblivisci*. v. 16.

¶ καρπον χειλεων· *fructum labiorum*) Sic LXX, Hos. XIV. 3, nec non Es. LVII. 19; sed Hebræa priore loco פְּרִי שְׂפָתָיִם altero נוּב (נִיב) שְׂפָתָיִם

¶ ομολογουντων· *confitentium*) in fide, contemta omni contumelia mundi. v. 13.

16 ευποιΐας, *beneficentiae*) erga egentes.

¶ κοινωνίας, *communionis*) erga merentes Gal. VI. 6. coll. mox v. 17.

¶ τοιαυταις· *talibus*) Ref. etiam ad v. præced. *his*, *talibus*, non sanguine quadrupedum.

¶ ευαρεστειται) Verba, ευαρεστομαι, δυσαρεστομαι, cum sexto casu, significant, *hoc mihi placet*, *displicet*. δυσαρεστουμενος, *sibi displicens;* ut solent, qui prope a morbo absunt. Diogenes Laërtius in Arcesilao, καί τινος μὴ ευαρεστουμενου τῇ διατριβῇ αὐτου, *cum quidam non libenter cum eo esset.*

17 πειθεσθε, *obedite*) Doctoribus defunctis *memoriam* præstate, v. 7, viventibus *obedientiam.*

¶ ὑπείκετε, *concedite*) Id plus est, quam obedire. *Obedite* in iis, quæ præcipiunt vobis tanquam salutaria: *concedite*, etiam ubi videntur plusculum postulare. Hinc pendet, *ut.*

¶ αὐτοὶ, *ipsi*) Vt *ipsi* sunt accurati, sic, quum vos accuratos esse volunt, debetis *concedere.*

¶ ὡς λόγον ἀποδώσοντες· *tanquam rationem reddituri*) Sane hoc & ad vigilandum movet, & ad cavendum auctoritatis abusum. His verbis anima Chrysostomi semper concussa fuit, ut ipse fatetur initio libri VI de sacerdotio: quem ad locum aliqua notavimus p. 490.

¶ μετὰ χαρας· *cum gaudio*) si vos videant vigilantiæ suæ respondere.

¶ τουτο, *hoc*) Spectat hoc τουτο non ad *rationem reddituri*, sed ad *vigilant.* Auditores debent doctoribus suis *obedire* & *concedere*, *ut cum gaudio* &c. *Gementes rationem reddere* ipsis doctoribus lætum non esset:

esset: e contrario *gementes vigilare* ductoribus damnosum non est, auditoribus est inutile.

¶ καὶ μὴ, *ac non*) Non est bonus antistes, quisquis non aut *gaudet* aut *suspirat*, aut utrumque.

¶ στενάζοντες· *gementes*) Audiuntur gemitus creaturarum aliarum: quanto magis, pastorum?

¶ ἀλυσιτελὲς, *inutile*) Tristitia, *gaudio* oppositа, ex qua fluunt suspiria, ductores vehementer debilitat: & ipsa eorundem *suspiria* auditoribus *non prosunt*, imo multum nocent.

18 προσεύχεσθε περὶ ἡμῶν· *orate pro nobis*) Sic solet *Paulus*, præsertim in conclusione, rogare eos, ad quos scribit. Rom. XV. 30.

¶ πεποίθαμεν) *confidimus*, nos ipsos exaudiri & liberatum iri.

¶ γὰρ, *enim*) Vis ætiologiæ proprie cadit super versum 19.

¶ ὅτι) id est, *quia*. nam *confidimus* ponitur absolute, uti *audemus*. 2 Cor. V. 8. Conscientia fiduciam affert. 1 Ioh. III. 21. 2 Cor. I. 12.

¶ καλὴν, καλῶς· *bonam*, *bene*) Conjugata.

¶ πᾶσι· *omnibus*) Neutrum. vid. not. ad 2 Cor. XI. 6.

¶ θέλοντες· *volentes*) Voluntatem sequitur conscientia.

19 περισσοτέρως· *amplius*) Constr. cum ποιῆσαι, *facere*.

¶ παρακαλῶ, *rogo*) Hoc primum epistolæ hujus loco Paulus aliquid de se uno scribit.

¶ τάχιον) eo *citius*.

20 ὁ δὲ θεὸς, *Deus vero*) Fratres jussit orare pro se, v. 18. nunc pro illis orat.

¶ τῆς εἰρήνης· *pacis*) *Paulus* sæpe *Deum pacis* appellat. Rom. XV. 33. Hic congruit το καταρτίσαι, *coaptet*. v. 21.

¶ ὁ ἀναγαγὼν ἐκ νεκρῶν *qui reduxit ex mortuis*) Deus pastorem duxit, Pastor gregem. e profundo reduxit in altum, ubi ab omnibus conspiciatur. Non concludit apostolus, antequam mentionem fecerit *resurrectionis* Christi.

¶ τὸν ποιμένα τῶν προβάτων τὸν μέγαν· *Pastorem ovium magnum*) Appositа appellatio. Habetis, inquit, antistites multos, v. 17. sed hic omnium est *Antistes*. Ego sum absens, v. 19. sed DEVS non abest, neque deerit. Alluditur ad Es. LXIII. 11. [*Vnde varians lectio* ἐκ τῆς γης, pro ἐκ νεκρῶν, *h. l. orta*. Not. crit.] & hac allusione apostolus, in ipsa conclusione epistolæ, Christum etiam atque etiam Mosi, de quo Es. l. c. sermo est, anteponit.

¶ ἐν) *in*. Significanter. Constr. cum ὁ ἀναγαγὼν, *qui reduxit*. coll. c. II. 9, διὰ, *propter*: item Ioh. X. 17. 18. Phil. II. 9.

¶ διαθήκης· *æterni*) Augustum epitheton. Hæc æternitas testamenti infert necessitatem resurrectionis. Act. XIII. 34 not. ex Esaja.

21 καταρτίσαι· *coaptet*) 1 Cor. I. 10 not.

¶ ποιῆσαι· ποιοῦντι) Deo *faciente*, nos *faciemus*. [*Deus aptat nos ad* faciendum: *immo vero Ipse potius* facit. *2 Petr. I. 3.* V. g.]

¶ τὸ θέλημα, *voluntatem*) Conf. Es. LIII. 10 de *resurrectione* Christi & progressa *voluntatis* divinæ.

¶ διὰ, *per*) Constr. cum ποιοῦν, *faciens*. Phil. I. 11.

¶ ᾧ· *cui*) scil. θεῷ, *DEO*. v. 20. Rom. XVI. 27 not. Gal. I. 5 not. Tum demum gloria Deo dari potest, si te voluntati ejus salutari subjeceris. Conf. de *Christo*, 2 Petr. III. 18.

¶ δόξα· *gloria*) Non dederant hi, ad quos scripsit, locum exordii læti, in quo gratiarum actio fieret. hoc igitur loco Doxologia ponitur a *Paulo*, uti Gal. I. 5 6 not.

22 παρακαλῶ· παρακλήσεως· *hortor*: *hortationis*) Conjugata suaviter posita.

¶ τῦ λόγυ, *verbum*) quo vestri antistites vos coram & copiose hortantur. Antitheron, ἐπέστειλα, *misi*, scripsi. conf. Act. XV. 27. 32.

¶ διὰ βραχέων) *paucis*, pro copia rerum.

¶ ἐπέστειλα· *misi*) hanc nempe epistolam, *paracleticam*, hortatoriam.

23 γινώσκετε) *scitote*, cum gaudio.

¶ τὸν ἀδελφὸν, *fratrem*) Sic Timotheum *Paulus* appellat. Vid. not. ad 1 Cor. IV. 17.

¶ ἀπολελυμένον· *solutum*) Fuerat igitur in custodia.

¶ ἔρχηται· *veniat*) ad me. Diversis ergo fuerant in locis.

24 πάντας τὺς ἡγυμένυς ὑμῶν· *omnes praepositos vestros*) Tarditate laborabant: habet autem epistola solidum pro perfectis cibum. Ergo, si ulla epistola, hæc certe multitudini subducenda fuisset. Et tamen hæc quoque epistola ad multitudinem potius, quam ad antistites, ad quos minus necesse erat, dirigitur. [*Sic ad mulieres, liberos, seruos, adolescentes &c. dirigitur sermo Eph. V. 22 &c. 1 Ioh. II. 18. 2 Ioh. v. 1. atque ad omnes omnino 1 Petr. III. 8. V. 5. Paulus* Archippo *mandatum dat per* Colossenses, *c. IV. 17.* V. g.] Scripta apostolorum publice in cœtu, quemadmodum olim prophetarum, recitabantur: quanto magis privatim legere, quoad opus est, cuivis ita liberum relinqui debet, ut non demum per dispensationem pontificalem concedatur. Nam quæ semel audire tutum est, sæpe legere plus juvat. Alibi memorat Paulus *episcopos & diaconos*, Phil. I. 1. Hîc tantummodo ἡγυμένυς, *antistites*, appellat. conf. 1 Thess. V. 12. 1 Tim. V. 17. *Omnes* eos salutari jubet: nam ii, ad quos scribit, multis in locis erant.

¶ πάντας τὺς ἁγίυς· *omnes sanctos*) credentes, Israëlitas præsertim.

25 ἡ χάρις· *gratia*) Clausula *Pauli* propria.

ANNOTATIONES IN EPISTOLAM IACOBI.

CAPVT I.

1 Ἰάκωβος, *Iacobus*) *Petrus*, *Iohannes*, *Iacobus*, apostolatu circumcisionis functi sunt: Gal. II. & *Iacobus* quidem Hierosolymis & in Palæstina Syriaque; *Petrus* Babylone & in aliis orientis partibus; *Iohannes* Ephesi & in Asia potissimum, versati. Atque horum, & Iudæ, de XII apostolis, habemus Epistolas VII, quæ conjunctim antiquo potius, *) quam apto peræque omnibus titulo *Catholicae* appellantur, quum familiares **) sint nonnullæ; & *VII Canonicarum* titulo

*) & Eusebii *jam ætate, ut cel.* Michaëlis *notat, usitatissimo*, E. B.

**) Iohannis *nimirum* duæ posteriores *ideo reliquis annexæ videntur, quod & ejusdem cum* prima *auctoris*

titulo *) a Paulinis **) canonicis distinguuntur. *Iohannes* Ephesо misit ad Parthos, ut antiqui tradidere: *Petrus*, Babylone, ad *Dispersos* Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ & Bithyniæ: Iudas, nescio unde, ad eosdem, ad quos frater, Iacobus: Iacobus, Hierosolymis, ad *XII tribus dispersas*. Hic Iacobus est apostolus: de quo vid. ad Act. XV. 23. atque hujus epistolæ partes sunt tres:

CAP. I. 1

I. Inscriptio.

II. Adhortatio,
- *1. ad Patientiam, ut fratres tentationes*
  - *a) externas bene ferant.* *v. 2-12*
  - *b) internas vincant.* *v. 13-15*
- *2. ut quivis, divinae bonitatis respectu, v. 16-18, sit celer ad AVDIENDVM, tardus ad LOQVENDVM, tardus ad IRAM. Atque haec tria*
  - *a) proponuntur.* *v. 19-21*
  - *b) tractantur.*
    - *I. AVDITVS sit conjunctus cum facto, v. 22-25 (& quidem in specie cum taciturnitate, v. 26, cum misericordia & abstinentia, v. 27, sine intuitu personarum, c. II. 1-13) adeoque fides sit conjuncta universe cum operibus.* *v. 14-26*
    - *II. LOQVELA sit modesta.* *c. III. 1-12*
    - *III. IRA, cum ceteris tumidis affectibus, cohibeatur.* *13 - IV. 10. 11 s. 13-17*
- *3. iterum ad Patientiam, quam*
  - *a) acuit Iudicis ADVENTVS, in quo appropinquat*
    - *1. calamitas injustorum.* *c. V. 1-6*
    - *II. liberatio justorum.* *7-12*
  - *b) nutrit ORATIO.* *13-18*

III. Conclusio, per apodioxin. *19. 20*

¶ κυρίε ἰησε χριςε, *Domini Iesu Christi*) *Iesu Christi* nomen hic apostolus in hac epistola non nisi c. II. 1 iterum ponit; nec in oratione Act. XV. 14 s. XXI. 20 s. unquam. Videri potuisset, si *Iesum* sæpe appellaret, id ex ambitione facere, cum esset frater Domini. † Atque eo minus novit Christum secundum carnem. 2 Cor. V. 16. Nil de Abrahamo, & Isaaco, (nisi obiter, c. II. 21.) de Iacobo, de Mose, nil

Matth. 28, 10, n.

ctoris essent, & facile perire potuissent, si separatim *fuissent descriptæ; monente ill.* Michaëlis, *in der* Einleitung &c. *T. II. p. m. 1552.* E. B.

*) *quo inter Scriptores nobis cognitos* Cassiodorus, *Sec. VI, primus fuit usus, ut* Michaëlis *l. c. observat.* E. B.

**) *Ill.* Michaëlis *l. c. suspicatur, nonnisi* priores Petri *&* Iohannis *epistolas* canonicas *initio dictas fuisse, quò discernerentur a reliquis 4 vel 5, in antiqua ecclesia nondum communi consensu receptis; idque nomen reliquis etiam, postliminio agnitis, hæsisse deinceps.* (*Conf. not.* Gnom. *ad 1 Petr. I. 1.*) *Subjicit conjecturam* Vir *cel.* catholicarum *quoque titulum ejusdem fortassis originis & significationis esse. Congruit cel. C. G.* Hofmanni *not. ad I. G.* Pritii *Introd. in lectionem N. T. Lips. 1737. p. m. 61.* E. B.

nil de Iudæa, Hierosolymis, templo memorat: tota epistola ex novitate illa christiana fluit.

¶ δωδεκα φυλαῖς, *duodecim tribubus*) Israëlis. *)

¶ διασπορᾷ, *dispersione*) Petr. I. 1. Act. VIII. 1. LXX Deut. XXVIII. 25. XXX. 4.

¶ χαίρειν, *gaudere*) Verbum in salute dicenda frequens, & huic loco proprie conveniens. χαρὰν *gaudium*, v. seq. [*quod promouetur potius, quam impeditur afflictionibus.* V. g.] Scopus est hortari ad ὑπομονὴν, *patientiam*, in afflictione illorum temporum, & compescere *tumorem* Iudaicum abusu fidei christianæ exaggeratum: brevius, commendare mediocritatem, vel, si mavis, spiritualem animæ temperantiam. v. 19 not. Conf. Hebr. XII. 1. Etenim multis in rebus epistolæ ad Hebræos epistola Iacobi respondet: itemque priori epistolæ Petri. Convenientiam suis notabimus locis. Sæpe prophetæ, sæpe apostoli diversi easdem sententias locutionesque adhibuerunt, ad confirmandas mentes auditorum. Anadiplosis, latius sumta, Iacobo frequens, ut χαίρειν, χαρὰν, v. 1 s. & sic in verbo ὑπομονὴν, v. 3 s. λειπόμενοι, v. 4 s. διακρινόμενος, v. 6. Adde v. 13 ff. 19 s. 21 s. 22 s. 26 s.

2 πᾶσαν χαρὰν, *omne gaudium*) Sententia: *omnis tentatio gaudium duci debet.* inde τὸ *omnis* a subjecto ad prædicatum transponitur, manente hoc sensu: tentatio non nisi gaudium duci debet. Conf. Hebr. XII. 11. Luth. h. l. *eitel Freude:* & c. III. 16, πᾶν, *eitel böse Ding.* Sic 1 Petr. V. 10, πάσης χάριτος, *omnis gratiae.* Es. LX. 21, ὁ λαός σου πᾶς δίκαιος, *populus tuus omnis justus.* Sic Num. XIII. 2. 3. Dan. XII. 1. coll. Ap. XX 15. Summo patientiæ gradu, *gaudio*, continentur ceteri.

¶ ἀδελφοι, *fratres*) Persæpe hac appellatione Iacobus utitur, præsertim ineunte nova periocha.

¶ πειρασμοῖς ποικίλοις, *tentationibus variis*) Sic v. 12. 1 Petr. I. 6. *variis*, animæ & corporis, v. gr. *morbis.* c. V. 16.

¶ περιπέσητε) Idem verbum, Luc. X. 30. coll. v. 36.

3 τὸ δοκίμιον ὑμῶν) *probamentum, probatio vestra.* Sic, τὸ δοκίμιον ὑμῶν τῆς πίστεως, 1 Petr. I. 7. LXX, Prov. XXVII. 21, δοκίμιον ἀργυρίῳ, καὶ χρυσῷ πύρωσις· ἀνὴρ δὲ δοκιμάζεται διὰ στόματος ἐγκωμιαζόντων αὐτόν. Herodianus, δοκίμιον στρατιωτῶν (adde, χρισιανῶν,) κάματος, ἀλλ' ὁ τρυφή. Zosimus, εὐνοίας δοκίμια παραχόμενος. Itaque δοκίμιον est *tentatio patienter susceptа.* Nisi paralleliſmus Petrinus me retineret, lectionem τῆς πίστεως tot fultam testibus apud Iacobum facilius amplecterer. **) Vt est, *probatio* absolute dicta, probationem fidei, amoris & spei complectitur. Et quamvis τὸ τῆς πίστεως in hoc versu omittatur, tamen *fides* etiam Iacobo prora & puppis est, v. 6. c. V. 15: & *probatio fidei* speciatim salva manet ex Petri testimonio.

¶ κατεργάζεται ὑπομονὴν, *operatur patientiam*) Idem Rom. V. 3 dicitur, & additur, ἡ δὲ ὑπομονὴ δοκιμὴν, *patientia autem probationem.* conf. infra, v. 12.

¶ ὑπομονὴν, *patientiam*) v. 12. Luc. VIII. 15 not. Sic Ps. LXII. 6. LXX, ὅτι παρ' αὐτῷ ἡ ὑπομονή μου.

4 ἔργον τέλειον, *opus perfectum*) Sequitur, τέλειος. a rebus & opere denominatio fit hominis ipsius. Id ut assequare, *gaudio* opus

*) *Ad confessionem fidei christianæ nimirum perducti. Vid. cel.* Michaëlis *Einleitung &c. T. II. p. m. 1589 sq.* E. B.

**) *Et sane b.* Auctor *lectionem istam pleniorem prætulit postea in marg.* Ed. 2; *diserte vero expressit in* Vers. germ. E. B.

opus est. Τέλειος idem, qui δόκιμος, v. 12. coll. not. ad 2 Tim. II. 15.

¶ ἐχέτω, *habeat*) Hortatur: ut in v. 2, *existimate*. Perfecta est patientia, quæ gaudet.

¶ τέλειοι καὶ ὁλόκληροι, *perfecti & integri*) Id denotat absolutum quiddam; *in nullo deficientes*, respectivum. namque opponuntur inter se λείπεσθαι & πλεονεκτεῖν. [*Homines seculi, vel & literati, siquando amplissima laude mactare quendam gestiunt, hominis aut viri* omnibus numeris absoluti (consummatissimi) *encomio eum ornant. Hoc praedicatum qualibus ex vero competat, videre est hoc ipso loco:* probatio *requiritur* & opus perfectum. *Quod* absolutum *videtur mundo*, nullum *coram DEO est, si* fidem *detroxeris.* V. g.]

5 εἰ, *si*) Nexum rerum a v. 1 seqq. & cap. IV. 1 ff. is facile inveniet, qui, dum injuriam patitur, animum huc refert. Nam boni & mali affectus varie cientur.

¶ δὲ, *vero*) Antitheton, *in nullo deficientes: deficit.*

¶ σοφίας, *sapientia*) qua intelligimus, unde veniat tentatio, & cur; & quomodo ferenda; & quomodo v. gr. *morbo* occurrendum. *) Patientia magis est in potestate hominis pii, quam sapientia. illa præstanda; hæc petenda. Summa sapientiæ, quæ patientiam in tentatione paupertatis & opum gubernat, v. 9. 10 describitur.

¶ αἰτείτω, *postulet*) Valde urget Iacobus *preces fidei.* coll. c. V. 13 ff.

¶ πᾶσιν, *omnibus*) recte rogantibus.

¶ ἁπλῶς, *simpliciter*) Constr. cum *qui dat omnibus.* Admirabilis virtus, divina *simplicitas.* dat simpliciter, magis minusve dignis, sive bene sive pejus usuri sint. Huic simplicitati respondet simplicitas fidelium, non δίψυχων.

¶ μὴ ὀνειδίζοντος, *qui non exprobrat*) Non dat **) repulsam: nec, quum bona dat, insipientiam & indignitatem præteritam nobis exprobrat, neque abusum futurum.

6 πίστει, *fide*) Etiam Iacobo *fides* est prora & puppis, coll. c. V. 15. In media epistolæ parte remoras duntaxat fidei removet. [*& veram ejus indolem ostendit.* V. g.]

¶ ἔοικε) Idem verbum v. 23.

¶ κλύδωνι θαλάσσης, *fluctui maris*) Talis est, qui sapientia destituitur, per preces non impetrata.

¶ ἀνεμιζομένῳ, *qui a vento movetur*) extrinsecus.

¶ ῥιπιζομένῳ, *qui circumfertur*) intrinsecus, sua instabilitate.

7 μὴ γὰρ οἰέσθω, *ne enim opinetur*) Fides non *opinatur.* is, qui *opinatur*, ut δίψυχος, *duplex animo*, frustra *opinatur.*

8 ἀνὴρ δίψυχος) Sic δίψυχοι dicuntur c. IV. 8, qui non habent cor purum & Deo *simpliciter* deditum. Alias nusquam occurrit in N. T. hoc nomen, neque apud LXX int. Possis reddere *bianimis*, uti dicitur *bilinguis.* Vtrumque in Germ. *falsch.* Hesychius: δισυχια, ἀπορία. Est igitur affine τῷ διακρινόμενος. Habet quasi duas animas, quarum altera hoc, altera illud sentit. Sir. II. 13, ἐν καρδίαις δειλαῖς, καὶ χερσὶ παρειμέναις,

*) *Cel.* Benson *donum Spiritus S. extraordinarium innui censet, quo Apostoli & reliqui testes primæui* veritatem christianam *coram tribunalibus Iudæorum atque gentilium irresistibili facundia valerent* vindicare. *Quam sententiam contextui non parum conuenire censet cel. D.* Ernesti, *Bibl. th. T. III. p. 45.* E. B.

**) Hunc *significatum ex usu vocis* חרף *pluribus illustrat cel. D.* Ernesti, *Bibl. th. T. VII. p. 5 sq. Sed* exprobrationis *notio, quæ cel,* Bruckero *potissimum arriserat, & in* Gnomone *quoque commorata censetur, cur* contextui *non conueniat, fateor equidem me non perspicere. Eorum certe* fides, *qui gratiæ donis non ea, qua par est, religione usos se hactenus esse sentiunt, haud parum ea sententia confirmari potest, quòd DEVS* non exprobret *pristinam negligentiam. Vtrumque significatum egregie, puto, exprimit gallicum* qui ne la reproche point. E. B.

εἰμένοις, καὶ ἁμαρτωλῷ ἐπιβαίνοντι ἐπὶ δύο τρίβους. [Viri *nomen occurrit etiam v. 12. 20.* V.g.]

¶ ἀκατάστατος, *inconstans*) Non enim impetrat per preces gubernationem divinam: *sapientiae*que expers diffidet a se & ab aliis. c. III. 16.

9 καυχάσθω δὲ, *glorietur autem*) Optimum remedium contra διψυχίαν sive *animam bifidam*. *Gloriandi* verbum exstat etiam cap. II. 13. III. 14. IV. 16.

¶ ὁ ἀδελφὸς, *frater*) Hac appellatione Iacobus dignatur potius humilem, quam divitem.

¶ ὁ ταπεινὸς) *humilis*, pauper, tentatus.

¶ ὕψει, *altitudine*) Proponit Iacobus de humili & de divite: mox subjicit tractationem de divite, v. 11. deinde de humili. v. 12, utrumque tractaturus uberius capite V. Totius epistolae institutum est, omnia ad æquabilitatem redigere. Conf. c. II. 1. V. 13. ὕψος, beatitudo, corona vitæ, sine *marasmo*.

10 πλούσιος, *dives*) Synecdoche, pro omni florente & lauto.

¶ ἐν τῇ ταπεινώσει, *in humiliatione*) Hoc proprie construitur cum *glorietur*. conf. 2 Cor. XII. 9. 2 Sam. VI. 22. ταπείνωσις non dicit *marasmum* divitis; sed demissionem animi, *) ex illius marasmi intuitu.

¶ ὅτι ὡς, *quoniam sicut*) Protasis, *sicut periit*: apodosis, *ita*. v. 11.

¶ ἄνθος χόρτου, *flos foeni*) Graminis pars amœnissima, flos. 1 Petr. I. 24.

11 ἀνέτειλε - ἀπώλετο· *exortus est - periit*) Quatuor momenta. primum est causa fecundi; tertium, quarti.

¶ καύσωνι) *aestu* meridiano, & vento urente, *ortum* subsequente. Gradatio.

¶ ἡ εὐπρέπεια, *decor*) qui est in flore.

¶ πορείαις) Divitibus alias adscribitur εὐπορία· apostolus autem ponit verbum simplex, idque plurali numero, ob molestam negotiorum amplitudinem. πορεία, *iter*, a πορεύομαι, ut βασιλεία, βασιλεύω. Lectioni πορίαις (litera ε demta) nil tribuo. Alleganda in Appar. p. 728 fuit, quia *Millius* de *codicibus nonnullis* ita legentibus obscure loquitur, & de *Estio Gaignaeum* allegante silet.

¶ μαρανθήσεται, *tabescet*) in morte.

12 μακάριος, *beatus*) μακάριος ex μὴ & κὴρ, *immortalis*. Hoc, & *vitae*, opponitur τῷ μαρανθήσεται.

¶ ὑπομένει, *sufferet*) v. 3. 4. 1 Petr. II. 20. Vid. App. crit. Ed. II ad h. l.

¶ ἐπηγγείλατο, *promisit*) c. II. 5.

¶ ἀγαπῶσιν, *qui amant*) Amor parit *patientiam*. [*Omnes nimirum tentationes eo, quo par est, loco habere nouit. Rom. VIII. 28.* V.g.]

13 μηδεὶς πειραζόμενος, *nemo, qui tentatur*) Nunc aliud de tentationibus caput sequitur. Magnus patientiæ nervus, ortum scire mali. κακοῦσθαι intentatis malis, donec gens vincula ferat Liv.

¶ λεγέτω, *dicat*) corde aut ore.

¶ ἀὐτὸς) *Ipse*. i. e. nec mala ulla Deum, ad nos in deteriora solicitandos, **) extrinsecus

ad peccandum solicitat.

*) *Qui malunt h. l. eundem vocis* ταπείνωσις *significatum tueri, qui in praecedente* ταπεινὸς *obtinet, quam de* animi *demissione cogitare, ii verbo* καυχᾶσθαι *aut in utroque versu, aut in altero certe (ubi subintelligendum est ex prioribus) significationem generaliorem verbi* ὀιεσθαι, putare, existimare, *tribuant necesse est; id quod recte fieri censet cel. D.* Ernesti, *l. c. p. 7 sq. Ego vero haud minori jure putem duplicem significatum ratione* nominum, *quam ratione* verborum *assumi posse; praesertim si eam* dilogiæ elegantiam *huc transferas, quam ad vocem* ἀπείραστος, *v. 13, ipse S. R. D.* Ernesti *urget l. c. p. 8 sq. Vtra sententia* facilior *sit & minus coacta, quilibet lectorum pro suo* gustu *judicauerit.* Linguæ usu *neutram excludi, concedent omnes.* E.B.

**) *Consentientes h. l.* Bengelius *habet interpretes* Anglos *& b.* Bruckerum; *sed dissentit cel. D.* Ernesti, *l. c.*

secus tentant; nec vero ipse sua sponte quenquam tentat. Id ipsum etiam est *simplicitatis* divinæ. v. 5. Sæpe τὸ αὐτὸς spontaneum quiddam innuit: unde congruit, in opposito, τὸ βελητεὶς, v. 18.

14 ἕκαστος, *unusquisque*) Antitheton, ἑδένα, *neminem*. v. 13.

¶ ὑπὸ, *a*) Concupiscentia est pellex; homo ipse, quasi vir.

¶ ἰδίας, *sua*) Causam igitur peccati debemus in nobis quærere, non extra nos. Ne ea quidem, quæ diabolus injicit, periculum facessunt, antequam fiant *ἰδια nostra*. *Propriam* quisque *concupiscentiam* habet, ex ingenio, temperamento, more, *suo*.

¶ ἐξελκόμενος, *abstractus*) initio tentationis, *ex* veritate & virtute *trahentis*. Passivum. *interne naturâ instincta*.

¶ δελεαζόμενος, *illectus*) ulteriore progressu, illecebram *ad* malum admittens. Medium. *externe objecto*.

15 συλλαβοῦσα, *cum conceperit*) peccatum, ex hominis voluntate.

¶ ἁμαρτίαν, *peccatum*) peccati actum. Non ideo concupiscentia ipsa non est peccatum. Qui hominem gignit, homo est.

¶ ἀποτελεσθεῖσα, *consummatum*) adultum robur nactum. id quod celeriter fit.

¶ θανατον, *mortem*) Peccatum morte gravidum nascitur.

16 μὴ πλανᾶσθε, *nolite errare*) Summus *error* est, non bona, sed mala accepta referre Deo. ab hoc errore deducere, est *amoris*. Fidelis admonitio. coll. c. V. 19. Μὴ οὖν *Al. Lat.* Constat vel hoc exemplo, consensioni *Al. Lat.* nullis aliis testibus firmatæ me non nimium tribuere, quod hanc varietatem in margine textus indicare nolui.

17 πᾶσα, *omne*) Nexus sermonis patet, si ita resolvas: δόσις, *datio*, quæ omnis est bona: δώρημα, *donum*, quod omne est perfectum &c. bona tantummodo & perfecta, nulla mala, superne sunt. *bona* & *perfectum* in inciso est prædicatum: *datio* & *donum* subjectum: *omnis* & *omne*, si sensum spectes, pertinet ad subjectum. conf. *omne*, v. 2 not.

¶ δοσις, *datio*) *Datio bona*, in antitheto ad *peccatum*, denotat ea, quæ initio & indies conducunt ad justitiam & pietatem: *donum perfectum*, in antitheto ad *consummatum* & *mortem*, denotat ea, quæ pertinent ad *consummationem* & vitam beatam. conf. 2 Petr. I. 3.

¶ ἄνωθέν ἐστι καταβαῖνον) *est id, quod desursum descendit*. conf. *descendens*. c. III. 15.

¶ ἄνωθὲν, *a*) nempe *a Patre luminum*. Declaratur τὸ *superne*.

¶ τῦ πατρὸς τῶν φώτων, *Patre luminum*) *Patris* appellatio congruens huic loco. sequitur ἀπεκύησεν. Ipse Patris & matris loco est. Est Pater luminum etiam spiritualium in regno gratiæ & gloriæ. Ergo multo magis Ipse *Lux* est. 1 Ioh. I. 5. *Lucis* mentioni statim, ut solet, subjungitur mentio *vitæ*, ex regeneratione. v. 18.

¶ παρ' ᾧ οὐκ ἔνι παραλλαγὴ ἢ τροπῆς ἀποσκίασμα, *apud quem non est transmutatio, aut vicissitudinis obumbratio*) Παραλλαγὴ dicit mutationem in intellectu; (vid. LXX, 2 Reg. IX. 20.) τροπὴ mutationem voluntatis. In utroque vocabulo est metaphora a stellis, huic loco, ubi *luminum* mentio fit, aptissima. παραλλαγὴ & τροπὴ est in natura, (vid. τροπὰς, Iob. XXXVIII. 33.) quæ habet quotidianam vicissitudinem diei & noctis, & longiores modo dies modo noctes: in Deo nil tale est. Ipse est Lux

l. c. p. 8 sq., significatum etymologicum, *contra* usum linguæ, *nimia solicitudine ab istis premi caussatus. Qua in re qualem instantiam præbeat Lexicon* Hederico-Ernestianum, *non dissimulandum existimaui in meiner* Beleuchtung &c. § *19. p. 89 sqq.* E. B.

Lux mera. παραλλαγὴ &τροπή, si qua accidit, penes nos est, non penes Patrem luminum. ἀποσκιασμα interdum dicit ὁμοίωμα. sic enim Hesychius interpretatur. unde Gregorius Naz. τὸ τῆς ἀληθειας ἴνδαλμα καὶ ἀποσκίασμα tanquam synonyma ponit: & apud Tullium, Budæo observante, *adumbratio rei* opponitur *perfectioni ejus*: sed hoc loco opponitur *luminibus*, adeoque magis proprie sumitur, ut ἀποσκίασμα τροπῆς sit *jactus umbrae primulus, revolutionem habens conjunctam.* Idem Hebraismus genitivi mox, *abundantiam malitiae.* ex quo colligere licet, τὸ *transmutatio* opponi τῷ *datio bona*, quemadmodum *vicissitudinis obumbratio* opponitur τῷ *donum perfectum.* Παραλλαγὴ aliquid majus est. hinc gradatio in oratione negante: *ne quidem vicissitudinis adumbratio.* Hoc demum efficit *perfectionem*; illud, *bonum* est. *Perfectior* est, qui ne quidem vicissitudinis adumbrationem habet.

18 βουληθεὶς) *volens*, voluntate amantissima, liberrima, purissima, fœcundissima. Hebr. אב ab אבה *voluit*: *) conf. Ioh. I. 13. Congruit ἔλεος, *misericordia*, 1 Petr. I. 3. Antitheton, *concupiscentia cum conceperit.* סר גולין אלל גולד –

¶ ἀπεκύησεν) Antitheton, ἀποκύει, v. 15.

¶ ἡμᾶς) *nos*, credentes, præsertim ex Israël. Opponitur inter se duplex generatio: eaque in malo describitur per abstracta; in bono, per concreta.

¶ ἀληθείας, *veritatis*) N. T.

¶ ἀπαρχήν τινα τῶν αὐτοῦ κτισμάτων, *primitiae quaedam creaturarum ejus*) Sumus ex Deo per creationem & generationem, *factura & genus ejus*, Eph. II. 10. Act. XVII. 29. *Creaturae* reliquæ visibiles sunt tot ac tantæ; sed harum *primitiae* sunt fideles, pars prima & nobilissima, sanctior ceteris, & ceteras sanctificans; qui ob id ipsum tentationibus exercentur. *quaedam*, habet modestiam: nam *primitiae* proprie & absolute unus est Christus. *Gal. Opp. p. c. 104. p. 715.*

19 ὥστε, *igitur*) Symperasma: simulque Propositio eorum, quæ sequuntur, trimembris. Auscultationi salutari inimica est nimietas in verbis & affectibus, *oris & cordis.* v. 26.

¶ πᾶς, *omnis*) Oppositum, *nemo*, v. 13. Nam eo, non modo ad versum proximum, respicit versus 19.

¶ ταχὺς εἰς τὸ ἀκοῦσαι, *velox ad audiendum*) Vera audiendi ratio (*suscipite*) cum obedientia & recta auditorii constitutione tractatur v. 21-27, & capite II toto.

¶ βραδὺς εἰς τὸ λαλῆσαι, *tardus ad loquendum*) Hoc tractatur v. 26, & c. III. *Tardus ad loquendum*, ut nil loquatur contra Deum, c. I. v. 13; nec sinistre de Deo, c. III. 1-13.

¶ βραδὺς εἰς ὀργὴν, *tardus ad iram*) Hoc tractatur capp. III. 13 f. IV. V. *Tardus ad iram* sive impatientiam erga Deum; iracundiam erga proximum. Qui *tardus* ad iram est; facile omni ira, mala certe, supersedebit. Festinatio impellit ad peccandum.

20 ὀργὴ) *ira*, affectus potentissimus.

¶ ἀνδρὸς, *viri*) Sexus virilis maxime iram alit: 1 Tim. II. 8. actionesque ejus vel justæ vel injustæ latius patent. Innuitur ira naturalis, extra gratiam.

¶ δικαιοσύνην θεοῦ, *justitiam Dei*) omnia officia divinitus præscripta & Deo placita.

¶ οὐ κατεργάζεται, *non operatur*) i. e. plane impedit justitiam Dei; [*adeoque orationis hujus trimembris praecipuam ea partem constituit.* V. g.] tametsi sibi, dum fervet, quam

*) *Congruunt Eruditorum observationes, quas cum approbatione commemorat cel. D.* Ernesti, *Bibl. th. T. VII. p. 9.* E.B.

quam maxime operari eam videatur. Purius sine ira fit.

21 ἀποθέμενοι πᾶσαν ῥυπαρίαν, *deponentes omnem immunditiam*) Metaphora a veste. c. II. 2. ῥυπαρία *sordities*, quæ expurgatur *audiendo* verbum. Ioh. XV. 3.

¶ περισσείαν κακίας) *abundantiam, nimietatem, quae solet vitiosa esse*, præcipue in *loquendo*. (Matth. V. 37.) [*In cogitationibus, verbis, gestibus, operibus, vitio non caret excessus.* V. g.] κακία non est *malitia* sive *nequitia*, sed *malitas* sive *vitium*, virtuti contrarium; & genitivus κακίας habet hoc loco vim epitheti.

¶ ἐν πραΰτητι, *in mansuetudine*) Hæc opponitur *irae*: præstaturque in omnibus rebus. Conf. 1 Petr. II. 1. 2. Ira & subitus animi impetus impedit auditum: ideo lenitate opus est.

¶ δέξασθε) *accipite* animo, auribus, opere. [*Promtos agite auditores.* V. g.]

¶ τὸν ἔμφυτον) *insitum*, per regenerationem, v. 18 & per *habitum*, [*ab ineunte aetate vobis conciliatum*, V. g.] Hebr. V. 14, nec non per assuetudinem inde a majoribus, Israëlitis. [*DEI videlicet populo.* V. g.] v. 1. coll. 2 Tim. I. 5. Est insitum: ergo summa necessitudine fidelibus conjunctum, & propinquum: Rom. X. 8. ergo accipiendum in mansuetudine.

¶ λόγον, *verbum*) Evangelium. 1 Petr. I. 23 ff.

¶ τὸν δυνάμενον, *quod potest*) magna efficacia.

¶ σῶσαι, *salvare*) *Salutis* spes alit *mansuetudinem*: & hæc illam sustentat.

f) 23 ὅτι, *quia*) Explicatur ille *paralogismus* otiosorum auditorum.

¶ γενέσεως) c. III. 6.

¶ ἐν ἐσόπτρῳ, *in speculo*) Demonstratur hinc veritas Scripturæ, quod homini faciem animæ refert exactissime.

24 g) εὐθέως, *statim*) aversus ad alia. Magnam vim exprimendæ hujus celeritatis cum levitate conjunctæ habet ᾗ cumulatum. Gen. XXV. 34.

¶ ἐπελάθετο, *oblitus est*) Oblivio non excusat. v. 25. 2 Petr. I. 9.

25 παρακύψας, *qui perspexerit*) Resp. *considerabit*, v. 24. Verbo παρακύπτω innuitur rei reconditæ indago, non in *superficie speculi* hærens, sed ad interiora penetrans. Sir. XIV. 24, ὁ παρακύπτων διὰ τῶν θυρίδων τῆς σοφίας. Beata curiositas, si efficax ad fructum.

¶ εἰς νόμον τέλειον τὸν τῆς ἐλευθερίας, *in legem perfectam libertatis*) Sic appellat legem, quatenus per fidem stabilitur. Rom. III. 31. Conf. infra c. II. 12. 8 not. Cavet Iacobus, ne quis abutatur idiomate Paulino de *servitute legali & jugo*. Qui legem facit, liber est. Ioh. VIII. 31 s. *Perfectioni* legis respondere homo debet perfectione cognitionis & obedientiæ: alias non est liber, sed *reus*. c. II. 10.

¶ καὶ παραμείνας, *& permanserit*) Antitheton, *abiit*. v. 24.

¶ ὅτος - ὅτος) *hic, hic*, inquam. Verba interjecta ætiologiam addunt prædicato, & repetitio vim habet.

26 εἴ τις, *si quis*) Nunc exempla addit *factionis operis*.

¶ θρῆσκος, *religiosus*) cultor Dei, privatim & publice. Hesychius, θρῆσκος, ἑτερόδοξος, εὐγενής. i. e. qui plus novit, quam ceteri, & nobiliori mente præditus est. Congruit Oecum. exegesis, cui θρῆσκος est γνῶσης τῶν ἐν τῷ νόμῳ ἀπορρήτων ᾗ ἀκριβὴς φύλαξ.

¶ μὴ

f) παραλογιζόμενοι ἑαυτούς, *decipientes semetipsos*] Audiendo sibi placentes. *V. g.*

g) κατενόησε, *contemplatus est*] Haud facile nullam plane sui cognitionem affert auditus verbi. 1 Cor. XIV. 24. *V. g.*

¶ μὴ χαλιναγωγῶν, *non refroenans*) Aptissima metaphora c. III. 2 s.

¶ γλῶσσαν, *linguam*) & cor.

¶ καρδίαν, *cor*) & linguam. Altera alteram & ducit & sequitur. linguæ est loquela; cordis, affectus. v. 19. [*Vtrumque pari modo conjungitur Cohel. V. 1: qui Salomonis liber cum hac* Iacobi *epistola in eo præcipue conspirat, quod utrinque* mediocritas *urgetur per omnia. Conf etiam Matth. XII. 34. Linguâ peccatur objurgando, pejerando, mentiendo, jocando, falsa promittendo, murmurando &c.* V. g.]

27 θρησκεία, *religio*) Id est, qui miseros sublevat, & mundi lautitia mersos vitat, ejus demum cultus omnis, Deo præstitus, recte se habere potest.

¶ καθαρὰ καὶ ἀμίαντος, *munda & immaculata*) ex amore *puro* fluens, & a *mundi sordibus* remota.

¶ ἐπισκέπτεσθαι, *visitare*) cum consilio, solatio, beneficio, etiam sua sponte.

¶ ὀρφανὸς καὶ χήρας, *pupillos & viduas*) i. e. afflictos, etiam alieniores, a multis neglectos. Synecdoche.

¶ ἐν τῇ θλίψει, *in afflictione*) Nam si aliis de causis id fiat, non est *religio*.

¶ ἄσπιλον ἑαυτὸν, *immaculatum se*) Id fit, si abstineatur a consuetudine aliorum, qui neque nobis prosunt, neque nos illis.

¶ τηρεῖν, *custodire*) solicite.

CAP. II.

1 Ἀδελφοί μου, *fratres mei*) Æqualitas Christianorum, *fraterno* nomine indicata, fundamentum hujus admonitionis.

¶ ἐν) Similes phrases, ἐν προσωποληψίαις ἔχειν, ἐν ἐπιγνώσει ἔχειν, Rom. I. 28.

¶ προσωποληψίαις, *personarum acceptionibus*) quarum altera divitum a fide alienorum, altera pauperum Christianorum valde diversa.

¶ τὴν πίστιν, *fidem*) qua pauperes abundant.

¶ τῆς δόξης, *gloriae*) Hoc quo minus a *Domini* construi videatur, facit pronomen *nostri*. Est igitur appositio, ut ipse Christus dicatur ἡ δόξα, *Gloria*. conf. Luc. II. 32. Es. XL. 5. Eph. I. 17. 1 Petr. IV. 14. Δόξα, ipse Christus. Ita & Ipsum Iacobus ut Filium Dei prædicat, & resurrectionem ejus ex mortuis; ut apostolum decet. *) Christus, Gloria: hinc etiam fides in eum gloriosa, & fideles glorioſi. Hanc fidelium gloriam nullus mundi honos æquat: nemo personarum acceptor agnoscit.

2 εἰσέλθῃ, *introierit*) tanquam hospes ignotus.

¶ συναγωγὴν) *coetum eumque sacrum*. addit enim, *vestrum*. Nomen a Iudæis ad Christianos traductum.

¶ ἀνὴρ χρυσοδακτύλιος, *vir aureum annulum habens*) Rarior olim usus annulorum. Antitheton simplex, *pauper*.

¶ λαμπρᾷ, *splendida*) nitida, nova, cujuscunque coloris.

3 ἐπιβλέψητε, *intueamini*) cum admiratione.

¶ τὸν φοροῦντα) *gestantem*, quamvis, quis sit, nesciatis; cum fortasse sit ethnicus.

¶ σὺ-σὺ, *tu-tu*) Hoc instar est nominis proprii h. l.

¶ κάθου ὧδε, *sede hic*) Antitheton, *sta istic*.

¶ καλῶς) טוב LXX καλῶς. *honeste*.

¶ ἐκεῖ, *istic*) procul a nobis.

4 καὶ

*) *Locum hunce argumento esse, non ad* Iudæos *in Iudaismo constitutos, sed ad* Ex-judæos *omnino Apostolum scripsisse, cel.* Michaelis *observat, in der* Einleitung &c. *T. II. p. m. 1590.* E. B.

4 καὶ ἐ, *neque*) *Si*, v. 2, apodosin *) habet in hoc versu, κὴ ἐ, κὴ, *neque*, &.

¶ ἐ διεκρίθητε) Isto discrimine divitis & pauperis utentes, tamen *non discrevistis* justa dubitatione, consideratione & æstimatione, quid tribuendum esset pauperi potius, vel certe non minus, quam diviti. διεκρίθη, active, etiam Rom. IV. 20. præterea vero διακρίνεσθαι in bonam partem, in hoc loco Iacobi. Huic compositio opponitur simplex κρίναι, quo notantur definite aliquid *constituentes*. διάκρισις κρίσιν debet præcedere: vos illa omissa hanc exercetis. *Supplendū κακως ποιειτε — sensu Bⁱⁿ marg.*

¶ κριταὶ διαλογισμῶν πονηρῶν) *judices*, approbatores, *malarum cogitationum*, i. e. divitum, foris splendentium, sed malis cogitationibus scatentium. Qui divitem præ paupere honorant, non præcise cupiunt *malas* ejus *cogitationes* approbare, sed Iacobus id sic interpretatur & imputat, quia dives in sua pompa plenus est malarum cogitationum. Communior sententia ut nota præsupponitur. † *pravi et tenerarii judices, et impugnatores legis.*

5 ἀκούσατε, *audite*) Hac compellatione *sistit* ac retinet apostolus *judices* præcipites; ostendens, de paupere potius, quam de divite esse bene præsumendum.

¶ ὁ θεὸς, *Deus*) Dei judicio subscribere nostrum debet judicium, etiam in ceremoniis & gestibus externis.

¶ ἐξελέξατο τὸς πτωχὸς, *elegit pauperes*) Qui electi sunt, egeni sunt. Non denotantur hîc pauperes omnes, neque soli; nam paupertas ac divitiæ neminem per se faciunt bonum aut malum: sed tamen passim pauperes præ divitibus beati prædicantur. c. V. 1. Suntque fere synonyma, *impius & dives*, *justus & pauper*. Es. LIII. 9. Amos II. 6. V. 12. Dives, si pius est, divitias abnegat: pauper, si malus est, paupertatis bonum negligit. Christiani multi ex pauperibus erant; pauci ex divitibus: præsertim Hierosolymis, & inter eos, ad quos Iacobus scribit. conf. cit. cap. V. 1 ff. Sic quoque, *elegit*, 1 Cor. I. 27.

¶ πλουσίους ἐν πίστει, καὶ κληρονόμους, *divites in fide*, & *heredes*) Beza sic interpretatur: *elegit pauperes*, *ut fierent divites fide & heredes &c.* E. Schmidius sic: *elegit pauperes*, *qui tamen sunt divites in fide*, *ut sint etiam heredes &c.* Hic duo momenta arctissime cohærentia, *divites & heredes*, divellit; ille, contra scopum apostoli, post *electionem* ponit *fidem & amorem*. Neque enim aliter Iacobus agit de ordine electionis, fidei & amoris, atque ille ordo nobis innotescit, adeoque judicii recti regulam de pauperibus præbet. quo quidem modo non solum fides, sed etiam amor electionem in ordine cognitionis nostræ antecedit. Mens apostoli hæc est: *Deus elegit pauperes*, *qui sunt divites in fide & qui sunt heredes &c.* unde hoc fluit argumentum: Quicunque sunt divites in fide & heredes; illos debemus ut a Deo electos agnoscere & tractare. atqui pauperes &c. Sic electio adeo non antecedit fidem, ut etiam hereditas electionem antecedat; antithetoque inter *elegit*, & *ignominia affecistis*, expenso hæc emergit conclusio: Divites in fide & heredes regni & Deus magni facit & nos magni facere debebamus.

¶ ἐν πίστει, *in fide*) quæ tendit in Dominum gloriæ. v. 1. Huic *fidei* tanquam sequela

*) *Secus judicat cel. D.* Ernesti, *qui* (*l. c. p. 11*) *ad* protasin *refert hunc versum*, & apodosin, ellipsi *absorptam*, *subintelligi vult*: κακῶς ποιεῖτε. Posse *etiam hunc nexum obtinere*, *haud negauerim. Sed locum Marc. XI. 32*, *quem illustrationis caussa ciet* Vir. cel., *personarum potius* hypallagen *continere putem*, *quam talem* ellipsin *qualis heic ex hypothesi statuitur*. E. B.

quela tribuuntur *divitiae* cœlestes*) & mundi futuri, sicut *amori hereditas*.

¶ κληρονόμους) *heredes*, quia filii.

¶ τῆς βασιλείας, *regni*) Maxima dignitas.

6 ἠτιμάσατε, *ignominia affecistis*) dum pauperem postposuistis. Grande verbum.

¶ οὐχ οἱ πλούσιοι, *nonne divites*) Non omnes, sed tamen plerique, & soli. nam pauperes, etiamsi vellent, non possunt. Commemorat hoc apostolus, non ut pios ad invidiam concitet, sed ut indignitatem divitum demonstret. Καταδυναστευουσιν. cf. 1. Sam. XII. 3. [illegible]

¶ αὐτοὶ, *hi*) Demonstrativum, uti v. 7. Hebr. הם *Hi* sunt, qui & vi aperta & specie juris agunt.

¶ ἕλκουσιν ὑμᾶς, *trahunt vos*) importune.

7 βλασφημοῦσι, *blasphemant*) Prov. XXX. 9. Loquitur apostolus maxime de divitibus ethnicis. conf. 1 Petr. IV. 14. II. 12. Inter Iudæos enim non erant multi divites, certe Hierosolymis.

¶ τὸ καλὸν ὄνομα, *bonum Nomen*) השם nomen Dei, laudandum super omnia, כי טוב *quoniam bonum est*, & *nomen* ejus *bonum*. Huc notavi: κ *pro* λ, *ed. non una hodie: sphalmate omnibus modis emendando*. Subjunxit *Baumg. a quo* (Sphalmate) *nemo facile periclitabitur*. Respondeo: non *periculi*, sed *pietatis* causa dandum fuit monitum.

¶ τὸ ἐπικληθὲν ἐφ' ὑμᾶς, *quod invocatum est super vos*) ex quo appellati estis *populus Dei*. Similis locutio, Gen. XLVIII. 16. Es. IV. 1.

8 νόμον βασιλικὸν) *legem regiam*, quæ se non patitur sub arbitrium humanum in *servitutem* redigi; sed ipsa *libertatis* lex est, v. 12, & summa præceptorum, omnes & amare & amari jubens: *legem* maximam *Regis* summi, qui Amor est, apud quem nulla est *personarum acceptio*, & qui suos omnes ad libertatem & ad regnum evehit, & personarum acceptionem fugere jubet, & transgressores punire potest. Conf. Not. ad Chrysost. de Sacerdotio p. 443, de epitheto βασιλικός.

¶ τελεῖτε, *perficitis*) etiam per fugam *acceptionis personarum*.

¶ κατὰ, *secundum*) *Secundum* determinat. *lex* est totum: *scriptura* illa, *diliges &c.* est pars. conf. v. 10 s.

¶ ἀγαπήσεις, *amabis*) etiam in habendo honore. Lex regia, amoris. Luth. *die Liebe ist Kayserin*. conf. 2 Cor. II. 8 not.

¶ τὸν πλησίον σου, *proximum tuum*) etiam pauperem.

¶ καλῶς) *pulchre*: præ illo καλῶς, *bene*, quod notatur v. 3. Conf. v. 19. 7.

9 προσωποληπτεῖτε, *personas accipitis*) *Personarum acceptio* non amat omnes æque.

¶ ἁμαρτίαν ἐργάζεσθε, *peccatum operamini*) Omnis actio vestra peccatum est. Huc ref. *enim*, v. 10.

¶ ἐλεγχόμενοι, *convicti*) propter *acceptionem personarum*, incurrentes in elenchum.

10 πταίσει) *offendet*, gravius præsertim. πταίειν, de offensione quotidiana. c. III. 2.

11 ὁ γὰρ εἰπὼν, *qui enim dixit*) Vnus est, qui totam legem tulit: cujus voluntatem qui una in re violant, totam violant.

12 οὕτως λαλεῖτε, *sic loquimini*) Tales estote in loquendo. In hac anakephalæosi respicit cap. I. 26.

¶ διὰ νόμου ἐλευθερίας, *per legem libertatis* Vid. c. I. 25 not. Lex abhorret a servitute. ergo etiam a respectu personæ.

13 ἡ

*) *Egregie sane C. T.* Dammius, *in dem* neu übersezten Brief des Apostels Iacobus, *Berl. 1747. p. 37. not. 8:* wie reich ist der (*ait*) der reich am Glauben ist? der Glaube eignet sich Christum zu. Vnd was bekommt er mit dem? Gerechtigkeit, Kindschaft Gottes, Gnade Gottes, künftige Erbschaft, Seegen, besondre Vorsorge Gottes, Ruhe der Seelen. -- E. B.

13 ἡ γὰρ κρίσις, *judicium enim*) Iudicium illud Dei de nobis, quod nemo ſubterfugiet, tale erit in quemque, qualis fuerit quisque, *haud miſericors* illi, qui non fecerit *miſericordiam*.

¶ ἔλεος, *miſericordiam*) Hæc, præſuppoſita communi miſeria, ſynonymon eſt *amoris*. v. 8.

¶ καταχαυχᾶται, *gloriatur contra*) Grande verbum: memorabile axioma. Ipſum judicium libenter fert hanc *gloriationem*. Frequens apoſtolis eſt aſyndeton: & hujus criterium ſolet eſſe varietas particularum, quas librarii ſupplent, ut hoc loco alii καὶ præfixerunt, alii δὲ ſubjecerunt. Lectio brevior, media, genuina. Vid. App. crit. Ed. II ad h. l.

¶ ἔλεος, *miſericordia*) divina, humanæ reſpondens.

14 τι, *quid*) Apoſtolus a cap. I. 22 adhortatus eſt ad faciendum: nunc iis occurrit, qui fidei prætextu facere fugiunt. Porro ſic docebat Paulus: *Ex fide eſt juſtitia & ſalus, non ex operibus*. id, ut omnia ſolet perverſitas humana, jam tum in abuſum rapuerant pſeudochriſtiani, & verba Pauli, contra mentem Pauli, uſurparant. quare Iacobus (iisdem phraſibus, teſtimoniis & exemplis, quæ Paulus poſuit, Rom. IV. 3. Hebr. XI. 17. 31, hîc repetitis, v. 23. 21. 25.) non doctrinam Pauli, ſed errorem abutentium, poſt Pauli verba latitare conantem, refutat. v. 24. 14. Aliquando uſus locutionum per ſe bonarum, dum multi abutuntur, inhibetur. Ier. XXIII. 33. coll. Hab. I. 1. Malach. I. 1. Diverſus erat character, nemo negabit, Pauli & Iacobi: & hujus diverſitatis veſtigia quædam in hoc potiſſimum capite animadverti poſſunt. conf. Gal. II. 9 not. Neque tamen idcirco inter ſe pugnare cenſendi ſunt, ut facile cenſere poſſet, quisquis aut Paulo aut Iacobo ſeorſum ſeſe addixerit. Summa potius cum reverentia & ſimplicitate, & ſine faſtidio verborumque tortura, utriusque doctrinam, ut apoſtolicam, a Chriſto ejusque Spiritu profectam, ſuſcipere debemus. Vterque enim & vera & dextre ſcripſerunt; ſed alio alioque modo, ut qui etiam cum vario hominum genere negotium haberent. Proinde alia in ſcena ipſe Iacobus fidei cauſam egerat, Act. XV. 13-21. & ipſe deinceps Paulus opera ſtrenue urſit, in epiſtolis præſertim extremo tempore ſcriptis, quum homines jam doctrina de fide abuterentur. Nunc autem eadem verba non eodem plane uterque modo poſuit, ut mox videbimus. Hic porro verſiculus Summarium eſt trium partium: & ad *quae utilitas* ſpectat v. 15-17. ad *ſi dicat quis* reſpondet v. 18. 19. & *num poteſt* explicatur v. 20-26. Prima parte finiente, & ſub finem ſecundæ, & tertia finiente, adeoque ter, infertur fides ſine operibus *mortua*. v. 17. 20. 26.

¶ ἐὰν πίστιν λέγῃ τὶς ἔχειν, *ſi fidem dicat aliquis habere* ſe) Non dicit, *ſi quis habeat*, ſed, ſi quis putet & dictitet: hîc ergo Iacobus, ut Paulus ubique, fidem innuit veram & vivam, & ſic quoque v. 22. 18 fin. ubi de ſubjecto ſancto agitur: ſed mox hoc verſu & in hoc reliquo elencho ſub *fidei* vocabulo, per mimeſin, ſtudio brevitatis, & κατ' ἄνθρωπον, intelligit fidem hypocriticam, paralogiſmo nixam. c. I. 22. Non docet, fidem poſſe eſſe ſine operibus, ſed potius, fidem ſine operibus eſſe non poſſe. Non opponit fidem & opera; ſed inane fidei jactatæ vocabulum, & fidem veram ſolidamque in ſe atque fructibus onuſtam.

¶ ἡ πίστις) *fides iſta*. Articulus habet vim pronominis. *iſta*, prætenſa, quæ *fides* dicitur, ut *ſapientia* dicitur *ea*, quam *mendaces* jactant. c. III. 15.

¶ αὐτὸν) *ipſum*. neque *utilitatem* ullam ea proximo affert, neque *ipſum* ſalvat.

15 ἐὰν δὲ, *ſi autem*) Comparatio, (cujus

protasis etiam per se opportunam habet admonitionem, ab instituto non alienam:) hinc Epanalepsis, *quae utilitas?* v. 14. 16.

16 ἐξ ὑμῶν, *ex vobis*) Haec tacita communicatio apodosin facit penetrantiorem.

¶ ὑπάγετε ἐν εἰρήνῃ, *ite in pace*) Hodierna repulsae formula: *sublevet te Deus*, id est, *non ego.*

¶ θερμαίνεσθε καὶ χορτάζεσθε, *calefacite & satiate vos*) Bonum consilium & come; si adsit res, amictus calefaciens & cibus satians.

17 ἐὰν μὴ ἔργα ἔχῃ, *si non opera habeat*) Si opera, quae alias viva fides parit, nulla sunt; id *indicio* est, fidem *ipsam* (id valet καθ' ἑαυτήν) nullam esse, eamve, quam quis fidem jactat, mortuam esse.

¶ νεκρά ἐστι, *mortua est*) Vt dicere illud, *cape cibum, potum, vestem*, non est cibus & potus satians, vestis calefaciens: *sic* dicere, *habeo fidem*, non est *fides* realis, proximo *utilitatem* adferens, ipsi dicenti salutaris. Appellatio, *mortua*, horrorem incutit. Abstractum ponitur: concretum innuitur. Fides est mortua: id est, homo, qui se fidem habere dicit, non habet illam vitam, quae ipsa est fides. Similis hypallage, c. III. 4 not.

¶ καθ' ἑαυτήν, *secundum semet ipsam*) &, ubi opera habet, non *secundum opera*, sed *secundum semet ipsam viva* est & esse dignoscitur. Non habet suam vitam ex operibus.

18 ἀλλ' ἐρεῖ τις) *sed dicet aliquis*, rectius sentiens, quam ille *aliquis*, de quo v. 14, & veram fidei operumque rationem vindicans.

¶ δεῖξόν μοι) *ostende mihi fidem tuam sine operibus tuis;* (ostende, si potes, i. e. nullo modo poteris:) *& ego ostendam tibi ex operibus meis*, quibus me carere non posse scio, *fidem meam.* Sunt duo effata, quorum prius fidem ante opera, posterius opera ante fidem, emphaseos causa, enunciat: (sic quoque v. 22. Luc. XI. 36 not.) & prius spectat ad illud, *tu fidem habes;* posterius ad illud, *& ego opera habeo.* Vid. App. crit. Ed. II ad h. l. [Το χωρὶς acuit *prouocationem*, δεῖξον κτλ. Not. crit.] Matth. 24, 32. n.

19 σὺ πιστεύεις, *tu credis*) Anaphora est in *tu:* nam hic quoque versus continetur sub *dicet quis.*

¶ ὁ θεὸς εἷς, *Deus unus*) *) Notanter po-

*) *Ex hoc praecipue momento ill.* Michaëlis (*in der* Einleitung &c. *T. II. p. m. 1555 sqq.*) *concludit, nequaquam de* fide in Iesum Christum (*quam* Paulus *Rom. III. 22. 25. 26 urgeat*) Iacobo *in hac caussa sermonem esse, sed de* fide, *quâ agnoscitur, nonnisi* unum DEVM esse, *in contradistinctione ad* idololatriam, *cujus vanitatem, etiamsi homines ad eam sollicitent,* haut ignorent daemones, *ob id ipsum* tanto magis *culpabiles. Eam itaque* ludaeorum *opinionem refutare Iacobus censetur, qua* orthodoxiam judaicam *gratiae DEI ac vitae aeternae jus conciliare, perperam sibi persuadebant; quem ipsum errorem* Paulus, *c. II ad Romanos, iisdem fere argumentis, utut verbis diuersis, refellat. Porro,* justificationis *vocabulo non* remissionem peccatorum, *sed* judicium DEI de statu hominis interno *Iacobus innuere creditur; adeoque* non abusum doctrinae Paulinae *sublatum ire, sed eandem* ludaeorum persuasionem, *cui Paulus alibi contradixit, oppugnare. Subjungit* Vir doct., *ne verisimile quidem esse, quod* Iacobus, *si unquam Pauli ad Romanos epistolam vidisset, vel paediatropum, quem iste adhibuerit, cognitum habuisset, eo* dicendi modo *usurus fuerit, qui tantam* contradictionis apparentiam *suggerat. --- A postremo monito ut initium faciam; vix putem satis tutam esse istam conclusionem: nam, suppositâ utriusque Apostoli* Θεοπνευσία, *Iacobus non censendus est sub ista hypothesi* cautius *acturus fuisse, quam egit reapse: naturalis nimirum* prudentia & circumspectio *non debet videri ultra* Θορὰν τὸ πνεύματος *sapere. Deinde* fidem (*eam ipsam, de qua Rom. III sermo est*), *si* operibus destituta *fuerit,* non saluare; *ipse* Paulus *l. c.* v. 31 *subinnuit primum, tum declarat subinde luculentius c. VI. 1 sq. 15 sq. VIII. 1 sqq. 12 sqq. Quodsi* Iacobus *c. II. 17. 24 contradicere videatur* Paulo, *salutem* fidei soli, *citra opera,* tri-

ponitur fundamentalis ille articulus, qui semper fideles ab infidelibus diremit.

¶ πιστεύουσι, *credunt*) Verbum *credo* latissime hîc accipitur: nam dæmonia sentiunt & intelligunt & meminerunt, Deum esse & unum esse.

¶ καὶ φρίσσουσι, *& tremunt*) terribili exspectatione æternorum cruciatuum. Vsque adeo fides illa nec justificat nec salvat: & tamen efficaciam aliquam habet, sed in contrarium. Hoc præter exspectationem lectoris additum magnam vim habet.

20 θέλεις, *vis*) Morata interrogatio. sane *inanes* homines nolunt scire, & dissimulant.

¶ κενὲ, *inanis*) *inania* verba jactans.

¶ χωρὶς τῶν ἔργων νεκρά ἐστιν, *sine operibus mortua est*) Id & declaratur & probatur versu seq.

¶ νεκρὰ, *mortua*) expers vitæ & vigoris justifici & salvifici. ἀργὴ, *Cov. 4. Gen.* cum *Latinis plerisque*. Negat *Baumgartenius* hanc variationem inter *memorabiliores* referri oportuisse. Memoravi in margine haud fortasse memoraturus, nisi *Latina* lectio usitata haberet *otiosa*. Addidi tamen ε. Præterea in editione minore delevi.

21 ἀβραὰμ ὁ πατὴρ ἡμῶν, *Abraham pater noster*) Sic Paulus, Rom. IV. 1.

¶ ἐξ ἔργων ἐδικαιώθη, *ex operibus justificatus est*) Agnoscit Iacobus internum propriumque fidei vigorem, operibus priorem & ab operibus eorumque in fidem redundante virtute distinctum, v. seq. ignorant autem eundem hypocritæ; opera, quibus tamen iidem carent, facilius palpantes. quare Iacobus *ad hominem* agit, & ad eos convincendos fere opera commemorat, ipsum fidei vigorem sub eorum commemoratione subaudiens. Neque verbum δικαιοῦσθαι *justificari* Iacobus non eodem, quo Paulus significatu adhibet; quo videlicet *justitia* conjunctissimam habet salutem. v. 14. Est autem significatus ille valde prægnans, ut quam late patet *peccatum* cum *reatu* & *vitio*, tam late ex adverso pateat *justitia*, (vid. omnino Rom. III. 20 not.) denotans omne id, quo homo sit, & judicetur, & dicatur *justus*, i. e. talis, cui

tribuenti; ipse quoque Paulus Paulo *censebitur ll. cc. contradicere. Sed salua res est. Considerate, putem, iisdem &* allegatis *&* phrasibus *Iacobus, quibus Paulus, utitur; ut ostendat, quæ* Pauli mens *in ea caussa fuerit, quemadmodum* ipse Paulus (*ut vidimus*) *in tractationis progressu malesanis doctrinæ suæ detorsionibus cauit. Nimirum ea, quæ v. gr. Rom. VIII. 6. 7. 8 inculcantur,* eundem *prorsus* sensum *fundunt, quem* Iacobi *effatum c. II. 24. Ad instantiam Iac. II. 19, a* dæmonibus *desumtam, quod attinet: ea non magis* omnem *Iudæorum* orthodoxiam *complectitur, quam* omnem fidei (*in Christum*) ambitum; *sed* exempli *saltim caussa proponitur, quod* fides (*quocunque significatu sumatur*) *nec justificet nec saluet, adeoque* nulla *sit, nisi opera habeat conjuncta.* Iustificationis *denique vocabulum quum id omne complectatur, quo homo* est *&* judicatur *&* dicitur justus (*vid. Gnom. ad v. 21*): *apprime sane* Iacobus, *doctrinæ Paulinæ* abusum repressurus, *eam completæ notionis* partem *potissimum urget, quam* carnales *homines neglexisse obseruauerant, eandemque non minus* ex allegatis V. T. *consequi docet, quam istam, cui* Paulus, *pro lectorum statu, inhærere diutius opus habuit. Hæc velim rite perpendat, qui inter sententiarum hac in re diuortia judicium facere voluerit. Vnum addo, contra exceptionem, quam* Vir cel. *l. c. p. 1600 sq. instantiæ sibi ipsi formatæ regessit: Quo jure dicitur (l. c. p. 1562),* Iacobum, *si* Pauli ad Romanos epistolam vidisset, *alio scriptionis genere usurum fuisse, ne in faciem contradicere videretur: eodem jure etiam* Paulus *alium dicendi modum el.cturus fuisse censetur, si* Iacobi epistolam supponatur legisse; (*coll. l. c. p. 1571 fin.*) *nam* Iacobi *ad* Iudæos *in Ægypto, Cyrene &c. dispersos epistola non difficilius ad* Romanorum *notitiam peruenire potuit, quam* Pauli *ad* Romanos *innotescere potuit* Iudæis *modo dictis. Atque ne ista quidem ratio, quæ l. c. p. 1571 Iacobi epistolam* mature admodum *scriptam contendit, omni exceptione major mihi videtur: nam si supponatur epistolæ auctor ad* Ex-judæos cum Exgentilibus dissidia fouentes *eam dedisse; opportunissimæ utique admonitiones occurrunt c. III. 13 sqq.; immo vero c. IV. 12, ubi* iisdem terminis *utitur Iacobus, quibus ad compescendas judaizantium cum gentibus lites* Paulus *fuit usus e. gr. Rom. II. i. XIV. 4.* E.B.

cui Deus jam non sit iratus ob reatum, sed reconciliatus; & qui viciſſim jam non sit hostis Deo, sed *amicus*. v. 23. coll. Rom. VIII. 7 cum antec. & conseq. Hunc unum eundemque significatum vocis δικαιῶν *justificare* Paulus restrictius adhibet, Iacobus latius. cur? nimirum ille loqui solet de actu justificationis, qui maxime constat in remissione peccatorum: hic, quod apprime notandum, de statu loquitur ejusdem justificationis (qui perperam appellitatur justificatio secunda) quum homo in justitia, quæ fidei est, perstat; in ea, quæ operum est, progreditur. Exinde Paulus Abrahamum credentem, ex Gen. XV. 6, Iacobus, etiam immolantem multo post, ex Gen. XXII. 10, producit. Ille simpliciter allegat τὸ *reputatum est*: hic etiam τὸ *amicus appellatus est*, quod postea accessit. Ille ait: *Deus justificat*, &, *justificat impium*, &, *justificati sumus*: hic simpliciter, *homo justificatur*. Ille fidem solam, non opera quamvis ex fide fluentia memorat; hic, fidem & opera.

¶ ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, *super altare*) Innuit, opus Abrahami fuisse plane serium.

22 ὅτι, *quod*) Duo commata, quorum in priore si illud, *fides*, in altero *operibus* cum accentu pronunciaveris, sententia liquido percipietur, qua exprimitur, quid utravis pars alteri conferat.

¶ ἡ πίστις, *fides*) Fide obtulit Abraham. Hebr. XI. 17.

¶ συνήργει, *cooperabatur*) Igitur aliam fides habet ἐνέργειαν, efficaciam & *operationem*, aliam opera; & quidem illa ante hæc, & *cum* his. Non animant opera fidem, sed fides opera parit, opera fidem consummant.

¶ ἐτελειώθη, *consummata est*) Non dicit, *vivificata est*. Ex operibus fides habet, non ut sit vera, nam veritatem habet ante opera; sed ut sit perfecta, & amicitiam divinam assequatur. v. 23. coll. Ioh. XV. 10. Vigor fidei, qui opera parit, ex illo partu & actu augetur, excitatur & corroboratur, uti calor nativus corporis labore, quem ciet. conf. 1 Ioh. III. 22. Multo perfectior in fide rediit Abraham a sacrificio illo, quam eo accesserat. Idem verbum, τελειοῦσθαι, adhibet Alexander Aphrod. l. 2 de Anima, cap. Τρίτος δέ ἐστι, quum describit intellectum, cognitione auctum rerum extra ipsum positarum. Fides ipsa *consummatur* per opera, i. e. *) vera demonstratur.

23 ἐπληρώθη ἡ γραφὴ, *impleta est scriptura*) Ampliatio in sermone est. nam *impletum* ante fuit, quam *scriptum*. porro quo Abrahæ tempore impletum? quum primum credidit, an postea quum immolavit? utroque tempore: sed ad tempus immolationis maxime refert Iacobus, de statu quippe Abrahami justificati loquens, ad quem etiam pertinet illud, *amicus appellatus est*. sed hinc probat justificationem ex operibus, illinc justificationem ex fide.

¶ δὲ) Particulam hanc reperi in duobus ms. *Lat.* Id quod notasse juvat, ne dubitationem de genuina ejus lectione augeant aliæ versiones.

¶ καὶ Φίλος θεοῦ ἐκλήθη, *& amicus Dei appellatus est*) Hæc est totius versus pars altera; neque enim pertinet ad ditionem verbi *impleta est*. Fuerat *amicus Dei* Abraham, jam ante obitum, & post obitum ita appellatus est a posteris, 2 Chron. XX. 7, & a Deo ipso, Es. XLI. 8. *Amicus* erat, active, *amator Dei*, id quod pertinet ad opera; & passive, *amatus a Deo*, id quod pertinet ad justificationem ex operibus. Vterque sensus, vi relatorum conjunctus, habetur etiam Ioh. XV. 14. In Hebræo est אֹהֵב quod ll. cc. active sonat, passive si-

*) *Conf. D.* Erneſti. *Bibl. th. T. VI. p.* 22. EB.

significat: certe apud Esajam parallela sunt *servus*, *electus*, *amicus*. & LXX, ὃν ἠγάπησα, uti l. c. Chron. τῷ ἠγαπημένῳ σε. quem ad locum etiam Halenses annotant, Arabibus Abraham velut proprio nomine *Alchalilo* i. e. amicum Dei dici. Sic quoque Iudith VIII. 22: *Abraham amicus Dei effectus est.* quæ tamen Græce non leguntur.

24 ὁρᾶτε, *videtis*) Sic, βλέπεις, *vides*, v. 22.

¶ ἐξ ἔργων δικαιῶται, *ex operibus justificatur*) v. 21 not.

¶ ἄνθρωπος, *homo*) Iudæus, Græcus.

¶ μόνον, *solum*) Cyclopas evangeliophoros, ut Erasmus appellat, degeneresque Lutheri discipulos, qui fidem *solam*, non Paulinam, sed ab operibus desolatam pro vexillo habent, prævidens hoc loco notavit Scriptura.

25 καὶ ῥαάβ. *& Rahab*) Post virum Abrahamum Iudæorum patrem ponitur mulier; nam viros & mulieres appellat c. IV. 4: eaque ex gentibus, quæ plane flagitiosa fuerat, ne quis a Iudæis tantum opera requirat.

26 γὰρ, *enim*) *Enim* pro *igitur*, uti Rom. III. 28 not.

¶ τὸ σῶμα χωρὶς πνεύματος, *corpus sine spiritu*) πνεῦμα sæpe πνοὴν *halitum*, vitæ indicem; sed quum *corpori* opponitur, spiritum sive animam notat: neque id h. l. alienum. fides sine operibus est ut corpus exanime: sed non ideo fides viva originem vitæ habet ex operibus. cur Iacobus opera potius, quam proprium fidei vigorem commemoraverit, notatum est ad v. 21. Habent vani *speciem*, non *virtutem*. 2 Tim. III. 5. Tit. I. 16.

CAP. III.

1 Μὴ πολλοὶ, *ne multi*) Rarum, lingua recta. v. 2, *omnes*. rari ergo debent esse doctores. conf. Rom. XV. 18. Ex ea ratione etiam is, qui doctorem agit, non debet *multus* esse in loquendo.

¶ γίνεσθε, *fitis*) ultro.

¶ μεῖζον κρίμα, *majus judicium*) ob plures offensiones. Conf. Sap. VI. 6. [*Omnium scilicet verborum reddenda erit ratio.* V. g.]

2 πολλὰ) *multis* variisque rebus & *modis*.

¶ ἅπαντες, *omnes*) Ne se ipsos quidem excipiunt apostoli. 1 Ioh. I. 8.

¶ ἐν λόγῳ) *in sermone*, uno. Antitheton, *multa*. Lingua non semper satisfacit sensui.

¶ πταίει, *offendit*) Hoc verbum proprie de linguæ vitio lapsuve dicitur.

¶ οὗτος) *hic* demum.

¶ δυνατὸς-σῶμα, *potens-corpus*) Descriptio *perfecti*.

¶ τὸ σῶμα) *corpus*, i. e. hominem, sese. Antitheton ad linguam, *membrum*, v. 5. Conf. *corpus*, v. 3. 6.

3 ἴδε) Sic edidi ex potissima testium parte. *ἰδὲ Er.* Ex mss. perpauci remanent, quos *ἰδὲ* habere, satis firmiter statuamus. Interjectio ἴδε est ex activo verbo, *ἰδὲ* mediam vocem imitatur. Si quid differentiæ est, ἴδε consideratum quiddam sonat potius, *ἰδὲ* patheticum magis est. Itaque Iacobus primo hoc loco *ἰδὲ* ponit, postea *ἰδὲ* sæpe, in incremento δεινότητος. Certe alibi quoque unus scriptor, & *ἰδὲ* & ἴδε, habet, idque in brevi sermonis tractu. Ioh. XII. 15. 19. XVI. 29. 32. ἴδε Media est lectio: ex qua pauci fecerunt *ἰδὲ*, ac multi pridem (fortasse etiam Cant. 2. quem ad v. 4 refert *Millius*, & cum eo *Baumgartenius:*) εἰ δὲ vel εἰδὲ, discrimine unius voculæ vel duarum, quod in mss. Græcis minus apparet, quam apud *Arab. Copt.* in *Lat. Si autem.* In re levicula non ero prolixus: tantum dicam, non pœnitere me rationum pro ἴδε paullo ante redditarum.

¶ τῶν ἵππων, *equorum*) Hoc emphaseos causa ponitur initio.

¶ στόματα, *ora*) Appositе. nam in ore lingua est.

¶ αὐτῶν) Omittit *Hunt. 2. nec est in Barb.* 2. &c. Sic *Baumgartenius:* at ed. 1 Millii: omittit Hunt. 1. nec est in B. 2. (id est, in Bas. 2.) &c. Ipsi cel. Viro nil nocet, aliis autem expedit, si eum notitia codicum exactissima nondum uti patet.

¶ μετάγομεν) *circumagimus.*

4 καὶ) *etiam.* Non modo animalia, sed etiam naves.

4 σκληρῶν) σκληρὸς, *vehemens.* Duplex momentum: navium moles, & ventorum vis.

¶ πηδαλίῳ, *gubernaculo*) Elegans simile, ad linguam. Respondent inter se, *minimo*, &, *parvum membrum.* Eadem ratio calami, linguæ vicarii, inter absentes.

¶ ἡ ὁρμὴ, *impetus*) vis movens ac vertens tendensque in locum. Huic respondet affectus linguam movens.

¶ βάλληται, *voluerit*) Hypallage. id est, quocunque vult regens, penes quem est *impetus.*

5 h) μεγαλαυχεῖ) *magnopere se jactat:* plurimum sibi arrogat, de præteritis & in futurum. Sæpe *magnitudo* est earum rerum, quas securi *parvas* putant. *Magna* etiam exprimit *mundus*, & *rota*, & *gehenna.* v. 6.

¶ ἰδοὺ, *ecce*) *ecce*, tertium, tertiæ comparationi præmissum.

¶ ὀλίγον) Sic modo, μικρόν. ἠλίκον *Alex.* cum quo *Latinus*, neque is solus, plane conspirat: ac tamen jure a margine meo hanc varietatem removi: 1 quia plana est alliteratio ad ἡλίκης subsequens. 2 quia *modicum* etiam *Latini* scriptores retinent. Hoc sufficit ad tuendam lectionem receptam.

6 ὁ κόσμος, †*mundus*) Pars subjecti, articulo addito, (ut mox illud ἡ σπιλοῦσα κτλ.) declarans, cur lingua dicatur *ignis:* quia scilicet illa est *mundus* (Vulgato, *universitas*) *iniquitatis.* Respiciunt inter se *quantam sylvam* & *mundus.* Vt macrocosmi instar est microcosmus; sic microcosmi instar est lingua, hunc totum ciens. Frequens est a macrocosmo ad microcosmum metaphora: *) Ps. CXXXIX. 15. Cohel. XII. 2: neque solum ad hominem, sed etiam ad cetum, Ion. II. 3. 6. 7. Eam Iacobus adhibet. *Mundus* habet superiora & inferiora. ea, ad partem meliorem, sunt cœlum & terra; ad deteriorem, terra & gehenna. atque ut in mundo ad terram se habet cœlum aut gehenna: sic in homine ad totum *corpus* sive naturam se habet cor, cui lingua servit. nam penes pios cœlum, penes malos gehenna suas habet in corde venas, unde tot mira ad *rotam nativitatis* diffunduntur. Hæc *rota* quid notet, ex Ps. LXXVII. 19 declarari possit: φωνὴ τῆς βροντῆς σου ἐν τῷ τροχῷ, ἐφάναν αἱ ἀστραπαί σου τῇ οἰκουμένῃ. namque uti ibi גלגל τροχὸς τῇ οἰκουμένῃ תבל oppositus denotat sphæram cœlestem sive aëream; sic hoc loco τροχὸς τῆς γενέσεως, τῇ γεέννῃ cordive oppositus, denotat partes terræ superiores, hominisve naturam totam, mediam inter cœlum & gehennam; atque adeo *corpus* cum toto ejus temperamento. Conf. *desursum, terrena, daemoniaca:* infra, v. 15. γενεσις, constitutio naturalis, c. I. 23, & vita; Iudith XII. 19, πάσας τὰς ἡμέρας τῆς γενέσεώς μου. Metaphora a *rota rotunda* valde congruens. nam ut rota celerrime circumagitur; sic sphæra cœli, & hominis natura. & hæc accensa, dum circumagitur, mox tota exardescit, ut ignis non solum in gyrum agi, sed gyrus esse videatur. Confer, de *rotis flammeis* throni divini, Dan. VII. 9.

† Q. ob τὸ μὴ κόσμος ἐδύνατο fuisse?

¶ οὐ-

h) ἡ γλῶσσα, *lingua*] Eadem de *penna* valent, linguæ vicem sæpenumero præstante. *V.g.*

*) adeoque non exsibilanda tanquam Sueuorum εὕρημα. E.B.

Confert Bruckerg. Ch. 12, 7. coll. 5. hui Ag. sabe auf diese Stelle gesehen, u. anzeig

¶ οὕτως, *sic*) Hæc vocula, Afris haud lecta, ex initio versus 5 huc est illata. Si apostolus eam in hac similitudine iterum adhibere voluisset, non in medio, sed in principio apodoseos adhibuisset, ὅτω ἡ γλῶσσα πῦρ. Pauca, sed magni momenti sunt monumenta, quæ ὅτως omittunt, præsertim Isidoro Pelusiota accedente. Comparationes sunt tres, ab ἴδε, ἰδὲ, ἰδὲ (v. 3. 4. 5) incipientes. Tertia comparatio protasin habet in versu 5 medio: ἰδὲ ὀλίγον πῦρ ἡλίκην ὕλην ἀνάπτει· apodosis incipit versu 6 ineunte, & ex duabus constat enunciationibus, quarum prior hæc est: ἡ γλῶσσα πῦρ, ὁ κόσμος τῆς ἀδικίας scil. ἐστίν· altera vero, ἡ γλῶσσα καθίσταται ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν ἡ σπιλοῦσα ὅλον τὸ σῶμα. In hac altera enunciatione ἡ γλῶσσα tanquam Subjectum per anaphoram & emphasin iterum appellatur, citra particulam ὅτως· prædicatum est, καθίσταται--σῶμα, facili hoc sensu, *Lingua est quae maculat totum corpus.* Inter duo hæc membra ὅτως alienum esse videtur: tantum abest, ut ὅτως amoto *truncata* fiat oratio. Subsequitur declaratio: *quippe quae & inflammat & inflammatur.* &c. ubi, per metaphoram a macrocosmo ad microcosmum, *Rota* sive sphæra superior (coll. Ps. LXXVII. v. cit.) est ipsa *natura* humana rationalis: *gehenna* vero est pars profundior, cor. *Lingua*, in medio, ex inferioribus inflammatur, & superiora inflammat, ipsa *mundus* sive orbis injustitiæ. Sic expedita fore spero, quæ Wolfius ad h. l. notavit: eademque, quæ dixi, cum *interpretatione Baumgarteniana* h. l. conferri facile patior.

¶ καθίσταται) Idem verbum, c. IV. 4.

¶ σπιλοῦσα, *maculans*) ut ignis, per fumum.

¶ καὶ φλογίζουσα ἡ φλογιζομένη) quippe *quae & inflammat & inflammatur.* Activo passivum postponitur: nam magis magisque e sua potestate exit, qui lingua peccat.

7 γὰρ, *enim*) Nil acrius igni.

¶ φύσις θηρίων) i. e. θηρία. Periphrasis.

¶ δαμάζεται ἢ δεδάμασαι) *domatur*, sensu passivo; & *domita est*, sensu medio.

¶ τῇ φύσει, *naturae*) Dativus notat obedientiam eorum, quæ domantur.

8 οὐδεὶς· ἀνθρώπων, *nullus hominum*) Antitheton, *humanae.* v. 7. οὐδεὶς, *nemo* alius: vix ipse quisque.

¶ ἀκατάσχετον κακὸν) Phocylides, λαός τοι ἢ ὕδωρ καὶ πῦρ, ἀκατάσχετα πάντα. Sic v. 6, πῦρ.

¶ μεστὴ, *plena*) Nominativus, collato post parenthesin versu 6. Tum maxime est malum cohiberi nescium, *quum* turget veneno letali.

9 ἐν αὐτῇ-ἢ ἐν αὐτῇ, *in ipsa-& in ipsa*) Sermo valde expressus.

¶ θεὸν) κύριον *Alex. Colb.* 7. *Syr.* Errorem agnoscit *Baumg.* etenim solennis est appellatio, *Deus & Pater*, non *Dominus & Pater*: sed addit versionem veterem *vulgatam* seu *italam.* In ms. quidem *Reutlingensi* sic legitur; nam *Dei* & *Domini* nomen sæpe librarii promiscue scripserant: sed ceteri *Latini* codices constanter *Deum*, (unde etiam multi eorum particulam & continuo subsequentem omittunt.) & sic *Cassiodorius* in Complex. disertiusque in præf. ps.

¶ καὶ πατέρα) Annotat, *Millii* nomine, *Baumgartenius: Deest δὲ in Arab. Æthiop.* γεγονοτας) γεγεννημένους *Alex. Colb.* 7. additque pro δὲ legendum esse καὶ. Ipse *Millius* ἢ habet; δὲ *Kusterus.* Hic etiam γεγεννημένους, ν simplici.

¶ καθ' ὁμοίωσιν θεῦ, *ad similitudinem Dei*) Amissus Dei similitudinem: sed exinde tamen remanet nobilitas indelebilis, quam in nobis & in aliis debemus revereri. mansimus tamen homines, ad similitudinem illam, per *benedictionem* divinam, cui humana subscribere debet, reformandi. Id interpellant, qui maledicunt.

cunt. Absalom excidit gratia parentis: sed tamen populus eum agnoscit filium regis.

10 ἐκ τοῦ αὐτοῦ στόματος ἐξέρχεται εὐλογία καὶ κατάρα) Ps. LXII. 5. LXX, τῷ στόματι αὐτῶν εὐλόγουν, καὶ τῇ καρδίᾳ αὐτῶν κατηρῶντο.

¶ οὐ χρή, *non opus est*) i. e. nullo modo convenit.

¶ ταῦτα οὕτω, *haec sic*) *haec* bona, *sic* adjunctis malis.

11 πηγή, *fons*) Huic simile cor.

¶ ὀπῆς, *foramine*) Huic simile os.

12 μὴ δύναται, *num potest*) Nunc ab ore ad cor transitionem praeparat. de illo dixerat, *non opus est*; de hoc, *non potest*.

¶ οὕτως οὐδὲ ἁλυκὸν γλυκὺ ποιῆσαι ὕδωρ, *sic neque salsum dulcem facere aquam*) Scil. δύναται, *potest*. Sic gravissimi testes *Colb.* 7. *Cov.* 4. *Gen. Æth. Copt. Lat.* nec non *Syr.* οὔτε ἁλυκὸν *Alex.* Longa hîc est *Baumgartenii* disquisitio pro receptiore lectione Exam. p. XXXII ss. Responsionem videsis in App. crit. Ed. II ad h. l.

Dixerat apostolus v. 11, ex uno principio non convenire, ut proficiscantur duo contraria: nunc ait, ex quolibet principio non nisi id, quod suae speciei sit, provenire posse. *Salsum*, casu recto, vim habet substantivi, ut modo *dulce* & *amarum*. Apud Hesychium, ἁλυκή, ἡ θάλασσα· Iacobo, ἁλυκὸν, latiore notione, *lacus aut scatebra salsa, aquam fundens.* [*ut* Salzmeer, salziger Teich *&c.* *Hunc nominativum sequitur accusativus*, süss Wasser. Not. crit.] Οὕτως, *sic*, adhibetur ante *salsum* demum, quia haec similitudo jam versu 11 repraesentata, majorem proprietatem induit, & h. l. ipsam apodosin continet, nox verbis propriis continuandam. 13 τίς, *quis*) Omnes videri sapientes volunt: non omnes sunt. Vid. App. crit. Ed. II ad h. l.

¶ δειξάτω, *ostendat*) re potius, quam verbis. v. 1.

¶ καλῆς ἀναστροφῆς, *bona conversatione*) Oppositum, v. 16. Ipsa *bona conversatio* describitur v. 17 s. coll. 1 Petr. II. 12.

¶ ἐν πραΰτητι σοφίας, *in mansuetudine sapientiae*) *in mansuetudine*, cum qua conjuncta est vera *sapientia*.

14 ζῆλον πικρὸν, *zelum amarum*) Non damnatur zelus dulcis & ira dulcis, ex fide & amore.

¶ μὴ, *ne*) Gloriantur & mentiuntur contra veritatem, qui, quum zelum amarum habeant, tamen se eosdem sapientiam habere dictitant.

¶ μὴ κατακαυχᾶσθε) μὴ καυχᾶσθε *Al.* & alii. Vid. App. crit. Ed. II.

15 i) ἐπίγειος, *terrena*) non coelestis, quae descendit a Patre.

¶ ψυχικὴ, *animalis*) non spiritualis, quae est a Spiritu sancto. conf. *animalis* 1 Cor. II. 14. Iud. v. 19. Hoc medium est inter *terrenum* & *daemoniacum*.

¶ δαιμονιώδης, *daemoniaca*) talis, qualem habent etiam daemonia: c. I. 19. non ea, quam dat Christus.

16 ἐκεῖ ἀκαταστασία, *ibi conquassatio*) *paci* contraria. v. 17. Ex effectu cognoscitur, cujusmodi sit sapientia ista. *fructum* appellare dedignatur Iacobus. coll. v. 17. 18.

¶ πᾶν φαῦλον πρᾶγμα, *omne pravum negotium*) Vis voculae *omne* apparet, hac enunciatione formata: *omne negotium* inde nascens est malum. Antitheton, *plena misericordiae & fructuum bonorum* &c.

17 πρῶτον μὲν ἁγνή ἐστιν, *primum quidem pura est*) pura a sordibus terrenis, animalibus, daemoniacis. Occupatio quaedam. *pacem* commendaturus removet prius *pacem impuram* cum mundo, quae omnia obvia convasat & conglutinat. c. I. 27 fin.

i) ἄνωθεν, *superne*] c. I. 17. *Vg.*

27 fin. & cap. IV. 4 toto. ſic, *emundate*, c. IV. 8. 1 Petr. I. 22.

¶ μὲν, *quidem*) Sequitur *autem*, v. 18.

¶ εἰρηνικὴ, *pacifica*) Totum: ſequuntur partes mox.

¶ ἐπιεικὴς) *æqua*, lenis, non rigida; ubi agitur de officiis proximi.

¶ εὐπειθὴς) *tractabilis*, facilis, non moroſa; ubi agitur de culpa proximi.

¶ μεστὴ ἐλέους, *plena miſericordiæ*) ubi agitur de miſeria proximi.

¶ καρπῶν ἀγαθῶν, *fructuum bonorum*) Sequuntur duo fructus inſigniores, & iis, ad quos ſcribitur, inprimis commendabiles: *non judicans & ſine ſimulatione.*

¶ ἀδιάκριτος, *non judicans*) Non facit *diſcrimen*, ubi non opus eſt, v. gr. inter potentes ac tenues. Heſychius, ἀδιάφορον, ἀδιάκριτον. Omnia bona & juſta amplectitur: omnia mala rejicit. nullo diſcrimine agit, non alterum præ aliis duriter habet.

¶ ἀνυπόκριτος, *ſine ſimulatione*) remota a ſimulatione & adulatione, quæ erga potentes exercetur directe; indirecte vero, per aſperitatem erga tenuiores.

18 καρπὸς δὲ δικαιοσύνης ἐν εἰρήνῃ, *fructus autem juſtitiæ in pace*) Sic Hebr. XII. 11 not. Fructus juſtitiæ, uberrimus: quanquam ubertas illa non ſtatim initio apparet. *Juſtitia* eſt pacata: *pax* eſt fructuoſa.

¶ ἐν εἰρήνῃ σπείρεται, *in pace ſeminatur*) Cum *fructus* congruit *ſeminatur*. *Pax* deſcripta eſt v. 17. De *ſemente* & *juſto* conf. Ps. XCVII. 11 in Hebr.

¶ Τοῖς ποιοῦσιν εἰρήνην, *facientibus pacem*) Dativus commodi, cum limitandi vi. Vid. oppoſitum c. IV. 1 ſ. ποιεῖν εἰρήνην, *pacem proferre*, ut ποιῆσαι ὕδωρ, *aquam proferre*. v. 12.

CAP. IV.

1 Πόθεν, *unde*) Innuit Iacobus, multos ſæpe quærere de cauſis litium, quæ tamen in promtu ſunt.

¶ πόλεμοι καὶ μάχαι, *bella & pugnæ*) adverſa paci, de qua cap. III. *Pugna* eſt actio *belli*. Sequitur mox in v. 2 *pugnatis & bellatis*. Chiaſmus inverſus. καὶ μάχαι ἐν ὑμῖν· ſed ἐν ὑμῖν, καὶ πόθεν μάχαι Alex. in ed. *Ox.* min. nam verborum ordinem *Millius*, ut ſolet, prætermittit πόθεν ante μάχαι inſerunt etiam *L. N.* 1. In hac varietate neſcio quid ſit memorabile.

¶ ἐντεῦθεν, *hinc*) Refertur ad *voluptates*, de quibus confeſtim (coll. v. 3) mentio expreſſa fit; implicita, cap. III.

¶ στρατευομένων, *quæ militant*) Idem verbum, 1 Petr. II. 11.

¶ μέλεσιν, *membris*) Corpus, prima ſedes belli: inde procedit bellum hominis cum homine, regis cum rege, gentis cum gente.

2 ἐπιθυμεῖτε, *concupiſcitis*) Anaphora quaſi, in qua incrementum eſt: *concupiſcitis*, affectu in rem; *occiditis & zelatis*, actione & affectu ſingulorum ad ſingulos; *pugnatis & belligeratis*, actione multorum cum multis.

¶ φονεύετε καὶ ζηλοῦτε, *occiditis & zelatis*) *occiditis* per odia & zelum. eſt ἐν διὰ δυοῖν. Idem verbum, c. V. 6. Qui concupiſcit, ſublatum e medio cupit poſſeſſorem priſtinum. Homicidas dicit, uti v. 4 adulteros. conf. 1 Ioh. III. 15. Sic, φονεύετε, LXX, Pſ. LXII. 4 תְּרַצְּחוּ Hæc enim hebraica lectio, media inter ceteras, bene ab Halenſibus ſtatuminatur. Atque cum toto hoc Pſalmo tota Iacobi epiſtola quam ſimillimum tenorem habet. vid. not. ad v. 7. 12. 14. c. I. 3. III. 10. vid. etiam Pſ. X. 8.

¶ οὐκ ἔχετε δὲ) Vid. App. crit. Ed. II ad h. l.

¶ διὰ, *propter*) Hoc cohæret cum triplici illa clausula: *& non habetis: & non poteſtis adipiſci: non autem habetis.*

¶ μὴ αἰτεῖσθαι, *quod non petitis*) Neque enim cupidus, homicida, pugnax homo orare poteſt.

3 καὶ ὰ λαμβάνετε, *& non accipitis*) Hîc non dicit: *non habetis. Rogare* & *accipere* ſunt relata.

¶ αἰτεῖσθε, *petitis*) Nunc alios redarguit, qui paulo meliores videri volunt.

4 μοιχοὶ καὶ μοιχαλίδες, *adulteri & adulteræ*) Viri & mulieres tali bello implicantur, & fidem Deo datam frangunt.

¶ ἡ φιλία τῦ κόσμυ, *amicitia hujus mundi*) *mundi* via, *voluptas* v. 3.

¶ ἔχθρα, *inimicitia*) 1 Ioh. II. 15. ἐχθρὰ *Steph. i. Lat.* Hoc præterii, quia ſententiæ obeſt. Oppoſita ſunt enim, ἔχθρα & φιλία.

¶ ὃς ἂν ἓν, *quicunque ergo*) Priori ſententiæ ſuperadditur quiddam in hac altera per verba *voluerit* & *conſtituitur.*

¶ ἐχθρὸς, *inimicus*) nil exoraturus.

¶ καθίσαται) Medium. i. e. *ſe ipſum conſtituit.*

5 κενῶς) *inaniter*, *ſine re*, ut nil referat ad noxam aut ad ſalutem. Seria ſunt, quæcunque Scriptura dicit: omnia verba revereri debemus.

¶ λέγει, *dicit*) non, λαλεῖ, *loquitur. dicit* ea, quæ ſequuntur. *)

¶ πρὸς φθόνον) *contra invidiam.* Hoc nomen apud LXX nusquam occurrit; nec videtur Iacobus, verſu 6 aliud dictum totidem verbis allegans, hîc tam multa voluiſſe mutare. Hinc colligas, ex ſcriptura N. T. allegationem fieri: nam Novi quoque Teſtamenti ſcripta *ſcripturis* accenſentur 2 Petr. III. 16. Referunt alii ad Gen. VI. 5. 3, vel ad Num. XI. 29, vel ad Prov. XXI. 10, vel ad librum quempiam, qui interciderit. Sed ſat prope accedunt Iacobi verba ad Gal. V. 17 ſſ. ubi φθόνοι *invidiæ* ponuntur inter opera carnis, & contra carnem *concupiſcere* dicitur *ſpiritus*, quo qui *ducuntur*, hi non ſunt *ſub lege*, *ſed ſub gratia.* Maxime vero aſſonant ad 1 Petr. II. 1 ſ. 5. **) *deponentes -INVIDIAS,-lac CONCVPISCITE-DOMVS SPIRITVALIS.* Quodque hîc ſequitur, *majorem vero dat gratiam:* congruit cum illo, *ſuavis eſt Dominus.* ib. v. 3. Qui locum Petri probe habuerit animo impreſſum, Iacobi reſpectum ad illum prorſus agnoſcet. Neque obeſt chronologica epiſtolarum ſeries. Sic Iacobus non ſolum Petro, ſed etiam Paulo ſubſcribit.

¶ φθόνον) *Invidiam* neceſſario parit amicitia mundi: *invidiam* non fert Spiritus, qui habitationem cepit in nobis.

¶ Τὸ πνεῦμα) *Spiritus gratiæ* & amoris.

¶ κατῴκησεν) *habitationem cepit.*

¶ ἐν ἡμῖν, *in nobis*) filiis N. T.

6 μείζονα) eo *majorem*, quo longius receſſeris ab *invidia.*

¶ δίδωσι, *dat*) Deus. ***)

¶ λέγει,

*) *Idem cel. D.* Erneſti (*Bibl. th. T. VI. p. 24; coll. T. III. p. 46*) *Eruditorum illis opponit, qui* ellipſin *hîc ſtatuere, et verba ſequentia ipſi* Iacobo *tribuere geſtiunt.* E. B.

**) *Aduerſus* hunc *paralleliſmum, quantum equidem obſeruare potui, nihil in ſpecie monuit ill.* Michaëlis, *in der* Einleitung &c. *T. II. p. 1599 ſq.; ſed ea, quæ h. l. v. 4. 5 exſtant, negat duntaxat Rom. VIII. 6. 7. Gal. V. 6 (vel potius 17) contineri; & quæ Iacobus v. 6 commemorat, ea non ex 1 Petr. V. 5, ſed ex Prov. III. 34 immediate deriuata cenſet.* E. B.

***) *Ad* ſpiritum *potius, modo memoratum, verbum* δίδωσι *referendum eſſe D.* Erneſti *cenſet, hoc ſenſu:* er machet vielmehr, oder, erweiſet ſich gütig, freundlich, liebreich &c. (*l. c. T. VI. p. 24.*) *Atque omnino* linguæ uſum *hanc interpretationem admittere, nemo negauerit: ſed* allegatum ſubſequens *eum potius ſignificatum ſuadere exiſtimem, quem* Gnomon *innuit.* E. B.

¶ λέγει, *dicit*) *Scriptura*, v. 5. Confirmat Iacobus auctoritatem Salomonis: quem convenienter allegat, a *sapientiæ* impedimentis nos dehortans.

¶ ὁ θεὸς-χάριν) Prov. III. 34. LXX, Κύριος. cetera iisdem verbis. Plane cum Petro Iacobus congruit. vid. 1 ejusdem ep. c. V. 5.

¶ ὑπερηφάνοις, *superbis*) Superbia mater *invidiæ*, de qua v. 5. Hebr. לצים *irrisoribus*. tales sunt, qui Scripturam *inaniter* loqui putant.

¶ ἀντιτάσσεται, *resistit*) Hebr. יליץ *irridebit*. Humiles ita animati sunt, ut Deo, si fieri posset, ut Ipse cujusquam gratiam requireret, eam præstaturi forent; superbi autem resistere Ei conantur, ut Pharao. utrisque ergo par pro pari refert. superbis resistit; humilibus dat gratiam.

¶ χάριν, *gratiam*) Cui Deus *gratiam* dat, is omnem *invidiam* dedisci.

7 ὑποτάγητε οὖν τῷ θεῷ) LXX, Ps. cit. v. 6, πλὴν τῷ θεῷ ὑποτάγηθι ἡ ψυχή μου. Hoc *submittite vos* congruit cum *humilibus*, v. 6, & interjecta explicatione hujus submissionis concluditur versu 10. coll. 1 Petr. V. 6.

¶ ἀντίστητε-ἀφ' ὑμῶν, *resistite-a vobis*) Sequitur oppositum: *appropinquate-vobis*. Conf. *resistite*, 1 Petr. V. 9.

¶ Τῷ διαβόλῳ, *diabolo*) superbo, maxime per superbiam tentanti; hosti, cui militant superbia & invidia in mundo. *)

¶ φεύξεται, *fugiet*) ut superatus. Lætum verbum. 1 Ioh. V. 18.

8 ἐγγίσατε, *appropinquate*) Fugam diaboli sequitur, naturæ potius quam temporis ordine, appropinquatio ad Deum, per bonas preces. v. 2 s.

¶ ἐγγιεῖ, *appropinquabit*) ut propitius. Lætissimum verbum.

¶ καθαρίσατε, *mundate*) ut possitis diabolum fugare.

¶ ἁγνίσατε, *purificate*) ut possitis accedere ad Deum, depositio adulterio animæ.

¶ δίψυχοι, *duplices animo*) qui & Deo & mundo vos datis. v. 4. Alternat oratio in hac epistola; & modo fratres sancti, modo peccatores, modo fluctuantes compellantur. *Bianimus* laborat *corde;* peccator, etiam *manibus*.

9 Ταλαιπωρήσατε, *miseri estote*) ut ablactemini & abalienemini a mundo. Miseria hæc beata. non additur hîc, *ululantes*, c. V. 1.

k) 11 μὴ καταλαλεῖτε, *nolite obtrectare*) Nunc alios notat irrequietæ animæ excessus, postquam c. III quietem, & cap. IV ineunte turbam descripserat.

¶ Τὸν ἀδελφόν, *fratrem*) Articulus hîc additus, ad ἀδελφὸς non additus. fraterna æqualitas læditur obtrectando; sed *magis*, judicando.

¶ κρίνει νόμου, *judicat legem*) Proinde enim facit, ac si lex ipsa non faceret illud officium, in quod homo ejusmodi involat.

¶ εἰ δὲ, *si vero*) *si judicas*, *es judex*. Ploce.

¶ νόμου, *legis*) Ab hoc loco desinit *Legis* expressa in volumine Novi Test. mentio, neque in epp. Petri, Iohannis, Iudæ obvia, neque in Apocalypsi.

12 ὁ νομοθέτης) *Unus est*, nempe *Legislator*

*) *Digna consideratu C. T.* Dammii, *d. a. 1747, ad h. l. observatio:* --- Durch die Sünde werdet ihr *Feinde Gottes*, wie es vorher v. 4 geheissen: seyd also lieber *Feinde des Teufels*. Ihr werdet ihn kœnnen überwinden. 1 Ioh. III. 8. E. B.

k) εἰς κατήφειαν, *in demissionem vultûs*] Eadem locutio, quæ Germanis dicitur *Kopfhængen*. Conf. 1 Reg. XXI. 29. Iesi. LVIII. 5. Mich. VI. 8. Eo nomine qui alios carpunt, ipsi tales sunt vulgo, ut præ aliis *vultum demittere* opus habeant. *V. g.*

lator Deus, qui poteſt &c. καὶ κριτὴς addunt *Al. Lat.* aliique teſtes ſat multi & valde graves: ſed huic pleniori lectioni receptiorem olim prætuli. Sæpenumero negat *Baumg.* me mihi conſtare. Atqui ſententiam in melius mutare, laudabile eſt: eodem autem tempore me a me ipſo diſſentire, nusquam evicit. Vid. omnino App. crit. Ed. II ad h. l.

¶ ὁ δυνάμενος, *qui poteſt*) Noſtrum non eſt judicare; præſertim cum exequi non *poſſimus*.

¶ σωσαι) Ps. cit. v. 2, παρ' αὐτῷ γὰρ τὸ σωτήριόν μου. & ſic ibidem v. 3. 7. 8. Verborum ordinem invertit *Lat.* & ſic Scriptura ſæpe, *occidere & vivificare*, *percutere & ſanare*, *contriſtare & conſolari*. Vid. App. crit. Ed. II.

¶ σὺ δὲ) Σὺ ſoli Græci, atque hi pauci: quos cel. *Baumgartenius* non conaretur in multitudinem extendere, niſi criticis, codices ad Eraſmi textum recenſentibus, nimium confideret. Iterum conf. App. crit. Ed. II ad h. l. In criſi magnopere valet illud, *Defectus non poſſunt numerari*, Eccl. I. 15.

¶ Τίς, *quis*) imbecillus.

¶ Τὸν ἕτερον) Multi ὁ κρίνων τὸν πλησίον· & ſic aperte etiam *Syr.* coll. c. II. 8. Græcum ἕτερος alio verbo, quod *ſocium*, non *proximum* dicit, interpretari ſolet.*)

13 ἄγε νῦν, *age nunc*) Interjectio ad excitandam attentionem. c. V. 1.

¶ λέγοντες, *dicentes*) categorice, gloriabundi, v. 16.

¶ σήμερον ἢ ἄυριον, *hodie aut cras*) Vnus dicit, *hodie*, idem aliusve *cras*, ut commodum eſt; quaſi liberam haberet optionem. ἢ ἄυριον *Beza*: & ad hanc lectionem accommodata fuit pridem annotatio in Gnomone: poſtea καὶ ἄυριον in progreſſu criſeos prætuli. Vid. App. crit. Ed. II.

¶ πορευτώμεθα κλλ. *proficiſcemur &c.*) Subjunctivus facit ſermonem modalem, & innuit rationes rerum urgentes.

¶ Τήνδε) Hoc ponitur loco nominis proprii, ut ὁ δεῖνα.

¶ καὶ, &) & frequens. Polyſyndeton exprimit libidinem animi ſecuri.

¶ ἐνιαυτὸν ἕνα, *annum unum*) Sic loquuntur, quaſi mox etiam de inſequentibus annis deliberaturi.

14 οὐκ ἐπίſασθε, *non ſcitis*) Prov. III. 28.

¶ Τὸ τῆς) Vid. App. crit.

¶ ποία) Ps. cit. v. 10.

¶ ἡ ζωὴ) *vita*, unde craſtina actio ſuspenditur.

¶ ἀτμὶς, *vapor*) Diminutivum.

¶ γὰρ, *enim*) Ex interrogatione repetitur particula in reſponſione, cum vi.

¶ ἔſαι, *erit*) Vid. App. crit. Ed. II. In futuro ἔſαι veriſimilitudinem ſenſus confirmat Τὸ ἄυριον *cras*, & totus futuri temporis ſermo v. 13. 15.

15 ἀντὶ τοῦ λέγειν ὑμᾶς, *cum dicere vos oporteret*) Ref. ad *dicentes*, v. 13. Latet hîc imperativus, *potius ſic dicite*.

¶ καὶ, &) *Si Dominus voluerit; ET vivemus ET faciemus.* & *vivemus*, pars apodoſeos. nam ſi eſſet pars protaſeos, & non poneretur ante *faciemus*. καὶ ζήσωμεν Latinus expreſſit *ſi vixerimus*, *ſi* non recte addito, & καὶ ſubſequente non recte omiſſo: nam ad apodoſin pertinet καὶ ζήσωμεν, i. e. *vivemus;* ut diximus: & gloriabundus homo ita loquitur, ut ſi in ſua poteſtate haberet 1 ſpeciem actionis, 2 actionem, 3 vitam; quamvis a voluntate Domini pendet 1 vita hominum. 2 actio. 3 actionis ſpecies. Iterum conf. App. crit. Ed. II ad h. l.

¶ ζήσωμεν· ποιήσωμεν) Subjunctivus modeſtiam ſermoni adſpergit.

16 καυ-

*) *Itaque & margo* utriusque Ed. & Vers. germ. *præfert lectionem* τὸν πλησίον. E. B.

16 καυχᾶσθε ἐν ταῖς ἀλαζονείαις, *gloriamini in arrogantiis*) *Arrogantiæ* exprimuntur in illis verbis, *proficiscemur - lucrabimur*; *gloriatio*, in præsumtione temporis.

¶ πονηρὰ, *mala*) Oppositum, *bonum*, v. 17.

17 εἰδότι, *scienti*) Conclusio præcisa, contumaces sibi relinquens.

¶ μὴ, *non*) Peccatum omissionis.

CAP. V.

1 Οἱ πλούσιοι, *divites*) [*qui neglexistis per beneficentiam frui diuitiis vestris. v. 2. 3.* V. g.] Sæpe apud prophetas externæ gentes compellantur per apostrophen, cum tamen prophetia non ad illas, sed ad Iudæos perveniret. Sub eadem figura apostolus de divitibus non tam ad divites ipsos, a fide alienos, scribit, quam ad sanctos, ut illorum vim patienter ferant, v. 7. *)

¶ ταλαιπωρίαις, *miseriis*) Scripta sunt hæc paucis annis ante obsidionem Hierosolymorum.

¶ ἐπερχομέναις, *supervenientibus*) de improviso, & celeriter.

2 σέσηπε, *putrefactæ sunt*) Notatur tenacitas divitum.

¶ σητόβρωτα) ἱμάτιον σητόβρωτον. Iob XIII. 28.

3 ὁ ἰὸς αὐτῶν, *ærugo eorum*) Synecdoche. Etiam divitiarum & vestimentorum situs erit in testimonium captivitatis, qua detentæ facultates nemini profuere, sed otiosæ jacuere, sine fœnore.

¶ ὑμῖν, *vobis*) contra vos.

¶ φάγεται, *comedet*) morte.

¶ σάρκας, *carnes*) vivas. non dicit κρέα.

¶ ὡς πῦρ, *sicut ignis*) Locutio adagialis, de consumtione celeri ac totali; quum rubigo antea fuerit lenta & modica.

¶ ἐν ἐσχάταις ἡμέραις, *in novissimis diebus*) Thesaurus in posterum solet reponi: vos collegistis sero; non fruemini. Eadem phrasis, 2 Tim. III. 1 not. Apostolus adventum Domini proponit hîc ad terrorem impiorum; ad solatium sanctorum, versu 7 ff.

4 1) κράζει, *clamat*) De iis maxime peccatis clamor ascendit ad Deum, de quibus silentium est apud homines [*vel quibus in violentia patet refugium; quo minus luant in his terris.* V. g.]: ut de impudicitia & injustitia. [*Hodie, ob* disciplinæ ecclesiasticæ *defectum, omnis omnium, quos dicunt, Christianorum vita & conuersatio* unum *fere* peccatum clamans *constituit. Qua in re non facinorosorum duntaxat, sed eorum quoque culpa est, qui, cum publica munera gerant, nimis in agendo frigidi sunt atque inertes.* V. g.] Eum clamorem & *merces negata* & *operarii* emittunt. Duplex clamor.

¶ εἰσεληλύθασιν, *introierunt*) Metonymia antecedentis. id est, nunc venit ultor Dominus.

5 ἐτρυφήσατε, *deliciati estis*) deliciis speciosis, quas ex illa ipsa *mercede* aluistis.

¶ ἐπὶ τῆς γῆς) *super terra*, nunc vastanda.

¶ καὶ ἐσπαταλήσατε, *& luxuriati estis*) luxu sordido & insano, vosque consumente. τρυφὴ parit σπατάλην· & σπατάλη affine τῇ σφαγῇ. Mixtim describit Iacobus divitum voluptatem & immanitatem, uti gradationi congruit.

¶ ὡς ἐν ἡμέρᾳ σφαγῆς, *ut in die mactationis*) Adagium. *mactatio* hîc innuitur non divitum, sed boum, ovium &c. ad epulas. *Æthiops* omittit: *Millius* omissionem approbat.

*) *Conf. cel.* Michaëlis *Einleitung &c. T. II. p. m. 1588. 1594 sq.* E. B.

1) Τῶν ἀμησάντων, *qui demessuere*] Dignum consideratu est, quod, cum tanta sit injustitiæ varietas (Iob. XXII. 6-9. XXIV. 2-12. XXXI. 7. 13), ea solo memoratur h. l., quæ in *messe* committitur. *V. g.*

approbat: me qui approbationem illam non confutarim, cel. *Baumgartenius* reprehendit. Atqui talia satis confutavi in Appar. p. 443. [*Ed. II. p. 78.*]

6 κατεδικάσατε, ἐφονεύσατε, *condemnaviſtis, occidiſtis*) Aſyndeton, celeritatem exprimens. Denuo conf. App. crit. Ed. II ad h. l.

Gratiam habeo ven. *Baumgartenio:* nam dum nullam lectionem memoratu digniorem a me omiſſam profert, plenitudinem delectus mei egregie confirmat.

¶ Τὸν δίκαιον, *Iuſtum*) Diſtributiva ſignificatio in ſingulari numero locum invenit, denotans quemlibet juſtum, ut quemque nanciſcuntur improbi: maxime vero Chriſtum ipſum, *Iuſtum*, Act. III. 14, a Iudæis & gentibus occiſum; & deinceps Iacobum, hæc ſcribentem, ab Hebræis *Iuſtum* cognominatum, cujus ſupplicium hîc divinitus præſignificetur. Congruit præſens, *non reſiſtit vobis.* quo commate ſubſequente per aſyndeton ſimul innuitur, ipſa Iuſti patientia impios ſeſe ad cædem acuere. conf. Sap. II. 10-20.

7 Οὖν, *igitur*) quicquid interim faciant improbi.

¶ παρουσίας, *adventum*) v. 8. 9. 12.

¶ Τοῦ κυρίου, *Domini*) Ieſu Chriſti.

¶ ἐκδέχεται, *exſpectat*) exſpectando aſſequitur, in meſſe. יִקְצֹר *metet*, LXX, ἐκδέξεται. Hos. VIII. 7.

¶ τίμιον, *pretioſum*) operæ & patientiæ pretium.

¶ ἕως, *usque*) Conſtr. cum *patienter ferens.* Non prius deſinit.

¶ ἂν) Vid. App. crit.

¶ λάβῃ) *acceperit*, cœlitus.

¶ πρωΐμον) poſt ſatum.

¶ ὄψιμον) cui meſſis proxima. *)

8 ἡ παρουσία, *adventus*) qui item afferet pretioſum fructum.

¶ ἤγγικε, *appropinquavit*) Vere hoc dixerunt apoſtoli; tametſi tempora interveniunt illa, de quibus 2 Theſſ. II, & in Apoc. Conf. not. ad Act. II. 39.

9 μὴ στενάζετε, *ne ingemiſcite*) per impatientiam.

¶ ἵνα μὴ κριθῆτε, *ut ne judicemini*) Iudice veniente. Suſpiria nocent & iis, a quibus, & iis, contra quos mittuntur. Vid. App. crit. Ed. II.

¶ ὁ κριτὴς, *Iudex*) Chriſtus is eſt: in cujus officium involant, qui perperam ſuſpirant, & judicii tempus antevertunt. Si cel. *Baumgartenius* ullo veſtigio docuerit, articulum *Stephano* non fuiſſe lectum, negabo, articulum, ineunte linea, per ſphalma excidiſſe.

¶ θυρῶν, *fores*) Summa propinquitas. Matth. XXIV. 33.

¶ ἕστηκεν, *ſtatit ſe*) ſtat, ſemper audiens omnia.

10 ἀδελφοὶ μου, Τῆς κακοπαθείας) Lectionis hujus vindicias habet App. crit. Ed. II ad h. l.

¶ τῆς κακοπαθείας, *tolerantiæ malorum*) ne quid novi vobis accidiſſe putetis. Verbum κακοπαθεῖ exſtat v. 13.

¶ τοὺς προφήτας, *prophetas*) ſingulariter ſuo tempore preſſos, inde beatos. Matth. V. 12.

¶ ἐλάλησαν, *locuti ſunt*) Innuitur, quanta fuerit & injuria mundi, & patientia prophetarum.

¶ Τῷ ὀνόματι, *nomine*) Innuitur obedientia prophetarum in celebrando nomine Domini. ἐν ſubauditur, uti Matth. VII. 22. LXX Lev. XIX. 12.

11 ἰδοὺ)

*) *Sic S. R. D.* Büſching, *in ſeiner* neuen Erdbeſchreibung, *V Th. I Abth. Ed. Hamb. 1768. p. m. 299:* Die ordentliche Regenzeit geht entweder am Ende des Octobers, oder im Anfange des Novembers, da die *Saatzeit* iſt, an, und heiſst der *Frühregen;* der lezte oder *Spatregen* aber erfolgt im April, auch noch wohl im Anfang des Maymonats, und alſo um die *Zeit der Erndte.* — E. B.

11 ἰδὲ) Vid. App. ad h. l.

¶ τὰς ὑπομείναντας, *eos qui perpessi sunt*) præ iis, qui molliter vixerunt. Pondus codicibus, qui hîc ὑπομείναιτας habent, addunt *Al.* & *Euthal.*

¶ ὑπομονὴν, *patientiam*) Redit ad prima Iacobus, coll. c. I. 3 not. תקוה LXX, ὑπομονὴ, apud ipsum Iobum, c. XIV. 19. Hîc notat constantiam fine sperato potitam.

¶ τὸ τέλος Κυρίε) *exitum*, quem *Dominus* Iobo dedit.

¶ εἴδετε, *vidistis*) Idem usus verbi, de re olim facta, Hebr. III. 19. *Patientia* & *exitus* congruunt. c. I. 4. Matth. XXIV. 13. Non reticuit Iacobus patientiæ Iobeæ exitum.

¶ ὅτι, *quoniam*) Hoc pendet a verbis proximis. Est oratio continuata. Bis memoratur *patientia;* bis, *Dominus.* *) Sir. II. 12, οἰκτίρμων καὶ ἐλεήμων, μακρόθυμος καὶ πολυέλεος.

¶ πολύσπλαγχνος) *patienti* non ultra vires injungit.

¶ οἰκτίρμων) clementer dat *exitum* beatum. Chiasmus. οἰκτίρμων, ab ἔικω, *cedo*, notat tenerum affectum etiam citra respectum calamitatis vel miseriæ, ut David ad Dominum dicit ארחמך Ps. XVIII. 2.

12 μὴ ὀμνύετε, *ne jurate*) v. gr. per impatientiam. Opponitur linguæ in adversis usus versu 13.

¶ μήτε τὸν οὐρανὸν, *neque* per *coelum*) Matth. V. 34 s.

¶ ὑμῶν τὸ ναὶ, ναὶ, *vestrum etiam, etiam*) Vestrum *etiam*, quod est in re, sit pariter *etiam* in sermone.

¶ ὑπὸ κρίσιν, *sub judicium*) Conf. v. 9. *Hoc totius*, inquam in Apparatu, *epistolæ tenori congruit.* Apud *Baumgartenium*, pro *Hoc*, irrepsit *Nec.* id quod moneo, ne secum pugnare videatur.

13 προσευχέσθω· ψαλλέτω· *oret: psallat*) Licet etiam psallere in adversis, & orare in secundis: sed plerunque animus in adversis minus fert *To psallere;* & quod fert animus, id magis fieri debet. Faciebant id maxime publice in cœtu fidelium; ut docet antitheton, *advocet*, de ægroto; v. 14.

14 πρεσβυτέρες, *presbyteros*) qui dum orant, non multo minus est, quam si tota oraret *ecclesia.*

¶ ἀλείψαντες αὐτὸν ἐλαίῳ, *ungentes eum oleo*) Quod Christus apostolis commiserat, Marc. VI. 13, id deinceps in ecclesia continuatum est, etiam post apostolorum tempora: atque hoc ipsum charisma, maxime simplex, conspicuum & salutare, ex omnibus unum diutissime duravit. Exemplum vide in *Macarii* Op. p. 272. Testimoniumque illustre habet Ephraim Syrus συμβολ. ος. Ἐὰν οἰκονομίαν πληρῶν ἀλείφης ἐλαίῳ τὸν κάμνοντα κτλ. Immo divinitus eo consilio datum fuisse videtur, ut semper maneret in ecclesia, tanquam specimen ceterorum; sicut portio Mannæ fuit specimen miraculi antiqui. certe *presbyteris*, ministris ordinariis, Iacobus administrationem hujus olei adscribit. Erat hæc ecclesiæ summa Facultas Medica, ut Iuridicam ejusdem habemus 1 Cor. VI. Beata simplicitas! intermissa vel amissa per ἀπιστίαν. Nam quod ecclesia Latina *unctionem extremam*, Græca εὐχέλαιον habent; multo minorem huic μυστηρίῳ sive sacramento, ut illæ appellant, efficaciam ad sanitatem corporis, experientia cogente, tribuunt, quam ritui apostolico Iacobus. Nervose Whitakerus contra Duræum: *Oleo utantur, qui possunt ægrotis sanitatem precibus impetrare: qui non possunt, abstineant inani symbolo.* Vnus enim illius *unctionis* scopus initio erat miraculosa sanatio: qua deficiente non est nisi *inane symbolum.* Sed *impositio manuum* etiam pius externus

*) *Quanquam repetitio vocis* Κύριος, *per marginem* utriusque Ed. *& per* Vers. germ. *ad lectiones dubias refertur.* E. B.

ternus ritus est, licet Spiritum S. non actu conferat. Neque enim, etiam initio, hoc semper & uno scopo adhibita fuit.

¶ ἐν, *in*) Hoc non certe minus cum verbo *orent*, quam cum participio *ungentes* cohæret: unde sequitur, *oratio fidei.*

¶ τῷ κυρίῳ, *Domini*) Iesu Christi.

15 ἡ εὐχὴ τῆς πίστεως, *oratio fidei*) [*Non*, oleum, *inquit*. V. g.] Vbi aliquot fideles orant, tota vis fidei per totum corpus ecclesiæ diffusa agitatur. Iacobus, si quis eum diceret remissionem peccatorum tribuisse operibus, magnam sibi injuriam fieri questurus esset.

¶ κἂν, *etsi*) Potest aliquis ægrotare, etiamsi non admiserit peccata.

¶ ἀφεθήσεται, *remittetur*) *Tò admisisse peccata.*

16 ἐξομολογεῖσθε, *confitemini*) Ægrotus & quisquis offendit, jubetur confiteri; offensus, orare. confitenda, quæ maxime premunt: cui fit confessio, scit magis, quomodo orare debeat, & magis commovetur.

¶ ἀλλήλοις, *invicem*) Confessio cuilibet fieri potest, qui orare potest.

¶ ὅπως ἰαθῆτε, *ut sanemini*) Grassabantur ergo morbi.

¶ πολύ, *multum*) etiam ad sanitatem restituendam.

¶ ἰσχύει, *valet*) etiam pro altero.

¶ δικαίου, *justi*) qui ipse non hæret in lapsu aliquo.

¶ ἐνεργουμένη, *efficaciam habens*) *Efficaciam* sequitur exauditio; ex hac *valet* precatio. Itaque *tria* sunt: 1 *efficacia* precum. 2 *exauditio*. 3 τὸ ἰσχύειν, *valere*. Hoc sequitur demum ex duobus prioribus. Primum est internum in animo precantis: tertium producit etiam effectus ad extra.

17 ἦλίας, *Elias*) Omnis effectus precum est supernaturalis, & eatenus miraculosus, quanquam foris non sic apparet.

¶ ὁμοιοπαθὴς, *similiter affectus*) Idem verbum Act. XIV. 15. eadem πάθη, eosdem *affectus* habens animi & corporis, in quos non videretur cadere tanta ἐνέργεια *efficacia.*

¶ προσευχῇ προσηύξατο, *oratione oravit*) vigente idololatria Baalitica, mera at seria utebatur precatione; nullis aliis adjumentis usus ad hoc apotelesma producendum. Ipsa phrasis hebræa, ubi verbum & substantivum vel quasi substantivum junguntur, semper aliquid vehemens notat: ex. gr. *moriendo morieris*, ita morieris, ut mors appellari digna sit.

18 πάλιν προσηύξατο, *rursum oravit*) abolita idololatria. Gestus orantis, 1 Reg. XVIII. 42.

¶ καὶ ἡ γῆ, *& terra*) καὶ *atque ita.*

¶ ἀυτῆς, *suum*) quem paullo ante dare non potuerat.

19 ἀδελφοὶ, *fratres*) Iacobus, multitudinem verborum, Spiritu ipsum agente, vitans, finem facit. Ego, inquit, hac epistola salutem vestram quæro: quærat quilibet coram salutem alterius. conf. Hebr. XIII. 22.

¶ τις, τις, *aliquis, aliquis*) *Quilibet cujuslibet* salutem debet quærere.

¶ πλανηθῇ, *seductus fuerit*) per peccatum.

¶ Τις, *aliquis*) quisquis erit, hujus præda illa erit. Apta conclusio epistolæ.

20 γινωσκέτω) *scito*, & convertens, ut sit studiosior; & conversus, ut gratus obsequatur.

¶ σωσει, *salvabit*) Futurum. olim constabit.

¶ ψυχὴν ἀυτοῦ, *animam ejus*) peccatoris. Magnum opus.

¶ ἐκ θανάτου, *ex morte*) errantes haustura. Connexio: non solum in corporis *morbis* v. 14 invicem succurrite; sed etiam animæ *mortem* depellite.

¶ καλύψει) *teget*, illo ipso *amore* impulsus, quo ductus errantem revocavit. 1 Petr. IV. 8 not.

¶ πλῆθος ἁμαρτιῶν, *multitudinem peccatis*

catorum) peccata, quæ errans vel commiserat, convertenti nota, vel commissurus fuerat. [*Itemque, quæ a conuertente aliisue vel commissa fuerant vel porro committi potuissent.* V. g.] *Peccatorum ejus* Steph. Æthiop. Cur *Steph.* apud cel. Baumgartenium inseratur, nescio. Conclusionem facit Iacobus, non ut epistolæ, sed ut libri cujuspiam.

IN EPISTOLAM PETRI PRIOREM.

CAPVT I.

1 Πέτρος, *Petrus*) Mirabilis est gravitas & alacritas Petrini sermonis, lectorem suavissime retinens. Vtriusque Epistolæ scopus est, *suscitare, per admonitionem, sinceram mentem* fidelium, 2 Petr. III. 1, & munire non modo contra errorem, sed etiam contra dubitationem. c. V. 12. Id agit per commemorationem gratiæ evangelicæ, qua delibuti fideles inflammantur ad ferendos fidei, spei, amoris, patientiæ fructus, in omni functione & afflictione. Prioris epistolæ partes sunt tres.

I. Inscriptio. *Cap. I. 1, 2*

II. Excitatio sinceri sensus. Excitat autem electos

a] *tanquam Renatos ex Deo. Hic tam beneficia DEI erga fideles, quam officia fidelium erga Deum commemorat, & alternatim ea contexit, per tria momenta, quibus ex mysterio CHRISTI robur additur.*

A) *Deus nos regeneravit ad SPEM vivam, ad hereditatem gloriæ & salutis: v. 3-12. Propterea SPERATE perfecte.* *v. 13*

B) *ut filii obedientiæ, sancto Patri fructum FIDEI ferte.* *v. 14-21*

C) *per Spiritum MVNDATI, PVRO corde AMATE, sine vitio.* *v. 22-c. II. 10*

b] *tanquam Peregrinos in mundo: ut ABSTINEANT a carnalibus cupiditatibus, v. 11, & fungantur*

A) *CONVERSATIONE bona:* *v. 12*

1. speciatim,

1. subditi, *v. 13-17*

2. servi, exemplo Christi: *v. 18-25*

3. uxores, *c. III. 1-6*

4. mariti, *v. 7*

2. generatim, omnes. *v. 8-15*

B) *PROFESSIONE bona:*

1. per apologiam, & per mali sodalitii fugam. v. 15-22. c. IV. 1-6. (Huic parti vim addit totus Christi cursus, a passione ad judicium.)

2. *per virtutes & bonam charismatum administrationem.* v. 7-11
c] *tanquam Consortes gloriæ futuræ: ut* SVSTINEANT *adversa. Id faciat quisque*
1. *in universo statu Christianismi,* v. 12-19
2. *in suo seorsum statu.* c. V. 1 11
(*A prima parte secundam, & a secunda tertiam dirimit titulus* ἀγαπητοὶ, dilecti, *bis adhibitus. c. II. 11. IV. 12. Status*, presbyterorum *etiam spectatur ut status ærumnosus in hac vita, ex quo prospectus esse debeat salutaris ad* gloriam, *c. V. 1. 4 atque* τὸ subjicimini, *c. V 5 tamen etiam passionem infert & sustinentiam. & videtur hæc præcise ratio esse, cur hos duos status c. V. 1-11 separet apostolus ab iis statibus, de quibus c. II. 12 ss.*)

III. Conclusio. v. 12-14.

¶ ἐκλεκτοῖς, *electis*) in cœlo, *electis*, ex toto populo, ex humano genere. Hoc, & versum 5, confer cum Matth. XXIV. 24.

¶ παρεπιδήμοις, *advenis*) in terra, [*patriæ coelestis respectu*, V. g.]

¶ διασπορᾶς πόντου, *dispersionis Ponti*) Judæos dispersos compellat: Iac. I. 1: quanquam subinde etiam fideles ex gentibus, illis admixtos, alloquitur. c. II. 10 not. IV. 3. *) Quinque provincias nominat eo ordine,

*) *Eandem sententiam S. R.* Bruckerus *tenuit, approbante cel. D.* Ernesti, *Bibl. th. T. VII. p. 13 sq. Sed ill.* Michaëlis, *in der Einleitung &c. T. II. p. m. 1618, communem Epistolæ hujus ad* Exjudæos *atque* Exgentiles *respectum non agnoscit. Primò enim vocem* διασπορὰ, *cum genitivo regionis cujusdam gentilis constructam, nonnisi* ecclesias judaicas *in regionibus istis* dispersas *innuere, adeoque de* Proselytis portæ, *ad* Christianismum *conversis, intelligi debere contendit. Deinde prædicatum* παρεπίδημος, *etiamsi c. II. 11 significatu* figurato *occurrat, negat eundem significatum ferre* in titulo, *ubi* Subjectum *adhuc opus habeat determinatione;* inscriptiones *enim non solere* ingeniosis periphrasibus *ornari, sed* usitatam *personarum compellationem (qua* exgentiles *in suis terris degentes* aduenæ *dici nequeant) communiter exhibere. Enimuero 1) quo jure vox* διασπορὰ judaico more *de* cœtibus judaicis *inter gentes dispersis usurpata fuit, eodem jure* stilo apostolico *de coetibus* generatim christianis, *itidem dispersis inter infideles (tum Iudæos tum gentiles) usurpari potuit; præsertim, si denominationem a parte* potiori, *i. e. ab* Exjudæis, *connoratis* Exgentilibus, *supponas, coll. D.* Ernesti *Bibl. th. T. VII. p. 865. & Bibl. th.* nouiss. *T. I. p. 116. 2) Nulla necessitas requirit, ut voce* παρεπίδημοι *c. I. 1 Subjectum* specialius *determinari sentias: nam ipsa commemoratio regionum* Ponti, Galatiæ &c. *plus satis designat, ubi locorum quærendi sint* Christiani, *qui* generaliori periphrasi, *eâque elegantissimâ,* ἐκλεκτοὶ παρεπίδημοι *dicuntur. Prorsus alia hodie* Inscriptionum *ratio est; ubi non per* familiares, *sed per* instituta publica *de loco in locum perferuntur literæ. Sane absurdum non esset, si cui* amico, *ad exteros iter facienti, epistolam traderem nonnisi verbis, à mon Père à ---- &c. signatam. Neque etiam in amplissima urbe, qualis* Roma *v. gr. fuit, titulus* ἀγαπητοὶ θεοῦ καὶ κλητοὶ ἅγιοι *opportunus fuisset, si ea* perferendi ratio, *quam l. c. cel.* Michaëlis *instantiæ caussa ex* nostro æuo *producit, tum temporis viguisse supponatur. Denique* Christiani, *sive exjudæi sive* exgentiles, *uiut in* solo patrio *degentes, haud minori jure dicuntur* παρεπίδημοι, *quam Abrahamus ejusque posteri, in* terra promissa *constituti, Hebr. XI. 13. Conf. not.* Gnom. *ad 1 Petr. II. 11. Cel. D.* Ernesti, *l. c. T. VII. p. 863 sqq.,* παρεπιδήμους διασπορᾶς, *per hendiadyn, idem significare docet, quod* παρεπίδημοι διεσπαρμένοι, *vel* αἱ δώδεκα φυλαὶ αἱ ἐν τῇ διασπορᾷ (*Iac. I. 1*) *innuunt; adeoque negat* παρεπιδήμους *aliud subjectum, aliudque* διασπορὰν *inferre; hanc præterea explicationem subjungens:* (Es sind) die zerstreuete Iuden, die ausser ihrem Vaterlande in Ponto u. s. w. wohnen, wo sie nemlich als Peregrini leben, -- Diese Gemei-

ordine, quo occurrebant scribenti ex oriente. c. V. 13. Memoratur *Cappadocia, Pontus & Asia*, Act. II. 9. Epistolæ Petri olim ante epistolas Iohannis, Iacobi & Iudæ ponebantur: atque inde omnes videntur *Catholicæ* dictæ, quia id nomen primæ earum inprimis convenit. Vtrum in Pontum Petrus epistolam primum *), an Hierosolyma, ubi confluxerint, miserit, non constat.

α)2 κατὰ πρόγνωσιν, *secundum præscientiam*) Constr. cum *electis*. Laudatur etiam *præscientia*, v. 20. Complectitur etiam voluntatem & amorem.

¶ θεοῦ, *Dei*) Mysterium Trinitatis, & œconomia salutis nostræ innuitur hoc versu, atque adeo summa epistolæ. [*Agitur deinceps de Patre v. 3. 15. 17. 21. 23: de Christo v. 3. 7. 11. 13. 19. II. 3: de Spiritu v. 11. 12. 22.* V. g.]

¶ πατρὸς, *Patris*) etiam nostri.

¶ ἐν ἁγιασμῷ πνεύματος, *in sanctificatione Spiritus*) 2 Thess. II. 13 not.+

¶ εἰς ὑπακοὴν, *in obedientiam*) *Obedientia* innuitur ea, quæ præstatur per fidem v. 22 not. certe *sanctificationem Spiritus & fidem* jungit Paulus l. c. Observa etiam particulas κατὰ, ἐν, εἰς· quibus habitus trium beneficiorum cardinalium ad electionem & mutuus ipsorum ordo (coll. Ap. I. 4. 5. 6.) indigitatur.

¶ καὶ ῥαντισμὸν, *& aspersionem*) Obedientes illi asperguntur, ad remissionem peccatorum. 1 Ioh. I. 7. Est autem hîc *aspersio* passiva, qua *obedienter* admittitur aspersio.**) De *obedientia* iterum vide v. 14: de *sanguine* aspersionis, v. 19.

¶ πληθυνθείη, *multiplicetur*) Plus ultra. Idem verbum, 2 Petr. I. 2. Sic Dan. III. 31, εἰρήνη ὑμῖν πληθυνθείη.

3 εὐλογητὸς, *benedictus*) Sententia: Deus nos regeneravit. Accedit modus sive gratiarum actio.

¶ πατὴρ, *Pater*) Tota hæc epistola valde congruit cum *oratione Dominica*, maxime autem cum prioribus ejus articulis. Conferantur inter se sententiæ, ordine suo:

Pater:	c. I. 3. 14. 17. 23. II. 2.
noster:	c. I. 4 fin.
in coelis.	ibid.
Sanctificetur nomen tuum:	c. I. 15. 16. III. 15.
Adveniat regnum tuum:	c. II. 9.
Fiat voluntas tua.	c. II. 15. III. 17. IV. 2. 19.
Panem quotidianum.	c. V. 7.
Remissio peccatorum.	c. IV. 8. 1.
Tentatio.	c. IV. 12.
Liberatio.	c. IV. 18.

Atque ad preces ipsas multa expresse refert Petrus. c. III. 7. IV. 7.

¶ κατὰ-ἔλεος, *secundum misericordiam*) Fueramus miseri. Eph. II. 1 f.

¶ ἀνα-

Gemeinen bestunden auch aus Iuden und Heiden, wie andere; aber die Iuden waren entweder der grœfste Theil davon, oder Petrus nennet sie allein, weil er der Apostel der Beschneidung ist. *Conf. C. G.* Hofmanni *not. ad. I. G.* Pritii *Introd. in lect. N. T. p. m. 81 sq.* E. B.

*) *Id ipsum cel.* Michaëlis, *l. c. p. 1625, ex eo concludit, quod* Pontus *prima regionum* græce *loquentium fuerit, ad quam Siluanus, Petro Babylone relicto, pertigerit.* E. B.

**) *Congruit observatio b.* Gerhardi, *a S. R. D.* Ernesti (*Bibl. th. T. VII. p. 15*) *repetita, quâ per hendiadyn dictum h. l. censetur* εἰς ὑπακοὴν ῥαντισμοῦ: *quanquam ex sententia Bengelii* fides in mortem Christi *nondum exhaurit notionem* ῥαντισμοῦ. E. B.

¶ ἀναγεννήσας, *qui regeneravit*) v. 23. c. II. 2. [*Ab hoc inde loco usque ad c. II. 10 commemorat Petrus, quæ noſtro commodo DEVS fecerit; atque ex ea ſalutis penu efficaciſſima monita deriuat ad ſpem, v. 3-13; ad ſanctificationem & timorem in fide, v. 14-21; ad amorem, v. 22-c. II. 10; ſuauiſſime doctrinam de Chriſto ſubingerens.* V.g.]

¶ εἰς, *in*) Inſignis anaphora: *in ſpem, in hereditatem, in ſalutem.*

¶ εἰς ἐλπίδα ζῶσαν, *in ſpem vivam*) *Spes* hæc eſt hereditas cœleſtis, v. 4: & dicitur *viva*, quia ex reſurrectione Chriſti efflorescit. Amat Petrus *) epitheton *vivus*, v. 23. c. II. 4 f. & mentionem *ſpei*, v. 13. 21. c. III. 5. 13. Conf. epitheta v. ſeq. Spei autem jungit fidem & amorem. v. 8. 21. 22.

¶ δι' ἀναστάσεως, *per reſurrectionem*) Hoc pendet a *vivam* **), coll. v. 21.

4 κληρονομίαν, *hereditatem*) Filii, regeniti, ſunt heredes. De *hereditate* etiam c. III. 7. 9.

¶ ἄφθαρτον, *incorruptibilem*) Eſt enim hereditas *divina.*

¶ ἀμίαντον, *incontaminatam*) Nullus enim impurus e *proximis* eſt coheres.

¶ ἀμάραντον, *marcoris expertem*) Nam heredes ipſi non μαραίνονται, non moriuntur. Amat Petrus ſynonyma cumulata. v. 7. 8. 19. c. V. 10.

¶ τετηρημένην, *ſervatam*) ab initio. Conf. v. 10. Idem verbum, Ioh. XVII. 12. Conf. ibid. c. II. 10.

¶ ἐν οὐρανοῖς, *in coelis*) penes Deum.

¶ εἰς ὑμᾶς, *in vos*) hoc tempore viventes.

5 ἐν δυνάμει θεοῦ, *in virtute Dei*) Ipſe facit & faciet plane. c. V. 10. coll. 2 Petr. I. 3. [*1 Theſſ. V. 24. Matth. XIX. 26. Hâc tutelâ deſtituti quî perſiſteremus coram aduerſario? 1 Petr. V. 8.* V. g.] Nemo poteſt ſibi proponere, qua ratione velit ad metam pervenire. Salutem nobis præſtat contra hoſtes potentia Dei; contra nos ipſos, longanimitas Domini. 2 Petr. III. 15. Exemplo ſunt apoſtoli ipſi.

¶ φρουρουμένους, *qui cuſtodimini*) Hereditas *ſervata* eſt: heredes *cuſtoduntur.* Neque illa his, neque hi deerunt illi. *Corroboratio* inſignis, 2 Petr. III. 17.

¶ διὰ πίστεως, *per fidem*) Per fidem ſalus & accipitur & retinetur.

¶ ἑτοίμην ἀποκαλυφθῆναι, *paratam ut reveletur*) *Revelatio* fit in die noviſſimo: ea parari cœpta eſt, quum Chriſtus veniret.

¶ ἀποκαλυφθῆναι, *ut reveletur*) Frequens verbum in hac epiſtola. v. 7. 12. 13. IV. 13. V. 1.

¶ ἐν καιρῷ ἐσχάτῳ, *in tempore ultimo*) Petrus totum tempus ab initio N. T. ad glorioſum Chriſti adventum pro uno tempore, eoque brevi, in comparatione ad tempora V. T. accipit. conf. not. ad Act. I. 11. Itaque *in* conſtr. cum *paratam.*

6 ἐν ᾧ) *qua in re.*

¶ ἀγαλλιᾶσθε, *exultatis*) Præſens. v. 8. Auguſtinus, *gaudete*, conf. Iac. I. 2.

¶ ὀλίγον, *paululum*) Id reſpectu cunctæ eccleſiæ dicitur. c. V. 10. coll. c. IV. 7.

¶ εἰ δέον ἐστί, *ſi opus eſt*) *Si*, affirmandi vim habet. v. 17.

7 δοκίμιον, *probatio*) Id eſt, *fides veſtra*, quæ ſic *probatur.* nam comparatur cum auro.

¶ πολυ-

*) *Quales præterea phraſes Petro quaſi domeſticæ ſint, pluribus notauit cel.* Michaëlis, *in der* Einleitung &c. *T. II. p. m. 1657 ſqq.* E. B.

**) *A participio* ἀναγεννήσας *pendere cenſet cel. D.* Erneſti *Bibl. th.* nouiſſ. *T. I. p. 116 ſq. & fatetur quidem, ſub hac hypotheſi* regenerationem *ſenſu minus uſitato ſumendam eſſe; ſed hunc ipſum ſignificatum indicare ſuperſedet.* E. B.

¶ πολυτιμότερον, *multo pretiosior*) Epitheton subjecti.

¶ τὸ ἀπολλυμένου, *quod perit*) Aurum, cum mundo, perit, v. 18: nec tum juvabit quenquam. Idem participium, Ioh. VI. 27.

¶ δὲ, *) *sed*) Fides cum auro comparatur, non ut illud perit, *sed* ut per ignem probatur.

¶ εὑρεθῇ, *inveniatur*) Nunc enim non apparet: apparebit autem, quum cetera *peribunt*.

¶ ἔπαινον, *laudem*) verbis.

¶ τιμὴν, *honorem*) rebus.

¶ δόξαν, *gloriam*) judicio.

¶ ἀποκαλύψει, *revelatione*) v. 13.

8 ὃν οὐκ ἰδόντες ἀγαπᾶτε) *amatis, tametsi non novistis* facie. Paradoxon: nam notitia amorem alias parit. Hoc de amore: idem mox de *fide* Petrus prædicat. *quem* & *in quem*, anaphoræ affine asyndeton.

¶ εἰς ὃν, *in quem*) *In* proprie pertinet ad *credentes*, sicut etiam *nunc*.

¶ μὴ ὁρῶντες, *non videntes*) Præsens, i. e. quamvis non videtis eum in gloria adhuc. Apostoli, qui ipsi viderant, fidem suam non tam magnam censuere, quam aliorum. **)

¶ ἀνεκλαλήτῳ) *ineffabili*, jam nunc. 1 Cor. II. 9.

¶ καὶ δεδοξασμένῃ, *& glorificato*) Glorificatum est hoc gaudium in se, & glorificatum per testes: conf. v. 10: ceteroqui ineffabile.

9 κομιζόμενοι, *reportantes*) jam, in præsenti.

¶ τῆς πίστεως, *fidei*) v. 8.

¶ ψυχῶν, *animarum*) *Anima* præcipue salvatur: corpus in resurrectione participat.

10 περὶ ἧς σωτηρίας, *de qua salute*) Magnum argumentum veritatis, prophetarum prædictio & studium.

¶ ἐξεζήτησαν καὶ ἐξηρεύνησαν, *exquisiverunt & perscrutati sunt*) ***) Magna emphasis duorum verborum compositorum. ἐκζητεῖν, *exquirere*, quærendo assequi: ἐξερευνᾶν, *perscrutari*, scrutando assequi. Simplex verbum, ἐρευνῶντες, *scrutantes* v. 11. Quid quærendo & scrutando sint assecuti, exprimitur & limitatur versu 12. ἐρευνῶντες, *scrutantes* refertur ad scrutinium primum & principale, de Christo ipso: ἐξεζήτησαν καὶ ἐξηρεύνησαν, *exquisiverunt & perscrutati sunt*, ad scrutinium progrediens, de Christianis.

¶ προφῆται, *prophetae*) cum ceteris justis. Matth. XIII. 17. Ioh. VIII. 56. Articulus hîc prætermissus grandem, ut sæpe, etiam apud Germanos, facit orationem: nam auditorem a determinata individuorum consideratione ad ipsum Genus spectandum traducit. sic v. 12, *angeli*. Gradatio.

¶ εἰς ὑμᾶς) *in vos*, hac ætate viventes.

¶ χάριτος, *gratia*) Gratia N. T. v. 13. *Gratia vera*, c. V. 12. coll. Ioh. I. 17.

11 εἰς τίνα ἢ ποῖον, *in quod vel quale*) Disjunctiva exprimit ingens prophetarum studium: utrum ipsorum an postero tempore illa essent eventura. v. 12. *Quod* innuit tempus per se, quasi dicas *aeram* suis numeris notatam: *quale* dicit tempus ex eventibus variis noscendum. Dan. IX. 2.

¶ πνεῦμα

*) *Valet hæc particula ex judicio* Ed. 2 *potius, quam ex crisi* Ed. maj.; *quanquam in* Vers. germ. *non exstat*. E. B.

**) *Conf. not. ad Ioh. XX. 29.* E. B.

***) *Memorabilis conclusio est, quam cel. D.* Crusius (*Hypomn. P. I. p. 620*) *his verbis ex h. l. nectit*: Quæstio de vero prophetiæ sensu, *qui ex intentione Spiritus S. verus est*, non confundi debet cum quæstione de limitibus cognitionis, quæ tum fuit in prophetis, multo minus de modulo intelligentiæ hominum vulgarium coæuorum. *&c.* E. B.

¶ πνεῦμα χριςϛ) *Spiritus Chriſti*, teſtans de Chriſto. Ap. XIX. 10. *Spiritus Dei*, Gen. I. 2, *Spiritus Meſſiae* dicitur in *Baal Hatturim*.

¶ τὰ παθήματα, *paſſiones*) Hinc *ſalus*.

¶ τὰ εἰς χριςὸν παθήματα) *paſſiones in Chriſtum* eventuras.

¶ μετὰ ταῦτα) *poſt has*, paſſiones.

¶ δόξας, *glorias*) Plurale. Gloriam reſurrectionis: gloriam adſcenſionis: gloriam judicii noviſſimi & regni cœleſtis.

12 ὅις) *quibus*, ſcrutantibus.

¶ ὅτι) *quod*.

¶ ϰὐχ ἑαυτοῖς, *non ipſis*) Matth. XIII. 17. Ps. CII. 19. Dan. XII. 13.

¶ ἡμῖν, *nobis*) Tempora v. gr. per LXX hebdomadas apud Danielem definita exacte pertingunt ad ætatem Chriſti in terra & ad fideles tum viventes. id valet, *nobis*. Et *Petro* quidem agente exierunt illæ hebdomades. Vid. *Ord. Temp.* p. 366. [*Ed. II.* 314.]

¶ ἀυτὰ) *res illas*. nam cum *miniſtrabant* ſubauditur *prophetae*, ut patet ex reciproco, *non ipſis*. conf. διακονέω cum accuſativo, c. IV. 10. Ad ἀυτὰ ref. ἅ & εἰς ἅ.

¶ νῦν) *nunc*. Latine dicitur, *hodie*.

¶ ἐν, *in*) Evangeliſtæ, teſtes infallibiles.

¶ ἀπ' ὐρανῦ, *a coelo*) id eſt, a Deo.

¶ ἐπιθυμῦσιν, *concupiſcunt*) Angelis non tam cito revelatum eſt, certe non omnibus. *Curioſitas* ordinata, non modo prophetica, v. 10, ſed etiam angelica virtus.

¶ ἄγγελοι, *angeli*) Incrementum ſumit revelatio cœleſtis. Prophetæ, juſti, reges, cupiebant videre & audire, quæ Chriſtus loquebatur & faciebat: Matth. XIII. quæ Paracletus de Chriſto docet, angeli cupiunt inſpicere.

¶ παρακύψαι, *inſpicere*) Nobis per auditum; angelis per viſum, quod majus eſt, innotuit. 1 Tim. III. 16 Nos tamen propius attingit. angelorum eſt, παρακύπτειν· παρα, obſervandum.

*) *Vid. Iob. VIII. 19. 55. Rom. III. 9. 11. 17 &c.* E. B.

13 διὸ, *quapropter*) Adhortatio nunc deducitur ex iis, quæ dicta ſunt.

¶ ἀναζωσάμενοι, *ſuccincti*) ad colligendas vires. Conf. *excitare*, 2 Petr. I. 13.

¶ τὰς ὀσφύας, *lumbos*) Similis phraſis, Iob XXXVIII. 3.

¶ νήφοντες) *ſobrii*. c. V. 8.

¶ τελείως ἐλπίσατε, *perfecte ſperate*) eam ſpem habete, quæ τέλος, *finem*, propoſitum apprehendat. v. 9. *ſperate* repetitur ex v. 3.

¶ Φερομένην) *quae praeſtatur* & exhibetur. Idem verbum, Hebr. IX. 16. Gratia *perfecte* nobis obtigit: ei *perfecte* noſtra reſpondere ſpes debet. Correlata.

¶ ἐν ἀποκαλύψει, *in revelatione*) Una eſt revelatio, quæ toto Novi Teſtamenti fit tempore, per epiphaniam Chriſti utramque. Tit. II. 11. 13.

14 τέκνα, *filii*) v. 17 init.

¶ ὑπακοῆς, *obedientiae*) ὑπακοὴ, *obedientia*, præſtatur vel *veritati* divinæ, v. 22, vel præcepto divino. Hæc eſt fructus fidei; illa eſt *fides* ipſa. Itaque Petrus *ſpem* excitat, v. 3 ſeqq. (ipſo *ſpei* vocabulo adhibito, v. 3. 13.) *fidem*, v. 14 ſeqq. (ipſo *fidei* vocabulo adhibito, v. 21 bis:) *amorem*, expreſſe, v. 22. ſic tamen, ut ſpei attemperet fidem, v. 7 ſeqq. & rurſus fidei ſpem, v. 21, & amori fidem. v. 22. c. II. 6 ſeq.

¶ μὴ συχηματιζόμενοι) ſcil. γενηθητε. v. 15. *ne conformemini*.

¶ ἀγνοίᾳ, *ignorantia*) Status priſtinus, ante *vocationem*, etiam apud Iudæos. *)

15 κατὰ, *ſecundum*) Summum exemplum.

¶ καλέσαντα, *qui vocavit*) Sæpe *vocationem* allegat Petrus. c. II. 9. 21. III. 9. V. 10. 2 Petr. I. 3. 10.

¶ ἀναςροφῇ, *converſatione*) v. 17. 18.

17 ἐπικαλεῖσθε) *appellatis*, & ex ejus nomine appellamini.

¶ ἀπρο-

¶ ἀπροσωπολήπτως, *citra respectum personarum*) sive quis sit Hebræus sive Græcus.

¶ ἀπροσωπολήπτως - ἐν φόβῳ) Conf. 2 Chron. XIX. 7.

¶ ἔργον, *opus*) Singularis. Vnius hominis, unum est opus, bonum malumve.

¶ ἐν φόβῳ, *in timore*) Spei adjungitur timor. utrumque ex eodem fonte. timor prohibet, ne spe excidamus.

¶ παροικίας, *incolatus*) *Advenas* appellat, quia in mundo sunt: c. II. 11. non tamen sine allusione ad διασπορὰν, *dispersionem* in Asia. v. 1.

18 ἐφθαρτοῖς, *non corruptibilibus*) v. 23.

¶ ματαίας, *vana*) Vana vivendi ratio, quæ, ubi tempus præteriit, nil reliqui fructus habet. *)

¶ πατροπαραδότου, *a patribus tradita*) Vnus *Pater* imitandus. v. 17. Idem antitheton, Matth. XXIII. 9. Nimium libenter inhærent homines in religione vestigiis patrum, Iudæi præsertim.

19 τιμίῳ, *pretioso*) Sanguis Christi, *incorruptibilis*. v. 18.

¶ ὡς, *ut*) Ætiologia τῷ *pretioso*.

¶ ἀμώμου, *sine vitio*) Iesus Christus *in se* non habuit labem.

¶ ἀσπίλου, *sine macula*) Neque *extrinsecus* maculam contraxit.

20 προεγνωσμένου, *praecogniti*) Act. II. 23.

¶ πρὸ, *ante*) Igitur in Christo omne Dei beneplacitum est.

¶ φανερωθέντος δὲ, *manifestati autem*) *Praescientia* penes solum Deum fuerat.

¶ χρόνων) *temporibus*, mundi.

21 δι' αὐτοῦ, *per ipsum*) *per Christum*, in cujus resuscitatione, est argumentum & virtus fidei & spei.

m) ὥστε) *ut adeo.*

¶ πίστιν ὑμῶν καὶ ἐλπίδα, *fides vestra & spes*) Hæc duo sunt conjunctissima, & tamen differunt, respectu præsentis & futuri. [*Ex resuscitatione Christi deriuatur fides; spes, ex glorificatione.* V. g.]

¶ εἰς θεὸν) *in Deum* solum, c. III. 5, qui Iesum exaltavit nobisque ancoram paravit, Hebr. VI. 19. Rom. VIII. 34; quem, extra Christum, nonnisi timeremus. Nunc liquido credimus & speramus.

22 τὰς ψυχὰς, *animas*) Asyndeton, uti v. 14 s.

¶ ἡγνικότες, *qui mundastis*) qui purificationem animarum vestrarum suscepistis. Hinc mox καθαρᾶς *puro*. τὸ ἁγνίζειν & *castitatem* & reliquam puritatem omnem denotat. vid. LXX.

¶ ὑπακοῇ, *obedientia*) Hæc est fides; cui amor jungi solet. nam purificationem tribuit fidei Petrus, Act. XV. 9.

¶ τῆς ἀληθείας, *veritatis*) in Christo revelatæ.

¶ διὰ πνεύματος, *per Spiritum*) Spiritus sanctus confert obedientiam illam & puritatem. Conf. c. I. 2.

¶ εἰς φιλαδελφίαν - ἀγαπήσατε, *in amorem fraternum - amate*) Duo gradus: coll. 2 Petr. I. 7. Vnde quæ hîc versu 22, & illic versu 5. 6 antecedunt, pari modo inter se conferri possunt.

¶ ἀνυπόκριτον, *non simulatum*) Fluit enim ex veritate. Conf. cap. II. 1. 2.

¶ ἀγαπήσατε, *amate*) Congruunt noemata cap. II. 3. 10.

¶ ἐκτενῶς, *impense*) c. IV. 8.

23 ἀνα-

*) Ματαιότητος *vocabulum sæpissime occurrere de* idolis, *neminem fugit. Sed ipsam hanc vocem nonnisi in eos, qui idololatrarum posteri sunt, quadrare, minime concesserim. Vid.* 1 Tim. I. 6. Tit. I. 10. 1 Cor. III. 20. XV. 17. Tit. III. 9. Iac. I. 26, *ubi differre* τοῖς ἐκ περιτομῆς *adscribitur* ματαιότης. E.B.

m) πιστεύοντας, *credentes*] manifestationis istius virtute. *V. g.*

23 ἀναγεγεννημένοι, *renati*) inde fraternitas.

¶ ἐκ σπορᾶς, *ex sementi*) Verbum Dei, est σπόρος, *semen*: verbum Dei prædicatum, σπορὰ, *sementis*. inde mox non repetitur *ex*, sed *per verbum* dicitur.

¶ ζῶντος καὶ μένοντος, *vivens & manens*) Constr. cum *verbum*, v. 25. Evangelium fert fructus *incorruptibiles*, non opera mortua; quia ipsum est *incorruptibile*. *Verbum vivens*, plenum virtutis: *manens in aeternum*, ab omni corruptione immune.

24 πᾶσα σὰρξ, *omnis caro*) Es. XL. 6-8. *Caro*, i. e. homo, ex veteri generatione.

¶ ὡς χόρτος, *ut foenum*) LXX, ὡς *ut* non habent: *) neque αὐτῆ, *ejus*, mox.

¶ δόξα, *gloria*) sapientia, robur, opes, justitia humana.

¶ ἐξηράνθη, *aruit*) radicitus.

¶ ὁ χόρτος, *foenum*) i. e. *caro*.

¶ ἄνθος, *flos*) i. e. *gloria*.

¶ ἐξέπεσε, *excidit*) in summa parte.

25 Κυρίου) LXX, τοῦ θεοῦ ἡμῶν.

¶ εὐαγγελισθὲν, *evangelizatum*) v. 12.

¶ εἰς ὑμᾶς, *in vos*) quibus inde insita est immortalitas.

CAP. II.

1 Πᾶσαν κακίαν, *omne vitium*) *omne, omnem, omnes*, notat tria genera. κακίαν, vitium animi, virtuti contrarium.

¶ πάντα δόλον καὶ ὑποκρίσεις καὶ φθόνους, *omnem dolum & simulationes & invidias*) in actionibus. *Dolus* nocet, *simulatio* decipit, *invidia* infestat proximum: omnia *amorem* lædunt, de quo c. I. 22.

¶ πάσας καταλαλιὰς, *omnes obtrectationes*) in sermonibus.

2 ὡς ἀρτιγέννητα, *ut modo geniti*) qui nil aliud agunt; tantum appetunt. Denotatur prima ætas ecclesiæ N. T.

¶ βρέφη, *infantes*) in quos dolus nullus cadit.

¶ λογικὸν) Dicitur a λόγος, *verbum*. c. I. 23. *Hac verbi*, est periphrasis *verbi* ipsius. conf. Rom. XII. 1 not. **)

¶ ἄδολον, *absque dolo*) Antitheton, *dolum*. v. 1.

¶ γάλα, *lac*) Hoc idem est, quod antea *semen*, c. I. 23.

¶ ἵνα ἐν αὐτῷ αὐξηθῆτε εἰς σωτηρίαν) *Regeneramur ad salutem*. c. I. 3. 5. 9. & *crescimus ad salutem*. h. l. Gravissima monumenta pridem habent, εἰς σωτηρίαν· in recentioribus, unius alteriusve librarii oculo ab εἰς in ἔπερ dilapso, hiatus est admissus. ***) Erat in mente Petri Psalmus XXXIV, qui versu 9 mox sub ea verba, quæ Petrus repetit, σωτηρίαν nobis propinat. γεύσασθε καὶ ἴδετε, ὅτι χρηστὸς ὁ Κύριος. ΜΑΚΑΡΙΟΣ ἀνὴρ, ὃς ἐλπίζει ἐπ' αὐτόν. Primos gustus, de bonitate Domini, uberiora subinde experimenta & beatiora excipiunt.

3 ἐγεύσασθε, *gustastis*) Gustus appetitum ciet. [*Conf. Mal. III. 10.* V. g.]

¶ ὅτι, *quod* Ps. XXXIV. 9. Eundem Psalmum citat Petrus cap. seq.

¶ χρη-

*) *Hinc* omissio *vocula h. l. & in margine* Ed. 2 *ut lectio firmior probatur, & observatur in* Vers. germ. *Simili ratione, mox, lectioni* ἀνθρώπῳ, *in* Ed. maj. *pluris æstimatæ, nunc in margine* Ed. 2 & Vers. germ. *præfertur lectio* αὐτῆς. E. B.

**) *Ibi scil. ratio redditur, cur voc.* λογικὸν *non eodem prorsus h. l. significatu sumendum esse auctor censeat. Attamen & hîc in* Vers. germ. *retinuit voc.* vernünftig. E. B.

***) *Pleniorem itaque lectionem confidentius margo* Ed. 2, *quam* Ed. maj., *tuetur, eandemque exhibet* Vers. germ. E. B.

¶ χρηστὸς, *bonus*) ex quo qui renati sunt, similes ei sunt & esse debent.

¶ ὁ Κύριος, *Dominus*) יהוה Christus. v. 4. Ps. XLVII. 6.

4 ὃν, *quem*) Appositio, *quem*, scil. *Dominum, lapidem.*

¶ προσερχόμενοι, *accedentes*) ultro, per fidem.

¶ λίθον, *Lapidem*) Hunc quomodo spectent & fideles & infideles, declaratur v. 6. 7. Hærebat animo *Petri* cognomen ipsi a Domino datum: hinc varie ad id alludit, non modo *Lapidis* vocabulo, Act. IV. 11, sed etiam frequenti *firmitudinis* mentione.

¶ ζῶντα, *viventem*) *viventem*, a principio, 1 Ioh. I. 1, & resuscitatum ex mortuis, Ap. I. 18. postquam eum repudiarant *homines* Iudæi & gentes.

¶ ἀποδεδοκιμασμένον, *reprobatum*) præsertim ante mortem. v. 7 not.

¶ ἐκλεκτὸν, *electum*) v. 6.

5 καὶ) *etiam.*

¶ αὐτοὶ) *ipsi*, ejusdem nominis (*lapis*) participes.

¶ λίθοι, *lapides*) Multa nomina, quæ Christo competunt in singulari, Christianis tribuuntur in plurali. Christus, Lapis vivus: Christiani, lapides vivi. Ex illo, hi quoque sunt filii, sacerdotes, reges, agni &c. Ex Salomone dicitur Sulammitis.

¶ ζῶντες, *viventes*) Tales, vivi lapides, possunt simul & domus esse & sacerdotium.

¶ οἰκοδομεῖσθε, *aedificamini*) Indicativus, uti Eph. II. 22.

¶ οἶκος) *domus*, templum.

¶ ἱεράτευμα, *sacerdotium*) multitudo sacerdotum. Hoc declaratur mox, & (præmisso contrario, v. 8.) v. 9. 10.

¶ ἅγιον) *sanctum*, Dei.

¶ θυσίας, *hostias* laudis. v. 9.

¶ εὐπροσδέκτους) Es. LVI. 7, αἱ θυσίαι αὐτῶν ἔσονται δεκταὶ ἐπὶ τὸ θυσιαστήριόν μου.

¶ διὰ, *per*) Christus & ipse *pretiosus* est, & nos acceptos facit. est enim altare. vid. Es. l. c.

6 περιέχει, *habetur*) Verbum impersonale h. l.

¶ ἰδοὺ, *ecce*) Vid. Rom. IX. 33 not.

¶ ἐκλεκτὸν, ἔντιμον, *electum, pretiosum*) *Electum* proprie pertinet ad *lapidem; pretiosum*, ad *summum angularem* Hebr. אבן בחן פנת יקרת מוסד מוסר *lapidem explorationis*, lapidem *anguli pretiositatis fundatissimi. Electum* dicitur etiam de credentibus, v. 9. Ex *pretiosum* ducitur *pretium*, v. 7.

¶ ὁ πιστεύων, *credens*) Inde ducitur *credentibus.* v. 7.

¶ οὐ μὴ καταισχυνθῇ, *non pudefiet*) Christi pretiositatem sentiet in se, credentem, redundare.

7 ἡ τιμὴ, *pretium*) scil. ἐστὶν, *exstat*, constat, i. e. penes vos pretiosus est. ἡ *illud* refertur ad *pretiosum* v. 6 not. Abstractum, *pretium*, dicit rationem, sub qua fideles Christum intueantur.

¶ λίθον-γωνίας, *lapidem-anguli*) Vid. Matth. XXI. 42 not. Idem dictum citarat Petrus, Act. IV. 11, & hoc loco citat aptissime. Λίθον κτλ. Syrus interpres, Græcusve librarius, illo superior, a λίθον ad λίθος delapsus, intermedia verba, ut fit, prætermisit. Atqui ea plane ad rem pertinent. Citat Petrus v. 6 & 7 Dicta tria, primum ex Esaja, secundum ex Psalmis, tertium ex Esaja iterum. Ad tertium alludit versu 8, sed ad secundum & primum versu 4, jam tum mente utrumque agitans, alluxit. Itaque verba ἀποδεδοκιμασμένον & ἀπεδοκίμασαν v. 4. 7 inter se respiciunt. Dativus ἀπειθοῦσι, uti modo ὑμῖν τοῖς πιστεύουσιν, congruit cum Hebraico ל præfixo, hoc sensu, *quod ad non credentes attinet*; & huic Dativo reliqua pars hujus versiculi cohæret, facilisque est constructio:

ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας καὶ λίθος προσκόμματος κτλ. duorum Dictorum consociatione disparitatem casus obliqui & recti molliente, εἰς κεφαλὴν - λίθος. Dupliciter congruit dictum Psalmi. nam I. qui lapidem ἀπεδοκίμασαν, sane ἀπειθοῦντες erant. II. Iidem, dum lapidem reprobarunt, operam vel insci eo contulerunt, ut fieret κεφαλὴ γωνίας· nec jam id possunt prohibere, quamvis ringantur: & caput anguli Eum esse, magno suo malo experientur. Matth. XXI. 44.

¶ κεφαλὴν, *caput*) Christus est *caput anguli* proprie respectu credentium, qui ei superstruuntur; infideles tamen alio modo experiuntur.

8 οἱ προσκόπτουσι, τῷ λόγῳ ἀπειθοῦντες, *qui offendunt, verbo non credentes*) Diversa fidelium & infidelium de Christo judicia exposuit v. 7. nunc ipsam fidelium & infidelium differentiam exponit. Multi construunt, προσκόπτουσι τῷ λόγῳ· sed προσκόπτουσι, absolute positum, (uti Ioh. XI. 9.) ex Esajano vocabulo προσκόμματος deducitur, subsequente declaratione, τῷ λογῳ ἀπειθοῦντες, uti c. IV. 17, τί τὸ τέλος τῶν ἀπειθούντων τῷ τοῦ θεοῦ εὐαγγελίῳ; & plane cap. III. 1, ἵ τινες ἀπειθοῦσι τῷ λογῳ. In verbo evangelii panditur *pretium* Christi. qui verbo non credunt, Christum spernunt & in illo offendunt.

¶ εἰς ὃ καὶ ἐτέθησαν, *in quod etiam positi sunt*) *quod* refertur ad *offendunt*. qui non credunt, offendunt: qui offendunt, in offensionem etiam ponuntur. Hoc *poni* sequitur infidelitatem & offensionem, ut particula quoque intensiva, *etiam*, & ordo commatis hujus postremo collocati innuit. Sed tamen *offendunt* præsens est, *positi sunt* præteriti vim habet; quo innuitur, infideles justissimo divino judicio indies magis magisque offendere. *positi sunt* respondet τῷ *pono*, v. 6, sed cum differentia. nam Deus Christum & electos active dicitur *ponere*: infideles dicuntur *poni*, passive. Conf. Rom. IX. 22 not. *)

9 ὑμεῖς δὲ, *vos vero*) scil. *estis*. Post mentionem rei tristissimæ solatur pios: uti 2 Thess. II. 13.

¶ γένος - εἰς περιποίησιν, *genus - in proprietatem*) Bis duo elogia eximia, fidelium respectum innuentia, ut erga Patrem & erga Deum. Es. XLIII. 20. 21. LXX, - τὸ γένος μου τὸ ἐκλεκτόν· λαόν μου ὃν περιεποιησάμην, τὰς ἀρετάς μου διηγεῖσθαι. Ex. XIX. 5. 6, λαὸς περιούσιος ἀπὸ πάντων τῶν ἐθνῶν· βασίλειον ἱεράτευμα, καὶ ἔθνος ἅγιον. περι in compositione sæpe dicit *superstes quiddam*, ut περιγίνεσθαι, vincere, hoste submoto. περιποιεῖσθαι, reservare aliquid, cum cetera omittas. περιελεῖν, non interficere: περιόντες שׁרידים superstites. Iob XXVII. 15. Itaque pro סגלה LXX περιούσιος Exod. l. c. &c. περιουσιασμὸς & περιποιησις. Malach. III. 17. Non addit Petrus ἀπὸ πάντων τῶν ἐθνῶν, *ab omnibus gentibus*: quia etiam gentes hoc titulo ornat, v. 10.

¶ ἐκλεκτὸν) *electum*, eximium.

¶ βασίλειον ἱεράτευμα, ἔθνος ἅγιον, λαὸς εἰς περιποίησιν, *regale sacerdotium, gens sancta, populus in proprietatem*) *Regnum Sacerdotum* in Hebræo dicitur. Deus est Rex: ejus sacerdotes sunt fideles. Ap. I. 6. conf. 2 Sam. VIII. 18 cum 1 Chron. XIX (XVIII) 17. *Gens sancta*, Dei propria. περιποίησις in abstracto idem est, quod apud LXX περιούσιος in concreto. conf. Eph. I. 14 not.

¶ τὰς ἀρετὰς) *virtutes*: gloriam admirabilem, h. v. misericordiam, v. seq. bonitatem, v. 3. [*Conf. Num XIV. 17.* V. g.] Vocabulo ἀρετὴ semel utitur Paulus, Phil. IV. 8, de piis: Petrus, hoc uno hu-

*) *Rabbinorum sententiam*: qui non agit pœnitentiam, is est ordinatus ad gehennam (-der ist und machet sich der Hœlle würdig) *illustrationis caussa huc refert cel. D.* Ernesti, *Bibl. th. T. VII. p. 16.* E.B.

Secundi Ep. Reg. pro Dei gloriam proclamant.

hujus epistolæ loco, de Deo; in altera, c. I. 3, iterum de Deo; ibid. v. 5 de fidelibus. Hebr. תהלתי l. c. quod verbum LXX etiam ejusdem prophetæ capite XLII. 8. 12. LXIII. 7, per ἀρετὰς reddunt, sicut pro הוד ἀρετὴ ponunt Hab. III. 3. Zach. VI. 13. Eustathius ad Hom. Od. Σ. ἀρετὴν ἓ μίαν τινὰ λέγει, ἀλλὰ τὸ εὐδαιμον της ζωῆς καὶ μακαριςὸν, ἢ καὶ πᾶσαν δεξιότητα, ἓ μόνον τὴν κατὰ φρένας, ἀλλὰ καὶ τὴν κατὰ ἔργα καὶ οἰκονομίαν καὶ ὅτα τοιαῦτα. & sic ille passim.

¶ ἐξαγγείλητε, *enuncietis*) Sensus: ut agnoscatis & enuncietis. LXX, Ex. XLII. 12, τὰς ἀρετὰς αὐτοῦ ἐν ταις νησοις ἀπαγγελοῦσι. ἐξ in ἐξαγγείλητε innuit multorum ignorantiam, quibus fideles debent virtutes Dei prædicare. i.e. grata memoria et prædicatione prosequi.

¶ τοῦ) Dei. 2 Petr. I. 3 not.

10 ὁι ποτὲ, *qui aliquando*) Vid. Rom. IX. 25 not. & cum *aliquando* conf. mox *eratis*, v. 25. Ex Hosea citatum est quasi ænigma. In Hosea, vi literæ, ad Iudæos spectat: nam pro contextu tanquam axioma tantum ad hypothesin applicatur, sed thesis tamen potest in pectore loquentis universalior esse, & ad plura dein applicari. *Vocabo populum meum, qui non erat populus (meus)*: convenit in Iudæos & gentes. Sic cavetur, ne sensus textûs videri debeat duplex esse.

¶ ὁ λαὸς *non populus*) Rom. X. 19 not. ne populus quidem, nedum Dei populus. Prius hemistichium maxime convenit in gentes; posterius in Iudæos Conf. de his Tit. III. 4, & contextum: de illis, Act. XV. 14.

11 ἀγαπητοὶ, *dilecti*) Hortatio amica & propensa.

¶ παρακαλῶ, *hortor*) Sic c. V. 1. [*Magna adhortatio, cujus prior pars incipit hic: altera, cap. III. 15 medio. Vtraque pars habet, ἵνα ἐν ᾧ κτλ.* Not. crit.]

¶ παροίκους καὶ παρεπιδήμους, *advenas & peregrinos*) Gradatio, non tantum, ut in aliena *domo*, sed etiam ut in aliena *civitate* estis, vos, ex Iudæis & gentibus credentes. Causa, cur *abstinendum* sit. Lev. XXV. 23, προσήλυτοι καὶ πάροικοι ὑμεῖς ἐστε ἐναντίον ἐμοῦ. Ps. XXXIX. 13, ὅτι πάροικος ἐγώ εἰμι παρὰ σοὶ καὶ παρεπίδημος, καθὼς πάντες οἱ πατέρες μου. Conf. Hebr. XI. 13 not.

¶ ἀπέχεσθε, *abstinete*) Imperativus, uti cap. V. 1 seq. *hortor - pascite*. Sic cohæret *habentes* &c. v. seq. & cap. III. 7. 8. 9. atque ipsum *parati*. ibid. v. 15.

¶ σαρκικῶν, *carnalibus*) 2 Petr. II. 10. 18.

¶ στρατεύονται, *militant*) Non modo impediunt, sed oppugnant. Grande verbum.

12 τὴν ἀναστροφὴν, *conversationem*) Duo sunt, in quibus advenæ & peregrini debent se rite præstare: *Conversatio*, quæ præscribitur pulcra subditis, v. 13; servis, v. 18; mulieribus, c. III. 1; viris, ibid. v. 7, omnibus, ibid. v. 8: & *Confessio*, ib. v. 15 med. & 16, qui locus hunc locum aperte respicit. Vterque locus ducitur ex *voluntate* Dei. c. II. 15. III. 17.

¶ καταλαλοῦσιν, *obtrectant*) Id jam tum frequens erat. v. 15. c. III. 16. IV. 4. 14.

¶ ὡς κακοποιῶν, *tanquam maleficis*) quasi potestatibus magistratibusque & honestis legibus non pareatis. v. seqq.

¶ ἐκ, *ex*) Constr. cum *glorificent*.

¶ καλῶν ἔργων, *bonis operibus*) Inde, *benefacientes*. v. 14. 15. Ea est vera *subjectio*.

¶ ἐποπτεύσαντες, *inspectantes*) Idem verbum, c. III. 2. Piorum actiones ceteri curiose inspectant.

¶ δοξάσωσι τὸν θεὸν, *glorificent Deum*) Deum, qui similes sui habeat filios.

¶ ἐν ἡμέρᾳ ἐπισκοπῆς, *in die visitationis*) ἡμέρᾳ *die*, indefinite. *) Innuitur *visitatio* di-

*) *Nota in* Vers. germ. *interpretatur de die* nouissimo. E.B.

divina, quum Deus innocentiam piorum, diu latentem, sæpe per ipsos magistratus infensos, dum inquirunt, patefacit, ipsosque sæpe adversarios convertit. Sic LXX, ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἐπισκοπῆς, Es. X. 3. ἐν καιρῷ ἐπισκοπῆς, Ier. VI. 15. Dum dies talis venit, patientia opus est. (Alc. ef. Luc. 19, 44.)

13 πάσῃ ἀνθρωπίνῃ κτίσει, *omni humanae creaturae*) *Creatura* dicitur rex sive Cæsar, præsidesque ab illo missi; per metonymiam abstracti pro concreto, uti locutione politica dici solet *eine Creatur, creare magistratum:* (conf. κτίσις, *creatura*, Hebr. IX. 11.) unde τὸ *omni* dividitur per *sive, sive.* Et *humanae* appellantur *creaturae*, quia res humanas moderantur, humano more: quæ locutio sensum apostoli cœlestem sapit supra humana omnia evectum. Atque hoc ipso nomine ii, qui ad nobilitatem fidei pervenerunt, possent *creaturam* illam omnem despicere. id Petrus cavet, & jubet subjici, *propter Dominum*, Christum, qui olim subjectus fuit, cui omnia sunt subjecta.

¶ διὰ, *propter*) Summa obligatio, per nomen Iesu Christi, cujus honos agitur.

¶ βασιλεῖ, *regi*) Cæsari. Erant enim provinciæ Romanæ, in quas mittebat Petrus. Obsequium detrectabant zelotæ Iudaici.

¶ ὑπερέχοντι, *) *supereminenti*) Gallis, *Souverain.*

14 ἀγαθοποιῶν, *beneficorum*) Valde frequens verbum in hac epistola.

15 φιμῶν, *obturare*) ad silentium redigere.

¶ ἀγνωσίαν, *ignorationem*) v. gr. de Christianorum probitate. Hoc verbo continetur ratio, cur Christiani debeant misericordiam ethnicis.

16 ὡς ἐλεύθεροι, *tanquam liberi*) citra *malitiam.* Hoc pendet a v. 13. De libertate conf. v. 9.

¶ κακίας) *malitiae*, vitii servilis.

17 πάντας, *omnes*) quibus honos debetur. Rom. XIII. 7.

¶ τιμήσατε, *honorate*) Alieniores civiliter tractandi; fratres, familiariter. Hunc aoristum sequitur triplex præsens. Rex ita honorandus est, ut non lædatur amor fraternitatis, & Dei timor.

¶ τὴν ἀδελφότητα, *fraternitatem*) Abstractum. c. V. 9. Fratres diligendi, quia fratres.

¶ τὸν θεὸν, *Deum*) LXX, Prov. XXIV. 21, φοβοῦ τὸν θεὸν υἱὲ καὶ βασιλέα.

¶ τὸν βασιλέα, *regem*) v. 13.

¶ τιμᾶτε, *honorate*) etiam re, non modo affectu.

18 οἱ οἰκέται, *servi*) His, non heris, quorum plerique ethnici erant, officia præscribit.

¶ ὑποτασσόμενοι, *subjecti*) Participium, pro imperativo, pendens ab ὑποτάγητε, v. 13. Vnde imperativi forma per zeugma repeti debet. Sic quoque c. III. 1.

¶ οὐ μόνον, *non solum*) Æquitas facilius impetrat obedientiam, quam asperitas.

¶ ἀγαθοῖς, *bonis*) nil mali inferentibus.

¶ ἐπιεικέσιν, *aequis*) errata ignoscentibus.

¶ σκολιοῖς, *pravis*) *trifitias, colaphos, convicia* sine causa intentantibus.

19 χάρις, *gratia*) apud Deum, v. 20.

¶ διὰ συνείδησιν θεοῦ, *propter conscientiam Dei*) propter conscientiam animi, bona & Deo placita, etiamsi nulli homini placeant, (expendatur mox κλέος,) facientis. [*Iustus quum benefaciendo non probatur hominibus*

*) *Ad vindicandam verbo* ὑπερέχειν tutelæ *notionem non sufficit* Iosephi *locus, ad quem provocavit nonnemo: nam aliud est* ὑπερέχειν τὴν δεξιάν, *aliud* ὑπερέχειν. *Idem pluribus monet cel D.* Ernesti, *Bibl. th. T. VII. p. 865 sq. Neque etiam* inferioribus magistratibus *minores sunt in* tuendo, *quam in* præcedendo *partes.* E. B.

nibus, neque assensum, subsidium gratiae animi significationem vel ante vel post acquirit, immo vero contraria quaeuis experitur; doloribus haut exiguis potest affici. Quodsi DEVM conscientia propitium habuerit, mera dulcedo restat. V. g.]

¶ ἀδίκως, *injuste*) i. e. patiens ea, quæ injuste inferuntur. חנם LXX, ἀδίκως. Prov. I. 11. 17.

20 κλέος) Κλέος notat *laudem* non tam a multis, quam a bonis, & hîc a Deo ipso proficiscentem, pro contumeliis.

¶ κολαφιζόμενοι, *colaphis caesi*) Pœna *servorum*, eaque subita.

¶ πάσχοντες, *patientes*) deliberatis malis affecti.

¶ χάρις, *gratia*) Imitatur Petrus phrasin, quam ipse, recens discipulus, ex Domino audierat. Luc. VI. 32 ff.

21 εἰς τοῦτο, *in hoc*) ad imitationem Christi; qui exemplum suum dignatur servis proponere, ipse olim pro servo habitus.

¶ ἐκλήθητε, *vocati estis*) vocatione cœlesti, quæ vos in statu servili invenit.

¶ ὑπολιμπάνων, *relinquens*) in abitu ad Patrem [*in gloriam.* V. g.]

¶ ὑπογραμμὸν) Ὑπογραμμὸς, *praescriptum*, attemperatur captui tironis pingere discentis. Sic plane Petrus hoc loco servis exemplum Christi ante oculos pingit, ea lineamenta exprimens, quæ servis præcipue apta sunt.

¶ ἴχνεσιν, *vestigia*) innocentiæ & patientiæ. Idem verbum, Rom. IV. 12 not.

22 ὃς ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος κτλ. *qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus* &c.) Es. LIII. 9. LXX, ὅτι ἀνομίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ δόλον ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. i. e. *nec manifestum nec subdolum peccatum admisit.* Verba ad servos admonendos aptissima, quorum facilis lapsus in peccata ac dolos, convicia erga conservos, & minas, ex ira sine viribus.

23 οὐκ ἀντελοιδόρει, *non vicissim convitiabatur*) Es. LIII. 7.

¶ οὐκ ἠπείλει) *non minabatur*, quamvis posset, ut Dominus. [*& quamuis aduentum suum professus fuerit Matth. XXVI. 64.* V. g.] quanto magis oportet, servos patientiam habere. [*Ejusmodi nimirum armis utuntur subinde qui sunt imbelles; quales praecipue serui erant, qui judicium diuinum facile intentare poterant heris.* V. g.]

¶ παρεδίδου δὲ, *tradebat autem*) scil. *judicium.*

¶ δικαίως, *juste*) Iustitia Dei, fundamentum tranquillitatis apud afflictos.

24 ὃς, *qui*) Petrus infert, posse & debere nos vestigia Christi subsequi.

¶ αὐτὸς ἀνήνεγκεν, *ipse sustulit*) Servum decet ἀυτεργία, ut *ipse*, quod faciendum est, faciat. [*Er muß selber daran.* Not. crit.] Alienas partes Iesus Christus ipse suscepit: non alios sibi surrogavit, ut hodie faciunt, qui *Horas canonicas* aliis locant. Congruit Petrus cum Es. cap. cit. v. 11. LXX, καὶ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν αὐτὸς ἀνοίσει. Conf. Hebr. IX. 28 not.

¶ ἐν τῷ σώματι αὐτοῦ) *in suo corpore*, afflictissimo.

¶ ἐπὶ τὸ ξύλον, *super lignum*) Ligno, cruce, furca plecti soliti erant *servi.*

¶ ἵνα, *ut*) Hoc *ut* indicat, expiationem peccatorum, proprie dictam, factam esse in cruce Christi; quippe cujus demum fructus est liberatio a servitute peccati.

¶ ἀπογενόμενοι, *defuncti*) Apposite denotatur liberatio a *servitute* peccati. nam γενέσθαι τινὸς *fieri alicujus* dicitur servus. ἀπὸ dicit sejunctionem, ut LXX Iob XV. 4, ἀπεποίησω φόβον. Germ. *ohne werden.* Oppositum προσγίνεσθαι, apud LXX. Corpus Christi ἀπεγένετο mox *ademtum est* ligno illi, in quod peccata nostra sustulerat: sic nos peccato.

¶ τῇ δικαιοσύνῃ, *justitiae*) Iustitia tota

una est: peccatum multiplex, *peccatis*. De *justitia* conf. Es. l. c. v. 11.

¶ ζήσωμεν, *vivamus*) ingenua servitute.

25 ἦτε γὰρ ὡς πρόβατα πλανώμενα, *cujus vibice sanati estis. eratis enim sicut oves errantes*) Es. l. c. v. 5. 6. LXX, τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν. πάντες ὡς πρόβατα ἐπλανήθημεν. Paradoxon apostolicum, *vibice sanati estis*. Est autem μώλωψ, *vibex*, frequens in corpore servili. Sir. XXIII. (10) 12.

¶ ποιμένα καὶ ἐπίσκοπον, *pastorem & episcopum*) cui obsequi debetis. Synonyma, coll. c. V. 2.

CAP. III.

1 Ὑποτασσόμεναι, *subjectae*) In progressu sermonis participium, morata enallage, ponitur pro imperativo, v. 7 f.

¶ καὶ εἴ τινες, *etiam si qui*) Clementer loquitur Petrus.

¶ λόγῳ· λόγου· *verbo: verbo*) Antanaclasis. priore loco denotatur *evangelium:* deinde, *loquela*. Ipsa *conversatio* vim doctrinæ spirat.

¶ κερδηθήσωνται) Rarum futurum subjunctivi. Sic καυθήσωμαι, 1 Cor. XIII. 3. ἐμβληθήσηται, Dan. III. 11. VI. 7. Est futurum remotius, ut apud Latinos, *lucraturus eris*.

2 ἐν φόβῳ, *in timore*) Refer ad ἁγνὴν, *castam*, non ad ἀναστροφὴν, *conversationem*. *Timor* est aliquid generale, omnibus christianis commendatum ab apostolo, inprimis autem commendatum mulieribus, ut *conversatio* earum sit *casta*.

3 ὧν ἔστω, *quarum sit*) Ethopœia. Ipsæ mulieres ita animum inducunt: nobis vindicamus, nostrum ducimus, non externum mundum, sed internum hominem &c.

¶ οὐχ ὁ κόσμος, *non-mundus*) Quamvis tali *mundo*, ut res fert, utantur; tamen pro mundo non habent.

¶ ἐμπλοκῆς· περιθέσεως· ἐνδύσεως) Verbalia innuunt operam comendi multa tempora absumentem.

4 ἀλλ' ὁ κρυπτὸς, *sed absconditus*) *Exteriori* opponitur *interior:* sed pro eo dicitur *absconditus*, quo justum connotatur occultandi sui studium.

¶ ἄνθρωπος, *homo*) Eph. III. 16 not.

¶ ἐν, *in*) Subaudi ὢν *qui est*. Hic homo absconditus non *) est ipse mundus, sed mundo ornatur: mundus ipse, *incorruptibile* &c. unde ornatæ sunt eæ, quarum *homo* absconditus tali *spiritu* gaudet. **)

¶ ἀφθάρτῳ, *incorruptibili*) Eph. VI. 24 not. Hoc opponitur mundo externo, qui *corrumpitur*. conf. de *auro*, c. I. 18. *manfuetudo* & *tranquillitas* debet esse *incorruptibilis*. *Corruptio* autem ejus est *contumacia* & *pavor*.

¶ πραέος καὶ ἡσυχίου, *manfueti & tranquilli*) *Manfuetus*, qui non turbat: *tranquil-*

*) *Eam igitur interpretationem, quæ cel. D.* Ernesti (*Bibl. th. T. VII. p. 17*) *arridet, non ignorauit Gnomonis auctor.* E. B.

**) *Placet illustrationis caussa apponere, quæ ad h. l. ven. M. M. F.* Roosius *notauit, in* Fundamm. Psychologiæ ex S. Sc. collectis, *c. II. § 7. p. 44* (*coll. c. III. § 43. p. 158*): Dicitur autem homo cordis, *inquiens*, quia in corde ceu centro omnes animæ facultates confluunt, & ex corde tota vitæ ratio pendet. Ille autem occultus cordis homo seu illa omnium facultatum in centro collectarum indoles demonstratur in incorruptibili natura mitis & tranquilli spiritus. Perspicitur exinde, quæ sit cordis ad spiritum ratio. Incorruptibilis natura spiritus cordi credenti propria sit necesse est, alias cordis homo in illa incorruptibili natura se exserere non posset. Paucis, cor nouum, purum, credens spiritualis naturæ est, seu spiritualem eamque incorruptibilem indolem habet. Non igitur fingendus est in homine spiritus a corde sejunctus, sed existimandum est, spiritum totam hominis naturam ut regenitam complecti. — E. B.

quillus, qui turbas aliorum, superiorum, inferiorum, æqualium, fert placide. ad illud ref. v. 5 fin. ad hoc ref. v. 6 fin. Adde, *mansuetus* in affectibus; *tranquillus* in verbis, vultu, actu.

¶ ὃ, *quod*) *incorruptibile.*

¶ ἐνωπιον τῦ θεῦ) *coram Deo*, qui interna, non externa spectat: cui placere curant pii.

5 αἱ ἅγιαι γυναῖκες, *sanctae mulieres*) imitatione dignissimæ.

¶ αἱ ἐλπίζυσαι, *sperantes*) Vera sanctitas, spes in Deum. Est hoc epitheton pars subjecti.

¶ ὑποτασσόμεναι, *subjectae*) Declaratur mundus matronarum veterum, per *subjectae* (cujus *subjectionis* exemplum est Sara) & per *benefacientes & non timentes &c.*

6 ὡς, *sicut*) Particula allegandi exemplum.

¶ ὑπήκυσε, *obedivit*) Gen. XVIII. 6.

¶ κύριον, *dominum*) Gen. XVIII. 12. LXX, ὁ δὲ κύριός μυ. Sic iidem 1 Sam. I. 8, καὶ εἶπεν αὐτῇ ἐλκανᾶ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς· ἄννα. καὶ εἶπεν· ἰδὺ ἐγὼ κύριε. καὶ εἶπεν αὐτῇ· τί ἐσί σοι ὅτι κλαίεις;

¶ αὐτὸν, *eum*) quamvis eodem patre genitus erat. Gen. XX. 12.

¶ ἐγενήθητε) *factae estis*, ait; non, *estis*. Alloquitur etiam credentes ex gentibus.

¶ τέκνα, *filiae*) Filiæ matrem imitari debent, ut filii Abrahamum.

¶ ἀγαθοποιῦσαι, *benefacientes*) Hoc quoque ab *ornabant* pendet. *)

¶ καὶ μὴ, *& non*) Conf. v. 13. & v. 16. 15. Recte faciendo neminem timeas.

¶ φοβύμεναι, *timentes*) Viros ira, mulieres timor infestat.

¶ πτόησιν) *terrorem*, extrinsecus obvenientem. v. 14 not. Prov. III. 25. **)

καὶ ἡ φοβηθήσῃ πτόησιν ἐπελθῦσαν.

7 ὁμοίως, *similiter*) *Similitudo* non spectat ad officia specialia, quæ alia habet uxor, alia maritus; sed ad fundamentum amoris. sic *similiter*, c. V. 5.

¶ γνῶσιν) Herus præstat *lenitatem*, c. II. 18: maritus, γνῶσιν. γνῶσις, quæ *vasis infirmioris* rationem habet, dicit *moderationem*, & parit γνώμην, de quo vocabulo vid. 1 Cor. VII. 25 not. Excludit ergo omnem, qua *terror* incutitur infirmioribus, importunitatem, iracundiæ præsertim. Egregium dominii maritalis, modestia temperati, exemplum præbuit Adam, qui mulieri ipse nomen, nominisque liberis dandi potestatem dedit.

¶ ὡς, *tanquam*) bis hîc ponitur: priore loco pertinet ad γνῶσιν *moderationem*; altero, ad τιμὴν *honorem*. *Moderationem* poscit *infirmitas vasis*; *honorem* (qui plus dicit) *hereditas* injungit.

¶ ἀσθενεσέρῳ, *infirmiori*) Comparativus. etiam vir habet *infirmitatem.*

¶ σκεύει, *vasi*) Denotat hoc sexum & totum ingenium temperamentumque fœmineum.

¶ τῷ γυναικείῳ) Τὸ γυναικεῖον, absolute: id est, mulieres.

¶ ἀπονέμοντες τιμὴν, *tribuentes honorem*) Hoc dicitur pro eo, quod mulieres jubentur *subjici.* conf. c. II. 17.

¶ τιμὴν, *honorem*) justæ existimationis de illis, beneficentiæ, castæ consuetudinis. conf. *honore*, 1 Thess. IV. 4.

¶ συγκληρονόμοι) Alii, συγκληρονόμοις atqui officium præscribit apostolus maritis erga conjuges quasvis, etiam eas, quæ verbo non credunt, coll. v. 1. Vid. App. crit.

*) *Hanc ipsam constructionem comprobat cel. D.* Ernesti, *l. c. p. 17.* E. B.

**) *Et h. l. & c. V. 7 eum respectum ad V. T. notavit* Gnomon, *quem interpretes neglexisse monet ill.* Michaëlis, *in der* Einleitung &c. *T. II. p. m. 1657. Congruit explicatio* Ernestiana, *l. c. p. 18.* E. B.

crit. Ed. II. ad. h. l. *συγκληρονόμοι, coheredes*, heredes cum ceteris credentibus. Ratio, cur vir mulieri *moderationem* exhibere debeat, deducitur a *mulieris infirmitate:* ratio, cur vir mulieri *honorem* habere debeat, deducitur ex eo, quod Deus etiam viro *honorem* habeat, tanquam heredi. Gloriæ æternæ spes facit generosos & mites. Simile mox argumentum v. 9: *benedicite, vocati* ad hereditatem benedictionis. Concinne casus rectus, *coheredes*, respondet τῷ *cohabitantes*. *Coheredes* dicuntur viri, non mulierum, sed fidelium omnium. conf. *συνεκλεκτὴ, electa*. c. V. 13.

¶ *ἐγκόπτεσθαι*) Perpauci, *ἐκκόπτεσθαι*. Cum utroque Græco verbo congruunt Hebræorum locutiones apud Schœttgenium, & quidem עקר cum verbo *ἐκκόπτεσθαι*, ubi agitur de *sterilitate*, qua liberi, parentibus in *precando* aliàs succedentes, deficiunt; עכב & עכר cum verbo *ἐγκόπτεσθαι*, ubi agitur de *peccatis preces* impedientibus. Hæc igitur lectio præstat. Nam ne impediri quidem aut interpellari orationes virorum vult apostolus. Interpellantur autem per intemperantiam & iracundiam. 1 Cor. VII. 5. Nunquam magis, quam inter orandum, subit offensarum recordatio: [*haud raro etiam, ubi inter amicos, vicinos, collegas, eruditos simultas inualuerit, interdiu noctuque animum detinens, cessant omnino preces.* V. g.] & qui non remittunt, iis quamlibet orantibus non remittit Pater cœlestis.

¶ *προσευχὰς, preces*) quibus hereditatem illam capessitis, & mulierum salutem petitis. Conf. 1 Tim. II. 8 not.

8 *πάντες, omnes*) Antehac a cap. II. 18 specialia descripsit officia.

¶ *ὁμόφρονες, unanimes*) mente. Membra tria versûs 8 & 9 per *χιασμὸν* inverso ordine respondent Psalmo, qui versu 10 & 11 per tria cola repetitur. [*Itaque locutio τὸ δὲ τέλος non totius epistolae conclusionem spectat, sed hortationem ad conuersandum ut fas est, v. 11.* V. g.]

¶ *συμπαθεῖς, compatientes*) affectu, in rebus secundis & adversis. Latitudinem notionis probat Raphelius ex Polybio: *θάρσος ἐμβαλεῖν καὶ συμπαθεῖς ποιῆσαι τὲς παρακαλεμένες.*

¶ *φιλάδελφοι, fraterna caritate praediti*) erga sanctos.

¶ *εὐσπλαγχνοι, misericordes*) erga afflictos.

9 *) *κακὸν, malum*) in re.

¶ *λοιδορίαν, convicium*) in verbis.

¶ *τἀναντίον, e contrario*) Hoc refertur ad *convicium*. nam *malum* est contrarium eorum, quæ versu præcedente occurrunt.

¶ *ὅτι, quia*) Nullum *convicium* vobis potest nocere. conf. v. 13. Deum, vobis *benedicentem*, debetis imitari.

¶ *εἰς, in*) Sic, *in hoc, ut*, c. IV. 6.

¶ *εὐλογίαν*) *benedictionem* æternam; cujus primitias jam nunc pii habent. v. seq.

10 *ὁ γὰρ θέλων ζωὴν ἀγαπᾶν καὶ ἰδεῖν ἡμέρας ἀγαθὰς, qui enim vult vitam amare & videre dies bonos*) Si vultis, inquit Petrus, hereditatem illam gustare, debetis abstinere a malitia dicti & facti. Ps. XXXIV. 13-17. LXX, *τίς ἐστιν ἄνθρωπος ὁ θέλων ζωὴν, ἀγαπῶν ἡμέρας ἰδεῖν ἀγαθὰς*; & sic ibi Hebr. & h. l. Versio Syriaca. Petrus, manente sensu, novum salem addit: *θέλων ζωὴν ἀγαπᾶν, qui vult ita vivere, ut ipsum non taedeat vitae.* Oppositum, *ἐμίσησα τὴν ζωὴν*, Coh. II. 17. i. e. pœnituit me vitæ. & sic Gen. XXVII. 46. Num. XI. 15.

¶ *παυσάτω τὴν γλῶσσαν αὐτὲ*) LXX, *παῦσον τὴν γλῶσσάν σε·* & reliqua, in secunda

*) *Vniuersam hanc tractationem, ad c. IV. 6 usque se protendentem, prolixa illustratione persecutus est S. R. D.* Crusius, *in dem* kurzen Begr. der Moraltheologie, *T. II. p. 1388 sqq.* E. B.

cunda persona, usque ad illud, δίωξον αὐτήν.

12 ὅτι οἱ ὀφθαλμοὶ) LXX, ὀφθαλμοί· cetera iisdem verbis, usque ad illud, κακά.

¶ ἐπὶ δικαίους, *super justos*) qui inde vitam habent & dies bonos.

¶ πρόσωπον, *vultus*) cum ira. Conf. 2 Sam. XXII. 28. Ira totam *faciem* humanam commovet: *amor* oculos tingit.

13 καὶ τίς, *& quis*) *Et* habet vim inferendi & contendendi.

¶ τίς ὁ κακώσων, *quis est qui afflicturus sit*) i. e. sæpe multo facilior est res, quam putatur. Oppositum, *boni*. Es. L. 9 מִי הוּא יַרְשִׁיעֵנִי LXX, τίς κακώσει με;

¶ τοῦ ἀγαθοῦ *) μιμηταί, *boni imitatores*) *Imitare bonum*, neutro genere, dicit Iohannes ep. III. 11. Et sic Petrus h. l. Dicitur Satanas ὁ πονηρός, *malus:* at Deus est *bonus*, sed hoc epitheton non solet poni per antonomasian.

14 πάσχοιτε, *patiamini*) Lenius verbum, quam κακωθῆναι, *affligi*.

¶ μακάριοι, *beati*) c. IV. 14. Ne hoc quidem vitam beatam vobis aufert; immo potius auget. Insignis tractatio de cruce.

¶ τὸν δὲ φόβον αὐτῶν μὴ φοβηθῆτε, μηδὲ ταραχθῆτε. Κύριον δὲ τὸν θεὸν ἁγιάσατε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, *timorem autem eorum ne timueritis, neque turbemini: Dominum autem Deum sanctificate in cordibus vestris*) Docet, quomodo suscipienda sint adversa, ne beatitas imminuatur. Es. VIII. 12. 13. LXX, τὸν δὲ φόβον αὐτὸ (τοῦ λαοῦ) μὴ φοβηθῆτε, οὐδὲ μὴ ταραχθῆτε. τὸν Κύριον τῶν δυνάμεων αὐτὸν ἁγιάσατε, καὶ αὐτὸς ἔσται σου φόβος. Timorem, quem improbi & alunt ipsi & vobis incussum eunt, nolite timere. φοβεῖσθαι φόβον dicitur, ut χαίρειν χαρὰν, *gaudere gaudium*. Vnus timendus est, *Dominus*; qui puro timore *sanctificatur*, & vere *ut Deus* honoratur, affectu piorum respondente divinæ omnipotentiæ &c. [*Iesaj. VIII. 13.*]

15 ἕτοιμοι δὲ, *parati vero*) *Parati* parrhesiam innuit; δὲ vim habet. non modo *conversatio* debet esse pulcra; de qua c. II. 12 not. *sed* etiam quilibet paratus ad *confessionem*.

¶ τῷ αἰτοῦντι, *poscenti*) Inter ethnicos alii erant aperte mali, v. 16; alii dubitabant. his respondere comiter jubentur credentes.

¶ ἐλπίδος, *spei*) quam fatentur, qui se in mundo *peregrinari* ajunt, & concupiscentias ejus vitant. c. II. 11. coll. Hebr. XI. 13 seqq. *Spes* Christianorum sæpe commovit alios ad percontandum.

¶ μετὰ, *cum*) Hoc cum *poscenti* construit Twellus P. I. p. 125, sed pendet a *parati ad defensionem*. *Mansuetudine* opus est respectu nostri; *timore*, erga alios; *bona conscientia*, erga Deum.

¶ φόβου, *timore*) Vulgo, *respect*. Qui bonam habent conscientiam, ii cum accusantur, facilius exacerbantur, & minus facile, quam fontes, *mansuetudinem* & *timorem* servant. itaque hoc loco admonentur, ut cum *bona conscientia mansuetudinem* & *timorem* conjungant, & sic plena potiantur victoria. Valet inprimis *mansuetudo*, ubi cum inferioribus res est; *timor*, ubi cum superioribus.

16 ἔχοντες, *habentes*) Hoc τῷ *parati* additur per asyndeton.

¶ ἐπηρεάζοντες ὑμῶν ἀναστροφήν, *qui incessunt vestram conversationem*) Sermo concisus. i. e. qui vos incessunt propter bonam conversationem.

17 κρεῖττον, *melius*) beatius, infinitis modis.

¶ εἰ,

*) *Lectionem* ζηλωταὶ, *per marginem* utriusque Ed. *in medio relictam, præferre videtur* Vers. germ. E. B.

¶ εἰ, *si*) Atque hæc voluntas agnoscitur ex iis, quæ nobis obveniunt.

¶ τὸ θέλημα, *voluntas*) benigna.

¶ τοῦ θεοῦ, *Dei*) Nam nostra voluntas non vult. conf. verba Christi ad *Petrum*, Ioh. XXI. 18.

18 ὅτι, *quia*) *Melius* est illud, in quo Christo similiores reddimur, in morte & vita. cujus passio *optimum* & Ipsi exitum tulit & nobis fructum.

¶ χριστὸς, *Christus*) Sanctus sanctorum. Concinne sonant hæc: *Christus pro peccatis, justus pro injustis.*

¶ ἅπαξ, *semel*) non posthac unquam. Nobis quoque *melius* est, semel cum Christo, quam in æternum sine Christo.

¶ περὶ ἁμαρτιῶν, *pro peccatis*) perinde ac si ipse ea admisisset.

¶ ἔπαθε, *passus est*) & ita quidem, ut hostes eum ob *confessionem* interfecerint. sed præconium non est impeditum: eo enim functus est & ante diem mortis, & in die mortis, & statim a morte.

¶ δίκαιος, *Iustus*) [*qui modo extantissimo bonum perpetrauit*, *v.* 17. V. g.] Cur nos non patiamur propter justitiam? v. 14.

¶ ἵνα ἡμᾶς προσαγάγῃ, *ut nos adduceret*) *ut nos*, qui abalienati fueramus, ipse *abiens* ad Patrem, secum una, justificatos, *adduceret* in cœlum, v. 22, per eosdem gradus, quos ipse emensus est, exinanitionis & exaltationis. Ex hoc verbo Petrus, usque ad c. IV. 6, penitus connectit Christi & fidelium iter sive processum, (quo etiam ipse *sequebatur* Dominum, ex ejus prædictione, Ioh. XIII. 36.) infidelitatem multorum & pœnam innectens.

¶ τῷ θεῷ) Deo, id volenti. Plus notatur per Dativum, quam si diceretur, *ad Deum.*

¶ θανατωθεὶς) *morte interemtus*, quasi jam nullus esset. Ostendit Petrus, quomodo προσαγωγὴ peracta sit.

¶ σαρκὶ, *carne*) *Caro* & *spiritus* non denotant proprie naturam Christi humanam & divinam: coll. c. IV. 6: sed utramvis, quatenus est principium statusque vitæ & operationis congruæ vel inter mortales, quamlibet justæ; vel cum Deo, etiam glorioſæ. Rom. I. 4 not. Illi statui aptior est anima in corpore; huic anima vel extra corpus, vel cum corpore glorificato & *spirituali*. conf. 1 Cor. XV. 44.

¶ ζωοποιηθεὶς, *vivificatus*) *Vivificatio* ex antitheto ad *mortificationem* resolvi debet. Ceteroqui Christus, vitam in semet ipso habens, & Ipse vita, spiritu vivere neque desiit neque iterum cœpit: sed simul atque per mortificationem involucro infirmitatis in carne solutus erat, *statim* (ut insignes Theologi agnoscunt,) vitæ solvi nesciæ virtus modis novis & multo expeditissimis sese exserere cœpit. Sapienter igitur D. *Hauberus* sepulturam Redemtoris quodammodo ad exaltationem ejus refert. *in den Betrachtungen über die Begraebniss I. C.* pag. 8. Conf. *Essenii* diss. p. 10. Hanc vivificationem conjunctamque cum ea profectionem prædicationemque ad spiritus necessario celeriter subsecuta est *excitatio* corporis ex morte & *resurrectio* e sepulcro. v. 21. Vivit Christus Deo. Rom. VI. 10. conf. *secundum Deum*, infra c. IV. 6. Domini sermo, Ioh. VI, quem versu 68 decenter acceperat Petrus, fixus erat in corde Petri: & cum periocha illa, præsertim v. 51. 53. 62. 63 conferri possunt, quæ Petrus scribit c. I. 2. 19. III. 18. 22. IV. 1.

18, 19 πνεύματι· πνεύμασι· *spiritu: spiritibus*) Congruens sermo.

19 ἐν ᾧ) *in quo*, spiritu. Christus cum viventibus egit in carne; cum spiritibus, in spiritu. Ipse efficax est apud vivos & mortuos. Mira sunt in mundo illo, quem non cernimus. In loco mysterii pleno non debemus proprietatem sermonis ex eo dimittere, quod non habeat parallelos.

Nam

Nam ii, quibus mysterium quodvis primo revelatum est, etiam sine locis parallelis verbo Dei generosissime credidere. v. gr. illud, *Hoc est corpus meum*, non nisi semel dixit Salvator. Mysterium de mutatione viventium semel scriptum est.

¶ τοῖς πνεύμασι, *spiritibus*) Non dicit Petrus, omnes spiritus fuisse in illa custodia; nam multi poterant esse in loco tristiore: sed innuit, omnibus, qui in custodia erant, Christum prædicasse.

¶ ἐν φυλακῇ, *in custodia*) In carcere, puniuntur sontes; in *custodia*, servantur, dum experiantur, quid facturus sit judex. Analogiam habet locutio de statu degentium sub V. T. Gal. III. 23.

¶ πνεύμασι) *spiritibus*, defunctorum. Conf. Hebr. XII. 23. Non appellat *animas*, uti v. seq.

¶ πορευθὶς, *profectus*) scil. ad spiritus illos. Idem verbum v. 22. *) Spiritus illi non erant in sepulcro Iesu: ad illos profectus est.

¶ ἐκήρυξεν, *praedicavit*) Hac prædicatione, quæ sane vivificationem subsecuta est, Christus se & *vivum* jam tum & *justum* ostendit. Nolebat Petrus dicere εὐηγγελίσατο, *evangelizavit*, si vel maxime prædicatio gratiæ sola hîc innueretur: nam auditores ante *evangelii* tempora obdormierant. Itaque verbo latiore utitur, *praedicavit*. Noe, *praeco* justitiæ, contemtus: 2 Petr. II. 5. at Christus, *praeco* potentior; qui justitiam suam, a priscis non creditam, pristina infidelitate eorum coram confutata, in spiritu vivificatus asseruit. 1 Tim. III. 16. Si sermo esset de præconio per Noe, τὸ *aliquando* aut plane omitteretur, aut cum *praedicavit* conjungeretur. Hoc præconium erat præludium judicii universalis, coll. c. IV. 5, ipsumque præconii vocabulum in sua latitudine accipiendum est, ut intelligatur fuisse quibusdam evangelicum, quemadmodum Hutterus loquitur, ad consolationem, quod magis proprium Christi est; aliis, & fortasse plerisque, legale, ad terrorem. Etenim si ipsum judicium aliquibus erit lætum; sane præconium non omnibus horribile fuit. Auctor Adumbrationum, quæ Clementi Al. & Cassiodoro tribuuntur, ait: *speciem quidem ejus non viderunt, sonum vero vocis audierunt. Calvinus* in Inst. L. II. c. XVI. 9 *Nam & contextus*, inquit, *eo nos ducit, fideles qui ante id tempus defuncti fuerant consortes fuisse ejusdem nobiscum gratiae: quia vim mortis inde amplificat, quod ad* mortuos *usque penetraverit, dum piae animae* ejus visitationis, *quam sollicite expectaverant*, præsenti aspectu *sunt potitae: contra*, reprobis *clarius patuit se excludi ab omni salute. Quod autem* Petrus *non tam distincte loquitur, non ita accipiendum est, quasi nullo discrimine pios simul & impios permiscat: sed tantum docere vult* communem utrisque *fuisse mortis Christi* sensum.

20 ἀπειθήσασι, *qui increduli fuerant*) qui in vita non habuerant fidem patriarchis, Dei nomine monentibus.

¶ ποτὲ, *aliquando*) Hoc *aliquando*, (etiam v. 5 ad longum tempus relatum,) & hæc *longanimitas*, de qua mox, pertinet ad omnia secula V. T. antegressa mortem Christi. Dicitur *tolerantia*, Rom. III. 26. *Longanimitas* præcessit adventum Christi primum, h. l. & secundum, 2 Petr. III. 9 not.

¶ ὅτε) Debilis lectio, ὅτι, recte refutatur a Wolfio. Editio quædam, quæ ὅτι habet, valde vitiosa est, etiam in hoc ipso dicto. *Nonnulli codices* ὅτι habent apud Erasmum, etiam in prima ejus editione: sed non alius ac *Basileenses secundus* repe-

*) *ubi certe neque* pleonasmus *est, neque meram* continuationem *innuit.* E. B.

reperitur, quem Erasmus raro, & tamen hîc rectè deseruit.

¶ ἀπεξεδέχετο) Alii cod. ἄπαξ ἐδέχετο· sed perpauci sic habent, ε primo in α, ut sæpe accidit, depresso; neque simplex verbum δέχεσθαι huc quadrat. Vid. App. crit. ad h. l. ἀπεξεδέχετο, i. e. *exspectabat* Deus, ut homines crederent. Sed major vis est in decomposito Græco: *exspectabat, donec* exspectandi *finis* erat, in morte hominum.

¶ ἐν, *in*) Subaudi εἶδον. id est, *exempli gratia, in diebus Noe.* Subjicitur generi species maxime insignis. quia 1. nunquam plures simul vitam cum morte commutarunt, quam in diluvio. 2. per mentionem *aquae* percommode transit Petrus ad baptismum. 3. interitus mundi per aquam est præludium interitus per ignem, 2 Petr. III. 6. 7, conjuncti cum judicio extremo. c. IV. 5. Neque mirum τὸ *aliquando* latius extendi, quam *dies Noe;* quando etiam dies Noe in universum multo plures fuere, quam *dies arcae aedificatae*, qui tamen statim subjiciuntur. Conferatur determinatio gradatim specialior, Marc. XIV. 30. Luc. IV. 25. Deut. XXXI. 10. O quam ampla prædicatio!

¶ κατασκευαζομένης κιβωτοῦ, *cum appararetur arca*) κιβωτοῦ sine articulo. Hebr. XI. 7. Conformatur sermo ad mentem spectatorum infidelium. Longi temporis hæc structura fuit: neque enim verisimile est, in opere multos Noachum adjuvisse. Totum inprimis illud tempus exspectavit Dei longanimitas.

¶ εἰς ἣν) *in quam.* In arcam ingressi, per fidem, salutem petierunt & invenerunt.

¶ ὀλίγοι, *pauci*) Eo probabilius est, nonnullos ex tanta multitudine, veniente pluvia, resipuisse; cumque non credidissent, dum exspectaret Deus, dum arca strueretur, postea, cum arca structa esset, & pœna ingrueret, credere cœpisse: quibus postea Christus, eorumque similibus, se præconem gratiæ præstiterit. Minus huic interpretationi Lutherus tribuit in homiliis ad I Petri, A. 1523 editis: magis vero eam est amplexus paulo ante obitum. Notus est locus Comm. in Gen. VII. 1. congruitque Enarratio Hoseæ, anno 1545 edita, ubi cap. VI. 2 *biduum* retulit ad descensum ad inferos, & hunc Petri adhibens locum ait, *Hîc Petrus clare dicit, non solum apparuisse Christum defunctis patribus & patriarchis, quorum sine dubio Christus aliquos, cum resurgeret, secum ad vitam aeternam excitavit, sed etiam aliquibus, qui tempore Noae non crediderunt, ac expectaverunt patientiam Dei, hoc est, qui sperarunt, Deum non sic duriter grassaturum in universam carnem, praedicasse, ut agnoscerent, SIBI per Christi sacrificium peccata CONDONATA esse.* Consonæ his commentationes sunt *L. Osiandri* in h. l. *Hutteri* in Explic. Concordiæ p. 993. quin etiam *Petri Martyris*, T. I. LL. CC. col. 783.

¶ ὀκτὼ, *octo*) Demto Chamo, maledictionem incursuro, erant VII. numerus sacer.

¶ δι ὕδατος, *per aquam*) διὰ, *per*, apta particula, *transitum* notans, citra considerationem vel periculi ab aquis per se intentati, vel salutis per vecturam præstitæ. Ita cohæret versus sequens.

21 ὃ καὶ ὑμᾶς ἀντίτυπον) Relativum ὅ, *quae*, loco nominis ὕδωρ, *aqua*, ponitur, & additum habet epitheton, ἀντίτυπον· substantiva vero *baptisma* & *interrogatio* per appositionem constructa.

¶ νῦν, *nunc*) hoc tempore, ceteroqui malo.

¶ σώζει, *servat*) educit e pernicie mundi totius, & populi Iudaici. Resp. *conservati sunt.* v. 20. Ostendit Petrus, ut olim fuerint alii, qui perirent per infidelitatem; alii, qui servarentur per fidem: sic prorsus in N. T. alios esse, qui salvi fiant, h. l. alios autem, qui pereant. c. IV. 4 ss. utrosque

que, sed diversis modis, virtutem Christi experiri: quod ipsum ad pios ex impiis educendos & in patientia confirmandos egregiam vim habet.

¶ ὐ σαρκὸς, *non carnis*) Declarat, quare & quatenus baptismus tam salutarem vim habeat. Etiam apud Iudæos fuere baptismata; sed carnem abluentia, eoque ipso effectu terminata: etiam hodie in baptismo abluitur caro, sed carnis ablutio non agitur in baptismo, neque ex ea parte, quatenus est *manu factus*, salvat; conf. Eph. II. 11. verum quatenus est *interrogatio &c.* Nomen σαρκὸς *carnis* emphatice præponitur, *carni*que adscribitur *depositio sordium;* (ideo non dicitur, *depositio sordium carnis:*) & *carni* opponitur *conscientia.*

¶ συνειδήσεως ἀγαθῆς ἐπερώτημα, *conscientiae bonae interrogatio*) Dan. IV. 14 שאלתא (cujus parallelum פתגמא *decretum judiciale*, Hebr. דבר) LXX, ἐπερώτημα. *) hoc uno loco. at שאל & דרש iidem sæpe verbo ἐπερωτάω reddunt. Græca Scholia ἐπερώτημα, τετέχνη, ἀῤῥαβὼν ἐνέχυρον, ἀπόδειξις. Non dubium est, quin Hebraicum שאלה spectarit apostolus. Piorum est, *rogare*, consulere, compellare cum fiducia, Deum; at impiorum, non rogare illum, aut idola rogare. Iud. XX. 18. 23. 27. 1 Sam. X. 22. XXIII. 2. 4. Es. XXX. 2. Hos. IV. 12. quibus omnibus locis LXX ἐπερωτᾶν. **) Salvat ergo nos *rogatio bonae conscientiae*, i. e. rogatio, qua nos Deum compellamus cum bona conscientia, peccatis remissis & depositis. conf. v. 16. Hebr. X. 22. Hæc rogatio in baptismo datur, & in omnibus fidei, precum, vitæque christianæ actibus exercetur: eamque Deus semper responso dignatur. Conf. Deut. XXVI. 17. 18. את יהוה האמרת τὸν θεὸν εἶλε. ויהוה האמירך καὶ Κύριος εἵλετό σε. Es. XIX. 21.

¶ δι' ἀναστάσεως, *per resurrectionem*) Constr. cum *servat.* coll. c. I. 3. 21.

22 ὅς ἐστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ θεοῦ, καταπιὼν τὸν θάνατον, ἵνα ζωῆς αἰωνίου κληρονόμοι γενώμεθα.) Sic habet interpretatio longe omnium antiquissima, *qui est in dextera Dei, deglutiens mortem, ut vitae aeternae heredes efficeremur.* Id sequitur *Augustinus, Fulgentius, Cassiodorius, Beda*, &, ut Millius affirmat, *Latini omnes.* Vid. App. crit. Ed. II ad h. l. Ex Christi passione, ex morte, ex vivificatione, ex resurrectione, ex profectione in cœlum, ex judicatione vivorum & mortuorum, peculiares usus derivat Petrus: ex sessione ad dexteram Dei, aut nullum deducit usum, aut eum, qui *Latine* adhuc legitur. Omnino in *morte* sua mortem destruxit Christus: sed sessio ejus *ad dexteram Dei* præsupponit mortem illam semel pro nobis vitæ asserendis exantlatam, & *STATVM* involvit *VITAE* glorioſum, æternum, nobis salutarem. Act. II. 28. Rom. VI. 9. 10. Hebr. VII. 16. 24 f. 1 Cor. XV. 54. Ioh. XIV. 19. Præteriti temporis significatio in καταπιὼν apprime considerari debet.

¶ πορευθεὶς) *postquam profectus est.*

¶ ἀγγέλων, *angelis*) Subjecti sunt ei angeli, iique *omnium ordinum*, sive boni sive mali: & sic quoque homines.

CAP. IV.

1 Χριστοῦ, *Christo*) qui est Dominus gloriæ.

¶ σαρκὶ,

* *Conf. cel.* Michaëlis, *in der* Einleitung &c. *T. II. p. m. 1660. & S. R. D.* Crusius, *in dem* kurzen Begr. der Moraltheologie, *T. II. p. 1388 sqq.* E. B.

**) *Notari velim, neque* Lexica *neque* Etymologiam, *sed frequentem* τῶν LXX *usum, hunc vocis* ἐπερώτημα *significatum suasisse Bengelio.* E. B.

¶ σαρκὶ, *carne*) Mox, ἐν σαρκὶ, *) *in carne.*

n) ¶ ὁπλίσασθε) *armamini*, contra hostes.

¶ ὅτι) *quod.* Hæc est illa ipsa *cogitatio* continua. conf. plane Rom. VI. 6-11.

¶ πέπαυλαι) *pausam*, immunitatem, *nactus est.*

2 εἰς τὸ) *ut degat.* nam construitur cum τῷ *pausam nactus est.* Conjuncta sunt τὸ *in carne*, v. 1, & τῷ *in carne*, v. 2. *Peccatum*, v. 1, exserit se in *concupiscentiis*, & *passio in carne* commonefacit hominem, quod *reliquum in carne tempus* habiturum aliquando sit finem.

¶ ἀνθρώπων, *hominum*) vestris & aliorum.

¶ ἐπιθυμίαις, *concupiscentiis*) variis. at *voluntas Dei*, perfecta. Idem antitheton, 1 Ioh. II. 17.

¶ βιῶσαι) Aptum verbum. non dicitur de brutis.

3 ἀρκετὸς, *sufficit*) Μείωσις. nam ne pristina quidem tempora debuere peccatis teri. Simul notatur fastidium peccati apud resipiscentes.

¶ κατεργάσασθαι, *patraviſſe*) scil. *vos.* Id mox declaratur.

¶ πεπορευμένους, *profectos*) progressos, insaniter. Oppositum, *profectus* c. III. 19. 22.

¶ οἰνοφλυγίαις, κώμοις, πότοις, *vinolentiis, comessationibus, potationibus*) Illas, singuli exercent; has, sodalitia.

¶ ἀθεμίτοις, *nefariis*) quibus sanctissimum Dei jus violatur. Rom. I. 23 f.

¶ εἰδωλολατρείαις, *idololatriis*) varii generis. ***) Sic ex opposito, *variae.* v. 10.

4 ἐν ᾧ, *in quo*) dum statuitis, saris esse, male vixisse.

¶ συντρεχόντων, *concurrentibus*) turmatim, avide.

¶ τὴν αὐτὴν) *eandem*, atque adhuc illi, & antea vos cum illis.

¶ ἀνάχυσιν, *confusionem*) Hæc depingitur versu 3.

¶ βλασφημοῦντες, *blasphemantes*) jactantes convicia in vos, superbiæ, singularitatis, occultæ impietatis &c.

5 ἀποδώσουσι λόγον, *reddent rationem*) præcipue de blasphemiis. Iudæ v. 15.

¶ τῷ) Christo.

¶ ἑτοίμως ἔχοντι, *qui paratus est*) Apostoli, ubi non ex professo de tempore adventus Christi agunt, adventum illum exspectationi suæ & pietati tanquam instantem proposuerunt. inde illos, qui tum blasphemabant, Petrus sub *viventibus* comprehendit, quasi mox judicandis.

ὁ γὰρ, *enim*) Particula connectit *paratus* & *appropinquavit.* v. 5. 7. Paratus est Iudex. nam, evangelio prædicato, nil nisi finis restat.

¶ καὶ νεκροῖς, *etiam mortuis*) Appellat Petrus

*) *In* Vers. germ. *differentia hæc non est notata; & in margine* utriusque Ed. gr. *dubie posita.* E. B.

n) τὴν αὐτὴν ἔννοιαν, ***) *eandem mentem*] patiendi cum prolubio. *V. g.*

**) Ἔννοια est habitus judicandi & sentiendi. *Christo passo pro nobis*, inquit Apostolus, *eadem ἐννοίᾳ armetis vos:* ut nimirum crucem patienter toleretis, ignominiam non refugiatis, vitam propriam non ametis, ut sub cruce fidem, amorem ac spem demonstretis ac voluntati Dei viuatis, v. 2. Hæc ἔννοια (*Kreuzes-Sinn*) totam armaturam spiritualem, quæ Ephes. VI describitur, continet. Opponuntur illi cupiditates hominum, v. 2, & voluntas gentium, v. 3. Ista ἔννοια ad lucem *veritatis* cœlestis respicit, qua carent cupiditates illæ, & voluntas illa Ebr. IV. 12. Ἔννοιαι ab ἐνθυμήσεσι distinguuntur. *Illæ* nisus, instinctus atque judicia practica, meditationem atque deliberationem sæpe præcurrentia, *hæc* cogitationes studio susceptas & ad credenda spectantes significare videntur. --- *Sic ad hunc locum max. ven.* Roosius, *Fundd Psychol. &c. c. IV.* § 27. E. B.

***) *Conf. not. ad c. I. 1.* E. B.

Petrus *mortuos* eos, qui toto N. T. tempore fuerunt, ex quo *evangelium* per apostolos post adscensionem Christi prædicatum est, maxime de Christo *judice*, Act. X. 42, & quos eosdem judex jamjam venturus *mortuos* inveniet ac resuscitabit. v. 5. Etiam *viventibus* prædicatur; sed *mortuos* citat, quia in morte maxime peragitur τὸ *ut judicarentur &c.* ex quo ipso etiam patet, evangelii prædicationem innui morte illa priorem, non posteriorem. Quum corpus in morte exuitur, anima vel in malam, vel in bonam partem plane figitur. Evangelium nulli post mortem prædicatur. iis, qui olim vixerant, Christus ipse prædicavit. c. III. 20. in N. T. abunde prædicatur viventibus. ad quos ea prædicatio in vita non pervenit, de iis videt Dominus.

¶ εὐηγγελίσθη, *evangelizatus est*) scil. Christus. Dum viverent illi, per evangelium eis prædicari se fecit. Evangelium hodie semper prædicatur: sed Petrus in præterito loquitur, pro tempore judicii, quod ille, ut diximus, tanquam ingruens spectat.

¶ ἵνα, *ut*) Evangelii finis & efficacia, ut similes reddantur homines Christo in morte ac vita. c. III. 18. Omnibus & munita & ostensa est via salutis per Christum: qui crediderunt, salvi sunt, ceterisque imitandi, non blasphemandi erant: qui non crediderunt, quin etiam blasphemarunt, jure plectuntur.

¶ κριθῶσι ζῶσι *judicarentur: viverent*) Qui evangelium suscipiunt, fiunt mortis Christi similes per pœnitentiam, & deinceps per adversa omnia usque ad mortem corporis. *) ea mors *judicium* dicitur, respectu veteris hominis, cui judicio, mala a bonis secernenti, fideles ipsi æquo animo subscribunt; neque venient sub *judicium* horrendum universale. v. 5. 17 s. 1 Cor. XI. 32. Iidem autem *vivunt* cum Christo: & *vivere* dicuntur, non *vivificari*. quia vivificatio illorum jam facta est cum Christo. c. III. 18. coll. Eph. II. 5. De hoc judicio & vita confer v. 1. 2. 3. nam fideles, dum in carne versantur, jam initium harum rerum capiunt.

¶ κατὰ ἀνθρώπους) *quod ad homines attinet.* sunt enim exemti rebus humanis.

¶ κατὰ θεὸν) *quod ad Deum attinet.* nam Deo vivunt.

¶ πνεύματι, *spiritu*) **) c. III. 18 not.

¶ πάντων) rerum *omnium*; adeoque etiam petulantiæ malorum; & passionum, piorum.

¶ τέλος, *finis*) ubi mortuorum & viventium numerus erit completus [*in ultimo judicio.* V. g.]

¶ οὖν, *itaque*) Revertitur ad hortationem: & officia v. 7-11 opponuntur peccatis v. 3 enumeratis. Sunt enim opposita, *luxuriae*, & *sobrium esse & vigilare; concupiscentiae*, & *amor; vinolentiae, comessationes, potationes*, & *hospitalitas; nefariae idololatriae*, & legitima *administratio* cœlestium munerum ad gloriam veri Dei.

¶ καὶ νήψατε, *& vigilate*) Temperantia adjuvat vigilantiam, & utraque preces. qui absunt a temperantia, sunt somnolenti

*) *Includitur hac interpretatione ea quoque sententia, quam cel. D.* Ernesti *ratam habet, Bibl. th. T. V. p. 883 s. coll. T. VI. p. 24. & Bibl. th.* nouiss. *T. I. p. 120. Conferri queat locus Rom. VIII. 10.* E. B.

**) En antithesin inter *carnem & spiritum!* Caro non corpus; spiritus non animam significat: nam sicut judicium in carnem exercitum & corpus & animam attigit; ita vita secundum Deum in spiritu & ad animam & ad corpus (certe post resurrectionem) pertinet. Caro igitur est humanitas terrestris, mortalis ac infirma horum hominum, quæ judicium Dei experta est: spiritus vero eadem humanitas cœlestem indolem nacta, quæ exantlato judicio vitæ secundum Deum compos fit. *Hæc ven.* Roosius, *Fundd. Psych. c. II. § 13. p. 58.* E. B.

lenti: & somnolenti segnes sunt ad orandum, vel ideo, quia labori & vitæ communi nil temporis libenter deducunt.

¶ προσευχὰς, *preces*) extremo tempore necessarias.

8 τὴν - ἀγάπην, *amorem*) Amor jam præsupponitur: ut sit vehemens, præcipitur.

¶ ὅτι ἀγάπη καλύπτει πλῆθος ἁμαρτιῶν, *quod amor operit multitudinem peccatorum*) Prov. X. 12. LXX, πάντας δὲ τοὺς μὴ φιλονεικοῦντας καλύψει φιλία. conf. Prov. XVII. 9. Qui amat valde, tegit peccata, quotquot sunt, ejus, quem amat. suos oculos ab iis avertit, & alios, quoad fas est, celat de illis; & Deum implorat. Atque hunc amorem divinus amor ope & approbatione prosequitur; eumque ipsum qui amat, pariter remunerat. Matth. VI. 14. Etiam amor necessarius inprimis ideo, quia Iudex prope est. Iac V. 9. Beatique sunt, quos non nisi *opertis peccatis* invenit rerum *omnium finis*.

9 εἰς ἀλλήλους, *invicem*) Hoc ad eos pertinet, qui in diversis urbibus aut regionibus habitabant.

¶ γογγυσμῶν, *murmurationibus*) Hæ vitantur, æqualitate officiorum servata, inæqualitate non curiose expensa.

10 καθὼς, *sicut*) Subaudi mox, *ita*.

¶ ἀυτὸ) *id ipsum*) non affectato alio.

¶ ποικίλης, *variae*) *varia* dona distribuentis, ad sermonem vel ad diaconiam. v. seq.

11 ὡς λόγια θεοῦ) *tanquam oracula*, scil. loquatur, quæ Deus *suppeditat*, in præsenti.

¶ ὡς ἐξ ἰσχύος, *tanquam ex virtute*) strenue.

¶ ἐν πᾶσι) *in omnibus*. nam omnes & *omnia* ex illo, per illum, in illum.

¶ ᾧ, *cui*) Deo. De Christo similiter, 2 Petr. III. 18.

¶ ἡ δόξα, *gloria*) v. gr. Sapientiæ, *oracula* fundentis.

¶ τὸ κράτος, *robur*) *virtutem* præbens piis. Eadem doxologia, c. V. 11.

12 ἀγαπητοὶ μὴ ξενίζεσθε, *dilecti, nolite novum putare*) Amanter hortatur. Gustus divinæ virtutis, quem versus præcedentes referunt, vetat *offendi ut re peregrina*. Adversa Sanctis obtingere, est partim *peregrinum* quiddam; nam sunt filii Dei: partim *non peregrinum*; convenit enim iis, excoqui.

¶ πυρώσει, *ardore*) c. I. 7.

¶ πρὸς πειρασμὸν) nonnisi *ad tentationem*.

¶ ὑμῖν, *vobis*) Dativus commodi.

¶ γινομένῃ, *facto*) consilio divino.

¶ συμβαίνοντος, *contingente*) temere.

13 καθὸ, *sicut*) Mensuræ passionum respondet gloria, sed multo abundantius.

¶ κοινωνεῖτε, *communicatis*) libenter.

¶ παθήμασι, *passionibus*) v. 1.

¶ χαίρετε, ἵνα, *gaudete, ut*) *Vt* hîc plus est, quam si diceret ὅτι *quod*. Gaudio desiderioque assequimur gaudium & exultationem. conf. ἵνα *ut* Ioh. VIII. 56. Spectatur præmium patientiæ lætæ.

¶ ἀγαλλιώμενοι, *exultantes*) sine omni tum passione.

14 εἰ ὀνειδίζεσθε ἐν ὀνόματι χριστοῦ, *si probris afficimini in nomine Christi*) Probrum putabant gentes, si quem appellarent *Christianum*. v. 16.

¶ τὸ τῆς δόξης καὶ τὸ τοῦ θεοῦ πνεῦμα, *Gloriae & Dei Spiritus*) Idem Spiritus, qui super Christum fuit. Luc. IV. 18. Hîc dicitur *Spiritus gloriae*, omnia mundi probra devincens, & *Spiritus Dei*, cujus Filius est Iesus Christus. Abstractum *Gloria* ponitur pro concreto, uti 2 Petr. I. 17. 3. 4. Articulus τὸ, summa vi, bis ponitur, uti Ap. XXI. 6. & *gloria* ita accipi potest, ut sit ἐν διὰ δυοῖν, *Gloria & Deus*, i. e. *Deus gloriae*; vel ut sit appellatio Christi, (coll. v. 16, *ut Christianus*, & v. 13. Iac. II. 1 not.) innuaturque, Spiritum Chri-

Christi eundem esse Spiritum Dei Patris. Fideles, gaudium persentiscentes, eundem Spiritum interdum ut Spiritum Gloriæ, interdum ut Spiritum Dei, diverso sensu, cujus differentiam ipse Spiritus pandit, experiuntur.

¶ ἐφ' ὑμᾶς ἀναπαύεται, *super vos requiescit*) Spiritus ille super pios est etiam antequam convicia ferant: sed tum ea ipsa de re magis confirmantur, & solatia Spiritus accipiunt uberiora. Num. XI. 25. 26, ἐπανεπαύσατο ἐπ' αὐτοὺς τὸ πνεῦμα.

¶ βλασφημεῖται) *blasphematur*, Christus.

¶ δοξάζεται, *glorificatur*) in mediis vestris contumeliis. v. 16. Expertus scribit. coll. Act. V. 41.

15 μὴ γὰρ, *non enim*) Particula *enim* innuit, cur apud eos, qui patiuntur, glorificetur Dominus. præsupponit enim, illos secum constitutum habere, non aliter velle pati, nisi ut Christianos; neque contrarium quicquam, pœna dignum, admittere. Similis imperativus, c. III. 3.

¶ ὡς φονεὺς, *ut homicida*) Turpes tituli.

¶ ἢ ὡς ἀλλοτριοεπίσκοπος, *aut ut alienarum rerum inspector*) Particula *ut* hîc demum repetita, *alienarum rerum inspectorem* longius sejungit a generibus maleficorum, sed tamen eundem etiam a Christiano distinguit. Tales sunt, qui sese in negotia publica aut privata, sacra aut civilia, ad ipsos nil pertinentia, quasi magna prudentia & fidelitate & odio mundanæ iniquitatis impellerentur, ingerunt. cujusmodi homines sæpe mala, immo pejore, quam merebantur, a mundo, (præsertim ab iis, qui rerum potiuntur, & justos monitores inspectoresque minus, quam sui similes ferunt,) gratia inita, facile in *passiones* incurrunt. Idque inprimis fieri poterat apud ethnicos magistratus.

16 μὴ αἰσχυνέσθω, *ne erubescat*) quamvis mundus pudorem pudet.

¶ δοξαζέτω, *glorificet*) Poterat Petrus, antitheti vi, dicere, *honori sibi ducat:* sed honorem Deo resignandum esse docet. glorificet Deum, qui hominem honore passionum dignatur, simulque magnum ei beneficium tribuit, cum immunitate a pœnis impiorum insecuturis. Simile antitheton in Ps. LXXIX. 12. 13: *pudefiant hostes nostri: Dominus glorificetur.*

¶ ἐν τῷ μέρει *) τούτῳ) *in hac parte* passionum meliorum. v. seq.

17 ὁ καιρὸς, *tempus*) scil. *nunc est.*

¶ τὸ ἄρξασθαι τὸ κρίμα, *ut incipiat judicium*) Unum idemque est judicium a tempore *evangelii* per apostolos prædicati usque ad *judicium* extremum. Ἄρξασθαι, medium.

¶ ἀπὸ τοῦ οἴκου τοῦ θεοῦ, *a domo Dei*) ecclesia. c. II. 5. Ab hac incipit judicium, miti initio. Ier. XXV. 29. XLIX. 12. Ez. IX. 6.

¶ τί τὸ τέλος, *quis finis*) Iudicium, initio tolerabilius, sensim ingravescit. pii, sua parte perfuncti, cum immunitate spectant miserias impiorum: impii, dum pios affligunt, suam mensuram implent, & discunt, quæ sua ipsorum portio futura sit; sed id melius sciunt pii, quare patientes sunt.

18 καὶ εἰ ὁ δίκαιος - φανεῖται; *& si justus - comparebit*) Prov. XI 31. LXX, εἰ ὁ μὲν δίκαιος - φανεῖται; Iustis, interim delinquentibus, gravissimæ incutiuntur castigationes: quanto graviores pœnas luent improbi? Paucis annis persecutio Neroniana præcessit calamitatem Iudæorum. *Iustus, impius & peccator:* Oratio semiduplex: *justus* respectum habet ad proximum, *impius* ad Deum, *peccator* ad se ipsum. Supplen-

*) *Lectionem* ἐν τῷ ὀνόματι τούτῳ, *quam non probandam censuerat* Ed. maj., *aperte præfert* Ed. 2, *& confidenter exhibet* Vers. germ. E. B.

plendum ergo, vi oppositorum, in prima propositione ἐυσεβὴς, *pius* & ὅσιος, *sanctus:* in secunda ἄδικος, *injustus.*

¶ μόλις) *aegre.* [*coll. Matth. XXV. 5. 9.*] Hoc temperatur 2 Petr I. 11, πλατύσιως *prolixe.*

19 καὶ οἱ πάσχοντες) *etiam qui patiuntur.* καὶ *etiam,* concessive. καὶ, *etiam,* cum participio, idem quod εἰ καὶ, *& si* cum verbo. εἰ καὶ πάσχοιτε, *& si patiamini.* c. III. 14. Non debemus ex passione diffidentiam capere.

¶ κατὰ τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ, *secundum voluntatem Dei*) ob factam Dei voluntatem, secus ac malefici, qui patiuntur secundum Dei voluntatem, quatenus Deus eos vult puniri. v. 15. In Christo est voluntas Dei.

¶ πιστῷ κτίστῃ, *fideli creatori*) ei, cui tuto *committuntur* animæ, qui *passiones* non ad damnum immittit primo quoque tempore. Viderint Supralapsarii, quomodo Creatorem erga omnes fidelem agnoscant.

¶ παρατιθέσθωσαν, *committant*) tanquam *depositum*, non absterriti, sed potius exhilarati passionibus, quippe quas in optimam partem accipiunt.

¶ ψυχὰς, *animas*) tametsi corpus videatur interire.

¶ ἐν ἀγαθοποιΐᾳ, *in beneficentia*) Hæc una patientium cura: *bene* & *agere* & pati. cetera curabit Ille. Constr. cum *committant. Beneficentia* semper conjunctam habet fiduciam. c. III. 6. 1 Ioh. III. 22.

CAP. V.

1 Πρεσβυτέρους, *presbyteros*) Vocabulum muneris, v. 2, & ætatis, v. 5.

¶ συμπρεσβύτερος, *compresbyter*) Hortatio mutua inter æquales & collegas inprimis valet. apposite & modeste sic se appellat primus apostolorum.

¶ καὶ μάρτυς, *& testis*) Petrus & viderat ipsum Dominum patientem, & nunc passiones sustinebat.

¶ δόξης, *gloriae*) v. 4. 2 Petr. I. 16.

¶ κοινωνὸς, *consors*) Ap. I. 9. Stimulus bonorum pastorum.

2 ποιμάνατε, *pascite*) per disciplinam & doctrinam.

¶ τὸ ἐν ὑμῖν) *vobis pro vestra parte commissum.*

¶ μὴ ἀναγκαστῶς, *non coacte*) Necessitas incumbit, 1 Cor. IX. 16. sed hujus sensum absorbet lubentia. Id valet & in suscipiendo & in gerendo munere. Non sine reprehensione sunt pastores, qui, si res integra esset, mallent quidvis potius esse.

o) ¶ μηδὲ αἰσχροκερδῶς, *neque turpis lucri gratia*) Merces non est prohibita, 1 Cor. IX. 14, sed abesse debet turpitudo, & esse alacritas ingenua.

¶ προθύμως, *libenter*) ut fructus non sit merces, sed pastura.

3 ὡς κατακυριεύοντες, *ut dominantes*) qui tantum præcipiant, elato animo, non humili, & urgeant. Presbyteri postea dominatum sumserunt. unde ex *Seniore* factus est *Signore*, in Italia præsertim.

¶ τῶν κλήρων, *sortibus*) Plurale: singulare, *gregis. Grex*, unus, sub uno pastore principe Christo: sed κλῆροι, *portiones* multæ, pro numero locorum vel antistitum. Accedit autem sermo ad mimesin. nam cœtus non est *sors propria* presbyteri; sed is, qui *dominatur*, ita tractat, ac si *sors* ejus esset. κλῆρος *sors:* inde, portio ecclesiæ, quæ presbytero pascenda obtigit: inde, pasturæ officium: inde, pastores; inde, ceteri *clerici.* quanta metalepsis, & notionis degeneratio tandem. conf. Not. ad Chrys. de Sacerd. p. 504 f.

¶ τύποι, *exempla*) Exemplo impetratur obsequium puriſſimum. [*quale vix vi-*

o) ἀλλ' - ἀλλὰ, *sed - sed*] Motuum & scopum oportet vitio carere. *V. g.*

videris praestari acerrimis quibusuis institoribus. V. g.] Talis communitas frangit dominandi pruritum.

4 Φανερωθέντος, *manifestato*) Fidei est, servire Domino nondum viso.

¶ ἀρχιποίμενος) ἀρχιποίμην, penacutum, ut Φιλοποίμην, βουποίμην.

5 ὁμοίως, *similiter*) Hortationis præcedentis & subsequentis fundamentum, humilitas.

¶ ἀλλήλοις, *invicem*) etiam citra respectum ætatis.

¶ ἐγκομβώσασθε, *induite*) κόμβος, *nodus*, vinculum, quo illigabantur manicæ, præsertim in vestitu servorum. Hesychius: κομβώσασθαι, στολίσασθαι. &, ἐγκομβωθεὶς, δεθείς· & ἐγκεκόμβωται, ἐνειληται. Itaque ἐγκομβώσασθε, *induite vos & involvite*, *) ut amictus humilitatis nulla vi vobis detrahi possit.

¶ ὁ θεὸς, *Deus*) Vid. Iac. IV. 6 not.

6 κραταιὰν χεῖρα, *potentem manum*) Manus Dei instituit ordines: frangit superbos: exaltat humiles. Qui propter Dominum subjicitur ordinationibus humanis, c. II. 13, ipsi Domino se submittit. conf. Rom. XIII. 2. cf. Melancht. Loc. de calamitate et cruce.

¶ ἐν καιρῷ) *in tempore*, opportuno. conf. ὀλίγον v. 10. Petrus sæpe spectat diem judicii.

7 πᾶσαν τὴν μέριμναν, *omnem solicitudinem*) si mundus vos deprimat, vel si multa vobis desint.

¶ ἐπιῤῥίψαντες, *conjicientes*) animose. [*Egregie cum humilitate conspirat immunitas a curis.* V. g.] Ps. LV. 23 LXX, ἐπίῤῥιψον ἐπὶ Κύριον τὴν μέριμνάν σου, καὶ αὐτός σε διαθρέψει. *conjicientes: vigilate.* arcte cohærent hæc duo officia, Luc. XII. 22. 37, & utrique Petrus addit suum *quia.* Deus providet: ergo nolite curare. Diabolus quærit: ergo vigilate.

¶ μελει, *curae est*) Id lenius, quam μέριμνα, *solicitudo.*

8 νήψατε, *vigilate*) Hæc vestra cura sit. *Vigilate*, anima.

¶ γρηγορήσατε, *vigilate*) corpore.

¶ ὁ ἀντίδικος-καταπίῃ, *adversarius-devoret*, simul & per speciem juris petit pios, & per vim. Ap. XII. 10.

¶ ὠρυόμενος, *rugiens*) cum furore.

¶ ζητῶν, *quaerens*) cum insidiis.

¶ τίνα, *quem*) ex fidelibus maxime. Iob I. 8.

¶ καταπίῃ, *devoret*) primum quod ad animam, tum quod ad corpus attinet. Maxime autem insidiatur per tristitiam curarum, *fidei* noxiam.

9 τῇ πίστει, *fide*) Constr. cum *resistite.* firmi fide i.e. divino robore, quod fides sibi circumdat atque Deo accipit.

¶ τὰ αὐτὰ τῶν παθημάτων, *ea ipsa passionum*) *ea ipsa*, non modo *similia. ea ipsa* regit Dativum *fraternitati.* Sic Lucretius: *eadem aliis sopitus quiete est.* Chrysost. de sacerd. p. 202, εἰς τὴν αὐτὴν ἐκείνοις ἐκπίπτειν μανίαν. Apostoli sensus est: *quae fratribus, eadem vobis exantlantur.* conf. Matth. V. 12. 2 Cor. I. 6. Phil. I. 30. [*Itaque non mali indicii res est, siquem diabolus passionibus infestet.* V. g.]

¶ ἐν κόσμῳ) *in mundo* hoc toto, qui jacet in malo, *diabolo*, v. 8. Antitheton ad *gloriam aeternam* Dei, v. 10.

¶ ὑμῶν ἀδελφότητι, *vestrae fraternitati*) ex Iudæis & gentibus.

¶ ἐπιτελεῖσθαι, *peragi*) Sensim mensura impletur passionum.

10 πάσης χάριτος) *omnis* & meræ *gratiae*, incipientis & consummantis, *vocantis*, *fundantis* &c. [Gratiæ *est*, *quum vel passiones immittit DEVS.* V. g.]

¶ ἐν,

*) Emphasin *h. l. non anxie quæsitam esse, ostendere conatus sum in der* Beleuchtung &c. § 24. *p. 100 sq. Voces* ἅπαξ λεγομένας *nunquam non singulari attentione dignas esse, facile concedent rerum periti.* E. B.

¶ ἐν, *in*) Constr. cum *qui vocavit.*

¶ ὀλίγον, *paullum*) Quantumcunque videtur, *parvum* & breve est, ad gloriam *aeternam.*

¶ παθόντας, *passos*) *Passiones* aliquæ ferendæ sunt: tum obtingit *perfectio &c.*

¶ αὐτος) *Ipse.* [*hominibus necquicquam conferentibus.* V. g.] Vos tantum vigilate, & resistite hosti: reliqua Deus præstabit. Conf. *Ego*, Ios. XIII. 6. 1.

¶ καταρτίσει) *perficiet*, ne remaneat in vobis *defectus.* Indicativo magis, quam optativo, quem aliqui hîc legunt, congruit Doxologia subsequens. coll. 1 Tim. I. 17. 2 Tim. IV. 18.

¶ στηρίξει, *stabiliet*) ne quid vos labefactet.

¶ θεμελιώσει, *roborabit*) ut superetis vim omnem adversam. Digna *Petro* oratio. Confirmat fratres suos.

11 κράτος) *robur*, cujus effectus v. 10 innuitur.

12 σιλουανοῦ, *Silvanum*) Silvanus sive Silas, Pauli comes, a Paulo ad Petrum videtur missus fuisse. hac occasione Petrus doctrinam & acta Pauli comprobat. conf. 2 Petr. III. 16.

¶ ὡς λογίζομαι, *ut existimo*) Fidelem fratrem esse Silvanum, non revelatum est Petro, sed ex judicio prudentis charitatis *existimavit*, non multum antehac cum illo conversatus; ideoque epistolam ei commisit.

¶ δι ὀλίγων ἔγραψα, *paucis scripsi*) in hac ipsa scilicet epistola. Locutio concisa: *scripsi*, scriptum misi, *per Silvanum.* conf. Act. XV. 23.

¶ παρακαλῶν, *adhortans*) Causa brevitatis. *Doctrina* copiosiorem, quam *adhortatio* sermonem postulat.

¶ καὶ ἐπιμαρτυρῶν, *& insuper testans*) Compositum. *testimonium* jam per Paulum & Silam audierant pridem: Petrus *insuper testatur.* 1 Ioh. II. 27.

¶ ταύτην εἶναι ἀληθῆ χάριν) *hanc*, præsentem, 2 Petr. I. 12, *gratiam*, *esse veram* illam & olim promissam per prophetas gratiam, neque alteram esse exspectandam. *)

¶ εἰς ἣν ἑστήκατε, *in qua statis*) Rom. V. 2 not. In vera gratia debet vera esse nostra statio.

13 ἐν βαβυλῶνι, *in Babylone*) Hæc erat Babylon Chaldæorum, quæ scatebat Iudæis. v. Lightf. **) Hor. in 1 Cor. p. 269. Ex hujus Babylonis prospectu sequitur series regionum, c. l. 1 not.

¶ συνεκλεκτὴ, *coëlecta*) Sic conjugem suam appellare videtur. conf. c. III. 7. erat enim *soror.* 1 Cor. IX. 5. & congruit mentio *filii*, Marci. ***)

14 ἀγάπης) *amoris* sancti.

¶ εἰρήνη, *pax*) שלום i. e. *salutem* vobis precor: valete.

IN

*) Exjudæos *non minus*, *quam* exgentiles, *opus habere tali* confirmatione *potuisse*, *prorsus equidem mihi persuadeo. Nam & hodie fideles, qui neque Iudæi unquam neque gentiles fuerunt sed* Christiani, *iique* euangelici, *a teneris audiunt, multum idemtidem juuantur approbatione Viri hujus illiusue, spirituali judicio pollentis.* E. B.

**) *Cum quo, post Erasmum, Drusium, Iac. Cappellum, Basnagium, cel.* Bellosobrius *quoque, in Hist. Manich. l. II. c. III. § 1. p. 181 sq. consentit, monente ill.* Michaëlis, *in der Einleitung &c. T. II. p. m. 1635 sq., ubi recentior etiam Babylon*, Seleucia & Ctesiphon *dici solita, in censum heic venire posse monetur, non prorsus improbante S. R. D.* Ernesti, *Bibl. th. T. VII. p. 867.* E. B.

***) *Quem tamen cur pro* spirituali *potius, quam proprie sic dicto* filio *habeat cel.* Michaëlis, *videre est in der* Einleitung &c. *T. II. p. m. 1145. 1147.* E. B.

IN EPISTOLAM PETRI SECVNDAM.

CAPVT I.

1 Συμεὼν πέτρος, *Simeon Petrus*) Cognomen solum posuerat ineunte priore epistola; nunc, etiam nomen, extremo tempore admonens se ipsum conditionis pristinæ, antequam cognomen nactus erat. Egregie congruit hujus epistolæ character cum priore Petri epistola & cum sermonibus ejusdem in actis. Vid. not. ad cap. II. 22. III. 1. Partes rursum sunt tres:

I. Inscriptio.	*cap. I. 1. 2*
II. Iterata sinceri sensus excitatio: qua	
1. hortatur fidei consortes, ut divinis muneribus macti, exhibeant omne studium ad incrementum in gratia & cognitione Iesu Christi.	*v. 3 - 11*
2. stimulos addit	
1. a verorum doctorum firmitudine.	*v. 12 - 21*
2. a falsorum doctorum pravitate.	*c. II. 1 - 22*
3. munit contra empaectas:	
1. errorem redarguit.	*c. III. 1 - 9*
2. diem novissimum describit, cum hortationibus congruentibus.	*v. 10 - 14*
III. Conclusio, qua	
1. suum Paulique consensum declarat.	*v. 15. 16*
2. summam epistolae repetit.	*v. 17. 18*

¶ δοῦλος καὶ ἀπόστολος, *servus & apostolus*) *servus* ut Domini *Iesu; apostolus* ejusdem, ut *Christi.*

¶ ἰσότιμον, *aeque pretiosam*) *Fides* habet *pretium*, sicut *pretiosa* apprehendit *promissa*. v. 4. *aeque pretiosa* est, ex Iesu Christo, fides eorum, qui Iesum Christum viderunt, ut Petrus & reliqui apostoli; & eorum, qui citra visum credunt: eandem justitiam ac salutem apprehendit. *) 1 Ioh. I. 3. 1 Petr. I. 8.

¶ ἡμῖν)

*) *Mirum est, quî cel.* Michaëlis (*in der* Einleitung &c. *T. II. p. m. 1624. 1665*) *non* superfluam *duntaxat, sed* ambitiosam *omnino & in lectores* injuriam *fore hanc locutionem contendat, si ad* Apostolos *potius, quam ad* Iudæos, *voc.* ἡμῖν *referenda sit. Præter parallela in* Gnom. *citata conf. Tit. I. 4,* κοινὴν πίστιν, *& Iud. v. 3,* τοῖς κοινῆς σωτηρίας. *Si perpendas, quantâ difficultate fidem Israël susceperit* (*Rom. IX. 30. 31. 32.*): *haud profecto leuior caussa fuit* Iudæis *de fide* ἰσοτίμῳ *gratulandi, quam gentilibus.* E.B.

¶ ἡμῖν) *nobis*, apostolis. v. 18.

¶ λαχοῦσι, *sortitis*) Non ipsi sibi pararunt.

¶ ἐν δικαιοσύνῃ, *in justitia*) Ratio τῇ *aeque pretiosam.* Est haec *justitia Dei*, *fide* prior: nam fides est *in* justitia. De hac *justitia Dei* conf. Rom. I. 17. III. 26 notr. Convenienter additur appellatio σωτῆρος *Servatoris.*

2 ἐν ἐπιγνώσει τοῦ κυρίου ἡμῶν) Brevis haec lectio & simplex, videtur primaeva fuisse & *Latini* interpretis & paullo ante ipsius apostoli. Namque *cognitionem Dei* praesupponit haec epistola; v. 3. *cognitionem* autem *Domini nostri*, nempe *Jesu Christi* urget proprie. v. 8. c. II. 20. III. 18, ubi conclusio huic principio respondet. Vid. App. crit. Ed. II ad h. l.

Matth. 25, o. n. 3 ὡς πάντα ἡμῖν, *ut omnia nobis*) Mira est hujus exordii alacritas, ab ipsa incipiens exhortatione, *submini*ſ*trate*, v. 5. Hic enim scopus est v. 13. c. III 1. *Omnia*, hîc, & *omne*, v. 5, ad sese referuntur. nam ut hîc protasis, sic ibi apodosis est. *ut* pertinet ad declarandum, uti 2 Cor. V. 20. Confer omnino parabolam de decem virginibus Matth. XXV. Flammula est id, quod nobis absque nostro labore a Deo & ex Deo impertitur: sed oleum est id, quod homo suo studio & fidelitate affundere debet, ut flammula nutriatur & augeatur. Sic extra parabolam res proponitur in hoc loco Petrino: in v. 3. 4 est flammula: sed v. 5. 6 ſs. est id, quod homo, praesuppositа divina gratia, ipse affundere debet.

¶ τῆς θείας δυνάμεως αὐτοῦ, *divinae virtute ejus*) *ejus*, scil. *Dei.* hoc enim repetendum ex *divina.* Ex virtute Dei, virtus omnis ad vitam & pietatem.

¶ τὰ πρὸς ζωὴν καὶ εὐσέβειαν) *ea, quae* pertinent *ad vitam* ex Deo & *studium in Deum.* Ecce, non demum pietate vitam consequimur. *Vitam* affert divina *gloria*, (coll. Rom. VI 4 not.) *pietatem virtus.* Alteri opponitur *corruptio*, alteri *concupiscentia.* v. 4.

¶ δεδωρημένης, *donante*) Sic, δεδώρηται, *donavit*: bis, activo sensu. *) sic LXX, Gen. XXX. 20, δεδώρηται ὁ θεός μοι δῶρον καλόν.

¶ τοῦ καλέσαντος, *ejus, qui vocavit*) Huc ref. *vocationem*, v. 10. *Vocatio* & *cognitio* sunt correlata. *Cognitio* innuitur Dei, & ad hanc vocat nos Deus.

¶ ἰδίᾳ δόξῃ καὶ ἀρετῇ, *sua gloria & virtute*) Explicatur, quid sit *divina potentia*: ut ad *gloriam* referantur attributa Dei naturalia; ad *virtutem* ea, quae dicuntur moralia. intime unum sunt utraque.

4 δι' ὧν, *per quae*) scil. *per gloriam & virtutem.* *Gloria* facit, ut *promissa* sint *maxima*: *virtus*, ut sint *pretiosa.* Matth. 25, o. n.

¶ ἡμῖν γένησθε, *nobis-fieretis*) Paulatim jam accedit ad hortationem. Et commutationem personae primae & secundae sustentat τὸ *aeque pretiosam.* v. 1.

¶ ἐπαγγέλματα δεδώρηται, *promissa donavit*) Donum est ipsa promissio; tum, quae eam subsequitur, res promissa. Valde σεμνῶς *graviter* Petrus & in Actis verba faciens & in epistolis scribens, substantiva plurali numero solet ponere.

¶ ἵνα διὰ τούτων, *ut per has*) id est, per Gloriam Ejus & Virtutem. Promissa est ipsa *communio* cum Deo: quare poterat Petrus *quod* dicere; sed *ut* dicit, majore vi. nam promissio ad hoc data est, ut per ipsam allecti, re promissa, magna & pretiosa, potiamur.

¶ θείας κοινωνοὶ φύσεως, *divinae participes naturae* Divina natura, Deus ipse. Sic, *divina potentia*: v. 3. *magnifica gloria*: v. 17. *san-*

*) *Eundem sensum probat h. l., & regulam philologicam constanter tenendam hac occasione inculcat cel.* D. Ernesti, *Bibl. th.* nouiss. *T. I. p. 118 sq.* E. B.

ſanctitas Dei. Hebr. XII. 10. pro *Deo ipſo.* vid. Macar. Homil. 39. Similiter *natura humana* &c. Iac. III. 7. Vti τῷ *participes* opponitur *effugientes*, ſic *divinae naturae* opponitur *in concupiſcentia corruptio.* porro contraria ſunt *gloria* & *corruptio*, *virtus* & *concupiſcentia.* itaque *divinae naturae* appellatio *gloriam & virtutem* complectitur: eademque dicitur *divina potentia*, quatenus eſt origo omnis boni; *divina natura*, quatenus nos ad ſe admittit. Eſt autem gradatio, differuntque ut pars & totum hæc duo: δυνάμεως *POTENTIÆ divinae* dona ſuſcipere, & *NATVRÆ divinae* conſortem i. e. ſanctum fieri. conf. Rom. I. 20.

¶ ἀποφυγόντες, *effugientes*) expedite & celeriter. φεύγω, *fugio*: ἀποφεύγω, *effugio.* Hæc fuga non tam ut officium noſtrum, quam ut beneficium divinum, communionem cum Deo comitans, hoc loco ponitur. conf. c. II. 18. 20.

¶ τῆς ἐν κόσμῳ ἐν ἐπιθυμίᾳ φθορᾶς, *quae in mundo eſt in concupiſcentia corruptionem*) c. II. 20. 18. 19. Sententia: *in* mundo eſt corruptio *in* concupiſcentia.

5 καὶ) *etiam*, item.

¶ αὐτὸ τοῦτο, *ipſum illud*) Accurate exprimitur piorum reſponſus erga dona divina. αὐτὸ τοῦτο *) ponitur quaſi adverbialiter, pro κατ' αὐτὸ τοῦτο.

¶ σπουδὴν, *ſtudium*) *Studium*, multa complectitur, 2 Cor. VII. 11 not., & apud Petrum ea, quæ ſequuntur. unde huc refertur *ſtudete*, v. 10. Sic, *ſtudere*, v. 15. c. III. 14.

¶ παρεισενέγκαντες, *ſubinferentes*) παρα *ſub* modeſtiam indicat. Deus facit: nos ſtudemus.

¶ ἐπιχορηγήσατε, *exhibete*) **) Reſp. *exhibebitur.* v. 11. Dei dona ſequitur ſtudium noſtrum; ſtudium noſtrum, introitus in regnum.

¶ ἐν τῇ πίστει, *in fide*) Hæc dicitur *cognitio*, v. 3, qua gratia & veritas agnoſcitur & hanc Deus nobis, perinde ut *vitam*, *ſuppeditat*: *fides*, Dei donum, Eph. II. 8. ideo non jubemur *ſubminiſtrare* fidem, ſed in fide fructus illos, qui ſeptem enumerantur, *fide* chorum ducente, *amore* concludente.

¶ ὑμῶν, *veſtra*) Conſtr. cum *fide.* 1 Petr. I. 7. 9. 21.

¶ τὴν ἀρετὴν, *virtutem*) qua *virtutem* Dei imitemini, v. 3, & omnia, quæ vita ſpiritualis molitur, ſtrenue efficiatis. Præſens quisque gradus ſubſequentem parit & facilem reddit; ſubſequens priorem temperat ac perficit. ***) Ordo eſt autem naturæ potius, quam temporis. Ἀρετὴ, *virtus*, ****) ſtrenuus animæ tonus ac vigor.

1 Petr.

*) *Atqui lectio* αὐτοὶ δὲ τοῦτο (ipſi vero huic rei &c.) *& in margine* utriusque Ed. *& in* Vers. germ. *praefertur alteri.* E.B.

**) Abundantiæ *ſignificatum ſubeſſe*, *tum ex primitiua vocabuli emphaſi*, *tum ex contextu*, *coll. v. 8 & 11* (*1 Petr. IV. 11*) *demonſtrauit S. R. D.* Faber, *p. 8 ſq. Diſs. mox citandæ.* E.B.

***) *Hanc ipſam nexûs rationem S. R. D. I. G.* Faber, *Eccleſiaſtes nunc aulae Wirtemb. primarius*, *& Conſiſtorii Aſſeſſor grauiſſimus*, *in* Diſs. inaug. *ſ. t.* Syſtema Virtutum Chriſtianarum pragmaticum, *Ao. 1755 ad h. l. edita*, *p. 12*, *his verbis confirmauit:* Eo ſyſtemate concatenantur chriſtianorum virtutes, quo altera per alteram ſubſiſtit, perficitur, atque ad finem perſeuerantiæ & abundantiæ in omni bono opere dirigitur, ita tamen, ut ſemper in antecedente ratio ſit, cur conſequens ipſi præ ceteris omnibus maxime conueniat. — *Haut obſcure congruit S. R. D.* Cruſius, *in dem* kurzen Begr. der Moraltheologie, *T. II. p. 902:* Sie ſtehen aber (*inquiens*) in der natürlichſten Ordnung, wie das zuerſt genannte der Grund der Mœglichkeit zum Folgenden iſt. E.B.

****) *Germanice per* Standhaftigkeit *interpretatur S. R. D.* Faber, *l. c. p. 23; congruit vox* Tapferkeit, *quam eligit cel.* Michaëlis, *in der Einleitung &c. T. II. p. m. 1670; nec abludit idea* gnomonica, *quamuis in* Vers. germ. *voc.* Tugend *retinuerit b. Auctor.* E.B.

1 Petr. I. 13. Hanc parit *fides*. 2 Cor. IV. 13. 16 init. Inde γνῶσις, *cognitio, moderatio:* coll. Rom. XV. 14 not. *Virtus* facit alacres, vigilantes, circumspectos, discretos, ut reputemus, quid Dei, quid nostra, quid aliorum causa sit faciendum vel fugiendum, & quomodo, ubi, quando &c. 1 Cor. XVI. 18 fin. Inde ἐγκράτεια, *abstinentia.* Hanc parit γνῶσις, quippe quæ malum a bono secernit, & mali fugam docet. Inde ὑπομονή, *patientia.* Frangit incontinentia mentem: *continentia* mollitiem pellit, nervos confert. Inde εὐσέβεια, *pietas:* sanctificat affectus naturales erga parentes &c. immo etiam erga Creatorem. Omnia *pietatis* impedimenta removet ὑπομονή, *patientia.* Inde φιλαδελφία, *dilectio fratrum.* Qui naturales affectus habet sanctificatos, is ad σοφὴν pure spiritualem progreditur. Ἀγάπη, *amor* generalis claudit chorum. Col. III. versu 14 toto. Qui erga *fratres* recte est animatus, amorem ad alieniores extendit, imo ad hostes. Hinc patet, quomodo præsens quisque gradus subsequentem pariat facilemque reddat. Porro, quomodo sequens quisque priorem temperet ac perficiat, patebit, si hoc schema ordine retrogrado expendatur. Qui habet *amorem, fraternam dilectionem* sine partialitate exercebit. Qui habet *fraternam dilectionem*, sentiet *pietatem* esse plane necessariam. Εὐσεβὴς, *pius*, nil Stoicum admiscebit τῇ ὑπομονῇ, *patientiæ. Patienti* facilis est *abstinentia.* Ἐγκρατὴς, *continens*, mente serena perpendit omnia & habet γνῶσιν. Γνῶσις cavet, ne ἀρετὴν inconsultus auferat impetus. Oppositorum similis ratio apud malos: *infidelitas* parit *vitium*, &c.

¶ γνῶσιν *), *moderationem*) 1 Petr. III. 7 not.

6 ἐγκράτειαν, *abstinentiam*) quæ vitat malas concupiscentias. *Abstine.*

¶ ὑπομονὴν, *patientiam*) qua tolerantur adversa & adversarii. *Sustine.*

¶ εὐσέβειαν, *pietatem*) qua fideles Deum super omnia spectant. Εὐσέβεια potest esse pietas erga necessarios, parentes, fratres &c. sed sanctificata. conf. 1 Tim. V. 4.

7 φιλαδελφίαν, *fraternam dilectionem*) erga sanctos in Deo vobis conjunctos.

¶ τὴν ἀγάπην, *amorem*) Ex *fraterna dilectione* deducitur *amor.* **) 1 Petr. I. 22.

Matth. 24, 12. n.

8 Ταῦ-

*) *Vocem hanc malunt per* Einsicht *vel* Verstand, *quam per* Bescheidenheit, *explicari S. R. D.* Faber, *l. c. p. 23, & S. R. D.* Crusius, *l. c. p. 900 sq. Quâ occasione Duumvirorum prior* (*l. c. p. 25*) *ea, quæ ad Ioh. VII. 17 notauimus, egregiè his verbis exhibuit:* Einmuero constantior rei usus viuidiorem ubique gignit scientiam. Quisquis sua edoctus *experientia* diuinam veritatis euangelicæ vim persensit, jam quibus illa effectibus præstandis sufficiat, & quam imbelles sint errorum ausus, euidentius *intelligit.* Hanc optimam conuictionis spiritualis methodum suasit Christus Ioh. VII. 17. Quis dubitabit amplius, ex fidei constantia nasci necessaria et immediata consequentia scientiam. E. B.

**) *Non possum, quin idem h. l. saluberrimum b.* Frankii *porisma repetam, quod* Vir *S. R. in* Diss. cit. *p. 54 sq. propinare nullus dubitauit:* Wer zum Anfang einer wahren Gottseligkeit kommen ist (*sic b. m. Theologus*), der fanget wohl an diejenigen zu lieben, die mit ihm eben derselben Gnade theilhaftig worden sind; er wünschet auch wohl, dass alle Menschen zur Erkæntniss der Wahrheit gelangen mœchten, und ist also der Grund zur allgemeinen Liebe in ihme gelegt; - - Aber, die Ausübung der gemeinen Liebe kommt ihn noch viel schwerer an, als die Liebe gegen die Brüder; ja er sündiget gar œfters wider die allgemeine Liebe mit Worten und Werken, mit Vnterlassung des Guten, durch Heftigkeit seiner Affecten; denket, er thue alles aus einem gœttlichen Eyffer - - Er erbittert die Welt durch unzeitiges Richten, Schmæhen und Schelten, durch allerhand der Welt ganz unleidentliche Benennungen, an statt dass er dieselbe mit Liebe gewinnen sollte. - - So nun solche allgemeine Liebe in uns stærker werden würde, so würde man auch den armen irrenden Haufen mit mehrerem Erbarmen und Mitleiden tragen, &c. *Hæc* Frankius *in seiner* zweyfachen schriftlichen Ansprache, *Vol. IV. seiner* Predigten und Tractætlein. E. B.

8 Ταῦτα, *hæc*) *virtus, moderatio &c.* Involvitur conditio: hæc si habetis, tum demum habetis veram cognitionem. conf. v. 9, *enim.* Matth. V, 3. n.

¶ ὑμῖν ὑπάρχοντα, *si vobis adsint*) vere. Eadem phrasis Act. III. 6. Huc ref. *non ociosos.*

¶ καὶ πλεονάζοντα, *& abundent*) copiose. Veritatem celeriter sequitur abundantia. Huc ref. *neque infructuosos:* i. e. habebitis fructum bonum & largum, quem producit cognitio I. C. v. 3.

¶ καθίστησιν, *constituunt*) in præsenti.

¶ εἰς, *in*) Conf. εἰς, *in*, Rom. IV. 20.

¶ ἐπιγνώσιν) *agnitionem*, cum *purificatione peccatorum* conjunctam.

9 γὰρ) *enim*, proprie.

¶ Τυφλός ἐστι, κτλ. *cæcus est &c.*) Eximio regressu sermonis depinguntur gradus relapsuum. talis 1 oblivisciturpurificationis, peccatorum suorum, *pristinorum.* 2 cæcutit ad *præsentia* bona, v. 12. 3 plane cæcus est ad *futura*, v. 11. *Regressus* sermonis est in eo, quod temporis *præteriti* ratio in textu habetur ultimo loco, cum secundum naturam rei dicatur, *præteritum, præsens, futurum.*

¶ μυωπάζων) Hesychius, μυωπάζων, ὀφθαλμιῶν.

¶ λήθην λαβὼν) *oblivionem nactus.* Aptissima phrasis, participio *nactus* exprimente, quod homo volens patitur. conf. not. ad Rom. V. 19. Qui cogitat, quam multa sint pristina, a quibus purgatus erat, facilius desistit.

10 μᾶλλον, *magis*) Qui *studium* habent, majus tamen habere debent.

¶ ἀδελφοὶ, *fratres*) In priore epistola nunquam, in altera semel hanc appellationem Petrus adhibet: ex quo gravitas hujus loci apparet.

¶ βεβαίαν, *firmam*) Hæc confirmatio fit per *virtutem, moderationem, abstinentiam &c.* unde mox sequitur, *hæc enim facientes.* conf. Hebr. VI. 10.

¶ βεβαίαν ὑμῶν τὴν κλῆσιν καὶ ἐκλογὴν, *firmam vestram vocationem & electionem*) id est, vos in vocatione & electione vestri firmos. nam quorum foret τὸ *labi*, eorum est *confirmatio. Vocatio* ponitur ante *electionem*, secundum nos.

11 πλουσίως) *abundanter:* ut quovis tempore, *inoffenso* pede, non tanquam ex naufragio vel incendio, sed quasi cum triumpho, intrare possitis; & præterita, præsentia, futura vos juvent. Hîc non jam *ægre* ait Petrus, uti 1 ep. IV. 18. Resp. *abundent.* v. 8. Matth. V, 3. n.

12 διὸ, *quapropter*) Loquitur ex prægustu sui jam instantis *exitûs* & *introitûs.* v. 15. 11.

¶ μελλήσω ὑμᾶς ἀεὶ ὑπομιμνήσκειν) Vim lectionis hujusce vix agnoscent, qui non justum habent Græcæ linguæ usum, vel certe elegantias verbi μέλλω minus callent. Ipsi Græci recentiores fecerunt, ἐκ μελλήσω, ex μελλήσω. μέλλειν, Germ. *sollen.* Sic Gregorius Neocæs. ἀρετὰς ἔχειν ἔτι μέλλω. *nondum habeo virtutes.* Paneg. ad Orig. p. 86. 203. ed. Stutgard. & vulgo, *venire debet*, i. e. *nondum venit.* Itaque Petrus ait, *vos semper admonendos habebo:* nunquam reputabo, quantum vos admonuerim; unum semper cogitabo, vos mihi admonendos esse. Præsens μέλλω, rem futuram innuit: quare μελλήσω est futurum cumulatum: *admoniturus ero.* Hesychius, μελλήσω, σπεδάσω· atque id ipsum synonymon σπεδάσω mox sequitur v. 15, ubi observanda est & σπουδὴ Apostoli, *per literas* se ultra ipsius decessum porrigens; & apta inde vocis μνήμη proprietas. Ammonius, Μνήμη μὲν γίνεται νεκρὸς· μνεία δὲ, ζῶντος. Vid. LXX Eccl. I. 11. &c.

¶ ἀεὶ, *semper*) Innuit, cur alteram scribat epistolam brevi intervallo post pri-

mam. Petrus magis magisque opus esse statuit admonitione propter ingruentem corruptionem malorum hominum. c. II. 2.

¶ εἰδότας, *scientes*) *veritatem.*

¶ ἐστηριγμένους, *stabilitos*) Affine verbum, διεγείρειν, *excitare*, v. 13. Et firmos eos esse vult, & quam erectissimos.

¶ παρούσῃ, *praesenti*) Veritas, ut in Novo Testamento, praesens est. 1 Petr. V. 12 not.

13 δὲ, *autem*) Particula declarandi.

¶ σκηνώματι, *tabernaculo*) Innuitur animæ immortalitas & brevis mansio in corpore mortali, cum facilitate discessus in fide.

14 Ταχινή ἐστιν) *repentina est.* Praesens. qui diu aegrotant, possunt alios adhuc pascere. Crux id Petro non erat permissura. Ideo prius agit, quod agendum est.

¶ ἀπόθεσις, *depositio*) violenta & tamen optata. Sic, *exitum*, v. 15.

¶ ἐδήλωσε, *patefecit*) Patefecerat pridem, Ioh. XXI. 18 f. *quum senesces. Ingruebat* jam senectus Petri. Potest etiam subsecutum esse aliud indicium.

15 σπεδάσω, *studebo*) Hinc pendet, ὑμᾶς ἔχειν, *ut vos habeatis.* Sic quoque Latini *studeo* construunt.

¶ ἑκάστοτε, *quovis tempore*) quotiescunque usus venerit.

¶ ἔχειν) Elegans locutio, ἔχω ποιεῖσθαι. Habituri autem erant, hac eis epistola a Petro relicta. [*coll. c. III. 2.*] *)

16 γὰρ, *enim*) Ostendit, dignam rem esse, de qua vel morti proximus scribat; allegans apostolicum testimonium & propheticum sermonem.

¶ σεσοφισμένοις) πλασοῖς, c. II. 3, *callide concinnatis.* **) πεπλασμένοις Diod. Sic.

¶ μύθοις) *fabulis*, quales de diis suis habebant gentes.

¶ ἐξακολουθήσαντες) Τὸ ἐξ errorem notat, c. II. 2. 15. Talis error in hac re nullus.

¶ δύναμιν καὶ παρουσίαν, *vim & praesentiam*) ἓν διὰ δυοῖν· i. e. majestatem praesentissimam. δύναμις *vis* opponitur *fabulis.* conf. 1 Cor. IV. 20, ubi opponuntur *sermo* & *vis.* Transformatio in monte specimen est revelationis gloriæ in die novissimo: & hanc revelationem spectat omne testimonium apostolorum. Act. X. 42.

¶ ἐπόπται, *spectatores*) ad intima arcana admissi, v. gr. in monte.

¶ ἐκείνε, *Illius*) Ἐκεῖνος *Ille* remotum quiddam & admirabile & magnum notat.

¶ μεγαλειότητος, *magnitudinis*) Correlata sunt, ut nomen *Patris* & *Filii*, sic *magnifica gloria* & *magnitudo. Magnifica gloria*, in textu tribuitur Patri, *magnitudo* sive μεγαλειότης (differt enim vox graeca a voce latina non nihil) tribuitur Filio.

17 λαβὼν, *accipiens*) Participium, pro indicativo. *accepit*, testimonio paterno.

¶ Τιμὴν καὶ δόξαν, *honorem & gloriam*) divinam. Mox repetitur vocabulum *Gloriæ.*

¶ Φωνῆς ἐνεχθείσης, *voce delata*) Hoc graviter iteratur versu seq.

¶ αὐτῷ) *ei* soli.

¶ τῆς μεγαλοπρεποῦς δόξης, *magnifica Gloria*) Sic appellatur Deus ipse.

18 ἡμεῖς, *nos*) Iohannes etiam adhuc vivebat.

¶ ἐξ οὐρανῦ, *ex coelo*) divinitus.

¶ Τῷ

*) *Ex futuro* σπεδάσω, *ill.* Michaëlis (*in der* Einleitung &c. *T. II. p. m. 1674*) *colligit, Euangelium* Marci *potius, quod* Petrus *postmodum conscribendum* curauerit, *quam hanc ipsam Petri epistolam h. l. innui; coll. not.* Gnom. marg. *ad Matth. XVI. 18.* E. B.

**) *Congruit cel. D.* Ernesti *periphrasis*: Wir haben euch von Iesu und seiner ganzen Herrlichkeit nicht künstliche, beredte, und mit einnehmenden Erfindungen angefüllte Erzehlungen gemacht, sondern nur gesaget, was wir mit Augen gesehen und mit Ohren gehöret haben. *Bibl. th. T. VII. p. 18 sq.* E. B. *ibid.* (vndr sind nignuht fermones, disputationes, narrationes, künstl. und angenehme Beredsamkeit angebrachte Erzählungen, schlechte die Leute misvergnügt machen

¶ Τῷ ἁγίῳ, *sancto*) Ex illa ipsa re sanctus erat mons, illo certe tempore.

19 ἔχομεν βεβαιότερον, *habemus firmiorem*) Non dicit, clariorem, sed *firmiorem*. quare non hîc opus est disquirere, de differentia claritatis propheticæ ante implementum & post. Sed certe *firmior* fit sermo propheticus ex implemento. Rom. XV. 8. Eandem ob causam propheticus sermo non est firmior apostolico, neque in se, neque respectu eorum, ad quos scribit Petrus. v. 12. 16. [*Neque etiam vel visui vel auditui apostolico præfertur sermo propheticus.* Dies *nimirum in N. T. obtinet; atque ipsius diei jubar eximium fuit visus & auditus in monte sancto: tantum abest, ut* lychno *debeatur palma.* V. g.] Per se semper firmus erat etiam propheticus sermo: *firmior* autem factus est, non dicam, apud apostolos, sed vel apud auditores, (quorum nomine ait, *habemus*, non *habetis*) quibus apostoli demonstrabant complementum in Iesu Christo factum, & inde porro futurum inferebant. Ea quæ ad lucernam debilius videras, dies superveniens te tamen recte vidisse *confirmat.* Vid. not. ad v. 20, *non fit.*

¶ Τὸν προφητικὸν, *propheticum*) Mosis, Esajæ, & omnium prophetarum sermones unum sermonem sibi undequaque constantem faciunt. Non jam singularia dicta Petrus profert, sed universum eorum testimonium complectitur, ut jam patefactum. conf. Act. X. 43. Moses adeo in monte simul fuerat.

¶ καλῶς, *bene*) Petrus eos non objurgat tarditatis nomine, qui prophetis adhuc plus credant, quam sibi & ceteris apostolis. Suum cuique fulcrum fidei, quo maxime nititur, quisque laudare debet. Sed tamen ad ulteriora eos invitat.

¶ προσέχοντες ὡς, *attendentes ut*) Intuitum ac respectum *lychni* jubar diei non tollit, sed tamen vincit. lumine majori minus & ut minus agnoscitur & corroboratur: lumine minori ostenditur majoris excellentia. [*Grata reminiscentia inculcatur, coll. c. III. 2.* V. g.]

¶ λύχνῳ, *lychno*) cujus in nocte usus est. [*At lychnus propheticus juuat etiamnum in die versantes.* V. g.]

¶ φαίνοντι) *qui lucebat.* Est imperfectum, (ut ὄντες v. 18.) nam sequitur: *donec dies diluceseeret* &c. eadem vi temporis, non, in præsenti, διαυγάζῃ, ἀνατείλῃ, *diluceseat, oriatur.*

¶ αὐχμηρῷ, *obscuro*) ubi neque latex neque lux.

¶ τόπῳ, *loco*) Talis locus, cor nostrum.

¶ ἕως ἑ, *donec*) Non tollitur Scripturæ usus omnis apud illuminatos, præsertim in aliis convincendis, ut ipsius Petri exemplum nos docet. Conf. *donec*, Matth. I. 25. Sed tamen illuminati jam id ipsum habent, quod prophetæ testantur. quare v. gr. Iohannes in Ep. I ad tales scribens & se scribere toties commemorans, nunquam ad τὸ *scriptum est* propheticum provocat; tantum testimonium apostolorum allegat. nam tenebris pulsis lux lucebat, 1 Ioh. II. 8. Et sic reperias Τὸ *scriptum est* multo sæpius occurrere in antiquioribus N. T. libris, quam in iis, qui postremo scripti sunt.

¶ ἡμέρα, *dies*) plena lux N. T. En! ut differt lychnus & dies, sic lux V. T. & N. T. 1 Ioh. I. c.

¶ διαυγάσῃ, *diluceseeret*) perruptis tenebris.

¶ φωσφόρος, *lucifer*) Iesus Christus: Ap. XXII. 16.

20 Τοῦτο, *hoc*) Ratio Τῶ *bene facitis.* quippe *hoc scitis.*

¶ πρῶτον) *prius*, quam ego dico. Germ. *vorhin.* Sic c. III. 3. Petrus in his epistolis non docet, sed commonefacit.

¶ προφητεία γραφῆς) *prophetia*, quæ exstat in *Scripturæ* corpore.

¶ ἰδίας

¶ ἰδίας ἐπιλύσεως ἐ γίνεται, *propriæ interpretationis non fit*) ἐπίλυσις ex ἐπιλύω, Marc. IV. 34. Act. XIX. 39. בתר Græci quidam, ἐπέλυσε, Gen. XLI. 12. Vt *callide concinnatis fabulis* opponitur ſpectatio apoſtolica; ſic *propriæ interpretationi* opponitur φορὰ *vectura* prophetica. Itaque ἐπιλυσις dicitur *interpretatio*, qua ipſi prophetæ res antea plane clauſas *aperuere* mortalibus. *Prophetia* nec primo humana eſt, *nec* a ſe ipſa unquam ita deſciſcit, ut incipiat eſſe verbum *propriæ*, i. e. humanæ ἐπιλύσεως, ſed plane divinæ patefactionis eſt, & in rebus exituque talis eſſe cognoſcitur, imo etiam *firmior* fit. Ita cohæret *enim*, v. 21.

¶ ἐ γίνεται) *non fit*. Quod ſemel vere dictum eſt per prophetas, hodienum manet veritas. Lychnus non eſt dies; ſed tamen vincit tenebras. γίνεται idem ac ἠνέχθη.

21 θελήματι) *voluntate*, ſtudio. LXX Ier. XXIII. 26. Homo ſæpe, quod *vult*, fingit in fabulis, aut occultat in errore, conf. *volentes*. c. III. 5.

¶ ἀνθρώπε) *hominis*, meri. Antitheton, *ſancti Dei homines*, prophetarum definitio.

¶ ἠνέχθη, *lata*) Sic v. 17. 18. Hebr. נשׂא a נשׂא *ferre*.

¶ ποτὲ) *unquam*, remoto aut propiori tempore. hinc *prophetia* ſine articulo, indefinite dicitur.

¶ ἀλλ' ὑπὸ, *ſed a*) Conf. Ioh. XI. 51.

¶ Φερόμενοι, *vecti*) Reſp. ἠνέχθη, *lata eſt*. Pulcerrimum antitheton: non ferebant, ſed ferebantur. paſſive, non active, ſe habuerunt. Quod fertur; nulla ſua vi, non ſuo labore movet & promovet. Conf. de prophetis, Ps. XLV. 2. Ier. XXXVI. 18. Mox verbum *locuti ſunt* denotat quoque facilitatem propheticam.

¶ ἐλάλησαν, *locuti ſunt*) Hoc quoque ad *calamum* ſpectat, *ſcripturæ*. *Locuti ſunt*: hoc præteritum oſtendit, Petro proprie ſermonem eſſe de prophetis V. T. conf. cap. II. 1 not. & cap. III. 2.

¶ ἅγιοι, *ſancti*) quia *ſanctum Spiritum* habebant.

CAP. II.

1 Ἐγένοντο δὲ καὶ ψευδοπροφῆται, *extitere autem etiam pſeudoprophetæ*) Antitheton ad veros prophetas V. T. de quibus c. I. 19. καὶ, *etiam*.

¶ λαῷ, *populo*) Iſraël. Ad Iſraëlitas ſcribit. Exemplum pſeudoprophetæ, v. 15.

¶ ἔσονται, *erunt*. & jam eſſe cœperant tum. Prophetia; antehac data, nunc iterata. c. III. 2. Iud. v. 4. 14.

¶ ψευδοδιδάσκαλοι, *falſi doctores*) Antitheton ad veros doctores N. T.

¶ παρεισάξουσιν, *ſubintroducent*) παρὰ *præter* doctrinam ſalutarem de Chriſto.

¶ αἱρέσεις ἀπωλείας) *hæreſes* non modo malas, ſed peſſimas; *perditas*.

¶ καὶ) *etiam*. congruit epitheton *celerem*, vocabulo *perditionem* iterato additum.

¶ τὸν ἀγοράσαντα αὐτὲς, *eum qui emit ipſos*) cujus idcirco confeſſioni immori debebant. c. I. 16. *)

¶ δεσπότην) quem vera doctrina *Dominum* teſtatur.

¶ ἀρνέμενοι, *negantes*) doctrina & operibus. Iud. v. 4. *negant*, illum vere veniſſe in carne, & ſic totum *redemtionis* myſterium tollunt. **) 1 Ioh. IV. 2 ſ.

¶ ἐπά-

*) *Parallelum huic locum eſſe 1 Cor. VI. 20, grauiter judicat S. R. D.* Erneſti, *Bibl. th. T. IX. p. 765.* E. B.

**) *Qui concipere nequit, quo pacto tales, qui* redemtionem *per* Chriſti ſanguinem *factam negarunt*, Chriſtianis *etiamnum adnumerari potuerint; is neſcio an hæc* noſtra, *quæ viuimus*, tempora *eo, quo par eſt, mentis acumine conſideraueris.* E. B.

¶ ἐπάγοντες, *inferentes*) Homo *infert* sibi: Deus *infert*, ut vindex. v. 5.

¶ ταχινὴν, *celerem*) ob celerem adventum Domini.

2 πολλοὶ, *multi*) Triste!

¶ ἀσελγείαις) Alii, ἀπωλείαις. sed ἀσέλγειαι, non ἀπώλειαι, plurali numero, apud Petrum & alibi leguntur: & *luxuria* est illa esca, quæ *multos in sequelam* trahit. Iud. v. 4. Sequelam illam demum *excipit perditio: luxuria*, non perditio, ita in oculos incurrit, ut homines ad *blasphemandam veritatis viam* inducantur: eademque crimen illud est, quo foris sunt, discrimen ignorantibus verorum & falsorum Christianorum.

3 πλεονεξία, *avaritia*) v. 14.

¶ πλαστοῖς, *fictis*) ut faciunt mangones.

¶ ὑμᾶς ἐμπορεύσονται) LXX, ἐμπορεύεσθαι cum accusativo pro Hebr. סחר ponunt, Gen. XXXIV. 21. Prov. III. 14. Ez. XXVII. 21 ed. Vat. Sensus: *mercaturam in vos exercebunt.* dabunt verba: accipient pecunias. Plinius, de medicis quibusdam: *Nec dubium est, omnes istos, famam novitate aliqua aucupantes, animas statim nostras negotiari.* Plin. lib. 29. cap. 1.

¶ ὅις, *quibus*) Ad consolandos & muniendos pios pertinet, quod pœna copiose describitur ante commemorationem operum impiorum.

¶ ἔκπαλαι) quasi *ex-olim.* a lapsu angelorum.

¶ οὐκ ἀργεῖ) *non est otiosum.* i. e. plane viget. unum idemque est judicium super omnes peccantes, quod in animo ludicis sine intermissione agitatur, dum erumpit: & in iis, qui puniti in Scriptura memorantur, ostenditur, quid ceteros maneat; tametsi peccantes putant, illud cessare, ipsique *dormitant.* quorum poena est proxima.

¶ ἀπώλεια αὐτῶν, *pernicies eorum*) *pernicies*, cui adjudicabuntur. Sic quoque *judicium & pernicies*, conjunctim, c. III. 7.

¶ οὐ νυστάζει, *non dormitat*) Idem verbum, Matth. XXV. 5 not. Conf. *novit*, v. 9.

4 εἰ, *si*) Apodosis exstat v. 9.

¶ ἀγγέλων, *angelis*) creaturis nobilissimis. Rom. VIII. 38 not.

¶ οὐκ ἐφείσατο, *non pepercit*) Sic quoque v. 5. Severum innuitur judicium in eos, quibus parsum iri putasses.

¶ σειραῖς) σειραὶ, *plecta*, ex vimine, cannabi, crinibus &c. Sic, δεσμοῖς, *vinculis*, Iud. v. 6. ἀΐδιον τηρεῖν σκότος, ἀΐδιον μετάστασιν consistentibus misere inquietis et angelis Satanæ, quem ubivis sibi cirumferunt.

¶ ζόφῳ, *tenebrarum*) Tenebræ ipsæ vinctos tenent, suntque pro catenis. *) Sap. XVII. (17) 18, ἀλύσει σκότους ἐδέθησαν.

¶ ταρταρώσας) Nomen ὁ καὶ ἡ τάρταρος, plur. τάρταρα, verbum ταρταρόω, neque in N. T. alias exstat, neque apud LXX interpretes. Itaque significatio aliunde est repetenda, ex Homero, Hesiodo, Platone: apud quos *tartarus* est locus infimus in rerum natura, caligine & frigore horridissimus. Vnde Hesychius, Τάρταρος, ὁ ὑπὸ τὴν γῆν κατώτατος τόπος. Eustathius ad Il. H. Τάρταρος, ὃς φερωνύμως τετάρακται, ἀὴρ ὑπόγαιος καὶ ἀνήλιος, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ψυχρός. κτλ. Quam notionem con-

*) Sunt igitur (*inquit cel. D.* Crusius) certo modo tanquam ligati & vinculis constricti; pro catenis tenebræ illis sunt; carent luce, cujus antea participes erant, & ad quam aditus dabatur, atque in tali statu ad majus judicium & sententiæ jamjam latæ executionem seruantur. *Hypomn. T. I. p. 154.* E. B.

confirmat hoc loco vocabulum ζόφε, *tenebrarum*. Inde Ταρταρῶν, ex Ταρταρόω, (formæ θανατόω, κατιόω, κυκλόω, πυρόω, σκοτόω, ταυρόω, Ταπεινόω, Φιμόω) est *tartaro*, sive *tenebris*, *addicere & tradere*. Possunt autem v. gr. in terra quoque versari mancipia tartari: Luc. VIII. 31. Eph. II. 2. Ap. IX. 11. 14. XII. 9. &c. sicut bello captus etiam extra locum captivitatis potest ambulare*). Gradatim igitur angeli, qui peccarunt, Ταρταρῶνται ad tartara dantur.

¶ παρέδωκεν) *tradidit*, sicut judex captivum tradit ministris. conf. Ap. XX. 2.

¶ εἰς κρίσιν τηρεμένους, *in judicium servatos*) *judicium, magnæ diei*. Iud. v. cit.

5 ἀρχαίῳ, *antiquo*) antediluviano.

¶ ὄγδοον νῶε, *octavum Noe*) Noe cum suis, *octo* erant. Hunc usum numeralium apud Græcos demonstrat Raphelius. conf. 1 Petr. III. 20. *Octo* animis opponitur *universitas*, *mundus impiorum* numerosissimus.

¶ δικαιοσύνης κήρυκα, *justitiæ præconem*) Non solum ipse erat justus, sed etiam justitiam mundo prædicarat.

¶ κατακλυσμὸν, *diluvium*) Quamvis igitur pii serventur, tamen impii non possunt sperare, cum illis se servatum iri.

6 πόλεις, *urbes*) Ergo similia peccata etiam in vicinia Sodomorum fuere, Gomorrhæ &c.

¶ Τεφρωσας καταστροφῇ) Gen. XIX. 25. 29. verbo καταστρέφειν & καταστροφὴ utuntur LXX.

¶ τεθεικὼς, *ponens*) Irrefragabile monumentum erat Dei & judicii divini.

7 δίκαιον, *justum*) Gen. XIX. 1. 7.

¶ ἀθέσμων, *nefariorum*) eorum, qui contra naturam peccabant.

¶ ἐν ἀσελγείᾳ, *in luxuria*) ib. v. 5.

8 ὁ δίκαιος - ψυχὴν δικαίαν, *justus - animam justam*) suam. Concinne notatur dolor reflexus. Lot se cruciabat: & cruciatûs erant rei Sodomitæ.

¶ ἡμέραν ἐξ ἡμέρας) Sic LXX non semel יום יום exprimunt.

¶ ἔργοις) *factis*, dictis.

9 οἶδε) *novit*, & meminit; etiam ubi nullum homines auxilium norunt. Specimina hoc ostendunt. De *voluntate* Domini, dubium non est.

¶ εὐσεβεῖς, *pios*) qualis *Noë* & *Lot. pios* & justos.

¶ ῥύεσθαι, *eripere*) Plura exempla, Ier. XXXIX. 11. 18. XLV. 5.

¶ ἀδίκους) *injustos* & impios, quales multi modo memorati.

¶ κολαζομένους) *cruciandos*, futurum: & tamen præsens, quia pœna certa & imminens. v. 3.

10 μάλιστα) Hi *maxime* punientur.

¶ ὀπίσω, *post*) Genus, *post carnem proficisci*: species, *post carnem proficisci in concupiscentia pollutionis*.

¶ κῦ, &) Partitio, de impuritate & blasphemia: *post -*, *& dominationem*. Hoc tractatur mox: *audaces &c.* illud, *voluptatem &c.* v. 13. Vtraque tractatio habet nominativum & verbum finitum. Eadem duo capita respiciuntur v. 18, *superba: pelliciunt*.

¶ κυριότητος καταφρονέντας, *dominationem contemnentes*) In hac propositione *domi-*

*) *Hinc S. R. D.* Crusius *l. c.* Ταρταρῶσαι, *ait*, vi etymi posset ipsam ad tartara detrusionem indicare, sed potest etiam actum judicialem, quo tartaro adjudicati sint, notare. Atque posteriore sensu vox sumenda est, quia alias constat, dæmones super terra adhuc operari, & potentia quidem terribili; quod ni ita foret, nec opus esset, fideles admonere, ut sibi ab ipsis caueant, nec persecutiones, errores in ecclesiam inuecti, & ipsa tyrannis antichristiana, Satanæ tribui possent. E. B.

dominationem appellat; mox, in tractatione, δόξας *dignitates*: altero alterum connotans. Vtrumque, grandi metonymia abstracti pro concreto, angelos eosque peccatores (quanquam Hornejus in Ep. Iud. de sanctis angelis accipit) significare videtur. nam illud *judicium blasphemum*, quod hîc contra *dignitates* ab angelis ferendum negatur, v. 11, idem *diabolo* ab archangelo illatum negat Iudas v. 9, sermone magis definito, sententia eadem. *Dominatio* videtur dici *princeps spirituum lapsorum: dignitates, ceteri spiritus lapsi.* Certe etiam Iudas v. 8 singularem & pluralem observat: *dominationem spernunt, dignitates vero blasphemant.* Vterque apostolus de creaturis, quas impii *non norint*, loqui se ostendit. Angeli, qui peccarunt, tamen, ut creaturæ Dei, habent bonitatem, ut ait Gerh. ad h. l. & in sua natura præstantissima, quam a Creatore acceperunt, characterem retinent indelebilem majestatis; conf. Luc. X. 18. 19. Matth. XII. 26. 29. Ioh. XIV. 30. 2 Cor. IV. 4. quam non ipsorum, sed Dei causa reverenter habere debemus. conf. Iac. III. 9 not. Etenim hoc magnificentissimum est divini judicii reservatum, quod in angelos exercetur. huc nullus angelus, nullus homo, nedum impius (Sir. XXI. 27, ἐν τῷ καταράσασθαι ἀσεβῆ τὸν σατανᾶν, αὐτὸς καταράται τὴν ψυχὴν αὐτοῦ·) sua auctoritate, se ingerere debet: id autem nescio quomodo hi, quos Petrus Iudasque notant *), conabantur, spiritualia omnia susque deque habentes. v. 12. Iud. v. 10. 19. Vide majestatem sanctorum, quibus potestas erit judicandi angelos. 1 Cor. VI. 3. v. Ad. *Sasbout* f. 472. 480.

¶ Τολμηταὶ, *audaces*) tametsi Michaël *non ausus est*. Iud. v. 9. Casus rectus mox habet verbum, *non contremiscunt*. Multi comma ponunt, Τολμηταὶ, αὐθάδεις· sed quin substantivum & adjectivum copulentur, causa nulla est. αὐθάδεια τολμαν *superbia audaciam* parit: *audaciam* mox notat Τὸ δ' τρέμυσι.

¶ δ' τρέμυσι, *non contremiscunt*) tametsi *robore & potentia* pusilli sint.

¶ βλασφημοῦντες, *blasphemantes*) *Blasphemia*, prius illorum crimen; cujus radix præmittitur, *audacia*, *superbia*. Sic alterum, *impuritas*, v. 14, cujus radix item præmittitur, *luxus*. v. 13.

11 ὅπου) *ubi*, pro *cum*. Particula elencho apta. 1 Cor. III. 3.

¶ ἄγγελοι, *angeli*) atque adeo archangelus. Quod Petrus, lectoribus vel jam notum vel nondum aperiendum, in mente habuit; id Iudas postea expressit. Vtriusque epistola, proprie parallela.

¶ ἰσχύι) *Robore* jus defenditur: & hæc ambo inter se conveniunt. Homines utrinque, pusilli; angeli, majores: Deus, optimus maximus.

¶ μείζονες, *majores*) Asteismus gravis, *majores* homunculis.

¶ δ' φέρυσι κατ' αὐτῶν, *non ferunt contra eas*) id est, *non inferunt dignitatibus &c.* Iud. l. c.

¶ παρὰ κυρίῳ) *apud Dominum*. Iudicem, eumque præsentem, reveriti, abstinent judicio.

¶ βλάσφημον) *Blasphemum* interdum est, quod tametsi vere, at non convenienti ratione dicitur in aliquem. Deo convenit judicium, non angelis.

12 ἄλογα ζῶα, *irrationalia animalia*) Hoc multum distat ab angelis. Ps. XLIX. 21.

¶ Φυσικὰ γεγεννημένα) *naturalia nata*, igno-

*) *Et quos* Gnosticorum e *numero fuisse*, *cel.* Michaëlis *monet*, *in der* Einleitung &c. *T. II. p. m. 1679 sq.* E. B.

ignobilia ex ipso suo ortu, & ex suo principio φυσικῶς, *naturaliter*, agentia, Iud. v. 10. naturali sensuum ductui obsequentia, in pastu &c. nec quicquam his superius, supernaturale, spirituale noscentia. sequitur, *in his quæ ignorant.*

¶ εἰς ἅλωσιν καὶ φθορὰν, *in capturam & corruptionem*) Antitheton ad homines, qui ad *libertatem & gloriam* cœlestem debebant contendere.

¶ βλασφημοῦντες, *blasphemantes*) Magna cautio in sermone esse debet.

¶ ἐν τῇ φθορᾷ αὐτῶν καταφθαρήσονται, *in corruptione sua plane corrumpentur*) *Pernicies* iniquitatis, justam habet mercedem, *plenam perniciem* miseriæ. Alia de re LXX, φθορᾷ καταφθαρήση. Ex. XVIII. 18.

13 κομιούμενοι) *auferentes* libenter.

¶ ἡδονὴν) *voluptatem* illam, quam homo summe debeat appetere. [*et quæ alia omnia continet.* V. g.]

¶ ἡγούμενοι, *ducentes*) Similis phrasis, c. III. 15.

¶ ἐν ἡμέρᾳ) *in die* aggparum præsenti quovis, secure; quicquid vecturus sit crastinus.

¶ σπῖλοι καὶ μῶμοι) *) *maculæ* per se; *dedecora*, alios ad ipsius ecclesiæ vituperationem irritantia. Vt *maculæ* nitidissima quæque pessime dehonestant; sic isti agapas vestras.

¶ ἐντρυφῶντες) *deliciantes* ita, ut sibi indulgeant, ceteris illudant. Verbum μέσον· idemque posuere, sequente ἐν, LXX. Es. LV. 2. LVII. 4.

¶ ἀπάταις) Iudas v. 12, ἐν ταῖς ἀγάπαις ὑμῶν· Petrus, ἐν ταῖς ἀπάταις αὐτῶν, gravi paragrammate utens. Observavit hoc Anonymus in MS. Catena, Millio laudatus: ἐ δὲ ΑΓΑΠΗΝ καὶ τὸ μεταλαβεῖν ἀλῶν, φησὶ, συνευωχῆνται ὑμῖν, ἀλλὰ διὰ τὸ καιρὸν εὑρίσκειν τῆς ὥρας γυναῖκας ΑΠΑΤΗΣ ἐπιτήδειον. Certe ad *agapas* Petrum alludere, apparet ex eo, quod & uterque addit, *convivantes;* & alter *deliciantes*, alter *se ipsos pascentes.*

¶ συνευωχούμενοι ὑμῖν) εὐωχία, epulum lautum, maxime sacrum. ἀπὸ τοῦ ἐν ἔχειν τὰς συνιόντας εἰς εὐφροσύνην τιμῇ τῷ θείᾳ, καὶ εἰς ἄνεσιν ἑαυτὰς καθίεναι. vid. Eust. fol. 281 ed. Rom.

14 μοιχαλίδος, *adulteræ*) Occupavit oculos eorum *adultera*, i. e. concupiscentia alliciens. Parallelum, *peccati.*

¶ δελεάζοντες, *pellicientes*) oculis illis, ad flagitia carnis.

¶ καρδίαν, *cor*) Præter *oculos* sit etiam *cordis* mentio. Ez. VI. 9.

¶ κατάρας, *maledictionis*) non *benedictionis* in Christo. 1 Petr. III. 9. *maledictio* maxime *avaritiam* sequitur. v. ff.

15 ἐξακολουθήσαντες τῇ ὁδῷ τοῦ βαλαὰμ, *secuti viam Balaam*) Vid. not. ad Iud. v. 8. ex Es. LVI.

¶ βοσὸρ, *Bosor*) Hoc, & *Beor*, synonyma. vid. Hill. onom. p. 700. 763. 774. Sigma pro ר per *Chaldaismum* a Petro apud Babylonios scriptum statuit Lightf. Hor. in Act. p. 270.

16 ὑποζύγιον ἄφωνον· προφήτου· *jumentum mutum: prophetæ*) Grave antitheton. Tanta Bileami fuit amentia, quæ ne elencho careret, asina fari debuit.

¶ ἄφωνον) *expers vocis*, humanæ.

17 οὗτοί εἰσι, *hi sunt*) A v. 10 ad 16 descriptus est character falsorum doctorum: nunc ipsa eorum ratio notatur, qua ad discipulos utuntur.

¶ πηγαὶ, *putei*) *Puteus* & *nubes* aquam pollicentur: sic illi ὑπερογκα *prægrandia* jactant, quasi lumina ecclesiæ. conf. v. 10. 19 init. sed hi *putei*, hæ *nubes*, nil præbent. *prægrandia* illa sunt *vanitatis.*

¶ νε-

*) *Bina vocabula uno*, Schandflecken, *in* Vers. germ. *expressit Auctor.* E. B.

¶ νεφέλαι, *) *nubes*) nebulones.

¶ ὅις, *quibus*) Non refertur hoc ad *putei, nubes*: sed ad *hi*. Definitio ponitur pro definito, ἀστέρες πλανῆται, *stellae erraticae*. coll. Iud. v. 13 not.

¶ ὁ ζόφος τοῦ σκότους) ζόφος est *horror algidus*, quem habet σκότος. conf. not. ad Hebr. XII. 18.

¶ τετήρηται, *servatus est*) Ideo maxime, quia tot animas auferunt. v. seq.

18 σαρκὸς ἀσελγείας) Σὰρξ ἀσελγείας est *caro impudicissima*. Multi pro ἀσελγείας scripsere ἀσελγείαις, plane proclivi post ἐπιθυμίαις calami in rhythmum lapsu.

¶ τοὺς ὀλίγως ἀποφεύγοντας τοὺς ἐν πλάνῃ ἀναστρεφομένους, *eos, qui parum aufugiebant a versantibus in errore*) τοὺς iteratum, non est appositio, sed ἀποφεύγοντας, coll. v. 20, regit illud τοὺς ἐν πλάνῃ ἀναστρεφομένους, ut notetur, quid effugerint: & hi ἀναστρεφόμενοι sunt vel iidem falsi doctores vel alii. Accusativus accusativum regens, uti Luc. XVIII. 9, ἐξουθενοῦντας τοὺς λοιπούς. Pro ὀλίγως, alii ὄντως. Pari proclivitate utrumvis pro altero arripuere librarii. Verbum compositum ἀποφεύγειν per se tantam vim habet, ut etiam citra adverbium ὄντως eos denotet, qui *revera effugiunt*, v. 20. c. I. 4. at ὀλίγως ei verbo adjectum, insigne quiddam superaddit. *Simul atque* eos, qui in errore versantur, effugerunt aliqui, hi miseri ab illis denuo capiuntur. Talis celeritas notatur versu 21 & 22, propter quam videlicet stultus manet stultus, Prov. XXVI. 11, canis canis, sus sus. In apparatu accidit mihi, ut minus, quam & margo textûs & rationes ferrent, lectioni ὀλίγως tribuerem.

19 ἐλευθερίαν, *libertatem*) ut nec diabolum reformident, nec carnem fastidiant.

¶ ᾧ γάρ τις ἥττηται) *cui enim aliquis se superandum permisit, victumque se praebuit.*

¶ τούτῳ καὶ δεδούλωται) 1 Sam. XVII. 9. Theocr. Idyll. 22, σὸς μὲν ἐγώ, σὺ δ' ἐμὸς κεκλήσεαι, ἔικε κρατήσω.

20 ἀποφυγόντες, *effugientes*) Hoc de iis, qui pelliciuntur, dicitur, uti v. 18. Atque hi pellicientium cladi implicantur. *superantur.*

¶ μιάσματα, *inquinamenta*) *corruptionem* ferentia.

¶ τούτοις) His, impuris.

¶ δὲ, *autem*) Antitheton inter duo participia.

¶ χείρονα, *deteriora*) Antitheton, *melius*, v. 21.

21 ἢ ἐπιγνῶσιν, *quam cognoscentibus*) Subaudi *est*, ex *erat*.

¶ παραδοθείσης, *tradito.*) Iud. v. 3.

22 δὲ, *autem*) Mirere, illos ita recedere; *sed* minus mirum. erant enim antea, & manent, canes & porci.

¶ παροιμίας) משלי LXX, παροιμίαι σολομῶντος. Prov. I. 1. Ibid. c. XXVI. 11, ὥσπερ κύων ὅταν ἐπιστραφῇ ἐπὶ τὸν ἑαυτοῦ ἔμετον, καὶ μισητὸς γένηται κτλ. Proverbia Salomonis saepe citarat Petrus, epistolae prioris capite I. 7. II. 17. IV. 8. 18. nunc citat in altera quoque. Addatur hoc ceteris de uno utriusque epistolae scriptore argumentis.

¶ ἐξέραμα, *egeriem*) Animantia, quae inter homines degunt, facilius ingluviem contrahunt, quam ferae. Rarum vocabulum, & jambici carminis vestigia notat Gatakerus:

Κύων ἐπιστρέψας ἐπ' ἴδιον ἐξέραμα
ὗς θ' ἡ λουσαμένη εἰς κύλισμα βορβόρου.

Quis non fastidiat *egeriem* peccati? cf. hic. Phil. 3, 1. n. et Matth. 23, 6.

CAP.

*) *Lectionem* καὶ ὁμίχλαι (& nebulae) *praefert* margo utriusque Ed., *suffragante* Vers. germ. E. B.

CAP. III.

1 Ἤδη, *jam*) Priorem igitur paullo ante scripserat. *) Epistolæ VII canonicæ ab apostolis fere ante decessum eorum scriptæ sunt. Dum in vita erant, minus opus esse statuerant.

¶ ἅις, *quibus*) Syllepsis. i. e. in qua, ut in priore.

¶ ἐν ὑπομνήσει, *in admonitione*) c. I. 12 s. Iam *scitis*, v. 3. tantum admonitione opus est. Iud. v. 5.

¶ εἰλικρινῆ, *sinceram*) nullo errore adulteratam.

2 προφητῶν, *prophetis*) Iud. v. 14.

¶ τῶν ἀποστόλων, ἡμῶν) Appositio, uti Act. X. 41. Alii, τῶν ἀποστόλων ὑμῶν, *apostolorum vestrorum*, inter vos hac ætate versantium; in antitheto ad prophetas veteres. conf. *apostolus gentium*, Rom. XI. 13.

¶ τ. κυρίου, *Domini*) Constr. cum *Apostolorum*.

3 πρῶτον, *primum*) Sic c. I. 20 not.

¶ γινώσκοντες, *scientes*) Casus rectus cohæret cum *memores esse*. conf. Act. XV. 23 not. *Norant* pii ex sermone apostolorum. Iud. v. 17 s.

¶ ἐλεύσονται) *venient*, majore numero & protervia. quo ipso veritatem hujus prædictionis ipsi confirmant.

¶ ἐμπαῖκται,**) *illusores*) Sic LXX, Es. III. 4. pro תעלולים qui gravissima levissime agunt, etiam ***) sine joco & risu. [*Toti in eo sunt, ut illudant, nullum praeterea placitorum fundamentum habentes.* V.g.]

p) ¶ ἐπιθυμίας, *concupiscentias*) Hæc origo erroris: radix Libertinismi.

4 ποῦ ἐστιν, *ubi est*) Putant, aut jam fieri debuisse, aut nunquam fore. Hac etiam mente dicunt, *omnia sic permanent.*

¶ ἡ ἐπαγγελία, *promissio*) Empæctæ sic appellant, non respectu sui, sed per mimesin, quia piis est optata *promissio.*

¶ αὐτοῦ, *Ejus*) Domini venientis, quem appellare dedignantur.

¶ ἀφ' ἧς, *ex qua*) scil. ἡμέρας, *die.*

¶ οἱ πατέρες, *patres*) qui promissione nitebantur.

¶ πάντα, *omnia*) cœlum, aqua, terra.

¶ οὕτω, *sic*) Adverbium prægnans. i. e. sic permanent, ut permanent.

¶ ἀπ' ἀρχῆς κτίσεως, *ab initio creaturae*) Illud saltem hi empæctæ confitentur, mundum non esse ab æterno.

5 λανθάνει γὰρ, *latet enim*) Causa, cur ita dicant. Antitheton, *ne lateat.* v. 8.

¶ τοῦτο, *hoc*) Nominativus.

¶ θέλοντας, *volentes*) Voluntaria ignorantia. Petulanter negligunt considerationem diluvii.

¶ οὐρανοὶ-γῆ, *coeli terra*) Cœli & terra ante diluvium non ad substantiam, sed tamen ad qualitatem multo erant aliter, atque nunc.

¶ ἦσαν ἔκπαλαι) *fuerant*, *olim*, perinde ut nunc. Æque incredibile, inquit Petrus, videri potuit diluvium, atque interitus mundi per ignem: & tamen illud evenit; & hoc eveniet. Quomodo empæctæ argumentabantur contra finem mundi per ignem, sic potuissent homines

*) *Vtramque vero paullo ante obitum, coll. c. I. 13. 14. 15. Idem sentit cel.* Michaëlis, *in der* Einl. *T. II. p. m. 1632.* E. B.

**) *Plenior lectio* ἐν ἐμπαιγμονῇ ἐμπαῖκται *& in margine* utriusque Ed. *praefertur*, *& in* Vers. germ., *quae habet* lauter Spœtter, *vel potius (ut in* marg. *Vers. germ. legitur)* Erz-Spœtter. E. B.

***) *Nostra tamen aetate perquam grata sunt, quae scribuntur* mit Laune. E. B.

p) καὶ ἰδίας-πορευόμενοι, *secundum proprias-ambulantes*] Exactissima hæc perditi hominis descriptio est, ut, quicquid libuerit, agat, neque ulla DEI reuerentia refrenetur. *V.g.*

nes ante diluvium argumentari contra diluvium. Sed ut horum argumentum, teste eventu, inane erat: sic illorum quoque. Instantia de diluvio infringit το *sic* empæctarum. Plusquamperfectum respicit a tempore diluvii ad tempus creationis: eoque refertur etiam *tunc*, v. 6.

¶ ἐξ ὕδατος καὶ δι ὕδατος, *ex aqua & per aquam*) Gradatio. aqua terram texerat: *ex* aquis terra emersit; & aqua *inserviit*, ut terra consisteret, sicut Creator eam formavit & collocavit. Aqua ceteroqui levior est, & terra inferiores partes petit, usque eo, ut omnis aqua, in linea recta a superficie ad centrum orbis hujus sive rotundi systematis, terram semper sub se habeat: sed in ipsa superficie terra passim supra aquas plus minusve eminet; & vel hunc aqua locum quasi invita, & potentissimo jussu divino coacta, terræ concessit & reliquit. Ex. XX. 4. Ps. XXIV. 2. CIV. 5-8. CXXXVI. 6. Iob XXXVIII. 10 s. 4 Ezr. XVI. 59.

¶ συνεστῶσα, *consistens*) sc. *erat*. Notatur compages, & diuturnitas. & sic *consistens* respondet τῷ *olim*. Hoc participium (Anglis ambiguum, *standing*,) Thomas Burnetius non modo ad *terram*, sed etiam ad *coelos* refert, lib. II theor. tellur. c. 5. Quo errore animadverso, multa, quæ Burnetius ei superstruit, vitaveris.

¶ τῷ τοῦ θεοῦ λόγῳ, *Dei verbo*) Gen. I. 6. 9. Constr. cum *erant* expresso & *erat* subaudito. Verbo Dei definitur duratio rerum omnium, ut nec longior illa nec brevior esse queat.

6 δι ὧν, *per quae*) per cœlos & terram; unde aqua confluxit.

¶ ὁ τότε κόσμος, qui *tum* erat *mundus*) id est, genus humanum: neque enim ἀπώλεια *interitus* coelo & terræ, ut Burnetius accipit, adscribitur hoc loco. conf. v. 7 fin. & v. 10 seqq. Fuit universalis cataclysmus.

¶ ἀπώλετο, *periit*) Sequitur epitasis: *judicii & perditionis*. v. 7. Respondet illud, *peribunt, judicabuntur*. Rom. II. 12. Ante diluvium dixit Deus: *Non judicabit Spiritus meus in hominem in aeternum*. Gen. VI. 3. Reservatum est judicium diei novissimo.

7 οἱ δὲ νῦν οὐρανοὶ, *qui autem nunc sunt coeli*) Iidem cœli sunt eademque terra, atque olim; (quanquam non levem videntur in diluvio mutationem subisse:) sed empæctæ perinde loquuntur, ac si plane non essent eadem. Horum sensum exprimit apostolus. δὲ *autem* facit antitheton: *aqua*, &, *igni*. Ignis confutabit empæctas. Hic quoque versus pendet a *quod* v. 5.

¶ τῷ αὐτῷ) Raro ponitur articulus ante αὐτός. *) sed sic ponitur Hebr. II. 4. Iac. I. 18.

¶ τεθησαυρισμένοι, *repositi*) Itaque cœli & terra non senescunt citius.

¶ πυρὶ, *igni*) Dativus. Cogitentur phænomena ignea, quæ nostra ætate ex alto æthere sæpius promicant.

¶ τῶν ἀσεβῶν, *impiorum*) horum ipsorum, & reliquorum. *Matth.* 25, 41. n.

8 ἓν δὲ τοῦτο) *unum vero hoc*, quod scilicet ad hanc rem attinet. Hoc unum ad *docendum* pertinet in hac epistola, ceteroqui monente, non docente.

¶ μὴ λανθανέτω) *nolite* committere, ut vos *lateat*.

¶ ὑμᾶς, *vos*) Antitheton, *illos*, v. 5. Empæctis non tam copiose respondet, quam fideles docet.

¶ μία ἡμέρα παρὰ Κυρίῳ ὡς χίλια ἔτη, καὶ χίλια ἔτη ὡς ἡμέρα μία) Ps. XC. 4. LXX, ὅτι χίλια ἔτη ἐν ὀφθαλμοῖς σου, κύριε, ὡς ἡμέρα ἡ ἐχθὲς ἥτις διῆλθε, καὶ φυλακὴ ἐν νυκτὶ

*) *Attamen lectio* αὐτῷ, *per marginem* Ed. maj. *ad non probandas relata, in margine* Ed. 2 *aequiparatur lectioni* αὐτῇ, & Vers. germ. *habet*: durch eben das Wort. E.B.

νυκτί. Antecedentia hanc vim habent: Perfugium noſtrum Tu es, æterne Deus, non nos ipſi caduci homunciones. Ratio: *nam mille anni* &c. Moſes æternitatem Dei aliquanto magis abſolute deſcribit: Petrus, cum relatione ad diem noviſſimum & ad homines eum ſpectantes: ut & notetur ipſa æternitas, qua omnem temporis menſuram admirabiliter in eſſendo & in operando excedit; & connotetur ſcientia divina, cui omnia futura coram ſunt; & Potentia, quæ non longis eget moris ad ſuum opus perficiendum; Longanimitasque, a qua omnis abeſt impatientia exſpectationis & cupiditas feſtinationis. *Apud Dominum unus dies eſt inſtar mille annorum:* (hoc Petrus addit ad Moſis dictum:) i. e. In uno die, in uno puncto, æque beatus eſt, atque in mille annis & omni ævo: in uno die operari Ille poteſt opus millennii. unde verſu ſeq. infertur: *non tardat:* ſemper Ei integrum eſt, *promiſſionem* ſuam implere. *Et mille anni inſtar unius diei ſunt:* (ſic Petrus, dum hoc commate ad prius aſſonat, & utrumque ad rem propoſitam accommodat, verba Moſis appoſite variat:) i. e. nulla mora Deo longa accidit. ut homini valde pecunioſo mille aurei ſunt inſtar aſſis unius; ſic Deo æterno mille anni inſtar unius diei. unde verſu ſeq. infertur: *ſed longanimis eſt*, pœnitentiæ ſpatium ſine, ſua moleſtia dat nobis. conf. Sir. XVIII. 10. 11. Summa: Dei *œconologium* (ſic appellare liceat) differt ab *horologio* mortalium. Illius gnomon omnes horas ſimul indicat in ſumma actione & in ſumma quiete. Ei nec tardius nec celerius labuntur tempora, quam Ipſi & œconomiæ ejus aptum eſt. Nulla cauſa eſt, cur finem rerum aut protelare aut accelerare neceſſum habeat. Qui hoc comprehendemus? ſi comprehendere poſſemus, non opus foret a Moſe & Petro addi, *apud Dominum.*

9 ὁ βραδύνει) *non moratur*, ac ſi jam tempus fuerit adventus promiſſi. Hebr. X. 37 not. Sic Sir. XXXV. 22, καὶ κρινεῖ δικαίως (ὁ Ὑψιστος) καὶ ποιήσει κρίσιν, καὶ ὁ κύριος οὐ μὴ βραδύνῃ, οὐδὲ μὴ μακροθυμήσῃ ἐπ' αὐτοῖς κτλ. Valde congruit hic Siracidæ locus & locus epiſtolæ Petri.

¶ τῆς ἐπαγγελίας, *promiſſionis*) ſcil. ἕνεκα, *cauſa*. Implebitur promiſſio, v. 13, quicquid empæctæ garriant. v. 4.

¶ μακροθυμεῖ, *longanimis eſt*) Ideo differt, dum plenus erit ſalvandorum numerus. v. 15.

¶ τινὰς, *aliquos*) ne eos quidem, qui modo *aliqui* dicti ſunt.

¶ ἀπολέσθαι, *perire*) Id fieret, niſi pœnitentiæ ſpatium daret. Conf. IV Ezr. VIII. 59.

¶ χωρῆσαι) *confugere.*

10 ἥξει) *aderit.* *)

¶ οἱ οὐρανοὶ, *coeli*) quos empæctæ ſic manſuros dictitant. v. 4.

¶ ῥοιζηδὸν) Vocabulum ῥοῖζος habet literas, ſtridorem referentes ſagittæ, aquæ &c.

¶ στοιχεῖα, *elementa*) i. e. *quae in coelis ſunt opera*, coll. verbis mox ſeqq. Sol, luna, ſtellæ, ſæpe dicuntur στοιχεῖα a Theophilo Antiocheno p. 22. 148. 228, & ab aliis, quos ad eum contulit Wolfius, quosque Suicerus notavit, & Menagius ad Diogenem Laërt. l. VI. § 102. *elementa*, ab Hieronymo. Vt in creatione, ſic in fine mundi ſol, luna, ſtellæ inprimis memorari ſolent; Matth. XXIV. 29: & aliquo hypotypoſeos Petrinæ loco utique continentur, maximeque *elementorum* vocabulo, præ *igne*, *aëre*, *aqua*, *terra*. Nam *terram* Petrus ſeorſum memorat, ſub ea *aquam*,

*) *Ineptiſſime* Wetſtenium *de aduentu ad* vaſtandam Vrbem *hæc omnia interpretatum eſſe, pluribus demonſtrat ill.* Michaëlis, *in der* Einleit. &c. *T. II. p. m. 1676 ſq.* E.B.

aquam, vel etiam *aërem*, (quem tamen Scriptura de rerum natura loquens vix appellat,) complectens: *ignis* erit ipse, quo elementa liquescent. Idem vocabulum, Sap. VII. 17. Metaphora elegantissima. nam quod litera est in membrana, id in cœlo astrum est.

¶ ἔργα, *opera*) naturæ & artis.

11 λυομένων, *cum solvantur*) Præsens: quasi id jam fiat. sic v. 12, τήκεται, *liquescunt*. Quarto hexaëmeri die etiam astra facta sunt. Gen. I. 16. Eadem solventur, cum terra. Falluntur, qui historiam creationis & descriptionem interitus tantummodo ad tellurem & ad regionem cœli, telluri viciniorem, restringunt; stellas autem terra antiquiores & terræ superstites fingunt. Non uni cœlo, quod terram ambit, sed *coelis*, & solutio & novitas adscribuntur, v. 10. 13.

¶ δεῖ, *oportet*) Hoc est illud *praeceptum*, v. 2. Alii distinguunt - ὑμᾶς; - ἐυσεβείαις προσδοκῶντας -.

¶ ἀναστροφαῖς, *conversationibus*) circa res humanas.

¶ ἐυσεβείαις, *pietatibus*) circa res divinas.

12 τὴν παρουσίαν, *adventum*) Hoc pendet ab *exspectantes & accelerantes* conjunctim: *quum vota faciatis pro celeri adventu*. qui desiderio urgetur, rem ipsam, si possit, urget ad festinandum. σπεύδω cum accusativo, LXX, Esth. V. 5. Es. XVI. 5. Participio includitur ætiologia, uti v. 14.

¶ τοῦ θεοῦ, *Dei*) Rara locutio, *dies Dei*. Pro *diei Dei*, interpres Latinus, aut librarius valde antiquus, *diei Domini*, commodioris fortasse pronunciationis gratia, posuit. Id secuti sunt codices quidam Græci passim latinizantes. Vicissim unus cod. Latinus in margine Lovan. habet *diei Dei*. Multas dierum myriadas *hominibus* concedit Deus: unus, novissimus, est *Dei* ipsius magnus dies.

¶ δι' ἣν, *propter quem*) scil. *adventum*. χιασμὸς quatuor partium: *quales - exspectantes - propter quem - novos vero*. prima deducitur ex tertia; secunda, ex quarta.

¶ πυρούμενοι καυσούμενα) Πυροῦσθαι aliàs magis competit sicco: καυσοῦσθαι, humido corpori.

13 καινὸς, *novos*) Magnum mysterium, *novi coeli & nova terra*. Est aliquid extra Deum & extra hominem.

¶ ἐπάγγελμα, *promissum*) v. 4.

¶ ἐν οἷς δικαιοσύνη κατοικεῖ, *in quibus justitia habitat*) Idcirco non veterascent. Absoluta tum exstabit boni & mali separatio. Matth. III. 12. XIII. 30. *Iusti* esse debent etiam incolæ. v. 11. coll. v. 6 f. In novo mundo (qui cœlum & terram complectitur) habitat justitia. Vnum totum est novus mundus: in eo habitat justitia. Pars ea, quam infecerat injustitia, erit liberata.

14 προσδοκῶντες, *exspectantes*) cum tremore & gaudio. Late patet hujus verbi vis.

¶ αὐτῷ, *Ei*) Deo.

15 σωτηρίαν ἡγεῖσθε, *salutem ducite*) quamvis empæctæ isti *tarditatem ducunt*. v. 9.

¶ καθὼς, *sicut*) Hoc refertur ad totam tractationem hactenus progressam. Conf. περὶ τούτων, *de his*, v. 16. *)

¶ ὁ ἀγαπητὸς ἡμῶν ἀδελφὸς, *dilectus noster frater*) Paulus Petrum non laudavit: Petrus Paulum laudat, ostendens, se ei non esse infensum, **) quamvis aliquando ab illo reprehensus & in opere Domini longe supe-

*) *Itaque opus non est, ut de Pauli quadam epistola ad ecclesias Asiæ minoris data, eâque postmodum amissa, sermonem h. l. esse suspicemur.* E. B.

**) Nominatim h. l. sapientiam Paulo ad scribendum datam suo testimonio confirmat Petrus, ne ob-

ſuperatus eſſet. de Pauli *amore* erga Petrum nil dubii eſſe poterat.

¶ ὑμῖν, *vobis*) Hebræis. *) Innuit, eo minus opus eſſe, ut ipſe pluribus verbis ſcribat; Paulique epiſtolam approbat. Scripſerat autem Paulus in hanc ſententiam, de conſummatione ſeculi inſtante, Hebr. I. 1. IX. 26. X. 25. 37, & ſic in ceteris epiſtolis.

16 ἐν πάσαις, *in omnibus*) Petrus hanc epiſtolam proxime ante ſuum & Pauli martyrium ſcripſit. Ergo Paulus epiſtolas ſuas, fere omnes, multo ante ſcripſerat, etiam epiſtolam ad hos, quibus ſcribit Petrus. Cunctas igitur Pauli epiſtolas legit Petrus, ab ipſo fortaſſe Paulo ad illum miſſas: neque indigne tulit, quæ de Petro ſcripſerat Paulus ad Gal. cap. II. Quis dubitet, quin Pauli epiſtolæ mature in unum corpus redactæ ſint?

¶ περὶ τούτων) *de his* rebus: de adventu Domini, per longanimitatem dilato, ſed tamen propinquo & repentino, quæque in illo & ante illum evenient. Cum Paulus diem Domini videretur diutius differre, quam ceteri apoſtoli: erant, qui adventum ipſum aut dubium facerent aut negarent.

¶ ἐν ὅις, *in quibus*) ſcil. rebus.

¶ δυσνόητα, *difficilia intellectu*) Aliud eſt difficile, aliud impoſſibile intellectu.

¶ τινα) *quaedam*, non omnia.

¶ ἃ) *quae*, *quas res*, adeoque etiam Pauli *ſcripta*. Reſpondet mox *ſcripturas*, adeoque etiam res in iis commemoratas. Altero alterum connotatur.

¶ ὁι ἀμαθεῖς, *indociles*) doctrinæ cœleſtis expertes.

¶ στρεβλοῦσιν) *diſtorquent*, cum illa in ſe recta ſint. Exemplum, 2 Tim. II. 18.

¶ τὰς λοιπὰς γραφὰς, *ceteras ſcripturas*) Pauli igitur epiſtolæ jam pars *ſcripturarum*. conf. *ſcripſit*, v. 15.

¶ πρὸς) *ad:* ut videantur *ad* ſenſum perverſorum perditum congruere.

¶ ἰδίαν, *propriam*) ſine Pauli noxa.

¶ ἀπώλειαν, *perniciem*) c. II. 1.

17 ὑμεῖς) *vos*, aliorum damno admoniti.

¶ προγινώσκοντες) *ante ſcientes* periculum.

¶ στηριγμοῦ, *munimento*) Conf. v. 16. c. I. 12. Hoc *munimentum* eſt Gratia. coll. Iud. v. 21.

18 αὐξάνετε, *creſcite*) eo magis, quo magis iſti decreſcunt.

q) ¶ ἡμέραν αἰῶνος, *diem aeternitatis*) Congruit hæc appellatio cum eo ſenſu, quem apoſtolus hoc toto capite habuit. *Æternitas* eſt *dies*, ſine nocte, merus ac perpetuus.

trectatores Pauli, quorum compertum habemus magnam multitudinem fuiſſe, diſſimularent, quæ 1 Petr. V. 12 de ejus doctrina ſine nomine clare ſatis teſtatus fuerat. Scribit enim ad Eccleſias maximam partem a Paulo fundatas, & per ſuas epiſtolas ſpeciatim inuidiam aduerſus Paulum, cui maleuoli præferebant & opponebant Petrum, videtur comprimere voluiſſe. *Hæc S. R. D.* Cruſius, *Hypomnn. T. I. p. 91.* E. B.

*) *eo ſcil. ſignificatu ſumtis, quem Gnomonis* Auctor *ineunte Ep. ad Hebr. curatius determinauit.* E. B.

q) ἐν χάριτι καὶ γνώσει, *in gratia & cognitione*] c. I. 3. 8. *V. g.*

IN

IN EPISTOLAM PRIMAM IOHANNIS.

CAPVT I.

1 Ὃ ἦν, *quod erat*) Epistolam [*augustissimo exordio ornatam*, V. g.] scribit Iohannes simpliciter, sine inscriptione & conclusione. Non videtur peregre missse, *) sed coram impertiisse auditoribus. v. 4. coll. 2 Ioh. v. 12 fin. *Quod erat a principio*, ait, pro *qui*, c. II. 13; quia mox *quod* recurrit. Amat apostolus, de Deo & Christo loquens, antonomasian, *Ipse*, *Ille*, *Sanctus*, *Verus*, & periphrasin, *qui* est *a principio*, &c. Primo commate denotat λόγον *Verbum* ipsum; deinde ea, quæ de illo audiverunt.

¶ ἦν) *erat*, etiam antequam *manifestatum est*. *erat*, apud Patrem. v. 2.

¶ ἀπ' ἀρχῆς, *a principio*) Locutio ἀπ' ἀρχῆς, *a principio*, in hac epistola frequens, non uno eodemque modo accipi, sed ex præsenti quolibet loco declarari debet. c. II. 7. 13 s. III. 8. Hoc primo epistolæ loco, *a principio*, complectitur statum Verbi vitæ totum, *apud Patrem*, v. 2, qui status ejus manifestationem antecessit. conf. *in principio* Ioh. I. 1 not. Quare non est inconveniens orationis saltus.

¶ ὃ ἀκηκόαμεν, *quod audivimus*) Sensus disciplinæ, *auditus*, primo loco ponitur: sequitur, per gradationem, *visus*. Vtrumque reassumitur versu 3, ubi *inquam* subaudiri potest. Tantam prædicat Iohannes evidentiam hujus *manifestationis*, ut non jam necesse sit prophetas allegare. conf. 2 Petr. I. 19 not. Loquitur plurali numero, nomine suo & aliorum *patrum*. c. II. 13. Videtur eo tempore scripsisse, quo multi remanebant patres in vita.

¶ ἐθεασάμεθα) *contemplati sumus*, plurimum.

¶ περὶ, *de*) Perceperunt veritatem carnis, & unigeniti gloriam in ea. hanc denotat τὸ *erat*, illam τὸ *manifestata est*.

¶ τοῦ λόγου τῆς ζωῆς, *Verbo vitae*) ὁ λόγος *Verbum* dicitur simpliciter, & *Vita* simpliciter; unde Appositio, *Verbum Vitatum*, *Verbum vitae*; *Verbum*, *in quo vita erat*; Ioh. I. 4. &, *Vita*, scil. *aeterna*; &, *vita aeterna*. v. 2. Sic appellatio illa, *Deus gloriae*, absolutam *Dei* appellationem includit.

2 ἐφανερώθη, *manifestata est*) in oculos, aures, manus se dedit, in carne. Ioh. I. 14. Idem verbum, de adventu glorioso, cap. II. 28.

¶ καὶ μαρτυροῦμεν καὶ ἀπαγγέλλομεν, *& testamur & annunciamus*) *Testimonium*, genus: species duæ, *annunciatio & scriptio*, v. 3. 4. *Annunciatio* ponit fundamentum, v. 5 - 10: *scriptio* superædificat, v. 4 not.

¶ ὑμῖν, *vobis*) qui non vidistis.

¶ τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον, *Vitam aeternam*) Ineunte epistola commemoratur *Vita aeterna*, quæ semper erat, & postmodum nobis apparuit: in fine epistolæ commemoratur eadem *Vita aeterna*, qua semper fruemur. Hæc una appellatio docet, summam

*) *Conf. cel.* Michaëlis, *in der* Einl, *T. II. p. m. 1738.* E. B.

mam Iesu *Bonitatem* non negari Marc. X. 18 not.

¶ ἦν, *erat*) Epanodos, coll. v. 1 init.

¶ πρὸς τὸν πατέρα, *apud Patrem*) Ioh. I. 1, *apud Deum.*

3 ἀκηκόαμεν, *audivimus*) Hoc jam post visum ponitur, quia ex auditu est annunciatio maxime.

¶ κοινωνίαν μεθ' ἡμῶν, *communionem-nobiscum*) eandem, quam nos, *qui vidimus.*

¶ κοινωνία) scil. ἐστί. *Communio*, ut ipse sit noster; Ille in nobis, nos in illo.

¶ μετὰ τοῦ πατρὸς, *cum Patre*) qui Filium misit. [*v. 4-10.*]

¶ μετὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, *cum Filio ejus*) quem Pater misit. [*c. II. 1 sq.*] De Spiritu sancto, vid. c. III. 24 not.

4 ταῦτα, *haec*) A singulari emphatico ad pluralem venit, commodioris sermonis causa. *haec*, non alia: 2 Cor. I. 13. nedum minora & leviora, ut traditionum defensores perhibent.

¶ γράφομεν ὑμῖν, *scribimus vobis*) Huic praesenti respondet praeteritum, *scripsi.* c. V. 13. conf. cap. II. 1. 12 seqq. *Scriptio* valde confirmat.

¶ ἵνα, *ut*) Gaudium plenum, ex plena & cumulata confirmatione animi in fide & amore. Huc maxime facit *annunciatio* & *scriptio* conjunctim. conf. 2 Ioh. v. 12.

¶ χαρὰ, *gaudium*) Sic quoque Iohannes in evangelio, c. XV. 11. XVI. 22. Est gaudium fidei, gaudium amoris, gaudium spei. Hoc loco primum notatur gaudium fidei; estque locutio concisa, *gaudium vestrum*, i. e. fides vestra, & inde nascens gaudium: notatur vero inde etiam gaudium amoris ac spei.

5 ἡ ἀγγελία) c. III. 11. *Annunciatio*, quod ad ipsam summam attinet. Iohannes neque in evangelio, neque in epistolis *evangelium* appellat, sed *testimonium*, *verbum*, *veritatem*, & hîc, proximo sono, ἀγγελίαν, *annunciationem.* Quae in ore Christi fuit ἀγγελία, eam apostoli ἀναγγέλλουσι· nam ἀγγελίαν, *annunciationem*, ab ipso acceptam *reddunt* & propagant. *Sermo* dicitur cap. II. 7.

¶ ἀπ' αὐτοῦ, *ab Illo*) a Filio Dei. Ioh. I. 18.

¶ φῶς) *Lux*, sapientiae, amoris, gloriae. *) Quod oculo naturali est lux, id oculo spirituali est Deus. Vt hîc Deum Lucem dicit: sic c. II. 8 Christum Lucem dicit. (al. veritatis primitiae cujus et auctor.

¶ σκοτία, *tenebrae*) Harum ratio patet ex opposito. (al. ab omni errore periculo immunis est.

6 ἐὰν εἴπωμεν, *si dicamus*) *Dicere*, secus ac res est, fraus est. v. 8. 10. sic, *dicens*, c. II. 4. 9. *si quis dicat*, c. IV. 20. *Dicere* est persuadere sibi & aliis, cogitare, prae se ferre, assimulare.

¶ κοινωνίαν, *communionem*) v. 3.

¶ ἐν τῷ σκότει, *in tenebris*) Conf. c. II. 8 ff.

¶ περιπατῶμεν, *ambulemus*) actione interna & externa, quoquo nos vertimus.

¶ ψευδόμεθα, *mentimur*) Similis locutio, c. II. 4.

¶ οὐ ποιοῦμεν τὴν ἀλήθειαν, *non facimus veritatem*) i. e. veritas non *facto* ipso nostro apud nos locum habet.

7 ὡς, *sicut*) Imitatio Dei, criterium communionis cum Illo.

¶ αὐτὸς) *Ipse*, Deus. Sic saepe Hebraei, הוּא *Ille* i. e. Deus. Sic, αὐτος, 1 Macc. III. 22.

¶ ἐστιν, *est*) Id verbum penitius & Deo dignius est, quam *ambulare.*

¶ κοινωνίαν ἔχομεν, *communionem habemus*)

*) Gnosticos *hîc pungi, qui in Iudaeorum, adeoque & Christianorum Deo, mundi Creatore, vel meras tenebras, vel tenebrarum certe cum luce* mixtionem *finxerint*, cel. Michaëlis *monet*, *in der* Einleitung &c. *T. II. p. m. 1752 sqq.* E. B.

mus) i. e. tum vere dicimus, nos communionem habere. hanc enim certo & ſtatim ſequitur ambulatio in luce.

¶ μετ' ἀλλήλων) *mutuam*, inter nos & vos. v. 3. nam ἀλλήλων, *invicem*, de Deo & hominibus, non videtur digne dici, coll. Ioh. XX. 17. Eſt autem locutio conciſa: v. 6, *cum Illo*, ſubaudi ex v. 7, *& inter nos*; v. 7, *inter nos*, ſubaudi ex v. 6, *cum Illo*. conf. Ioh. XIV. 10 not.

¶ καὶ τὸ αἷμα, *& ſanguis*) Deſcribitur communio cum Filio Dei. Conf. de *Sanguine*, c. V. 6. Ioh. VI. 53 ff. Ap. I. 5.

¶ καθαρίζει ἡμᾶς, *purificat nos*) per remiſſionem & ablationem. conf. v. 9.

¶ πάσης, *omni*) originali, actuali.

8 ἁμαρτίαν, *peccatum*) Opponuntur inter ſe, qui dicunt, *Non habemus peccatum*; & qui *peccata ſua* (plurale) *confitentur*. Sermo igitur eſt de actualibus peccatis, ex originali manantibus. Prout quisque minus aut plus contraxit, ita minus aut plus confiteri neceſſum habet, Prov. XXVIII. 13, idque vel de præterito, v. 10, vel de præſenti, v. 8. Iohannes ſermonibus ſuis omnes, ad quos *annunciatio* illa pervenit, & bonos & malos, pro ſuo quoſvis modulo, complectitur. Erant autem jam tum, qui peccatum, adeoque etiam gratiam, extenuarent.

¶ ἡ ἀλήθεια, *veritas*) Sæpe Iohannes *veritatis* notione *fidem* ſimul complectitur. c. II. 4. אמת & אמונה conjugata.

¶ οὐκ ἔστιν ἐν ἡμῖν, *non eſt in nobis*) non in corde, neque adeo in ore. Vitium eſt *in nobis*, noſtrum: Dei eſt gloria. v. 9.

9 ἐὰν ὁμολογῶμεν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, *ſi confiteamur peccata noſtra*) Ponitur hic verſus inter duo antitheta, uti c. II, verſus 10. Eſt enim antitheton, dicere: *peccatum non habeo*, &, *non peccavi*. v. 8. 10. illud, de *reatu* peccati *adhuc* manente; hoc, de *actu commiſſo*. illo, *decipimus nos ipſos*; hoc, *mendacem facimus Illum*. Optimum conſilium, *confiteri*, erga Deum, nos peccatores reos agentem: v. 10. & hujus confeſſionis neceſſitas hîc aſſeritur univerſalis, ut Iohannes non ſolum dicat, ſi peccaverimus, confitendum eſſe; ſed omnes habere quod dicant, *peccatum habeo*, &, *peccavi*, idque confiteri debere, quanquam vario gradu. Alias non egeremus purificatione per ſanguinem Ieſu Chriſti.

¶ πιστὸς, *fidelis*) Omnia præſtat, quæ nobis de Deo bono pollicemur.

¶ ἐστι, *eſt*) ita ut nos id experiamur, nec mendacem faciamus illum.

¶ καὶ δίκαιος, *& juſtus*) ut peccatori parcat, peccata aboleat. Sic quoque Ieſus Chriſtus dicitur *Iuſtus*. c. II. 1.

¶ ἀφῇ, *remittat*) dum reatum tollit.

¶ καθαρίσῃ, *purificet*) ut poſthac non peccemus.

10 ψεύστην ποιοῦμεν αὐτὸν, *mendacem facimus eum*) Deus dicit: *peccaſti*. id negare, nefandum eſt. Conf. c. V. 10.

¶ ὁ λόγος αὐτοῦ, *verbum ejus*) verum. v. 8. Verbum nos vere accuſat, & contradicendo arcetur a corde.

¶ ἐν ἡμῖν, *in nobis*) adeoque nos ſumus *mendaces*. c. II. 4.

CAP. II.

1 Τεκνία μου, *filioli mei*) Diminutivum, amoris cauſa. Nunc primum eos appellat, quibus ſcribit.

¶ ταῦτα) *haec*, quæ ſequuntur.

¶ ἵνα μὴ ἁμάρτητε, *ut ne peccetis*) μὴ, *ne*, cum accentu pronunciandum. Præmunit animos, ne ſermone de reconciliatione abutantur ad licentiam peccandi. Eſt hoc loco προθεραπεία· & ſimilis ἐπιθεραπεία, c. V. 18 not. Omnia inſtituta, verba, judicia divina, tendunt contra peccatum, aut utne fiat, aut ut aboleatur.

¶ ἐάν τις ἁμάρτῃ, *ſi quis peccet*) & fiduciam pro ſe ipſo rogandi, de qua vide Ioh. XVI. 26, amittat.

¶ παράκλητον, *advocatum*) qui causam nostram agit, ne *Pater* amorem a nobis avertat.

¶ δίκαιον, *justum*) v. 29. Iesus Christus, apud Patrem, in dextera ejus, maxime ex accessu ad illum, peracto sacrificio pro peccatis, *Justus* appellatur. Ioh. XVI. 10. Ejus *justitia* tollit *peccatum* nostrum: ipsa non imminuitur ex eo, quod Paracletus est pro peccantibus. Es. LIII. 11 f.

2 αὐτὸς, *Ipse*) Hoc facit epitasin. *paracletus* valentissimus, quia ipse *propitiatio*.

¶ ἱλασμός ἐστι, *propitiatio est*) Verbum ἱλασμὸς & ἐξιλασμὸς apud LXX frequens: notat *sacrificium propitians*. c. IV. 10. conf. 2 Cor. V. 21. Id ipse Salvator est. Ergo offensa fuerat inter Deum & peccatores.

¶ ἡμῶν, *nostris*) fidelium. Non refertur hoc ad Iudæos; neque enim ad Iudæos scribit. c. V. 21.

¶ περὶ ὅλου) *de* peccatis *totius mundi*. Si tantum *mundi* dixisset, uti c. IV. 14, *totius* subaudiendum esset: nunc, *totius* expresso, quis restringere audet? c. V. 19. Quam late patet peccatum, tam late *propitiatio*.

3 ἐν τούτῳ γινώσκομεν, *in hoc cognoscimus*) i. e. Ita demum vera *cognitio* est in nobis. Novimus, nos nosse: cognitio reflexa. Sæpe in hac epistola dantur gnorismata spiritualia. *manifesti: novimus*. c. III. 10. 14. 19. Redarguuntur *) *Gnostici*, qui jactabant scientiam, obedientiam abjiciebant.

¶ ὅτι ἐγνώκαμεν αὐτὸν) *nos eum habere cognitum*, ut est *paracletus*, *justus*, *propitiatio*. sic v. 4. 13. 14. Es. l. c.

¶ ἐντολὰς, *praecepta*) de fide & amore.

¶ τηρῶμεν, *servemus*) Ioh. VIII. 51 not.

5 αὐτοῦ τὸν λόγον, *ejus verbum*) verbum Iesu Christi, de Patre. c. I. 5. *Praecepta* multa: unum *verbum*.

¶ ἀληθῶς, *vere*) Non est mendacium aut vana jactantia. Adverbium hoc magnam ineunte commate vim habet.

¶ ἡ ἀγάπη τοῦ θεοῦ) *amor Dei*, erga hominem, per Christum nobis reconciliatus.

¶ τετελείωται, *perfectus est*) perfectum regimen nactus, & perfecte cognitus est. c. IV. 12.

¶ ἐν τούτῳ, *in hoc*) Refertur ad præcedentia, *quicunque autem servat*: uti c. IV. 6, *ex hoc*.

¶ ἐν αὐτῷ ἐσμεν, *in ipso sumus*) Synonyma, cum gradatione: *Illum nosse: in Illo esse: in Illo manere*. v. 6. Cognitio: communio: constantia.

6 μένειν, *manere*) Frequens hoc verbum, capp. II. III. IV. Innuit statum durabilem, sine intermissione, sine fine.

¶ ὀφείλει) *debet*, vi exempli illius divini. sic, *debemus*, c. III. 16. IV. 11.

¶ καθὼς ἐκεῖνος, *sicut Ille*) *Ille*, quem quondam vidimus. Sic, *sicut ille*, &c. c. III. 3. 5. 7. 16. IV. 17. Nomen facile supplent credentes, plenum pectus habentes memoria Domini.

¶ περιεπάτησε, *ambulavit*) dum in mundo erat.

7 ἀπ' ἀρχῆς) *a principio*, quo primum tempore *audistis* evangelium Christi. v. 24. c. III. 11.

¶ ὁ λόγος, *verbum*) v. 5.

¶ ὃν ἠκούσατε, *quod audistis*) Hoc *verbum* Iohannes, ut jam cognitum, non necesse habuit reponere. *audistis*, inquit sæpius. nam *audierant*, antequam apostoli etiam scriberent.

8 ἐντολὴν καινὴν, *praeceptum novum*) quod vobis nunc primum in hac epistola scribitur. Sapit hic locus plenitudinem Spiritus in apostolo.

¶ ὅ ἐστιν ἀληθὲς, *quod est verum*) *Verum*, sub-

*) *Hic epistolæ scopus prolixe tractatur a cel.* Michaëlis, *in der* Einleitung &c. *T. II. p. m. 1741 - 1762.* E. B.

substantive, uti v. 27, ubi opponuntur *verum* & *mendacium*. inde etiam ὃ pro ἅ, scil. ἐντολή. Sensus: *praeceptum est veritas*. i. e. vere transeunt tenebræ &c. Vti versu 7 τῷ *vetus*, sic hoc versu τῷ *novum* statim sua subjicitur definitio, quid sit *vetus*, quid sit *novum*. vetus est, quod habebamus ab initio: novum est, quod verum est in Iesu Christo & in nobis. Huc facit differentia temporis in *habebatis* & *est*. In Christo omnia semper vera sunt & ab initio illo erant; sed in Christo & in nobis, conjunctim, præceptum tum est veritas, quum veritatem, quæ in illo est, agnoscimus, eandemque in nobis vigentem habemus. Laudat Iohannes præsentem eorum, quibus scribit, statum in veritate, etiam eo ipso, quem initio evangelii auditi habuerant, lautiorem, uti Rom. XIII. 11. 12. unde etiam præceptum vetus eis sub nova ratione cum suavitate propinari poterat.

¶ ὅτι) *quod*. Hoc est illud præceptum, amor fratris, ex luce. Hinc v. 9 initio subaudiendum *igitur*. coll. c. I. 5 f.

¶ παράγεται) Non dicit, παράγει, *transit*, sed, παράγεται, *traducitur*, commutatur, ita ut tandem absorbeatur. Idem verbum, v. 17, ubi opponitur *mansioni*. Sic Ezr. IX. 2. LXX, παρήχθη σπέρμα τὸ ἅγιον, *semen sanctum ad gentes traductum*, & cum iis commixtum est. Herodianus, ὄνομα παραχθὲν, *nomen commutatum*, aliunde aliorsumve traductum. l. 1. c. 16. & l. 5. c. 7. Observandum præsens, ut in *lucet*.

¶ τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, *lux vera*) Iesus Christus. Ioh. I. 9.

¶ ἤδη) *jam*, apud vos. lucebit autem amplius in perpetuum. v. 28. Conf. *usque nunc*, v. 9.

¶ φαίνει, *lucet*) Hanc ob causam Iohanni in epistolis minus jam necesse erat allegare prophetas, quam Petro, cujus confer Ep. II. c. I. 19, de *die & phosphoro*. Petrus cum suis epistolis est fere in medio inter passionem Christi & inter extremam ætatem Iohannis.

9 ἐν τῷ Φωτὶ, *in luce*) tanquam in suo elemento. sic *in*, v. 11.

¶ ἀδελφὸν, *fratrem*) fidelem. 3 Ioh. 3. 5. 10. Ipsa appellatio, amoris causam continet.

10 σκάνδαλον ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν, *scandalum in eo non est*) Contrarium, v. 11, *excaecaverunt*. Suppletur autem notio alterius ex altero: in eo qui amat, nec cæcitas est, nec *scandalum*; in eo qui non amat, & *caecitas* est & scandalum. Qui fratrem odit, ipse sibi offendiculum est, & incurrit in se ipsum & in omnia intus & foris: qui amat, expeditum iter habet.

11 ὁ δὲ μισῶν, *qui autem odit*) Oppositio immediata. Vbi non est amor, odium est: cor non est vacuum.

¶ πᾶ) *ubi* & quorsum.

¶ ἐτύφλωσε, *excaecarunt*) Tenebræ non solum circumdant illum, sed etiam excæcarunt.

12 ἔγραψα ὑμῖν τεκνία, *scripsi vobis, filioli*) Iohannes, ut in tota epistola, sic capite II, omnes, quibus scribit, τεκνία *filiolos* vocat: speciatim vero v. 13-27 eos in *patres*, *juvenes*, παιδία sive *puerulos*, distribuit. quare τεκνία καὶ παιδία non sunt synonyma. Ad τεκνία *filiolos* c. II. 1 scribens, initio periochæ dicit, *scribo*, v. 1. (coll. v. 7. 8.) & hîc, in conclusione, *scripsi* subjicit, superiora illa non mutans, sed etiam atque etiam confirmans. v. 12. coll. 1 Petr. V. 12, *scripsi*. Inde convenienter alloquitur tres gradus ætatis, naturales illos quidem, sed gratia varie delibutos: ac *patres* appellat, qui tempus *Iesu Christi* in mundo versantis viderant: *juvenes*, qui maligno devicto, etiam mundum in maligno situm, & mundi *concupiscentiam strenue* vincere debebant: παιδία *puerulos*, quos, post patrum & juvenum decessum, ultima occupa-

pabat hora, & in ea *antichriſtus*. Hæc allocutio habet propoſitionem & tractationem. In propoſitione ait: *ſcribo vobis, patres: ſcribo vobis, juvenes: ſcribo vobis,* παιδία *pueruli.* v. 13. at in tractatione ait, *ſcripſi vobis, patres,* v. 14: *ſcripſi vobis, juvenes,* v. 14-17: *ſcripſi vobis,* παιδία *pueruli,* v. 18-27: ipſo verbo *ſcripſi* bis interjecto, v. 21. 26. Simillima ratio eſt horum locorum, atque initii & concluſionis. nam c. I. 4 *ſcribendi* verbo in præſenti utitur; at c. V. 13 dicit *ſcripſi*. Finita allocutione tergemina, ad univerſos redit, τεκνία, *filiolos* iterum appellans. v. 28. Ex hac partitione variantes lectiones v. 12 ſeqq. in *Apparatu* notatæ, facilius diluuntur.

¶ ὑμῖν, *vobis*) Doctrina de *remiſſione peccatorum* pertinet etiam ad *patres*, de quibus modo diximus.

¶ ἀφέωνται, *remiſſa ſunt*) Hanc anakephalæoſin eorum, quæ hactenus tractavit, ponit apoſtolus, pergens ad alia, quorum fundamentum eſt remiſſio peccatorum.

¶ διὰ) *propter.*

¶ αὐτοῦ, *ipſius*) Ieſu Chriſti.

13 ὅτι) *quod.* Sic ter, coll. v. 12. 1 Petr. V. 12, ubi τὸ *quod* explicatur per accuſativum cum infinitivo, quod clarius eſt. Tria proponit, & mox tractabit; & quæ tractaturus eſt, eorum ſummas hîc repræſentat.

¶ ἐγνώκατε, *cognoſtis*) vos, Patrem cœleſtem, præ parentibus carnis.

¶ τὸν πατέρα, *Patrem*) adeoque omnia. v. 20.

14 ἔγραψα, *ſcripſi*) Verſu 13 & 14, a *ſcribo* tranſit ad *ſcripſi*; non temere. Scilicet verbo *ſcribendi* eo præſenti in præteritum tranſpoſito innuit commonitionem firmiſſimam.

¶ ὅτι) *quod.*

¶ ἐγνώκατε τὸν ἀπ' ἀρχῆς, *cognoviſtis eum, qui a principio*) *Qui a principio*, eſt Ieſus Chriſtus. *) Ἀρχὴ non principium evangelii, ſed principium rerum omnium. c. I. 1 not. Excipit Artemonius, ſic quoque Deum Patrem potuiſſe appellari. Part. 2. c. 13. Reſp. Quidni? Sed antonomaſia frequens eſt Iohanni de Chriſto loquenti. conf. v. 20. Vivebant jam *patres*, perinde ut apoſtolus, eo tempore, quo Ieſus Chriſtus in terris fuerat conſpiciendus; & eorum nonnulli, ut veriſimile eſt, eum & facie & fide, coll. c. III. 6 not. 1 Cor. XV. 6. Matth. XIII. 16, omnes certe fide cognorant, & auream illam ætatem eccleſiæ viderant, cui opponitur ætas minorum, qui antichriſtos vitare debeant. Hoc comma Iohannes ex verſu præcedente, non additis pluribus verbis, repetit, propoſitioni tractationem æque brevem ſubjungens, & modeſtia ad *patres* utens, quibus non opus erat multa ſcribi. Etiam horum cognitio ſumma eſt de Chriſto, omnia complectens. Patribus & minoribus tribuitur cognitio; juvenibus, robur.

¶ ἰσχυροί, *robuſti*) alii juvenes, corpore; vos, fide.

¶ ὁ λογος τοῦ θεοῦ, *Verbum Dei*) ex quo robur. c. IV. 4.

¶ ἐν ὑμῖν μένει, *in vobis manet*) neque Malus poteſt id vobis excutere, neque vobis imminet antichriſtus.

¶ τὸν πονηρὸν, *Malum*) qui juventuti maxime inſidiatur. Videtur Iohannes ſpectare inſigne quoddam ſpecimen virtutis a juvenibus, quibus ſcribit, exhibitum: cujuſmodi erat conſtantia confeſſionis in perſecutione Domitiani; itemque reditus *juvenis* illius, quem apoſtolus ſumma manſuetudine a latrocinio ad pœnitentiam reduxit, (quanquam apoſtolus redux ex pathmo demum

*) *Conſentit cel.* Michaëlis, *Einl. T. II. p. m. 1745.* E.B.

mum eam expeditionem fecit: conf. v. 22 not.) ſuaviſſime deſcriptus a *Clemente Al.* lib. quis dives ſalv. c. 42. ab *Euſebio* l. 3 H. E. c. 20. & a *Chryſoſtomo* Paræn. I ad Theodorum lapſum, cap. 11.

15 μὴ ἀγαπᾶτε τὸν κόσμον, *nolite diligere mundum*) Ad vos, juvenes, hoc proprie pertinet. Proſequimini *victoriam* contra *malignum*, in quo *mundus* jacet. c. V. 19.

¶ ἐκ ἔστιν, *non eſt*) Contraria non ſunt ſimul.

¶ ἡ ἀγάπη τοῦ πατρὸς) *amor Patris* erga ſuos, & filialis erga Patrem.

16 πᾶν-ἡ ἐπιθυμία τῆς σαρκὸς, καὶ ἡ ἐπιθυμία τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ ἡ ἀλαζονεία τοῦ βίου, *omne concupiſcentia carnis, & concupiſcentia oculorum, & arrogantia vitae*) Hæc habet mundus *omnia*, nil præterea. *Concupiſcentia carnis* dicit ea, quibus paſcuntur ſenſus, qui appellantur, fruitivi, guſtus & tactus. *Concupiſcentia oculorum*, ea, quibus tenentur ſenſus inveſtigativi, *oculus* ſive viſus, auditus & olfactus. ἀλαζονεία eſt *arrogans pompa*, cum quis nimium ſibi aut verbis aut factis aſſumit. vide Raphelium. Continetur etiam ſub *concupiſcentiae* vocabulo verſu ſeq. itaque *arrogantia vitae* eſt, quæ *cupiditatem* foras educit, & longius in mundum diffundit, ut homo *velit quam plurimus eſſe in victu*, cultu, apparatu, ſupellectile, ædificiis, prædiis, famulitio, clientibus, jumentis, muneribus &c. conf. Ap. XVIII. 12 ſ. Chryſoſtomus l. c. appellat τὸν τύφον τὸν βιωτικὸν & τὴν φαντασίαν τοῦ βίου, ubi juvenile exemplum narrat talis inſolentiæ, ſancto amore victæ. *concupiſcentia* utraque eſt igniculus; *arrogantia*, incendium. Etiam ii, qui *arrogantiam vitae* non amant, tamen *concupiſcentiam oculorum* ſectari poſſunt; & qui hanc ſuperarunt, tamen *concupiſcentiam carnis* perſæpe retinent. hæc enim eſt profundiſſima & communiſſima, apud inopes, medioximos & potentes; apud eos etiam, qui abnegationem ſui colere videntur. & rurſum, niſi vincatur, ab ea facile progreditur homo ad *concupiſcentiam oculorum*, ubi materiam habet; & ab hac ad *ſuperbiam vitae*, ubi facultatem habet. tertioque includitur ſecundum, ſecundo primum. Non coincidunt cum his tribus tria vitia cardinalia, voluptas, avaritia, ſuperbia; ſed tamen in his continentur. conf. Luc. VIII. 14. Deut. XVII. 16. 17. Matth. IV. 3. 6. 9. Atque hæc tria maxime *juventus* vitare jubetur, coll. 2 Tim. II. 22, quum maximo vigore abuti poſſet. Cohel. XII.

17 καὶ, &) Sermo conciſus. i. e. *mundus tranſit & concupiſcentia ejus* & qui mundum amat: Deus vero & *qui facit* &c.

¶ ποιῶν, *faciens*) ut amor Patris ſecum fert.

¶ τὸ θέλημα, *voluntatem*) Hæc voluntas poſtulat a nobis continentiam, temperantiam, modeſtiam, mundo contraria.

¶ μένει, *manet*) & habet bona manentia, vere optanda, tribus iſtis oppoſita: divitias, & gloriam, & vitam. Prov. XXII. 4.

¶ καθὼς καὶ ὁ θεὸς μένει εἰς τὸν αἰῶνα, *ſicut etiam Deus manet in aeternum*) Varians lectio egregia & ſine dubio vera. *) Habent eam latini patres, non contemnendi.

18 παιδία, *pueruli*) Vid. ad v. 12. Non eſt ſupra captum tenerioris ætatis doctrina de antichriſto. 2 Ioh. v. 7 not. Vnde etiam *Cateheſis* undecima Cyrilli de antichriſto agit.

¶ ἐσχάτη) *ultima*, non reſpectu omnium mundi temporum: ſed in antitheto *puerulorum* ad *patres*, & ad *juvenes*. [*Tres omnino*

*) *Attamen neque in margine* Ed. maj. *notata*, *neque in contextu* Vers. germ. (*ſed in* nota *duntaxat*). *Nimirum* græcorum *codicum editionumque auctoritas deſideratur.* E. B.

omnino horae erant, quarum una post aliam & incoauit, &, conjunctim continuato cursu, ad finem se inclinauit. Patrum itemque iuuenum hora statim absoluta fuit. Hinc puerulis *Iohannes dicit:* ultima hora est. *Haec ultima hora* nos *) *etiamnum viuimus omnes.* V. g]

¶ καθὼς, *& sicut*) & ita est, *sicut audistis*, nempe, *antichristum venire: atque* adeo *jam multi* &c. Similis ellipsis, v. 27 not.

¶ ἠκούσατε, *audistis*) c. IV. 3.

¶ ὅτι, *quod*) Particula non abundat. conf. v. seq. Sermo planior est per ὅτι *quod* appositum.

¶ ὁ ἀντίχριστος, *antichristus*) Defectionem *multorum* a veritate Christi Iesu Filii Dei praedixerat Spiritus: sed *antichristi* vocabulum singulari numero Iohannes non nisi in Ep. I. cap. II. 18. 22. IV. 3. Ep. II. 7 ponit; in Epistola tertia, in Evangelio, in Apocalypsi, non ponit: neque alius ullus scriptor N. T. id ponit. Sive id vocabulum phrasis apostolica, sive sermo fidelium introduxit, Iohannes errores, qui oriri possent, praecisurus, non modo *antichristum*, sed etiam *antichristos* vult dici: &, ubi *antichristum*, vel *spiritum antichristi*, vel *deceptorem & antichristum* dicit, sub singulari numero omnes *mendaces* & veritatis inimicos innuit. Audierant fideles, *spiritum antichristi & ipsum antichristum* venire. id agnoscit Iohannes, & addit, *spiritum antichristi nunc in mundo esse jam, nunc antichristos multos esse factos.* Quemadmodumque *Christus* interdum pro *Christianismo*, sic *antichristus* pro *antichristianismo* sive doctrina & multitudine hominum Christo contraria dicitur. Vnus est adversarius insignis, qui dicitur *Cornu magniloquum*, Dan. VII. 8. 20, *homo peccati* &c. 2 Thess. II. 3 seq. *bestia ascendens ex abysso*, Ap. XI. 7. XVII. 8. sed is quidem ex usu potius ecclesiastico antiquo & novo, **). quam ex apostolico sensu videtur eodem *antichristi* vocabulo denotari. conf. *H. Mori* synopsis proph. lib. 1. cap. 1. § 4. *Antichristum* jam tum venire, ita assentitur Iohannes, ut non unum, sed multos, id quod amplius quiddam & tristius esse censet, antichristos factos esse, doceat. Saepe totum genus eorum, qui bonam aliquam aut malam indolem habent, singulari numero cum articulo exprimitur. ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος, *bonus homo*, &c. Matth. XII. 35. XVIII. 17. 1 Petr. IV. 18. Tit. II. 8. Ioh. X. 10. 12, & sic passim, maxime in Proverbiis, item 1 Ioh. IV. 2. 3. 6. Sic, ὁ ψεύστης, ὁ πλάνος, ὁ ἀντίχριστος, *mendax, deceptor, antichristus*. c. II. 22. Ep. II. Ioh. v. 7. Igitur *antichristus* sive *antichristianismus* ab extrema Iohannis aetate per omnem seculorum tractum se propagavit, & permanet, donec magnus ille adversarius exoritur.

¶ ἔρχεται) *venit*, aliunde. antitheton, *facti*

*) Terminum *horae ultimae qui dicitur* a quo *eundem fere, quem Gnomonis auctor, agnoscit ill.* Michaëlis, *in der* Einleitung &c. *T. II. p. m. 1737; sed angustiores* termini ad quem *fines constituit, hunc in modum differens:* In der That kommt es mir vor, dass die *letzte Stunde*, von der Iohannes redet (vergl. 2 Petr. III. 3) nichts anders ist, als *die letzten Tage der Apostel*, oder die letzte Hälfte des apostolischen Zeitalters. --- Diese letzten Zeiten waren *vor der Zerstörung Ierusalems* angegangen (denn Petrus, der den Vntergang des jüdischen Staats nicht erlebet hat, beschreibet sie als bereits eingetreten): sie daureten aber auch nachher *bis an das Lebensende* des letzten unter den Aposteln, *Iohannis. Aliam* horae ultimae *explicationem, quae* Gnomonis *ideae propius respondet, distinctius propositam, inuenire datur in S. R. D.* Crusii Hypomnemm. *T. I. p. m. 215 sq. 218 sq.* E. B.

**). *Hoc qui perpenderit, facile sentiet, ea* Bengelium *non ferire, quae cel.* Michaëlis (*in der* Einleitung &c. *T. II. p. m. 1735 sq.*) *opposuit iis, qui* Antichristum, *qualis aliquibus audit,* Romanum, *b. l. descriptum putant. Eundem tamen, qui Apoc. XI. 7. XVII. 8 ut* bestia ex abysso *describitur, hoc etiam Iohanneo loco indigitari, S. R. D.* Crusius *docet,* Hypomnn. T. I. *p. 205. 216. 218; haec non Max. Ven.* Roosius, *in seiner* Auslegung der Weissagungen Daniels &c. *p. 163 sq.* E. B.

facti sunt, ex nobis. v. 19. Conf. Act. XX. 29. 30.

¶ καὶ νῦν) καί, &: νῦν, Lat. *hodie*. Germ. *würklich*. Opponitur hoc auditioni meræ præviæ.

¶ ὅθεν - ἐστίν, *unde - sit*) Sequitur hinc moniti necessitas. v. 19. ἦσαν *App. cf.* v. 9. προσ. χρεια ὑμειν.

19 ἐξῆλθον, *egressi sunt*) Antitheton, *mansissent*. *)

¶ εἰ γὰρ, *si enim*) Vere fidelis non facile deficit. c. III. 9. V. 18.

¶ ἀλλ' ἵνα, *sed ut*) i. e. *sed* egressi sunt, *ut* &c.

20 καὶ ὑμεῖς χρίσμα ἔχετε ἀπὸ τοῦ ἁγίου, *& vos unctionem habetis a Sancto*) Sermo concisus (uti Ioh. I. 18. XIV. 10 nott.) hoc sensu: *Chrisma habetis* a Christo: Spiritum sanctum habetis *a Sancto*. Alludit autem appellatio *chrismatis* ad *antichristi* nomen, ex opposito. v. 18. ὁ χρίσας, θεὸς, *qui unxit*, *Deus*. 2 Cor. I. 21. χρίσας, Christus, *Unctus*, Filius Dei. Act. IV. 26 s. χρισμα, *unctio*, Spiritus sanctus. Hebr. I. 9. Eam unctionem spiritualem habent τὰ παιδία *pueruli*: namque cum baptismo, quem susceperunt, conjunctum erat donum Spiritus sancti; cujus significandi causa ex hoc ipso loco deinceps usu receptum esse videtur, ut oleo corpora baptizatorum ungerentur. Vide Suiceri Thesaurum in χρίσμα. De Spiritu sancto apertius cap. III. 24. IV. 13. V. 6. Habet enim Iohannes hanc methodum, ut subinde aliquid attingat, ex intervallo planius & uberius tractandum. Sic, *genitus est*, v. 29. coll. c. III. 9. sic, *libertatem*, c. III. 21. coll. c. V. 14.

¶ ἀπὸ τοῦ ἁγίου) *a Sancto*, Iusto, v. 1. 29. Filio Dei. Ioh. X. 36. Vide de *unctione Sanctitatis sanctitatum*. Dan. IX. 24. Olim erat *unguentum sanctum* materiale, Ex. XXX. 25, nunc spirituale.

¶ καὶ) & inde.

¶ πάντα) *omnia*, quæ vos scire opus est. Hoc responso repellendi erant seductores: sicut prudens homo institori importuno respondet, *Nil mihi deest*.

21 ἔγραψα, *scripsi*) Id fecit versu 13 fin.

¶ ὅτι) *quod*. sic v. 13 not. Oratio est valde confirmans: *scitote, vos scire*. conf. v. 3.

¶ τὴν ἀλήθειαν) *veritatem*, de Filio, adeoque de Patre. v. cit.

¶ πᾶν ψεῦδος, *omne mendacium*) Veritas est plane vera, nil falsi alit.

22 τίς; *quis?*) Sic, *quis?* c. V. 5.

¶ ὁ ψεύστης) ὁ vim relativam habet ad abstractum, *mendacium*, v. 21. i. e. *quis est illius mendacii impostura eaque reus?*

¶ ὅτι, *quod*) Summa veritas, Iesum esse Christum. Ioh. XX. 31. Hanc summam Paulus in Actis constanter demonstravit: in epistolis autem præsuppositum. Hanc summam Iohannes in evangelio & in epistola hac & sequente sæpe memorat. Ex quo colligas, hos libros ab eo non plane ultima ætate esse scriptos.

¶ ὁ ἀντίχριστος, *antichristus*) v. 18. Veritas de Iesu, hunc esse Christum, esse Filium Dei, & in carne venisse, integra tenenda est. qui partem unam de Iesu negat, is & Ipsum totum non habet, & simul Patrem. Id egit & agit antichristi spiritus & antichristus ipse.

¶ τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν, *Patrem & Filium*) i. e. Filium, adeoque Patrem.

23 πᾶς, *omnis*) etiamsi non putet, se eundem esse, qui Patrem neget.

¶ ἔχει, *habet*) in agnitione & communione. 2 Ioh. v. 9.

24 ὑμεῖς,

*) Cerinthianos *præcipue ac* Docetas *innui, ex Epistolæ hujus cum erroribus eorum collatione concludit* Auctor cit. *l. c. p. 1741 sqq. Non* Pseudochristos, *Matth. XXIV. 21 notatos, in censum hic venire, cel.* Brukerus *demonstrauit, annuente cel. D.* Ernesti, *Bibl. theol. T. VII. p. 21 sq.* E.B.

24 ὑμεῖς, *vos*) Antitheton est in pronomine. ideo adhibetur trajectio, uti v. 27.

¶ ὃ) *quod*, de Patre & Filio.

¶ ἠκούσατε, *audistis*) Hoc cum emphasi pronunciandum.

¶ μενέτω, *maneto*) Hortatur. unde, *si maneat*, hanc vim habet, *si tales eritis, in quibus maneat.*

¶ ὃ ἀπ' ἀρχῆς, *quod a principio*) Iam hoc cum emphasi pronunciandum.

¶ καὶ ὑμεῖς) *etiam vos*; vicissim. Sic, *in vobis: in ipso.* v. 27.

25 αὐτὸς) *Ipse*, Filius. v. 27. 28.

¶ ἡμῖν) *nobis*, in Illo manentibus.

¶ τὴν ζωὴν, *vitam*) Constructio sequitur verbum proximum, *promisit*. sensus, *promissio est vita aeterna.*

26 ταῦτα ἔγραψα, *haec scripsi*) *haec*, a v. 21. Eadem formula Iohannes, ut solet, orditur & concludit: finitaque quasi parenthesi versum 20 continuat versu 27.

¶ πλανώντων, *seducentibus*) i. e. seducere conantibus.

27 καὶ ὑμεῖς, *& vos*) Hinc pendet, *non opus est vobis.* aptum hyperbaton.

¶ ελάβετε ἀπ' αὐτοῦ, *accepistis ab ipso*) Ioh. I. 16.

¶ ἐν ὑμῖν μένει, *in vobis manet*) Habet hic indicativus perquam subtilem adhortationem, (conferendam ad 2 Tim. III. 14.) qua fideles, a deceptoribus sollicitatos, ita eis respondere facit: *Unctio in nobis manet: non egemus doctore. illa nos verum docet: in ea doctrina permanebimus.* Vide quam amœna sit transitio ab hac sermocinatione ad sermonem directum, versu sequenti. *Manet in vobis: manebitis in Illo*, correlata.

¶ καὶ) *& ideo.*

¶ οὐ χρείαν ἔχετε, *non opus est vobis*) Phrasis morata, repulsam fidelium contra mendaces exprimens. Αὐτάρκεια θεοδιδάκτων· Deus iis, quos docet, sufficit.

¶ τὶς) *quisquam*, quisquis ille sit. Toto seductorum genere rejecto, singuli facilius jubentur facessere, quamvis videri velint ceteris excellentiores.

¶ διδάσκῃ, *doceat*) Hebr. VIII. 11 not.

¶ ὑμᾶς, *vos*) Estis παιδία *parvuli*, non tamen rudes.

¶ ἀλλ' ὡς, *sed sicut*) Subaudiendum inter duas particulas verbum substantivum, ut inter *sed ut*, *& sicut*, *non sicut*, supra v. 19. 18. c. III. 12. 2 Cor. III. 13. Neque *sicut* hîc apodosin demum in *est* aut in *manebitis* habet.

¶ τὸ αὐτὸ) *idem* semper, non aliud atque aliud, sed sibi constans; & *idem* apud sanctos omnes.

¶ διδάσκει ὑμᾶς, *docet vos*) Non tollitur, sed comprobatur communicatio mutua eorum, qui chrismatis in uno corpore participes facti sunt. *docet*, praesens: ex quo praeteritum fit, *docuit*, intuitu futuri *manebitis.*

¶ περὶ πάντων) *de omnibus*, quae scire & doceri debetis. Antitheton ad *unum idemque.*

¶ καὶ οὐκ ἔστι ψεῦδος) *ac non est mendacium*, simile illius, quod isti jactant.

¶ ἐδίδαξεν, *docuit*) unctio.

¶ μενεῖτε, *manebitis*) *Sicut unctio*, dicere jubentur fideles, *nos docuit*; in ea doctrina manentes, *manebimus in Filio*, adeoque in Patre. v. 24. Vim consolandi & hortandi habet hoc Futurum. Totus sermo a v. 18 ad hunc versum deductus suavissime congruit in parvulos, praesertim mentio *doctrinae* & *unctionis.*

28 τεκνία, *) *filioli*) Nunc expeditis tribus aetatibus, ad cunctos revertitur.

¶ μένετε) *manete.*

¶ ἐν

*) *Voc.* μυ, *per marginem* utriusque Ed. *ad lectiones non probandas relata, nescio quo casu irrepsit in* Vers. germ. E. B.

¶ ἐν αὐτῷ, *in ipso*) in Iesu Christo. Hic enim *manifestabitur*.

¶ παῤῥησίαν) *fiduciam*, servatæ veritatis. [*c. III. 21. IV. 17. V. 14.*]

¶ μὴ αἰσχυνθῶμεν, *ne pudefiamus*) O quantus tum erit pudor vester, Iudæi, Sociniani, pseudochristiani omnes, & quoscunque negabit esse suos.

¶ παρουσίᾳ, *adventu*) Hunc patribus, juvenibus, minoribus proponit. Epistolam igitur hanc prius scripsisse videtur, quam apocalypsin, in qua demum adventus magis est dilatus. Epistolam postea scriptam fuisse, censet Tertullianus.

29 ἐὰν εἰδῆτε, *si scitis*) Ex mentione futuræ *manifestationis* Filii filiorumque Dei deducit tractationem novam de peccato & justitia.

¶ δίκαιός ἐστι) *Iustus est* Iesus Christus. v. 1. c. III. 5 f.

¶ γινώσκετε) *agnoscitis*.

¶ πᾶς) *omnis* & solus.

¶ γεγέννηται, *natus est*) Iustus justum gignit.

CAP. III.

1 Δέδωκεν, *dedit*) non modo destinavit & contulit, sed etiam exhibuit.

¶ τέκνα θεοῦ, *filii Dei*) Quid majus, quam *Deus*? quæ propior necessitudo, quam *filialis*?

¶ κληθῶμεν, *vocemur*) Simus, cum titulo; qui mundo inanis *) videtur.

¶ διὰ τοῦτο, *propter hoc*) Consectarium, uti v. 13. Mundo pios contemnenti opponendum τὸ *videte*.

¶ ἡμᾶς, *nos*) Dei similes. [*Quodsi aliquo te loco habuerint, qui DEVM nihili faciunt; est sane, cur solicitudinem concipias.* V. g.]

2 ἀγαπητοὶ) *dilecti* mihi, quia Pater nos amat.

¶ νῦν) *nunc*, in præsenti. Antitheton, *nondum*. In hoc versu inprimis videndum, quæ verba exstantiore sono pronuncianda sint: *nunc*, *nondum*, *quid*, *similes ipsi*.

¶ τέκνα, *filii*) Hoc repetitur ex v. 1.

¶ τί ἐτόμεθα) *quid simus futuri* amplius, vi hujus filiationis. Hoc *quid* per epitasin innuit ineffabile quiddam, situm in similitudine Dei, quæ filios Dei ita evehit, ut *quasi dii* sint.

¶ οἴδαμεν) *scimus*, in genere.

¶ φανερωθῇ) *manifestatum fuerit*. Idem verbum, c. II. 28.

¶ ὅμοιοι αὐτῷ, *similes ipsi*) Deo, cujus sumus *filii*.

¶ ὅτι, *quoniam*) Ex aspectu, similitudo. 2 Cor. III. 18. uti totum corpus, facies, maxime oculi, eorum, qui *solem* spectant, *insolantur*.

¶ ὀψόμεθα, *videbimus*) Visus omnes alias sensuum species connotat.

¶ αὐτὸν, *ipsum*) Deum.

¶ καθώς ἐστι, *sicut est*) id est, *manifeste*.

3 τὴν ἐλπίδα, *spem*) De fide egit & aget; de amore, aget deinceps: nunc, de spe.

¶ ἐπ' αὐτῷ, *in ipso*) in Deo.

¶ ἁγνίζει, *mundat*) Apta est hæc sanctimoniæ appellatio post mentionem *visus*, qui *puritate* delectatur.

¶ ἐκεῖνος, *Ille*) Iesus Christus. v. 5.

4 ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν, *qui facit peccatum* Antitheton, *qui facit justitiam*, v. 7. ποιεῖν est *facere*, exercere.

¶ καὶ) *etiam*, eo ipso.

¶ τὴν ἀνομίαν, *iniquitatem*) ἀνομία *iniquitas* horribilius quiddam, apud eos præsertim, qui legem & Dei voluntatem magni faci-

*) *Sane, hæc ipsa Iohannis gloriatio infert, non esse* inanem Hebraismum, *cum periphrasi quacunque, utut frigidissima, commutandum. Conf. v. seq.* E. B.

faciunt, sonat, quam ἁμαρτία *peccatum*. Ex lege agnitio peccati. Affine dictum, c. V. 17, *omnis injustitia peccatum est*. Linea curva cernitur per se; sed magis, ad regulam collata. Pertinentissime redarguitur hoc dicto *peccatum philosophicum*. *)

¶ καὶ) *&*, immo. non solum conjuncta est ratio *peccati* & *iniquitatis*, sed eadem. sic καὶ *&*, c. V. 4, & γάρ, *enim*, c. V. 3.

¶ ἡ ἁμαρτία ἐστὶν ἡ ἀνομία, *peccatum est iniquitas*) *Peccatum* est subjectum, quippe de quo totus sermo agit. Antitheton, *faciens justitiam justus est*: qui justitiam facit, non censetur ἄνομος *iniquus*, sed testimonium & laudem justitiæ habet. v. 7. coll. Gal. V. 23. 1 Tim. I. 9.

5 ἐφανερώθη, *manifestatus est*) in carne.

¶ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, *peccata nostra*) quippe ei maxime displicentia.

¶ ἄρῃ, *tolleret*) Ioh. I. 29 not.

¶ ἐν αὐτῷ) *in Ipso*. Huc respicit illud, *Ille justus est*. v. 7.

6 οὐχ ἁμαρτάνει, *non peccat*) Bonum justitiæ in eo non superatur a malo peccati.

¶ οὐχ ἑώρακεν αὐτὸν) *non vidit Illum* spiritu; quamvis forte de facie eum in carne *viderit*. vel etiamsi spiritu viderit, in ipso peccati momento talis sit, ac si eum nullo viderit modo.

¶ οὐδὲ ἔγνωκεν αὐτὸν) *neque novit illum* vere; quamvis forte de facie quondam *noverit*. Visio & cognitio, similes Deo facit. v. 2.

7 μηδεὶς πλανάτω, *nemo seducat*) Fallit, qui sine justitiæ factis se justum perhiberi posse putat. r)

8 ἐκ τοῦ διαβόλου) *ex diabolo*, tanquam *filius*. v. 10. non tamen hic dicitur, *genitus*; neque *semen*, sed *opera*. Nam ex diabolo non est generatio, sed corruptio.

¶ ἀπ' ἀρχῆς, *a principio*) ex quo diabolus est diabolus. minime diu tenuisse videtur statum primitivum.

¶ ἁμαρτάνει, *peccat*) Sermo concisus. i. e. ab initio peccavit, & omnium peccatorum causa est, & adhuc *peccat*: *peccat*, (cumulatiore indies reatu,) & ad peccandum inducit. Nunquam satiatur. [*At in abyssо ceu carcere concludetur grandis peccator: tum supplicium denique sumetur de ipso in igne.* V. g.] *quia*, oppositum. v. 8. 9.

¶ εἰς τοῦτο, *in hoc*) Diabolus peccandi finem non facit: peccatum solvere, Filii Dei opus est.

¶ τὰ ἔργα) *opera* contortissima, quæ solvere, res digna erat Filio Dei.

9 ἁμαρτίαν οὐ ποιεῖ, *peccatum non facit*) Mox intenditur sententia: *& non potest peccare*. utrique propositioni suum *quia* additur: alteri, ex parte seminis sive hominis renati; alteri, a Deo ipso.

¶ σπέρμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ μένει, *semen ejus in ipso manet*) In eo, qui genitus est ex Deo, manet semen Dei, i. e. verbum, cum sua virtute: 1 Petr. I. 23. Iac. I. 18. quamvis peccatum sæpe furioso impetu conetur prosternere renatum. Vel potius sic: *Semen Dei*, i. e. is, qui natus est ex Deo, *manet* in Deo. σπέρμα, *natus*. Tales sunt vere זרע אלהים *Semen Dei*. Malach. II. 15.

¶ οὐ δύναται, *non potest*) Non negatur penitus, id fieri posse: sed hoc dicitur, novam generationem & peccatum *non posse* esse simul. sic, *quomodo potest*, c. IV. 20. coll. Ap. II. 2. Act. IV. 20. Res se habet, ut in abstemio, qui non potest vinum bibere, & in variis antipathiæ generibus. Gatakerus hanc paraphrasin concinnavit: *Re-*

*) *Conf. cel.* Michaëlis *Einleitung* &c. *T. II. p. m. 1749 sq.*, *ubi* Gnosticorum *erroribus de* peccato *Apostolum hic resistere monet.* E. B.

r) δίκαιός ἐστι, *justus est*] Deuteron. VI. 25. *V. g.*

Regenitus non peccat: vitam peccato immunem, quantum poteſt, ſibi proponit; nec peccato unquam ſponte dat operam. quod ſi quando praeter animi propoſitum deliquerit, nec in peccatum totus proruit, nec in eodem perſiſtit; *) ſed errore agnito ad inſtitutum mox priſtinum, quam primum quantumque poteſt, feſtinus revertitur. Poſth. c. 33: ubi ſimilitudinem addit acus magneticæ, quæ polum petit; facile dimovetur; ſed ſemper polum repetit.

¶ ἐκ τοῦ θεοῦ γεγέννηται, *ex Deo natus eſt*) Priora verba, *ex Deo*, majorem habent in pronunciando accentum: quod ubi obſervatur, patet, non idem per idem probari, collato initio verſûs.

10 ἐν τούτῳ, *in hoc*) Hoc refertur ad antecedentia.

¶ καὶ ὁ μὴ ἀγαπῶν, *& non amans*) **) Tranſitio a genere vel toto ad partem.

11 ἀγγελία, *annunciatio*) Liberaliſſima appellatio. nunquam *legem* appellat.

12 ὁ καθὼς, *non ſicut*) Ellipſis c. II. 27 not.

¶ Καΐν, *Kain*) De ipſo *Adamo* lenius loquitur Scriptura, quam de Kaino hujusque ſimilibus.

¶ ἐκ τοῦ πονηροῦ, *ex Malo*) Mox, πονηρὰ *mala*. Antitheton, *ex Deo*. v. 10.

13 ἀδελφοί μου, *fratres mei*) Hoc uno loco *fratres* dicit, in antitheto foras ad *mundum*, & in mentione *fratrum* perſrequenti. Alias dicit, *dilecti*, *filioli*. c. II. 7. 1. 12.

¶ μισεῖ, *odio habet*) ut Cainus ipſum fratrem. [*internecino ſcil. odio: etenim mala ejus opera veſtris operibus juſtis redarguuntur*. V.g.]

14 μεταβεβήκαμεν, *tranſcendimus*) fueramus igitur in morte.

¶ ἐκ τοῦ θανάτου, *ex morte*) ſpirituali.

¶ εἰς τὴν ζωὴν, *in vitam*) ſpiritualem, eandemque æternam. v. ſeq. Iterum ſermo reciprocus: *nos in vita; vita in nobis*: v. 15.

¶ ὅτι, *quia*) Criterium ab effectu.

¶ μένει, *manet*) adhuc eſt.

15 ἀνθρωποκτόνος, *homicida*) ut Cain. Omne odium eſt Conatus contra vitam: at vita vitam non inſectatur. Qui odit fratrem, aut illum aut ſe ipſum non vult vivere. Hinc *Duella*. [*quae, quum v. 16 vitam pro fratribus ponere jubeamur, id inferunt (horrendum dictu!) ut ſuam quis vitam impendat, ne vita non ſurripiatur* alteri. *Deſperatae hoc inſaniae eſt, a fortitudine alienae. Ipſum*

*) *Apprime conſonat* peccati non proæretici *definitio*, *in dem* Wurtembergiſchen Confirmations-Büchlein *his verbis obuia:* Wenn ein frommer Chriſt nicht aus Vorſaz und Muthwillen ſündiget, ſondern aus Vnwiſſenheit und Vnvorſichtigkeit von einem Fehl übereilet wird; denſelben aber ſogleich wieder bereuet, und davon ablæſt. E.B.

**) Amorem *potius* communem *h. l.*, *quam* fraternum *urgeri*, *adeoque* fratrum *titulum ſenſu latiore ſumendum eſſe, ex argumentis facile arridentibus concludit cel.* Michaelis, *in der* Einleit. &c. *T. II. p. m. 1750 ſqq.; eâ tamen lege, ut de* φιλαδελφία *ſtricte ſic dicta, c. V. 1 ſq. ſermonem eſſe, lubens concedat. Attamen conſiderari fas eſt* 1) *vocem* ἀδελφὸς *in N. T. frequentiſſime ad* fideles; *ad alios, nonniſi creationis vinculo conjunctos, rariſſime referri;* 2) *Apoſtolum h. l. haut obſcure ad Ioh. XIII. 34 ſ. reſpicere, ubi* (*coll. c. XV. 18 ſq.*) *aperte* odio mundi *mutuus fratrum amor* (*perinde ut h. l. v. 13*) *opponitur;* 3) *Cainum ob idipſum h. l. culpari, quod Abelem ſub ratione* Iuſti *non ſolum non amauerit, ſed plane,* pietatis odio (*quod* φιλαδελφίας *antitheton eſt*) *abreptus trucidauerit;* 4) mundum *v. 13 &* fratres amandos *v. 14 vix poſſe pro uno eodemque Subjecto agnoſci;* 5) *amorem* eundem, *qui c. V. 1. 2* (*ex conceſſis*) *pro* charactere regenitorum *allegatur, etiam h. l. v. 14 hoc nomine commendari;* 6) *ea* officia, *quæ v. 16. 17 inculcantur*, omnis generis *quidem hominibus poſſe quandoque ac debere exhiberi, ſed fidelibus* præ reliquis *eſſe præſtanda, coll. Gal. VI. 10 ſin. His rite ponderatis amorem* fraternum *vix dubito quin Iohannes h. l. præcipue ſpectare concedatur.* E.B.

Ipsum diabolum mirari existimes, qui homines, christiani etiam nominis, eo usque delapsi fuerint. Dolendum est, summos in mundo Imperantes omni vi a DEO ipsis concessa aut non posse ista supprimere aut non velle. Vnicum hujus generis nefas uniuersum genus humanum, uniuersam Christianorum panegyrin, militumue uniuersa castra tristissimo coram DEO reatu inuoluere valet. V. g.]

¶ μένουσαν, *manentem*) Revera vita æterna est in credente & amante.

16 τὴν ἀγάπην, *amorem*) amoris naturam.

17 τὸν βίον τοῦ κόσμου, *victum mundi*) Litotes, in antitheto ad *animas*, v. 16.

¶ κλείσῃ, *clauserit*) rogatus, vel non rogatus opem. Aspectus miserorum, corda spectatorum illico pulsat, vel etiam aperit: tum homo libere vel claudit, vel pandit amplius viscera. Conf. Deut. XV. 7.

¶ τὰ σπλάγχνα, *viscera*) Cum visceribus clauditur vel aperitur res familiaris.

¶ ἡ ἀγάπη τοῦ θεοῦ) i. e. *amor erga Deum.* c. IV. 20.

¶ μένει, *manet*) Dicebat, se amare Deum: sed *non jam* amat. v. 18.

18 λογῳ) *sermone* otioso. opponitur *opere.*

¶ γλώσσῃ) *lingua* simulante. opponitur *veritate.*

19 ἐν τούτῳ, *in hoc*) Hinc pendet *cognoscimus* & *pacabimus:* & huc ref. *quoniam major*, v. 20.

¶ ἐκ τῆς ἀληθείας, *ex veritate*) *Ex* dicit principium sive ortum. Rom. II. 8. Veritas etiam amorem facit verum. v. 18.

¶ ἔμπροσθεν αὐτοῦ) *Coram illo*, omnia vere noscente, pacabimus corda in precibus, v. 22.

¶ πείσομεν, *pacabimus* ut desistant *condemnare.* Idem verbum, Matth. XXVIII. 14.

¶ τὰς καρδίας ἡμῶν, *corda nostra*) Vocabulum συνείδησις, *conscientia*, Petrus & Paulus, soli ex sacris scriptoribus, adhibent: nec nisi semel, idque alio sensu, ponunt LXX Eccl. X. 20. nam Hebr. לב dicitur καρδια v. gr. 1 Reg. II. 44. VIII. 38. Itaque nusquam Iohannes συνειδησιν, *conscientiam*, vocat, hic autem *cordis* eam nomine innuit. conscientia enim *pacatur, condemnat.* Conf. *Apparat.* p. 588.

20 ὅτι ἐὰν) ὅτι ἐὰν, *quicquid:* Col. III. 23 not. idem propemodum quod ὃ ἐὰν, mox v. 22. quicquid sive quibuscunque rebus condemnarit nos cor nostrum, id poterimus *pacare.* Vel potius, si ο ι & ἐὰν diremtum velis, *quod* post inciſum, subaudito *inquam*, repetitum statues, ut persæpe fit.

¶ καταγινώσκῃ, *condemnet*) non de toto statu nostro, sed de uno alterove defectu aut errato. Hoc verbum cum emphasi pronunciandum est: at versu sequente emphasis cadit in vocabulum *cor.*

¶ ὅτι μείζων, *quod major*) Conscientia pusilla est, & scit aliquid nostri duntaxat, non sine trepidatione, neque habet quod condonet: at Deus magnus est, novit omnia nostra, præsentia, præterita, futura, & omnium, & habet jus voluntatemque condonandi. Hoc per se nondum *pacat* corda: sed dum hoc idem pii agnoscunt, & delicta sua confitentur, & a conscientia ad Deum, illa majorem, appellant, Deique omniscientiæ se nulla re subducere conantur; tranquillitatem assequuntur. c. I. 9. Exempla, Ps. LI. 8 cum contextu: Ps. XXXII. 5. XIX. 13. XC. 8.

¶ γινώσκει, *noscit*) nec tamen καταγινώσκει, *condemnat.* Dulce Paregmenon in Græco.

21 μὴ καταγινώσκῃ, *non condemnet*) vel læsa nunquam, vel iterum placata.

¶ παῤῥησιαν, *fiduciam*) in rogando. Id repetitur c. V. 14 s. Hæc *parrhesia* longo gradu excellit tranquillitatem illam, quæ verbo πείσομεν *placabimus* exprimitur.

23 τῷ ὀνόματι) *nomini.* conf. Hebr. VI. 10.

¶ καθὼς,

¶ καθὼς, *sicut*) Particula hæc pertinet ad verba *credamus & amemus.*

*) 24 ἐκ τ῀ πνεύματος, *ex Spiritu*) Prima eſt hæc *Spiritus* ſancti in hac epiſtola mentio, œconomiæ divinæ hîc, ut etiam in evangelio Iohannis, c. XIV. 1 ſſ. 26, convenienter. Et hoc verſu eſt quaſi tranſitio ad tractationem de Spiritu ſancto, quæ ſequitur mox, c. IV. 1 ſeqq. Datur nobis *ex* Spiritu, & datur Spiritus.

CAP. IV.

1 Παντὶ) *cuivis* obvio.

¶ πνεύματι) *ſpiritui*, quo doctor aliquis agitur.

¶ δοκιμάζετε, *probate*) ad regulam, quæ datur v. 2 ſ.

¶ πολλοὶ) *multi*, ut aliis temporibus, ſic illa quoque ætate. Horrenda hæreſium ſeges illis temporibus exorta eſt. Contra eas cum zelo agit Iohannes. Hodie ſi viveret, nimis ſeverus diceretur a quibuſdam.

¶ ψευδοπροφῆται, *pſeudoprophetae*) 2 Petr. II. 1. Matth. XXIV. 11. 24.

¶ ἐξεληλύθασιν, *exierè*) ex ſedibus ſuis. *Intrarunt* in mundum. 2 Ioh. v. 7.

¶ κόσμον, *mundum*) deceptu facilem. v. 4 ſ.

2 γινώσκετε)**) *cognoſcitis.* De hæreſibus ætatis illius recentia & obvia ſcripta ſunt, Buddei Eccl. apoſt. I. Langii Diſpp. &c.

¶ πᾶν, *omnis*) Sermo eſt de ſpiritibus illius temporis. nam aliis temporibus alia etiam doctrinæ de Ieſu Chriſto capita impugnarunt pſeudoprophetæ.

¶ πᾶν πνεῦμα, *omnis ſpiritus*) Spiritus Dei eſt unus: ſed ex eo quilibet verus doctor habet ſuum motum, qui πνεῦμα *ſpiritus* dicitur.

¶ ὁμολογεῖ) *agnoſcit*, aſſenſu cordis & oris. Hoc verbo præſupponitur doctrina jam rata & confirmata.

¶ ἐν σαρκὶ) *in carne.* Eſt ergo Ipſe aliquid præter carnem. Hæreſes veritatem carnis Ieſu Chriſti negantes præſupponunt & eo ipſo confirmant *Deitatem* ejus, quippe cum qua non poterant conciliare carnem, tanquam ea dignam.***)

¶ ἐληλυθότα, *qui venerit*) Ab hoc adventu pendet tota doctrina de Chriſto, quam adventus ille partim præſupponit, partim complectitur, partim poſt ſe trahit. v. 15 not.

3 τὸ) ſcil. πνεῦμα.

¶ καὶ νῦν, *& nunc*) c. II. 18 not.

4 ὑμεῖς, *vos*) Ieſum Chriſtum agnoſcentes.

¶ νενικήκατε, *viciſtis*) c. V. 4 ſ.

s) ¶ ὁ ἐν ὑμῖν, *qui in vobis*) Deus.

¶ ὁ ἐν τῷ κόσμῳ, *qui in mundo*) ſpiritus antichriſti, vel Malus.

5 αὐτοὶ) *ipſi.*

¶ ἐκ τ῀ κόσμου λαλοῦσι, *e mundo loquuntur*) ex mundi vita ac ſenſu ſermones ſuos promunt.

¶ ἀκούει, *audit*) propter congruentiam.

6 ἐσμὲν, *ſumus*) Subaudi, *propter hoc ex Deo loquimur.*

¶ ἐκ τούτου) *ex hoc*, quod v. 2-6 dicitur.

7 ἀγαπῶμεν, *diligamus*) Ex ea ipſa doctrina, quam modo defendit, nunc adhortationem ad amorem educit. vid. v. 9. Dei amor effuſus eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum. v. 2. Rom. V. 5.

¶ ἡ

*) ἡμῖν, *nobis*] *Pronomen hoc, utut expreſſum in* Vers. germ., *per marginem* utriusque Ed. gr. *exulare potius cenſendum eſt.* E.B.

**) *Lectio* γινώσκεται (cognoſcitur), *in margine* utriusque Ed. *lectorum arbitrio relicta, præfertur in* Vers. germ. E.B.

***) *Tales* Docetas *t.t. fuiſſe, cel.* Michaëlis *monet, in der* Einleit. &c. *T. II. p. m. 1755.* E.B.

s) αὐτὸς, *illos*] pſeudoprophetas. *V. g.*

¶ ἡ ἀγάπη, *amor*) Omnis amor ex Deo est.

8 ἐκ ἔγνω, *non novit*) non est natus ex Deo & non novit Deum.

¶ ὁ θεὸς ἀγάπη ἐστὶν, *Deus amor est*) ἀγαπη, sine articulo, uti v. 16. Hæc sententiola Iohanni tantisper duntaxat, dum eam perscripsit, plus dulcedinis attulit, quam totus mundus afferre potest.

9 ἐν ἡμῖν, *in nobis*) i. e. amor Dei, qui nunc *in nobis* est, per omnem experientiam spiritualem.

¶ ὅτι, *quod*) Hoc motivum amoris ducitur ex v. 3. Ex eo, quod v. 3 dicitur de Iesu Christo, qui venit in carne, infertur v. 7 amor mutuus: consequentia probatur ex amore Dei erga nos, qui filium misit, ut viveremus. Est *argumentum* amoris Dei erga nos: est *motivum* amoris nostri mutui.

10 ἔστιν, *est*) Id notat prius quiddam, quam, *manifestatus est*.

¶ τὸν θεὸν, *Deum*) amari dignissimum.

¶ ἡμᾶς, *nos*) indignissimos.

11 ὁ θεὸς, *Deus*) nil debens.

12 ὁ θεὸς) *Deus*, ceteroqui invisibilis. conf. v. 20.

¶ ἐν ἡμῖν μένει, *in nobis manet*) Hoc tractatur v. 13-16.

¶ τετελειωμένη ἐστὶν, *perfectus est*) omnia peragit, quæ expiationem peccatorum consequuntur. Hoc tractatur v. 17-19.

13 ὅτι ἐκ, *quoniam ex*) Vbi Spiritus Dei est, ibi Deus est.

14 καὶ ἡμεῖς) *& nos* met. Sic Ioh. XV. 27.

¶ τεθεάμεθα καὶ μαρτυροῦμεν, *spectavimus & testamur*) Hoc infertur ex eo, quod sequitur, *cognovimus & credidimus*, v. 16. Per το *cognovimus* notatur, ut apparet, primula *cognitio*, ut est in vernacula *Kennen lernen*. Est enim quædam *cognitio*, quæ *fidem* antecedit; & fides antecedit μαρτυρίαν, *testimonium*. Sed τὸ *spectavimus* notat plenum *pabulum oculorum* in spectando.

¶ τὸν υἱὸν, *filium*) Duo fundamenta & criteria mansionis nostræ in Deo & Dei in nobis: communio Spiritus & agnitio Filii Dei. v. 13. 15.

15 ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, *Filius Dei*) adeoque *Salvator mundi*. v. 14.

16 καὶ ἡμεῖς, *& nos*) Anaphora: coll. v. 14 not. Est hîc quoque epitasis: quare mox ἐν ἡμῖν proprie valet *in nobis*. coll. fine versus.

t) 17 μεθ' ἡμῶν, *nobiscum*) Dei amor in se semper idem ac perfectus est· sed *nobiscum* τετελειωται, *consummatus est*, ex sua ad nos descensione magis magisque assurgens.

¶ ἵνα) *usque eo, ut*.

¶ παῤῥησίαν, *parrhesiam*) Oppositum. *timor*.

¶ ἐν, *in*) Sic *in*, Rom. II. 16 not.

¶ ἡμέρᾳ) *die* aliis terribilissimo, præ ipso mortis die.

¶ τῆς κρίσεως) *judicii* extremi.

¶ ὅτι, *quia*) Refertur ad *hoc*.

¶ ἐκεῖνός ἐστι, *Ille est*) Iesus Christus est amor, in cœlo; quod tacite opponitur *mundo*. Per τὸ *in coelo* tamen suppono præviam ejus commorationem in mundo. τὸ *est* autem præsentem utique statum Iesu Christi indicat.

¶ ἡμεῖς ἐσμεν, *nos sumus*) amantes Dei. v. seq. Ioh. XV. 10.

¶ ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ, *in mundo hoc*, amoris experte, judicium timente. Mentio *mundi* argumento est, τὸ *ille* innuere Iesum Christum. coll. v. 9.

18 φόβος, *timor*) Deum refugiens & judicii diem. Varius hominum status: sine timore & amore; cum timore sine amore; cum timore & amore; sine timore cum amore.

¶ ἀγάπη, *amore*) erga Deum.

¶ τε-

t) ἐν τῇ ἀγάπῃ, *in amore*] diuino scilicet. *V.g.*

¶ τελεία, *perfectus*) Huc ref. *consummatus est.*

¶ κόλασιν ἔχει, *tormentum habet*) Nam diffidit, omnia inimica & adversa sibi fingit ac proponit, fugit, odit.

19 ἀγαπῶμεν) *) *amamus*, pellentes timorem.

¶ πρῶτος ἠγάπησεν) *prior amore complexus est* nos, quanto magis posthac? ergo timor ejicitur.

20 ὃν ἑώρακε, *quem vidit*) In hac vita tenemur sensibus externis.

¶ πῶς δύναται, *quomodo potest*) Sermo modalis: *impossibile est, ut talis sit amans Dei*, in præsenti.

21 τὴν ἐντολήν, *praeceptum*) servandum Dei amantibus. Matth. XXII. 39. [*Qui fratrem non amat, non seruat praeceptum de φιλαδελφίᾳ, adeoque non amat DEVM.* V.g.]

CAP. V.

1 Πᾶς, *omnis*) Scopus & summa hujus periochæ patet ex conclusione. v. 13.

**) ¶ καὶ πᾶς, & *omnis*) Qui non amat fratrem, non amat Deum: c. IV. 20. qui Deum amat, amat fratrem. Concinne apostolus in hac tractationis parte mentionem amoris ita collocat, ut fides, tanquam prora & puppis totius tractationis, in extremo spectetur.

¶ καὶ) *etiam.* ϛοργὴ, *amor* spiritualis, magnus, erga quemlibet fratrem. ubi est aversatio, statim læditur vita nova.

¶ τὸν γεγεννημένον, *eum qui genitus est*) Enthymema, cujus conclusio: Credens gaudet amore omnium Dei amatorum: & vicissim illos amat. v. 2.

2 καὶ, &) ἐν διὰ δυοῖν. coll. v. 3.

3 βαρεῖαι οὐκ εἰσὶν, *gravia non sunt*) regenitis, amantibus; & in sese. In se sunt suavia: sed τὸ *non gravia* contradicit & occurrit iis, qui *gravia* esse putant.

4 πᾶν τὸ γεγεννημένον, *omne natum*) Ioh. III. 6 not.

¶ τὸν κόσμον, *mundum*) servandis Dei mandatis & cognitioni Iesu Christi infensum, & omnia, quæ mundus objicit ad invitandum & terrendum.

¶ ἡ νίκη, *victoria*) Quantum fides in corde invalescit, tantum mundus cedit.

¶ ἡ πίϛις, *fides*) Vide vim fidei.

5 τίς ἐϛιν, *quis est*) Credens omnis & solus vincit. Præ Filio Dei nil æstimat.

6 Ἅτός ἐϛιν, *Hic est*) Versum hunc cum sequentibus conjunctim mox videbimus.

7 ſ. ὅτι τρεῖς εἰσιν οἱ μαρτυροῦντες ἐπὶ τῆς γῆς· ἐν τῷ οὐρανῷ, ὁ πατὴρ ϗ ὁ λόγος (ὁ υἱὸς) ϗ τὸ πνεῦμα· ϗ οἱ τρεῖς ἓν εἰσιν. *quod tres sunt qui testantur in terra - in coelo, Pater & Verbum (Filius) & Spiritus: & hi tres unum sunt*) Formulam in margine editionis meæ adhibitam, & ab aliquo reprehensam, pridem declaravi, quanquam tota in ipso Apparatu dissertatio ad locum vere vindicandum comparata fuerat. Nunc quum fulgidissimum hocce Dictum etiam atque etiam sub considerationem nostram venit, primum racemationem *criticam* instituemus, & nervos aliquot ***) ex appa-

*) *Omissio pronominis* αὐτὸν, *utut expressi in* Vers. germ., *firmioribus lectionibus annumeratur per marginem* utriusque Ed. E. B.

**) ὁ χριϛὸς, Christus] *Non* Filii Dei *saltim, sed* Christi *etiam appellationem* naturæ *potius, quam* officii nomen *esse hoc loco, cel.* Michaëlis *observatio est, in der* Einleitung &c. *T. II. p. m. 1755 sqq. Parem huic annotationem ex cel. D.* Ernesti *Bibl. th. vidimus ad Hebr. I. 5.* E. B.

***) *Hos equidem (utut alteri* App. critici *Editioni per b.* Burkium *legitime insertos), non putaui, ut reliquas annotationes criticas, hoc præcipuo loco eliminandos esse; facile, ut confido, veniam naćturus vel gratiam adeo initurus penes lectorum eos, quibus ipse* App. crit. *non ad manus fuerit.* E. B.

apparatu noſtro, ſecundum ſeriem theſium ibi tractatarum, ciebimus, quibus Critici, ſi placet, invitentur ad ea, quæ illo loco diximus, amplius, prout veritas poſtulaverit, diſcutienda *): ultima vero illarum theſium nos ad contemplationem multo dulciorem, *hermeneuticam*, deferet.

Ad § I.

Plerique ſtudium ſuum criticum intra unum hunc locum terminant, vel id certe ab hoc loco ordiri volunt. Perinde faciunt, ac ſi quis Geometriæ ſtudium a quadratura circuli inchoaret. Tales vix inveniunt, ubi conſiſtant: qui vero per reliquos anfractus penetravit, hîc quoque poterit evadere, & dociles certe aliorum animos pacare. Nonniſi mutata hîc velificatione, portus tenetur: propriam methodum præſens locus poſtulat.

Ad § II.

Non pauci ex iis, qui dictum hoc ipſum recte religioſeque defendunt, juſto tamen ſunt avidiores in conquirendis & adhibendis ejusmodi quoque fulcris, quæ nullam firmitudinem habent. Accidit id præſtanti viro, Leonardo Twells, cujus farraginem, ex Anglico ſermone in Latinum traductam, Wolfius ad h. l. pag. 300-313 cum una & altera caſtigatione exhibuit. Twellſium legi & penſavi, antequam Apparatum emitterem: quare ubi diffidentius inceſſi, atque ille, non temere id feci, cogitandique materiem eſſe, lector velim putet. Nil novi magnopere ſupplendum habeo: paucula, quæ ad rem pertineant, commemorabo.

Ad § III.

Complutenſes, Latinorum codicum auctoritate, uti c. II. v. 14 partem priorem, & c. V. comma extremum verſus octavi, quamvis Græce legerent, omiſerunt, ſic ipſum verſum ſeptimum, Græce non lectum, reſtituerunt; ſingulari quidem in hac epiſtola libertate utentes. Aperta Stunicæ confeſſio, de Latinis codicibus hîc adhibitis, potior eſt omni ſuſpicione de duobus

*) *Id quibus modis, ex quo b.* Bengelius *hæc ſcripſit, factum ſit, longum eſſet exponere. Critica lance locum inſignem ex recentioribus ponderarunt v. gr. D. G.* Benſon, *in den* paraphraſtiſchen Erklærungen und Anmerkungen über einige Bücher des N.T., *T. IV. überſezt von I. P.* Bamberger, *Leipz. 1761: D. I. S.* Semler, *in den* hiſtoriſch- und critiſchen Sammlungen über die ſogenannten Beweisſtellen in der Dogmatik: I St. über 1 Ioh. V. 7. *Halle und Helmſt. 1764; in der* genaueren Unterſuchung der ſchlechten Beſchaffenheit des zu Alcala gedrukten N. T. -- zur Widerlegung des Hn. Sen. Gœzens &c. *Halle, 1766: I. D.* Michaëlis, *in der* Einleitung in die gœttlichen Schriften des N. B., *Ed. II. d. a. 1766. T. II. p.m. 1762-1816: I. N.* Kiefer, *in den* geretteten Vermuthungen über das complutenſiſche N. T., gegen den Hn. Sen. Goez in Hamburg, herausg. von D. I. S. Semler. *Halle, 1770: tum, ex altera parte, dicti Iohannei vindices ſe præbuerunt I. M.* Goez *in der* Vertheidigung der complutenſiſchen Bibel, inſonderheit des N. T. gegen die Werſteiniſchen und Semleriſchen Beſchuldigungen &c. *Hamb., 1765; itemque in der* Fortſezung der ausführlichern Vertheidigung des complutenſiſchen griechiſchen N. T. &c. zur Widerlegung des Hn. D. Semlers, *Hamb., 1769: D. I. B.* Lüderwald, *in den* hiſt. und theologiſchen Anmerkungen über die Stelle 1 Ioh. V. 7, und die darüber vorhandene Streitigkeit, *Braunſchw. 1767: D. I. E.* Pfeiffer *in* Progrr. pentecoſt. ad h. l. *Erlangæ A. 1767. 68. 71. 72 editis.* &c. *Qua in re qui ſpecimen deſiderat, quantis a ſe interuallis arbitrorum judicia diſtent, adeat, ſi placet, altera ex parte die* allgemeine teutſche Bibliothek, *T. IV. Berl. u. Stettin, 1767. p. 330-366. & T. XVI. 1772. p. 343-364; atque ex altera parte die* Gœttingiſche Anzeigen von gelehrten Sachen, ad A. 1765, *p. 414 ſq. &* ad A. 1766, *p. 154 ſq. 1146-1160. Ex omnium documentorum collatione ad minimum pareſcet, opinor, non jam eo rem perductam eſſe, ut ſalua modeſtia finale quaſi decretum fiat:* Die Stelle 1 Ioh. V. 7 iſt unæcht. *Conf. S. R. D.* H. G. Clemmii *Diſſ. inaug. de* Moderatione theologica in probanda vel non probanda Trinitate ex Dicto 1 Ioh. V. 7. *d. a. 1767, inprimis § 4. Me quidem & ſpatio excludi & tempore (ſi addas,* viribus; *non refragabor), quo minus in hunc ampliſſimum campum h. l. excurram, cognitu haut eſt difficile. Aliquæ tamen obſervatiunculæ ſi ſe obtulerint, licebit eas placide proponere.* E. B.

duobus codicibus Græcis Vaticanis, quorum alter caruerit dicto, alter id ipſi Stunicæ ejusve collegis ſuggeſſerit. Vaticanum Hiſpanos exemplar hîc ſecutos eſſe, non eſt clara Eraſmi, ut Twellſius accipit, profeſſio. tantum, *ni fallor*, ait. Si Amelotus poſtea in Vaticano codice dictum legit, videndum, ne hic latinizet.

Ad § IV.

Ex Britannia ſchedæ aliquid Eraſmus, neſcio per quem, eſt nactus: ipſe diffiſus eſt: diffidentiæ cauſas, non ſane iniquas, enarravit. Idoneum hinc codicem manuſcriptum *Britannicum* ſola credulitas ſpontanea poteſt fingere. *Aliam* dicti verſionem Græcam ex Latinis dedere Complutenſes, *aliam* Britannus Eraſmi, *aliam* Græcus concilii Lateranenſis metaphraſtes, *aliam* Montfortini codicis interpolator.

Ad § V.

In nullo mſ. Græco dictum *Stephanis* lectum eſſe, Latinorum Roberti Bibliorum margo vel ſolus evincit.

Stephanicas editiones & reliquas citare, plane ſupervacaneum eſt. Eraſmicas & Complutenſem, in omittendo vel exprimendo dicto, omnes ceteræ ſunt ſecutæ.

Ad § VI.

Non adeo grandes ſunt copiæ *) codicum Gr. mſ. in quibus epiſtolæ, v. gr. Iohannis, deſcriptæ ſint: & quorum hodie copia eſt, eorum vix unus alterque mille annorum ætatem excedit; ceteri aliquanto vel etiam multo, recentiores ſunt. Eo minus mirandum eſt, Græce hodie vix reperiri dictum in cod. Græcis, quibus adjiciendum eſſe didici regium *Haſnienſem*, & *Ebnerianum*, & *Pariſinos* omnes (in libro, *Iournal des ſavans*, A. 1720 mens. Iun.) & complures, quos ſibi viſos ait cel. *La Croze* in Hiſt. chriſtianiſmi Ind. pag. 316. ed. II Germ. In codicibus *Florentinis*, quos recenſet V. C. *Io. Lamius* in libro de eruditione apoſtolorum, cap. XIII, reperiuntur duodecim, qui & habent epiſtolas Catholicas, & hoc dicto carent: ſed omnes poſt ſeculum IX ſcripti ſunt. Eo contra pluris æſtimare debemus ſuccenturiatam translationem vetuſtiſſimam *Latinam*, unde hoc dictum a multis patribus continua ſerie lectum & laudatum fuit, & ſubinde in aliarum linguarum monumenta redundavit, & hodie in codicibus Latinis N. T. ſuperat. **)

Vallam in Græcis ſuis codicibus legiſſe dictum, ex ejus ſilentio ſine ulla ratione conjicitur. Præteriit Valla etiam verſu 6 inſignem differentiam, ubi Græce eſt τὸ πνεῦμα, Latine *Chriſtus*. & capite II priorem partem verſus 14, qua Latini carent, ſine dubio Græce legerat Valla, & tamen in pauſa eſt. Oppido parcas in hanc epiſtolam notulas dedit.

Concilium *Lateranenſe* inciſo illo, *ſicut in codicibus QVIBVSDAM invenitur*, non reſpicit totum verſum 7, ſed clauſulam verſûs 8, *& hi tres unum ſunt:* quæ clauſula, in *OMNIBVS* Græcis codicibus obvia, vel ſola demonſtrat, concilium non de Græcis loqui codicibus, ſed de Latinis, quorum tantummodo *QVIDAM* illam habent clauſulam.

Montfortinum, ſive *Dublinienſe*, ſive *Hibernicum* exemplar, cui permultum, hujus dicti gratia, alicubi tribuitur, novum eſt &

*) *Attamen* Wetſtenium *codices* 87 (*quo fundamento, Eruditi viderint*) *contra Dictum noſtrum allegare, cel.* Michaëlis *monet, in der* Einleitung &c. *T. II. p. m. 1773; quibus* 3 *ipſe MSta, recentius collata, jungit.* E.B.

**) *In hac Dicti controverſi* hiſtoria *cur* θεῖόν τι *obſervaſſe b.* Bengelius *crediderit, tanta ipſe claritate in* App. crit. *ad h. l.* § XXVIII *expoſuit, ut mirari ſatis nequeam, cur ill.* Michaëlis (*Einl. T. II. p. 1800 ſq.*) *anceps hæreat, quo ſenſu iſtud* Bengelius *intellectum voluerit?* E.B.

& latinizat, in occidente deſcriptum, ut Latina, quam ſequitur, capitum diſtinctio prodit. *Berolinenſem* codicem nil ſeorſum a Complutenſibus valere, Berolinenſium candor fatetur.

Ad § VIII.

Patribus Græcis, qui dictum non legerunt, accenſendus eſt *Germanus* Conſtantinopolitanus, uti Theoria rerum eccles. demonſtrat. Negativum argumentum, in tali quæſtione, repudiari non poteſt. Nil id valet de uno alterove duntaxat eccleſiaſtico ſcriptore: valet de permultis, dictum tam inſigne, ad controverſias decidendas ſingulariter opportunum, prætereuntibus. Si Afri tam frequentes id citant, cur Aſiani tam frequentes id non citant? Hi non legerunt: illi legerunt.

Ad § XIX.

Latinos Florentinorum codices, qui Dictum habent vel non habent, memorat *Io. Lamius* in libro citato, p. 260. 266. 284. Porro Latinæ verſionis, ubicunque *) eam Tertullianus, Cyprianus, & quorundam duntaxat, ſed tamen continuus ordo patrum ſequitur, tanta eſt antiquitas, tanta auctoritas, ut ea optimo jure nitamur, **) neque ſuſpenſi manere cogamur, quamvis nondum conſtet, quid inſecuta ſecula in aliis aliisque orientis partibus legerint. Qui abſtruſiores illas verſiones in numerato habent, iis facile uſu venit, ut *Latinam*, a Romanenſibus nimium evectam, nimium deprimant.

Ad § XXI.

Cod. Florentinus, isque Laurentianus, quem ex Burneto citavimus, idem eſt, ni fallor, quem deſcribit *Io. Lami* lib. cit. pag. 265. Accedunt alii Florentinorum codices Latini, qui eum *ordinem* verſiculorum habent, pag. 258. 268. 285. Habet etiam ſcriptor ſeculi VIII, *Etherius* Axumenſis in Hiſpania epiſcopus, qui libro I contra Elipandum, permagnam hujus epiſtolæ partem recenſens, duos verſus ſic exhibet: *Quia tres ſunt, qui teſtimonium dant in terris, aqua & ſanguis & caro; & tria haec unum ſunt: & tres ſunt, qui teſtimonium dant in coelo, Pater, Verbum & Spiritus; & haec tria unum ſunt in Chriſto Ieſu.* ***) Eos quoque vel codices vel patres Latinos, qui ſic legunt, imitatus eſt *Corn. Ianſenius*, comm. in Concord. evang. cap. 144. *Verſus ſeptimus*, Cameronis judicio, *parentheſi includendus eſt, & ſextus conjungendus cum octavo.* Non opus parentheſi: ſextus verſus cum octavo conjunctus eſt per ſe.

Ad. §. XXII.

Quod *Manuel Calecas*, *DOMINICANVS*, & Lectionarium Græcorum, hîc certe interpolatum, *VENETIIS* editum, Vulgatæ translationis auctoritatem ſequuntur, minime mirum eſt. Prius fecerunt idem Armenii.

Ad § XXIII.

Raris (i. e. paucos gemellos habentibus, qui in ſuo genere peculiares erant,) codicibus epiſtolicis uſum fuiſſe *Baſilium M.* patet ex Appar. p. 690. [Ed. II p. 378.]: atque is Iohannei dicti veſtigium nobis pan-

*) *Hujus* reſtrictionis *utinam nunquam eſſent immemores noſtræ ætatis Eruditi in dijudicanda b.* Bengelii *de* Latino *ſententia.* E.B.

**) *Conf. cel.* Michaëlis *in der* Einleitung &c. *T. I. p. m. 267 ſq. & D. I. B.* Lüderwald, *in den* Anmerkungen über die Stelle 1 Ioh. V. 7., *p. 47.* E.B.

***) *Præterea ex* latino MS., *temporibus Carolingicis tributo, auctores libri* Nouveau Traité de Diplomatique, à Paris, 1750-65, *hanc lectionem eruerunt:* Spiritus, aqua & ſanguis, & hii tres unum ſunt; & tres ſunt, qui teſtimonium dicunt in cœlum, Pater, Verbum & Spiritus; & hii tres unum ſint in Chriſto Ieſu; *recenſente cel. D.* Erneſti, *Bibl. th. T. VIII. p. 62 ſq.* E.B.

pandit, quum libro V adv. Eunom. ait: *Deus & Verbum & Spiritus, una Deitas & ſola adoranda.* Dialogo, qui *Maximo* adſcribitur, vix plus tribui poteſt, quam in apparatu meo tribuitur. Latinis Afrorum codicibus notitiam dicti ſine dubio debet auctor ille: in Græcis an deinceps reperierit, conſiderent eruditi.

Nunc *plurima* manuſcripta, quæ Ger. a Maſtricht in Notis ad h. l. corrogat, & *XIV teſtes Graecos*, quos Twellſius, pagina Wolfii 302, enumerat, & e diverſo hæc, quæ ad § III & deinceps ſublegimus, Lector, velim, ſerio invicem conferas. Operam ab eo navatum iri dices, qui, *unum* duntaxat teſtem alterumve Græcæ auctoritatis eſſe, utcunque probaverit. Qui firmos teſtes ex Græca antiquitate producet, *) gratiam ab eccleſia imbibit.

Ad § XXV.

Qui dictum defendunt, non idcirco cauſam, cur id in tot monumentis deſideretur, ſcire aut proferre neceſſum habent. Minus certa cauſa eſto prætermiſſionis: prætermiſſio tamen, atque adeo ipſa germanitas dicti, certa eſt. qui cimelium amiſit & invenit, etiamſi, quomodo amiſſum fuerit, ignoret, tamen id agnoſcit & recuperat. Tarde, ut arbitror, exſpirabit ſuſpicio hiatûs hoc loco ex homœoteleuto nati. Homœoteleuton quidem quantam in hiatibus vim habere ſoleat, paſſim animadverto: ſed in præſenti loco eam cauſam valere non poſſe, evici, ni fallor, in Appar. p. 765. [Ed. II. p. 474.] Alia vero ibidem, quomodo expunctum fuerit dictum, non irrationabilis ſubjungitur conjectura: e contrario, nullo modo id tanquam aſſumentum reputari poteſt, a Latinis patribus, dicto ipſo carentibus aut gaudentibus, notis aut ignotis deperditisve, antiquiſſimis, recentioribus, profectum. Suſpicionibus quoquoverſus indulge: nil conficies. Tam mature, **) tam ſerio,

*) *Candidam hanc declarationem qui rite perpenderit, is neſcio quo jure* Bengelium *in gratiam* Textus latini *ea ſcripſiſſe ſuſpicetur, quæ exſtant in* App. crit. *ad h. l. Ed. II. §. III p. 453. Quæ l. c. ad Matth. VI. 13. § IX fin. & § X fin. teſtatus erat b.* Auctor, *iis non ſine cauſſa ſubjungitur allegatio § XXVII ad 1 Ioh. V. 7 ſ., qui hanc reſponſionem exhibet:* Abſit ut partium gratiæue humanæ cauſa contra conſcientiam in ſanctiſſimis verſer oraculis. Nam 1 Tim. III. 16 & Latinam verſionem poſtpoſui, nullo patrum Latinorum antiquorum conſenſu comitatam, & Græcos defendi codices, ubi nulla in eos cadebat juſta ſuſpicio. Sed ad hunc locum Iohanneum indicaui, unde Græci codices mutilati eſſe viderentur: Latinam vero verſionem cum Tertulliano & magna patrum Latinorum ſerie oſtendi congruere. *&c. Culpationem haut abſimilem, quaſi b.* Bengelius θεῖόν τι *ſubeſſe huic loco aſſerens & codicum reſiduorum ſpem faciens* glaucoma objicere aliquibus *intenderit, iniquitatis ego non profecto temere poſtulaui in meiner* Beleuchtung &c. *§ 23. p. 98 ſq.* E. B.

**) *E S. R. D.* Lüderwaldi *libello ſupra cit. non poſſum, quin h. l. eandem* tabulam *ego repetam quam S. R. D.* Clemmius, *ut partis utriusque argumenta palmaria* uno obtutu *dijudicari poſſent, ſuæ Diſſertationi inſeruit:*

Dictum 1 Ioh. V. 7

extat	*deſideratur*
In Sec. II & III Patrum Tertulliani & Cypriani Scriptis.	In Scriptis reliquorum Patrum Sec. II. III. IV. qui de eo tacent.
	In duobus antiquiſſimis codicibus, nimirum Alexandrino & Vaticano Sec. IV & V.
In Patrum Sec. V-VIII Scriptis.	
In prologo epiſtolarum catholicarum, qui Hieronymo, ſed falſo tribuitur.	In reliquis codicibus MStis a Sec. IX-XVI; ſi duos excipias, e regione notatos.
In actis Concilii Lateran. a. 1215, & in duobus codicibus MStis Sec. XV vel XVI.	

ſerio, tam paſſim gentium, tam perpetua ætatum ſerie allegant.

Ad § XXVIII.

Hæc ultima theſis deducit nos ad pretioſiſſimi Dicti exegeſin, *) qua verſus 7 (1) ad contextum totius epiſtolæ, maximeque (2) ad verſum 8 collatus, ex intimis rationibus vindicatur.

(1) Scopum diſpoſitionemque hujus epiſtolæ non facile inveniri, ſunt qui cenſeant: at ſine violentia, ſi ſimpliciter eam intueamur, reſolvetur. Iohannes epiſtola, vel libello potius, (nam epiſtola ad abſentes mittitur; ille autem apud eos, quibus ſcribebat, eodem tempore fuiſſe videtur:) id agit, ut beata & ſancta cum Deo & Ieſu Chriſto communio fidelium confirmetur, Gnoriſmatis lautiſſimi eorum ſtatûs oſtenſis.

Partes ſunt tres:

Exordium, *c. I. 1-4*

Tractatio, *c. I. 5-V. 12*

Concluſio, *c. V. 13-21.* Evolvatur textus ipſe.

In Exordio apoſtolus ab apparitione Verbi Vitæ conſtituit auctoritatem prædicationi & ſcriptioni ſuæ, & ſcopum (ἵνα, *ut*, v. 3 f.) exſerte indicat: exordio reſpondet (ut hoc ſtatim expediamus,) Concluſio, eundem ſcopum amplius explanans, inſtituta Gnoriſmatum illorum recapitulatione per triplex *novimus*. c. V. 18. 19. 20.

Tractatio habet duas partes, agens

I. ſpeciatim

α. de communione cum DEO, in luce. *c. I. 5-10.*

β. de communione cum FILIO, in luce. c. II. 1 ſ. 7 ſ. ſubjuncta applicatione propria ad patres, juvenes, pueruloſ. v. 13-27. Innectitur hîc adhortatio ad MANENDVM in eo, c. II. 28-III. 24, ut fructus ex MANIFESTATIONE ejus in carne, ſe porrigat ad MANIFESTATIONEM glorioſam.

γ. de corroboratione & fructu manſionis illius, per SPIRITVM. capite IV toto, ad quod aditum parat c. III, verſus 24, conferendus ad c. IV. 12.

II. per Symperaſma ſive Congeriem, de Teſtimonio Patris & Filii & Spiritûs, cui fides in Ieſum Chriſtum, generatio ex Deo, amor erga Deum & filios ejus, obſervatio præceptorum, & victoria mundi innititur. *c. V. 1-12.*

Sæpe partes ſimiliter incipiunt & deſinunt, uti exordio quoque reſpondet concluſio. vid. ſupra ad c. II. 12. Interdum eſt alluſio prævia in parte aliqua præcedenti, & recapitulatio in ſubſequenti. Quælibet pars agit de beneficio divino, & de officio fidelium: atque ex beneficio officium derivatur per conſectaria convenientiſſima, de amore erga Deum, de imitatione Ieſu Chriſti, de amore fratrum; & quanquam multa videri poſſint ſine ordine repeti, tamen ordinatiſſimis modis ex aliis cauſis alio intuitu eademilla conſectaria formantur.

Habet ergo verſus ſeptimus anakephalæoſin, quæ ſane, uti de Patre & Filio, ſic etiam de Spiritu agit. Quod Sol eſt in

*) *Hanc equidem faciliori ordine, occaſione alicunde ſubnatâ, lectorum oculis ſubjicere ſtudui in libello peculiari, ſ. t.* kurze Abhandlung über den wahren Verſtand der Stelle 1 Ioh. V. 7 &c. *Tub. 1772, typis* Schramm. *impreſſo.* E.B.

in mundo, quod in pyxide nautica acus, quod in corpore cor, id in hac tractatione est versus septimus capitis V. Adhibe primum editionem eo versu destitutam, deinde editionem eo præditam: facile senties, quid universus Iohannei sermonis postulet tenor.

(2) Adamantinus versuum nexus est, in hocce textu: v. 6. *Hic est, qui venit per aquam & sanguinem, Iesus Christus; non in aqua solum, sed in aqua & sanguine: & spiritus est qui testatur; quia spiritus est veritas* 7. *Quia tres sunt, qui testantur in terra, spiritus & aqua & sanguis; & hi tres in unum sunt:* 8. *& tres sunt, qui testantur in coelo, Pater & Verbum & Spiritus; & hi tres unum sunt.* 9. *Si testimonium hominum accipimus, testimonium Dei majus est.*

Ne quid confusionis oboriatur, monemus, *versum* 7 a nobis in hac deinceps consideratione dici eum, qui agit de testantibus *in terra;* & *versum* 8, qui agit de testantibus *in coelo.* Atque hunc ipsum versum 8 partim ut argumentis criticis in Apparatu confirmatum, partim ut exegeticis argumentis amplius confirmandum supponimus.

6 οὗτός ἐστι, *Hic est*) Causam Iohannes exponit: cur ei demum, qui credit, Iesum esse Filium Dei, victoriam ex mundo adscribat: quia nempe illa in Iesum Dei Filium fides invictum robur habet, a testimonio hominum, satis eo quidem firmo, sed multo magis a testimonio Dei, absolutam firmitudinem habente.

¶ ὁ ἐλθὼν, *qui venit*) Non dicit, ὁ ἐρχόμενος, *veniens*, in præsenti, sed ὁ ἐλθὼν, aoristo tempore, præteriti vim habente: uti c. I. 2, ἐφανερώθη, *manifestatus est:* c. IV. 2, ἐληλυθότα· & infra, v. 20, ἥκει. nam ἥκω præsens non *venio* significat, sed *veni:* (v. 20 not.) unde Iohannes ibidem subjicit, *& dedit*, in præterito. Iesus est is, quem propter promissiones venire oportuit, & qui venit revera: idque testantur & probant spiritus & aqua & sanguis.

¶ δι ὕδατος καὶ αἵματος, *per aquam & sanguinem*) *Aqua* dicit baptismum, quem primum administravit Iohannes, inde Baptista cognominatus, & ideo in aqua baptizare missus, ut Iesus manifestaretur tanquam Filius Dei. Ioh. I. 33. 34. Porro baptismus etiam per discipulos Iesu administratus est, Ioh. IV. 1 s. Act. II. 38 &c. *Sanguis* est utique sanguis unius ipsiusque Iesu Christi, qui effusus in passione, in cœna dominica bibitur. *)

¶ ἰησοῦς ὁ χριστὸς, *Iesus Christus*) *Iesus*, per aquam & sanguinem veniens, eo ipso monstratur ut *Christus.*

¶ οὐκ ἐν τῷ ὕδατι μόνον, *non in aqua solum*) Modo dixit, *per;* nunc, *in.* Vtraque particula opponitur τῷ χωρὶς, 1 Cor. XI. 11 s. Hebr. IX. 7. 12. 25. Ostendit apostolus, verba proxima antecedentia plane considerate esse posita. Articulus τῷ habet vim relativam. *Per* magis proprie videtur referri ad *aquam* & *in* ad *sanguinem.* nam Iohannes aqua baptizans, Iesum venientem antecessit, & Iesus venit *per* aquam: sed Iesus peracto opere, quod Pater ei faciendum dederat, sangui-

*) *Attamen* communi sententiæ, *quæ de utroque N. T. Sacramento hæc interpretatur, obstare cel. D.* Ernesti *monet, quod* non *de rebus h. l. sermo sit ad salutem hominum, ad remissionem peccatorum & sanctificationem a Christo institutis,* sed *de divinæ Ejus & naturæ & missionis argumentis atque testimoniis;* Bibl. th. *T. VII. p. 23. Neque tamen Interpretationi* Bengelianæ *fauere se testatus est* l. c. *T IX. p. 471. Qua de re videsis meine* Beleuchtung &c. *§ 35. p. 152 sqq. &* kurze Abhandlung *uber den wahren Verstand der Stelle* 1 Ioh. V. 7. &c. *Tub.* 1772. E. B.

guinem impendit; itaque prius venerat *in sanguine*.

¶ ἀλλ' ἐν τῷ ὕδατι καὶ τῷ αἵματι, *sed in aqua & sanguine*) Non modo susceperit, ad *baptismum* accedens, munus implendæ omnis justitiæ, Matth. III. 15, sed etiam *) effuso *sanguine* consummavit. Ioh. XIX. 30. quo facto *sanguis & aqua* ex latere I. C. in cruce mortui exiit. ibid. v. 34.

¶ καὶ τὸ πνεῦμά ἐστι τὸ μαρτυροῦν, *& spiritus est qui testatur*) *testatur*, de Iesu Christo, v. 5. c. II. 22. 2 Ioh. v. 9.

¶ ὅτι τὸ πνεῦμά ἐστιν ἡ ἀλήθεια, *quia spiritus est veritas*) Declarat apostolus, quid hîc innuat vocabulo *spiritûs*, *veritatem* videlicet. Quid porro *veritatis* vocabulo innuit? Non dubium est, quin hac professa enumeratione complectatur quodammodo omnia, quæ, præter ipsum divinum testimonium, ad testimonium de Iesu Christo pertinent. Ea colligemus ex Iohannis aliisque N. T. scriptis. Testantur de Iesu Christo scripturæ, Ioh. V. 39, i. e. Moses & prophetæ, Ioh. V. 46. I. 46. Act. X. 43. Testatus est Iohannes baptista, Ioh. I. 7. Testati vero sunt deinceps apostoli, Ioh. XV. 27. 1 Ioh. I. 2 IV. 14. Act. I. 8. II. 32: maximeque scriptor hujus epistolæ, Ioh. XIX. 35. Nunc quum apostolus testimonia de Iesu Christo, tanquam de eo, qui venit, colligit, sane evangelium minime prætermisit. *Evangelium* ille quidem nunquam appellat: *testimonium* plerumque appellat. Sed hoc loco minus commode diceretur: *tres sunt testantes, testimonium & aqua & sanguis*, quare pro testimonio *veritatem*, veritatem videlicet non modo cognitionis, sed etiam prædicationis dicit, & veritatem *spiritûs* vocabulo insignit. cui subjecto prædicatum *testari* eleganter cohæret. Expendatur nomen *spiritus*, c. IV. 1 s. 1 Cor. XIV. 12. Ap. XIX. 10. Ioh. VI. 63. Hoc spiritu propheticum quoque testimonium V. T. cum complemento ejusque demonstratione continetur. Dicit apostolus: *Iesus Christus venit & per aquam & per sanguinem*: non dicit hîc: *& aqua & sanguis sunt, qui testantur*. Rursum dicit, cum insigni epitasi, ΚΑΙ τὸ πνεῦμά ἐστι ΤΟ μαρτυροῦν, *spiritus est testans*: non dicit, *Iesus Christus venit per spiritum* sive *in spiritu*. etenim *spiritus* etiam ante adventum Christi testabatur, multis seculis: at aqua & sanguis cum ipso adventu erant conjunctissima. Testimoniumque magis proprie adscribitur spiritui, quam aquæ & sanguini: testandi quippe vim per se habet spiritus, eandemque vim aqua & sanguis accedente spiritu nanciscuntur & exserunt.

7 ὅτι τρεῖς εἰσιν οἱ μαρτυροῦντες, *quia tres sunt testantes*) Participium, *testantes*, pro nomine, *testes*, adhibitum, actum effectumve testimonii semper præsentem innuit. Antea etiam de spiritu dixerat, neutro genere, τὸ πνεῦμά ἐστι ΤΟ ΜΑΡΤΥΡΟΥΝ· nunc masculino genere, *tres sunt, qui testantur*, etiam de spiritu dicit, simul aquam & sanguinem testantes esse dicens, item masculino genere. Fœminina illa, *fides, spes, caritas, tria* dicuntur, neutro genere, 1 Cor. XIII. 13: at hîc πνεῦμα, ὕδωρ, αἷμα, omnia neutrius generis in Græcis, id est, *spiritus, aqua, sanguis*, sunt τρεῖς μαρτυροῦντες, masculino genere. *Testantes esse*, proprie personis convenit; quodque tres in terra testantes, quasi personæ essent, per prosopopœiam describuntur, id personalitati trium in cœlo testantium pulcre subservit: sed tamen neque spiritus (veritas evangelica) neque aqua neque sanguis personæ sunt. Tropum igitur a versu præcedenti ad præsentem progressus apostolus adhibet, brevitati ser-

*) Cerinthi *hoc erroribus oppositum existimat ill.* Michaëlis, *in der* Einleit. *T. II. p. m. 1741.* E. B.

sermonis opportunum, ut hoc dicat: Tria sunt genera hominum, (v. 9. coll. Ioh. V. 34.) qui ministerio testandi in terra funguntur: 1) illud, in universum, genus testium, quod præconio evangelii vacat; & speciatim 2) illud genus testium, quod baptismum administrat, ut Iohannes baptista & ceteri; itemque 3) illud genus testium, quod passionem & mortem Domini spectavit & celebrat. Est ergo *METALEPSIS*, eaque gravissima: ubi α) per Synecdochen numeri, pro toto genere testium, unus, qui testetur, ponitur, ut si diceretur, *prepheta*, *baptista*, *apostolus*. quamvis enim hæ tres functiones sæpe in uno homine poterant concurrere, tamen ipsæ erant divisæ: coll. Eph. IV. 11. eoque commodior est metonymia, de qua mox. Gradus trium harum functionum, strictius tamen sumto *prophetae* vocabulo, exstant Matth XI. 9. 11. β) per Metonymiam abstracti, pro iis, qui testantur, tanquam αὐτοπίαι καὶ ὑπηρέται, ipse *spiritus*, *aqua*, *sanguis*, memorantur.

¶ ἐν τῇ γῇ, *in terra*) Vid. infra.

¶ τὸ πνεῦμα, καὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸ αἷμα, *spiritus & aqua & sanguis*) Ordinem permutat apostolus. nam cum antea spiritum tertio loco posuisset, nunc eum primo loco ponit ex ordine naturæ. spiritus, ut modo dictum est, ante aquam & sanguinem testabatur, & spiritus etiam sine aquæ & sanguinis testimonio, sed aqua & sanguis nunquam sine spiritu testantur.

¶ καὶ οἱ τρεῖς εἰς τὸ ἕν εἰσιν, *& hi tres in unum sunt*) Sunt ejusdem æque terrestris *naturae* per se, propheta, baptista, apostolus: (conf. *unum sunt*: 1 Cor. III. 8.) & ad unum penitus *finem* ordinati, ut testentur de Iesu Christo, ut de eo, qui venit in mundum. conf. εἶναι εἰς τι, Luc. V. 17. τὸ ἕν, cum articulo, non tam *unum*, quam *idem* notat.

Num dilutior videtur hæc versiculi 7 interpretatio? Mox proderit nobis hæcce *querela*.

8 καὶ τρεῖς εἰσιν οἱ μαρτυροῦντες, *& tres sunt qui testantur*) Testimonium spiritus & aquæ & sanguinis per insignem gradationem & epitasin corroboratur superveniente testimonio trium majus testimonium perhibentium. conf. omnino Ioh. III. 8. 11.

¶ ἐν τῷ οὐρανῷ, *in coelo*) Vid. infra.

¶ ὁ πατὴρ, *Pater*) sub hoc nomine simul intelligitur nomen *Dei*, ut sub *Verbi* nomine, (de quo tamen mox vide,) *Filius*; ex natura relatorum. conf. 1 Cor. XV. 28.

¶ ὁ λόγος, *Verbum*) *Verbi* appellatio egregie convenit cum testimonio. *Verbum* testatur de se, ut de Filio Dei, Ap. I. 5. XIX. 13. Patres aliqui hoc loco scribunt *Filius*, ex frequentiori Scripturæ locutione. Habent tamen hoc (*filius*) etiam cod. MSS. Lat. *Florentinus* & *Reutlingensis*.

¶ τὸ πνεῦμα, *Spiritus*) Hoc loco, & ubique in hac epistola, Iohannes, de Spiritu sancto loquens, *Sancti* epitheton subaudit. Iesus Christus ante passionem de suo & Patris testimonio aperte locutus erat: accedit, post glorificationem maxime, testimonium Spiritus sancti. c. II. 27. Ioh. XV. 26. Act. V. 32. Rom. VIII. 16. Quare, ut antea binarius testium urgebatur, Ioh. VIII. 17 s. ita nunc Trias.

¶ καὶ οὗτοι οἱ τρεῖς ἐν εἰσι, *& hi tres unum sunt*) Versus præcedens habet, *& hi tres in unum sunt*: nunc, *hi tres unum sunt*. Considerata sermonis differentia, quanquam alias εἰς promiscue vel ponitur vel omittitur. Vnum sunt hi tres; sicut duo, Pater & Filius, unum sunt. Spiritum a Patre & Filio sejungere nil potest. nam si cum Patre & Filio Spiritus unum non esset, dicere deberemus, cum Patre & Filio, qui unum sunt, Spiritum esse duo. quod abhorret a tota revelationis divinæ summa.

Vnum sunt, essentia, notitia, voluntate, atque adeo consensu testimonii. Ioh. X. 30. 38. XIV. 9 seqq. Non universis tribus, sed singulis, tres singulatim opponuntur, hoc sensu: Testantur, non solum spiritus, sed etiam Pater; Ioh. V. 37. non solum aqua, sed etiam Verbum; Ioh. III. 11. X. 41. non solum sanguis, sed etiam Spiritus. Ioh. XV. 26 seq. Nunc quam necessaria sit versus octavi lectio, dispaleſcit. Non potuit Iohannes cogitare de spiritus & aquæ & sanguinis testimonio, & testimonium Dei tanquam majus subjungere, quin etiam de testimonio Filii & Spiritus sancti cogitaret, idque in enumeratione tam solenni memoraret: neque ratio ulla excogitari potest, cur sine tribus in cœlo testantibus testantes in terra, eosque tres enumeraret. Solent ejusmodi enumerationes non simplices esse, sed multiplices, Prov. XXX. quanto magis hoc loco? Versus septimus, quantus quantus est, vim habet respectivam, & eo pertinet, ut a versu 6 ad versum 8 progressus fiat. Atque hîc sita est utilitas *querelae* supra notatæ. Sive cum antecedenti sive cum subsequenti versu conferas versum 7 de tribus in terra testantibus, necessarius est octavus. Nam versus sextus & septimus nonnulla habent eadem, nonnulla diversa. Quæ eadem sunt, ideo tantum iterata sunt, ut aptarentur versui octavo: quæ diversa sunt, & vel orationem variant, vel ad sententiam aliquid amplius addunt; clariorem etiam respectum habent ad octavum versum. v. gr. In absoluto sermone, spiritus tantummodo dicitur esse testans; in respectivo, etiam aqua & sanguis. Similiter versus septimus & octavus nonnulla habent communia verba: in aliis, ubi oratio commutatur, ipsa sententia diversum quiddam importat, ut *in unum* & *unum*. Ternarium testantium in terra, accommodatitium, plane sustentat Trinitas cœlestis, archetypa, fundamentalis, immutabilis. Poterat apostolus testantes in terra vel plures statuere, coll. v. 9, vel omnes ad unum revocare spiritum, coll. v. 6, sed ad ternarium eos redigit, solo trium in cœlo testantium intuitu. Ex eo, quod Pater & Verbum & Spiritus proprie tres sunt, & testantes sunt, & unum sunt, etiam spiritus & aqua & sanguis per tropum similia prædicata nanciscuntur, quæ eis per se minus competere, & sua sponte patet, & ii sensere, qui in versu de spiritu & aqua & sanguine *tres* mutarunt in *tria*. Vid. Appar. p. 750. 755. Si ullam testantes in terra relationem habent ad testantes in cœlo, series verborum, *spiritus & aqua & sanguis*, postulat, ut *spiritus* referatur ad *Patrem*, *aqua* ad *Verbum*, sanguis ad *Spiritum*: at hoc non nisi expressa *Patris & Verbi & Spiritus* lectio comprobat: qua sepulta, varie fluctuans allegoria verborum ordinem mutavit. Vid. Appar. p. 757. 764. *Praecepta* Dei gravia esse negans apostolus, observationem eorum non modo ex sacramentis, sed maxime etiam ex fide S. Trinitatis deducit, uti Dominus ipse, Matth. XXVIII. 19. 20. Plane Iohanneum ex Deo sensum eoque sensu dignum stilum tota hæc sapit periocha Qui versum 8 non admittunt, non possunt versum 7 commode resolvere. *Metalepsin*, quam supra notavimus, in apertam *catachresin* ii deducunt, sed admisso versu 8, tota illa metalepsis mitigatur, & ordo, quo spiritus ante aquam & sanguinem ponitur, declaratur, & omnium vocum ratio redditur. Intima denique versus utriusque connexio, exactus rhythmus, indivulsa parodia est: & alter sine altero se habet tanquam periodus composita aut stropha poëtica, ubi pars dimidia desideratur.

7, 8 ἐν τῇ γῇ· ἐν τῷ οὐρανῷ· *in terra: in cœ-*

coelo) Non fertur testimonium in cœlo, sed in terra: qui autem testantur, sunt in terra, sunt in cœlo. i. e. illi sunt naturæ terrestris & humanæ, hi sunt naturæ divinæ & glorioſæ. Porro quia testantes qui sunt in terra, & testantes qui sunt in cœlo, testantur de Iesu Christo, & testis verus præsens est, non absens, non tam respectu eorum, ad quos testatur, quam respectu eorum, quæ testatur: ideo testantes qui sunt in terra, testari dicuntur de Iesu Christo, ita, ut testimonium eorum agat præcipue de commoratione Iesu in terra, ut testatum fiat, illum esse Christum; unde ipse per aquam & sanguinem dicitur *venisse*, in mundum videlicet: neque tamen status exaltationis, præsertim dum apostoli viverent, excluditur. Sed testantes qui sunt in cœlo, testantur de eodem Iesu Christo, ita ut testimonium eorum agat præcipue de cœlesti gloria Iesu, Filii Dei, exaltati ad dexteram Patris, non tamen excluso statu exinanitionis. Certe testimonium v. gr. aquæ, sive baptismi, per Iohannem maxime administratum fuit, ante mortem, imo ante manifestationem I. C. in terra ambulantis: testimonium vero Paracleti in glorificationem I. C. reservatum est. Vnde μαρτυρειτε, *testamini*, in præsenti, de apostolis: μαρτυρήσει, *testabitur*, de Paracleto dixit Dominus. Ioh. XV. 27. 26.

Habet ergo versus 7 cum versu 6 anakephalæosin totius œconomiæ Christi Iesu a baptismo ejus usque ad pentecosten Act. II. Habet versus 8 summam œconomiæ divinæ ab exaltatione ejus & deinceps. Vid. Ioh. VIII. 28. XIV. 20. Matth. XXVI. 64. Quocirca Christus ascendens jussit baptizare in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti: Matth. XXVIII. 19. & Apocalypsis gratiam & pacem a S. Trinitate præfatur.

Quæ cum ita sint, novum argumentum suboritur, eum ordinem versuum, qui testantes in terra præmittit, ac deinde testantes in cœlo memorat, Gradatione rebus ipsis longe convenientissima præstare.

9 εἰ, *si*) Ab eo, quod negari nequit, & tamen minus est, concludit ad majus.

¶ τῶν ἀνθρώπων, *hominum*) in quocunque negotio, Ioh. VIII. 17, & in ipso spiritus & aquæ & sanguinis testimonio administrando. nam tametsi id divino instituto & jussu faciunt, tamen ipsi manent homines. Ioh. V. 34. III. 31.

¶ ἡ μαρτυρία τοῦ θεοῦ, *testimonium Dei*) *Patris*, cujus Filius est Iesus. Vide finem versus hujus. Notatur autem simul cum testimonio Patris testimonium Filii & Spiritus item divinum & cœleste, quia opponitur testimonio *hominum* in plurali. Testimonium Patris est quasi basis testimonii Verbi & Spiritus sancti, sicut testimonium spiritus est quasi basis testimonii aquæ & sanguinis.

¶ μείζων ἐστὶν, *majus est*) [*adeoque acceptatione multo dignius.* V. g.] Ioh. V. 36. *Summa* eorum, quæ diximus, hæc est: Græci codices, in quibus epistolæ, v. gr. Iohanneæ, habentur, nec tam multi sunt, nec tam antiqui, ut versui de Tribus in cœlo testantibus, quippe cujus plane singularis est ratio, debeant officere. Latino is nititur interprete, solo propemodum, sed vetustissimo & sinceriſſimo, quem continuo sequuntur plurimi perpetua seculorum serie patres, in Africa, Hispania, Gallia, Italia, cum provocatione ad Arianorum consentientem lectionem. Ipse denique contextus hunc versum tanquam centrum & summam epistolæ comprobat.

¶ αὕτη ἐστὶν, *hoc est*) Plane in eo versatur.

10 ἐν ἑαυτῷ, *) *in se ipso*) intime.

12 ὁ

*) *Lectionem* ἐν αὐτῷ *præfert crisis* Ed. 1 & 2. *Sensus perstat.* E. B.

12 ὁ ἔχων) *habens*, in fide.

¶ Τὸν υἱὸν, *Filium*) Habet versus duo cola. in priore non additur *Dei:* nam fideles norunt *Filium.* in altero additur, ut demum sciant infideles, quanti sit, non habere.

¶ ἔχει, *habet*) Priore hemistichio cum emphasi pronunciandum est *habet;* in altero, *vitam.*

13 ταῦτα) *hæc*, quæ in hac epistola habentur. Verbum *scribo*, in exordio, c. I. 4, nunc in conclusione fit præteritum, *scripsi.*

¶ Τοῖς *) πιστεύουσιν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, *credentibus in nomen Filii Dei*) Summa versus 5-10.

¶ ἵνα εἰδῆτε ὅτι ζωὴν ἔχετε αἰώνιον, *ut sciatis quod vitam habetis æternam*) Id fluit ex versu 11.

¶ καὶ ἵνα πιστεύητε) *& ut credatis*, scil. sub propiore spe vitæ. Id fluit ex v. 12. Plane in fide esse debemus.

14 κατὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ, *secundum voluntatem ejus*) Conditio æquissima, latissime patens. [*Pron.* αὐτοῦ *DEVM spectat.* V. g.]

15 ἐὰν ὀἴδαμεν) ἐὰν interdum habet indicativum, præteriti temporis; idque hîc facit ad confirmandum.

¶ ἔχομεν) *habemus*, etiam ante eventum ipsum: (conf. 1 Sam. I. 17 f.) & eventum ipsum scimus non esse fortuitum, sed precibus impetratum.

16 ἐάν τις, *si quis*) Additur casus omnium maximus; ut possis orare etiam pro altero, in re gravissima. conf. c. II. 1.

¶ ἴδῃ, *viderit*) Ergo peccatum hoc potest nosci a regenito.

¶ ἁμαρτάνοντα ἁμαρτίαν, μὴ πρὸς θάνατον, *peccantem peccatum, non ad mortem*) qualecunque peccatum, *modo ne* ad mortem. μὴ, *ne*, formula excipiendi, (Matth. XIX 9) plus, quam ἐὰν *non*, v. 17. Quam diu non constat, esse peccatum ad mortem, orare fas est.

¶ θάνατον, *mortem*) De morbo, ex quo Lazarus mortuus est, sed postea mox resuscitatus, dicitur, *non est ad mortem*, Ioh. XI. 4 not. at Ezekias ægrotavit לָמוּת *ad mortem*, Es. XXXVIII. 1, nisi miraculo convaluisset. Hoc autem loco Iohannes *mortem* & *vitam* dicit, uti cap. III. 14. Quid porro sit *peccatum ad mortem*, declaratur ex opposito, versu 17, ubi subjectum est, *Omnis injustitia*; prædicatum bimembre, *peccatum, idque citra mortem.* Ergo quælibet injustitia, quæ in vita communi admittitur, est peccatum non ad mortem. Peccatum autem ad mortem est peccatum non obvium, neque subitum, sed talis status animæ, in quo fides, & amor, & spes, in summa, vita nova, exstincta est: si quis sciens volensque *mortem* amplectitur, non ex illecebris carnis, sed ex amore *peccati*, sub ratione *peccati.* Repudium gratiæ proæreticum. Homo, dum hoc peccatum peccat, vitam a se repellit: quî igitur alii vitam ei concilient? Datur tamen etiam *peccatum ad mortem* corporis **), v. gr. apud populum, pro quo ter deprecatus propheta, deprecari vetatur: Ier. VII. 16. XI. 14. XIV. 11. XV. 1. 2: imo *peccatum ad mortem* ejusmodi ipse admisit Moses, ad mortem non deprecandam: Deut. III. 26. Conf. 1 Sam. II. 25. III. 14 de domo Eli; & contra, de peccatis & morbis per preces depellendis, Iac. V. 14 seqq.

¶ αἰτήσει) ὁ παῤῥησιαζόμενος.

¶ δώσει, *dabit*) Deus, rogatus.

¶ αὐ-

*) *Hic verborum ordo nititur crisi* Ed. maj; *alius, in* Vers. germ. *obtinuit, sequitur crisin* Ed. 2. E.B.

**) *De quo et hunc locum cel.* Whitby, *et confidentius post eum cel. D.* Benson *interpretatus est, non abnuente S. R. D.* Ernesti, *Bibl. th. T. III. p. 53 sq.* E. B.

¶ ἀυτῷ) illi, fratri.

¶ ζωὴν, *vitam*) Ergo peccans ad mortem est in morte, & tamen ulterius peccat ad mortem.

¶ τοῖς) ל i. e. quod attinet ad peccantes non ad mortem.

¶ ἔςιν ἁμαρτία πρὸς θάνατον, *est peccatum ad mortem*) Summum præceptum est fides & amor. ergo summum peccatum est, quo fides & amor perimitur. Illic, vita, hîc, mors. Non tamen denotatur hîc tale peccatum, quod nos appellamus, mortale, ut sunt omnia irregenitorum, c. III. 14, & nonnulla *fratrum* relabentium; qui proprie soli egent, ut *vita* eis *detur*.

¶ οὐ-λέγω, *non-dico*) pro *dico-non*. locutio morata & Attica. Deus non vult, ut pii frustra orent. Deut. III. 26. Si ergo, qui peccatum ad mortem commisit, ad vitam reducitur, id ex mero provenit reservato divino.

¶ ἐκείνης, *illo*) Vocula habet vim removendi h. l.

¶ ἐρωτήσῃ) Modo, αἰτήσει. Differunt verba. Ioh. XI. 22 not. Hîc non modo non αἰτεῖν, sed ne ἐρωτᾶν quidem præcipitur. ἐρωτήσῃ est ut genus: αἰτεῖν species quasi humilior. Non αἰτεῖν modo removetur, sed etiam genus. Species hæc αἰτεῖν non occurrit apud preces Christi. αἰτεῖν in victum quasi & reum convenit.

17 πᾶσα ἀδικία) *omne nefas*. Vbique occurrunt in vita exempla *peccati non ad mortem*.

¶ καὶ, &) & quidem. Enunciatio est hæc: *Quodlibet nefas est peccatum non ad mortem*: sed ne quisquam id levius interpretetur, præmittit, *est peccatum*.

18 οἴδαμεν, *novimus*) Anaphora. v. ss.

¶ ὅτι πᾶς, *quod omnis*) Nunc cavet, ne quis versu 16. 17 ad securitatem abutatur.

¶ γεγεννημένος) Mox, γεννηθείς. Præteritum grandius quiddam sonat, quam aoristus. Lexicon vetus: ὠψωνηκότες, μέγα· ὀψωνήσαντες δὲ, μικρόν. Non modo qui magnum in regeneratione gradum assecutus, sed quilibet, qui regenitus est, servat se.

¶ τηρεῖ ἑαυτὸν, *servat se ipsum*) non deficit intrinsecus.

¶ οὐχ ἅπτεται, *non tangit*) Regenitus non pessundatur extrinsecus. Malignus appropinquat, ut musca ad lychnum; sed non nocet, ne tangit quidem. Antitheton, *jacet*. v. 19.

19 ἐκ, *ex*) Sermo concisus: *Ex Deo sumus*, & in Deo manemus: *at mundus* ex malo est, & *in malo jacet totus*.

¶ ἐν τῷ πονηρῷ κεῖται, *in malo jacet*) [*Itaque non magis, ac Malus, in quo jacet, filios DEI tangere potest*. V. g.] *Malus*, coll. v. 18, opponitur *Vero*, v. 20. Totus mundus [*isque uniuersus, eruditos, honestos, aliosue complectens omnes, exceptis duntaxat qui DEO se & Christo vindicarunt*. V. g.] non modo tangitur a malo, sed plane jacet, (Germ. *bleibt liegen*,) per idololatriam, cæcitatem, fraudem, vim, lasciviam, impietatem, malitiam omnem, in malo, expers & vitæ ex Deo & διανοίας, *sensûs*. Vid. 1 Cor. V. 10. XI. 32. Brevi hac summa vividissime denotatur horribilis status mundi. Commentarii loco est ipse mundus & mundanorum hominum actiones, sermones, contractus, lites, sodalitia &c. [*Mundanos pessimis non pejora perpetrare, mirandum potius est, quam pessime agere. Felices in miseria sua seipsos æstimant, & salute cassos DEI filios*. V. g.] Antitheton. *manet*, de Deo & sanctis. Habetis, regeniti, quod oretis. c. II. 2. [*Habetis, quod e mundo cupiatis ad DEVM euolare*. V. g.]

20 ἥκει) *adest*. Sic, ἥκω, Marc. VIII. 3 not.

¶ δέδωκεν, *dedit*) *Deus*. nam etiam in præcedenti commate Subjectum implicite est *Deus*, hoc sensu: *Deus misit Filium suum*: & huc refertur ἀυτοῦ, *ejus*, mox.

cf. Gen. 14, 20. et dedit sc. Abraham

¶ διά-

¶ διάνοιαν, *sensum*) non solum notitiam, sed facultatem noscendi.

¶ τὸν ἀληθινὸν, *Verum*) subaudi, *Filium ejus Iesum Christum*, ut mox. unde perspicitur, quanta majestate sic se appellet Filius, Ap. III. 7.

¶ οὗτος) *Hic*, Verus, Filius Dei Iesus Christus: cui convenit appellatio *Vitæ æternæ*. *)

¶ ζωὴ αἰώνιος, *Vita æterna*) Initium epistolæ & finis conveniunt.

21 φυλάξατε ἑαυτὰς) *custodite vos* ipsos, me absente, ne quis vos decipiat. Elegantia activi verbi cum pronomine reciproco plus dicit, quam φυλάξασθε *custodimini*. Vid. ad Chrys. de sacerd. p. 423.

¶ ἀπὸ τῶν εἰδώλων) *a simulacris*, neque solum ab ipsorum cultu, sed etiam ab omni eorum communione & communionis specie. Ap. II. 14. 20.

IN EPISTOLAM IOHANNIS SECVNDAM.

Vers. 1 Ὁ πρεσβύτερος, *Senior*) Appellatio conveniens **) familiari epistolæ, huic, & sequenti. Et quidem admirabili temperamento gravitas argumenti & familiaritas epistolii concurrunt. Partes epistolæ sunt tres:

I. Inscriptio. v. 1-3
II. Hortatio ad perseverantiam in veritate amoris & fidei. v. 4-11
III. Conclusio. v. 12. 13.

¶ ἐκλεκτῇ, *electæ*) Appellat *electam*, a conditione spirituali. nomen enim hoc appellativum esse, patet ex eo, quia etiam sorori tribuitur. v. 13. quod si proprium esset, foret ἐκλέκτη, ab ἔκλεκτος. Erant aut viduæ, aut uxores præ maritis piæ. Κυρία autem, [*hebraico* Martha *respondens*, V. g.] ut passim, ita hoc loco, esse nomen proprium, docet ***) Heumanni Pœcile, T. 2. lib. 3. artic. 13. & T. 3. lib. 1. art. 2. Neque dubitare quisquam potest, nisi qui stilum veterum ignorat, aut non recordatur. Appellativum Κυρία, *domina*, extra relationem ad servos, eo tempore vix reginæ sine invidia dari poterat. Etiam ad personas illustres olim nomina propria sunt adhiberi solita, præ appellativis. Eleganter autem *Senior* vocabulum spiritualis necessitudinis, unde epistolion fluxit, interponit inter suum & mulieris nomen. Recur-

*) *Inepte pronomen hoc ad* Patrem *h. l. a quibusdam referri, ven. C.* Boers *contra E.* Harwood *ostendit, approbante cel. D.* Ernesti, *Bibl. th. T. IX. p. 854.* E. B.

**) *Conuenientem ex eo etiam ill.* Michaëlis, *judicat quod unus Iohannes t.t. ex primis Iesu discipulis superstes fuerit, adeoque optimo suo jure totius Ecclesiæ* Senior *audire potuerit, coll. 1 Petr. V. 1. Vid.* Einleitung &c. *T. II. p. m. 1818.* E. B.

***) *ante Cl. D.* Bensonem. E. B.

Recurrit Κυρία, v. 5. Syrus nomen proprium retinet *): & synopsis Athanasiana ait, γράφει κυρίᾳ, ubi nomen proprium ponit, epitheton ἐκλεκτῇ, *electa*, reticet. Sæpe autem nomina propria & appellativa invicem confunduntur. v. Wesseling. Probabil. p. 199 seqq.

¶ ἐξ, *quos*) Ref. ad matrem & liberos.

¶ ἐν ἀληθείᾳ, *in veritate*) Amor non modo verus amor est, sed veritate evangelica nititur. v. 3 fin.

¶ πάντες, *omnes*) Communio sanctorum.

2 διὰ, *propter*) Constr. cum ἀγαπῶ *amo*. Amantes in veritate, amant etiam propter veritatem.

¶ Τὴν μένουσαν, *quæ manet*) quæ adhuc est. Sequitur futurum, *erit*. τὴν μένουσαν -καὶ ἔσται, resolve, *QVÆ manet, & erit*. conf. 1 Cor. VII. 37 not.

3 ἔσται, *erit*) יהי Votum cum affirmatione.

¶ μεθ' ὑμῶν, *vobiscum*) Vid. App. crit. Ed. II ad h. l. *Latinus* habet, *vobiscum*: & hoc proprie salutationi congruit. conf. 3 Ioh. v. 2.

¶ χάρις, ἔλεος, εἰρήνη, *gratia, misericordia, pax*) *Gratia* tollit culpam; *misericordia*, miseriam: *pax* dicit permansionem in gratia & misericordia.

¶ εἰρήνη, *pax*) etiam ingruente tentatione.

¶ κυρίου, *Domino*) Hoc uno loco appellationem *Domini*, salutationi convenientem, habent epistolæ Iohannis. *) *Filium Dei* appellitat.

¶ ἐν ἀληθείᾳ καὶ ἀγάπῃ, *in veritate & amore*) De illa, v. 4. de hoc, v. 5. Paulus appellare solet *fidem & amorem*. etenim *fides* & *veritas* synonyma sunt; & utroque vocabulo Hebræum אמת passim exprimunt LXX. Conf. 3 Ioh. v. 3, *veritati tuæ*.

4 ἐυρηκα, *inveni*) Rarum hodie *inventum*, rarum gaudium.

¶ ἐκ τῶν τέκνων σου, *ex liberis tuis*) Liberos Kyria ad minimum quatuor habebat. coll. v. 1 cum 4. Hos liberos in domo materteræ eorum invenerat Iohannes. v. 13.

¶ καθὼς, *sicut*) Norma.

5 οὐχ ὡς -καινὴν, *non tanquam -novum*) Amor utramque paginam facit. nil aliud fert veritas.

6 αὐτοῦ, *ejus*) Patris. v. 4.

¶ ἐν αὐτῇ, *in eo*) in amore. Epanodon habet hic versus, valde dulcem.

¶ περιπατῆτε, *ambuletis*) Modo, *ambulemus*. nunc secunda persona respondet verbo *audistis*, scil. ex nobis, apostolis.

7 ὅτι, *quia*) Ratio, cur jubeat retinere audita *a principio*.

¶ πολλοὶ, *multi*) 1 Ioh. II. 18. IV. 1.

¶ ἐξῆλθον) *intrarunt*. Mundus est aversus a Deo & Christo, siliquis suis inten-

*) *Retinet etiam* Arabica *versio* uttaque, *obseruante cel.* Michaëlis, *in der Einleitung &c. T. II. p. m. 1828; cui ceterum vix capio cur minores visæ fuerint difficultates, quæ sententiam de* electa ecclesia die dominico congregari solita *premunt, quam illæ, quas simpliciorem istam de* femina Kyria *l. c. p. 1828 sq. minus conuenientem reddere existimat. Nimirum neque* amoris significatio *grandæui Apostoli erga sanctam feminam quæ v. 5 occurrit, in epistolio familiari, quenquam offendere debet.* (*coll. Rom. XVI. 1. 6. 12. 1 Tim. V. 2. & Marc. XV. 41. Luc. VII. 47. Ioh. XI. 5.*); *neque opus est,* τὰ τέκνα *v. 4 & 13 nonnisi* filios, *excluso sexu sequiori, innuere supponantur; neque vel Kyriam vel Kyriæ sororem in* viduitate *vixisse, ex silentio de* maritis (*quorum aut uterque aut alteruter* infidelis *fuisse potest*) *legitime concluditur* (*coll. 2 Tim. I. 5.*) *At vero prorsus* inusitatum *loquendi modum necesse est assumi, si de* Ecclesia *Kyriam istam interpretari velis.* E. B.

**) *Atqui*, utriusque Ed. *margo etiam hoc loco præfert* omissionem *voc.* κυρίου, *& omittit omnino* Vers. germ. E. B.

tentus: sed ut Deum & Christum oppugnet, a Satanæ fermento est.

ὁ ἐρχόμενον) *qui veniebat.* sic, ἐρχομένων, 3 Ioh. v. 3. Conf. ἐλπιζόντα, 1 Ioh. IV. 2.

¶ οὗτός ἐστιν, *hic est*) Gradatio. Hic ipse est etiam magni impostoris & antichristi character. non alius atrociori specie quærendus est.

¶ πλάνος, *seductor*) contrarius Deo.

¶ ἀντίχριστος, *antichristus*) contrarius Christo. Etiam ad mulieres & adolescentes pertinet admonitio contra antichristum. v. 4 f. Antichristus negat Patrem & Filium; neque confitetur Iesum Christum venientem in carne.

8 ἑαυτούς, *vosmet ipsos*) me absente.

¶ ἵνα μὴ ἀπολέσητε κτλ.) Apostolum scripsisse arbitror, ἵνα μὴ ἀπολέστητε ἃ εἰργάσασθε *), ἀλλὰ μισθὸν πλήρη ἀπολάβωμεν· unde alii totam sententiam admonentem in secunda persona, alii deinde in prima retulerint.

¶ ἀλλά, *sed*) Nulla merces sanctorum dimidia est: aut tota amittitur, aut plena accipitur. Oppositio est immediata. Considerandæ tamen diversitas graduum in gloria.

¶ πλήρη, *plenam*) in plena communione cum Deo. v. 9.

9 ὁ παραβαίνων, *qui transgreditur*) ex perfidia.

¶ ἐν τῇ διδαχῇ τοῦ χριστοῦ, *in doctrina Christi*) in doctrina, quæ Iesum docet esse *Christum* Filium Dei.

¶ οὗτος) *hic* demum.

10 ἔρχεται, *venit*) quasi doctor aut frater.

¶ ταύτην) *hanc*, Christi.

¶ οὐ φέρει, *non fert*) per veram professionem.

¶ καὶ) *atque* adeo.

¶ χαίρειν, *salutem*) Eo loco sit vobis, quo ethnicus, cui tamen *salutem* tutius dicitur. 1 Cor. V. 10. Sermo est de salutatione familiari, eaque fraterna & christiana. **) Inter ignotos & alienos videntur olim rariores fuisse salutationes.

11 γάρ, *enim*) Severitas in amore.

¶ κοινωνεῖ, *communicat*) Eum enim declarat pro tali, cui possit obtingere gaudium & salus in isto ipso statu antichristiano. [*Subtilissimæ sunt puriorum doctrinæ rationes.* V. g.]

¶ ἔργοις) *operibus*, fidei & amori contrariis.

¶ τοῖς πονηροῖς, *malis*) Contra, bonorum operum communicatio, beata.

12 πολλὰ) *multa*, læta. Hoc igitur, quod scribit apostolus, maxime erat necessarium & subitum.

¶ οὐκ ἠβουλήθην, *non volui*) Ipsa scribendi opera non juvat semper cor affectu sacro plenum.

¶ διὰ χάρτου καὶ μέλανος, *per chartam & atramentum*) Ταπεινωσις. Antitheton, *os ad os*. *Charta*, non membrana, usus est apostolus ad hoc epistolium.

13 ἀσπάζεταί σε, *salutant te*) Comitas apostoli, minorum verbis salutem nunciantis. [*Suauissima communitas!* V. g.]

*) *Congruit hactenus margo* Ed. 2, *nec non* Vers. germ.; *sed quoad membrum alterum* Vers. germ. *abludit, secundam personam retinens, eoque ipso eam* Gnomonis *observationem, quæ mox ad voc.* ἀλλὰ *subsequitur, confirmans.* E. B.

**) *Qua de re pluribus disserit ill.* Michaëlis, *in der* Einleit. *T. II. p. m. 1819 sqq.* E. B.

IN EPISTOLAM IOHANNIS TERTIAM.

Vers. 1 Ὁ πρεσβύτερος, *Senior*) Tres hujus quoque epistolæ sunt partes:

I. Inscriptio. *v. 1. 2*
II. Commendatio hospitum: ubi *v. 2-6*
1. superiora Caji beneficia probat.
2. commendationem ipsam promit, rationes, & exempla in utramque partem, innectens. *v. 6-12*
III. Conclusio. *v. 13-15*

¶ Γαΐῳ, *Cajo*) Cajus Corinthi, de quo Rom. XVI. 23, vel huic Cajo, Iohannis amico, fuit similimus, in hospitalitate, vel idem: si idem, vel ex Achaja in Asiam migravit, vel Corinthum Iohannes hanc epistolam misit.

2 ἀγαπητέ, *dilecte*) Sic ter, v. 2. 5. 11.

¶ περὶ πάντων, *de omnibus*) quod ad omnes partes attinet.

¶ εὐοδοῦσθαι, *prospere agere*) in re familiari &c.

¶ ὑγιαίνειν, *valere*) in corpore.

¶ καθὼς, *sicut*) Vbi *anima* valet, omnia valere possunt.

3 ἐχάρην, *gavisus sum*) Hoc amplificatur versu 4.

¶ γὰρ, *enim*) Ex operibus cognoscitur valetudo animæ, & hanc prosequuntur vota sanctorum.

¶ καθὼς, *sicut*) Declarat.

¶ σὺ) *tu.* Antitheton, *Diotrephes.* v. 9.

4 τέκνων) *bis*, gaudiis.

5 πιστὸν ποιεῖς, *fidele facis*) *facis* quiddam, quod facile a te *pollicebar* mihi & fratribus. Sic *quodcunque* congruit.

¶ ἐργάσῃ, *operatus fueris*) labore amoris.

¶ καὶ) &, quod maximum, *in hospites* speciatim.

6 ἐνώπιον ἐκκλησίας, *coram ecclesia*) Publice commemorabantur exempla, ad hortandum [*methodo perquam familiari.* V. g.]

¶ καλῶς ποιήσεις, *bene facies*) Morata formula hortandi. Sic, in præterito & præsenti, ad approbandum, *bene dixisti, fecisti* &c. Luc. XX. 39. Act. X. 33. Marc. VII. 37. Ioh. IV. 17. cap. XIII. 13. Iac. II. 8. 19. 2 Petr. I. 19.

¶ προπέμψας, *deducens*) cum commeatu. Tit. III. 13. Beneficium præsta usque ad finem.

¶ ἀξίως τοῦ θεοῦ, *ut Deo dignum est*) Qui tales, quales versu sequente describuntur, honore afficit, is Deum honorat.

7 τοῦ ὀνόματος, *Nomine*) Subaudi, *Dei.* Lev. XXIV. 11. Conf. Iac. II. 7.

u) ¶ μηδὲν, *nihil*) De jure suo decesserunt: & vel mercedem laboris reliquerunt, vel rapinam facultatum tolerarunt.

¶ ἀπὸ, *a*) Constr. cum *exiverunt.*

8 συνερ-

u) ἐξῆλθον, *exierunt*] vel ut exules, vel ut præcones Euangelii. *V. g. Posterius præfert cel.* Michaëlis, *in der* Einleitung &c. *T. II. p. m. 1832 sq.* E. B.

8 συνεργοὶ, *cooperatores*) ut veritatem adjuvemus, ne ea impediatur.

9 ἔγραψα, *scripsi*) de his. Ea epistola non exstat.

¶ τῇ ἐκκλησίᾳ, *ecclesiæ*) illius loci, ex quo exierunt. v. 7. Occupatio: ne Cajus dicat, *cur itur ad nos?*

¶ ὁ φιλοπρωτεύων αὐτῶν, *qui vult esse primus eorum*) Si jam tum Diotrephes exstitit, vivente apostolo, quid postea non factum?

¶ ἡμᾶς, *nos*) commendantes & commendatos.

10 ἐὰν ἔλθω, *si venero*) v. 14.

¶ ὑπομνήσω, *commonebo*) Metonymia antecedentis: i. e. *animadvertam, notabo*, ita ut sentiat.

¶ λόγοις πονηροῖς, *verbis malis*) quibus se excusare conatur.

¶ τοὺς βουλομένους, *volentes*) scil. *accipere*.

¶ ἐκβάλλει, *ejicit*) Magna importunitas. *)

11 τὸ κακὸν, *malum*) in Diotrephe.

¶ τὸ ἀγαθὸν, *bonum*) in Demetrio.

¶ ἐκ τοῦ θεοῦ) *ex Deo*, bono.

¶ ἐστιν, *est*) ut ex Ipso natus.

12 δημητρίῳ, *Demetrio*) Videtur hic fuisse antistes hospitalis. **)

¶ ἡμεῖς, *nos*) ego & qui mecum sunt.

¶ δὲ) *tamen*, etsi jam multis ornatus testimoniis sit Demetrius.

¶ καὶ οἴδατε, *& nostis*) neque enim in ulla re mentimur.

15 φίλους, *amicos*) Conf. Ioh. XV. 15. Rara in N. T. appellatio, absorpta a majori, *fraternitatis*. Errant philosophi, qui putant amicitiam non instrui a fide.

¶ κατ' ὄνομα, *nominatim*) non secus ac si nomina eorum perscripta essent.

IN EPISTOLAM IVDÆ.

Vers. 1 Ἰούδας, *Iudas*) Partes epistolæ sunt tres:

I. Inscriptio. *v. 1. 2*

II. Tractatio, qua hortatur ad certamen pro fide, v. 3, & adversariorum interitu moribusque descriptis, v. 4-16, sanctos commonefacit, v. 17. 18, confirmat, v. 19. 20 s. de officio erga alios instruit, *v. 22. 23*

III. Conclusio per Doxologiam. *v. 24. 25.*

Valde hæc epistola congruit cum secunda Petri; eamque videtur præ oculis habuisse Iudas. v. 17. 18. coll. cum 2 Petr. III. 3. Eam Petrus extremo suo tempore scripsit: ex quo colligi potest, S. Iudam diutius vixisse, magnamque vidisse jam tum in

*) *Quæ quibus modis exerceri potuerit, cel.* Michaëlis *inquirit, in der* Einl. &c. *T. II. p. m. 1836 sq.* E. B.

**) Peregrinorum *aliquem fuisse, per Iohannem v. 5 sq. commendatorum, verisimilius videtur cel.* Michaëlis, *l. c. p. m. 1834.* E. B.

in ecclesia inclinationem rerum a Petro prædictam. Sed tamen alia prætermittit, alia alio instituto & sermone ponit, alia addit, sapientia apostolica perspicue elucente, & severitate incrementa sumente. Sic Paulum Petrus, Petrum Iudas allegat & comprobat. *Sylog. Matth. 16, 20. n.*

¶ ἀδελφὸς δὲ ἰακώβου, *frater vero Iacobi*) Iacobus erat celebrior, *frater Domini* appellatus. pro eo Iudas se appellat *fratrem Iacobi*, modeste.

¶ τοῖς) Periphrasis, cui respondet contrarium versu 4.

¶ ἠγαπημένοις, *dilectis*) Exordio respondet conclusio. v. 21.

¶ τετηρημένοις, *servatis*) Christo indelibatum servari, lætum. Ioh. XVII. 2. 11. 15. 2 Cor. XI. 2. Significantur salutis origines & consummatio: habetque hic locus προθεραπείαν, ne pii percellantur mentione rerum dirissimarum.

¶ κλητοῖς, *vocatis*) *Vocatio*, omnis beneficii divini prærogativa.

2 ἔλεος κτλ. *misericordia &c.*) tempore miserabili. hinc primo loco ponitur *misericordia*. *misericordia*, Iesu Christi, v. 21: *pax*, in Spiritu S. coll. v. 20: *amor*, Dei, v. 21. Testimonium de S. Trinitate.

3 πᾶσαν σπουδὴν ποιούμενος) *cum omnem operam darem.*

¶ γραφειν - σωτηρίας, *scribere - salute*) Antitheton, *præscripti in judicium.* v. 4.

¶ περὶ, *de*) Scopus epistolæ, v. 20 f. Prima & extrema epistolæ, accurate conveniunt.

¶ κοινῆς, *communi*) per *æque pretiosam fidem.* 2 Petr. I. 1. Ratio mutuæ adhortationis.

¶ σωτηρίας, *salute*) Etiam severæ admonitiones, *salutares* sunt.

¶ ἀναγκην ἔσχον) *non potui non.*

¶ γράψαι ὑμῖν παρακαλῶν, *scribere vobis adhortans*) Ex omnibus scribendi generibus *adhortationem* hoc tempore saluberrimam statuit Iudas. τὸ *scribere* arcte cohæret cum *adhortans*. *Adhortatio* infertur v. 17 f. Hic scopus epistolæ expressus.

¶ ἐπαγωνίζεσθαι, *ut decertetis*) Officium duplex, *pugnare* strenue pro fide, contra hostes: & ædificare se ipsum, in fide. v. 20. conf. Neh. IV. 16 ff.

¶ ἅπαξ, *semel*) Particula valde urgens. nulla alia dabitur fides. coll. *secundo*, v. 5.

¶ παραδοθείσῃ, *tradita*) divinitus.

¶ τοῖς ἁγίοις) *sanctis* omnibus, ex fide *sanctissima.* v. 20. Constr. cum *tradita.*

¶ πίστει, *fide*) qua venitur ad *salutem* v. 20. 21.

4 παρεισέδυσαν, *subrepserunt*) παρὰ, *sub*, *obiter.*

¶ οἱ πάλαι προγεγραμμένοι εἰς τοῦτο τὸ κρίμα, *olim præscripti in hoc judicium*) quos venturos esse, prædictum est, v. 17. & quos hoc judicium, de quo mox, subituros esse, patet ex pœnarum exemplis in similes impuros editis, pridem perscriptis. Non innuitur prædestinatio, de qua tamen locutio exstat similis, οἱ γραφέντες εἰς ζωὴν, Es. IV. 3, sed Scripturæ prædictio. Πάλαι, *olim*, Enochi tempore: v. 14. qui si ipse tantum dixit, non etiam scripsit; sermo erit concisus, hoc sensu: *pridem* per Enochum prædicti, & postea *per scripturam notati.* quare τὸ ἀσεβεῖς, *impii*, confer cum versu 15. εἰς valet *quod attinet.* Τοῦτο, *hoc*, valde demonstrat, apostolo jam quasi cernente pœnam. Sermo per Enochum factus complectitur omnes impios primi & extremi mundi. Par omnium indoles & pœna.

¶ ἡμῶν, *nostri*) non *impiorum.*

¶ χάριν, *gratiam*) evangelicam.

¶ τὸν μόνον δεσπότην) Sir. XVIII. 33 in ed. Complut. Κρείσσων παῤῥησία ἐν δεσπόζῃ μόνῳ, ἔπωρ νεκρὰ καρδία νεκρῷ ἀντέχεται.

¶ καὶ κύριον) S. Iudas impietatem eorum, quos notat, ostendit incurrere & in Deum & in Christum, τὴν τοῦ ΘΕΟΥ ἡμῶν χαριν

μετατιθέντες εἰς ἀσέλγειαν, καὶ τὸν μόνον δεσπότην καὶ κύριον ἡμῶν ΙΗΣΟΥΝ ΧΡΙΣΤΟΝ ἀρνούμενοι. Hoc non obſervarunt, qui poſt δεσπότην interpoſuere θεόν. Locus proprie parallelus, 2 Petr. II. 1, τὸν ἀγοράσαντα αὐτοὺς δεσπότην ἀρνούμενοι.

¶ ἀρνούμενοι, *negantes*) Expendantur portenta hæreticorum veterum a patribus commemorata.

5 ὑπομνῆσαι, *commonere*) Activum.

¶ εἰδότας ὑμᾶς, *ſcientes vos*) Accuſativus abſolutus, ut Act. XXVI. 3. Cauſa, cur admoneat duntaxat; quia jam ſciant, ſemelque cognitum habeant. Reſpondet hæc formula Petrinæ illi, *hoc primum ſcientes.*

¶ ἅπαξ) *ſemel.* v. 3 not.

¶ σώσας, *ſervans*) Antitheton, *perdidit.*

6 ἀγγέλους, *angelos*) 2 Petr. II. 4 not.

¶ μὴ τηρήσαντας, *non ſervantes*) Debuerant igitur ſervare.

¶ ἀρχὴν) *imperium*, ſtatum *ſemel* eis aſſignatum, ſub Filio Dei. Col. I.

¶ ἀπολιπόντας, *relinquentes*) ultro.

¶ ἴδιον, *proprium*) conveniens.

¶ οἰκητήριον) *domicilium* lucidum. Antitheton, ζόφον *caliginem.*

¶ ἀϊδίοις) *ſempiternis.* Epitheton horribile, h. l. Sic v. 7, ἀιωνίε, *æterni.*

¶ τετήρηκεν, *ſervavit*) ſervare inſtituit.

7 τούτοις) *his*, impiis, parem pœnam ſubituris.

¶ ἐκπορνεύσασαι) Sæpe pro ſimplici πορνεύω זנה LXX habent ἐκπορνεύω. ſed hîc proprie convenit in libidinem magis abominandam.

¶ ἀπελθοῦσαι - ἑτέρας, *abeuntes - alteram*) præter naturam.

x) ¶ δείγμα - δίκην, *exemplum - pœnam*) Appoſitio. *pœna*, quam ſuſtinent, eſt *exemplum ignis æterni*, ut Caſſiodorius loquitur. neque enim ipſa urbium illarum pœna æterna eſt. Ez. XVI. 53. 55. Conf. 2 Petr. II. 6. *)

8 μέντοι, *quidem*) Particula declarans, impuritatemque talium impiorum cum Sodomis comparans, unde ſimilitudo pœnæ verſu 7 memorata pateat.

¶ ἐνυπνιαζόμενοι) *ſomniis* impuris & conſuſis *agitati*, & ex ſomniis futura conjectan-

x) προκεινται, *ante* (oculos) *jacent*] Non *in* mari mortuo, ſed *ad* litus ſitæ erant urbes. *V. g.*

*) *Digniſſima conſideratu ſunt, quæ de* Lacu Aſphaltitide *ex itinerariis commemorat S. R. D.* Büſching, *in ſeiner* Erdbeſchreibung, *P. V. Sect. I. Hamb. 1768. p. 306 ſqq. Præter alia l. c. p. 307 ſ. ſcribit:* Ob von den verſunkenen Stædten noch Veberbleibſel in dem See ſind? darüber wird geſtritten. Daſs noch Veberbleibſel von Gebæuden in demſelben vorhanden ſind, kann durch unverwerfliche Zeugniſſe beſtætiget werden: ob ſie aber von Sodom ſind? wie man vorgiebt und glaubet; iſt eine andere Frage. Es haben dem Maundrel der Pater Gardian und der Procurator des lateiniſchen Kloſters zu Ieruſalem erzählet, daſs ſie Pfeiler und andere Veberbleibſel von Gebæuden geſehen hætten, die *nicht weit vom Vfer* entfernet, und zu einer Zeit, da das Waſſer des Sees niedrig war, *ſichtbar* geweſen. Aruieux --- und ſeine Gefæhrten ritten (1660) mit den Arabern bis an einen groſſen Haufen von Trümmern, die damals ungefehr 3 Fuſs hoch über der Oberflæche des Waſſers hervorrageten. --- Sie beſtunden aus Steinen, die wie Bimsſtein verbrannt, leicht waren und zerrieben werden konnten. --- Troilo -- erzehlet -- weil es nicht ſehr tief im Waſſer, habe er ſich unterſtanden, bis dahin zu reiten, und etliche Steine -- davon abzubrechen, welche am Feuer wie Kohlen gebrannt, und einen hæſslichen Dampf und Geſtank von ſich gegeben, auch unangezündet übel gerochen hætten. --- Es ſind (*l. c. p. 314 ſ.*) noch andere Merkmale eines *unterirdiſchen Feuers* vorhanden. Strabo hat ſchon berichtet, daſs Leute, die in den See hinein (næmlich weit hinein) gegangen wæren, bis an den Nabel verbrannt worden wæren, und Pocock hælt die gemeine Sage für wahr, daſs, wer es wagen würde, über den See zu ſchwimmen, den Leib verbrennen würde. --- E. B.

jectantes. Æquipollet illud, *non norunt* v. 10. Es. LVI. 10. 11. LXX, οὐκ ἔγνωσαν· ἐνυπνιαζόμενοι κοίτην· οὐκ εἰδότες σύνεσιν, πάντες ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν ἐξηκολούθησαν. [*Vno verbo* ἐνυπνιαζόμενοι *hominum mere naturalium indoles graphice admodum descripta est. Somnians multa videre, audire &c. sibi videtur; concupiscentiâ agitatur, gaudio, angore, timore, vel. At nescit imperare sibi in isto statu: sed qualis est imago in somnio ex imagine orta, talis hominum illorum conditio. Hinc, omnibus licet rationis neruis adhibitis, concipere nequeunt, filios lucis vera libertate, in luce expergefactos, perfrui.* V. g.]

¶ κυριότητα, *dominationem*) Vid. 2 Petr.. II. 10 not.

9 ὁ δὲ μιχαὴλ, *Michaël vero*) Hujus pugnæ notitiam utrum ex sola revelatione, an ex traditione majorum acceperit apostolus, nil refert: sufficit, quod vera, quin etiam confessa fratribus, scribit. conf. v. 14 not. Δὲ respondet τῷ μέντοι.

¶ ὁ ἀρχάγγελος, *archangelus*) Hoc loco & 1 Thess. IV. 16, (ubi item de re gravissima, resuscitatione mortuorum, agitur,) archangeli fit mentio; alibi nusquam: ut, utrum unus hic sit, an plures, definire nequeamus.

¶ ὅτε, *quum*) Quando hæc disceptatio facta sit, & quo die, non exprimitur: facta est certe post mortem Mosis.

¶ τῷ διαβόλῳ, *diabolo*) contra quem pugnare Michaëli inprimis convenit. Ap. XII.

¶ διακρινόμενος διελέγετο, *disceptans disputaret*) Erat ergo pugna judicialis.

¶ περὶ τοῦ μωσέως σώματος, *de Mosis corpore*) De ipso Mosis corpore exanimi apertus est sermo. In re mysterii plena non debemus apertam sermonis partem pro eo, ac nobis commodum est, inflectere. In corpus Mosis conatus est aliquid, quicquid fuit, diabolus, mortis robur habens, adeoque Mosis fortasse resuscitationem impedire postulans.

¶ οὐκ ἐτόλμησε, *non ausus est*) Virtus angelica, modestia. Eo major deinceps Michaëli data est victoria. Ap. XII. 7. Synopsis Sohar p. 92. n. 6. *Non licet homini ignominiose convitiari genus adversum*, h. e. spiritus malos. Schœttgenius. οὐκ - ἀλλ' ὡς, Rom. IX. 32.

¶ βλασφημίας, *blasphemiæ*) id est, βλάσφημον, *blasphemum*. 2 Petr. II. 11.

¶ ἐπιτιμήσαι σοι, *animadvertat in te*) Reservatum divinum.

¶ Κύριος) *Dominus*, solus. Hujus judicio in antecessum subscribit angelus.

10 ὅσα) *omnia, quæ.*

¶ οὐκ οἴδασι, *non norunt*) de rebus spiritualibus, Dei & sanctorum.

¶ φυσικῶς, *naturaliter*) per facultates naturales, de rebus naturalibus, modo cognoscendi naturali, appetitu naturali. *physicum* opponitur hîc *spirituali*. v. 19.

¶ ἐπίστανται, *sciunt*) Subtilius quiddam notat *norunt*.

¶ φθείρονται) *pereunt*, coll. v. seq.

11 οὐαὶ, *væ*) Vno hoc loco unus hic apostolus *væ* intentat, ex triplici ratione, quæ mox sequitur. Petrus, eadem vi, *maledictionis filios* appellat.

¶ τῇ κάϊν, *Caini*) fratricidæ.

¶ τοῦ βαλαὰμ, *Balaami*) pseudoprophetæ.

¶ μισθοῦ) *mercede.*

¶ ἐξεχύθησαν) *effusi sunt*, ut torrens sine aggere.

¶ ἀντιλογίᾳ) מריבה LXX, ἀντιλογία.

¶ τοῦ κορὲ, *Core*) sacerdotio se ingerentis.

12 ἐν ταῖς ἀγάπαις ὑμῶν, *in agapis vestris*) in vestris conviviis, quibus *amor* fraternus alitur.

¶ σπιλάδες) Quemadmodum inter Petrum & Iudam in ἀγάπαις & ἀπάταις paronomasia intercedit: sic inter eosdem in voca-

vocabulo σπῖλοι 2 Petr. II. 13, & σπιλάδες h. l. homonymia locum invenit. nam σπιλάδες pro *maculis* quidem accipi possunt, ut Vulgatus reddit: coll. v. 23. unde *Hesychius*, σπιλάδες, μεμιασμένοι, simul metonymiam h. l. ostendens. Sed idem, σπιλάδες, αἱ περιεχόμεναι τῇ θαλάσσῃ πέτραι. quin σπιλὰς etiam *procellam* denotat, & hanc ipsam notionem, cujus exemplum notavimus ad Chrys. de Sacerd. p. 375, Oecumenius probat. Eligat lector. Sequuntur hanc metaphoram quatuor aliæ, ab aëre, terra, mari, cœlo.

¶ συνευωχούμενοι ἀφόβως, *convivantes sine timore*) Cum *timore* [*luxuriei oppositio.* V. g.] colenda sunt *convivia* sacra. *Convivari* per se nil vitii habet: ideo *sine timore* huic verbo annecti debet.

¶ ἑαυτοὺς, *se ipsos*) non gregem.

¶ δένδρα φθινοπωρινὰ) Φθίνων sc. μὴν, *extrema pars mensis.* sic φθινόπωρον, *autumnus extremus.* inde δένδρον φθινοπωρινὸν, *arbor tali specie, qualis est autumno extremo, sine foliis & pomis.* Est hîc gradatio quadrimembris. Primum, & inde secundum, refertur ad fructum: tertium, & inde quartum, refertur ad arborem ipsam.

¶ ἄκαρπα, *infructuosæ*) arbores nil vescum ferentes.

¶ δὶς) *bis*, i. e. plane: respectu status pristini, & status christiani.

¶ ἐκριζωθέντα, *eradicatæ*) Hic gradus est ultimus h. l.

13 ἐπαφρίζοντα, *despumantes*) præ copia turgidi. Es. LVII. 20.

¶ ἀστέρες πλανῆται, *stellæ errantes*) Recentiori ævo compertum est, *planetas* esse per se corpora opaca, mutuato lumine fulgentia. id S. Iudas jam tum ex lumine divino innuit. neque enim ad etymon tantum errantium stellarum alludi (quanquam hoc quoque congruit) patet ex subsequente *tenebrarum* mentione. coll. 2 Petr. II. 17. Eademque ratio prohibet accipi de *ignibus fatuis.* Aperte alii dicuntur apud Aristotelem οἱ δοκοῦντες ἀστέρες διάττειν, alii οἱ πλανῆται ἀστέρες. lib. I Meteor. cap. 4 & 6.

¶ οἷς, *quibus*) Vt modo nubibus, arboribus, fluctibus, sic jam stellis errantibus sua additur descriptio, cum respectu ad apodosin.

14 προεφήτευσε) *prophetam egit.*

¶ καὶ τούτοις) *etiam his:* non modo de his, non modo antediluvianis. ait enim, *omnes.* v. 15.

¶ ἕβδομος, *septimus*) Innuitur antiquitas prophetiæ, v. 4. quæ de adventu Iudicis prima videtur fuisse. Quinque duntaxat patres fuere inter Enochum & Adamum: 1 Chron. I. 1. & Enochi translatio facta est ante A. M. 1000. Estque hoc ipsum elogium Enochi proprium, Hebræis frequens. *Septimus ab Adam*, mysterii non expers, in quo immunitas a morte & numerus sanctus concurrunt. nam septimum quodque, æstimatissimum. Septenarium quidem decemplicatum refert Fragmentum Henochi; quod impii illi diluvio oppressi δεδέντες ἐπὶ ἑβδομήκοντα γενεὰς εἰς τὰς νάπας τῆς γῆς ligati ad LXX generationes fuerint in obscuras terræ valles, usque ad diem judicii eorum. vid. Heidan. de orig. err. p. 174.

¶ ἀπὸ ἀδὰμ, *ab Adam*) Adamo prædictus est adventus Christi prior; Enocho, secundus. Septimus ab Adam prophetavit, quæ septimam ætatem mundi terminabunt.

¶ ἐνὼχ, *Enoch*) Vtrum ex libro veteri, an ex traditione, an ex revelatione immediata hoc quoque habuerit S. Iudas, quis defi-

definiet? *) Si ex libro; alius tamen fuisse censetur ab illo, contra quem disputat *Bangius* in Exx. de ortu literarum, maxime pag. 94. Conf. Suicer. Thes. P. I. col. 1131.

¶ Κύριος, *Dominus*) Iam Henochi tempore nomen *Iehovah* notum erat.

¶ ἐν ἁγίαις μυριάσιν, *in sanctis myriadibus*) angelorum. Matth. XXV. 31. Ellipsis cryptica primis illis temporibus congruebat.

15 κρίσιν, *judicium*) Vltra diluvium prospexit Enoch.

¶ κατὰ πάντων) *contra omnes*, homines, qui defecerunt. Genus.

¶ ἐξελέγξαι, **) *redarguere*) Elenchus, qui jam tum erat, in judicio consummabitur. *Elenchus* adhibetur contra eos, qui nosse nolunt.

¶ πάντας τοὺς ἀσεβεῖς, *omnes impios*) Species.

¶ ἐλάλησαν, *locuti sunt*) v. 8. 10.

¶ κατ' αὐτοῦ, *contra Ipsum*) etiamsi non putassent, omnes sermones impios [*quibus Domini filii quoque atque serui impetuntur, Iob XLII. 7. Mal. III. 13.* V. g.] *contra Ipsum* tendere.

¶ ἁμαρτωλοὶ ἀσεβεῖς, *peccatores impii*) *Peccator*, malus est: ἀσεβὴς, peccans *sine timore*, pejor.

16 γογγυσταὶ, *murmuratores*) adversus homines.

¶ μεμψίμοιροι, *queruli*) contra Deum.

¶ πορευόμενοι, *incedentes*) respectu sui ipsorum. v. 18.

¶ θαυμάζοντες πρόσωπα) Sic LXX pro נשא פנים & הדר פנים in utramque partem.

17 ὑμεῖς δὲ ἀγαπητοὶ, *vos vero dilecti*) Sic quoque v. 20.

¶ μνήσθητε, *recordamini*) Ergo hi, ad quos Iudas scribit, ceteros quoque apostolos audierant.

¶ ἀποστόλων, *apostolis*) Non eximit se Iudas apostolorum numero. nam v. seq. dicit, *vobis*, non *nobis*.

19 οὗτοι, *hi*) *Horum* mores ostendit tales esse, quales prædicti sint. v. 18.

¶ οἱ ἀποδιορίζοντες) ἑαυτοὺς subauditur, quanquam id ipsum alii adjecerunt. Es. XLV. 24. LXX, αἰσχυνθήσονται πάντες οἱ ἀφορίζοντες (διορίζοντες ed. Vatican.) αὐτούς. *Segregant* se, a Deo & a communione viva ecclesiæ; tametsi non a societate hujus externa. v. 12 init. Conf. Hos. IV. 14, יפרדו [*Prov. XVIII. 1. Es. LXVI. 5. Luc. VI. 22.* V. g.]

¶ ψυχικοὶ, *animales*) quos anima mera, sine spiritu, animat.+

¶ πνεῦμα μὴ ἔχοντες, *spiritum non habentes*) Itaque spiritus non est pars essentialis hominis. qui rationis tantum humanæ luce utuntur. c. 8, 5. 7. quivis homo est caro Spiritui adversa. + Ioh. 3, 6 coll. Rom.

20 δὲ, *autem*) Opposita: *segregantes*, &, *superstruentes vos ipsos*. item, *animales*, & *in Spiritu sancto*.

¶ ἁγιωτάτῃ) *sanctissimæ*; qua nulla sanctior esse potest. Superlativus singularis, magnam cohortandi & urgendi vim habens.

¶ ἐν πνεύματι ἁγίῳ προσευχόμενοι, *in Spiritu sancto orantes*) Eph. VI. 18. Zach. XII. 10. Ioh. IV. 24. Memorat Iudas Patrem,

*) *Memorabilis est S. R. D.* Crusii *ad h. l. obseruatio* (*Hypomnn. T. I. p. 163*): Exemplum perspicuum vaticinii non scripti de Christo, & quidem ut mundi judice, dudum ante Mosen & ante ipsum diluuium, Iudas seruauit Ep. v. 14. Quis dubitauerit, plures ejusmodi prophetias extitisse totamque religionis saluificæ V. T. summam ab omnibus prophetis recte expositam fuisse? quamquam paucissimi scripserunt, &, si ab historia continuanda discesseris, post Mosen, & posthac post duos reges Dauidem et Salomonem, prophetæ demum libros scriptos reliquerunt appropinquante dispersionis tempore & postquam illa contigerat. --- E. B.

**) *Attamen simplici* ἐλέγξαι *palma conceditur in margine* utriusque Ed. E. B.

trem, Filium & Spiritum ſanctum: memorat fidem, amorem, ſpem. verſu hoc & ſequente.

¶ προσευχόμενοι, *orantes*) Requiritur ſtudium piorum, ſed multo magis preces, quibus opem divinam impetrant.

21 ἑαυτοὺς, *vos ipſos*) Qui ſe primum defendit, alios demum ſervare poteſt. v. ſeqq.

¶ προσδεχόμενοι, *exſpectantes*) *Exſpectare* poſſunt cum fiducia, qui ſeſe muniunt.

¶ ἔλεος, *miſericordiam*) Antitheton, *ignis* v. 23.

¶ εἰς, *in*) Conſtr. cum *exſpectantes*.

22 καὶ, &) Qui ſibi jam conſuluit, conſulat aliis.

22, 23 ὃυς μὲν ἐλέγχετε διακρινομένους· ὃυς δὲ σώζετε ἐκ πυρὸς ἁρπάζοντες· ὃυς δὲ ἐλεεῖτε ἐν φόβῳ· *alios quidem redarguite dubitantes: alios vero ſervate ex igne rapientes: aliorum vero miſeremini in metu*) Tria genera enumerat apoſtolus eorum, quorum ſaluti conſulere ſancti debeant: ac primum quidem genus intellectu laborat; ſecundum affectu, vehementer; tertium affectu, minus vehementer. Itaque I. *elenchus* ſive demonſtratio boni & mali adhiberi debet iis, qui cum dubitationibus conflictantur, & in medio ancipitique hærent. II. quos *ignis* jam prope corripuit, ii rapida vi, quacunque parte prehenſi, *ſervari* debent. III. *miſericorditer* & leniter tractandi ſunt ii, qui metu ſolo, & benigna periculi demonſtratione, in viam reduci poſſunt. Vid. App. crit. Ed. II ad h. l.

¶ μισοῦντες, *odio habentes*) Hoc proprie cohæret cum ἐλεεῖτε, *miſeremini*. Aliter ex igne, inquit, aliter ex luto eximendi ſunt miſeri. Hos clementer, metu duntaxat incuſſo, tractari ſufficit: hi, ferme intacti a vobis, ex hoc ipſo ſentiant veſtrum *odium* & faſtidium adverſus ipſam impuritatis ſuperficiem.

¶ καὶ, *etiam*) non modo *carnem* ipſam, quam iſti polluunt, v. 8, ſed etiam amictum.

¶ ἐσπιλωμένον χιτῶνα, *maculatam tunicam*) *Tunica* eſt totus vitæ habitus exterior, qua ab aliis attingimur. Locutio proverbiali ſimilis.

24 φυλάξαι ἀυτοὺς ἀπταίστους, *cuſtodire vos**) *a titubatione immunes*) contra impios iſtos. ἀυτοὺς, pro ὑμᾶς, refertur ad prædicata præcedentia, uti Matth. XXIII. 37.

¶ κατενώπιον τῆς δόξης ἀυτοῦ, *coram Gloria ſua*) coram ſe ipſo, quum glorioſiſſime revelabitur.

¶ ἀμώμους, *inculpatos*) penes vos ipſos. Antitheton, *a titubatione immunes*.

25 **) δόξα καὶ μεγαλωσύνη, *gloria & magnificentia*) Ref. ad *ſoli Deo*.

¶ κράτος καὶ ἐξουσία, *robur & poteſtas*) Ref. ad *potenti*.

*) *Cur & h. l. & in* Vers. germ. *pronomen* ἀυτοὺς *per* vos (euch) *translata ſit, hæc ipſa* Gnomonis *nota indicat. Lectio videlicet* ὑμᾶς *per criſin* utriusque Ed. gr. *non videtur eligenda.* E. B.

**) *Verba,* διὰ Ἰησοῦ χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, *immediate præcedentia, in* Vers. germ. *recepta ſunt, ſuadente criſi* Ed. 2. E. B.

ANNO-

ANNOTATIONES
AD
APOCALYPSIN.
PROOEMIVM.

DVas in Apocalypſin commentationes uno tempore adornavi: alteram *Germanicam*, ſeparatim editam *), in gratiam videlicet eorum etiam, qui, quamvis Latine neſciant, tamen veritatem requirunt; alteram, *Latinam*, quæ eſt hæc ipſa Gnomonis N. T. pars extrema. Nolim putes, Lector, eas ſola lingua differre: majus multo diſcrimen intercedit, cujus cauſa *conjungi* poſſunt, vel, ſi mavis, debent. Germanica illa tractatio plena, juſta, perpetua eſt: hæ autem Latinæ annotationes miſcellum quaſi ſpicilegium, in ſuo item genere ſalubre, exhibent. etenim teſtimonia antiquitatis, Græcarum locutionum explicationem, critica ſupplementa**), falſarum opinionum refutationem, Latino commodius, cenſuimus, quam vernaculo ſermone proponi. Igitur quæ illic fuſius explanantur, hîc tantummodo attinguntur: quæ illic vix loci quidquam habuere, hîc copioſius tractantur. Alia eſt & alia commentatio: utraque in ſuo genere integrum quiddam eſt.***) Qui conjunxerit, unius operis inſtar eſſe dicet, duplicem autem fructum percipiet.

2. *Criſis* vero, inquis, hoc etiam loco inculcatur? Saturior egomet hujusmodi ſum laboris, quam videar multis. Nam quum apocalypticum textum in verſiculos plus CCCC diviſerit Rob. Stephanus, totidem fortaſſe dierum operam ſola Apocalypſeos *recognitio*, (ignoſcat, quisquis ejus operæ pretium non perſpicit,) ſibi antehac a me vindicavit ****). Exemplaria excuſa, & quidem præcipua ad verbum, conferre, Kuſteri editionem ex Milliana ipſa retractare, manuſcriptos codices Græcos & Latinos recenſere, excerpta codicum ab aliis hinc inde prolata digerere, verſiones conſulere, patres Græcos & Latinos excutere, interpunctiones examinare, quam prolixi laboris ſit, ambitioſe exaggerare nolo. Neque tamen id ipſum plane diſſimulari

*) *Hujus Editio* prima *prodiit A. 1740*; ſecunda, *in rebus præcipuis nil mutata, & nouo ſtipata* Prologo, *A. 1746*: *de* reliquis, *poſt obitum Beati recuſis*, *ut & de ſubſecutis A. 1747 Sermonibus ſacris in Apoc. ſ. t.* 60 erbauliche Reden, *quorum itidem plures jam Editiones proſtant*, *non eſt quod verba faciam. Vnum neſcire nolo rerum ignaros:* Es waren keine œffentliche Predigten (wie man ſie ſchon genennet hat), ſondern vertrauliche Vortræge, die in ſogenannten Erbauungs-Stunden gemacht worden. E. B.

**) *Hæc & h. l.*, *maximam partem*, *ob rationes in* Proœmio *meo allegatas*, *abeſſe nunc juſſi:* aliqua *tamen*, *utut* Apparatui *inſerta*, *cur non exiſtimauerim reſecanda*, *res ipſa loquitur.* E. B.

***) *Nemo itaque* integram *iſtam commentationem germanicam eâ methodo*, *quâ notulas* Vers. germ. *inſerui*, Gnomonis *lectoribus propinandam fuiſſe cenſebit.* E. B.

****) *Attamen*, *ſatis præcipitanter*, *judicare aliquis non dubitauit:* Freylich ſollte B. dieſes Buch, das er --- für das heiligſte und groeſste in der ganzen Bibel anſahe, weil es allein die Offenbarung Chriſti heiſst, auch in Anſehung der Critik als das Heiligſte behandelt haben --- &c. *Videſis meine* Beleuchtung &c. § *33. p. 149.* E. B.

lari hoc loco oportere putavi. Namque ab iis, qui tali in re justam dicere sententiam velint, optimo jure postulatur, ut, præter cæteras dotes quamlibet excellentes, in numerato habeant codicum, versionum, patrum lectionem tenoremque, & horum testium indolem, numerum, consensionem, divortia, vim modo majorem, modo minorem calleant: neque ea loca, in quæ inciderint, subito arbitrio singulatim expediri posse putent, sed decisiones varietatum ex cohærentibus totius scrutinii rationibus repetant. Huc plane spectant *Fundamenta criseos apocalypticæ*, in Apparatu, a pag. 776 ad 789 [*Ed. II. p. 487 sqq.*] posita, in quibus *universam* Apocalypseos considerationem non perfunctorie institui, & subsequenti ibidem *singulorum* locorum tractationi criticæ lucem & robur præparavi. Fundamentorum summam dedi in Defensione altera *), & partem ejus summæ hoc loco repetam: „Ad Apocalypsin Erasmus, *ut ipse confitetur*, non „nisi unum habuit MS. Græcum a Io. Capnione, & quidem Andreæ Cæsareensis „exegesin, cui textus (τὸ κείμενον) erat „interjectus. *Ex eo*, inquit, *contextûs „verba describenda CVRAVIMVS.* Cumque *mutilus* esset libet, textum ex Vulgata nondum revisa *properanter*, & cum „hanc prophetiam haud plurimi faceret, „*citra summam curam* supplevit. Stephanus, eruditus ille quidem, sed negotiis „obrutus typographus, talem Erasmi textum apocalypticum *ad verbum* recudit, „præcipue in ultima sua editione, quam „tot alii sunt secuti. *Hæc ad oculum patet.* „At ante hos duos, id est, ante Reformationem, in editione Complutensi, præclarissimus & ad *testimonium* contra papatum inprimis efficax apocalypticus textus, „quem *nullo modo extenuare* debemus, in „media exiit Hispania, in aliis Europæ „regionibus late propagatus. *Postmodum „orientales* linguæ versionesque sunt excultæ: antiquissima *Latina* versio restituta, in qua spicilegium tale, quale Apparatus meus exhibet, nactus sum: multi „Græci Latinique *patres*, & ii quidem, qui „Apocalypsin copiose firmiterque allegant, eruti & recogniti. Multi & diversi *Græci codices MS.* apocalyptici, „antehac adeo rari, sunt comparati: & de „duobus, quorum ego sum potius, alter „opportune eandem habebat Andreæ Cæsareensis exegesin, quo adjutus dispexi „accuratius, qua parte Erasmus vel valeret vel laboraret. Quodque præcipuum „est, *Alexandrinus* codex MS. qui *vetustatis*, &, præcipue in Apocalypsi, *sinceritatis* & *auctoritatis* nomine a veris criticis pro *incomparabili* agnoscitur, in occidentem est delatus. Quæ omnia a Deo „data subsidia Erasmus & Stephanus, si „hodie viverent, cum *admiratione & gaudio*, „melius sane, quam omnes ipsorum assecl æ, „adhiberent, & uno ore declararent, non „eas editiones, quas ipsi tam ægre, & alii „post ipsos tam religiose procudissent, sed „*ambas* conjunctim classes editionum, imo „vero etiam totam *Antiquitatem* christiana, „nam, & *Medullam* documentorum ejus, „textum nobis apocalypticum propinare „quam purissimum. Hæc omnia sunt, quibus crisis mea superstruitur. Tali modo „non solum multa minoris, quanquam non „plane nullius, momenti, sed etiam quædam *ponderosissima* loca, œconomiam divinam spectantia, in Apocalypsi, *REGIA „PROMVLGATIONE I. C.* amatoribus „apparitionis ejus postliminio sunt repræsentata. Hoc agnoscunt jam complures „bonæ animæ: Deo gratias agunt, & rem „in suum usum vertunt. Huc quum res evadit,

*) *App. crit. Ed. II. P. IV. N. IX.*]

evadit, ulteriores animadversiones, mihi, fortasse præ quovis altero quamlibet erudito, sua sponte, etiam quum alias res ago, subinde occurrentes, obiter notare, vindiciisque eas, ubi usu venit, augere, nec molestum esse sentio, & fas esse duco.

3. Ad ea subsidia, quæ in Apparatu adhibui, nunc commentarius in Apocalypsin, *Apringio* adscriptus, accedit, de quo aliquid dixisse juverit. Pacis Iuliæ in Hispania episcopus circa annum DXXXX *Apringius* fuit, quem *Aprigium* plerique, nonnulli aliter paulo aliterque appellant. Commentarium ejus in Apocalypsin, ab *Isidoro* Hispalensi aliisque laudatum, erant qui pro deperdito haberent. At *exstat*, inquit *Garsias Loaisa* apud Fabricium, *opus ingens manuscriptum in Apocalypsin. Sed ego, cum vidissem codicem Gothicum Legionensem, scriptum æva millesima octava, animadverti, de auctoris nomine inde non constare, sed editum opus in gratiam cujusdam Æterii. Quin & in præfatione auctor ille ait, se collegisse sua ex libris Victorini, Isidori & Aprigii.* Aliud exemplar membranaceum *Barcinonæ ex alto vetustiore* (fortasse Legionensi illo,) *A MXXXXII descriptum*, ex Hispania, superiore seculo pervenit in Daniam. Ibi *Arnæ Magnæi Llandi*, Professoris Hafnienfis, concessu librum quondam descripsit cel. Abbas *I. L. Mosheimius*, qui certiorem me fecit, membranas incendio Hafnienfi consumtas esse, & tamen suum exemplar, ex illis accuratissime deductum, liberaliter mihi muneri misit. *Apringius* in eo codice constanter vocatur: & *Apringio* episcopo tractatus hicce, ubi *incipit* & ubi *explicit*, adscribitur; sed tamen interpolatum esse opus, liquido apparet. Vno loco, Iohannes dicitur sub Claudio scripsisse Apocalypsin: alibi, sub Domitiano. Numerus *DCLXVI* ad voculam *DICLVX* redigitur, cujus se inventorem duobus an tribus post Apringium seculis professus est *Ambrosius Ansbertus*. Ipsius *Apringii* nominatim *explanatio* uno alteroque loco ita cum ceteris contexitur, ut partes præcedentes eo ipso aliis tribuantur auctoribus. Commentarius cujusmodi sit, hoc loco dicere nil attinet: textum, commentario interjectum, ita fere pro suo tum instituto descripsit Moshemius, ut prima duntaxat & extrema periocharum verba exprimeret: sed tamen multorum locorum lectiones perspiciuntur, quæ sinceritatem subinde *Vulgati* referunt interpretis, ac sententias nostras ante notitiam Apringii latas passim confirmant. *Apringium* verbo ubi citamus, lectiones apographi Hafnienfis a nobis innui, lector meminerit, quamvis *Apringianæ* ipsæ ab reliquis internosci vix possint. Neque enim magni interest, quum ipsæ interpolationes satis antiquæ & quædam earum ex auctoribus Apringio fortasse antiquioribus decerptæ sint, & vel cum ipsius Apringii vel cum aliorum codicum Latinorum N. T. textu congruant. Certe *Hispanienfem* Latinæ Apocalypseos lectionem, vix alibi obviam, hinc subinde colligere possumus.

4. Pervenit porro editio nostra N. T. cum apparatu critico ad manus *Io. Christophori Wolfii* p. m. antequam quartum is volumen Curarum in N. T. emitteret: quare in Apocalypsi potissimum rationem habuit annotationum nostrarum. Aliter interdum, ut libenter credo, judicasset, si properatio, quam opus præclarum in extremo redolet, penitiorem considerationem*) tulisset. Subinde ille quidem sententiam meam calculo comprobavit suo: quæ laudatissimi viri consensio multos a præjudiciis in hoc genere frequentibus deducere debet.

Aliis

*) *A tali consideratione quantis, quæso, interuallis haud pauci absunt hodie, qui suo se arbitrio nihil non decidere posse, imo debere existimant!* E. B.

Aliis locis dissensionem suam vel certe dubitationem professus est, rationes simul commemorans, cum Theologica civilitate. Talia etiam atque etiam a me declarari existimavi oportere, ea quidem lege, ut argumentis non magis, quam humanitate cum Defuncto certarem. Quæ in fundamentis illis explanavi, uno jam non repetimus loco: in Apparatu legant, quibus commodum est. Ad singula sparsim loca monui, quod opportunum esset: a quibus attentus lector non sine fructu, quemadmodum spero, esset discessurus. Nam de iis locis, ubi in dictione versatur controversia, non multa dixi: sed *gravissimas* aliquot lectiones vindicavi studiosius. *)

5. Neque tamen *Exegesin*, præcipue nobis in hoc opere propositam, *critica* racematio obruit, nedum excludat. Bilicem dixeris tractationem. Operam enim dedi, ne nimis macilenta hæc pars evaderet, neve eadem a solida ceterorum N. T. librorum consideratione in hocce *Gnomone*, cujus exegesin *Apparatus* criticus etiam ad Apocalypsin crebro citavit, abluderet. Res maximas in qualibet prophetiæ periocha comprehensas, nervose strictimque, per lemmata duntaxat, indicavi. Insignis exegetæ, D. *Ioachimi Langii*, sententia compluribus in locis examinata, dilucidiorem feci tractationem meam. Vberiorem vero argumentorum & emblematum explanationem a *Germanico* nostro commentario repetendam esse memineris.

6. *Synopsin* equidem totius Apocalypseos, nativam, ut spero, atque utilem, in hoc quoque limine colloco.

Apocalypsin constituunt

I. Introitus:
- *1. Titulus libri.* — *Cap. I. 1-3*
- *2. Inscriptio.* — *4-6*
- *3. Summa.* — *7. 8*
- *4. Apparitio gloriosa, qua DOMINVS IESVS*
  - a. *IOHANNEM ad scribendum instruit.* — *v. 9-20*
  - b. *ANGELOS SEPTEM ECCLESIARVM, Ephesi & Smyrnæ & Pergami, & Thyatiris & Sardibus & Philadelphiæ & Laodiceæ, ut ad Ipsius adventum digne se parent, excitat, Vincenti bona futura promittens.* — *cap. II. III.*

II. OSTENSIO eorum, quæ fient. Hic in uno continuo Viso proponitur
- *1. generatim & universe, omnis potestas in cælo & in terra, a Sessore throni data Agno, SEPTEM SIGILLIS obsignati libri apertis. cap. IV. V. Primis quatuor sigillis continentur visibilia, ad ortum, occasum, meridiem, septentrionem; cap. VI. 1-8: reliquis tribus, invisibilia; cap. VI. 9 &c. Septimum, ut momentosissimum,*
  - a. *propriam habet præparationem,* — *cap. VII.*
  - b. *com-*

*) *in ipsius nunc* Apparatûs *critici Ed. II, ut diximus, quærendas.* E. B.

b. *complectitur silentium in coelo, septem angelos cum tubis, & magnum suffitum.* cap. VIII. 1-6

2. *specialis Exsecutio, qua sub* SEPTEM ANGELIS EORVMQVE TVBIS *regnum mundi conquassatur, donec id Dei & Christi fit. Hic considerandi sunt*

A. *quatuor angeli primi, cum suis tubis:* cap. VIII. 7-12
B. *tres angeli reliqui cum suis tubis; & væ tria, per locustas, equitatum, bestiam. c. VIII. 13. IX. 1. &c. Tuba angeli septimi est amplissima: unde notandum*
a. *Iusjurandum angeli de consummatione mysterii divini sub tuba angeli septimi, & futura urbis magnæ conversio.* c. X. XI.
b. *Tuba ipsa, & sub ea*
1. *Summa rerum ac propositio.* c. XI. 15
II. *prævia gratiarum actio seniorum pro exsecutione.* v. 16-18
III. *exsecutio ipsa. v. 19. Hîc memoratur*

a. *Filii masculi nativitas, & hostis primarii jactus e* COELO. c. XII. 1-12
b. *Remora in* TERRA, *væ tertium horribile: ubi*
1. *væ ipsum excitatur 1. per draconem:* c. XII. 12.
2. *per duas bestias.* c. XIII.
2. *homines interim*
1. *per tres angelos monentur:* c. XIV. 6
2. *per messem & vindemiam colliguntur:* v. 14
3. *per plagas sive* PHIALAS SEPTEM *affliguntur & ad pœnitentiam invitantur.* c. XV. XVI.
3. *meretrix magna cum bestia calamitatem cumulat.* c. XVII.
c. *Victoria regalis, qua hostes illi, inverso ordine, submoventur. Namque*
1. *meretrix magna judicatur, & regnum Dei prævalet.* Cap. XVIII. XIX.
2. *bestia & pseudopropheta in stagnum ignis jaciuntur.* c. XIX.
3. *diabolus ligatur.* c. XX.
d. *Regnum expeditum. Id enim, post superiores gradus, subinde ante tubam angeli septimi, c. VII. 9 & maxime sub ea inducatos, c. XIV. 1. 13. XV. 2, nunc penitus viget.*
1. *Nationes non a satana seducuntur, sed a Christo pascuntur.* c. XX. 3
2. *Participes primæ resurrectionis regnant cum Christo.* v. 4
3. *Gog & Magog delentur, & diabolus, par-*

parvum chronon solutus, in stagnum ignis jacitur. v. 7
4. *mortui judicantur.* v. 11.
5. *Coelum novum, terra nova: Ierusalem nova, regnum in secula seculorum.* c. XXI. XXII.
III. *Conclusio, ad introitum libri exacte respondens.* c. XXII. 6-21.

Tabellam etiam cel. D. Ioachimus Langius Commentario præfixit apocalyptico. Vtrum illa, an nostra, nativum prophetiæ *Nexum* referat, declarent, velim, qui rem tenent.

7. Qui *Tabellam* nostram animo infigere, *Notas*que sapidiores, seorsum a criticis, quanquam interdum coalescunt, sumere, &, quanquam paucæ sunt, vim earum expendere dignatus fuerit, is fructum certe aliquem, ut confido, percipiet, neque solum vaga multorum commenta vitabit, sed etiam veræ interpretationis adminicula agnoscet. Prophetica *tempora* in communia suis resolvimus locis: demonstratio autem ejus rei, id quod semel monuisse satis esse debet, potissimum ad cap. XIII. 18 datur.

CAP. I.

1 Ἀποκάλυψις) *Revelationem* appellant Latini patres, proprie. Nam res antea tectæ revelantur in hoc libro. Hunc titulum nulla in V. T. habet prophetia: uni *Revelationi Iesu Christi* in N. T. reservatus erat. Est *Manifestum*, ut vocant, idque Regni Christi.

¶ Ἰησοῦ Χριστοῦ, *Iesu Christi*) Titulus ab hominibus præfixus est, ἀποκάλυψις Ἰωάννου τοῦ θεολόγου. Antiquus ille quidem est *), sed dubitationes de scriptore Apocalypseos, longo post seculum apostolicum intervallo ortas; Theologique cognomen & in ecclesiam introductum & Iohanni tributum; & alias Apocalypses nescio quas, a quibus hæc vera discerneretur, præsupponit. *Theologi* cognomen *apostolum* propemodum obruit. Sane *Iohannes* est apostolus, qui hunc librum scripsit: sed Auctor **) est *Iesus Christus*. *Iohannis* nomine veteres Apocalypsin veram a tot apocryphis voluere discernere. Evangelia epistolæque apocryphæ, præsupponunt canonicas, & sic ***) apocalypses apocryphæ apocalypsin genuinam. *Apocalypsin ante Cajum* presbyterum Romanum, *& Alogos, neminem unquam repudiasse, verum ab omnibus receptam fuisse* ****), non temere affirmat Arte-

*) *adeoque etiam in rubro* Vers. Beng. *non posthabitus.* E. B.

**) *Vid* Erkl. Offenb. *Ed. II. p. 154 sq. & conf. si placet, meine* Beleuchtung &c. *§ 2. p. 4-8. § 33. n. 4. p. 149 sq. Neque tam vesanum est,* singulare *huic libro* momentum *tribuere, uti quidem cel.* Ernesti *judicat v. gr. Bibl. th.* nouiss. *T. I. p. 689. Facilius enim e. gr. vel Matthæus Marcum, vel Paulinarum epistolarum aliam alia, quam* ullus N. T. liber *ea rependere posset, quæ in* Apocalypsi *serius reuelata sunt.* E. B.

***) *Legitimam hanc consequentiam etiam atque etiam fas est cordatiores hodie omnes considerent.* E. B.

****) *Idem fere de sua ætate Ioh.* Cluuerus, *superioris Seculi Scriptor, testatur,* Dilucid. Apoc. *T. I. p. 1. Enimuero nostris his diebus, & maxime post b. Parentis mei obitum, quam tristis catastrophe quoad hoc punctum subsecuta sit, nemo ignorat. Inauditam hac in caussa cel. D.* Semleri *temeritatem castigarunt v. gr. S. R. D. C. F.* Schmid, *in seiner* kritischen Vntersuchung: Ob die Offenbarung Iohannis ein ächtes göttliches Buch ist? *Leipz. 1771; Magn. Canc. D. I. F.* Reuss, *in seiner* Vertheidigung der Offenbarung Iohannis gegen den berühmten Hallischen Gottesgelehrten Herrn D. Sem-

Artemonius de Init. Evang. Ioh. p. 88. 140 seqq. Multa ante discessum apostolos docuit Dominus: sed ea, quæ tum dici non conveniebat, in Apocalypsin contulit. Quare in N. T. Æthiopico non inepte post IV Evangelistas Apocalypsis continuo ponitur.

¶ δεῖξαι, *ostendere*) Hoc verbum recurrit c. XXII. 6. Et sic partes hujus libri passim inter se respiciunt. Omnino structura libri hujus prorsus artem divinam spirat: estque ejus quodammodo proprium, ut res futuras multas, & in multitudine varias, proximas, intermedias, remotissimas, maximas, minimas, terribiles, salutares, ex veteribus prophetis repetitas, novas, longas, breves, easque inter se contextas, oppositas, compositas, seque mutuo involventes & evolventes, ad se invicem ex intervallo parvo aut magno respicientes, adeoque interdum quasi disparentes, abruptas, suspensas, & postea de improviso opportunissime sub conspectum redeuntes, absoluto compendio complectatur: atque his rebus, quas complectitur liber, structura libri exacte respondet. Itaque in omnibus suis partibus admirabilem habet varietatem, spirasque pulcerrimas, simulque summam harmoniam, per ipsas anomalias, quæ illam interpellare videntur, valde illustratam: idque tanta subtilitate, ut nusquam magis unum sæpe verbum aut commation additum demtumve (c. XXII. 18 f.) intelligentiam contextus & collationem locorum possit impedire, finesque libri sanctissimos intervertere. Illudque inprimis est admirabile, quod quum res maximas ex prophetis veteribus vel digito innuat, novas autem copiosius explicet; tamen summam proportionem servat. Quæ cum ita sint, vera ac plena analysis, quæcunque est, non poterit non nimis ingeniosa videri, & simplicitatis amatoribus, veritatis cognitione dignissimis, suspecta esse. Verum enim vero a DEI ingenio, si sic loqui licet, profecta est Apocalypsis, & πολυποικιλον *multifariam* ejus sapientiam in œconomia tot seculorum N. T. effulgentem, in summa quidem simplicitate dignissime refert. Quare qui ob varietates rerum ex contextu in interpretationem redundantes, interpre-

D. Semler, *Frkf. und Leipz. 1772*; Anon. *in libello s. t.* Vnzulænglichkeit des Beweises wider die Offenbarung Iohannis aus einem Zeugnisse des Rœmischen Aelteesten Kajus, *1772*; *cel. M. I. F.* Frisch, *in seinem* apocalyptischen Catechismus, *oder* catechetischen Erklærung der Offenbarung Iohannis, *Leipz. 1773*, *Einleit. Sect. II. Qu. 30 sqq. ven. I. G.* Böhmer, *in der* vorlæufigen kurzen Abhandlung von der Gœttlichkeit der Offenbarung Iohannis, *quam præmisit libello s. t.* D. *I. A.* Bengels &c. Cyclus, oder sonderbare Betrachtung über das grosse Weltjahr &c. aus dem Lateinischen übersezt, und durchgængig mit Anmerkungen erlæutert, *Leipz. 1773.* --- *Plura cumulare supersedeo. Ista enim non compescendis tantum criminationibus* Oedero-Semlerianis, *sed resoluendis quoque modestioribus ill.* Michaëlis *dubitationibus oppidò sufficere, prorsus habeo persuasum. Ceterum nimium feliciter auguratus est b. D.* Weismannus, *eximium Academiæ nostræ quondam decus*, Introduct. in Memorabilia Ecclesiastica Historiæ sacræ, *Ed. II. T. I. p. 133 his usus verbis:* Illos vero, qui teste Clem. Alex. ap. Euseb. l. 7. c. 25. ex ipsis Christianis, & quidem Clemente antiquioribus, Apocalypsin omnino ista de causa rejecerunt, & Cerinthum ejus fecerunt autorem, *magnam* suam *cœcitatem* & in spiritualibus dijudicandis ineptitudinem hoc specimine declarasse, haud temere aliquis dixerit. *Credo tamen*, nisi tam firmas radices egisset hujus libri autoritas, *nec hodie defuturos*, qui *mallent eum rejicere & obliterare*, quam approbare, *partim* ex superbia, quia, cum eandem non possint proprio Marte intelligere, fastuosa & impatiens eorum inde irritatur curiositas, *partim* ex odio eorum, quos vident frequentius pro se citare Apocalypsin ad probationem dogmatum nonnullorum, ipsis vehementer displicentium; quæ tamen alii sapientius ac modestius, explicando aliter Apocalypsin, non tollendo, a se amoliuntur. --- E. B.

pretationem **repudiare velit**, **ipsam simplicitatem**, **Scripturis** utique obsequentem, violaverit. Illud certe *) cavendum, ne humanum ingenium, hunc sibi campum dari putet, & una alterave concinnitate observata, omnia in *Systema* sibi placitum cogat. Quod scriptum est, id solum, id omne, tenere; & ut *ostenditur*, ita observare debemus.

¶ τοῖς δούλοις αὐτοῦ, *servis suis*) Qui sibi non patitur *ostendi*, *quae fieri oportet*, is *servi* officio deest. Vtinam id cogitent viri sancti, qui ita in optima quæque intenti sunt, ut hanc ostensionem pro impedimento habeant, quæ tamen *servos I. C.* in omni opere bono provehere potest.

¶ ἃ δεῖ γενέσθαι, *quae oportet fieri*) Sunt homines, qui ita usum aliquem didascalicum & paracleticum, (quem ne Bossuetus quidem inficietur,) ex hoc libro peti posse agnoscant, ut ultra non tendant. Non *partem tantisper sensus specialis prophetici* tantummodo seponunt, ut summa sobrietate in dissertatione **) de *excellente apocalypseos doctrina fidei & morum* fecit Ven. D. Weismannus; (quo pacto Systemata Theologica Apocalypsin nullo non citant Loco sive articulo:) sed totum sensum propheticum reapse rejiciunt, & hoc nomine sibi plaudunt. ***) Neque solum ipsi non intrant in hujus libri intelligentiam, sed etiam intrantes prohibent, deterrent, irrident. Videant vero, ne peccent, neve ab ipso libri scopo aberrent. quæ ad doctrinam & exhortationem pertinent, in aliis libris continentur: Apocalypsis autem præcipue ostendit, *qui oportet fieri*; idque tam serio, ut juramentum maximum interponatur. c. X. Hunc scopum non debemus invertere: quid dicam, quæ Deus conjunxit, videlicet notitiam eventuum futurorum, atque adeo temporum, & pœni-

*) *Hæc ipsa* cautela, *multis verbis a cel.* Michaëlis (*in der* Einleitung &c. *T. II. p. m. 1925 sqq.*) *inculcata*, *nunquam non penitissime ponderata fuit b.* Bengelio. *Vid.* Erkl. Offenb. *Beschl. IV St.*, Historie der Auslegungen, *p. 1096 sqq. Inprimis huc pertinet ven.* Roosii *obseruatio*, *in der* Einleitung *zu seiner* Auslegung der Weissagungen Daniels, *§ 18. p. 32. n. 4*: Man muss bedenken (*inquientis*), dass vieles in der unsichtbaren Welt und vor Gott eine andere Gestalt, Anfang, Ende und Werth habe, als unter und vor den sterblichen Menschen. --- &c. *Conf. quæ de* judicio pragmatico *quoad res* historicas *monuit* Auctor, *in der* Erkl. Offenb. *Ed. II. p. 344. n. 4.* E. B.

**) *Tubingæ ista prodiit cIↃIↃccxxxii; dignissimum sane opusculum, quod iterata diuulgatione modernorum proteruiæ opponeretur.* E. B.

***) *Memorabilis quoad hoc punctum locus est in cel.* Michaëlis *Einleitung &c. T. II. p. m. 1915 sq.* --- : Was noch mehr ist, es ist doch so weit gekommen, dass man es protestantischen Gottesgelehrten zum Ruhm ausgelegt, und für eine Folge ihrer gesunden Beurtheilungskraft gehalten hat, dass sie nie die Offenbarung erklärt haben: und dass man an dem grœssten Genie der neueren Zeit, an dem *Nevvton*,

- - der übersteigt das Ziel geschaffner Geister,
Findt die Natur im Werk, und scheint des Weltbaus Meister,
Vnd schlægt die Tafeln auf der ewigen Geseze,
Die Gott einmal gemacht, dass Er sie nie verleze;

blos zur Demüthigung des menschlichen Verstandes das Versehen gewahr wird, dass er sich an die Offenbarung Iohannis gewaget hat, und dabey so unglücklich gewesen ist, als andere. *Talia num in honorem ipsius Apocalypseos dici queant, judicent alii! Existimandum sane est, eam ipsam operam, quam famigeratissimus* Newtonus (*quocunque id successu factum sit*) *in considerando* libro diuino, *a multis tam leuiter* posthabito, *posuit, alio prorsus loco coram* DEO *habitum iri, quam inter* homines. *Conf. quæ de b.* Bengelio *retulit ven.* Hellwagius, *affinis meus æstumatissimus*, *in* Præfatione *ad nouam Editionem* Ordinis Temporum, *§ 10.* E. B.

nitentiam, vigilantiam &c. separare? Sancti omnium temporum, martyres &c. perpetuam habuere successionem exspectationum ex Apocalypsi: & quanquam in hypothesi non potuere tum tempora discernere, tamen in thesi *) usum habuere præsentissimum, error autem eis non nocuit. Veritatem generalem alii & fundamentalem a Christo in evangelio propositam defendunt? recte. sed non ita se gerere debent, ac si Apocalypsis non eundem haberet auctorem, per omnes libri partes; eundemque glorificatum. Nemo eorum, qui reliqua scriptura salutariter utuntur, Apocalypsin sine singulari fructu colit: si non invenit, quod quærebat, invenit, quod non quærebat. Quæ *fieri* oportet, ostenduntur hoc libro. Verbum γίνομαι (cujus tempora quædam, v. gr. γενέσθαι h. l. ex inusitato γενέομαι deducit Sylburgius ad Clenard. p. 470.) si quis hunc librum percurrens, (adhibitis fortasse Concordantiis,) consideraverit, non sine suavitate discedet. *fiunt* tristia, *fiunt* læta, magna, multa. Repræsentat hic liber, *ea quae fiunt*, absolute, id est, rerum summas ac seriem, per tot secula, ad ipsum Iesu Christi *adventum*. Illuc Daniel, illuc Iohannes, a sua utervis ætate, pertingunt.

¶ ἐν τάχει, *celeriter*) *Cura Christianismi secum affert curam temporum.* Paulus Antonius in Collegio antithetico, p. 930. De *celeritate*, omnino, velim, videas Not. ad Cap. VI. 11, unde constabit, dilutiorem esse interpretationem cel. D. Langii, de eventu sigillorum &c. interjectis multis seculis, *celeri* futuro. Tom. I. Gl. Chr. Part. I. sive comm. apoc. fol. 22. Ipsum finale *tempus prope* est, v. 3: eaque propinquitas etiam adventum & ortum rerum citeriorum, non modo eventum & cursum earum, celerem reddit. Totus liber tanquam unum verbum uno momento pronunciatum debet accipi. Exceptis temporibus definitis, sat spatiosis, omnia fiunt ἐν τάχει, *celeriter*, verissime. Talis significatur *celeritas* c. XI. 14. 2 Petr. I. 14 & passim. **)

¶ ἔστη-

*) *Quem usum qui non extenuare saltim & vilipendere, sed subsannationibus omnino atque exsibilationibus exponere audent, ii viderint, ne quauiter injurii sint in prouidentiam DEI, Sanctis inuigilantem. Ipsum* Lutherum *in urgenda* Reformatione *haud parum* Apocalypseos *ope confirmatum esse*, Bengelius *testatur*, *in der* Erkl. Offenb., *Ed. II. p. 1130. § 18. Conf. quæso*, ibid. *p. 1113. § 30.* E. B.

**) *Illustrationis caussa subjungere hic libet observationem finalem, quam ven.* Anonymus *in seiner* Vnzulænglichkeit des Beweises wider die Offenb. Ioh. &c. *p. 67, his verbis exhibet:* Veber diese *Nahe der Zeit* hat Hr. D. Semler in der Oederischen Vntersuchung S. 185, die 149 Note gemacht. Auf das, was er daselbst vorbringt, merken wir folgendes: Gehet es an, dass man eine Zeit, die bey nahe 500 Iahr betrægt, kan *bald* oder *kurze Zeit* nennen, so solte der Hr. Doktor auch das nicht albern und auslachenswürdig heissen, wenn man einen længern Periodus eine kurze Zeit nennt; denn eben die Vrsachen, die mir erlauben, solches von 500 Iahren zu sagen, erlauben mir auch solches von 1000 und mehr Iahren zu sagen, wenn man nicht willkührlich verfahren will. Dauid hat im 2 Psalm, v. 12, von dem Zorn des Sohnes gesagt, er werde bald (כמעט, welches LXXviralis übersezt, ἐν τάχει) anbrennen; und gleichwol ein Ziemliches über 1000 Iahr hernach wird erst dieser Psalm von der ersten christlichen Kirche wider das Toben der Feinde angeführt, und war also das im 12 vers gedrohte Anbrennen des Zorns noch nicht erfolget. So schreibet Paulus zu seiner Zeit, Ebr. X. 37, der lezten Zukunft Christi ein μικρὸν ὅσον ὅσον zu, das doch einen so langen Zeitlauf in sich fasset. Da richtet sich die Schrift nicht nach unserm modo loquendi, sondern wir müssen uns, und das mit Recht, nach ihrem modo loquendi richten. --- Dass aber dieses ein *Iudaismus chronologicus* heissen soll, wenn man sich nach der Rechnungsart des A. T. richtet, und behauptet, dass die Zeit des N. T. nicht længer dauern würde, als die Zeit des A. T., ist von einem Doktor Theologiæ etwas unerwartetes. --- Wenn der Hr. Doktor mit seinem *Iudaismus* so fortfæhret,

¶ ἐσήμανεν, *significavit*) Apocalypsis scatet Hebraismo, in verbis simplicibus, μάχαιρα, coll. Gen. XLIX. 5, ubi jam memorantur מכרות κτλ. & in verbis plane Hebraicis, ut ἀβαδδών, σατανᾶς, ἁρμαγεδών. & in constructione, ut ἀπὸ ὁ ὢν ἀπὸ Χριστὸς, ὁ μάρτυς ὁ πιστός· κτλ. ἀπὸ ὁ ὢν κτλ. ut nomen proprium Hebraico more ἄκλιτον & sine articulo ponatur. Atque hîc non dicitur, ἀπέστειλε, sed ἐσήμανεν ἀποστείλας, quanquam præcessit verbum δείξαι. Itaque Iohannes videtur innuere Hebraicum שִׁמַּן, cui respondeat Græcum δείξαι. Sæpe enim Hebraica & Græca jungit. σημαίνειν LXX ponunt de magno indicio magnæ rei. Ez. XXXIII. 3. Vid. etiam Ioh. XII. 33.

2 ὅσα εἶδε, *quaecunque vidit*) Vid. App. crit. ad h. l. Ed. II. ὅσα εἶδε, *quaecunque vidit*, testatus est Iohannes, quum in hoc ipso libro *omnia* quæ vidit, & *nihil nisi* quod vidit, testatus est. Nec tamen se *testiari* dicit, sed *testatum esse*. quia tum, quum in Asia legebatur liber, jam scriptum habebat. Non debuit Lampius, ob tempus verbi ἐμαρτύρησε, *testatus est*, de Iohanne versûs 1. 2. 3 scriptore dubitare. Medit. anecd. in Apoc. pag. 255. 257. Conf. v. 9 not. Eundem, & alios interpretes, qui verbum *testatus est* ad Evangelium & Epi-

ret, so kœnte es zulezt dahin kommen, dass ihm auch *Christus* nicht mehr gefiele, weil er von den *Juden* hergekommen sey, und so kœnte endlich gar aus der Lehre von *Christo* ein *Iudaismus dogmaticus* werden. Wer ein solches Spiel mit dem Worte Iudaismus treiben wolte, der kœnte noch mancherley Iudaismos singiren. Sed absit! Die vvahre Chronologie macht die Propheten nicht lächerlich, sondern legitimirt sie; aber so manche andre leidige methode schmælert ihr gœttliches Ansehen. --- *Conf. S. R. D.* Crusii *Hypomnn. T. I. p. 560.*, *& cel.* Bœhmeri *Abhandlung von der* Gœttlichkeit der Offenb. Ioh. *p. 63 sq. Quæ porro* celeritati *isti tum ab ill.* Michaëlis, *in der Einleit. T. II. p. m. 1917 s. 1937 sq*, *tum a S. R. D.* Ernesti, *Bibl. th. T. IX. p. 113 sq. & Bibl.* nouiss. *T I. p. 408 sq. opponuntur*, *ad ea notari velim*, 1) *non solum* ipsum *Christi* aduentum *ad judicium*, *sed etiam talia ejusdem* præludia *innui*, *quæ* viuendo assequi *poterant ecclesiarum Asiaticarum antistites*; *unde b.* Bengelius *in der* Erkl. Offenb., *Ed. II. p. 230. n. 4*: Ohne allen Zvveifel, *ait*, haben in Asia die Gemeinen und ihre Engel, nach Maasse ihrer Vnbussfertigkeit, oder vielmehr ihrer durch diese Ansprachen ervveckten Busse oder ihrer Bestændigkeit, *die Kraft der-* ihnen angekündigten *Zukunft des Herrn* erfahren. Das vvar eine *vorlæufige Darstellung* der Zukunft Christi, *durch* die theils geistliche theils æusserliche *Particular-Gerichte* des Zorns und der Gnade, die noch viel merklicher vvaren, als vorhin der Wandel des Herrn in der Mitte der sieben güldenen Leuchter. *Nimirum & ea*, *quæ sub* 6 *prioribus* sigillis, *& ea quæ sub* tuba primi angeli *comprehenduntur*, *statim* a visione Iohannis *impleri cœpisse*, *suis locis ostenditur. Ergo non objiciendum erat*: Wer hat bevviesen, oder vver kann beweisen, dass, vvenn einem Menschen, als ein Bevvegungsgrund für ihn etvvas zu thun oder zu lassen gesagt vvird, *die Zeit ist nahe*, eine Sache verstanden vverden kœnne, die verschiedne Jahrhunderte hernach geschehen soll? --- *ne dicam*, *hac ipsa objectione non tam interpretes cujuscunque generis*, *quam ipsos* Apostolos *vellicari*, *quos ex propinquitate aduentus Christi frequentissima sanctificationis* motiua *deriuasse*, *omnes norunt. Vid. 1 Cor. XV. 51. 1 Thess. IV. 15. 17. 2 Petr. III. 7 sq. coll. v. 11 sq. Deinde* 2) *scicndum est*, *non tam respectu* æternitatis DEI, *quam respectu* temporum, *quæ durante* V. T. *abierant*, celeritatem *istam aduentus Christi asseri. Conf. not. ad 1 Ioh. II. 18. Itaque non obstat nobis argumentatio ista*: Wenn sie (die Apocalypsis) unter Domitiano geschrieben ist, so vvürde (c. l. 1. 3. XXII. 22) entvveder die Zukunft Christi zum lezten Weltgericht, oder doch die zur Zerstœrung des Reichs des Thiers und Anrichtung des 1000 jährigen Reichs gemeynt seyn. Weder die eine noch die andere ist in 1700 Jahren erfolgt; und *bald* für eine so lange Zeit zu nehmen, und zu behaupten, sie vverde *bald* genannt, vveil der Zvvischenraum so vieler Jahrhunderte gegen die *Ewigkeit Gottes* nur ein Punct ist, scheint blos eine Ausflucht zu seyn, bey des Wahrheitsliebe, oder Vnpartheylichkeit leidet. --- E. B.

Epistolas Iohannis referunt, particula τὲ aliena induxit. Porro ut in Apocalypsi *visio* & *testimonium*, sic apud eos, qui hunc librum rite tractant, *mensura fidei* & *prophetia* (Rom. XII. 3. 6.) sive cognitio & interpretatio, commensurantur. Sapienter D. Antonius, in eodem Collegio, de *Novissimis*, ex Apocalypsi præcipue, ita differit, ut & *antipropheticum* morbum, & *idiopropheticum* pruritum reprimat.

3 μακάριος, *beatus*) Sunt, qui librum sanctissimum irrequieta curiositate *misere* tractent: ex quo fit, ut alii in contrarium currentes vel nomen Apocalypseos, quo excitari debebant, audiant inviti; ipsique libro ob singularem interpretationum sinistrarum & conjecturarum eventu carentium multitudinem diffidant. Inde, cum omnia scire velint, unam scientiam eorum, quæ Dominus *futura ostendit* rejiciunt: inde conatum veri hîc investigandi pro ærumna; socordiam pro modestia; taciturnitatem pro prudentia habent, *) & quidvis potius curant & quærunt, perinde ac si scriptum esset: *Beatus, qui non legit, & qui non audiunt*, &c. Videant, ne, dum omnes prætextus excogitant, pro dono cœlesti recusando, molestiam Deo exhibeant (Es. VII. 12. 13.) & erga Iesum Christum reperiantur INGRATI. Immo vero *beatus, qui legit, & qui audiunt & servant*; nostris maxime temporibus, quæ a magna rerum mutatione, ut videbimus, prope absunt. Præstat, in quærendis temporibus, modo fides, spes, amor in corde palmam obtineat, quam plurimum conari & rideri, (Gen. XXXVII. 19.) quam cum fortibus mundi spiritibus paradoxa monita contemnere, & rerum eventibus opprimi, Dan. II. 34. 45. coll. Matth. XXII. 44 fin. vel eventus etiam pristinos, Iudæorum more, identidem exspectare. *Maledicunt* Iudæi, tempora Messiæ calculantibus: Apocalypsis *benedicit* bonis auditoribus prophetiæ, propinquitatem temporis & tempora interim calculanda complexæ. Interpretationum quidem luctuosa varietas quotidie crescit: unde multorum oculis quædam quali nebula offunditur, ut veritatem, liquido propositam, vel minus, quam figmenta speciosa, vel certe non magis admittant. **) Non desunt tamen adju-

*) *Talem innumeris fere locis præbet se hodie v. gr. cel. D.* Ernesti. *Vnam ejus, quæ omnium instar esse queat,* ἐπίκρισιν *h. l. excirabo.* Das ist richtig und sicher, *inquit*, (*Bibl. th.* nouiss. *T. I. p. 412*) dass man nemlich alle Erklærungen von diesen Geschichten nur als Muthmassungen annehmen soll. --- Das ist richtig und sicher. Aber, wvozu dienen Muthmasungen? Man thut besser, *man verdirbt sich nicht die Zeit* damit, ohne wvahrscheinliche Hofnung eines Vortheils für die Erkenntniss der Religion und das Christenthum, und beschæftiget sich mit Dingen, bey welchen man dergleichen Vortheil sicher erwarten kann: und dabey ist man auch für der Gefahr, mit phantastischem Krame angefullt zu werden, sicher. --- Vnd *es ist Schade um die Zeit* (*sic pergit l. c. p. 420*), welche man aufwendet, um ein gewisses System sich bekannt zu machen, und zu lernen; zumal wenn man noch unter die Lernenden gehœret, die wohl andere und *nœthigere Sachen* zu studieren haben, als *die zukünftigen Schicksale* der Kirche auf Erden, *die zu ihrer Zeit doch wohl kommen werden, wenn wir sie auch nicht vorher wissen.* --- *Sane, aderit hostis ingruens, sive dormitent, quibus excubiæ sunt concreditæ, sive officio suo fungantur. Conf. Ezech. XXXIII. & Ier. XXIII. 17-20.* E. B.

**) *Inde est, quod cel.* Michaëlis, *in der* Einleitung &c. *T. II. p. m. 1845 hunc in modum differit:* --- allein ich kœnte mich sicher auf ein Concilium der neuesten und eifrigsten Ausleger dieses Buchs berufen; etwan, um lauter wirklich unverdæchtige Namen bereits verstorbener Gelehrten zu nennen, unter denen kein *Wetstein* die Ausschliessung verdiente, auf eine kleine Synode von *Vitringa, Langen, Oporin, Heumann* und *Bengel*. Ich bin gewis, dass ich bey jeder Erklærung, die ich als unbefriedigend ansehe, wenigstens drey Stimmen auf meiner Seite haben würde, und

jumenta *) intelligentiæ omnibus, qui recte iis utuntur, spem intelligendi non abjicientes.

I. Fundamentum est, textus sincerus, ex optimis monumentis restitutus.

II. Articulatissimus est hic liber: res multifarias per septenas epistolas, sigillas, tubas, phialas digerit: quemlibet de hisce septenariis, in quaternarium & ternarium dividit: multa ipse interpretatur, **) declaratque, quid sint *septem stellae; septem candelabra; Agnus, ejusque cornua septem & oculi septem; thymiamata; draco; spiritus tres, ranarum instar; capita bestiae & cornua; aquae, ubi sedet meretrix; byssinum; testimonium Iesu; mors secunda; Agni uxor.* Formulas nobis praebet opportunissimas: *vae primum abiit* &c. *numerus hominis: mensura hominis, quae est angeli.* &c.

III. Iuvat etiam collatio prophetarum veterum, & praedictionum Iesu & apostolorum in ceteris libris N. T. plurimum vero ipsius literae apocalypticae evidentia, & cum tropis prophetics contemperata proprietas. Hoc ipsum aliquanto uberius declarabimus.

1 Complexus est Dominus Iesus in Apocalypsi Reliquum *veteris prophetiae*, quod attinet ad tempora ascensionem ejus & adventum Paracleti, finemque Iudaismi subsequentia. Itaque a veteri Ierusalem ad novam Ierusalem pertingit liber, omnibus rebus in unam summam concinnumque ordinem redactis; magnamque cum prophetis antiquis habet similitudinem. Exordium & conclusio congruit cum *Daniele:* cum *Esaja*, descriptio Filii masculi & promissiones Sioni datae; cum *Ieremia*, judicium Babylonis: rursum cum *Daniele*, Ieremiam secuto, determinatio temporum; cum *Ezechiele*, Esajam secuto, architectura urbis sanctae; cum *Zacharia*, emblemata equorum, candelabrorum &c. Ex illis prophetis multa per eos copiosius descripta, nunc summatim repetuntur, iisdem saepe verbis. ad illos igitur respiciendum. Habet tamen Apocalypsis ἀυτάρκειαν quandam, & ipsa

das selbst alsdenn, wenn derjenige noch lebende Gelehrte, der sich am meisten mit Erklärung der Offenbarung nach Bengels Grundsæzen beschæftiget, die Stimmen sammlen solte. Wenigstens die einmüthigen Stimmen dieser Mænner würde ich nirgends gegen mich haben, wo ich etwas als dunkel ansehe, und also das seit D. Luthers Zeit aufgegangen seyn sollende neue Licht nicht erkenne. --- *Quae supputandi ratio quibus* næuis *laboret, pluribus ost ndit S. R. D.* Schmid *in seiner* Kritischen Vnterſuchung &c. *p. 22 - 26, not. marg. Conf. b.* Bengelii Beschluſs zur Erkl. Offenb., *IV Stück, § 39. 40, ubi de* Vitringa *inprimis haec monet:* Niemand hat es meines Wissens, in den en zu der gegenwærtigen Zeit nœthigen Punkten, besser getroffen, als *Campegius Vitringa.* Dieser ist wieder an Gregorium VII gegangen, vvie auch *Nic. Mulerius* gethan, und hat die Vebereinstimmung der Weissagung und der Erfüllung, in der Sache selbs, gefunden und ervvieſen. In den jæhrigen Tag hat er ein Misstrauen gesezet, und sich doch auch nicht an den gemeinen Tag gehænget. Hiemit hat er diesen beederley falschen Zeitrechnungen einen nahmhaften Stoſs gegeben, und der vvahren in der Mitte einhergehenden Zeitrechnung nicht gar vveit verfehlet. Vid. Anacris. apocal. p. 460 sqq. Auf dieser Bahn führet er seinen Leser durch das Toben der Feinde und ihre Niederlage richtig in das XX Capitel hinein. --- *Adde omnino* l. c. § 44. *Ergo interpretum inter se* diſſensus *non debet justo morosius urgeri, ubi* priores *facem praeferunt*, posterioribus, *DEO dante*, plus ultra *progredientibus.* E. B.

*) *Pari modo* Hermeneuticæ propheticæ *generatim spectatae* subsidia *offert, ven.* Roosius, *in der* Auslegung der Weissagungen Daniels, *Einleit. § 18.* E. B.

**) *Hoc argumentum egregie contra cel. D.* Ernesti *urget ven.* Anonymus *in den* schriftmæsigen Anmerkungen über die in des Hn. D. Ernesti theol. Bibl. B. IV. St. 4. befindliche Recension, des Hn. D. Cruſii Hypomnn. betreffend *1766. p. 12 sqq.* E. B.

sa ad sui interpretationem sufficit, etiamsi veteres prophetas, ubi de iisdem rebus loquuntur, nondum intelligas; imo ad intelligendos illos filum præbet. Sæpe etiam sub similitudine Apocalypseos & veterum prophetarum latet quædam dissimilitudo, stirpemque a pristino aliquo propheta sumit Apocalypsis, novum ei calamum inserens. v. gr. Oleas duas habet Zacharias; habet etiam Iohannes, sed alio significatu: Bestiam decem cornuum habet Daniel, habet etiam Iohannes, non *) eodem plane significatu. Hîc differentia verborum, emblematum, rerum, temporum, studiose debet observari. Sed & multum juvat Tabernaculi per *Mosen* erecti & descripti ratio. nam cœlestia, quorum exemplari & umbræ servierunt sacerdotes levitici, Hebr. VIII. 5, in Apocalypsi accurate exhibentur.

2 Multa prædixit *Dominus* ante passionem; v. gr. Matth. capp. XIII. XXII. seqq. Ioh. XIV f. sed non omnia: neque enim maturum erat. multa sparsim in *Epistolis* Iohannis ceterorumque apostolorum per Spiritum Christi prædicta habentur; prout videlicet necessitas primorum illorum temporum ferebat. Nunc uno omnia libello complectitur Dominus, superiora illa respiciens, præsupponens, explicans, continuans, pertexens. Illa ergo conferre prorsus decet; non tamen cum illorum brevitate horum ubertatem committere. In Evangeliis prædixit Christus, quæ ante Apocalypsin Iohanni dictandam erant eventura, adjunxitque descriptionem Novissimorum; in Apocalypsi, intermedias quoque res. Ex utrisque unum quoddam Totum constat.

3 Non solum summa & clavis prophetiæ, & olim & proxime antegressæ, in hoc libro exhibetur, sed etiam supplementum, sigillis antea clausis. Igitur non potest non multa habere nunc primum revelata, neque in reliquis Scripturis exstantia, ut Gomarus & Cluverus agnoscunt. Erga revelationem igitur hanc tantam, statui exaltationis Christi reservatam, parum grati sunt, qui quicquid in ea primum revelatur aut determinatius describitur, idcirco segnius æstimant, & timidius accipiunt audaciusve **) repudiant. Argumenti amplitudo & libelli brevitas evincunt, omnia verba esse longe significantissima.

¶ ὁ ἀναγινώσκων κ. οἱ ἀκούοντες, *qui legit & qui audiunt*) *Vnus*, ille primum, per quem Iohannes librum ex Patmo in Asiam misit, *legebat* publice in ecclesiis, & multi audiebant. ***) Magnopere Scriptura publicam sui lectionem commendat. Deut. XXXI.

*) *Differentiam uberius demonstrauit ven.* Roosius, *in seiner* Auslegung der Weissagungen Daniels, *§ 49. p. 160 sqq.*

**) *Conf. quæ notauimus ad vocem* μακάριος, *sub signo* *). --- *Enimuero neque* Idiotas (*l. c. p. 410*) *neque* Literatos (*ut ex p. 412. 420 percepimus*) apocalypseos ope *præmuniri vult* Vir cel. *contra pericula ingruentia.* --- Getrauet sich nun der Herr Doktor es zu verantvvorten, vvenn durch sein Ansehen es dahin kommen solte, dass eine Menge Gelehrter und Vngelehrter das, vvas aus dem Wort der Weissagung vorgeleget ist, hintansetze, und da über, bald oder spæt, Schaden nehme (*coll. Apoc. XIII, 16.*): so mag derselbe fortfahren, nach allen Kræften zu vvehren und zu vvarnen. -- E.B.

***) *Nonne* beati *sunt, Lector, qui, etiamsi* lautiorem *Ecclesiæ in his terris* conditionem *viuendo non attingant, eorum tamen* commodorum, *quæ & in hac & in altera vita victores manent, viuidissima repræsentatione ad superanda quæuis obstacula* excitari se *patiuntur? Vid.* Bengels *Nachlese zur 25-40* Rede über die Offenb., *s. t.* Nuzanvvendung, *§ 4. p. 821-823; & conf.* Anonymi Ehrenrettung einiger vvichtiger Wahrheiten &c. gegen die Recension von des Hn. D. Crusii Hypomnn. &c. vvelche in der allgem. deutschen Bibliotheck befindlich ist, *Leipz. 1767. p. 89 sqq. not. 22. 27; nec non ven.* C. F. Frischii Einleitung zu seinem apocal. Catech., *Sect. I. Qu. 21 sqq.* E.B.

XXXI. 11. Neh. VIII. 8. Ier. XXXVI. 6. Luc. IV. 16. Act. XV. 21. Col. IV. 16. 1 Theſſ. V. 27. 1 Tim. IV. 13. Plus eſſet ædificationis, ſi doctores minus de ſuo loquerentur, vel certe Scriptura multitudini ſane rudi legeretur copioſius.

¶ τῆς προφητείας, *prophetiae*) Eſt *apocalypſis*, reſpectu Ieſu Chriſti: eſt *prophetia*, reſpectu Iohannis, cujus mentione facta, *prophetiae* demum vocabulum ponitur. *Prophetiae* ſe ſua, adeoque divina tuentur auctoritate, ſpeciatim Apocalypſis, quæ idcirco antiquas prophetias non allegat, niſi ſummatim, idque ſemel. c. X. 7. In ceteris libris N. T. allegantur prophetiæ V. T. ut earum videlicet completio demonſtretur: in Apocalypſi non allegantur. Hinc quum v. gr. Surenhuſius allegata V. T. per ſingulos evangeliſtas, per Acta apoſtolorum, per epiſtolas Paulinas catholicasque deduxiſſet, non habuit, quod in Apocalypſi allegatum conferret. Pari fere modo Franc. Iunius Parallelos abrupit, ita in concluſione ſcribens: *Sunt quidem innumerae voces, ſententiae multae, argumenta non pauca in toto libro Apocalypſeos, quae Teſtamentum vetus redolent dignitate maxima: ſed eorum interpretatio mihi quidem non videtur hujus loci eſſe, tum quia* NON ADDVCVNTVR NOMINATIM *ſcripturae loci, aut profertur authoritas aliqua una, unde illi depromti ſunt; ſed plurimum bini, terni, aut plures loci una conſuuntur artificio elegantiſſimo: tum vero quia, ſi quis hoc inſtituerit, eum neceſſe fuerit aggredi totius libri Apocalypſeos interpretationem.*

4 ἀπὸ ὁ) ἀπὸ τοῦ ὁ, *Eraſmus* introduxit. Primus hic locus eſt ex iis, in quibus me defendi poſſe plane negat cenſor. Atqui lectio mihi probata, ἀπὸ ὁ primæva eſt. Vid. App. crit. Ed. II ad h. l. -- *Quando tandem movebuntur, qui prelum Stephani pluris faciunt, inſcientes, quam cuncta veſtigia Iohannis in Patmo?*

¶ ἀπὸ ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος, *a Qui eſt & qui erat & qui venit*) Decem Sephiroth, *) tres ſuperiores & ſeptem inferiores, in hac ſalutatione deſcriptas quærit *Iacobus Rhenferdius* in Diſſertatione de ſtilo Apocalypſeos cabbaliſtico. Et aliquam quidem eſſe ſimilitudinem, evicit ille: ſed nil protulit ex Cabbaliſtis, quod non purius apud Iohannem exſtet. conf. Lamp. comm. in Apoc. p. 253. Nomen Hebræum יהוה eſt ἄκλιτον: ejusque nominis periphraſis eſt hæc, ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος, ut videbimus mox verſu 8. Itaque periphraſis quoque ſine flexione caſus ponitur. Articulus ὁ ter expreſſus Græcæ paraphraſi nominis Hebraici conciliat formam nominis.

¶ ἑπτὰ, *ſeptem*) Iudæi *ab* Eſaj. *XI.* 2 *multa & magna loquuntur de* Septem Spiritibus Meſſiæ. *Lightfoot.* **)

5 ἀπὸ

*) *Magnifica harum delineatio, ante hos centum annos* (1673) *principis* Antoniæ *b. m. juſſu atque impenſis adornata, proſtat in templo* Deinacenſi, *quod non multis antea annis illuſtriſſimae Virginis Frater,* Eberhardus III *Würtembergiae Dux, in gratiam hoſpitum* acidulis *utentium curauerat exſtrui. Deſcriptionem hujus monumenti,* Turris Antonia *dicti, uberiorem, adjecto* chalcographo, *dedit S. R. F. C.* Oetingerus, *Monaſterii nunc Murrhardenſis Abbas, ſ. t.* Oeffentliches Denkmal der Lehrtafel einer vveyl. Würtembergiſchen Princeſſin Antonia &c. *Tub. 1763. Sunt, qui alto ſupercilio talia omnia, ut quiſquilias Rabbinicas, rideant: ſunt fortaſſis, qui nimium eis pretium ſtatuant, in cortice fere ſubſiſtentes. Viderit quilibet, quid vera σοφροσύνη ſuadeat, quidue permittat fidei menſura & cognitionis ex Verbo DEI hauſtae analogia.* E.B.

**) *De* angelis *potius, quam de* Spiritu S. *explicandos cenſet cel. D.* Erneſti, *Bibl. th.* nouiſs. *T. I. p. 127, epiphonema denique ſubjiciens:* Was dagegen eingevvandt vvird, iſt theils philoſophirt, theils leicht zu erklären. *Ego vero lubentiſſime cum his conferri patior, quae exſtant in der* Erkl. Offenb. *Ed. II. p. 188 ſq.* E.B.

5 ἀπὸ ἰησοῦ χριστοῦ, ὁ μάρτυς κτλ.) Frequens in hoc libro est Appositio, casu obliquo & recto. Exempla collegimus in Appar. pag. 778. [*Ed. II. p. 488.*] Ita nempe Hebræi solo v. gr. *Mem* præfixo nomenclaturam multis vocabulis constantem declinant: similiterque Galli, adhibita præpositione *de* &c. Quin etiam Lucas, ἐν τῷ αἵματί μου τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον. c. XXII. 20.

¶ τῶν νεκρῶν) Editi, ἐκ τῶν νεκρῶν. In *sola* Apocalypsi diversam interdum ab editis lectionem noster exhibet textus. Causam dixi in Apparatu pag. 788, [*Ed. II. p. 498 sq.*] & in utraque Defensione, [*App. crit. Ed. II. P. IV. N. IV. & IX.*] prolixe.

¶ ἀγαπῶντι) Sic habet cod. antiquissimus *Alex.* & sex alii non contemnendi, ac fortasse plures a pristinis collatoribus neglecti. Alii, ἀγαπήσαντι, ob sequens λύσαντι & ἐποίησεν· idque præfert Wolfius. Sed participium præsens etiam præteriti imperfecti vim includit. οἱ μισοῦντες, οἱ ἀγαπῶντες, οἱ φιλοῦντες, οἱ δοξάζοντες, *qui oderant, qui amabant, qui diligebant, qui honorabant.* 2 Sam. XIX. 6. Thren. I. 2. 8. Sic Matth. II. 20 οἱ ζητοῦντες, *qui quaerebant.* 2 Petr. I. 19 φαίνοντι notat *lychnum qui LVCEBAT.* nam sequitur aoristus 1 διαυγάσῃ καὶ ἀνατείλῃ. Sic θεωροῦντες, & ὤν, in imperfecto, Ioh. IX. 8. 25, & passim. Eoque facilius erat ἀγαπῶντι cum vi præteriti, quia duo aoristi subsequuntur. Sic præsens, pro præterito, subsequente præterito, c. XIII. 12. Verumtamen ἀγαπῶντι proprie præsens est, & denotat *amorem perpetuum*, ut Ioh. III. 35, ὁ πατὴρ ΑΓΑΠΑ τὸν υἱὸν, καὶ πάντα ΔΕΔΩΚΕΝ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ. ubi præsens & præteritum copulantur. *Qui nos amat*, reddidi studiose in Germanica Apocalypseos translatione: & talia, ut intelligo, loca displicent multis. Atqui *) Iohannis stilus & hodiernus gustus toto cœlo differunt. Ego in transferendo non molles auriculas delinio, sed Iohannem, qui ex Hebraico plane sensu scripsit, religiose imitor. Hæc pars est contumeliæ Christi.

γ) ¶ αὐτῷ) Αὐτῷ, etiam reciprocum, leni ubique spiritu expressi, **) Erasmi exemplo, qui quidem in editionibus suis fere promiscue exhibet αὐτῷ, facilitatis, ut arbitror, gratia, & ἀυτῷ, etiam reciproco sensu, ex mss. Causa in Apparatu p. 453 [*Ed. II. p. 93.*] semel dicta est, (suffragante Buttigio in præf. N. T.) & quovis loco dicta putari debet. Conf. igitur etiam ad h. l. App. crit. Ed. II. p. 504.-- Vt apud Hebræos ו & alia suffixa tertiæ personæ & relativam & reciprocam vim habent: sic scriptores N. T. αὐτῷ promiscue ponunt. Itaque h. l. Ap. I. 5 αὐτῷ omnino ad *Iesum Christum* refertur, qui nos in sanguine *suo* lavit.

6 καὶ ἐποίησεν) Sensus erat, ὃς ἀγαπᾷ ἡμᾶς καὶ ἐποίησε· sed prius verbum cum articulo postpositivo transiit in participium; alterum verbum mansit, & cum eo subaudiri debet articulus absorptus.

¶ βα-

*) *Quæ sequuntur hâc notâ, trabalibus hodie literis opus fuerit exprimi.* E.B.

γ) καὶ λύσαντι, *& lauit*] Nimirum non lotus nequit fungi sacerdotio. *V. g.*

**) *Id quidem factum in* Ed. maj. *& min. de A. 1734: sed in* Admonitione, *Editioni mai. d. A. 1753 præmissa, hæc habet Beatus:* In pronunciatione apostolicum morem præ recenti fas est imitari: sed quia in αὐτῷ reciproco non modo tirones, sed etiam viri valde docti adhærescunt, αὐτῷ iis fere locis, ubi Stephanorum editiones sic habent, excudendum curaui; idque cordatiores non pro norma pronunciationis, sed pro adjumento interpretationis, velim, habendum meminerint. --- *Specimen habes, Lector, non cum fuisse* Bengelium, *qui cedere nesciret.* E.B.

¶ βατιλείαν, ἱερεῖς) Wolfius quum in multas lectiones, quamvis minus ipsi probatas, *unam* meam editionem allegarit, (id quod optimo eum animo feciſſe exiſtimo,) lector, velim, meminerit, eaſdem lectiones *in aliis editionibus a me ſuo loco citatis* exſtare. Semel hoc monere neceſſum duco, ne contextus meus nimis ſæpe ſolus incedere videatur. Vid. App. Ed. II. Similem varietatem infra videbimus ad c. V. 10. ſed ſive βατιλεῖς ſive βατιλείαν illo loco genuinum eſt, hîc certe βατιλείαν legi debet. Illic enim loquuntur quatuor animalia, & viginti quatuor presbyteri, coronati, quorum dignitas eminet: hic ſermo eſt omnium fidelium nomine. hos Chriſtus fecit DEO & Patri ſuo ſacerdotes: & horum ſacerdotum univerſitas eſt regnum, quod Ipſo gaudet Rege. Βατιλειον ἱεράτευμα dicitur Exod. XIX. 6. 1 Petr. II. 9, ubi ἱεράτευμα, ut στράτευμα, *exercitus*, collectivum eſt. Eandem vim habet Appoſitio, *regnum, ſacerdotes*. quanquam inter cives regni eximia apud regem admiſſione ſacerdotes gaudent. *) Davidis ſacerdotes erant filii. 2 Sam. VIII. 18.

z) 7 ἔρχεται) videlicet ὁ ἐρχόμενος. *Venit*, qui venit. Innuitur adventus glorioſus in die noviſſimo.

¶ ἐξεκέντησαν, *pupugerunt*) Evidentiſſimis clavorum lanceæque notis in corpore redivivo & glorificato Salvator & Iudex ſe exhibuit & exhibebit. Tum faſtidia & convicia hoſtium, Iudæorum præſertim, quæ tantiſper admiranda fert longanimitate, refutabuntur in perpetuum.

¶ κόψονται, *plangent*) ſine dubio præ terrore hoſtili, vel etiam apud quoſdam pœnitentiali.

8 τὸ ἄλφα καὶ τὸ Ω) Ω non ω̄ μέγα, hoc loco legere & pronunciare debemus. nam ω̄ μέγα opponitur ο̄ μικρῷ. ω̄, tanquam ultima alphabeti Græci litera, opponitur τῷ *alpha*. Græce ſcripſit Iohannes. Valde ſolennis hic eſt locus: in quo pauci, cum *Apringio*, ἀρχὴ καὶ τέλος addunt, *expoſitionis cauſa*, ut in notis Vatablo adſcriptis exiſtimatur, videlicet ex parallelis. Cernamus vero parallela loca. Ea (non annumerato verſu 11, de quo inferius dicemus,) ſunt quatuor.

I Τὸ ἄλφα καὶ τὸ Ω, *Alpha, & O.* c. I. 8.

II Ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος, *Primus & Vltimus.* c. I. 17. II. 8.

III. Τὸ ἄλφα καὶ τὸ Ω, ἡ ἀρχὴ καὶ τὸ τέλος, *Alpha & O, Principium & Finis.* c. XXI. 6.

IV. Τὸ ἄλφα καὶ τὸ Ω, πρῶτος καὶ ἔσχατος, ἡ ἀρχὴ καὶ τὸ τέλος, *Alpha & O, Primus & Vltimus, Principium & Finis.* c. XXII. 13.

Itaque in principio libri unum inciſum ponitur, primum de Patre, c. I. 8, coll. c. IV. 8, deinde de Chriſto, c. I. 17. In fine libri copioſior fit ſermo, & duo inciſa ponuntur de Patre, *ſedente* in throno, c. XXI.

*) *De* Sacerdotio *b. Auctor non dixit* nihil: *immo vero* regnandi *dignitati iſtud prætulit, not.* Gnom. *ad c. V. 10. Cf.* die LX Reden, *p. 1094. Ergo ad* Bengelium *certe non pertinet criſis iſta, quæ habetur in cel. D.* Erneſti *Bibl. th.* nouiſs. *T. I. p. 700 ſq., hunc in modum diſſerentis:* Vnd es iſt ſonderbar, daſs die elenden Erklærer nur am Kœnigreiche kleben bleiben, aber des Prieſterthums nicht gedenken. Das iſt auch prudentiæ. Denn vvenn es klar iſt, daſs das Prieſterthum der Glæubigen ganz geiſtlich iſt (*-aber doch ſo, daſs das* leuitiſche *nur ein Schattenbild dauon vvar, und daſs es nicht in einer leeren* Chimére *beſteht!* ---) vvoran vvohl niemand zvveifeln kann, ſo muſs es die kœnigliche Würde auch ſeyn. ---. E. B.

z) ἀυτῷ, *Ipſi*] Ieſu Chriſto videlicet. *V. g.*

c. XXI. 6, & tria, de Christo, *Veniente*, c. XXII. 13. Sæpe in hoc libro unam sententiam Græce & Hebraice exhiberi, mox videbimus. Idque hîc jam quoque fit. Pater dicitur τὸ ἄλφα καὶ τὸ Ω Græce: Idem Iohanni, Hebraice, ut mox videbimus, cogitanti, est *Principium & Finis*, quod per א & ת primam & extremam Hebræorum literam Hebraice exprimitur. Et sic quoque Christus.

Locus quartus, tribus incisis constans, memorabilem ansam nobis præbet. Tertium ejus incisum nunquam ponitur sine primo, ergo pertinet ad primum declarandum. Secundum ponitur aliquando sine primo: ergo suam per se, ut in Esaja, sic in Apocalypsi, significationem habet. Primum & tertium adscribitur etiam Patri, c. XXI. secundum, Christo soli. c. I. 17. *Alpha*, *& Principium*, est Deus, ut Ipse, rerum omnium conditor & auctor, tantas res proponit, declarat, promittit. Ω *& Finis* est Idem, ut Apocalypsin, præsertim in tuba septimi Angeli, ad opus, complementum, *finemque* exspectatissimum & glorioſissimum perducit. Et sic quoque Christus. *Prima & extrema* rei, stilo scripturæ, est res sive totum ipsum. vid. 1 Sam. III. 12. Cohel. X. 13. 2 Chron. XXXV. 27. Græci *proram & puppim* proverbio dicunt. Ergo *Alpha & Ω*, *Primus & Postremus*, *Principium & Finis*, est *Unus omnia*, *semperque Idem*. Confer Psalmum VIII, initio & fine, ubi *Intentio* & *Exsecutio* describitur. Sic, magnifico sensu, finis ab origine pendet. Continet Apocalypsis in augusta appellatione, *Alpha & Ω* &c. in principio, Protestationem Dei contra draconem, & Christi contra bestiam, ceterosque hostes; & in fine, triumphum ex hostibus. Hostes enim procedente libro insurgunt, sed penitus delentur, ut nusquam appareant. Est item Protestatio contra omnes falsos deos & falsos christos, ad nihilum redituros. Nam ante revelationem Dei primam in creatione, & post ultimam in consummatione, nullus est alius Deus; omnes falsi dii intermedio tempore & ficti & sublati sunt: ante adventum Christi in carne & post adventum ejus ad judicium nullus est alius Christus; omnes pseudochristi intermedio tempore fuerunt. *Quumque omnia subordinata erunt Filio Dei, tum & ipse Filius subordinabitur ei, qui omnia subordinavit ipsi, ut sit Deus omnia in omnibus.* 1 Cor. XV. 28.

¶ Κύριος, *Dominus*) Augustus est totus hic locus; & magnificus hoc loco ac plenus Dei titulus, uberiorem considerationem postulat.

§ I. Rudimentum nos quidem duntaxat ponemus: & in eo complures confluent observationes, quæ nemini vel placeant ex toto (etenim ne mihi quidem ipse satisfacio,) vel ex toto displiceant, adeoque cujusvis delectui & examini maturiori subjiciuntur.

§ II. Quatuor membra habet titulus:

1 Κύριος, *Dominus*,
2 ὁ Θεός· *Deus:*
3 ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος,
Qui est & qui Erat & qui Venit,
4 ὁ παντοκράτωρ, *Omnitenens*. Hæc membra commode ordine retrogrado spectaverimus.

§ III. *Quartum*, ὁ παντοκράτωρ, *Omnitenens*, in V. T. non nisi duobus Hebraicis vocabulis respondet. nam in Iobo sæpe ponitur pro שדי sed absolute, non in appositione cum aliis divinis nominibus: quare paralleliſmus non est ibi figendus. Vid. infra, § XXIV, de loco Exod. VI. Alterum vocabulum, quod ceteris in locis comprehendit nomenclatura ὁ παντοκράτωρ, est *Sabaoth*.

§ IV. *Sabaoth* non est nomen divinum recto casu, sed ingreditur nomenclaturam

ram Dei, quum dicitur *Iehovah Sabaoth*, *Deus Sabaoth*, *Iehovah Deus Sabaoth*, i. e. *exercituum*.

§ V. Nomenclatura hæc non occurrit in Geneſi: exſtant demum principia ejus in Exod. VII. 4, *educam exercitus meos, populum meum, filios Iſraël, ex terra Ægypti.* & cap. XII. 41: *exierunt omnes exercitus Iehovah ex terra Ægypti.* Ioſuæ, trajecto Iordane, apparuit, qui ſe ipſe ſic appellavit, *Dux exercitus Iehovah.* Ios. V. 14 ſeq. Inde in libris Samuelis & Regum, in Chronicis, in Pſalmis, in Eſaja, Ieremia & plerisque prophetis minoribus, ante captivitatem Babylonicam, & poſt eam, frequentiſſima eſt locutio de *Domino Deo Sabaoth.* Varie expreſſere LXX interpretes: ſed maxime utuntur epitheto παντοκράτωρ, & dicunt Κύριος παντοκράτωρ, ὁ Κύριος ὁ θεὸς ὁ παντοκράτωρ. Id in ceteris N. T. libris nuſquam reperitur, niſi 2 Cor. VI. 18, in expreſſa videlicet loci Eſajani allegatione. In ſola Apocalypſi ſæpe dicitur.

§ VI. Denotat vocabulum *Sabaoth exercitus* ſive *copias* ingentes, ſpeciatim quidem Iſraëliticas illas, ſed generatim in cœlo & in terra omnes, quia omnium Deus eſt Iehovah: & inde ὁ παντοκράτωρ dicit *Omnitenentem.* Huic uni omnis militia ſervit: & omnis illius militiæ opera in Apocalypſi cietur & ad ſumma pervenit.

§ VII. Quæ cum ita ſint, Hebraico יהוה non poteſt non reſpondere membrum *Tertium*, ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος. nam epitheton, ὁ παντοκράτωρ, nunquam ponitur, quin immediate aut θεὸς aut יהוה præcedat. Illud mediate præcedit in præſenti: ergo יהוה eſt immediate præcedens. Reſpondent autem nomini יהוה vel tria inciſa ſimul, ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος, vel tertium ſine dubio, ὁ ἐρχόμενος.

§ VIII. Ὁ ἐρχόμενος dicitur *Is qui* יהיה *erit*: nec tamen dicitur ὁ ἐσόμενος, ſed, perquam ſcite, ὁ ἐρχόμενος, ne quid de *eſſe* præſenti detrahi videatur, & ut adventus clarius exprimatur. *Futurus*, Hebr. הבא *veniens*, coll. Ioh. XVI. 13. & ſic aliæ linguæ.

§ IX. Quomodo nomen יהוה legendum ſit, & quam late ejus ſignificatio pateat, vehementer contenditur: nonnulli, quia ei puncta nominis אלהים ſæpe, & nominis אדני ſæpiſſime appicta ſunt, alias vocales introducunt, & v. gr. יְהוָה *Iihvaeh* legunt.

§ X. Sed etiamſi nomen יהוה ſemper alienas, nunquam ſuas vocales in codicibus noſtris adſcriptas haberet, tamen æque poſſet *Iehovah*, quam *Iihvaeh* legi. Atqui etiam oportere *Iehovah* legi, multa evincunt.

§ XI. Curaverunt Hebræi, ut nomen יהוה nunquam niſi quam ſinceriſſime pronunciaretur: quare ubi præfixa mutationem vocalium importabant, ſæpiſſime nomen אדני vocales quam maxime ad יהוה accedentes habens ſurrogarunt. Sed ubicunque יְהוָה ſcribitur, plane *Iehovah* legendum eſt. Hac una de cauſa ſub Iod retinuere Scheva: id quod etiam Chaldæi paraphraſtæ faciunt, in ipſo ſcriptionis ſuæ compendio יְ nomen *Iehovah* & *Adonai* referente. Quemadmodum יְהוָה per puncta nominis אלהים ſcribitur, ſic per puncta nominis אדני poſſet יְהוָה ſcribi, niſi יְהוָה per ſe pronunciandum eſſet. Nomina propria, ut *Iehojakim*, & multa alia, quæ ex nomine יְהוָה formantur, & Græcas nominis hujuſce ſcriptiones, ad eos, qui foris ſunt, propagatas, eruditi pridem collegerunt.

§ XII. Incomparabilis & admiranda eſt

coagmentatio nominis *) יהוה ex יהי *Erit* & הוה *Ens* & הָוָה *Erat*. Mahavit hæc nominis divini paraphrasis per tria tempora ad poetas Græcos vetustissimos & ad scriptores Talmudicos. Loca exstant apud Wolfium T. IV Curar. in N. T. pag. 436. Summum vero robur habet Apocalypsis.

§ XIII. *Secundum* membrum, ὁ θεὸς, nullam habet difficultatem: nomen θεὸς, a θέω *pono*, dicit auctorem rerum omnium. *primum* vero, Κύριος, aliquid dici postulat.

§ XIV. Io. Pearsonus in Expos. Symb. Apost. p. 261 rem eo deducere conatur, ut τὸ κύριος, quatenus τῷ יהוה respondet, derivetur a κύρω, *sum*. Sed exempla, quæ ex Tragicis potissimum profert, omnia *esse* quoddam *fortuitum* inferunt, ut κυρῶ vel potius κυρῶ non magis verbo ὑπάρχω, quam verbo τυγχάνω in significatu, & verbo קרה in ipso sono respondeat. Qui vim nominis κύριος, ex quo κύριος dicitur, perspexerit, qua non modo moralem auctoritatem, sed etiam naturalem stabilitatem firmitudinemque denotat, is facile agnoscet, nomen κύριος idoneum esse ad interpretandum nomen יהוה demto temporum ternione, & certe denotare *Eum qui est*.

§ XV. Quotiescunque nomini Κύριος nomen θεὸς apponitur, illud nomini proprio יהוה respondet: idque in præsenti quoque loco valet.

§ XVI. Iam quid causæ est, cur, quum inter tot commemorationes *Dei*, quæ in V. T. exstant, hæ ipsæ, tres ad summum, appellationes, *Iehovah Deus omnitenens*, uno loco poni sint solitæ, Apocalypsis hic quatuor, Κύριος tribus reliquis præmisso, ponat?

§ XVII. Sæpe Apocalypsis dupliciter aliquid exprimit, Hebraice & Græce, ut ναὶ, ἀμήν· ἀβαδδὼν, ἀπολλύων· διάβολος, σατανᾶς· κατήγωρ, κατηγόρων. Hostium nomina duplici idiomate exprimuntur: & prius ipsius Domini Dei nomen dupliciter exprimitur.

§ XVIII. Græce in titulo divino, quem consideramus, membrum I & II per se ponuntur: membrum autem III & IV, quæ idem quod duo priora significant, unice eo pertinent, ut lectori Hebraicum יהוה צבאות in memoriam redigant. quanquam enim ipsum nomen יהוה Græcis exprimi posset, tamen in populo Dei nunquam sic expressum fuit. Græco & Hebraico nomine Deus Iudæorum & Gentium describitur.

§ XIX. Membrum I & III sunt parallela, utrumque nominis proprii vim habens: primo additur ὁ θεὸς, tertio ὁ παντοκράτωρ, utrumque appellativum.

§ XX. Hactenus hunc locum tractavimus seorsum: nunc idem cum parallelis conferendus venit. Dicitur enim ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος, h. l. & ὁ ἦν καὶ ὁ ὢν καὶ ὁ ἐρχόμενος, c. IV. 8. & deinceps, ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν· denique, ὁ ὤν. Vid. infra ad c. XI. 17. XIX. 1.

§ XXI. Quum in rubo apparuit Mosi Deus, Ipse se nominavit אהיה *Ero*. Exodi c. III. 14 hanc nominis sui rationem præstruit: *Ero qui Ero*, sicuti ad Mosen dixerat ibidem v. 12: *Ero tecum*. Deinde Nomen exprimit Ipse, Mosen dicere jubens: אהיה *ERO misit me*. Verbum אהיה fit Nomen, ut ὁ ὤν, præfixo articulo: & ipsum ὁ ἦν, commoda locutio, ut apud Aristotelem, εὐθὺς τὸ ἔσαι καὶ τὸ μέλλειν, ἕτερον. l. 2 de gener. & corrupt. c. 11.

§ XXII. Hoc Nomine ad Mosen promul-

*) *Conf. S. R. D.* Crusii *Comment. de* vera eaque relatiua Nominis Tetragrammati significatione, *Sect. I. 1758. Sect. II. 1759.* E. B.

mulgato, in eadem continuo apparitione, & per totam deinceps ſcripturam V. T. nomen יהוה memoratur. אהיה primæ perſonæ, ibi locum habere videri poſſet, ubi Dominus de ſe loquitur, & יהוה tertiæ perſonæ, ubi de Domino loquuntur angeli & homines. Atqui Moſes dicere juſſus eſt, אהיה *ERO miſit me;* & Dominus ſe ipſum quoque יהוה *Iehovah* vocat: ac nomen אהיה deinceps non repetitur, nomen יהוה nuſquam non occurrit. Plane igitur nomen יהוה ad ſignificatum nominis אהיה præter differentiam primæ tertiæque perſonæ amplius quiddam ſuperaddit: ut primum videlicet Dominus ſe appellavit *Ero*, mox ſe appellitare inſtituit *Erit - Ens - Erat.*

§ XXIII. Olim ante Moſis tempora, nomen יהוה ita memoratum legitur, ut certum habeamus, Moſen id non ex ſui demum temporis idiomate in tempora Enoſi, Abrami &c. intuliſſe. Gen. IV. 26. XIII. 4. XIV. 22. XV. 2. 7 &c.

§ XXIV. Rurſus apertum eſt, Moſi & per Moſen Iſraëlitis eam revelationem eſſe factam, qua nomen *Iehovah* novo modo eis *innotuerit*. Laudavimus modo locum Exod. III. 15. Accedit alter, Exod. VI. 3: *Viſus ſum erga Abraham, erga Iſaac & erga Iacob* באל שדי *qua Deus abundans* omnibus bonis: *ſed nomine meo Iehovah non ſum eis notus factus.* Hîc τῷ אל præfigitur ב & rationem *ſub qua* denotans, per Gallicum *en* apte reddi poteſt, ſicut v. gr. dicunt *vivre en Chrêtien.* Abrahamo quum apparuit Deus, appellavit ſe אל שדי Gen. XVII. 1. & inde Iſaac & Iacob ſæpe Eum ſic appellarunt. Appellabatur tum quoque *Iehovah*, ſed minus ſolenni uſu. Moſis demum tempore Ipſe hoc nomen ſuum in ſeculum, & hanc mentionem ſui in progeniem & progeniem eſſe juſſit. Ex. III. 15. Tunc *nomen ſibi aeternum* re ipſa *fecit.* Es. LXIII. 12. Videatur locus Exod. XV. 3, & totum illud Canticum.

§ XXV. יהוה ab הוה *eſſe*, dicitur: ac poteſt id Ipſius nomen conſiderari vel abſolute, ut eſt in ſe *Is qui eſt* ab æterno in æternum: vel reſpective, uti populo ſuo, promiſſionem per opus ipſum implendo, innoteſcit ut *Is qui eſt.*

§ XXVI. Priore notione nomen יהוה celebratum eſt etiam patriarcharum temporibus: ſed altera notione ſuperinducta Moſis demum tempore Iſraëlitis ſe notum fecit Dominus, per ingens illud opus eductionis ex Ægypto.

§ XXVII. Tali modo ſignificationem nominis ſui יהוה admirabili methodo quaſi contraxit, ut quemadmodum *Deus*, quamlibet omnium Deus, tamen non erat alius, neque alius dicebatur, neque alius dici volebat, atque *Deus Iſraëlis*, ſic יהוה *Is qui eſt* non eſſet alius, atque *Is qui* Iſraëli *eſt*, ſive qui Iſraëli ſe præſtat & re exhibet. *Ero vobis*, revera dixit, ſicut poſtea, *non ero vobis.* Hos. I. 9. non diſſimili ratione, quotieſcunque Deus inſigne aliquod opus fecit, Ipſum nomenve ejus cognitum eſſe legimus. Ps. LXXVI. 2. LXXXIII. 19. Es. LII. 6. Ez. XXXIX. 7.

§ XXVIII. Itaque Moſis tempore quaſi ab integro ſe nominavit אהיה *Ero.* Non dicit, *Ero qui eram*, *Ero qui ſum*, ſed אהיה אשר אהיה *Ero qui Ero:* ubi declaratio involvitur beneficii jam jamque præſtandi. Id eſt, *Ero* Iſraëlitis is, *qui* eo ipſo *Ero* patribus eorum, & quem me iis fore dixi, quemque me iis fore oportet, promiſſionem olim datam deinceps implendo. Itaque ſignificatio futuri prævalebat in אהיה includeus & recapitulationem revelationum & promiſſionum Dei, quæ patribus obtigerant, & declarationem rei jam exhibendæ per eductionem populi ex Ægypto.

§ XXIX.

§ XXIX. Nomen אהיה mox in nomen יהוה quasi excrescens eandem simul futuri significationem in nomen יהוה transmisit, ut in ipsa nominis forma futurum emineret, atque inde ad præsens cum præterito progressus fieret.

§ XXX. יהוה idem est syllabatim, quod ὁ ἐρχόμενος καὶ ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν. Ita conveniens erat sermo Veteri Testamento. Sed in Apocalypsi ordo per elegantiam non nisi superbis fastidiendam invertitur, & cap. IV. 8 dicitur ὁ ἦν καὶ ὁ ὢν καὶ ὁ ἐρχόμενος, ubi, ordine naturali temporum, quatuor animalia Dominum celebrant summatim, ut Ipse se exhibuit, & exhibet, & exhibiturus est. Hîc autem, cap. I. 4. 8. & Iohannis stilo & ore suo Dominus dicitur ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος, & ita novo, sed in ipsa natura divina fundato idiomate, τὸ ὤν, tanquam principale & radicale, primum ponitur, notabili præludio & omine permutationis illius, qua deinceps & τὸ ἐρχόμενος & τὸ ἦν, ut § XX indicavimus, ad τὸ ὤν se recipiunt.

9 ἐν τῇ θλίψει, *in tribulatione*) In tribulatione fidelibus maxime hic liber sapit. *) Asiatica ecclesia, præsertim a floridissimo Constantini tempore, minus magni æstimavit hunc librum. Vix vestigium reperias Apocalypseos a Constantinopolitanis doctoribus allegatæ: ubi in Chrysostomi operibus citatur, hoc ipsum alieni tractatus indicium est. Africana ecclesia, cruci magis obnoxia, semper hunc librum plurimi fecit.

¶ καὶ βασιλείᾳ καὶ ὑπομονῇ, *& regno & patientia*) Conjunguntur hæc etiam 2 Tim. II. 12. *Patientiae spes* (1 Thess. I. 3.) uberrimum in Apocalypsi nutrimentum habet. Notabilis *ordo* verborum: *afflictio, & regnum, & patientia.* cum primo horum & tertio *simul* datur secundum.

¶ ἐνενόμην ἐν τῇ νήσῳ) γενέσθαι ἐν ῥώμῃ est *pervenire Romam*, 2 Tim. I. 17. Itaque Iohannes hoc loco innuit, se *delatum esse in insulam Patmum*, & sub adventum suum hæc, quæ memorat, audisse & vidisse. Neque præteritum hocce tempus nos impedit, quo minus Apocalypsin in Patmo scriptam existimemus. Nam veteres in scribendo tempora verborum accommodarunt ad tempus lectionis, non scriptionis. Act. XV. 27 *misimus.* Tenuis hæc videtur observatio: sed magnis erroribus medetur.

¶ τῇ καλουμένῃ, *quae vocatur*) Sunt, qui hoc participium omittant: recte, ut videtur. **) Sive id legas, sive non legas, *Patmus*, ***) quamlibet Asiæ vicina, tamen non omnibus Asiæ incolis nota fuit. Ideo Iohannes memorat, *Patmon* esse *insulam.* At *Cyprus*, celebris insula, per se nominatur, Act. XIII. 4, nec dicitur *insula Cyprus*, nedum, *insula, quae appellatur Cyprus.*

¶ πάτμῳ, *Patmus*) Erat ibi, tempore Do-

*) *Conf. not.* Gnom. *ad phrasin* ἃ δεῖ γενέσθαι, *v. 1.* E.B.

**) *Hinc omittit etiam* Vers. germ., *quamuis optionem lectoribus reliquerit margo* utriusque Edit. E.B.

***) *Plurima de hac Insula memoratu digna refert S. R. D.* Büsching *in seiner* Erdbeschreibung, *V Th. I Abth. p. m. 120 sq.* Die Insel (*præter cetera inquit*) ist ein unfruchtbarer Felsen, ohne Holzungen, und sehr trocken, aber sehr gesund. Sie bringt nichts, als ein wenig Korn und Gerste hervor, welches Getreide aber für die Einwohner unzulänglich ist. Diese, deren Anzahl gering ist, sind insgesamt griechische Christen, und entweder Schiffer oder Schiffzimmerleute. — Die Stadt liegt auf einem Berge, dessen Gipfel ein grosses, dem h. Iohannes gewidmetes Kloster einnimmt. — Man kan aus diesem Kloster die meisten Inseln des Archipelagi erblicken. Wenn man aus der Stadt den Berg halb herunter geht, trift man ein kleines Kloster an, welches Apokalypse genennet wird. In demselben ist eine ehemalige Grotte und nunmehrige Kirche, darinn der Ap. Iohannes — gelebt und geschrieben haben soll, &c. E. B.

Domitiani & Nervæ. Opinionem de vita Iohannis usque ad ultima Domitiani aut prima Trajani tempora, falsam quidem & ex confusione duorum Ioannum exortam esse putat Artemonius in lib. de Init. evang. Ioh. p. 350. Atqui Petrus sub Nerone defunctus est martyrio: & longe ultra Petrum mansit Iohannes. Ioh. XXI. 22. Apocalypsin autem non diu ante obitum scripsit. Neque enim partem unam sub Claudio, aliam sub Domitiano aut Nerva scriptam dixeris. una quippe est *Apocalypsis*, una prophetia, unus liber. Neque Epiphanius, qui eam sub Claudio, id est, ante Petri sub Nerone mortem, editam censet, unus veterum est Irenæo cæterisque anteponendus. *) Titulus versionis **) Syriacæ jam est recentior. Cur in Apocalypsi, dices, multo magis *hebraizat* Iohannes, quam in Evangelio? nonne tum, quum Apocalypsin scriberet, Græcissimo demum assueverat? nam Evangelium scripsit ante vastationem Hierosolymorum, Apocalypsin postea. Enimvero non ex assuetudine, ***) sed *ex divino dictamine*, cujus infinita est ἐυπορία, formam totus trahit Iohannis stilus, sed magis propheticus.

10 ἐγενόμην) Periodus trimembris: ἐγενόμην. ἐγενόμην· καὶ ἤκουσα. v. 9. 10.

¶ ἐν τῇ κυριακῇ ἡμέρᾳ, *die dominico*) Et esse aliquem & dici *Dominicum diem*, vel ex hoc constat loco: diem autem Dominicum esse illum diem, qui dies Solis a gentibus dicebatur, qui primus est hebdomadis cujusque dies, qui Sabbato, septimo hebdomadis diei opponitur, universo antiquitatis christianæ testimonio con-

*) *Conf. Magn. Canc. D.* Reussii *Vertheidigung der Offenb. Ioh. gegen Hn. D.* Semler, § *12. p. 33 sq. obs. 1., coll. p. 294 sq. Testium* penuriâ *laborare, qui vel* Claudii *vel* Neronis *tempore, adeoque* ante *vastatam Vrbem, editam censeant prophetiam, ipse ill.* Michaëlis *non diffitetur, in der* Einleitung &c. *T. II. p. m. 1938.* E. B.

**) Hippolyti, *Sec. II in Arabia Episcopi, non aetate saltim, sed instinctu forsitan, Versionem istam* Casparis *cujusdam operâ adornatam suspicatur cel.* Michaëlis, *l. c. p. 1876. 1885. 1941: enimuero,* Titulo *non audet eandem, quam ipsi Versioni, aetatem vindicare.* Areetham, *Seculi vel VI, vel X demum Scriptorem, eandem de* Neronis *aetate sententiam eidem* Hippolyto *debere, non incredibile censet* Vir cel., *l. c. p. 1947. Argumenta reliqua,* Domitiani *aetati opposita,* consequentiis *ab argumento libri desumtis absoluuntur, facile, ni fallor, soluenda. Vid. nor. seq.* E. B.

***) *Habes responsionem, Lector! ad ea, quae non eâ, quae Viro* θεοπνεύστῳ *deberi videtur, modestiâ, cel.* Michaëlis *disseruit, in der* Einleitung &c. *T. II. p. m. 1969 seq., hoc denique effato finiens:* Denn bey seinem langen Aufenthalt zu Ephesus wird er die griechische Grammatik, die er im Euangelio befolgte, nicht vergessen, oder seinen stilum wieder hebræischer gebildet, auch im hœchsten Alter nicht das Feuer der Schreibart erlanget haben, so ihm in der Iugend und in den ersten Schriften mangelte. Es hængt also (*quanta consequentia!*) abermals die Frage von dem gœttlichen Ansehen der Offenbarung davon ab, ob man denen beytreten will, die sie unter Nero setzen: nach der gewœhnlichen Meinung weiss ich sie nicht zu vertheidigen. -- *Ego vero existimauerim, vel infimae caueae scriptorem, utut senio confectum, floridiori stilo usurum esse, ubi* vatem *agere instituerit, quam in ipso juventutis vigore,* historicis *intentum rebus. De* Iohanne *autem, non tam* sua, *in hoc libro, quam vel* Christi, *vel* Angeli *colloquentis, vel* aliorum, *quos audierat,* verba *referente, prorsus alia requiritur & multo sublimior judicandi ratio. Quid, si eximium vigorem, qui* Mosi, *120 annos nato, Deut. XXXIV. 7 adscribitur, consideres? quid, si Canticum ejusdem & postremum Vaticinium, l. c., c. XXXII. XXXIII in literas relata, expendas? - Nullam sane florentissimi adolescentis facundiam documentis istis* parem *esse jure dixeris,* E. B.

constat. *) Rationem appellationis rursus ex ipsa Scriptura N. T. discamus. Appellationem multi ex eo repetunt, quod illo die resurrexerit Dominus. Vera hæc quidem, sed non præcipua, aut non unica ratio fuerit. Insignes sunt dies Nativitatis, Baptismi, Transformationis, Crucis, Resurrectionis, Ascensionis, Adventus glorioſi. Quis horum maxime dominicus dies est? Cœna dominica est cœna Domini: Dies dominicus est dies Domini nostri Iesu Christi; quo nomine stilus apostolicus denotat unum diem adventus, qui etiam absolute *dies*, vel *dies ille* dicitur. Non abhorret sensus veterum Christianorum, de quo apud *Hieronymum* ad illud, *Media nocte*, Matth. XXV. hæc leguntur: *Dicamus aliquid, quod forsitan lectori utile sit. Traditio Iudæorum est, Christum media nocte venturum in similitudinem ægyptii temporis, quando pascha celebratum est, & exterminator venit, & Dominus super tabernacula transiit: & sanguine agni postes nostrarum frontium consecrati sunt. Vnde vcor & traditionem apostolicam permansisse, ut in die vigiliarum paschæ ante noctis dimidium populos dimittere non liceat, exspectantes* adventum *Christi; & postquam illud tempus transierit, securitate præsumpta, festum cunctis agentibus diem.* Ad diem quemque dominicum exspectabatur Dominus, quanquam exspectationis solennitas ante paschalem potissimum celebrabatur Dominicam. Monumentum creationis dies septimus: primus dies, monumentum consummationis. Ille, dies Iehovah: hic, dies dominicus. Certe quisquis animo suo præcipit, diem hebdomadis primum, dominicum ideo dici diem, quia eo die veniat Dominus, is demum perspicit, quam singulari convenientia obtigerit Iohanni, ut Dominico die Dominum venientem & videret & describeret.

Putavi aliquando, visionem illam, quam Ezechiel a cap. XL refert, fuisse die sabbati, eumque diem sabbati cum die dominico hîc memorato posse conferri: sed id ultro nunc omitto. Nam in anno quidem mundi 3374, in quo visionem illam ponit Calvisius, dies 1 Tisri fuit sabbatum: sed visio fuit tribus post annis die 10 Tisri, media hebdomade. Aliam indaginem dominicus aperit dies. Apocalypsin visam esse ΠΡΟΣ τῷ τέλει *in fine imperii Domitiani*, ejusdem prope ætatis scriptor affirmat Irenæus: quem præter alios *Newtonus* in Observ. ad Ap. p. 163 seqq. frustra oppugnat. Vid. *Exeg. Germ.* p. 174. Occisus est autem Domitianus anno 96 Dion. d. 18 sept. die Dominico: quumque visionis tempus per celeberrimum persecutoris interitum ita accurate notat Irenæus, tutissimum fuerit ab ipso die quam minimum recedere. Quid si *dies* ille *dominicus* eo anno fuerit d. 3 april. id est, pascha: vel d. 19 junii, coll. *Ord. temp.* p. 389 [*Ed. II. p. 334 sq.*] vel ipse dies 18 septembris? Nil definio: Irenæi vestigia sequor. Certe Apocalypsis ante Domitiani exitum data aliam quoque præbet observationem. Verba ad populum *Ephesi* faciebat Apollonius Tyaneus, & in media oratione exclamabat, *Feri tyrannum*, iterumque, *Confidite, tyrannus occisus est.* Atque eo die, ea hora, Domitianus Romæ est occisus. Sive conjurationem in Domitianum scierat Apollonius, sive aliunde, quid ageretur, per-

*) *Affectatæ igitur dubitationis esse videtur, si quis* alium *quemcunque* diem *a Iohanne suspicetur indigitari. Eo tempore, quo* Paulus *&* Lucas *scripsere, nondum hac appellatione feriam primam distinctam fuisse, ipse* Bengelius *fatetur*, Erkl. Offenb. *Ed. II. p. 201 fin. Sed* Iohanni, *memorabili post istos interuallo scribenti, hoc sensu dictum fuisse* diem dominicum, *ipse subsequens in ecclesiis* loquendi usus *facile persuadet.* E. B.

perſenſit: Apocalypſis multo majus rerum futurarum indicium Epheſiis, ad reprimendos Apollonii aſſeclas, & ad vindicandam Ieſu Chriſti gloriam, eodem tempore dedit.

¶ ἤκουσα ὀπίσω μου, *audivi poſt me*) Iohannes faciem habuerat verſam ad orientem: ſimiliterque Dominus, dum ei apparet, faciem ad orientem, Aſiam verſus, quo ſcribendum erat, direxit.

11 λεγούσης) Sæpe Iohannes verba, quorum ſententia cum remotioribus cohæret, Hebraico more cum propioribus conſtruit. Dicere volebat: φωνὴν λέγουσαν· pro eo dicit, σάλπιγγος λεγούσης.

¶ ὃ βλέπεις) Ἐγώ εἰμι τὸ Α καὶ τὸ Ω, ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος, καὶ, præmittunt nonnulli. Vid. App. crit. ad h. l. Ed. II. Sæpe demum poſt apparitionis initium Is qui apparet, eloquitur, quis Ipſe ſit. Exod. III. 6. In præſenti autem grandis illa ſumma, ὃ βλέπεις, *quod vides*, & ipſa adeo Iohannis viſio, per ſe titulorum omnium inſtar erat, dum verſu 17 mox titulus ſequebatur expreſſus. Atque ex hoc ipſo fonte derivantur tot tituli in capite II & III. In ſumma, intuitu verſus 8 & 17, illata potius verſui 11 hæc verba videntur, quam pro ſuperfluis habita. Non facile pro ſuperfluo aliquid hodie habent complures docti viri, eademque mente plerique quondam librarii fuere. Codicibus tutius, quam rationibus talia loca deciduntur: atque in eo genere eximium pondus *Latinus* habet interpres, ubicunque eum propriis non laborare nævis, idonei, quamlibet pauci, teſtes Græci confirmant. Vtinam hoc omnes penitus infixum animo habere vellent: maximum ad plerasque dubitationes eximendas compendium foret. De antiquitate Latini interpretis egimus in Appar. p. 391. 419 &c. [*i. e. P. I. § XXXII. Obs. VI. XX. Conſ. VIII &c.*] eamque confirmat egregia Latinorum patrum cum textu interpretis conſenſio. Carebat ætas illa multis additamentis, quæ poſteritas, ut alibi paulatim, ſic hoc loco invexit.

¶ εἰς βιβλίον, *in librum*) Huic *libro*, talem ortum habenti, nec non ceteris, ex quibus ſacræ corpus Scripturæ conſtat, quis eſt, qui tantum tribuat, quantum res ipſa poſtulat, poſthabita multitudine aliorum librorum? Eccleſ. XII. 12.

12 βλέπειν τὴν φωνὴν, *videre vocem*) *videre* eum, cujus erat *vox*. vel, Oratio ſemiduplex.

13 ποδήρη) מעיל LXX ποδήρης, de veſtitu Aaronis.

14 ἡ κεφαλὴ καὶ αἱ τρίχες) ἓν διὰ δυοῖν· id eſt, capilli. Sic vidit Iohannes.

15 πεπυρωμένῳ) Sic *Vſſenb.* pluresve, & verſiones antiquæ. Alii, πεπυρωμένοι. Epitheton eſt, non pedum, ſed χαλκολιβάνου*) ideo non repetitur c. II. 18. Χαλκὸς, *æs*: λίβανος, *tus*. χαλκολίβανος, æris ſpecies, turi ſimilis. Vide Bocharti Hierozoicon, in extremo, ubi *æs album* interpretatur copioſa diſputatio. Conf. Dan. X. 6, de *ære ſplendente*. Heſychius, ἄπασα χαλκῆ, λαμπρὰ ὅλη, κρῆτες.

17 a) ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος, *primus & poſtremus*) Glorioſiſſima appellatio Hebr. ראשון אחרון Es. XLIV. 6. XLVIII. 12, ubi LXX reddunt, ἐγὼ πρῶτος καὶ ἐγὼ μετὰ ταῦτα, πλὴν ἐμοῦ οὐκ ἔστι θεός. & rurſum, ἐγώ εἰμι πρῶτος, καὶ ἐγώ εἰμι εἰς τὸν αἰῶνα. Vtroque loco vocabulum ἔσχατος videntur non ſatis dignum putaſſe, quod tamen revera Hebræo egregie reſpondebat. Es. XLI. 4,

Ἐγὼ

*) *Huic obſervationi minus ſuffragatur* Ed. maj. *quam margo* Ed. 2. E. B.

a) ὡς νεκρός, *ut mortuus*] Largam ſpiritualium donorum collationem ingens naturæ contritio ſolet præcedere. *V. g.*

Ἐγὼ θεὸς πρῶτος, καὶ εἰς τὰ ἐπερχόμενα (את אחרנים) ἐγώ εἰμι. Loquitur Messias de sese, coll. c. XLVIII. 16. Hinc id præconium in Apocalypsi Dominus Iesus ad se applicat, & per verba subsequentia declarat. Spectetur Schema:

Ego sum primus, & Postremus: & Vivens; & fiebam mortuus, & ecce vivens sum &c.

Immediata constructio, *Primus & Postremus*, declarat, Vitam ejus, interventu mortis perbrevi, ita interpellatam esse, ut ne interpellata quidem existimari debeat. *Artemonius* in tr. de Initio Evang. Ioh. *Primum & Vltimum* interpretatur *præstantissimum & abjectissimum*. p. 248. sed si hæc sententia esset, ordo rerum postularet inverti, & dici, *Vltimus & Primus*. Plane titulus divinæ gloriæ est, *primus & ultimus*, apud Esajam, apud quem frustra Artemonius eundem titulum ita conatur flectere, ut denotet *Principium & Finem*. p. 249 seqq.

18 ἐγενόμην νεκρὸς, *fiebam mortuus*) Dici poterat, ἀπέθανον, *mortuus fui:* sed hoc loco elegantia singulari dicitur, *fiebam mortuus*, ad denotandam temporum & in iis rerum differentiam.

¶ αἰώνων) Et formula εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, & vocula ἀμήν, perfrequens est in Doxologiis. ideo librarii, quanquam hic non est Doxologia, tamen post formulam illam etiam voculam hanc prono calamo perscripserunt, ut in Apparatu notavi. [*Vid. Ed. II ad h. l., ubi memorabilis de nimio* Editionum *æstimio cautela habetur.*]

v. 20. *cf. Rosf. fuil. p. 32. 33.*

CAP. II.

1 Τῷ ἀγγέλῳ, *angelo*) Gravissima VII harum epistolarum causa est. Populus legem in Sinai suscepturus, prius sanctificabatur: idem opera Iohannis Baptistæ, quum immineret regnum Dei, per pœnitentiam præparabatur: nunc ecclesia christiana ad tantam Revelationem digne suscipiendam (perinde ut antea scriptor ipse, per deportationem & per consternationem,) his instruitur epistolis. Id enim agitur, ut malos, prius admonitos, & mala ex medio sui exterminans, ipsa cum sua posteritate ad hoc pretiosissimum depositum, hanc tanti momenti revelationem, quam ipsi cœlites tam profundis adorationibus prosequuntur, recte amplectendam asservandamque, ad eventus maximos spectandos, & fructus uberrimos percipiendos plagasque effugiendas præparetur, insperfis in ipsas epistolas revelationis reliquæ strictioris fulgidissimis, ad attentionem excitandam & viam intelligentiæ muniendam aptissimis: ecclesiæque per pœnitentiam renovatio, ut par est, conspectui iridis præmittitur. c. IV. 3. Quisquis igitur idoneus esse vult auditor apocalypseos, monita harum VII epistolarum debet observare. *): tum enim ex specimine, quod illæ præbent, discet, quomodo apocalypsis in omnes homines ætatesque applicanda sit. Nonnulli septem epistolas capite II & III comprehensas ad septem periodos ecclesiæ referre sunt conati, historico earum sensu vel servato, vel, quod deterius erat, remoto. Cel. D. *Langius*, servato historico sensu, propheticum a tempore Iohannis usque ad meretricis & bestiæ cladem extendit, in Comm. apoc. f. 34 seq. Sed humanæ solertiæ esse septem epistolarum ad septem periodos accommodationem, ostendimus. Vid. *Evkl. Offenb.* p. 285-295. Epistolæ tum plane ad septem eccle-

*) *Memini ego sub* extremas *peregrinationis suæ horas* (*ante hos 20 et quod excurrit annos*) *Epistolarum apocalypticarum lectitationem & scrutinium impense Suis commendare b. Parentem; additâ ratione:* Es ist nicht leicht etwas, das einen so durchdringen und durchlæutern kœnte. E. B.

ecclesias in Asia, & earum maxime angelos, spectabant: & sive tum, quum mittebatur e Patmo liber in Asiam, aliæ ecclesiæ his VII fuere comparandæ, sive minus, consideratur hîc subordinatio harum ecclesiarum sub *Iohanne*: inde vero omnes auditores, omnium locorum & temporum, boni, mali, varii, ad sese referre debent, quæ ad ipsos pari modo pertinent. Quodvis alloquium *ad* angelum ecclesiæ concludit promissio, quæ *vincenti* datur.

¶ Τῆς) Cod. *Alex.* τῷ· neque id per incuriam. Ter enim habet, τῷ ἐν ἐφεσῳ ἐκκλησίας. τῷ ἐν περγάμῳ ἐκκλησίας· (Latine diceres, *angelo ecclesiastico, qui est Ephesi, Pergami:*) &, τῷ ἐν θυατίροις. Hi ipsi tres angeli sunt, qui partim laudantur, partim reprehenduntur: & sermo magis directe eos tres petit in epistolis, quam binos reliquos, qui sine exceptione vel laudantur vel vituperantur.

¶ ἐν ἐφέσῳ, *Ephesi*) In ea urbe & floruit diu Timotheus, & obiit paulo post Apocalypsin datam. *Polycrates*, Ephesi episcopus, martyrium descripsit Timothei: quod quidem scriptum, ut alia permulta, citeriorum Græcorum sedulitas interpolavit, sic tamen, ut res præcipuæ manerent, easque ab interpolamento simpliciora defenderent exemplaria. Is igitur Polycrates apud Vsser. de anno solari f. 96. Catagogia infidelium Ephesi fuisse ait d. 22 januarii, & tertio post die Timotheum ab illis interfectum, Nerva imperatore. Diem 22 & 24 januarii imperator non vidit Nerva, nisi A. XCVII solus, & A. XCVIII cum Trajano, mox d. 27 jan. mortuus. Itaque apocalypsis Ephesum quoque missa fuerat, perbrevi utique ante necem Timothei: neque tamen hunc apocalyptico putarim alloquio peti. Evangelista erat Timotheus, non ecclesiæ unius angelus: idemque, si extremo suo tempore *) *a primo amore delapsus* esse potuit, certe non minus de morte tam propinqua, ut credibile est, quam Smyrnensis ecclesiæ angelus, admoneretur.

2 οἶδα τὰ ἔργα σε, *scio opera tua*) Hoc οἶδα *scio* septies occurrit:

scio tua opera, c. III. 1. 8. 15.
scio tuam pressuram, c. II. 9.
scio, ubi habites, c. II. 13.
scio tuum amorem, c. II. 19.

¶ καὶ ὅτι) Καὶ omissum a quibusdam olim: sed retinendum est. **) Sunt enim diversæ [*utut conjunctæ in hoc Viro*, V. g.] virtutes, *tolerantia* & *severitas contra malos*.

¶ ἐπείρασας) Ἐπειράσω, *Erasmus*, sine ullo codice: ἐπείρασας cod. *omnes*. Vid. App. crit. Ed. II ad h. l. Medium πειράομαι non nisi cum infinitivo, idque raro, occurrit, ut ἐπειρᾶτο κολλᾶσθαι, Act. IX. 26. πειρῶμαί σε, cum accusativo, nunquam dicitur: πειράζω, in omnes partes usitatum est. [*Præclarum in hoc Antistite judicii acumen fuerit*. V. g.]

¶ ἀποστόλους, *apostolos*) Repelluntur hoc

*) *Memorabile ad h. l. S. R. D.* Crusii (*in dem kurzen Begr. der* Moraltheol., *T. II. p. 938 sq.*) *monitum est*: VVas der Herr in dieser Stelle an den Vorsteher der Gemeine zu Ephesus -- schreiben liess, betrift nicht einen Mangel der VVerke, sondern die Feinheit derselben, nicht das Materiale, sondern das Formale. Denn v. 2. 3 vvird ihm das Zeugniss gegeben, dass er noch unermüdet sey. --- so that er zvvar noch, *was* er zuvor gethan, aber nicht mehr *wie* ers vormals that. Er hatte insonderheit mit Bestreitung falscher Lehre zu thun gehabt; vvobey sich Leidenschaften, und Affecten leicht einmischen, v. 2. Vielleicht handelte er jezt mehr aus Gevvohnheit, aus Eifer, Zorn und Hass gegen die Gegner, da er vorher aus der Liebe Gottes und Christi gehandelt hatte &c. E. B.

**) *Omissionem prætulerat margo* Ed. maj., *sed* Gnomoni & Ed. 2 *congruit*, & Vers. germ. E. B.

hoc loco falsi apostoli: falsi Iudæi, v. 9, Ethnicismo dediti, v. 13 f.

3 ȣ̓ κεκοπίακας) Sic *Alex.* habet. Ceteri item, magno consensu, ȣ̓κ ἐκοπίασας· tantummodo Σ pro K, ex rhythmo ἐβάςασας. Vid. App. Ed. II ad h. l. κοπιᾶν, pro κάμνειν, Matth. XI. 28. 1 Cor. IV. 12, nec non Ioh. IV. 6. Vnde apud LXX verbis עיף חלה חשל כשל לאה maximeque יגע respondet. Hesychius, κεκμηκὼς, κεκοπιακώς. Antanaclasis a VVolfio laudata, hæc est: *novi* laborem *tuum*, *nec tamen* laboras, *id est*, labore *non frangeris*.

5 b) ἐι δὲ μὴ) Hoc dicitur absolute, sine verbo, v. 16. ἐὰν μὴ, cum verbo, mox, & v. 22. C. III. 3. 20.

¶ ἔρχομαί σοι καὶ κινήσω) Adventus Domini futurus erat *uno* tempore; & adventus *denunciatio* facta est primum Ephesi, &c. postremo Laodiceæ. [*Crescit in his denunciationibus propinquitas. v. 16. 25. c. III. 3. 11. 20.* Not. crit.] Tanta constantia verbum ἔρχομαι in præsenti ponitur, ut etiam subsequente futuro maneat. ἔρχομαι καὶ κινήσω· ἔρχομαι καὶ πολεμήσω, v. 16. Vide etiam Ioh. XIV. 3. Multum præstare debet angelus, propter arctam necessitudinem cum ecclesia sua.

7 ȣ̓ς) Singularis eo magis notandus, quia pluralis usitatior. πίςις, ὦτα ψυχῆς ait Clemens Al. Strom. V init. quanquam in Hebræo frequens est *auris*.

¶ Ταις ἐκκλησίαις) Casus sextus, uti c. XXII. 16. Pari modo dicitur, Ταῖς προσευχαῖς, c. VIII. 3. 4. Conferantur, quæ in Notis ad Marc. V. 2 collegit Heupelius.

¶ Τῷ νικῶντι) Septem promissiones variam habent constructionem.

I. Τῷ νικῶντι δώσω αὐτῷ κτλ.
II. ὁ νικῶν ȣ̓ μὴ ἀδικηθῇ κτλ.
III. Τῷ νικῶντι δώσω αὐτῷ κτλ.
IV. καὶ ὁ νικῶν, δώσω αὐτῷ κτλ.
V. ὁ νικῶν, ȣ̓τος περιβαλεῖται κτλ.
VI. ὁ νικῶν, ποιήσω αὐτὸν κτλ.
VII. ὁ νικῶν, δώσω αὐτῷ κτλ.

In quatuor citerioribus, ὁ νικῶν, ut si distinctivum accentum Hebraicum haberet, majore emphasi notatur: in *tribus* prioribus Τῷ νικῶντι (cui æquipollet in secunda ὁ νικῶν, absque ȣ̓τος,) arctior est conjunctio cum subsequenti verbo.

¶ ἐκ τȣ̃ ξύλȣ τῆς ζωῆς, ὅ ἐςιν ἐν Τῷ παραδείσῳ τȣ̃ θεȣ̃ μȣ) LXX Gen. II. 9, Τὸ ξύλον τῆς ζωῆς ἐν μέσῳ Τȣ̃ παραδείσȣ· ubi coll. Gen. III. 3 Τὸ ἐν μέσῳ magna cum proprietate dicitur, quod reliquæ arbores forent in horto, sed non in medio horti. Hoc loco simpliciter *in paradiso Dei* dicitur esse, juxta codices potiores, lignum vitæ: neque aliud lignum, nisi lignum vitæ memoratur. *In medio* quidem plateæ Ierusalem est lignum vitæ. c. XXII. 2. Ex eo loco, vel ex Genesi, nonnulli hîc scripsere, ἐν μέσῳ Τȣ̃ παραδείσȣ.

c) 10 βαλεῖν, *conjicere*) *quendam*, subaudi, vel *quosdam* potius.

11 Τȣ̃ θανάτȣ Τȣ̃ δευτέρȣ) Hanc phrasin מותא תנינא habet Paraphrasis Chaldaica, Deut. XXXIII. 6. Es. XXII. 14. [*Conf. Apoc. XX. 6.* V. g.]

13 πίςιν) Huc mox respondet conjugatum πιςός.

¶ ἐν Ταῖς ἡμέραις) Vid. App. ad h. l.

¶ ἅις

b) μνημόνευε, *memento*] Plurimum juuat ejusmodi reminiscentia. c. III. 3. *V. g.*

c) Τὴν θλίψιν] Alii, Τὰ ἔργα καὶ Τὴν θλίψιν. Elegantem multorum locorum diuersitatem recentiores ex parallelismo obliterauerunt. vide mox v. 13. *Not. crit.*

¶ ἂις ἀντίπας) *) scil. ἐκ ἠρνήσατο. Antipam sub Domitiano occisum ajunt Menologia; Martyrologia, eum in taurum æneum ardentem fuisse conjectum.

14 Τῷ βαλὰκ) Sic habet cod. *Alex.* & quidem, ut in Apparatu monui, in prima editione Millii. Vid. App. Ed. II. --- *Ipsi passim Millio a philologis cismarinis adscribuntur, quæ Kusteriana demum editio deteriora vel etiam meliora fecit. Magno equidem labore, ex prima editione Millii, errata secundæ, in Apocalypsi præsertim, correxi: quare ubi a secunda Apparatus meus differt, non temere id accidisse, etiam atque etiam confirmo.* --- Omnino in hac phrasi, *docuit Tῷ Balak*, obtinet Dativus commodi, quem non diffitetur VVolfius p. 463. neque usquam is casus magis est obvius, quam in historia de Balaamo: κατάρασαί μοι τὸν λαὸν Τοῦτον κτλ. Num. XXII & XXIII. Iosephus l. 4. Ant. c. 6. § 6 Balaamum sic loqui facit: Βάλακε καὶ τῶν μαδιανιτῶν οἱ παρόντες· χρὴ γάρ με καὶ παρὰ βέλησιν Τοῦ Θεοῦ χαρίσασθαι ΥΜΙΝ κτλ. Eadem igitur mente Apocalypsis habet, ἐδίδασκεν Τῷ βαλάκ. Neque enim Balakum docuit Balaamus, sed populum Balaki, Balaki causa, a quo Balaamus conductus fuerat. Vid. Num. XXIV. 14. XXV. 1 s. XXXI. 8. 16.

15, 16 ὁμοίως μετανόησον οὖν) *Similiter resipiscere* jubetur Pergamensis, ut Ephesius. Respondet καὶ *etiam*. v. 15. Lectionem ὁμοίως, pro qua alii ὃ μιτῶ ex v. 6 rescripsere, defendunt testes fere **) omnes. Manet tamen οὖν, *igitur*, magna emphasi, coll. v. 5. cap. III. 3. 19.

16 ἔρχομαί σοι καὶ πολεμήσω μετ' ἀὐτῶν) Ταχὺ, post σοὶ, inseruere plerique, ex parallelis. Sed *cito* non habuit *Italica* versio Iohannis manui proxima. Ad scriptores eam secutos accedit *Ansbertus* satis constanter, & *Beda*, & *Ambrosius*, etiam in Psalm. CXVIII. Serm. XIX. neque *cito* habet *Apringius* in paraphrasi hujus loci. Operæ pretium fuerit, Latinos codd. Apocalypticos mss. hoc loco evolvisse. Interdum lectio plenior, genuina est; plerumque vero, brevior. Vtrumvis quo casu obtineat, ***) dicemus. Plenior, potior interdum. nam l. in homœoteleuto vel iisdem verbis syllabisve recurrentibus librarii facile intermedium textum transiliverunt, ex vetustioribus testibus restituendum. II. Conjunctiones, in aliis linguis minus frequentes, quam in Græca, sæpe omissæ sunt in versionibus, quas hac in parte cupide sequi nil attinet. III. Subinde Græci a publica lectione, cui plerique codices accommodabantur, aliquid removerunt: ac tum plenior lectio, vetustissimis aliis documentis, *Latino* præsertim interprete nixa, retineri debet. Exempla passim occurrunt. A tribus hisce cautis si discesserimus, character germanæ lectionis tantum non perpetuus est *brevitas*. Nam quum in duo genera dirimantur codices Græci, & secuti eos metaphrastæ ac patres, videlicet in Asiaticos & Africanos, ut in Appa-

*) *Cel.* Michaëlis, *in der* Einleitung &c. *T. II. p. m. 1958 sq. monet, loco nominis proprii* ἀντίπας *non modo quatuor Codices verbum* ἀντεῖπας *hac sermonis serie exhibere:* ἐν ἂις ἀντεῖπας ὁ μάρτυς μὲ ὁ πιστὸς (in welcher du meinem getreuen Zeugen entgegen gesprochen hast); *sed etiam* Syrum, *itemque* Arabem *Erpenii verba* gestritten hast, *&*, widerstanden hast, *surrogare* Τῷ ἀντίπας. E. B.

**) *Præfertur igitur hæc lectio* (ὁμοίως) *in marg.* Ed. 2 *&* Vers. germ., *secus ac in* Ed. maj. *factum.* E. B.

***) *Ego vero nolui* generalem *hanc, momenti haut exigui,* observationem (*utut mere* criticam) *Lectoribus h. l. eripere. Sæpiuscule enim hac in caussa vellicatur hodie b.* Bengelius. E. B.

Apparatu copioſe explanavi, raro utrosque ſimul, ſed tamen alibi ex his, alibi ex illis multos reperias brevia loca per declarationes aliquas ſupplere conatos. Inde plenior lectio, quæ nunc a plerisque nimis religioſe defenditur, fere ſemper fucata; brevior autem genuina eſt. Talibus in locis teſtes quamlibet pauci, modo idoneam habeant antiquitatem, valere debent: qua in parte *Latini* rurſum eminent, ut paullo ante ad c. I. 11 notavimus. Sane præſtat, ubi de talibus micis agitur, genuinum aliquid in tanta panis abundantia præterire, quam heterogeneum quidquam & ab humano ſenſu adſperſum arripere. Id certe ubivis præferendum eſt, quod rationes ei loco, qui ſub manu eſt, propriæ poſtulant. *Hic nemo quidem criticus alios ad aſſenſum poteſt cogere: ſed ipſum viciſſim alii nullo jure retinere poſſunt.* Revertimur ad particulam *cito*. Multipliciter denunciat Dominus adventum ſuum in Apocalypſi, maxime a cap. II. 5 ad c. III. 20, ita quidem, ut adventum gradatim propiorem faciat. Particula *cito* adhibetur demum c. III. 11. itaque in præſenti, c. II. 16, nondum locum habet.

17 ψῆφον λευκὴν, καὶ ἐπὶ τὴν ψῆφον ὄνομα καινὸν γεγραμμένον) Scribebant veteres multa in *lapillis* (vid. Not. ad Gregorii Neocæs. Paneg. p. 139.) præſertim ſuffragia. *Calculum album* fuiſſe teſſeram σιτήσεως docet Sam. Petitus var. lect. c. 8. idque ille huc confert. *) Sed hoc loco *calculus candidus* & *nomen novum* per ſe præmium eſt, ideoque poſt manna abſconditum **) ponitur.

18 Τῆς

*) *Eadem, ut videtur, cel.* Grotii *ſententia eſt, qui ad h. l. ita commentatur*: Iis, qui in ſacris Græcorum certaminibus vicerant, dabantur εἰσιτητικὰ, i. e. *frumentationes* aut *reditus* quidam. Docent id nos Vitruuius, Præf. l. IX. Plinius Ep. ad Trajanum 119 & ſeq., Iuſtinus ad Zenam. De ea re, cum a certamine abibant, accipiebant *teſſeram cum Inſcriptione* quantitatis ejus, quod acceptura erant. Et hoc eſt, quod hic vult dicere Arethas. Et teſſeræ hic comparatur Spiritus S., quem qui habet, certus eſt opimitatis. *Grotianam hanc interpretationem non improbat cel. D.* Erneſti; *quamuis neget eam plane ſatisfacere, Bibl. th.* nouiſſ. *T. I. p. 707. De* Bengelio *autem quid? Stat ſententia:* Freylich wäre es *albern*, wenn die Λευκὴ ψῆφος, der weiſſe Stein zum Votiren wäre, wie es *Bengel* deutet. Aber iſt denn das die einzige mœgliche Erklærung? (--- poſſe *igitur hunc ſignificatum obtinere, conceditur hactenus: enimuero*) --- *Bengels* Gloſſen ſind Tændeleyen. *Neque tamen, ſi a* Bengelii *ſententia diſceſſeris, ratio ulla patet, cur* albus *præciſe lapillus dicatur.* E. B.

**) *Etiam de* Manna abſcondito *talis eſt* l. c. *p. 706 S. R. D.* Erneſti *obſeruatio, quæ non* integram *Bengelii ſententiam refert*: Bengels Gloſſe (*ait*) thut ihm nicht Genüge, der dieſes geheime Himmelbrod Ioh. 6 ausführlich findet. Vnd darinnen hat er (*der Anonymus*) Recht. Die, ſo überwunden haben, ſind im Himmel. Da iſſet man nicht mehr Ieſu Leib, und trinket ſein Blut nicht mehr: da iſt nicht mehr Glaube an Chriſtum, der uns ſelig macht, wenn wir es ſchon ſind. Iſt es denn aber etwas ungereimtes, daſs die Erquickungen im Himmel in figürlichen Vorſtellungen durch das Bild einer Speiſe --- ausgedruckt werden? --- *Verum eſt*, Bengelius, *in der* Erkl. Offenb. *Ed. II. p. 249, hæc notauit:* Diſs geheime Himmelbrod wird Ioh. 6 ausführlich beſchrieben, und darüber ſolte man ja den Appetit zum Gœzenopfer verlieren. *Atqui, Ioh. VI eam, quæ* ſacrâ Cœnâ *utentibus contingit, corporis & ſanguinis Chriſti fruitionem deſcribi, vix quisquam aſſerit; ſed de* ſpirituali *potius fruitione l. c. ſermonem eſſe (ſubindicatâ ſaltim* ſacramentali), *omnes, fere conſentiunt. Ecquis igitur negauerit,* Chriſtum *cœlitibus ſuis in gloria etiam, utut ſub alia ſcheſi, tanquam* panem vitæ, *exhibiturum ſe eſſe? (Col. III. 4.)* Cruenti *certe* ſacrificii *reminiſcentia mirabili dulcedine tinget omnes beatorum exultationes, ut videre eſt e. gr. Apoc. V. 9. VII. 14. 15. Cogi-*

tandum

18 Τῆς ἐν Θυατείροις ἐκκλησίας) Τῷ ἐν Θυατείροις cod. *Alex.* nec non *Tertullianus*, non addito ἐκκλησίας vocabulo. Vbi conjunctim angeli memorantur ſeptem eccleſiarum, c. I. 20, non excipitur nomen *eccleſiæ* Thyatirenſis. Nunc ubi ſeries ad *angelum in Thyatiris* ſeorſum pervenit, prætermiſſum *) *eccleſiæ* vocabulum, (etenim *eccleſiam* tum ibi fuiſſe, olim negavere nonnulli,) paucitati certe Chriſtianorum in oppido*) illo congruit. Separatim ad eos ſermo fit verſu 24. Apud Hebræos decem minimum requirebantur homines ad cœtum ſacrum: rurſum Neocæſareæ quum eſſent XVII Chriſtiani, epiſcopus iis datus eſt Gregorius. Thyatiris ergo parvulus grex & ignotus eſſe potuit, qui *eccleſiæ* nomen vix ſuſtineret, & tamen angelum haberet. Hic S. Carpus fuiſſe fertur.

19 Τὰ ἔσχατα πλείονα τῶν πρώτων) Similis locutio, Τὸ ἔσχατον ὑπὲρ τὸ πρῶτον, Ruth. III. 10. Contra, τὰ ἔσχατα χείρονα τῶν πρώτων, Matth. XII. 45.

20 ἔχω κατὰ σοῦ) Non modo aliquot codices, ſed multo plurimi teſtes, hanc lectionem exhibent, quam ceteri, πολλὰ, vel πολὺ, de ſuo, vel ὀλίγα, ex v. 14 ſupplentes, hoc ipſo ſuo in extrema diſceſſu comprobant. Talibus in locis brevior lectio tantum non ſemper genuina eſt. Vid. App. crit. Ed. II ad h. l. Verſu 19 πλείονα comparativus ultima opera primis præfert, non ad ὀλίγα opponitur. Nec multa, nec pauca, ſed unum illud, quod exprimitur, Dominus contra angelum Thyatiris habebat, uti contra angelum eccleſiæ Epheſi, c. II. 4, ubi Andreas ἓν *unum* reprehendi ſcribit. quare his duobus leniora denunciantur, quam angelo eccleſiæ Pergami, contra quem Dominus *pauca* habebat.

¶ ὅτι ἀφεῖς τὴν γυναῖκα Ἰεζάβελ, ἣ λέγουσα ἑαυτὴν προφῆτιν, καὶ διδάσκει καὶ πλανᾷ τοὺς ἐμοὺς δούλους) Negat ſe *intelligere* VVolfius, *quomodo* ἀφεῖς *Græce dici poſſit.* Atqui ἀφεῖς legitur Exodi XXXII 32, in edd. probatiſſimis; ἀφῇς Ex. XXXII citat Chryſ. hom. 3 ad Pop. Ant. in notis Ducæi. & in Apocalypſi conſenſu nititur mſſ. omnium, ſi a ſilentio unius alteriusque ſegnius collati diſceſſeris. Conf. Marck. in Ap. II. §46. 53. Ex ἐῶ (Ion. ἔημι, communiter ἵημι,) formatur ἀφέω, ἀφέεις, ἀφέει, etiamſi ſolum ἀφεῖς, idque contractum, in uſu ſit. Vtut eſt, nil prohibuit,

tandum porro, quod non omnis *Bengelii interpretatio de* Manna cœleſti *loco iſto Iohanneo (qui ne citatur quidem in den* LX Reden) *abſoluitur, ſed aliis præterea verbis proponitur, haut obſcure ſignificantibus, quo ſenſu Dictum iſtud allegauerit. Peruerſiſſima D.* Semleri *obſeruatio, quæ hoc etiam loco ad culpandam Apocalypſin (in* Paraphr. *ad Ioh. VI. 51) abutitur, non eſt quod pluribus refutetur.* E. B.

*) *Hujus tamen* prætermiſſionis *neque criticas neque hiſtoricas, quæ ſatisfacere queant, rationes eſſe, S. R. D.* Stoſchius, *in* Antiquitatibus Thyatirenis, *1763 editis, judicat, approbante cel. D.* Erneſti, *Bibl. th. T. IV. p. 826. Argumenta, quibus* eccleſiam *Thyatiris plantatam ante ſcriptam Apocalypſin cel.* Stoſchius *adſtruit, deſumta ſunt ex Act. XVI. 14. 15. XIX. 9. Rom. XV. 9; nec non ex teſtimoniis PP. Tertulliani, Origenis & Photii. Vid. D.* Erneſti *Bibl. th. T. IV. p. 823 ſqq. Conf. Bengelii* Erkl. Offenb. *ad v. 25. p. 257.* E. B.

**) Thyatiras *ex loco* Plinii (*Hiſt. nat. V. 30*) *male intellecto pro* exiguo oppido *habitas fuiſſe, reapſe vero* urbibus *haut obſcuris annumerandas eſſe,* tum *ex epithetis* ἱερὰ, Λαμπροτάτη, μεγίστη, tum *ex cognomine* μητρόπολις, tum *ex antiquorum relationibus,* κρατίστην βουλὴν, βούλαρχον, αὐτονομίαν, ἀρχιερέα &c. *ciuitati adſcribentibus, probatum iuit cel. D.* Stoſchius, *l. c., recenſente cel. D.* Erneſti, *l. c. p. 817.* E. B.

buit, quin Iohannes ipse æque ἀφεῖς scriberet, ac librarii Græci, significatu dubitationis experte. *Arethas*, qui ἀφίης surrogat, alibi quoque Iohanneis meliora Græca, ut ipsi videbantur, fecit. vid. infra, ad c. XVI. 13. Eadem causa est, quod ad codices attinet, verborum subsequentium, καὶ διδάσκει καὶ πλανᾷ, quorum item sensus est obvius. nam primo verbum ἀφίημι etiam absolute ponitur, Matth. III. 15. deinde hoc loco subjicitur determinatio: *finis mulierem* istam, scil. docere, & revera *docet* &c. Sic c. XI. 3, dabo *duobus testibus meis* ut prophetent, & *prophetabunt*. Conf. etiam c. XIII. 16. Vid. App. crit. Ed. II. ἡ λέγουσα, pro τὴν λέγουσαν, alias expeditum dedimus.

¶ Τὴν γυναῖκα) Multi pridem, Τὴν γυναικά σου. Certe *maritum* habebat, habebat enim *moechos*. v. 22. Illud σοῦ videtur esse glossa, sed cum re ipsa conveniens. Eleganter autem dicitur, *mulierem*, pro, *mulierem tuam*; vel quia talis ellipsis frequens est: Act. VII. 20. vel quia hîc agitur de adultera; coll. Ioh. IV. 18. Act. XXIV. 24. &, *mulierem Iezabel*, quum ipsum *Iezabelis* nomen mulierem indicaret. namque partes *docendi*, contra ac *mulierem* decet, usurpabat.

22 βαλῶ) Sic *Hunt. Æth. Arab. Lat.* multi, qui *mittam*, & *Tertullianus*, qui *dabo* habet. βάλλω, ceteri. Etenim λλ pro λ sæpe in hoc verbo ponunt librarii, & ἰδὲ plerumque cum præsenti construitur: interdum tamen etiam cum futuro. Luc. I. 20. 31. 48. Et huic loco futurum congruit, quia conditio, *si non resipiscent*, intervallum dat temporis: & cum βαλῶ cohæret ἀποκλινῶ· denique in omnibus his denunciationibus futurum prævalet, c. II. 5 κινήσω· v. 16 πολεμήσω· v. 24 βαλῶ, ubi item multi βάλλω· cap. III. 4 περιπατήσουσι· v. 9 ποιήσω, cum ἰδού· v. 20 εἰσελεύσομαι κτλ.

23 ἀποκλινῶ ἐν θανάτῳ) Ez. XXXIII. 27 בחרב ימותו LXX, θανάτῳ ἀποκλινῶ.

d) 24 ὅσοι οὐκ ἔχουσι-οὐκ ἔγνωσαν) Tertia persona pro secunda. Vid. Vorst. de Hebraism. c. 26.

¶ οὐκ ἔγνωσαν) Non erant *Gnostici*.

¶ Τὰ βάθεα) Dan. II. 22 in bonam partem dicitur, αὐτὸς ἀποκαλύπτει βαθέα καὶ ἀπόκρυφα.

25 πλὴν) Amos III. 2. רק LXX πλήν.

¶ ἄχρις οὗ ἂν ἥξω) Ἥκω, derivatum a præterito verbi ἵημι, jam in præsenti præteritum involvit. Itaque futurum, ἥξω, *adero*, c. III. 3, propius est, quam ipsum præsens ἔρχομαι per se. Sic, ἥκω, ἥκει, ἥκουσι. Ioh. VIII. 42. II. 4. IV. 47. 1 Ioh. V. 20. Luc. XV. 27. Marc. VIII. 3 not. Vnde Hebr. X. 7. 9. ἥκω, pro præterito באתי Ps. XL. 8: & sic LXX passim: Num. XXIII. 1. (vel c. XXII. 36. Deut. XXXIII. 2. Ios. XXIII. 14 s. Iud. XVI. 2. 1 Sam. XVI. 2. XXIX. 6. 10. 2 Sam. III. 23. Insigne exemplum Eccl. V. 14, ἐπιστρέψει, ὡς ἦκει.

26 ὁ νικῶν - δώσω αὐτῷ) Quæ Græce minus sonare putes, Hebraice cogitata, bene sonabunt. Talia vide c. VI. 8. VII. 2. IX. 12 (ubi femininum pro neutro:) 14. XX. 8. Simillima constructio, Κύριος, ἐν οὐρανῷ ὁ θρόνος αὐτοῦ. Ps. XI. 4. & sic Ps. LVII. 5. (4.) CIII. 15.

¶ ἐπὶ τῶν ἐθνῶν) Ps. II. 8. 9, αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοὶ ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς. ποιμανεῖς αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ, ὡς σκεύη κεραμέως συντρίψεις αὐτούς.

27 ποι-

d) ὁ ἐρευνῶν --- δώσω, *scrutans - dabo*] Vtrumque conjunctim habetur Prov. XXIV. 12. Ier. XVII. 10. *V. g.*

27 ποιμανεῖ) *) In Hebræo est תרועם *confringes eos*, Ps. II. 9. a רעע *confregit*, subsequente verbo cognatæ significationis תנפצם *dissipabis eos*, συντρίψεις αὐτούς. LXX, ut si priore loco legissent, תרעם a רעה *pavit*, reddidere ποιμανεις. Id verbum Apocalypsis, valde aptum, non imitatione LXX interpretum, sed sua adhibet auctoritate. Atque aliis ea locis, ad veterem prophetiam alludens, Hebraici textus proprietatem decentissime servat. c. VI. 16. VII. 17. XI. 4. e)

CAP. III.

f) 2 Ἔμελλον) Sic *Al. And. Ptt.* 3. ἔμελλεν *Cov. Areth.* nec non *Vff.* μέλλει *Er.* ex Andreæ comm. ἔμελλες *Leicestrensis* & (ἀποθανεῖν idcirco in ἀποθάλλειν mutato,) octo alii, nec non *Comp. Arab.* Non displicebat quondam mihi hæc incisi lectio, ἃ ἔμελλες ἀποθανεῖν, hoc sensu: *confirma reliquas partes, quas, nisi admonitus hic esses, morte spirituali amissurus eras.* Simillima Philonis locutio, τὸν τῆς ἀρετῆς βίον θνήσκειν· item, Τὰς ψυχὰς τεθνᾶσι. Heraclitique apud Philonem, Τεθνήκαμεν τὸν ἐκείνων βίον. Sed ea ipsa locutio magis philosophica videtur, quam prophetica. Simplex & germana sententia fuerit, quam *Latinus* refert, *quæ moritura erant*, atque ita *Armen. Copt. Syr.*

3 πῶς· ποίαν) Respectus *qualitatis* pristinæ Sardensem munire debet, ut hora futura, *quæcunque* erit, ipsi non sit calamitosa.

7 κλεῖν) Hinc pluralis κλεῖς, c. I. 18.

¶ καὶ κλείει) Articulus ὃς continetur in ὁ ἀνοίγων, & inde subaudiendus est.

9 τῶν λεγόντων) Hoc pendet a subaudito τινάς.

¶ ποιήσω αὐτὰς, ἵνα) Eadem constructio, c. XIII. 12. 16.

10 g) Τοὺς κατοικοῦντας ἐπὶ τῆς γῆς) Sic sæpe LXX, quum in Hebræo ישבי הארץ exstat, Es. XXVI. 21 &c. At de cœlicolis dicitur, σκηνοῦν. c. XII. 12.

12 **) ναῷ) Recens sphalma habet, λαῷ. Vid. Appar. ad h. l. Ed. II.

h) 16 μέλλω σὲ ἐμέσαι) Mitior est oratio, quam si esset ἐμέσω σέ. μέλλω ex oratione categorica facit modalem. [*Innuit abnegationem coram Patre sub ista hypothesi futuram. Ps. XVI. 4.* V. g.]

17 ὅτι λέγεις) Hoc ὅτι non nectitur cum antecedentibus, quibus suum ὅτι insertum est, ὅτι χλιαρὸς εἶ· sed cum subsequentibus,

*) *Negat cel. D.* Ernesti (*Bibl. th.* nouiss. *T. I. p. 701*) *sine* risu *legere se potuisse, quæ ad h. l.* Bengelius *notauerit: ipse vero* meliora *his* impertire *non consultum duxit.* E. B.

e) παρὰ τῷ πατρός μου, *a Patre meo*] Iesus, quum in terra degeret, sæpiuscule dixit, *Pater meus in coelis:* jam vero, *Pater meus*, simpliciter; Ipse videlicet *in coelis*, apud Patrem, constitutus. *V. g.*

f) V. 1. ὄνομα, *nomen*] Hoc rem non conficit. c. II. 2. *V. g.*

g) σὲ, *te*] Gratiosissima exceptio, in tanta tentatione! *V. g.*

**) *De* columna *tacet quidem Bengelius &* h. l. *&* in der Erkl. Offenb. (*ut S. R.* Ernesti *monet, Bibl. th.* nouiss. *T. I. p. 708*): *at, non dissimulandum puto, quod illustrare locutionem studuerit* in den LX Reden, *p. 155 sq. his verbis usus:* Der Tempel Gottes ist das Heiligthum Gottes. In demselben eine Sæule abgeben, ist eine sehr grosse Ehre. -- Sie gehöret ganz in jene Welt, und da ist es eine immerwæhrende Ehre, denn er wird nicht mehr hinauskommen. So lang der Tempel selber steht, wird auch der Pfeiler darinn stehen. Wann einer in der Welt schon etwa viel zu bedeuten hat, ist ein General oder Gesandter, oder Stats-Minister, auf welchem ein Kœnigreich, als auf einer Sæule, ruhet; so kan er über eine Weile gestürzet und weggethan werden, dass man kaum weiss wo er hingekommen ist. Aber ein Pfeiler in Gottes Tempel kommt nimmer hinaus. (*Conf. Apoc. XXII. 5 fin. Vid. etiam Gal. II. 9.*) E. B.

h) V. 14. ἡ ἀρχὴ, *Principium*] Prov. VIII. 22. Col. I. 18. *V. g.*

bus, ut res ipsa loquitur. Sic c. XVIII. 7 seq. ὅτι - διὰ τοῦτο.

¶ πλούσιος) Pauci, ὅτι πλούσιος. Talis usus particulæ ὅτι, ad recitandum cujuspiam sermonem, frequens est, sed non in Apocalypsi. Vid. cap. V. 12. XVIII. 7 &c.

¶ πεπλούτηκα) *Divitiis meis usus sum*, & auro meo paravi mihi multa, v. gr. *vestimenta*. Sic LXX, πεπλούτηκα. Hos. XII. 9.

18 συμβουλεύω, *consilium do*) Atqui si Superior suam potestatem tantisper seponit, id ipsum animi potest esse alienioris, ut si servus a Domino increpatur & Dominus dicit, *suasor tibi sum*, *ut caveas tibi*. Etiam *amicis* consilia damus, sed non dum increpamus. ἡ ἀιλούη Hebr. עֵרוֹת LXX interdum, ἀισχύνη.

¶ κολλούριον) scil. ἀγοράσαι, *emere*, ad ungendum. [*Hoc postremum est. Diuitiæ cum vestitu præcedunt.* V. g.] De *collyriis* multa Celsus.

19 φιλῶ) Philadelphiensem ἠγάπησε. Laodicensem φιλεῖ. Illud, judicio: hoc, gratia. Conf. Ioh. XXI. 15 not. Vtroque loco ἀγαπᾶν est plus quam φιλεῖν. Ioh. l. c. pluris est necessitudo spiritualis, quam Petri judicium. Hîc, in Apoc., beatius est judicio Domini florere, quam gratia mera castigari.

¶ ζήλωσον) Et ζεστὸς, v. 15. 16, & ζῆλος, est ex ζέω.

20 ἰδοὺ -, *ecce* -) Hoc ipso *propinquitatis* incremento nititur tota fere observatio de ordine retrogrado, de quo vide *Erkl. Off.*

CAP. IV.

Matth. 24, 29. n.

1 Μετὰ ταῦτα, *posthaec*) Magnum hoc loco bivium est interpretationum. Incidit enim quæstio, Vtrum *sigillorum* eventus cœperit sub libri *scriptionem*, an is totus adhuc *futurus* sit? Hoc affirmat, præter alios, cel. D. Langius: illud vel particula *posthaec*, iterata hoc versu, firmissime docet. Prius *posthaec* connectit visionem; alterum, connectit eventum. *Posthaec*, id est, post ea, *quae SVNT*, quæ ad septem ecclesias eorumque angelos attinent, *fieri oportet*, quæ jam ostendet Dominus. Præteritum & præsens & futurum, cap. I. vers. 19 (ex quo versu illud *posthaec* repetitur hoc loco) *totum* librum insequentem complectuntur: & quemadmodum præteritum & præsens adeo sunt conjuncta, ut præsens versu 11, *quod vides*, transeat in præteritum, *quae vidisti*, v. 20; & rursus præteritum, *quae vidisti*, transeat in præsens, *sunt*, *sunt:* ibid. sic præsens & futurum, immediate, sine ullo hiatu, cohærent, connexioque præteriti & præsentis tantummodo connexioni præsentis futurique inservit. Non modo nullum dilationis ab ætate Iohannis in ultima tempora vestigium est, sed etiam mora aperte excluditur. Futura, quorum *celeritas* c. I. 1. XXII. 6 evidenter declaratur, per *posthaec* præsentibus arcte annectuntur.

Particulam *posthaec* ita interpretatur D. Langius, ut, *post* elapsas, ex sensu prophetico septem epistolarum, totidem periodos ecclesiæ, impleantur *sigilla* &c. Comm. apoc. f. 62, 73. Resp. I. *Talem* propheticum septem epistolarum sensum refutavimus ad cap. II. 1. II. Stante historico epistolarum sensu, particula *posthaec* intra eventus ecclesiarum in Asia terminatur: idque ita esset, etiamsi eæ propheticum sibi sensum haberent affixum. III. Periodi si essent, non abrumperentur intereunte meretrice & bestia, ut D. Langio videtur, sed potius ultra millennium & parvum tempus soluti Satanæ ad finem mundi cum ipsa ecclesia viatrice, cujus idem mutationem nimis magnam in millennio statuit, (vid. infra, ad cap. XIX. 11. XXI. 2.) pertingerent, adeoque ultra sigilla &

tubas & phialas excurrerent. Argumentum apocalypseos *PRÆCIPVVM* ait esse mysterium *ultimorum* temporum, cap. X. 7. XI. 15 seqq. Vid. *Comm. apoc.* fol. 5. *Hermen. Einl.* p. 27. *Facile fit, ut veritatis alicujus cum gaudio susceptae declaratio nimis avide, & longe ultra proprios limites, proferatur.* Sic vir cel. millennium pro semihora silenti in sigillo septimo amplectitur, sigillis prioribus valde coarctatis, & tubis omnibus ad id accommodatis: tum opinionem de mysterio ultimorum temporum, tanquam *praecipuo* apocalypseos argumento, mox, quasi *demonstratam*, assumit & constanter supponit. fol. 9 & 11 init. Hic cardo est systematis apocalyptici a celeberrimo Exegeta adornati. Sed tali pacto nimium extenditur *PRÆCIPVVM* istud. Est illud apocalypseos argumentum inde quidem a citatis locis, (quatenus id ibi *proponitur*,) ad finem usque libri: sed argumentum capitum praecedentium ipsa textûs verba multo latius extendunt, quam illi videtur. Nulla in iis bestia, nulla meretrix: post caput X demum in scenam prodeunt, idque ex intervallo. Quare initium judiciorum in hostes antichristianos ab ipsis v. gr. sigillis duci non debet. Plura vide ad cap. VI. 2. XI. 15.

Capita Apocalypseos ibidem f. 7 ita partitur, ut omnia fere in futurum differantur. Nos ita partimur:

CAP. I. II. III habent Præparationem:
IV. V Propositionem.
VI-IX sunt impleta, ut sine violentia ostenditur.
X-XIV sunt in cursu, jamdudum, ut idoneis evictum est argumentis.
XV-XIX exhibent Futura brevi.
XX XXII spectant ulteriora.

Et illius & meam tractationem ad leges DEMONSTRATIONIS quam severissime exigat, quisquis potest.

2 ἐν τῷ οὐρανῷ, *in coelo*) Sic describitur cœlestis curia. *) Quæ de rebus cœlestibus, templo, throno, synedrio, altari, arca fœderis, Apocalypsis passim attingit, ea ex veterum Hebræorum scriptis non inepte illustrari possunt. vid. Christiani Schœttgenii Dissertatio V. Horis hebraicis adjecta, p. 1212-1223.

3 ἰάσπιδι. *jaspidi*) *Cum* Sardius *sit igneus & speciem sanguinis referat*, Iaspis *ruborem ALBICANTEM exprimit.* Lampius ad h. l.

¶ σαρδίῳ) *Erasmus*, cum *Latinis* deterioribus, σαρδίνῳ· ceteri, σαρδίῳ, recte. Substantiva sunt, λίθῳ ἰάσπιδι καὶ σαρδίῳ, coll. c. XXI. 20. sed adjectivum, etiam fœminino genere, est σμαραγδίνῳ (ὁράσει,) ex quo per rhythmum librario obrepsit illud σαρδίνῳ, quanquam Wolfius terminationem σαρδίνῳ ex σμαραγδίνῳ confirmari censet.

4 θρόνοι - καὶ εἰκοσιτέσσαρας πρεσβυτέρους - καὶ - στεφάνους χρυσοὺς) Vid. App. crit. Ed. II. Recte habet prima Erasmi editio. etenim miscere casus solet Iohannes. c. 1. 16. XVIII. 12. 13 &c.

¶ τοὺς) Articulus vi relativa. Sunt igitur throni 24, seniores 24: & singuli seniores singulos habent thronos. Vtinam hunc articulum considerasset, qui thronos atque sessores nupero opere cabbalistico multiplicavit. Seniores (coll. πρεσβύτεροι Hebr. XI. 2.) iique 24 videntur esse totidem individua excellentissima ex genere **) humano, ex. gr. *Adam*, *Seth*,

*) *Talia non habenda esse pro* picturis otiosis, *grauissime testatum facit cel. D.* Crusius, *Hypomnn. T. I. p. 657 sqq.* E. B.

**) *De* angelis *certe h. l. non esse cogitandum, vel doxologia c. V. 9. 10 (coll. v. 8) docere potest. Praeter* symbola *&* decorationes poëticas *quærendum hic nihil esse, credant per me, qui DEVM* rerum cœlestium *nihil reuelare nobis* posse *existimant. De* dracone *&* reliquis bestiis, *utpote* authenticam explicationem *secum ferentibus, alia plane est quæstio.* E. B.

Seth, *Enos*, *Kenan*, *Mahalaleel*, *Iared*, *Hanoch*, *Methuſela*, *Lamech*, *Noa*, *Sem*, *Arphachſad*, *Selah*, *Eber*, *Peleg*, *Regu*, *Serug Nahor*, *Thara*, *Abram*, *Iſaac*, *Iacob*, *Abel*, *Iaphet*, (Melchiſedek, Iob.)

5 ἀϛραπαὶ καὶ φωναὶ καὶ βρονταὶ) Memorantur βρονταὶ καὶ ἀϛραπαὶ καὶ φωναὶ καὶ σεισμὸς c. VIII. 5, ἀϛραπαὶ καὶ φωναὶ καὶ βρονταὶ καὶ σεισμὸς καὶ χάλαζα μεγάλη c. XI. 19, & rurſum, cum epitaſi, quod ad σεισμον καὶ χαλαζαν attinet, c. XVI. 18. 21. Moleſtum eſt, quod librarii *fulgura & voces & tonitrua* quatuor his locis tam neglecto ordine deſcripſerunt. *fulgura* tamen c. IV. 5. XI. 19 omnes primo loco ponunt: c. XVI. 18 fere omnes: c. VIII. 5 nullus. *Phavorin. 1. Sam. XII. 17.*

¶ ἑπτὰ λαμπάδες, *ſeptem lampades*) Spiritus ſanctus, œconomice, ut *Sapientia* חכמה plurali numero. cap. V. 6 textus ſe ipſe explicat.

6 ὡς θάλαττα ὑαλίνη, *ut mare vitreum*) Vis particulæ ὡς *ut* magis cadit ſuper *vitreum*, quam ſuper *mare:* & *mare* aliquanto magis proprie dicitur, quam *vitreum*. notatur enim Profundum quiddam, *) idque & *fluidum* & *pellucidum*, quanquam non fluens, ſed placide ſtans. Conf. cap. XV. 2, ubi & *ut mare vitreum* & *mare vitreum* dicitur, idem quoad ſubſtantiam, ut arbitror. Sic Ioh. VI. 19, ὡς ϛαδίους εἰκοσιπέντε, ubi ὡς proprie ſuper numerum cadit. Vitringa a ſignificatu *maris* longius abit, quum *ſtratum* ſive *pavimentum* interpretatur.

¶ ζῶα) ζῶον & θηρίον valde differunt. φύσεις ζώων καὶ θυμὸς θηρίων, Sap. VII. 20. Hæc quatuor animalia ſunt viva throni *emblemata* & ornamenta, propioris admiſſionis, quam 24 Seniores. [*Germanice* Lebbilder *dixeris*, *ut* Mannsbild, Weibsbild. *V. g.*] Videatur ipſorum confeſſio c. V. 9. unde conjunctiſſima eorum, quaſi partium inſertarum, cum throno mentio ſolet fieri.

7 μόχω) *juvenco*, *bovi*. Hebr. בקר & פר & שור LXX μοχος.

8 ἔχον) Εἶχον *Er.* (invitis ceteris *Andreae* codicibus,) & *Bar L.* ἔχον Hunt. Τὸ ἀνὰ pluralem verbi formam requirere cenſetur Wolfio: ſingularis, tamen exſtat Ap. XXI. 21. ἔχον vel εἶχον ceteri habent, magna conſenſione.

i) ¶ γέμουσιν ὀφθαλμῶν) γέμουσιν ὀφθαλμοὺς habet *Vffenb.* recens ille quidem liber: ſed ſic alios quoque legiſſe, colligas ex *And.* 1. qui ſurrogat ἔχοντα ὀφθαλμούς. Idem *Vff.* v. 6 item habet γέμοντα ὀφθαλμούς. Fortaſſe plures mſſ. eandem varietatem habent, a collatoribus prætermiſſam. Verbum γέμω cum genitivo ſimul & cum accuſativo exſtat cap. XVII. 4.

¶ ἅγιος ἅγιος ἅγιος, *ſanctus ſanctus ſanctus*) No-

*) *Attende, Lector! Non ad voc.* ἐν μέσῳ τοῦ θρόνου, *ſed ad locutionem* ὡς θάλασσα ὑαλίνη, *præmiſſâ tropi explicatione, b.* Bengelius, *in der* Erkl. Offenb. *Ed. II. p. 304 ſq. epiphonema iſtud ſubjicit:* Bey dieſer heiligen Tiefe unterſtehe ich mich nicht, mit meinen Gedanken weiter zu gehen. *Prorſum inde judicatu eſt, quo jure cel. D.* Erneſti (*Bibl. th.* nouiſs. *T. I. p. 704*) *his verbis Beatum perſtrinxerit:* Bengel iſt ſelbſt in Verlegenheit, und ſpricht: Bey dieſer *heiligen Tiefe* unterſtehe ich mich nicht &c. Woher das tiefe Geheimnis? Aus dem lieben *mitten*, das doch ſonſt (mitten in den Jahren) demſelben ein ſo groſſes Licht gegeben hat: und eben daher bey Hr. Oedern. Hr. D. Semler erinnert wohl, daſs ἐν μέσῳ hebr. בתוך nicht ſo genau (nicht ſo deutſch) zu nehmen ſey. ἐν μέσῳ und *in medio* iſt, was vor uns, nahe vor uns und unſern Augen iſt (*attamen Iohanni aliud eſt* τὸ ἐνώπιον, *aliud* τὸ ἐν μέσῳ, *aliud* τὸ κύκλῳ) ; wie diejenige wiſſen, die nur halbwege recht bey einem guten Lehrmeiſter griechiſch gelernt haben -- &c. E. B.

i) κυκλόθεν, *circumcirca*] Ad oculos hoc, non ad alas, referendum. *V. g.*

Novies hoc scripsere librarii quidam, ex more Græcorum liturgico: sed ter, ut Esajas, sic Iohannes. Atque apud Iohannem id quatuor animalia acclamant Sedenti in throno, id est, Patri, ex cujus dextera librum septem sigillis obsignatum Agnus, id est, Christus, sumit. Τρισάγιον, ut Græci appellant, occurrit etiam Psalmo XCIX, ubi sub Majestatis se ostensuræ, Iustitiæ se ostendentis, Clementiæ ostensæ præconium tria resonant Epiphonemata de *Sanctitate*. Atque ut illud, sic Apocalypticum quoque Τρισάγιον in ipso textu suam secum rationem indicatam habet.

Sanctus, Qui erat:
Sanctus, Qui est:
Sanctus, Veniens.

Sanctificandum Ipse se exhibuit in creatione rerum omnium: Sanctificandum se exhibet amplius in gubernatione rerum omnium: Sanctificandum se exhibebit maxime, in consummatione rerum omnium. *Ex Ipso, & per Ipsum, & in Ipsum omnia: Ipsi gloria in secula.* Quæ de *Sanctitate* diximus in notis Germanicis, ab iis non abhorret Castellio, quo interprete קדוש est *Augustus*, ut in Indice Bibliorum Castellionis observat I. L. Bunemannus.

In simili hymno, Es. VI. 3, additur, *plena est omnis TERRA gloriæ Ejus:* in Apocalypsi vero id differtur, dum *terram*, deletis hostibus, Gloria DOMINI replet. Vid. cap. V. 10. XI. 16. 17. 18. XIX. 2. Quibus locis adhibitis colligimus, quatuor animalia magis occupata esse, dum in cœlo res agitur; presbyteros, dum in terram res profertur.

9, 10 ὅταν δώσουσι - πιστεύονται) Futurum utrumque exprimit simultaneum glorificationis actum apud animalia & apud presbyteros: & simul habet vim frequentativam. *quotiescunque animalia dant gloriam: protinus seniores cadunt.*

11 θέλημα, *voluntatem*) רצון voluntatem liberam & benignam.

¶ ἐκτίσθησαν) *Condita sunt*, id est, manent. Simillimæ locutiones: *benedictus erit*, i. e. manebit, Gen. XXVII. 33. *scripsi*, i. e. non muto, Ioh. XIX. 22. *domita est*, domitam se permittit, Iac. III. 7. *mutabuntur*, mutata erunt & manebunt. Hebr. I. 12. [Creatio *omnium reliquorum DEI operum, adeoque omnis etiam gratiarum actionis a creaturis profectae fundamentum est.* V. g.]

CAP. V.

1 Βιβλίον, *librum*) Non septem erant libri, sed unus, septem sigillis obsignatus.

¶ ἔσωθεν καὶ ὄπισθεν) Sic Ez. II. 10. κεφαλὶς βιβλίου καὶ ἦν ἐν αὐτῇ γεγραμμένα τὰ ἔμπροσθεν καὶ τὰ ὄπισθεν. Atque ὄπισθεν, pro ἔξωθεν, in hunc locum vel ex cap. IV. 6, vel ex illo Ezechielis loco inferre potuere librarii. Opposita sunt ἔμπροσθεν & ὄπισθεν ἔσωθεν & ἔξωθεν. Sed quum Ez. II. 10 פנים ואחור exstat, ἔσωθεν καὶ ὄπισθεν ex Hebraismo defenditur. ὄπισθεν ipsum habet Origenis philocalia. *)

¶ σφραγῖσιν ἑπτὰ, *sigillis septem*) Scatet hæc prophetia *septenariis*, ex quibus quatuor copiosissime describuntur: septem angeli *ecclesiarum;* septem *sigilla* libri obsignati; septem angeli cum *tubis;* septem angeli cum *phialis*. *Ecclesiae*, sunt exemplar, ad quod *Commune ecclesiae*, omnium climatum & seculorum, juxta cum doctoribus & pastoribus, conformari debet. *Sigilla* referunt *potestatem omnem* in terra & in cœlo, datam Agno. *Tubis* conquassatur *regnum mundi*, ut id tandem Domini & Christi ejus fiat. *Phialis* fran-

*) *Idque etiam in* Vers. germ. N. T. *exhibuit b.* Auctor. E. B.

frangitur *bestia*, & quicquid cum ea conjunctum est. Hanc *Summam* semper ante oculos habere debemus. Sic tota Apocalypsis nativo suo decurrit *ordine*. Divisio horum septenariorum in IV & III infra explicabitur. Hypothesis VII periodorum ecclesiæ, non solum per VII ecclesias, sed etiam per VII sigilla, VII tubas, VII phialas repræsentatæ, aliis septenariis in V. & N. T. ad eandem pertractis, multorum Theologiam, exegeticam præsertim, valde enervavit.

2 ἰσχυρὸν, *robustum*) Psalm. CIII. 20.

4 ἔκλαιον, *flebam*) Optimo exemplo Iohannes cupidum se docilemque Apocalypseos discipulum sistit. conf. cap. X. 10. XVII. 1. XXI. 9. XXII. 8. Longe absunt a Iohannis sensu, in hac certe parte, qui quidvis potius quærunt, quam hujus libri ab Agno aperti argumentum, & se faciles putant, si aliis, qui quærunt, veniam dent. Quæ tempore silentii divini vel angelis optabilia intuitu fuerant, ea nunc, quum divinitus patefacta in verbo prophetico emicant, ad gloriam Dei cognoscenda & admiranda, ab hominibus viatoribus tanquam circumstantialia & inutilia **) contemnuntur.

¶ πολὺ) Sic πολὺ, Luc. VII. 47.

¶ ἀνοῖξαι) Vid. App. crit. Ed. II ad h. l. Inconcinnus nascitur ordo verborum, *non aperire, non legere, non videre.* Versu 1 *videt* librum Iohannes: versu 4 negat *videri* potuisse librum, id ipsum est legi. quanquam fermo, citra *legendi* verbum, regalior est & Agni majestati convenientior.

5 εἷς, *unus*) *Procul dubio unus eorum, qui cum Christo resurrexerunt & in coelum ascenderunt*, Matth. XXVII. 52. *Videtur esse patriarcha Iacobus, quia ex ipsius vaticinio Christo nomen* leonis *tribuitur. Gen. XLIX. v. 9.* Ioh. Gerhardus & alii ap. *Richter* ad h. l. & ap. Viet. Sed hoc, de *Iacobo*, *incertum* esse judicat Cluverus.

6 ἀρνίον) Ἀμνὸς dicitur absolute, Ioh. I. 29. 1 Petr. I. 19, nunc, ἀρνίον, respectu gregis subsecuturi. Κριὸς, ἀμνὸς, ἀρνίον, ætate differunt. Orig. t. 2. f. 140 in Ioh. I. 29. ἀρνίον, *agnellus*, quatenus tamen sexum masculinum connotat, proprie ducatum gregis propius spectat.

9 ᾠδὴν καινὴν) Sic Ps. CXLIV (CXLIII) 9 ᾠδὴν καινήν· sed ceteris in Psalmis ᾆσμα καινόν.

¶ ἐκ πάσης φυλῆς καὶ γλώσσης καὶ λαοῦ καὶ ἔθνους) Sic, ἐκ παντὸς ἔθνους καὶ φυλῶν καὶ λαῶν καὶ γλωσσῶν c. VII. 9. ἐκ τῶν λαῶν καὶ φυλῶν καὶ γλωσσῶν καὶ ἐθνῶν c. XI. 9. ἐπὶ πᾶσαν φυλὴν καὶ λαὸν καὶ γλῶσσαν καὶ ἔθνος c. XIII. 7. πᾶν ἔθνος καὶ φυλὴν καὶ γλῶσσαν καὶ λαὸν c. XIV. 6. Sic fere, ἐπὶ λαοῖς καὶ ἔθνεσι καὶ γλώσσαις καὶ βασιλεῦσι πολλοῖς c. X. 11. λαοὶ καὶ ὄχλοι καὶ ἔθνη καὶ γλῶσσαι c. XVII. 15. In his locis semper memorantur γλῶσσαι, ἔθνη, λαοί at, loco φυλῶν, ὄχλοι semel, βασιλεῖς semel. semper igitur *quaternarius* servatur, quatuor mundi plagas spectans. Ternarius, Dan. III. 4. 7. 29, demtis *tribubus*, (in Hebræo,) id est, Israelitis.

10 αὐτοὺς-καὶ βασιλεύσουσιν) Vid. App. crit. Ed. II. ad h. l. Conf. Matth. XXIII. 37. & Iud. v. 24. Sic quoque ἐν αὐτῇ, pro ἐν σοὶ, cap. XVIII. 24. ἡ λέγουσα ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς, pro σῇ, Es. XLVII. 8. 10. Hoc loco Hebraismus tertiæ personæ pro prima, & graphice refertur ad *redemtos*, & sin ul modestius sonat, quam *nos sacerdotes &c.*

¶ βασιλείαν) Sic *Al. Lat. Cyprianus.* uti cap. I. 6. Recentiores hîc quoque, βασιλεῖς. *) Sed qui coronas suas ante thronum

*) *Nicht nur die* Bauren, *sondern auch die* Studirende *vvill man damit kurzum* verschonet *vvissen.* E. B.

**) *Quae lectio quum palmam nacta sit in* Ed. maj., *alteri tamen postposita est ut in* Gnom. *ita & in* Ed. 2 & Vers. germ. E. B.

num abjiciunt, ipsi se non appellant *reges* in conspectu *Regis* magni, quanquam sacerdotalis eorum admissio tantam habet dignitatem, ut potestas regnandi in terra eam certe non exsuperet. Pariter c. XX. 6 participes primæ resurrectionis dicuntur *sacerdotes*, & dicuntur *regnaturi;* nec tamen *regum* eis nomen datur.

¶ ἐπὶ τῆς γῆς, *Super terra*) Ἐπὶ hîc notat locum, uti cap. III. 10, & passim: vel potius potestatem, uti cap. II. 26: quomodo dicitur, βασιλεύει ἐπὶ τῆς Ἰουδαίας, Matth. II. 22. Et sic LXX, Iud. IX. 8. 1 Sam. VIII. 7. XII. 12. 14. 2 Reg. VIII. 20. XI. 3. Non igitur ausim ex hac phrasi affirmare horum super terram regnantium commorationem in terra. Presbyteri fuere mansueti: (confer Matth. V. 5.) sed mansuetorum grex ceteroqui multo major est.

11 μυριάδες μυριάδων καὶ χιλιάδες χιλιάδων) μυριὰς, decem millia. μυριάδες, (si subaudias tantum δύο, uti c. XII. 14, καιρὸς, scil. δύο,) sunt viginti millia. inde *myriades myriadum*, sunt 200 000 000. & sic præterea *chiliades chiliadum*, 2000 000. Numerus minor majori adjunctus vetat utrumque nimis indefinite sumi.

12 ἄξιος) Ἄρνιον est neutrum; unde plerique scripsere ἄξιον· sed ἄξιος spectat sententiam ipsam. *)

¶ τὴν δύναμιν καὶ πλοῦτον κτλ.) Septemplex plausus respondet septem sigillis, quorum quatuor primis visibilia, tribus reliquis invisibilia Agno subjecta continentur.

13 πᾶν κτίσμα - ἐν αὐτοῖς, *omnem creaturam - in iis*) *omnia opera Domini in omnibus locis dominii ejus.* Psalm. CIII. 22.

¶ καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς, πάντας ἤκουσα λέγοντας) Lectio hæc majore nititur numero codicum. Pauci πάντας, vel etiam λέγοντας, in neutrum verterunt. τὰ ἐν αὐτοῖς absolute dicitur, uti c. X. 6. Et hoc, πάντας ἤκουσα λέγοντας, *concentum omnium* incolarum, quos habent regiones quatuor in universitate rerum, egregie complectitur.

14 καὶ προσεκύνησαν) Hoc verbo terminatur periocha in *monumentis* omnibus. Vid. App. crit. *Ed.* II ad h. l. Talia additamenta, depositio timore, resecare pium est. Brevior lectio, καὶ προσεκύνησαν, *& adoraverunt*, adorationem *& Sedenti in throno & Agno* præstitam denotat. coll. v. 13. Sæpe προσκυνεῖν absolute dicitur. c. XI. 1. Ioh. IV. 20. XII. 20.

CAP. VI.

1 Καὶ, &) Primis quatuor sigillis ostenditur, omnia omnium seculorum tempora publica, *florem imperii*, *bellum*, *annonam*, *calamitates*, esse Iesu Christo subjecta: ac primi sigilli specimen, Trajano imperante subsecutum, innuitur, in oriente; secundi, in occidente; tertii, in meridie; quarti, in septentrione & toto orbe terrarum. Etenim eas mundi regiones *leo*, *bos*, *homo*, *aquila*, spectabant.

¶ ὡς φωνὴ βροντῆς) Vid. App. Ed. II. De casu recto, φωνὴ, qui Wolfio displicet, Vallæ non displicet, vide infra ad cap. XVI. 13.

¶ ἔρχου, ἴδε) Verba mea ad hoc celeusma decurtavit Wolfius: sententiam meam lectores, si quid refert, ex Apparatu ad h. l. velim repetant.

2 ἵππος λευκὸς, *equus albus*) Sigilla plane

*) *Hinc margo* Ed. 2 *lectionem* ἄξιος, *in* Ed. maj. *minus firmis annumeratam, retulit inter firmiores.* E. B.

plane in futurum confert cel. D. Langius, Comm. apoc. f. 73, ubi quinque argumentis utitur:

I. a figuris sigillorum. Resp. Praeterita, recte explicata, iis congruunt.

II. a defectu rationum, quibus Vitringa cum aliis nitatur. Resp. Meliores suppetunt & proferuntur. Vid. ad cap. IV. 1.

III. a paralleliſmo Matth. XXIV. 6 seqq. cum sigillo secundo, tertio, quarto, quinto. vid. fol. 83. 257. Resp. Matth. XXIV. 14 *finem* denotare vastationem Hierosolymorum, totus probat sermonis nexus, maximeque particula ἐν *igitur*, v. 15, & quaestio discipulorum, ut eam Marcus & Lucas referunt. Similitudo plagarum in utroque textu non easdem infert plagas. Vide supra, pag. 135 seq.

IV. a paralleliſmo Zach. VI. cum iisdem sigillis. vid. fol. 84. Resp. Apud Zachariam non sunt singuli singulorum colorum equi, sed plures, iique curribus juncti: neque colores plane iidem (certe *pallorem* pro *albedine* ponit D. Langius:) neque idem colorum ordo: neque idem ad quatuor mundi plagas iter: neque eadem expeditio. In primo sigillo album ille equum refert ad victorem Christum; *) in tertio, nigrum ad caritatem annonae: hoc quomodo cum Zach. VI. 6. 8 parallelum sit, ostendi nequit.

V. a nexu cum tubis & phialis. Resp. Vt epistolas nimium dilatat cel. interpres, sic idem sigilla, tubas, &c. nimium coarctat. Phialae id propemodum omne exhauriunt, quod ille etiam in sigillis & tubis repraesentatum autumat. Sunt *sphaerae* quatuor distinctae, quae singulae convenientem *ecclesiarum*, *sigillorum*, *tubarum*, *phialarum* titulis materiem habent, &, ubi distincte explicantur, amplitudinem hac prophetia dignam nanciscuntur. Tali modo vera explicatio nativum libri servat *ORDINEM*, quo semel sepositio, humanum ingenium nil non dividere potest atque componere, & sibi de veritate reperta gratulari. Quod ad Ven. D. Langii systema attinet, *tempus* breve sub sigillo quinto; *menses* 42 & *dies* 1260, capite XI: *dies* 1260 & *tempus paucum* & *tempus* 1. 2. $\frac{1}{2}$, capite XII: *menses* 42, capite XIII; & *paululum*, capite XVII. quae periodi sunt temporum *& omnifariam & longe & eleganter* diversae, id systema non modo pro aequalibus, sed etiam pro una, eaque $3\frac{1}{2}$ annorum, accipit, & ad eam hypothesin sigilla & tubas digerit. Comm. Apoc. f. 16. 115. &c. quo pacto quam multa in prophetia loco moveantur, perspicient, qui rite expenderint ibid. f. 15. 88. 95. 133. 143. &c. In epicrisi, v. gr. p. 390, meas rationes, fiducia eorum, quae antea scripserat, minus ponderavit.

k) 4 τὴν εἰρήνην τῆς γῆς) Vid. App. Brevior lectio, plerumque germana.

¶ 7 *a*) Vid. App. - [*Diriſſima bella ſignificantur*. V. g.]

5 μέλας) Famem, quam hic eques, nisi inhiberetur, hominibus infligeret, poëtae Graeci appellant ἀιθοπα λιμὸν, λιμὸν ἀιατὴν,

* *Eandem, poſt* Vitringam, *ſententiam tenet Auctor* anonymus *der* erläuterten Offenb. Ioh., *Hal. 1769. 72., recenſente cel. D.* Erneſti, *qui opponit, non poſſe* agnum *ſigilla aperientem &* equi ſeſſorem *in una eademque viſione pro* uno Subjecto *haberi, Bibl. th.* nouiſs. *T. II. p. 595. Atque* hunc *quidem equitem* non *eſſe* Chriſtum, *ex aliis rationibus* Bengelius *concludit: ſed illum* equi albi ſeſſorem, *qui c. XIX. 11 deſcribitur, eundem eſſe, qui* agnus *in hac prophetia audit, neminem, qui v. 13. 16 contulerit, fugere facile poteſt.* E. B.

k) νικῶν, *vincens*] Brevi post exhibitam prophetiam meras victorias Regnum Romanum spiravit. *V. g.*

νῦ, id est, *atram*, *luridam*: iisdemque epithetis utuntur Latini.

8 χλωρὸς) χλωρὸς c. VIII. 7 est *viridis*: at hic, *pallidus*, ὠχρός. quæ notio ab Eustathio firmatur: sicut etiam utroque Græco LXX Hebræum ירק exprimunt.

¶ ἐξουσία ἐπὶ τὸ τέταρτοι) Similis constructio, ἐπὶ cum accusativo, c. XVI. 9.

¶ ἐν θανάτῳ) *peste*. דבר *pestis*, LXX θάνατος, Ex. IX. 3. 2 Sam. XXIV. 13, & passim. [*Diuersarum calamitatum cumulus.* V. g.]

9 καὶ, &) Sigillum quintum, sextum, septimum referuntur ad Invisibilia: quintum, ad bene defunctos, nominatim martyras. sextum, ad male defunctos, *reges* &c. coll. Ez. XXXII. 18 seqq. septimum, ad angelos, præsertim illos eximios, quibus *tubae* dantur.

¶ ὑποκάτω) Congruit, quod 2 Maccab. VII. 36 septimus fratrum ait, οἱ μὲν γὰρ νῦν ἡμέτεροι ἀδελφοὶ βραχὺν ὑπενέγκαντες πόνον ἀενάου ζωῆς ΥΠΟ διαθήκην θεοῦ πεπτώκασι. pro quo Latinus interpres, *Nam fratres mei modico nunc dolore sustentato, sub testamento aeternae vitae effecti sunt.* Non modo ecclesia sub Christo, & mundus sub Satana militans, sed etiam ecclesia consummata, & regnum tenebrarum, describuntur hoc libro. Quin piarum juxta atque impiarum copiarum in terra actiones, & ex hac in statum beatiorem miserioremve translationes, diversis temporibus inter se succedentes, per varios gradus distinctæ, per varios plausus celebratæ, atque ipsius exspectationis tripudiique cœlestis, ipsinsque terroris ac pœnæ infernalis incrementa commonstrantur. Vid. capp. IV. V. VI. VII. XIV. XIX ss. & nott.

11 αὐτοῖς ἑκάστῳ) *Merito dubites*, inquit Wolfius, *Ioannem scripsisse* αὐτοις ἑκάστῳ. At scripsit ὑμῖν ἑκάστῳ c. II. 23. & sic Lucas, c. II. 3, & Act. II. 8, πάντες, ἕκαστος ἡμεῖς, ἕκαστος. Paulus, Eph. V. 33, ὑμεῖς ἕκαστος. Ipsum αὐτοῖς ἑκάστῳ, Sir. XVII. 14. Qui consociationem pluralis & singularis numeri non ceperunt, varie mutarunt: eorum aliqui ἑκάστῳ omiserunt, non recte assentiente Millio, Proleg. § 1003.

1) ¶ χρόνον) Alii, χρόνον μικρόν· idque defendit Wolfius. *Eadem phrasi*, inquit, *utitur Ioannes infra XX. 3.* Ex illo videlicet loco huc intulere nonnulli adjectivum: etenim adjectiva passim inserere gestierunt librarii, ne abruptior videretur oratio. unde etiam *Augustinus* l. II contra Gaudentium c. 19 non semel, & *Hieronymus* in lib. de Viro perf. sic habent. Atqui hic χρόνος, de quo c. VI. 11, longo intervallo exit ante initium μικρᾶ χρόνᾳ, de quo c. XX. 3. Subjicit Wolfius: *Poterat utique ad excitationem animarum illarum multum facere, si intelligerent, exiguam fore judiciorum divinorum moram.* Hoc sane induxit Afros, ut μικρὸν, in martyrum solatium, adjicerent; (conf. Antonii Colleg. antithet. p. 909, de spe præcipitata:) quanquam ubi mora reapse non exigua est, ii non durabilem præbent excitationem, qui moram tamen exiguam dicunt. Optimum in ipsa veritate solatium est, quæ tamen graviora subinde lætioribus admista, ut hoc loco moram diuturniorem, orationis involucro interim mitigat. Quod ad *crisin* attinet, nil habeo hoc loco, quod Apparatui adjiciam, nisi exegesin *Apringii*, quæ sic habet: *Sed quia in novissimo tempore & sanctorum remuneratio perpetua & impiorum ventura est damnatio, dictum est eis exspectare, & pro corporis solatio &c.* De *parvitate* temporis nil notat. χρόνον, absolute dicitur, ut ἐπὶ χρόνον, sine epitheto, Luc. XVIII. 4. quem ad locum E. Schmidius notat,

1) στολὴ λευκὴ, *stola alba*] Sic & c. VII. 9. *V. g.*

notat, χρόνον etiam absolute sæpius dici ab Homero. Dicitur vero etiam Act. XIX. 22, & Es. XXVII. 11 apud LXX. Sic, δι' ἡμερῶν, Marc. II. 1, etiam sine epitheto. Χρόνον, lectio antiquissimis, plurimis, optimis testibus nixa, brevis, nativa, absque fuco, &, ut *exegesis* ex totius nunc libri compage demonstrat, necessario vera. *Breve* quidem *tempus* a clamore animarum ad judicium ultionemque statuit cel. D. Langius, comm. apoc. f. 81 & passim. Est hic locus de iis, in quibus apocalypticus cel. viri labor majorem tulisset fructum, si momenta sinceræ lectionis penitius explorasset. Parvitatem hujus temporis recusat prophetia. Argumentum ejus a tempore Iohannis per secula mundi residua, elapsis non multo pauciora, continuo filo extenditur ad finem mundi: & tamen multa in periodos temporum bene *longas* suis locis definite *expressas* includit: *cetera* omnia fiunt ἐν τάχει, *celeriter*. Itaque sigilla septem protinus & subita serie aperit Agnus, quorum quintum animas clamantes habet. Hic clamor, hæc *querela*, multo post in *canticum*, IISDEM VERBIS, transponitur, c. XIX. 2, tum demum videlicet, quum judicium sanctorum, & apostolorum, & prophetarum, judicatum erit ex Babylone sive Roma. c. XVIII. 20. Itaque duo notantur martyrum genera: alterum sub Roma ethnica, alterum sub Roma papali. illi jubentur requiescere, dum hi ad eos aggregentur. illos jam Iohannis habebat ætas: horum primitias seculum XIII tulit. Illi igitur dum hos exspectabant, non erat μικρὸς χρόνος, sed plane χρόνος. Specialem in hoc libro significatum, uti καιρὸς, cap. XII. 12. 14, sic etiam χρόνος habet, quem etiam latine *Chronon* (cujus vocabuli derivata Latinis non ignota sunt,) dicimus, ne cum eo *tempus* καιρὸς confundatur. Habet *chronus* annos 1111 $\frac{1}{9}$, ut suo loco ostendimus, & hic chronus fluxit ab A. 98 ad 1209, sive ab anno primo Trajani ad Cruciatam expeditionem, Innocentii III zelo contra Waldenses excitatam. Antea papa nunquam cruentus persecutor fuerat: postea nunquam talis esse desiit. Huicce Chrono opponitur *Non-chronus*, c. X. 6. unde suave antitheton utriusque loci, χρόνον ἔτι, χρόνος ἐκέτι. Ipse *Non-chronus* includit tempora sat longa, c. XI & XII & XIII expressa: & tamen *Non-chronum* longitudine excedit *Chronus*. Quam recte hæc, quamlibet paradoxa, dicantur, veritas patefaciet, sed tempore. Dicam hîc aliquid, quod ad *omnia* loca, temporis indicium habentia, pertinet: *Non ex rebus tempora determinantur penitus, nedum res ex temporibus: sed mutuum sibi auxilium præstant, ut eventus definite dignoscatur.*

¶ ἕως, *usque dum*) Chronus interjicitur inter hoc responsum & inter initium πληρώσεως, *complementi*, sicut 4 reges Persidis inter prophetiam & inter cladem regis quarti. Dan. XI. 3. Post *chronum* accedunt fratres, quorum occisione continua sub bestiæ furoribus peracta, impletur promissio. *Chronus* pertingit in tempora bestiæ: his elapsis, fit *judicium*.

¶ πληρωθῶσι) Passivum hoc habent *Comp. Al. Lat.* convenientissime. Neutrum, πληρώσωσι, plerique cum *Andrea* Cæsariensi. Medium, πληρώσονται, (quanquam subjunctivum postulabat constructio,) *Erasmus* solus. qui in Apocalypsi recognoscenda quomodo versatus fuerit, demonstravi in Apparatu, Fund. Crit. § XVII. Sed quia disputatio illa non ad certum aliquem textum specialiter accommodata est, valde vereor, ne plerique lectores eam prætereant, & in singulis textûs locis, ad quæ applicari ea debebat, eo minus expeditum faciant judicium

dicium. Quare meum esse duxi, *) in his quoque annotationibus nervos quosdam ciere. Hoc loco dicam, quæ huc conveniant.

I. Erasmus in Apocalypsi unum tantummodo exemplar manuscriptum habuit, Reuchlinianum.

II. Reuchlinianum exemplar erat commentarius Andreæ Cæsarienſis in Apocalypſin, qui τὸ κείμενον sive textum habebat interpositum.

III. Vetustatem ejus exemplaris mire extollit Erasmus. Textum id certe bonum, & aliquando singulariter excellentem habuit: sed mutilum idem fuisse, ex eo intelligitur, quod Erasmus & auctorem commentarii nescivit, & partem capitis XXII ex Latinis supplevit. Illud ipse in Annotationibus ad N. T. & hoc in Epistolis suis fatetur.

IV. Erasmi editio sæpe ab editione *Complutensi* & a mss. omnibus, præsertim rite collatis, & ab omnibus versionibus ac patribus, quorum suffragia exstant, & ab reliquis ipsius Andreæ exemplaribus, ita discrepat, ut cum Latinis codicibus, iisque deterioribus & pejoribus Latinos refutatis, interdum etiam cum Ticonio, mendosave ejus editione, congruat, verbaque Græca textui inferat a Græci sermonis usu remota.

V. Non pauca nobis, dum hæc commentamur, occurrunt talia loca. & talibus in locis, dubium non est, quin exemplar Reuchlinianum vetustate exesum fuerit, & Erasmus defectum ejus ex Latinis sarserit.

Hoc igitur loco Erasmus ex Latino *compleantur* dedit πληρώσονται, Mediamque vocem, verbo proximo ἀναπαύσωται respondentem, facile arripuit. Quotiescunque tale quiddam Erasmo accidit, recensio ejus ne unius quidem codicis vim habet, neque ullæ sequacium editionum centuriæ, omnibus mss. refragantibus, meliorem ejus conjecturam faciunt. Τολμηρότερον & confidentius loquor interdum, non equidem per immodestiam, sed ut ad veritatem cernendam excitentur, qui nimis religiose unamquamque editionem, cui semel assuevere, defendunt. πληρωθῶσι dicitur hoc loco de numero martyrum complendo.

12 τὴν ἕκτην *sextum*) Vid. not. ad vers. 9. Sigilli *sexti res esse futuras, omnium fere interpretum consensu comprobari* ait cel. D. *Langius*, comm. apoc. f. 11. At omnes fere interpretes, cum ab iis discesseris, qui ad ipsam seculi consummationem referunt, de præteritis interpretantur, ut vel Jungnitii Parallela sententiarum apocalyptica docent, p. 138 seqq. Quod ad rem attinet, hoc sigillum ad ea referri, quæ ante finem mundi futura, nec tamen adhuc facta sint, non evicit ille: & tamen huic theoremati totam molem superstruit fol. seqq. Quare hoc quam firmissime demonstratum oportuit. Locum Matth. XXIV, cui parallelus est Luc. XXI, vindicavimus modo.

¶ ὁ ἥλιος - ἡ σελήνη, **) *sol - luna*) Sumuntur h. l. proprie. Describitur terror inferis incussus eo universi habitu, qui erit in die novissimo: incussus tempore apocalypseos scriptæ: quæ jam tum vere dixit, *venit* [*Nimirum neque ad ipsum* mundi interitum *hæc referri possunt; nam sequitur demum septimum sigillum plurimas res easque ingentes continens: neque ad* judicium quoddam *aliud, contra hostes exercendum; quorum videlicet mentio postmodum incidit.*

*) *Ego vero meum, Editoris, itidem esse duxi, Gnomonis lectoribus reseruare, quorum non est alioquin* Critica *terere.* E. B.

**) *Epitheton* ὅλη *minoris factum in margine* Ed. maj., *quam in* Ed. 2 & Vers. germ. E. B.

ari hanc Editionis vulgatissimæ *dijudicationem iis etiam*

Pari ratione sub sigillo quinto animabus sub altari, gratioſe quidem iſtis, quid ipſorum cauſa ageretur, patefactum eſt. -- A terra fit initium, ut c. XX 11. V. g.]

m)

CAP. VII.

1 " Ἄνεμος, *ventus*) *Venti* denotant hoc loco lenimenta malorum imminentium: etenim *ſuppreſſio* eorum *laedit*. Inſignis allegoria.

2 ἄλλον, *alium*) Diſtinguitur *alius* hic angelus vel ab angelo præcone, c. V. 2. vel ab angelis quatuor lædentibus. h. l.

n) 3 σφραγίσωμεν, *obſignemus*) Hac obſignatione muniuntur ſervi Dei ex tribubus Iſraël inde a tempore Iohannis adverſus calamitates ſub ſeptem tubis imminentes. Antea non opus fuerat, ante periculum. Alio tempore majores, alio tempore poſteri eorum obſignantur. Si majores occiderentur, nulli eſſent poſteri. Sub tuba angeli quinti ne ii quidem occiduntur, qui non ſunt obſignati: ergo obſignati multo minus occiduntur.

4 Ἰσραήλ) *Iſraël* proprie notatur. Etenim multa proprie de Iſraële pronunciat hic liber, quæ nonnulli per tropum interpretantur. *Iſraëliſmus*, ut H. Morus appellat lib. I Synops. proph. cap. 4, non nimis debet extendi. *) Recte Lampius *Iudaeos in Apocalypſi plus* ait *eſſe quaerendos, quam plerique interpretes invenerint.* Medit. anecd. in Apoc. p. 261.

5 ſ. δώδεκα χιλιάδες, *duodecim millia*) Ita duodecim millia duodecies accipere debemus, ut in ſumma non ſint 143 aut 145, ſed 144 millia. Numeri rotundi ſæpe præciſe valent. Vid. Ier. LII. 30: ubi ſumma 4600 animarum colligitur ex numeris, eodem loco præcedentibus, minime rotundis. Fortaſſe ſunt tot capita ſive patres (ſicut Rom. XI. *4 viri*, non animæ numerantur:) cum ſua poſteritate. [Tribus *duodecim* [*die zwoelf* Stæmme] *per ſex paria referuntur.* Not. crit.]

6 νεφθαλίμ· μαναασσῆ· *Naphthali: Manaſſe*) *Omittitur Dan, quia jam olim ea Tribus ad unam familiam Huſſim reciderat, ut ajunt Hebraei, quae ipſa familia bellis interiiſſe videtur ante Esdrae tempora. Nam in Paralipomenis, ubi poſteritas Patriarcharum memoratur, Dan omittitur. Et forte id praedicitur apud Amoſum, 8. 14. Ex Danis tribu paucos ſuperfuiſſe, eosque in Phaenicem profugiſſe, narrat Iohannes Antiochenus.* Grotius. Non tam omittitur Dan, quam paucitas ejus, ſub Manaſſe latens, cum Naphthali, cujus frater uterinus erat, conjungitur. [*Vnus enim* Naphthali, *niſi hoc ſubinnuatur, in tota hac ſerie* uterinum *ſibi conjunctum non haberet. --- Ceteroquin* Leui *in hac enumeratione ſuum denuo locum occupat, &* Ioſepho *binae portiones, altera* ſuo, *altera* Manaſſis *titulo, tribuuntur.* V. g.]

9 μετὰ ταῦτα εἶδον, καὶ ἰδοὺ ὄχλος πολὺς - ἑστῶτες - περιβεβλημένους κτλ.) Media lectio: unde totam periocham alii ad nomi-

nati-

m) V. 13. ἔκρυψαν ἑαυτούς, *abſcondiderunt ſe*] Vbi eorum nunc animoſitas, quos tantopere mundus reformidauerat? *V. g.*

V. 17. τίς, *quis*] Ii, qui liberati ſunt ira futura, communionem cum Agnello colentes. *V. g.*

n) ἀπὸ ἀνατολῆς ἡλίου, *ab ortu ſolis*] Ab Oriente igitur ordiebantur plagæ. *V. g.*

¶ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν, *terram & mare*] Connotantur hîc arbores. Terra eſt Aſia, mare Europa, amnes (c. VIII. 10) & arbores Africa. *V. g.*

*) *Conf. hac de re S. R. D.* Cruſii *Hypomnn. T. I p. 172. ſq. 654 ſq., itemque ven.* Rooſii *Auslegung der Weiſſagungen Daniels, p. 36; praecipue vero S. R. D.* Burſcheri *Verſuch einer kurzen Erläuterung des Propheten Ieremiae, Leipz. 1756. p. 246 ſqq.* E. B.

nativum redigunt, alii ad accusativum. Displicet Wolfio mixtura casuum: quæ in hoc quidem libro frequens est. Describitur hoc loco ὄχλος *agmen* aliquod beatorum, cui Simultaneum est cum obsignatione præcedenti & cum subsequentibus tubis, sub quibus plaga non tangit obsignatos. Huc incidit hic ὄχλος, in suo ordine, post beatum ex mundo discessum. Postea plura ejusmodi agmina memorantur. cap. XIV. 1. XV. 2 &c. Varii sunt *gradus* beatitudinis, & valde diversi; sed infimus eorum, comparate loquendo, jam est supra omnem purgationis indigentiam.

¶ ἐκ πάντος ἔθνες καὶ φυλῶν καὶ λαῶν καὶ γλωσσῶν) In tali enumeratione cetera loca aut pluralem quater habent, aut quater singularem numerum. vid. Not. ad cap. V. 9. Hoc uno loco singularis primo loco, deinde pluralis ter ponitur, non temere. Educta est *haec multitudo* ex toto genere humano. Id unum est ἔθνος, inde ab origine sua. Act. XVII. 26. Sed progressu temporis, ipso *Adamo* vivente, multiplicatum est, & in *tribus* & *populos* & *linguas* discessit.

10 κράζουσι) Sic cod. omnes. Librarius Andreanus, κράζοντες, ex rhythmo λέγοντες, festinans arripuit. Ipsum Andreæ exemplar Augustanum habet κράζουσι.

o) p) 12 ἡ τιμὴ) Apocalypsis passim septenarios in quatuor & tria dividit, ut suo loco ostendimus. Nunc quum omnes angeli dicunt: ἡ εὐλογία καὶ ἡ δόξα καὶ ἡ σοφία καὶ ἡ εὐχαριστία, (καὶ) ἡ τιμὴ καὶ ἡ δύναμις καὶ ἡ ἰσχὺς τῷ θεῷ ἡμῶν, primi quatuor plausus referuntur ad tubam angeli primi, secundi, tertii, quarti; tres reliqui, ad tubam angeli quinti, sexti, septimi. Itaque si καὶ ante ἡ τιμὴ omissum sit, sententia quasi denuo inchoatur. Omittit quidem & particulam *Latinus*, & cum eo *Ambrosius Ansbertus*. Neque id negligendum videtur. nam sæpe in polysyndeto incisa quædam sine conjunctione ponuntur. Ex. XXIII. 23. XXXIII. 2. Ier. I. 10. Librarii Græci facile καὶ suppleverunt: atque hoc loco opportune in septem vocabulis hymni quaternarius & ternarius distinguuntur. Nil definio. Iudicet lector. [*Opportune autem hic hymnus descriptioni multitudinis vestibus albis ornatae inseritur; quum statim postea 7 angelis tubae tradantur.* V. g.]

q) r) 17 ὅτι) כי præcedente *nun*, valet sæpe *sed*.

¶ ἀνὰ μέσον τῦ θρόνυ) ἐν μέσῳ τῦ θρόνυ κτλ. vidit Iohannes τὸ ἀρνίον, c. V. 7. Hoc uno loco dicit ἀνὰ μέσον τῦ θρόνυ. Confer ἀνὰ μέσον 1 Cor. VI. 5.

¶ ἐπὶ ζωῆς πηγὰς ὑδάτων) Prona constructio esset, ἐπὶ πηγὰς ὑδάτων ζωῆς· sed ζωῆς emphaseos causa præponitur, (uti σαρκὸς 1 Petr. III. 21.) & πηγὰς ὑδάτων est quasi unum vocabulum compositum, ut sit, *zu den Lebens Wasserbrunnen*. Vid. App. Ed. II.

¶ ἐκ)

o) ἡ σωτηρία, *salus*] Salute eos DEVS mactauit, quam deprædicant. Sublimiores doxologiæ sequuntur deinceps. *V. g.*

p) V. 11. πάντες, *omnes*] Nondum hæc vocula exstat c. V. 11. *V. g.*

q) V. 14. οἱ ἐρχόμενοι, *venientes*] Ergo nondum completus est eorum numerus, hac ipsa de causa tanto minus determinandus. *V. g.*

¶ ἐν τῷ αἵματι τῦ ἀρνίυ, *in sanguine Agnelli*] Non potest multitudinis hujus numerus iniri, adeoque Beatos etiam ex V. T. complectitur: iisque sua quoque in sanguine agnelli pars est. *V. g.*

r) V. 15. διὰ τῦτο, *propterea*] Nemini integrum est in conspectum prodire, nisi alba stola præ-
dito. *V. g.*

¶ ἐκ) Iterum vid. App. Ed. II. Ἀπὸ & ἐκ Wolfius conjungit infra, c. XXII. 19. Itaque in una sententia Iohannes ἐκ, & inferius ἀπὸ, scribere potuit.

CAP. VIII.

1 Σιγὴ, *silentium*) *Silentium* opponitur *voci*. *Voces* in hoc libro quo sunt frequentiores, v. gr. cap. VII. 10 seqq. eo magis notabile est hoc exspectationis venerabundæ *silentium*, tubarum *clangorem* præcedens. *Mille annorum sabbatismum* interpretatur cel. D. *Langius*, (*Hermen. Einleit.* p. 30. 68. &c.) errore (verum dicere cogor,) plurima turbante. Neque *silentium* est sabbatum, neque *semihorium* est millennium. Vid *Erkl. Offenb.* p. 407 seqq.

2 s) ἑπτὰ σάλπιγγες, *Septem tubae*) Per has tubas regnum mundi conquassatur, donec id sub tuba angeli septimi, post gravissimas remoras, ad Dominum & ad Christum ejus redigitur. Tubæ angeli primi, secundi, tertii, quarti, propriam inter se conjunctionem habent; & item tubæ angeli quinti, sexti, septimi, quæ solæ habent *vae vae vae*.

3 καὶ ἄλλος ἄγγελος ἦλθε, καὶ ἐστάθη ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον ἔχων λιβανωτὸν χρυσοῦν· καὶ ἐδόθη αὐτῷ θυμιάματα πολλὰ, ἵνα δώσῃ ταῖς προσευχαῖς τῶν ἁγίων κτλ. *& alius angelus venit & stetit ad altare, habens turibulum aureum; & dati sunt ei suffitus multi, ut afferret* (eos) *cum precibus sanctorum &c.*) De angelo, sanctorum preces Deo offerente, Hebræi in *Elle shemoth rabba* sect. 21 loquuntur in hunc modum, *Cum Israëlitae precantur, non inveniuntur omnes simul precari, sed unaquaeque synagoga* (seu congregatio כנסת) *seorsum precatur, primum haec synagoga, deinde alia. & cum omnes synagogae omnes preces suas consummaverint,* המלאך הממונה על התפלות נוטל כל התפלות שהתפללו בכל הכנסיות כולן ועושה אותן עטרות ונותנין בראשו של הק״ב שנא׳ עריך כל בשר יבואו ואין ערוך אלא עטרה שנא׳ כי כלם כערי תלבשי *Angelus qui precibus praeficitur, portat omnes preces, quas precati sunt in omnibus synagogis, & facit eas coronas, & imponit eas* (pro נותנין legendum censeo נותנן) *capiti Dei* S. B. *sicut dictum est* Psal. LXV. 2, *omnis caro veniet corona tua:* (sic ibi exponitur עריך ut ex sequentibus clarius eluceseit; cum revera exponi debeat, *ad te*) *vox autem* עריך *non nisi coronam denotat, quemadmodum dicitur*, Isa. XLIX. 18, *Et indues te eis omnibus tanquam corona.* Christoph. Cartwright. in Mellif. hebr. lib. 3. c. 8. Itaque Hebræi dicunt, esse Angelum, qui præsit precibus cœtuum suorum: Apocalypsis tantummodo dicit, esse Angelum, qui suffitum faciat, dum sancti orant. ταῖς προσευχαῖς v. 3. 4 est casus sextus, *concomitantiam* denotans, uti Rom. XI. 11. 30. 31. τῷ αὐτῶν παραπτώματι, τῇ τῶν ἀπειθείᾳ, τῷ ὑμετέρῳ ἐλέει. Plura aliunde notavimus ad Chrysost. de sacerd. p. 514. Sunt, qui. h. l. subaudiant σύν· non incommodius subaudires ἐπί· sed neutrum est necessarium. Imo casus sextus absolute, ταῖς προσευχαῖς, majorem vim habet. Suffitus angeli, & precationes sanctorum in terra, sunt simul: sed sanctorum precationes acceptæ sunt Deo per Iesum Christum, non per angelum. [*Vide, qualis sit legitima precatio. Est* Sanctorum *precatio, quam comitatur suffitus* angelicus, *& Christus ipse* coram Patre *gratam reddit. Tunc precaris ita, ut in memoriam coram DEO venire queant preces tuae?*

s) τὰς ἑπτὰ ἀγγέλους, *septem angelos*] Magna hi prærogativa gaudent. Vnus eorum Gabriel est. Luc. I. 19. *V. g.*

tuae? V. g.] *Angelorum* nomine angelos creatos in N. T. præsertim in Apocalypsi notari, confirmat *Thummius* in admon. de error. Wigel. p. 280. & hoc ipso in loco id agnoscunt in commentariis ad Ap. *Nic. Selneccerus*, *L. & Andr. Osiandri*, *Beza*, *Hogelius* p. 277. nec non *Chemnitius* Part. III Exam. Conc. Trid. f. 189. quem hoc nomine laudat Melch. Kromajer. in Ap. p. 111. *Arndius* de V. C. l. 2. c. 35. Accedunt D. Ioach. Langius & Dimpelius. Liturgia cœlestis, cum effectu in mundo.

¶ ἐπὶ τὸ) Scita casuum varietas: Angelus stetit ἐπὶ τῷ θυσιαστηρίῳ *juxta* altare: & dedit thymiamata ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον *super* altare. v. g. Psalm. cf. 1. Sam. XII. 17.

7 ὁ πρῶτος) Ἄγγελος suppletur in textu Andreæ: sic enim initium sermonis VIII apud illum postulabat. Id secutus est *Erasmus:* id defendit Wolfius. Sed Græci codices N. T. (omnes, ut existimare licet,) omittunt ἄγγελος. Et hoc arctissimo nexui versûs 6 & 7, primum angelum præcipue urgenti, convenit. In mentione sequentium angelorum tubicinum exprimitur ἄγγελος, per longiora videlicet sermonis eventuumque intervalla. Tubarum eventum perbrevi sub libri scriptionem cœpisse, patet ex eo, quod obsignatio servos Dei muniit contra plagas, quæ non sub sigillis, sed sub tubis, & sub ipsa primi angeli tuba sequebantur. Adde quod *obsignatio* præcedit apertionem sigilli 7. Atqui sigilla mox incipiunt post apocalypsin datam. ergo etiam *obsignatio* mox procedat oportet.

Angeli *primi* tuba *Iudaeos*, convenienter, pulsat: & complectitur bella Iudaica sub Trajano & Adriano, de quibus inprimis legendæ sunt S. R. Abbatis *Zelleri* annot. hist. ad. *R. Abraham ben Dior* comment. rerum Rom. pag. 69-79. Is ceteros scriptores copiose recenset, quibus adjicias *Hottingeri* Hist. eccl. N. T. Sec. II. pag. 66, & ex antiquis *Orosium*, lib. VII. c. 12 & 13.

¶ καὶ τὸ τρίτον τῆς γῆς κατεκάη) Hoc incisum omnes testes, integri certe & penitius excussi, exhibent, in his *Andreas.* Carebat autem eo Capnioneus liber: hiatumque Erasmus sequitur, & defendit Wolfius. Tam facile omissum est hoc incisum, quam ab aliis illud, quod sequitur, καὶ τὸ τρίτον τῶν δένδρων κατεκάη, recurrente videlicet verbo κατεκάη. Neutrum omitti debet: ac prius, *de terra combusta*, retinendum est, quia *terram* proprie spectat angeli primi tuba, (quare locus c. IX. 4 huc minus commode confertur,) & *terra* præter *arbores* & *gramen* multa alia complectitur.

8 ὡς ὄρος, *quasi mons*) Moles gentium barbararum inruitur: de quarum migratione & irruptione, cum maximis detrimentis conjuncta, a Seculo III tam plena est historia, ut non opus sit scriptores allegari. *Mons* in *mare* jactus apte exprimitur ex Cassiodorii Variis, ubi obvia satis est *Gothorum Romanorumque* mentio conjuncta.

9 διεφθάρησαν) Vid. App. Ed. II. Singularis, ineunte commate, non obest. nam singularem excipit pluralis etiam versu 7, ἐγένετο χάλαζα καὶ πῦρ μεμιγμένα ἐν αἵματι. Simile illud, quod Wolfius notat, *tertia pars hominum occisi.* c. IX. 18.

10 ὁ τρίτος, *tertius*) Arianas & Vandalicas calamitates hîc notari, series rerum, temporum & locorum probat. *Stellam* Arium esse, recte censet *Bullingerus*, *Nigrinus*, *Viegas*, (quanquam, Lyrano & Aureolo obsecutus, de Pelagio quoque disputat,) tum *Forbesius*, *Coccejus*, *Gulichius*, *Sandhagenius*, *N. Mulerius*, *Biermannus*, *Amelius*, *Horchius*, *Vitringa*, *Reinbeckius*, *Stockius*, *Loesekenius:* atque ante hos omnes *Seb. Meyerus* Arium juxta cum aliis hæreticis hîc notari existimavit. Interpreta-

tamentum *Brightmanni* de Imperatoribus Arianis, Conſtantio, Valente, ſolide refutat Marckius: *Si imperatores hi ut ſtella conſiderentur propter principalem majeſtatem, non video, quomodo lapſus non ad imperii ablatum decus, ſed ad defectionem a fide referri poſſit.* Quo ipſo argumento et am *Iacobus Abbadie* refellitur, ſtellam de *Bonifacio* Comite, cujus invitatu Vandali Africam occuparunt, interpretans, in opere non ſolum Gallice, ſed etiam Belgice edito. Ceteroqui magnus Arianiſmi in remp. quoque influxus fuit: ne eam hæreſin in tubis miremur locum habere.

11 καὶ τὸ ὄνομα τοῦ ἀστέρος λέγεται ὁ Ἄψινθος, *& nomen ſtellae dicitur Abſinthus*) Arianiſmus, amaritudinis plenus. Theodoritus lib. II H. E. c. 14 de Arianis ſub Georgio Cappadoce epiſcopos pellentibus, ἕτω ΠΙΚΡΩΣ ἤλασαν αὐτὰς κτλ. *tanta amaritudine eos pepulerunt &c.* Victor lib. 1 de Perſec. Vandalica, Auguſtinum, in obſidione Hipponis, ita miſeratur, *Dulcedo ſuavitatis in AMARITVDINEM ABSINTHII verſa eſt.* Ἄψινθος eſt ex α privativo, & ψίνθος, quod eſt τέρψις apud Heſychium. Græcumque, ἀψίνθιον, ex Hebraica pronunciatione אפסינתין vel אפסינתא videtur factum eſſe triſyllabon.

12 ἐπλήγη, *percuſſa eſt*) Id factum ſeculo V, Italia, & Roma, ſede imperii, per externas nationes occupata & obſcurata.

13 ἀετοῦ) Alii, ἀγγέλου. Sed vid. App. crit. Ed. II ad h. l. Certe lectionem ἀετοῦ *Itala* verſio, aliique teſtes antiquiſſimi, ſeculis & climatibus inter ſe remotiſſimi, & longe plurimi, ab omni gloſſæ ſuſpicione vindicant. Omnino *alius angelus volans in medio coeli* c. XIV. 6 præſentem locum reſpicit: ſed hunc reſpectum non perimit lectio ἀετοῦ. Ipſa *aquilae*, non *angeli*, appellatio, priore hoc loco, monet, non innui *angelum* proprie dictum; & altero illo loco reſpectus ad priorem hunc locum docet, *angeli alius* vocabulo inſignem ex humano genere præconem, ut eximii agnoſcunt interpretes, denotari.

¶ μεσουρανήματι) Μεσουράνημα, verbale, a verbo μεσουρανεῖν, quod dicitur de ſidere tribus zodiaci ſignis ante ſolem orto, adeoque meridianum tenente, ut demonſtrat Tzetzes in Exegeſi Heſiodi, ad illud, ἓν τ' ἂν δ' ὡρίων καὶ σείριος εἰς μέσον ἔλθῃ οὐρανόν. ἔργ. v. 607 ſeq.

¶ οὐαὶ οὐαὶ οὐαί, *vae vae vae*) Circa finem Seculi V non defuere præſagia futurarum calamitatum. Primo væ gravius eſt ſecundum; ſecundo, tertium.

¶ ἐπὶ τῆς γῆς, *ſuper terra*) *Vae tria*, inquit cel. D. Langius, *quae vindictam adhuc futuram in beſtiam & meretricem ſpectant, non modo in praeterita tempora refert* Bengelius, *ſed etiam ipſum papatus initium ad vae tertium revocat, adeoque vae tertium jam mille abhinc annis & amplius veniſſe perhibet. At quum de vae ſecundo, Ap. XI. 14, dicatur*, Væ ſecundum abiit, ecce væ tertium venit cito: *& continua tuba ſeptima, quae conſummationem judiciorum & amplificationem regni Chriſti ſpectat, ſequatur facile exiſtimari poteſt, vae tertium non poſſe tam longe retrahi* Epicr. p. 405. Reſp. Væ tria *terricolas* ſpectant, ac pridem ea veniſſe, & væ tertium non mille quidem, ſed tamen propemodum octingentis abhinc annis veniſſe, oſtendi. Tuba angeli ſeptimi, elapſo væ ſecundo, primum proponit res optatiſſimas: deinde væ *tertium* deſcribit: eoque exantlato, judiciorum fit conſummatio & regni Chriſti amplificatio. Hunc ordinem migrat Halenſis Theologi interpretatio: & væ tria, *terricolis* denunciata, ſine cauſa ad extrema hoſtium tempora reſtringit; beſtiæque furorem, qui revera in væ tertio eſt, pro væ ſecundo habet. Quo pacto ordinatiſſima textûs ſeries vehementer luxatur.

¶ τῆς σάλπιγγος, *tubae*) Singularis numerus, distributive, pro, *tubarum*.

CAP. IX.

1 Τοῦ φρέατος) φρέαρ, quasi orificium abyssi.

2 καὶ ἐσκοτίσθη ὁ ἥλιος καὶ ὁ ἀὴρ, *& obscuratus est sol & aër*) Est ἐν διὰ δυοῖν, uti c. I. 14 *caput & capilli*: c. XIX. 16 *vestis & femur*. Aër, quatenus per solem illuminatur; sol, quatenus lumen suum per aëra ad homines transmittit, obscurabatur. Hinc ἐσκοτίσθη dicitur, non ἐσκοτίσθησαν. Quare non seorsum hîc quæri opus est, quid sit sol & ejus obscuratio, quid aër & ejus obscuratio. Notantur tenebræ, Iudæis in Persîde obortæ [*Sec. VI.*]

5, 10 βασανισθῶσι ἀδικῆσαι) Dupliciter una res exprimitur, passive & active. ἀδικῆσαι *laedunt* locustæ: βασανίζονται *cruciantur* homines. Sic, *occidere & occidi*: v. 15. 18. *alentes* habere, & *ali*. c. XII. 6. 14.

5 μῆνας πέντε) *Lat.* aliqui, *menses sex*. Pridem, sed facile, ad *V* appictum est *I*. Iteratur *quinarius* versu 10. *Quinque menses* prophetici sunt anni communes 79 pleni, ab A. 510 ad 589. Homines, qui cruciabantur, erant Israelitæ, figillo divino carentes: locustæ, Persæ, qui illos vehementer vexarunt.

8 ὡς τρίχας γυναικῶν, *ut capillos mulierum*) id est, capillos promissos. Sic Arabes apud Plinium: sic quondam etiam Persæ. Æschylus apud Athenæum l. 14. f. 627, βαθυχαίτηεις μῆδοι. Persæ, κομῆται dicti ab oraculo Delphico. Herodotus l. 6. f. 176. Vid. omnino Thom. Hyde Hist. relig. vet. Pers. pag. 369. *Vrsus* villosus, Persarum regnum. Dan. VII. 5.

9 τρεχόντων) Vt constructio appareat, φωνὴν habent ἅρματα ἵππων πολλῶν τρέχοντα εἰς πόλεμον. Andreas ἅρματα πολεμικὰ vocat h. l. Equi currentes trahunt currum: sed *strepitum* proprie proximeque currus ipsi suo cursu efficiunt, Vid. Ioël II. 5.

11 t) ἀβαδδὼν - ἀπολλύων) *Abaddon* LXX interpretantur ἀπώλεια· hîc ponitur in concreto, ἀπολλύων.

¶ ἐν δὲ τῇ ἑλληνικῇ) Fœmininum, pro neutro, per Hebraismum, ut mox ἡ καὶ vel per ellipsin nominis γλῶττα, cujus a Græcis omissi exempla notat L. Bos. Hebraica & Græca hujus angeli nomenclatura Iudæos Græcosque a locustis vexatos innui agnoscunt Patricius Forbesius & Iac. Durham.

12 ἡ καὶ ἡ μία) Fœmininum, modo notatum. Nos *vae* modo neutro genere, cum Latinis interpretibus dicemus, modo fœminino, prout perspicuitati conducet sermonis nostri. *Vae una*, id est, prima.

13 καὶ, *&*) Væ secundum est Saracenicum.

¶ ἐκ τῶν τεσσάρων κεράτων) τεσσάρων omittunt antiqui. *cornua* habuit altare suffitus: *quatuor cornua* habuisse non legitur apud Mosen.

13, 14 φωνὴν μίαν - λέγοντα) Hanc codicis *Alexandrini* lectionem pro genuina habeo. Vid. App. crit. Ed. II. Genus masculinum a participio in adjectivum transfertur in cod. Berolinensi, interjecto puncto, *vocem. unum* &c.

¶ ἐνώπιον -, *coram*-) ubi liturgia cœlestis peragitur.

14 ὁ ἔχων) Vid. App. Τῷ ἀγγέλῳ ὁ ἔχων quomodo dicatur, patebit ex notula ad c. XX. 2.

¶ μεγάλῳ) Frequens hoc *Euphratis* epitheton *magis necessarium* dixi c. XVI. 12, quam c. IX. 14. Vtrique loco æque conveniens centetur a Wolfio: sed certe

t) τὸν ἄγγελον τῆς ἀβύσσου, *angelum abyssi*] Non est ipse Satanas. *V.g.*

te miraculum *exsiccationis* amplificat magnitudo sive latitudo & profunditas fluminis: Psalm LXXIV. 15. hîc autem ad angelos flumini *alligatos* non tantopere pertinet eadem fluminis magnitudo; imo alienior ea est, si angeli, quod nemo aut affirmare aut negare potest, in ea regione, ubi *minor* sit ille fluvius, alligati fuerint. Vtut est, ad testes, adjectivo hocce carentes, *Apringii* commentarius accedit; & *flumen magnum Euphrates* legitur Deut. I. 7. Ios. I. 4. sed *flumen Euphrates*, Deut. XI. 24 in Hebræo: nam ibi quoque Græce τὸ μεγαλο additur. Neque inepte iteratur articulus, τῷ ποταμῷ τῷ ἐυφράτῃ. sic enim legimus Gen. XIX. 9, τὸν ἄνδρα τὸν λώτ. Apud Ez. Sepius, ἐπὶ τῦ ποταμῦ τῦ χοβάρ. Est Appositio.

15 τὴν) Articulus tollit vim distributivam, ut docet E. Schmidius in Not. ad N. T. f. 806 quare hîc non quælibet *hora*, *dies*, *mensis*, *annus*, denotatur, sed definita temporum periodus. Ea est propemodum 207 annorum, si videtur, ab A. 629 ad A. 836. an ab A. 634 ad A. 840, id est, ab extremo Abubeker tempore ad obitum Mutasimi. Videatur inprimis Drechsleri chronicon Saracenicum a *Reiskio* auctum, p. 14-37. & *Hottingeri* Hist. eccl. Sec. VII. VIII. IX. & Comp. theatr. orient. Part. I. cap. III.

16 δισμυριάδες μυριάδων) Chilias est 1000; at myrias, 10000. Myriades (plurali numero strictissime sumto, pro binario, uti c. XII. 14.) 20000. Ergo una chilias chiliadum, 1000000. chilias myriadum, 10000000. myrias myriadum, 100000000. myriades myriadum, 200000000. Sed quid sunt δισμυριάδες μυριάδων, δὶς in optimis monumentis ad pluralem myriadum numerum superveniente? Sæpe δισμύριοι exstant in libro II Macc. Inde δισμυριὰς, (instar δισχιλιὰς, priore compositi parte, ut fit in numeralibus, immutabili,) id est, *myrias duplicata*: [*400 millionen, auf das wenigste.* Not. crit.] qualia etiam sunt illa, Gen. XXXII. 3, *bina castra*. Kohel. VI. 6, *mille annos bis*. Psalm. LXVIII. 19, *duae myriades*, *millia iterata*; Geiero inprimis interprete. Apud *Primasium* quisquis *octoginta millia* interpretatus est, neque Græcus neque Arithmeticus fuit: sed tamen is quoque, ut alii apud Primasium legebant, δισμυριάδες μυριάδων legisse videtur: ac, ni fallor, primo *myriadas myriadum*, quadratum quiddam referre visas, putavit esse *quatuor myriadas*, sive 40000. deinde, hac ipsa summa ob δὶς particulam duplicata, sumsit 80000, cum essent 400000000 *equites*. Complures temporum periodos, præsertim sub væ primo & tertio, dupliciter exprimit Apocalypsis: at secundi væ durationem semel notat per *horam & diem & mensem & annum*; ac vicissim sub eo væ pro altero temporis indicio numerum *exercituum equestrium*, id est, equitum indicat. Væ secundum est fere 207 annorum humanorum. itaque in singulos annos, (si alii sive novi quotannis equites existerent,) numerosissimæ copiæ 2000000, vel certe, si cui δὶς illud non placet, 1000000 equitum conferuntur. *Auditum sibi numerum eorum* quum subdit Iohannes, innuit, numerum certum, si pro incerto sit positus, non tamen latam habere incertitudinem; & magnitudinem numeri, quamvis *incredibilis* videatur, tamen credendam esse. In extremo major etiam multitudo exsurgit c. XX. 8.

17 πυρίνας καὶ ὑακινθίνας καὶ θειώδεις, *igneos & hyacinthinos & sulphureos*) Eosdem colores in alia re conjungit Lucretius lib. IV, *lutea russaque vela Et ferruginea*. ferruginea, eadem, quæ *hyacinthina*. Virgilius *ferrugineos hyacinthos* dicit; id Servio est, *nigri coloris*. Quare hoc loco *hyacinthini thoraces* & *fumus* inter se re-

spondent: ut *ignei thoraces & ignis, sulphurei thoraces & sulphur.* Propria & tropica versu hoc & seqq. sunt contemperata.

19 *αἱ γὰρ ἀρχὴ αὐτῶν ὅμοιαι ὄφεσιν, ἔχουσαι κεφαλὰς, καὶ ἐν αὐταῖς ἀδικοῦσι, nam caudae eorum similes serpentibus, habentes capita, & in iis laedunt.*] Talis serpens, amphisbæna, ἀμφισβαίνων, de qua Plinius lib. VIII. c. 23, *Geminum caput amphisbaenae, hoc est, & a cauda, tanquam parum esset uno ore fundi venenum.* Lucanus: *& gravis in geminum surgens caput amphisbaena.* Solinus c. 30, *Amphisbaena consurgit in caput geminum, quorum alterum in loco suo est, alterum in ea parte, qua cauda, quae causa efficit, ut capite utrinque secus nitibundo serpat tractibus orbiculatis.* Adde Nicandrum & Hesychium, qui ait esse ἀδῶν ὄφεως - τὴν ἀρὰν κολοβὴν ἔχον, καὶ ταύτῃ πολλάκις τὴν πορείαν ποιούμενον, ὥστε τινὰς ἀμφισβητεῖν, μὴ δύο κεφαλὰς ἔχει. Caput in cauda amphisbænæ qualecunque est, hanc apocalypticam picturam illustrat.

20, 21 οὔτε - οὔτε) Prædicatum bimembre. Latine, *neque, neque.* Similes particulæ, Ioh. iV. 11. 3 Ioh. v. 10. Marc. V. 3 f. [Pœnitentia *plagarum scopus fuerat.* V. g.]

¶ τὰ εἴδωλα, *simulacra*) Cultus imaginum A. 342 in oriente solenniter stabilitus est.

¶ τῆς πορνείας) Dicitur in plurali, πορνεῖαι, 1 Cor. VII. 2, & tamen hoc loco singularis numerus pluralibus interponitur. Alia scelera ab hominibus per intervalla patrantur: una perpetua πορνεία est apud eos, qui munditie cordis carent.

CAP. X.

1 Καὶ &) A cap. X. 1 ad cap. XI. 13 insignis est locus, quo amplissima septimi angeli tuba prælibatur. Dum enim draco etiamnum in *coelo* est, & ex *mari terra*que bestia septiceps & bestia biceps ascensuræ sunt, neque calamitatum ullus in mundo finis apparet: *angelus,* quem creatum angelum esse *, Cluverus T. III. f. , agnoscit, *coelo* dextram manum, *mari* pedem dextrum, *terrae* sinistrum immittit, ostendens & jurato confirmans, omnes tamen hosce hostes [*quomodocunque saeviant,* draconem *nimirum coelo*, *mari terraque* bestiam. V. g.] *intra chronum* amotos fore. [*DEI videlicet, Creatoris (v. 6) sunt manentque coelum, terra & mare.* V. g.] Habet hic locus duas partes parallelas: cap. X. 1-7 & v. 8-c. XI. 13. Vnde etiam duæ periodi, *Non-chronus,* & *multitudo regum,* parallelæ sunt, c. X. 6. 11. Ambæ periodi incipiunt ante exitum væ secundi, cap. XI. 14: sed, ubi semel inceperunt, continuo cursu in ipsam angeli septimi tubam longe porriguntur, usque ad magnam illam metam, de qua c. XII. 14. Ideo ob concatenatum nexum cum iis rebus, quæ ortum bestiæ ex mari præcedunt, complura hic, non turbato libri ordine, repræsentantur, quæ

*) *Negant alii, ob eximiam ejus* majestatem. *Immo vero dignissima consideratu est S. R. D.* Crusii *observatio, qui,* Hypomnn. *T. I. p. 664,* Falluntur interpretes, *inquit,* splendore ornatus & signis potestatis, quibuscum subinde angeli conspiciuntur, quæ ipsis nimia videntur, sed propter præjudicatas opiniones. Semper enim subjectionis nota in splendidissima angeli repræsentatione simul expressa deprehenditur, dummodo animum attendamus. Quod ubi fit, ceteroquin nulla potentiæ symbola in sanctis angelis debent nimia nobis videri. Cogitemus enim, quale symbolum robur & potentiam Satanæ pingat, & an in toto schemate prophetico symbolorum justa proportio esse posset, si minus illustria essent præcipuorum angelorum emblemata, cum Satanas appareat ut draco cum septem capitibus diademate cinctis, quique caudæ motione tertiam siderum partem deturbat? — E. B.

quæ tamen multo inferius recurrunt. Sic *consummatio indignationis Dei*, c. XV. 1, præcedit lætam *mysterii Dei consummationem*, c. X. 7: & hæc consummatio ut futura notatur etiam in cap. XVII. 17. Ascensus bestiæ ex *abysso*, cap. XI. 7, futurus est etiamnum in cap. XVII. 8. *Terrae motus* ille, quo urbs magna in *tres* partes scinditur, c. XVI. 19, præcedit *terrae motum* hunc, quo pars ejusdem urbis *decima* cadit, & reliqui convertuntur, c. XI. 13. Firma est hæc & valde necessaria observatio, cujus ope magni multique errores, passim obvii, effugiuntur.

¶ ὡς στῦλοι πυρὸς) Apud LXX dicitur στῦλος πυρὸς columna, qua Israëlitæ ducebantur noctu in deserto. Pedes hujus angeli, *columnis* similes, erant *paralleli* in stando; & rotundi, rotunditate æquali, ad plantam usque. conf. Ez. I. 7.

2 βιβλαρίδιον) At v. 8. 9. 10, βιβλίον. Hac lectione, *libellulus* esse primum videbatur Iohanni, ad ingentem staturam, in qua angelus apparebat, cœlum, mare, terram quodammodo complectens. Deinde vox e cœlo appellavit *librum*, ob magnitudinem argumenti: & hanc appellationem ore ac manu docili imitatus est Iohannes. Βιβλιδάριον σφόδρα ὑποκοριστικῶς λεχθὲν dicitur apud Andream Cæsariensem in cod. Augustano.

¶ θαλάσσης-γῆς) *mari-terra*) *Le Buy*, *Marckius*, *Newtonus*, recte *mare* interpretantur Europam, *terram* Asiam. quo pacto *flumina* Africam denotant, & *sol* ad totum orbem pertinet. cap. VIII. 7. 8. 10. 12. XVI. 2. 3. 4. 8. Mare, Europa: Terra, Asia. Sic *Huth.* diss. II ad Ap. XIV. pag. 12.

3 μυκάται) ὠρύεσθαι dicit vocem animalis fame vel ira affecti: μυκᾶσθαι, vocem naturalem. Vtrumque etiam leoni tribuitur. Theocritus μύκημα adscribit leænæ.

6 ὅτι χρόνος ἐκέτι ἔσαι, *chronum non amplius fore*) Gravissimum hoc apophthegma levi commento multi prætermittunt. Henr. Efferhen in Homilia VI & XIII de Gog & Magog interpretatur sic, *non praeteribit spacium anni*, videlicet inter Gog & inter finem rerum. Agnovit, *chronon* hîc speciali significatu accipi oportere: sed Gog multo serior est, quam *Non-chronus*, (quem *Ne-chronum* dixeris latinius:) & hæc periodus multo longior est, quam *annus*. Immo longior est, quam 1000 anni: & brevior, quam chronus, id est, quam anni $1111\frac{1}{9}$. Exibit A. 1836. Inde retrorsum *chronus* est ad priores partes Anni 725: & mox initium Chroni initia Non-chroni exceperunt. Ineunte non-chrono Saraceni non solum Hierosolymam tenebant, sed etiam toti ecclesiæ christianæ, ad summum veniente væ secundo, interitum videbantur intentare. Sed tamen *intra* chronum & hæc & insequentia mala fore superata confirmat angelus. Eudo Saracenos A. 726 vicit: & Carolus Martellus A. 731 ingentem eorum multitudinem prælio Turonensi delevit. v. *Vitringa* ad Ap. XII. 16. Nepos Martelli Carolus M. A. 800 novum in occidente inchoavit ordinem Imperatorum, sive *regum multorum* v. 11. Atque hic Non-chronus complectitur, præter cetera, paucum tempus væ tertii, tempora $3\frac{1}{2}$ mulieris in deserto, & durationem bestiæ varie divisam. Magna quidem super his periodis est dubitatio, & multi negant, ante exitum sciri quidquam posse: quo ipso martyres testesque veritatis, in Reformatione, & antea & postea, Apocalypsi, ejusque maxime capite XIII & XVII freti, deseruntur, & palmarius prophetiæ, contra mala imminentia nos præmonentis & præmunientis, fructus evacuatur. Sane ad referendam Apocalypsin aut totus eventus est necessarius, aut pars bona sufficit. Si totus eventus est necessarius, Apocalypsis neutiquam ante consummationem

seculi intelligetur: nam eventus eo usque, imo in ipsam æternitatem porrigitur. Si pars bona sufficit, quin utimur ea parte, ut ex præteritis futura metiamur, neque in eventus incurramus imparati! *Temerarius* est, qui dormit in periculo, *) non qui id prospicit. Non ita debemus esse confidentes in determinandis futuris, ut non ex eventu suspendi debeant, quæ textus non definiit, vel certe interpres nondum distincte cernit. Multa exempla habet *Die Erkl. Offenb.* p. 725. 874. 1064. &c. Sed qui omnia specialia vitant, ne quid in eventu quidem observare debeant, norunt. Spiritualis docilitas & sobrietas bene conveniunt.

7 καὶ ἐτελέσθη) καὶ habet vim consecutivam, *atque*, uti Ioh. IV. 35, ἔτι τετράμηνός ἐστι, καὶ ὁ θερισμὸς ἔρχεται.

Cf. Rom. II, 25.

¶ τὸ μυστήριον - τοῖς προφήταις, *mysterium - prophetis*) Hoc *mysterium*, Apocalypsi cum *prophetis* V. T. copiosissime collata, egregie illustravit D. Ioach. Langius in *Gloria Christi*. *Tempus* autem consummandi hujus mysterii, modo ad versum 6, & alias passim, declaravimus. **) Non solum per prophetas, sed ipsis quoque prophetis annunciatum est. Dan. X. 12.

9 δοῦναι) δός, perpauci, facilitatis gratia: δοῦναι, multo plurimi. unde olim *Latinus* reddidit, *ut daret*, & sic quoque *Syrus*. At præsenti allocutioni rectus sermo præ obliquo congruit. Quod superest, Infinitivus pro Imperativo ponitur. Frequens enim est hæc enallage Modi apud Græcos, ut ostendimus ad Chrysost. de Sacerd. p. 510 seq. Adde Biblioth. Brem. Class. VIII. p. 945 seqq. Ipsum δοῦναι pro δός exstat apud Theocritum. Fert hoc Hebræus etiam sermo, de quo vid. Dign. Speidelii Gramm. Hebr. pag. 139. Ac LXX Gen. XLV. 19 קחו λαβεῖν - καὶ παραγενέσθε. Adde Luc. IX. 3. Rom. XII. 15. Phil. III. 16. Moratum talis figura sermonem efficit, eique vel *majestatis* sensum indit, præsertim ubi Deus loquitur: vel *modestiam*, ut h. l. Etenim Iohannes magnam subinde in hoc libro, ac propemodum nimiam erga cœlites reverentiam declaravit, c. VII. 14. XIX. 10. XXII. 8. Itaque δοῦναι pro δός modestiæ illi respondet, qua in postulando libello usus est erga angelum. Iohannis exemplo humilitatem cordis & scrutinium propheticum debemus conjungere: eamque conjunctionem commode explicat, si dextre accipias, Lampius ad Psalmum CXXXI.

11 u) προφητεῦσαι *prophetare*) Iohannes, in visione agit per totum libri decursum.

CAP. XI.

1 Καὶ ἐδόθη μοι κάλαμος ὅμοιος ῥάβδῳ λέγων) Vid. App. crit. Ed. II ad h. l. Ἐδόθη μοι λέγων posset per syllepsin resolvi. nam Hebræi אמר absolute ponunt, unde idiotismus LXX interpretum, λέγων & λέγοντες, v. gr. Es. VII. 2, καὶ ἀπηγγέλη εἰς τὸν οἶκον δαυὶδ λέγων· ubi passivo ἀπηγγέλη continetur activum ἀπήγγειλεν, & ex ἀπήγγειλεν pendet λέγων. 2 Reg. XVIII. 36, ὅτι ἐντολὴ τοῦ βατιλέως, λέγων. Et sic sæpe, præsertim in Genesi & in Prophetis prioribus, & Ex. XVIII. 3. 6. 2 Chron. X. 5. Es. XXX. 21. Ez. XII. 22. Ps. LXXVIII. 4. Iob XXII. 17. Pari

*) *Conf. quæ supra notauimus ad c. I. 3. voc.* μακάριος, *obs.**) E.B.
**) *Vid. Not.* Gnom. *ad Rom. XI. 25.* E.B.

u) πάλιν, *iterum*] ut alii, te prægressi. v. 7. *V. g.*
¶ βατιλευσι πολλοῖς, *regibus multis*] cum illa temporis periodo, quæ v. 6 memoratur, pari passu ambulantibus. *V. g.*

Pari modo λέγων hîc necti posset cum verbo ἔδωκεν, quod continetur in ἐδόθη. Sed commodius ipsi calamo per metonymiam loquela tribuitur, Iohanne Eum, qui calamum dabat, ex v. 3. 8 noscendus, non conspiciente. Nam sic etiam *Altare loquens* audivit Iohannes c. XVI. 7.

¶ μέτρησον, *metire*) *Mensio*, adhuc futura.

2 τὴν αὐλὴν) In tabernaculo Mosaico, in templo Salomonis, & in templo Ezechielis pro Hebraico חצר LXX αὐλὴ ponere solent. Notatur atrium *subdiale* (in quo facile חציר *gramen* crescit:) quare sequitur, τὴν ἔξωθεν τοῦ ναοῦ. ἔσωθεν, pro ἔξωθεν, alicubi irrepsit: sed hæc, αὐλὴ, quum unica sit, intra templum, cui contradistinguitur, esse non potest. Etiam Ezech. VIII. 16 est חצר פנימית. Sed hîc solius *aulae* (*templo* contradistinctæ) *exterioris* mentio fit: quæ in *mensurando* non cum templo in censum venire, sed ut *exterior* est, ita extra templum sini debet. Per codices lectio ἔξωθεν multo est firmior.

¶ ἔξωθεν - ἔξω) Ploce: uti Es. XXXII. 19, *in humili humilis erit urbs.*

¶ πατήσουσι, *calcabunt*) Vid. Luc. XXI. 24 not.

¶ μῆνας τεσσαράκοντα, *menses XLII*) Hi menses, & versu 3 *dies MCCLX*, sunt communes. namque in eventu seriores sunt numero bestiæ, qui partim ænigmatice partim proprie positus, transitum libri a propheticis temporibus ad communia definit, ut alias ostendi copiosius. Porro, in *Harmonia Evangelistarum*, A. 1736, declaraveram, me in Gnomone responsurum ad *Ioh. Christiani Seiz.* Demonstrationem mathematicam de 1260 diebus testium & mulieris, Apoc. XI & XII. Responsionem equidem hoc loco adornatam habui satis copiosam, non modo ad illam Demonstrationem, sed etiam ad alteram, quam idem, anno 1737 ineunte, *Calami mensorii* titulo edidit. Sed eodem anno, ut res tum postulabat, scripsi diatriben, a collectoribus operis, quod vocatur *Geistliche Fama*, post alias Seizii & meas commentationes, Parti XXIII insertam: & interea dies, decisionem afferens, sententiam meam comprobavit, responsionemque supervacuam fecit. Hac igitur amota, alios interea nactus adversarios, illum dimitto. nam a disceptationibus haud necessariis vehementer abhorreo.

3 δώσω, *dabo*) videlicet, ut *prophetent.* [*Iesu Domini hic sermo est, de seruis prorsus eximiis.* V. g.] καὶ sequitur hîc tale, quale ו est Iobi VI. 9 ויאל אלוה וידכאני Gen. XLVII. 6. ואם ידעת ויש

¶ τοῖς μδυσὶ ἄρτυσί μου, *duobus testibus meis*) Non sunt hi Moses & Elias: sed insignes duumviri, (ut præter alios interpretes Nic. Selneccerus agnoscit,) illorum simul, & Iosuæ ac Zorobabelis similes. Ceterum venturus utique est, ante adventum Christi ad judicium, *Elias* propheta, uti venit ante adventum Christi in carne *Iohannes* baptista, Mal. III. 23 (IV. 5.) Et quemadmodum se habet indoles & agendi ratio Iohannis baptistæ ad adventum priorem, ita habet se indoles & agendi ratio Eliæ prophetæ ad adventum ultimum. conf. Matth. XVII. 12 not.

4 αἱ δύο ἔλαιαι καὶ αἱ δύο λυχνίαι αἱ ἐνώπιον τοῦ κυρίου τῆς γῆς ἑστῶτες) Vid. App. crit. Ed. II. *Deus coeli* dicitur versu 13, & *Deus terrae*, Es. LIV. 5. *Deus coeli & Deus terrae*, Gen. XXIV. 3. sed hoc loco *Dominus terrae*, ut in parallelo, Zach. IV. 14. -- Omnino Grammaticis regulis & multorum gustui congruit ἑστῶτες, ac potius αἱ ἑστῶσαι neque recusarem αἱ ἑστῶτες pro vitio librariorum habere, si hic unus ejusmodi locus esset. Sed quia Apocalypsis scatet figuratis locutionibus, ut passim osten-

ostendimus: quovis loco variante *paradoxam*, fateor, lectionem *genuinam* esse praesumo, eamque per librarios minus obstinatos fideliter simpliciterque propagatam, ceteras vero ad vulgarem regulam per recentiores librarios conformatas censeo. *) In praesenti exprimitur illud העמרים ex Zach. l. c. quamvis in Hebraeo facilior sit constructio, quam in Graeco, uti modo in לאמר λέγων v. 1. Articulus hoc loco est necessarius, ad nexum sermonis, ut ה in העמרים Nullus liber οἱ habet: manet igitur αἱ. Multo flexilior est articulus Graecus, quam nostra fert assuetudo: ut τῷ τὸν φόρον, ὁ τὸ πολὺ, οἱ μακρὰν κτλ. Itaque αἱ - ἑστῶτες, si placet, dicitur, ut si diceretur αἱ εἰσὶν ἑστῶτες, ubi αἱ subjectum & ἑστῶτες praedicatum non male conveniunt. Non dissimilis generum disparitas c. XIV. 19. Vid. etiam Not. ad Chrys. de Sacerd. p. 504. Si quis statuit, Iohannem non potuisse ita scribere, sequatur, quod eum scripsisse judicat.

8, 9 τὸ πτῶμα) נבלה singulari numero, collective dicitur, Psalm. LXXIX. 2. Es. XXVI. 19. Ier. XXXIV. 20. & sic h. l. τὸ πτῶμα, de duobus. Etiam *caput Oreb & Zeeb* dicitur, pro *capitibus*, Iud. VII. 25. Tertio mox loco τὰ πτώματα dicuntur: quanquam ibi quoque singularis numeri vestigium est in cod. *Leicestrensi*, τὸ σωμα. Differentiae rationem tametsi nullam videmus, tamen nullam esse temere dixeris. [Iacere *non dicuntur in textu. Quid, si* suspensum *iri supponas, quemadmodum & Dominus eorum e cruce fuit suspensus?* V. g.]

¶ τῆς πλατείας - ἐσταυρώθη· *platea - crucifixus est*) *Crucis* locus sub Tiberio extra urbem erat, haud scio an etiam sub Adriano: in urbem a Constantino exstructam transisse *martyrium* Dominicum sive crucis locum, docet Eusebius lib. III de Vita Const. cap. 32, & cap. 38, ubi *plateae* vicinae meminit. Varie mutata est urbis figura, & posthac mutabitur. Vrbs intra moenia locum *crucis* sive habet hodie, sive non habet, (nam peregrinatores inter se differentiunt, & qui negant, longe majori eum specie id faciunt: **) testium certe tempore locum crucis habebit in *platea*, vel intra moenia, vel extra. nam sic quoque רחב πλατεῖα dicitur. 2 Sam. XXI. 12. Prov. XXVI. 13. Neh. VIII. 1. cum adnot. Halens. p. 178. Luc. X. 10. (coll. Matth. X. 14.) Esth. IV. 6. Conf. Lightfoot. Hor. in Matth. p. 54. Bestia pridem valde laborat de Palaestina: post ascensum ex abysso laborat multo magis.

9 καὶ βλέπουσιν - καὶ ἐκ ἀφήσουσι) Praesens, subsequente alio tempore. Sic mox, χαίρουσι καὶ εὐφρανθήσονται. Conf. c. XII. 4. XIII. 12.

¶ ἡμέρας τρεῖς ἥμισυ) *dies* $3\frac{1}{2}$, non 3, aut 4. Irrefragabile exemplum vel unus praebet hic locus, quam religiose, i. e. quam praecise interpres, DOMINI verba tremens, propheticos numeros, proverbiali rotunditate carentes, accipere debeat. vid. *Erkl. Offenb.* p. 99.

11 πνεῦμα ζωῆς) Sic LXX Gen. VI. 17.

¶ εἰσῆλθεν αὐτοις) Hanc lectionem *Wolfius*, Graece alioqui callentissimus, *exemplo destitui* arbitratur. Atqui *Plutarchus*, πυθομένοις τοῦτο, δεινὸν εἰσῆλθε μῖσος. Multo antiquior *Herodotus*, τοισι ἐσελθεῖν ἡδονήν.

*) *Pertinet huc omnino egregium cel. D.* Ernesti *monitum, Instit. Interpr. N. T. Ed. II. p. 199.* §. 22: Non enim, *inquientis*, quod quisque, etiam non indoctus, parum intelligit, & commode explicare non potest, aut legibus orationis parum conuenire videtur, id statim falsum aut viriosum est. &c. E. B.

**) *Idque a cel.* Korte, *in seiner* Reise nach dem gelobten Lande, *demonstratum dedisse profitetur S. R. D.* Büsching, *in der* neuen Erdbeschreibung, *V Th. I Abth. p. m. 333.* E. B.

δονήν. *Plato*, εἰσέρχεται αὐτῷ δέος. Veruntamen hoc ab Hebraismo remotius est. Malim εἰσηλθεν ἐν αὐτοῖς בבם ab *Alex.* & *Augustano* codice admittere, præsertim quum facile syllabam εν bis legendam, semel scripserint librarii. Sic Luc. IX. 46, εἰσηλθε δε διαλογισμὸς ἐν αὐτοῖς· ubi item ἐν in duobus codicibus, Seldeni & Wolfii, omittitur.

13 ὀνόματα ἀνθρώπων χιλιάδες ἑπτά) Frequens appositio: δώδεκα χιλιάδες ἐσφραγισμένοι, c. VII. 5 seq. τρεῖς χιλιάδας παραβολὰς, 1 Reg. IV. 32. ψυχὰς ἀνδρῶν ἑκατὸν χιλιάδας, 1 Chron. V. 21.

¶ καὶ οἱ λοιποὶ, *& reliqui*) qui ex *Decimatione* supererant [*i. e. 63 hominum millia. Amplissima conuersio!* V. g.] *Baal Turim* (ut docet Lightfootus in Chron. N. T. ad Ioh. III.) *in* Num. 24, 8 *in ea verba*, Consumet gentes inimicas sibi, & ossa eorum franget; *notat literam* ע *donatam peculiari quodam signo, quod praemonstrat* eradicaturum septem gentes Canaanitarum *scilicet*) & tempore venturo (לעתיד לבוא reliquas sexaginta tres gentes, *i. e. universas septuaginta gentes mundi.* Tristitiam ominis mitigat hic Apocalypseos locus.

x) ¶ ἔδωκαν δοξαν, *dedere gloriam*) Character conversionis. Ier. XIII. 16.

¶ τῷ θεῷ τοῦ οὐρανοῦ, *Deo coeli*) *Dominus terrae* dicitur, versu 4. quando in terra jus suum per duos testes adversus contumaces declarat: *Deus coeli* dicitur, quando non solum, post calamitosissimam siccitatem, pluviam dat *de coelo*, sed etiam duobus testibus *in coelum* sublatis suam *in coelo* majestatem ostendit.

14 ἡ οὐαὶ ἡ δευτέρα, *vae secundum*) Hoc cel. D. Langio *designat periodum furoris antichristiani 42 mensium.* Comm. Ap. f. 221. Sed plane væ secundum attulerunt quatuor angeli Euphratæi. Vid. *Erkl. Offenb.* p. 73 &c.

y) 15 ὁ ἕβδομος, *septimus*) *Septimi* angeli præcipua Tuba est. Hæc ipsis apostolorum temporibus habebat propinquitatem: habitura vero eadem erat diuturnitatem. Propinquitatem rerum, quæ in ea secuturæ erant, sæpe seorsum spectavere apostoli, & fidelibus proposuere: ex diuturnitate autem ipsum terminum, ad quem res decursura foret, negarunt empæctæ; fideles diuturnitatem ipsam minus ceperunt. Ab utrisque causa apostolis data est, mysterii plenius explicandi. 2 Petr. III. 2 Thess. II.

Num *Gabriel* hic sit angelus, *cogitandum* lectori proponimus in Exegesi Germanica. Atque ipsum nomen גבריאל congruit. nam אל est *Deus:* & גבר *vir*, *validus.* Itaque id nomen, summam exhibet legationis ad Mariam, Luc. I. 31. 35, & tubæ in cœlo hîc ineuntis. nam c. XII. 5 nascitur υἱὸς ἄρρην. Is est אל גבור Es. IX. 5. Nil definio: nil conjicio: tantum quæro. Quod vero sequitur, affirmo: Hæc tuba omnium est amplissima, quæ & ipsa lætissimum hîc habet argumentum, & omnes tubas priorum angelorum, cœlitibus duntaxat, lætas reddit. Quare audiendi non sunt, qui hic malunt *tristes buccinas*, ab Iudæis in excommunicatione adhibitas, quam *festivas tubas* interpretari. Antiquitatum Iudaicarum abusus in exegesi N. T. præsertim Apocalypseos, plus obest, quam usus earundem prodest. Veritas, ex ipsa textûs evidentia, suam habente αὐτάρκειαν, discitur: abusus, errores injicit. Alia exempla videmus ad cap. XIII. 18. (annot. 2. §. 2.) & ad

x) ἔμφοβοι ἐγένοντο, *perterrefacti sunt*] Optabilius hoc auditu, quam istud: *quorum nulla fit mutatio, quique Deum nihil reuerentur*, Ps. LV. 20. Conf. etiam Apoc. XVI. 9. *V. g.*

y) ἡ οὐαὶ ἡ τρίτη, *vae tertium*] Ultima hoc vice prædicitur c. XII. 12: tum, c. XIII sq. reapse consequitur. *V. g.*

ad cap. XIV. 20. XVII. 9 not. 1. Præstaret, non attingere Iudæorum libros, si non melius operæ pretium ex iis reportari posset.

¶ ἐν τῷ οὐρανῷ, *in cælo*) Hoc proprie parallelum est cum loco illo Dan. II. 44: *IN Diebus regum illorum* (non posteaquam deleti erunt) *Deus COELI eriget regnum.* Dicitur *Deus cæli*, majestatem suam in *cælo* ostendens. conf. omnino v. 13 *not.* Postea res in *terram* descendit. Vid. mox de *regno mundi.*

¶ λέγοντες) Vid. App. Ed. II. Sic c. IV. 1 multi, φωνὴ λέγων. Vid. etiam cap. V. 12, & quæ notavimus supra ad cap. IX. 13 s. quæque notat Wolfius ad c. XIV. 7. XIX. 1. De scriptore Apocalypseos, non 200 post annis, sic existimavit Dionysius Alexandrinus, διάλεκτον μέντοι καὶ γλῶσσαν οὐκ ἀκριβῶς ἑλληνίζουσαν αὐτοῦ βλέπω, ἀλλ' ἰδιώμασι μὲν βαρβαρικοῖς χρώμενον, καί που καὶ σολοικίζοντα. *Verum sic*, inquit Lightfoot, *de dialecto & phraseologia judicat, qui neutram callebat, & id, quod hunc librum maxime commendat, ceu vituperium culpat.* Iohannes *enim* θεοδίδακτος *passim in sua* Apocalypsi *veteris Testamenti stylum assumebat: hic autem, qui* Hebrææ *linguæ erat ignarus, id omne, quod DEI DIALECTVS erat, SOLOECISMO imputabat, & quod intelligere nequibat, barbarum esse credebat.* Op. posth. f. 145. Sed tamen lectiones apocalypticæ, (solœcismi *specie* præditæ,) ut Dionysius demonstrat, vetustæ sunt, frequentes sunt, atque analogiam inter se habent: quæ autem syntaxin communem sequuntur, per librarios sunt invectæ, multis post Dionysium seculis.

¶ ἐγένετο ἡ βασιλεία τοῦ κόσμου, *factum est regnum mundi*) Multo glorioſior est hæc primæva lectio, quam illa festinantis librarii, ἐγένοντο αἱ βασιλεῖαι κτλ. Tales & tanti nævi, quos cap. I. 18. III. 12. V. 14. VI. 11. XI. 2. 17. XIV. 1. XV. 3. XVII. 8. 16. XX. 4. XXI. 24. XXII. 19. &c. notavimus, in iis remanent editionibus, quæ certatim recuduntur: quæ iis medetur recensio (non mea queror causa) neglecta jacet. Vid. Præf. § VIII. monit. 20. Revertimur ad locum. Divino *mundi regno* regna mundi cedunt. Sic Obad. v. 21, & Psalmi passim. Recte quidem Vitringa: *Tempore Constantini*, inquit, *implementum hujus oraculi frustra quæritur:* Anacr. Ap. p. 512. sed idem prophetiam hanc *post interitum bestiæ* impletum iri putat. In utroque assentitur ei cel. D. Langius. Hîc vera textûs analysis summe est necessaria: repræsentavimus autem eam supra, in Procœmio ad Apoc. num. 6. Multi nativam seriem capitis XI & sequentium convellunt: sed ea se ipsam vindicat. vid. *Erkl. Offenb.* p. 71 seq. 552. 564 &c. Væ tertium, quod capite XII. 12 proponitur, & præcipue capite XIII describitur, jamdiu est in cursu: & ex præsentibus dignoscitur, quæ sub tuba angeli septimi præterita sint, quæ futura.

¶ τοῦ κυρίου) Vid. App. crit. Ed. II. Sane κυρίου hîc ponitur ut nomen proprium, (ut Grotius & Le Buy agnoscunt,) cui optime cohæret, quod mox sequitur, καὶ τοῦ χριστοῦ αὐτοῦ. Etenim *Christus Domini* משיח יהוה dicitur, non *Christus Domini nostri.* Et sic in Apocalypsi cœlites dicunt *Deus, Dominus, Deus noster, Dominus Deus noster*: nunquam, *Dominus noster.* Eandem, si non lectionem, at mentem, habuere *Athanasius* in Synopsi ad h. l. & *Rupertus* in comm. p. 308.

¶ καὶ τοῦ χριστοῦ αὐτοῦ, & Christi, sive *Uncti, ejus*) Prima hæc est in Tractatione hac prophetica, post Exordium libri, appellatio *Christi*, in mentione videlicet *Regni* sub tuba angeli septimi. Namque rex antonomastice dicitur *Christus*, ut observat Hillerus Syntagm. p. 356. Conf. Bren-

Brentii Homil. XLII in Act. & Explic. catech. p. 114 seq. & p. 23. *Vnctus* fuit Elisa *propheta*, 1 Reg. XIX. 16. *Vncti* fuere *sacerdotes*, Exod. XXVIII. 41; sed maxime proprie *Reges*. Vnde absoluta *Vncti* appellatio non nisi *regem* denotat. *Vnctus Domini* solet dici, non *rex unctus*: at non nisi *sacerdos unctus* dicitur, per epitheton, Lev. IV. 5. imo Vnctus etiam expresse a sacerdote distinguitur, 1 Sam. II. 35. Psalm. CXXXII. 16. 17. In tota historia evangelica nomen *Christi* nunquam vocabulo *sacerdotis*, *regis* nomine sæpissime declaratur. Adeoque quotiescunque in Scriptura *Messias* memoratur, *Regnum* ejus spectatur. Sacerdotale officium simul & propheticum in regio (quod per metaphoram etiam *Pastor* significat, cap. XII. 5.) continetur. Vid. Hebr. II. 17 not. Regnum sæpe ad sacerdotium unus homo apud gentes quoque gessit, modo sub sacerdotis, modo sub regis titulo.

16 ἐνώπιον τȣ̃ θρονȣ̃ τȣ̃ θεȣ̃) Sic major pars codicum, *) quanquam antiquiores, τȣ̃ θρόνȣ, saltu a τȣ ad τȣ̃ facto, omiserunt. *Throni* mentio vel maxime huic loco, de *regno*, congruit, ubi etiam *throni* seniorum memorantur. z)

17 ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν, *qui est & qui erat*) Καὶ ὁ ἐρχόμενος, addidere aliqui. Brevior lectio, hic quoque genuina; plenior, ex parallelismo est. Vid. App. crit. Ed. II ad h. l. Tales varietates non cursim, ex rationibus communibus, sed explorate, ex nervis cuilibet proprie loco insitis, decidendæ veniunt. Quo pacto deprehendemus in præsenti, non tam cum tribus præcedentibus hunc locum c. XI. 17, quam cum uno subsequenti illo c. XVI. 5, esse conferendum. Trium præcedentium locorum quæ sit ratio, ad ea ipsa loca, præsertim ad c. I. 8, notavimus supra: nunc vero uterque hîc locus, c. XI. 17 & XVI. 5, in tubam angeli septimi, adeoque in consummationem mysterii Dei cadit, in qua, quod antehac per τὸ καὶ ὁ ἐρχόμενος prænunciatum fuerat, nunc opere ipso exhibetur, & exhibetur quidem primum in cœlo, c. XI. 17, deinde in terra, c. XVI. 5. Viderunt id pridem interpretes h. l. Ansbertus: *Nequaquam subjungunt, ut solebant*, & qui venturus es; *præsentem jam demonstrant*. Haymo, Ansberti vestigiis insistere solitus: *Intuendum est, quia non subjungit*, qui venturus es, *ut supra. Præsentem enim jam in judicio, quo hæc omnia agentur, demonstrant, quem venturum minime prædicant.* Ioh. Purvæus in comm. cum præfatione Lutheri excuso: *Tertium quod apponere consuevit, scilicet*, Et qui venturus est, *ideo non apponit, quia intellectuali visione tunc vidit propheta, quasi Deum jam judicantem.* Zeltnerus dissertationem A. 1712 edidit, quæ inscribitur *Evangelium tetragrammaton e Novo Testamento exulans.* Argumentum, ut id titulus complectitur, ex vero trahit aliquid. Quum Filius Dei versabatur in mundo, de promissionibus in V. T. datis & in nomine *Iehovah* comprehensis, quotquot eo tempore implendæ erant, impletæ sunt: & tum, quod futurum fuerat, in præsens ibat. Sed tamen in prophetia N. T. id est, in Apocalypsi, illud ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος, quo tetragrammaton יהוה exprimi solet, quasi de integro proponitur, & ipsum futurum, καὶ ὁ ἐρχόμενος, quasi redivivum in altero adventu Christi, de quo vid. Hebr. X. 37, sistitur, donec ineunte amplissima septimi angeli tuba primum καὶ ὁ ἐρχόμενος, quod initio solum in אהיה exstabat, deinde etiam

*) *Eamque confidentius margo* Ed. 2 *cum* Vers. germ. *sequitur, quam* Ed. maj. E. B.

z) ἐπὶ τὰ πρόσωπα ἀυτῶν, *in facies suas*] Nusquam alibi de Senioribus hoc legitur. *V. g.*

etiam καὶ ὁ ἦν, quod terminatio nominis יהוה denotabat, glorioſiſſime abſorbentur & in merum illud ὁ ὢν tranſeunt. Hinc fit, ut etiam res magnæ, ab hoc ipſo loco, non *venire* dicantur, uti *venire* dicebantur modo v. 14 & cap. IX. 12, ſed *veniſſe*, mox v. 18 & cap. XIV. 7. 15. XIX. 7. Normativam Scripturæ vim, etiam in locutionibus tenendam, ii minus tenent, qui etiamnum in precibus, in canticis, ſubinde dicunt, *Iehovah*, pro, *Domine* vel *Iah*. Nam ſub tuba ſeptimi Angeli deſinit uſitatum eſſe hoc *Tetragrammaton*, & ſolum *Digrammaton* יה cum plauſu effantur ſancti. c. XIX. 1.

17 ſ. ἐβασίλευσας· καὶ τὰ ἔθνη ὠργίσθησαν) Pſalm. XCIX. 1. LXX int. Κύριος ἐβασίλευσεν· ὀργιζέσθωσαν λαοί. Verbum ὀργιζέσθωσαν reſpondet hîc Hebræo רגז uti Exod. XV. 14. 2 Reg. XIX. 28, coll. v. 27. quo denotatur iracundia cum trepidatione.

18 καὶ ὁ καιρὸς) ſcil. ἐστίν. Non enim videtur hîc ὁ καιρὸς jungi cum ἦλθεν (quanquam ſæpe alias tempus & *eſſe* ſubintelligitur, & *venire* dicitur, idque uno junctim loco Pſalmi CII. v. 14.) quum ſententia illa, τὰ ἔθνη ὠργίσθησαν, καὶ ἦλθεν ἡ ὀργή σου, jam abſoluta ſit. Similiter poſt verbum ἔρχομαι ſubauditur ἐστὶ c. XXII. 12. Similiter, ὁ καιρὸς (ſcil. ἐστὶ) τοῦ κρῖναι τὸ κρίμα, 1 Petr. IV. 17. πότε ὁ καιρός ἐστιν. Marc. XIII. 33.

¶ τῶν νεκρῶν, *mortuorum*) mortalium & defunctorum. Plura ſic loquentis Scripturæ loca citat Exegeſis Germanica. Adde Siracidem, ſupra notatum, ad Iud. v. 4.

¶ κριθῆναι) Hoc verbum perinde, ut δοῦναι καὶ διαφθεῖραι, de Deo dicitur: reſpondetque Hebræo נשפט quod item de Deo dicitur. Eſ. LXVI. 16. Ez XXXVIII. 22 in Hebr. & Ez. XVII. 20. XX. 35. 36. Ioel IV. (III) 2 in Hebr. & apud LXX int. qui tamen non κριθῆναι, ſed διακριθῆναι habent: & Ier. II. 35. XXV. 31: quibus locis habent κρίνομαι. Innuitur admiranda Iudicis ſummi συγκατάβασις, qua *disceptationem*, pro juſtitia ſuæ cauſæ demonſtranda, judicationi irrefragabili attemperat. ὅπως ἂν νικήσῃς ἐν τῷ κρίνεσθαί σε, Rom. III. 4 not.

19 ὁ ναὸς) ὁ ναὸς, cap. III. 12. VII. 15, eſt היכל templum *totum*, ſed h. l. & deinceps רבור interior *pars* templi. a)

CAP. XII.

3 Πυρρὸς.) Alii πυρὸς, quod veteres ex πῦρ declinarunt, ut ſi Iohannes diceret μέγαν πυρὸς δράκοντα. Sed etiam pro πυρρὸς ſcribitur πυρὸς, c. VI. 4. Vid. Apparat. p. 805. 820. [*Ed. II. p. 524. 544.*] Igneam draconis indolem refert color.

¶ κεφαλὰς ἑπτὰ, *capita ſeptem*) *qualia commemorat etiam hiſtoria, & in hac ipſa urbe* (Hamburgi) *olim oſtenſum fuit talis draconis ſepticipitis ſceleton.* Ioh. Diet. *Winckler.* Diſquiſition. pag. 162.

4 καταφάγῃ, *devoraret*) *Olim apud plures fidem obtinuit, ſerpentes recens natorum infantium carnibus inhiare ſolitos.* Pricæus.

5 ἔτεκεν, *peperit*) *Filium maſculum* peperit eccleſia chriſtiana, Chriſtum, non in perſona ſua, ſed in regno conſideratum. De Conſtantino, imperii potito, interpretatur Vitringa, quem graviter refutat cel. D. Langius, in comm. Ap. f. 137. 141. Neque vero, ut hic idem ſtatuit, *Iſraelis converſio* hoc loco ſignificatur: nam ea natio in converſione ſua non parit, ſed naſcitur: & *corona ſtellarum duodecim*, duodecim tribûs converſas præfigurat: coll. Gen. XXXVII. 9. Partus hîc deſcriptus jamdudum eſt factus: converſio illa non-

a) τῆς διαθήκης, *teſtamenti*] fœderis, cum Abrahamo, Iſaaco & Iacobo ſanciti. *Vg.*

nondum est facta. Peperit mulier, quum Seculo IX multo plures, quam antea, *nationes*, cum suis principibus, ad cœtum christiani nominis aggregatæ sunt, *Slavorum* nominatim. Hoc igitur fere totum caput impletum est, quamvis in futura referat D. *Langius*, ibidem, & in Epicr. p. 408. Ipsum draconis bellum cum reliquo mulieris semine, v. 17, præcedit exortum bestiæ ex mari: hic autem factus est Seculo XI, ut mox demonstrabitur.

¶ υἱὸν ἄῤῥενα) Contulere huc literati homines loca apud Aristophanem & Alciphronem, ubi mulier dicitur peperisse παιδίον ἄῤῥεν· sed diversa est ratio. nam παιδίον est genus, υἱὸς species. Nec tamen sine causa υἱον ἄῤῥενα scribit Iohannes. Etenim sic quoque Ier. XX. 15 dicitur בן זכר ubi Græce est υἱὸς ἄρσην, vel ἄρσην simpliciter, ut hoc loco Primasius, *filium* omittens, *masculum* dicit, quemadmodum versus 13 habet.

¶ ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ, *in virga ferrea*) Vindicta in diutinam contumaciam, dum se ad obsequium submittunt.

6 εἰς τὴν ἔρημον) *Eremus* est pars orbis occidua, Europa, ejusve regiones præcipue cis Danubium: nam trans Danubium jam antehac magis imbutæ erant Christianismo. Conjugata sunt ערבה *eremus*, & מערב *occidens*. Spectari hoc loco statum ecclesiæ a Seculo IX, recte existimat *D. Laurentius Reinhardus* in Chronotaxi apoc. pag. 14.

¶ ἡμέρας χιλίας διακοσίας ἑξήκοντα, *dies MCCLX.*) *Dies MCCLX* prophetici sunt anni communes DCLVII pleni: quos si ab A. 864 ad 1521 numeres, certe non longe a vero aberraveris. *Firmum* in deserto, in Europa, locum mulier est nacta, in *Bohemia* præcipue, & ibi potissimum nutrita est, donec per *Reformationem* liberius & lautius ei *nutrimentum* obtigit. Terminus dierum 1260 est Reformatio *): terminus temporum, 1, 2, & $\frac{1}{2}$, est Millennium. *Inter Reformationem & Millennium non est notabilior revolutio, quam ipsa Reformatio*, cujus hinc momentum ingens satis perspicitur.

7 ὁ μιχαὴλ, *Michaël*) Archangelus, sed tamen

*) *Aliâ paullulum computandi ratione, in der* Erkl. Offenb. *Ed. II. p. 592*, terminus a quo *dierum* 1260 *quibus ibi anni communes 677 æquiparantur) non* in anno 864, *sed* 940, *&* terminus ad quem *non in anno* 1521, *i. e. in* Reformatione, *figitur, sed in* Ecclesiæ Bohemicæ *violenta* suppressione, *anno* 1617 *subsecutâ; eo quidem pacto, ut ipsa* Reformatio *v. 14, in* medio temporum 1. 2. $\frac{1}{2}$, *&, præcise loquendo, in* medio binarii, *quem hæc tempora referunt, locum suum inueniat. Ne magnum hic saltum committi existimes, Lector! memineris velim (aus der* Einleitung *zur Erkl. Offenb., § 52)*, diem propheticum *complecti* $\frac{1}{2}$ annum communem, *additis* fere 14 *diebus. Si* plenos *14 dies sumas:* dies 1260, *ex hac mensura, efficient* annos 678 cum appendice (*quos exhibet propemodum die* Erkl. Offenb. *l. c.*); *sin* 8 pro 14 diebus *sumseris: emerget* summa annorum 657 (*quam* Gnomon *propinat qui pari fere ratione ab* Erkl. Offenb. *abludit c. IX. 15. Ipsa igitur computandi* ratio *nonnisi* 21 annorum *differentiam infert (quâ in re malim der* Erkl. Offenb., *cujus* Editio *certe* II *Gnomone recentior est, quam* Gnomoni *palmam dare): sed* terminorum *a quo & ad quem diuersa constitutio intra* annorum 96 *spatium vagatur; quæ ipsa differentia quoad* caput rei, *amplissimas reuolutiones, easque* gradatim *factas, complexæ, nihil variat. (Conf. de tali* latitudine *den* Beschluss *der Erkl. Offenb., II St. p. 1082 sq., vel die* Vorrede *zu meiner* erklärenden Umschreibung &c. *p. IX.) Huc referas conclusionem, in der* Erkl. Offenb. *Ed. II. p. 591 obuiam:* Also wären die 677 Jahre zwischen A. 1524 und 1624 ausgeloffen. In dem Raum dieser 100 Jahre ist nichts bedenklicher, als die *Reformation*, und die mit deren Bestätigung verknüpfte betrübte Zerstörung der *Bœhmischen Brüder-Gemeine:* und also ist bey solcher Revolution das Ziel der 677 Jahre oder der 1260 prophetischen Tage zu suchen. Wir lassen einem jeden die Freyheit, das Jahr zu bestimmen: doch prüfe man, was folgt. A. 1517 nahm diss grosse Werk seinen Anfang. Die Bœhmische Brüder-Gemeine, und die Reformation, *stunden 100 Jahr nebeneinander*, bis auf das Jahr 1617. -- Von A. 1617 kommt man mit 677 Jahren zurücke auf das Jahr 940. --- und also geben die 1260 Tage den Periodum der bœhmischen Kirche. ---. E B.

tamen angelus creatus. Dan. X. 13. Iud. v. 9. Creatum agnoſcunt angelum Nic. Collado, Raph. Eglinus, Ionas Le Buy, Grotius, Cluverus, Medus, Dimpelius, alii.

¶ τῷ πολεμῆσαι) ſcil. ἦσαν. Elegans locutio. Sic Baſilius Seleucienſis de Abele, ὅλος τῷ δώρῳ γενόμενος, *totus in id, quod offerebat, intentus.* Conf. 2 Chron. XXVI. 5 in Hebr. Bellum cœpit ſuper πλάνῃ, qua totus orbis ablatus erat.

¶ μετὰ) *cum*, id eſt, *contra*. Sic μετὰ, v. 17. II. 16. XI. 7. XIII. 4. 7. XVII. 14. XIX. 19.

8 οὐκ ἴσχυσεν - αὐτῷ) Alii, οὐκ ἴσχυσαν, οὐδὲ τόπος εὑρέθη αὐτῶν. Pluralis numerus ſi valeret, eſſet οὐδὲ τόποις εὑρέθη αὐτοῖς (non αὐτῶν) uti dicitur Ap. XX. 11. Dan. II. 35, nec non Iob XVI. 18. *Victorinus* quoque habet, *Et non eſt inventus EI* (non, *EORVM*) *locus in cœlo.* Et *Caſſiod.* in Complexion. *draco præcipitatus in terram corruit, ita ut locum beatitudinis ulterius non HABERET.* Exegeſis item *Andreæ* de dracone ſolo, non de angelis ejus loquitur. Quo pacto fere omnia pro plurali teſtimonia diſparent. Stilus Apocalypticus, quod boni fit, quod adverſi accidit, id principi ſive antiſtiti, in ſingulari numero, præ iis quos habet ſubjectos, ſolet tribuere. Id hoc quoque loco obtinet. nam verſu 7, in prœlio, draco primum ſolus, deinde idem cum angelis ſuis, ſingulari tamen verbo, ἐπολέμησε, memoratur: & ſic verſu 9, 10, in clade, draco primum ſolus, deinde cum angelis ſuis deſcribitur. Poſthac ſolius draconis mentionem hic liber facit: quare ex hoc primo loco angeli draconis, ubi res fert, ſubaudientur. Simplex verbum ἰσχύειν, pro quo Pricæus mallet κατισχύειν, ponitur hoc loco, uti apud LXX int. Pſalm. XIII (XII) 5. Dan. VII. 21. ἰσχύειν πρός τινα.

¶ ἐν τῷ οὐρανῷ, *in cœlo*) in quo, inde a triumpho Chriſti, adhuc accuſarat fratres cœlitum, v. 10. Conf. v. 12. Cœlo terra includitur: non contra.

9 ὁ καλούμενος διάβολος, καὶ ὁ σατανᾶς κτλ.) *Diabolus* & *Satan* exacte ſunt ſynonyma, ut docet Druſius, & Raphelius in Annot. ex Polyb. p. 719. nam שטן & διαβάλλειν eſt *interjicere ſe* ad obſiſtendum: quare etiam LXX pro שטן quod 1 Reg. XI. 14. 23. 25 Græce retinetur, ſæpius ponunt διάβολος. Proinde non magis differunt, quam *gladius* vocabulo communi, & *enſis* poëtice. In ſolo idiomate Hebræo & Græco ineſt differentia: ac notatur adverſarius, gentes, ut *diabolus*, Iudæos, ut *Satanas*, infeſtans, hoc quidem loco utrosque ſanctos. Etiam Andreas Cæſarienſis vidit, vim eſſe in duplici appellatione; & hanc duplicitatem ad Iudæos & Gentes, ne ego nimiæ ſubtilitatis arceſſar, refert Grotius. *) Ceterum nota ad hunc textum pertinet, in quo utrumque, hebræum & græcum nomen jungitur. in aliis textibus etiam *diabolt* appellatio, ſola quippe, ad Iudæos pertinere utique poteſt.

¶ ὁ πλανῶν, *ſeducens*) Diabolus eſt *mendax* & *homicida*, Ioh. VIII. 44. *ſeductor*, h. l. & *ſævus*, v. 12, ubi *deſperatio*, ex paucitate temporis, ſævitiam incendit. At ſancti, qui eum vincunt, habent *fidem*, *amorem*, *ſpem*.

10 ἄρτι, *nunc*) Evidentiſſime docet hæc particula, caput hoc XII ab ipſo ſuo initio ad ſeptimi tubam angeli pertinere, nam quod ſub ejus tubæ clangore protinus cap. XI. 15 reſonabat, de *regno*, id hoc loco eximia cum epitaſi iteratur, neque ullo modo ante tubam hancce collocari

*) *Haud abſimilem diſtinctionem vidimus ad Gal. IV. 6. Altera confirmat alteram.* E. B.

cari potest. *Accusator* non impedivit *regem*, sed cives. porro cum hoc ipso loco superior pars capitis XII arctissime cohæret. Capite XI, 15-18 *proponuntur*, quæ complectitur ampliſſima hæc tuba: versu 19 & cap. XII-XXII est Exergasia, & copiosa exsecutionis descriptio.

¶ ὁ κατήγωρ) Nomen etiam orientali civitate donatum, a *Syro* interprete h. l. adhibitum. Itaque hoc ipso loco non ut Græcum (id quod Camero notat,) sed ut Hebraicum ponitur, subsequente synonymo mere Græco, ὁ κατηγορῶν. Copulatur utraque lingua, uti versu 9 & passim in hoc libro, Israelitas & gentes spectante. Vid. Schœttgen. Hor. Hebr. p. 1120 seqq. ubi etiam *Michaëlis* officium, & *antiqui serpentis* appellatio, ex Hebræorum scriptis illustrantur.

b) 12 οὐαὶ, *vae*) Hæc est *vae* tertii, gravissimi, sæpius jam denunciati, denunciatio ultima: & sub eo deinceps grassatur bestia. Quare quæ Wolfius T. IV Curar. p. 530. § *Novissime*, animadvertit, ea idem p. 535 comprobat, quum eos interpretes ceteris præfert, qui per bestiam Ap. XIII. 1 imperium *Romano - pontificium* designari existimant.

¶ τῇ γῇ καὶ τῇ θαλάσσῃ, *terrae & mari*) Terra ante mare ponitur, *vel* quia terra, cœlo opposita, potior est, & mare pars tantummodo est terræ, quæ versu seq. sub terra subauditur: *vel* quia vere in Asia prius cœpit væ tertium, quam, per bestiam, in Europa.

¶ ὀλιγον καιρὸν, *paucum tempus*) καιρὸς, hoc loco, singulari significatu est *tempus* 222⅔ annorum: & ὀλιγος καιρος est periodus proxime major temporibus, 3½, de quibus versu 14, adeoque *tempora* 4, sive 888⅔ anni, ab A. 947 ad A. 1836, ut ex aliarum periodorum, quibuscum hæc connectitur, rationibus colligitur. Vid. *Erkl. Offenb.* p. 619.

13 καὶ ὅτε κτλ. *& ut vidit draco, se jactum esse in terram*) *Draconem portentosum in aëre*, inquit Visserius, *circa haec tempora conspectum affirmat, qui se oculatum rei testem facit Arnolfus monachus Ratisbonensis. (de S. Emmerammo l. 2. t. 2 ant. lect. H. Canisii p. 98. 99.)* Ante aliquot annos in Pannonia constitutus, die quadam a tertia hora usque ad sextam diabolum vel draconem in aëre suspensum vidi. Erat autem magnitudo ejus incredibilis, longitudo tanta, ut quasi unius milliarii spatio videretur esse protensus. *Ex Arnolfo quaerit, qui in hoc dialogo sermonem cum eo confert, Admonitius:* Nunquid in illo tempore recordatus es aliquid horum, quæ beatus Iohannes in Apocalypsi sua de dracone & bestia scribit? *Respondet ille:* Vere in memoriam venerunt hæc, maxime autem urgebat me recordatio scripturæ ejusdem apocalypsis, in qua continetur: *Vae vobis, quia draco venit ad vos cum ira magna, sciens, quod modicum tempus habet.* de succeſſ. eccl. christian. f. 46. 47. Idem f. 36 ex Glabro *Rodulpho* memorat tale portentum in Gallia visum, circ. A. 1000 vel post. Floruitque *Arnolfus* circ. A. 1040. Quare visiones a *Rodulpho* & *Arnolfo* memoratæ, erant inter initia *pauci temporis* & 3½ *temporum*, & tum *in terram* certe jam erat *jactus* draco, *mulierem persequens:* sed revera hunc hostem tunc in Gallia & in Pannonia esse visum, minus sum credulus, quam ut assentiar. Referendum tamen censui, quia

b) V. 11. οὐκ, *non*] Hac *negatione* contradicitur accusationi, cujus argumentum hoc ipso indicatur. *V. g.*

¶ τὴν ψυχὴν αὐτῶν, *animam suam*] vel *vitam*. Pari modo Iobum quoque criminatus fuerat Satan, Iob. II. 4. Vitæ amori qui renunciat, in eum nihil jam valet calumniator. *V. g.*

cleſiam, Conſtantinopoli capta, Buda diu poſſeſſa, Vienna non ſemel obſeſſa. *Dimidium temporis*, ſunt $111\frac{1}{9}$ anni, ab A. 1725 ad 1836. Ante hujus dimidii temporis exitum, & quidem aliquanto ante, ultimos fluminis impetus terra abſorbet.

¶ ἀπὸ προσώπου) Conſtr. cum τρέφεται. Conf. מִפְּנֵי מִפְּנֵי, 2 Reg. XVI. 18, & Iud. IX. 21, ubi accentus hebraicus locutionem plane parallelam efficit: & Neh. IV. (9.) 3.

17 μετὰ τῶν λοιπῶν, *cum reliquis*) Hi ſunt fideles in terris infidelium diſperſi.

c) 18 ἐστάθην) Sic *Arethas* quoque: & probat *Ribera*. quanquam *Latini* plerique habent *ſtetit*, ἐστάθη, quam viciſſim lectionem probat Dœlingius de antichr. p. 284, & Peganius in Ap. p. 212. Vtriusque lectionis par fere & a codicibus eſt auctoritas, & ad ſenſum commoditas. Nam de dracone ſic flueret oratio: *Iratus eſt, & abiit: & ſtetit in arena maris, & dedit beſtiae ex mari ortae poteſtatem ſuam.* Sed quia nova pars incipit in *& ſtetit*, & hujus partis initio non iterum expreſſum eſt draconis nomen, hæc ſtatio potius ad Iohannem refertur. Qui quidem, tam varia quum viderit, tamen nullam aliam profectionem ſuam, niſi in ſpiritu factam, v. gr. c. XVII. 3, commemorat: enimvero hæc quoque ſtatio ſuper arenam maris facta eſt in viſione. Valde ſingularis eſt hæc viſio, & hinc Iohannes hanc ſuam in arena maris ſtationem commemorat. De viſionibus ad aquas conf. Dan. VIII. 2. X. 4. Ez. I. 3. Gen. XLI. 1.

CAP. XIII.

1 Ἐκ τῆς θαλάσσης, *ex mari*) Tria væ orbem terræ ab ortu ad occaſum permeant. Primum erat in Perſide: ſecundum, ab Euphrate profectum eſt: tertium, ſub dracone, beſtia in occidente ſuſtentat. In epilogo commentationis Germanicæ, leges & characteres plus quadraginta veræ interpretationis apocalypticæ enumeravimus. In his non minimam vim habet expedita væ trium, & ipſius væ tertii, evolutio.

¶ θηρίον κτλ. *beſtiam &c.* θηρίον, ſono diminutivum, non ſenſu. *) nam etiam elephanti θηρία dicuntur: & apud Homerum μάλα μέγα θηρίον eſt magnus cervus ab Vlyſſe confixus.

Vetuſtiſſimi patres *capita ſeptem* beſtiæ ſtatuerunt eſſe totidem ſecula ſive regna mundi ab ejus initio ad finem: a quo interpretamento non longe remotus eſt D. *Gebhardi*, cui beſtia apocalyptica eſt abuſus poteſtatis politicæ, civitatis antichriſtianæ fulcrum; ſeptem capita, Pharao, Ieroboam, Aſſur Babel, Antiochus, Synedrium phariſaicum, tum, Imperator Romæ, & beſtia ex abyſſo. vid. comm. in XII proph. pag. 508-524. coll. pag. 217 ſeqq. 292. Contra, *Victorinus* caput ſive regem unum accepit de Domitiano, qui Iohannis tempore imperabat: cetera de ejus quinque anteceſſoribus ſingulis & ſucceſſore proximo: & ſic Hammondus a Claudio ad Domitianum; ſic Boſſuetus, de Maximino ejusque quinque conſortibus, quibus ipſe ſuperſtes erat, & uno ei ſuperſtite Licinio, quod ipſum ab Epilyſi Raph. Eglini

c) τῶν τηρούντων ἰὰς ἐντολὰς τοῦ θεοῦ, *ſeruantium praecepta DEI*] Hoc eorum eſt omnium, qui draconem habent aduerſarium. *V.g.*

¶ τὴν μαρτυρίαν Ἰησοῦ, *teſtimonium Ieſu*] quod Filius DEI ſit ac mundi Saluator. *V.g.*

*) *Hinc neque* ἀρνίον, *c. V. 6, ex terminatione, ſed ex uſu potius, pro diminutiuo ſumitur.* E. B.

cleſiam, Conſtantinopoli capta, Buda diu poſſeſſa, Vienna non ſemel obſeſſa. *Dimidium temporis*, ſunt $111\frac{1}{9}$ anni, ab A. 1725 ad 1836. Ante hujus dimidii temporis exitum, & quidem aliquanto ante, ultimos fluminis impetus terra abſorbet.

¶ ἀπὸ προσώπου) Conſtr. cum τρέφεται. Conf. מִפְּנֵי מִפְּנֵי, 2 Reg. XVI. 18, & Iud. IX. 21, ubi accentus hebraicus locutionem plane parallelam efficit: & Neh. IV. (9.) 3.

17 μετὰ τῶν λοιπῶν, *cum reliquis*) Hi ſunt fideles in terris infidelium diſperſi.

c) 18 ἐστάθην) Sic *Arethas* quoque: & probat *Ribera*. quanquam *Latini* plerique habent *ſtetit*, ἐστάθη, quam viciſſim lectionem probat Dœlingius de antichr. p. 284, & Peganius in Ap. p. 212. Vtriusque lectionis par fere & a codicibus eſt auctoritas, & ad ſenſum commoditas. Nam de dracone ſic flueret oratio: *Iratus eſt, & abiit: & ſtetit in arena maris, & dedit beſtiae ex mari ortae poteſtatem ſuam.* Sed quia nova pars incipit in *& ſtetit*, & hujus partis initio non iterum expreſſum eſt draconis nomen, hæc ſtatio potius ad Iohannem refertur. Qui quidem, tam varia quum viderit, tamen nullam aliam profectionem ſuam, niſi in ſpiritu factam, v. gr. c. XVII. 3, commemorat: enimvero hæc quoque ſtatio ſuper arenam maris facta eſt in viſione. Valde ſingularis eſt hæc viſio, & hinc Iohannes hanc ſuam in arena maris ſtationem commemorat. De viſionibus ad aquas conf. Dan. VIII. 2. X. 4. Ez. I. 3. Gen. XLI. 1.

CAP. XIII.

1 Ἐκ τῆς θαλάσσης, *ex mari*) Triæ væ orbem terræ ab ortu ad occaſum permeant. Primum erat in Perſide: ſecundum, ab Euphrate profectum eſt: tertium, ſub dracone, beſtia in occidente ſuſtentat. In epilogo commentationis Germanicæ, leges & characteres plus quadraginta veræ interpretationis apocalypticæ enumeravimus. In his non minimam vim habet expedita væ trium, & ipſius væ tertii, evolutio.

¶ θηρίον κτλ. *beſtiam &c.* θηρίον, ſono diminutivum, non ſenſu. *) nam etiam elephanti θηρία dicuntur: & apud Homerum μάλα μέγα θηρίον eſt magnus cervus ab Vlyſſe confixus.

Vetuſtiſſimi patres *capita ſeptem* beſtiæ ſtatuerunt eſſe totidem ſecula ſive regna mundi ab ejus initio ad finem: a quo interpretamento non longe remotus eſt D. *Gebhardi*, cui beſtia apocalyptica eſt abuſus poteſtatis politicæ, civitatis antichriſtianæ fulcrum; ſeptem capita, Pharao, Ieroboam, Aſſur Babel, Antiochus, Synedrium phariſaicum, tum, Imperator Romæ, & beſtia ex abyſſo. vid. comm. in XII proph. pag. 508-524. coll. pag. 217 ſeqq. 292. Contra, *Victorinus* caput ſive regem unum accepit de Domitiano, qui Iohannis tempore imperabat: cetera de ejus quinque anteceſſoribus ſingulis & ſucceſſore proximo: & ſic Hammondus a Claudio ad Domitianum; ſic Boſſuetus, de Maximino ejusque quinque conſortibus, quibus ipſe ſuperſtes erat, & uno ei ſuperſtite Licinio, quod ipſum ab Epilyſi Raph. Eglini

c) τῶν τηρούντων τὰς ἐντολὰς τοῦ θεοῦ, *ſeruantium praecepta DEI*] Hoc eorum eſt omnium, qui draconem habent aduerſarium. *V.g.*

¶ τὴν μαρτυρίαν Ἰησοῦ, *teſtimonium Ieſu*] quod Filius DEI ſit ac mundi Saluator. *V.g.*

*) *Hinc neque* ἀρνίον, *c. V. 6, ex terminatione, ſed ex uſu potius, pro diminutiuo ſumitur.* E. B.

Eglini non longe abeſt. Altera interpretatio nimis *laxa* eſt; altera nimis *anguſta*, quanquam commodior, quatenus ſeptem montes non deſerit. Ab utravis anſam potuere ſumere, qui ſeptem illa capita magno conſenſu referunt ad ſeptem formas politiæ Romanæ, quas dent (vide inprimis Borrhaum ad h. l.) 1 Reges, 2 conſules, 3 decemviri, 4 tribuni militares conſulari poteſtate, 5 dictatores, 6 Imperatores. Septimam paulo poſt videbimus. Quid autem I opus eſt, res Romanas, quas Daniel, cujus id antiquitati conveniebat, ſatis jam tum deſcripſit, in apocalypſi non ſolum ſupra væ tertii initia, ſed etiam a beſtiæ quartæ Danieliticæ initiis, imo longe altius repetitas quærere? nam Daniel beſtiæ tertiæ quartam, uti ſecundæ tertiam, primæ ſecundam duntaxat ſubnectit: at ii, quibus caput primum beſtiæ apocalypticæ ſunt Romæ reges, ultra beſtiam Danieliticam tertiam totam aſcendunt, quum vel ultimus rex & primi conſules Romæ in principia ſecundæ, id eſt, Perſarum, cadant. II Ipſe ſeptenarius capitum titubat hoc modo; neque conſules, decemviri, tribuni, pro tribus capitibus numerari poſſunt, ſed aut pro uno, qui collegarum numerus ſpeciem regiminis non variat: aut pro viginti circiter; adeo ſæpe conſulibus interjecti ſunt ceteri: aut ſi interjectu illo numerus formarum non augetur, etiam reges (ut dictatores, quocunque placet, referas) cum imperatoribus pro uno capite numerandi fuerint. Certe chronologi epochas Romanas non niſi a regibus conſulibusque denominant, & his reliqua ſubordinant, donec ad imperatores veniunt. vid. Com. Camilli de Sylveſtris Chronol. p. 190 ſeqq. Vtut eſt, ex diverſitate capitum, & ex numero ſeptem regum, beſtia ejusque caput ultimum non demum cognoſcuntur; quanquam id unum cauſantur interpretes: clarius vero, citra ejuſmodi ambages, prophetia & meretricem & cum ea beſtiam innuit. III Soli ſeptimo capiti *paullulum manſionis* adſcribitur. at ceteris capitibus, v. gr. ſi decemviri ſunt caput, quorum poteſtatem ultra biennium valuiſſe, Tacitus in procemio annalium negat; quis hac methodo longiorem manſionem conficiet? IV Quum ad imperatores, quaſi ad caput ſextum, deventum eſt, varie ſe exercent ingenia, quis eorum ultimus hoc reſpectu ſit habendus: Domitianus, cui ſuccedere cœperint imperatores externi; an Diocletianus, in quo ethnicismus finierit; an Conſtantinus, qui paullulum manere debuerit, Romæ videlicet; an Auguſtulus, ab Odoacro devictus? V In *ſeptimo* capite illud non effugiunt, quin nimis longam ejus manſionem, nimisque magnum ab eo diſcrimen octavi, qui tamen e ſeptem eſt, introducant: ut quum huc referunt Conſtantinum, qui in oriente ſedere cœperit; aut Odoacrum Herulosque cum Gothis & Longobardis; aut Bonifacium III aut Carolum M. cum utriusque ſucceſſoribus. Plura ad tales opiniones refutandas idonea, ſi opus eſt, ſumi poſſunt ex iis, quæ jam ſequuntur.

Namque hoc potiſſimum loco Germanica mea *Exegeſis*, & cel. D. *Ioachimi Langii* Epicriſis, invicem conferendæ ſunt. Ac primum conſtare debet, quid ſit in quæſtione. Vterque noſtrum agnoſcit, I aliam eſſe *beſtiam*, aliam *meretricem*: II *Babylonem* eſſe Romam, eamque noviſſimi præcipue temporis ſui: III non nulla, quæ in Apocalypſi de beſtia dicuntur, dici etiam apud *Danielem* de quarta beſtia: IV beſtiam & ut *corpus*, & ut *individuum* deſcribi: V *papatum* quoque in Apocalypſi notari: VI Impium illum, qui *antichriſtus* dicitur, eſſe individuum. Sed in eo vis eſt differentiæ, quod Theologus Halenſis *papatum* ſub *Babylonis* pictura ait haberi,

beri; ego, sub descriptione *bestiae*, ita quidem, ut capita hujus denotent *successionem* papalem a seculo XI, ac postremo tempore Impius ille *unus* simul & papatum gerat, quatenus e septem est, & novam ex abysso malignitatem adjungat, quatenus octavus ipse est. *Permagnum igitur nobis momentum in hac prophetiae parte situm est, cujus eventum hodiernus habet dies.* Primum *THESES* in illa exegesi ad h. l. exhibitas, & in Epicrisi examinatas, repetam, partimque declarabo amplius, partim vindicabo. Solicite agam & perspicue: tu, Lector, si quid tua referre judicas (refert autem multum,) fac adsis. Miserum enim est, ubi in re seria multum verborum fit, profectuum nihil. Qui tractationem illam meam in singulas Theses, & Epicrisin Langianam, ad verbum expenderit alternatim, & cum utravis praesentem meam explanationem contulerit, hunc operae non poenitebit.

THESIS I. *Una eademque bestia est, cornuum decem & capitum septem, quae Apoc. XIII & XVII describitur.*

Concedit D. Langius, p. 376. Sed quum ego hanc thesin praestruxissem ea tantummodo mente, ut demonstratio ex capite XIII & XVII deinceps conjunctim deducenda cohaereret, ille ante, quam ego quidquam de meretrice dicam, protinus occupat, & ait, *Ap. XIII & XVII bestiam ita fisti, ut meretricem SIVE PAPATVM pessundet.* De suo addit, *sive papatum.* Bestiam a meretrice diversam esse uterque nostrum, ut dixi, peraeque agnoscit: sed antequam quaestio de textibus, qui *papatum* notent, decisa sit, *papatum* neque mihi pro *bestia*, neque illi pro *meretrice* licet ponere. Perpetuus ex *homonymia* error Epicrisin tenet. Tu, Lector, recordabere: neque enim quovis id loco inculcabo. Pro mea autem parte distincte incedam.

THESIS II. *Bestia est potestas regno Christi opposita ecclesiastico politica.*

Hoc quoque concedit, p. 377. Sed quum ego opinioni quorundam, qui bestiam pro potestate vel mere spirituali vel mere politica (invito D. Langio,) haberent, occurrerem, neque adhuc de papatu subsumerem: ille, ne de papatu accipiam, intercedit. Exspectandum erat, donec ego hac utrinque agnita thesi in progressu abuti viderer.

THESIS III. *Bestia cum urbe Roma intimam & plane singularem habet conjunctionem.*

Hanc Thesin Epicrisis p. 377 ita concedit, ut ne *probationis* quidem egere dicat: & tamen p. 378 ei quoque ipsam *verisimilitudinem* abdicit; quatenus videlicet bestia non idcirco, & Roma, sint idem. Sed ego non magis, idem esse, dico. Conjuncta non sunt idem: conjunctionemque probavi, capitis XVII allegatione, non quod eam hodie negari putarem, sed quo firmius haec Thesis cum Thesi IV sustentaret Thesin V.

THESIS IV. *Bestia est in praesenti.*

Postularam, ut hae Theses quam rigidissime examinarentur. Examinavit Theologus Halensis, sed, ut ait, *parum rigide: neque enim opus fuisse.* p. 386. Opus certe fuit in hac Thesi, ob Thesin sequentem, cujus examen speciatim petieram, idque jure. Amanter dicam atque aperte: (nam veritas hoc sontico loco in discrimen adducta cogit:) *Epicrisis lectoribus suis, quos utique multos propter celebritatem Auctoris habet, non refert, quod referri magnopere oportuit.* Ea tota sic habet: *Haec Thesis innititur praecedenti. Sed quum ea plane fundamento careat, nempe bestiam esse papatum, juxta cum illa ruit*, p. 377. Strenuae formulae, *plane, ruit*, & aliae, quas Venerando Auctori plerophoria sententiae

tiæ ſuæ paſſim ſuppeditat, lectorem occupare non debent, quo minus dubitet, &, quæ uterque noſtrum profert, invicem expendat. Valde neceſſaria eſt & admonitio hæc & ejus recordatio. Ego Theſin ſic probaram: *Nondum praeteriit beſtia: nam Roma ſtat, & hac urbe vaſtata, interit demum beſtia. Non tota demum FVTVRA eſt: nam vae ſecundum jam pridem abiit; eo autem elapſo tertium vae veniebat cito, & ſub initium hujus vae beſtia ex mari cito eſt exorta. Ergo beſtia, quaecunque eſt, hodie eſt.* Non Theſi præcedenti, quamvis & Theologo Halenſi & mihi placitæ, Theſin IV, ut ille ait, ſuperſtruxi: multo minus huic propoſitioni, *beſtia eſt papatus*, quam, per ſe veram, ille Theſi præcedenti æquipollentem ſine cauſa facit, Theſis IV vim ſuam in acceptis refert; indignus quippe circulus eſſet, collata Theſi V: minime omnium *ſola* ea propoſitione, ſolam enim Epicriſis refert, Theſis IV nititur. Mea probatio perſtat: 1) Beſtia nondum præteriit: 2) non tota FVTVRA eſt: 3) ergo in præſenti eſt. *Quartum* non datur: *primum* agnoſcit Theologus Halenſis: ex primo & ſecundo *tertium* neceſſario ſequitur; idque totam de beſtia ſententiam Langianam tollit, meam ſuſtentat. *Secundum*, ut debui, probavi, paucis, ſed tamen ex toto prophetiæ nexu, qui lectorem commentationis ad eum usque locum deductæ continuum (talem enim poſtulat) non poteſt fugere. Summam petis argumentorum ex analyſi temporum deſumtam? Vide *Erkl. Offenb.* pag. 114. Summam mavis argumentorum a temporum analyſi ſejunctam? Vide ibidem p. 92 ſeqq. Hæc referre potius & examinare debuit Epicriſis, quam in ipſo controverſiæ *centro* unum mihi argumentum prorſus inane attribuere, &, eo facile ſoluto, rem aliis quaſi tranſactam repræſentare.

THESIS V. *Beſtia eſt Papatus Romanus.*

Hæc vero Theſis eſt palmaria, de qua Epicriſis agit p. 378. Theſis III eſt extra controverſiam: Theſin IV vindicavimus modo. Theſis hæc V, duabus illis innixa, manet irrefragabilis, id eſt, evidens & certa. Beſtia, inquam, cum urbe *Roma* arcte conjuncta eſt: & beſtia eſt *hodie*. Ergo aut aliam poteſtatem hodiernam papa majorem & cum urbe Roma conjunctiorem monſtrari, aut papam pro beſtia haberi, neceſſe eſt. Plura dixeram ad hanc ipſam Theſin, p. 664. & congruunt, quæ diſſerueram pag. 659: *Per conſiderationem vae trium, & omnium adeo, quae in prophetia ejusque eventu praecedunt & ſequuntur, ita includimur, ut neque antea neque poſtea, neque in oriente, neque in occidente, aliud quidpiam cogitare poſſimus, atque papatum. Conferantur, quae ad cap. XII. 12 14 expoſita ſunt.* Adde *Introductionem*, præſertim § 31. 40. 42. 44, num. 12. Omnes hi nervi adhuc ſunt integri.

Vlterior Elenchus (*Fernerer Beweis*) Daniele præcipue adhibito, a cel. viro eſt adornatus, noviter, hoc nomine, ut me convinceret. p. 393 ſeqq. coll. p. 381. 384. Gratum eſt munus: rem ipſam conſiderabo.

Probat Elenchus, 1) beſtiam apocalypticam primo, ut totum corpus, deinde ut individuum ſpectari: 2) eandem eſſe monarchiæ Romanæ. p. 393 ſ. 402 ſ. Reſp. Vtrumque ego, etiam citra ambages rationum ex Daniele quæſitarum, concedo: & id ipſum interpretationem beſtiæ a me datam adjuvabit. Videamus momenta ſingula.

1. Hac differentia, quæ beſtiam primo ut totum corpus, deinde ut individuum ſumat, non percepta, errorem præſto ait eſſe. p. 394. Reſp. Sane hæc differentia eſt; etiam *magis varia*, quam Theologo

logo Halensi videtur. Inde erroris, in quo versatur, originem videbimus, maxime Thesi X.

2. *Bestiae*, etiam totius, ac *meretricis* (& papatus) magnam esse *conjunctionem*, demonstrat. p. 934 seq. Præclare; si glossa de papatu a meretrice ad bestiam transferatur.

3. *Demonstratio*, ut Auctor appellat, *concentrata*, qua ostendatur, bestiam apocalypticam non esse papam, tribus constat rationibus. p. 396 sq. Eas solvemus.

a. Negat, me sententiam meam ulla re probasse. Resp. Probavi plane, & probo, hac ipsa potissimum Thesi, iterum iterumque. Singulas *textûs* partes postea recognoscemus. Neque contrarium quidquam cum demonstratione mea unquam contexere necesse habui.

b. Totam vim demonstrationis meæ, quod bestia sit papa, desumtam ait esse a regio statu & dominatu paparum: at papalem hierarchiam sub schemate meretricis regalis sisti. p. 397. Resp. Hanc quæstionem, utrum bestiæ an meretricis regnum sit papæ regnum, regalis status & dominatus, quem utraque illarum habet, non terminat. Regalem statum & dominatum paparum ostendi oportuit, quia *sine* eo papatus non esset bestia: sed papatum esse bestiam, aliis antea modis ostensum est.

c. repetit, aliam esse bestiam, atque meretricem. ibid. coll. p. 371-374. Iterum & sæpius concedo: sed non ostendit, papam esse meretricem.

4. Parallelismus quoque prophetiæ Danielitiæ & Apocalypticæ, a Theologo Halensi subjunctus, ibidem, sententiam ejus ita frangit, ut meam corroboret. Distincte procedemus, & per aliquot Observationes speciales Thesin hanc V denuo resultantem videbimus.

Observ. 1. *cum bestia quarta, Dan. VII. 7 f. similitudinem habet Apocalyptica.*

Permultas similitudines enumerat Epicrisis, p. 398-402. In his eminet ipsa *bestiae* appellatio utrique communis: *decem cornua:* ingens *potentia: duratio* usque ad regnum Christi & sanctorum. De *ore magniloquo*, de *bello cum sanctis*, de *temporibus* $3\frac{1}{2}$ infra dicemus.

Observ. 2. *Notabilis est etiam dissimilitudo.*

Nonnulla solus memorat Daniel: speciem formidabilem, robur ingens, ferreos dentes, diversitatem a prioribus bestiis, cornu parvum, oculos hujus humanos, tria cornua evulsa, ungues æreos &c. Rursus multa nova sunt in Apocalypsi: capita septem, (quum unum sit in Dan. VII. 20.) nomen blasphemiæ; similitudo ipsius bestiæ, pedum, oris, cum bestia apud Danielem tertia, secunda, prima; draconis præsidium, plaga letalis eaque sanata, terræ admiratio, terricolæ adorantes, insidens mulier, ascensus ex abysso &c. Ipsa decem cornua aliter Daniel describit, aliter Iohannes.

Observ. 3. *Non eadem prorsus bestia est.*

Eandem esse, Theologus Halensis existimat: sed similia non semper sunt eadem; dissimilia, etiam rarius: & cum tali dissimilitudine, qualis hoc loco est, quod v. gr. ad capita pertinet, identitas stare nequit.

Observ. 4. *Multis seculis seriorem ortum habet apocalyptica bestia, quam Danielitica.*

Quarta apud Danielem bestia, utrum sit regnum *Graeco-Syriacum*, an imperium *Romanum*, ambigitur. Vtrumvis interpretes non proletarii statuunt: illud v. gr. Franc. Iunius, hoc Ioach. Langius. Sume Romanum imperium, & quidem ortum ejus quam maxime serum, sub Augusto, qui Ægypti, ultimi regni de Græca monarchia, potitus est. Id erat ante Iohannis, non dicam, nativitatem, sed visionem.

Porro visio & prophetia futurarum est rerum: unde, quanquam monarchia Babylonica, Daniele propheta, in medio flore erat, tamen initia ejus in visione, quasi ex abrupto, a tempore tum præsente ducuntur. Dan. II. 38. VII. 17. Certum igitur est, Danieliticam bestiam habere ortum antiquiorem, quam Apocalypticam. Hanc autem visionis Iohanneæ series ortam esse demonstrat *post* abitum væ secundi, Saracenici, &, sub tuba angeli septimi, *post* draconis res capite XII relatas, sub væ tertio, *post* ipsum draconis abitum ad bellum cum reliquis seminis mulieris gerendum. Recte cel. D. *Langius* in comm. Germ. ad Apoc. fol. 92 observat, cap. IX. 1 πεπτωκότα in præterito, non πίπτοντα in præsenti, dici de stella: quanquam de ipso stellæ ibi lapsæ tempore nunc non quærimus. Non minus observandum est, quod h. l. θηρίον dicitur vicissim ἀναβαῖνον in præsenti, non ἀναβεβηκὸς in præterito. Ascensus bestiæ ex mari est sub væ tertio.

Observ. 5. *Bestia apocalyptica est papatus Romanus.*

Hoc inevitabili sequela ex præcedentibus fluit observationibus. Neque rationes, quas ex Daniele & Apocalypsi conjunctim proponit Halensis Theologus, id impediunt, sive ex Apocalypsi sola, sive ex Daniele quoque stringantur:

α. *Bestia est tale*, inquit, *individuum, quod in suo regno successores non habet: quippe quod regnum cum interitu bestiae simul deletur. At papae in sua hierarchia habent successores.* Epicr. p. 403. Resp. Vltimum in ea successione individuum, quod Thesi X videbimus, non habet successorem.

β. *Bestia oritur ex stirpe principum (Regenten-Stamm) monarchiae Romanae: inde autem nullus papa est exortus.* ibid. Resp. Vtrum *genealogico* sensu *stirpem principum* dicat Epicrisis, an *politico*, non apparet. *Genealogico* sensu ipsi imperatores tam variæ stirpis fuere, ut plerique pontifices majori jure censeantur *Romanae* stirpis, quam ipse v. gr. Trajanus. *Politico* sensu, quicquid potentiæ habet papa, ex *Romana*, non hierarchia, sed monarchia habet.

γ. *Bestia est futura: papae jam diu regnant.* ibid. Resp. Papa ultimus, singularis, pessimus, est futurus.

δ. *Bestia summo imperio politico regna obtinebit.* p. 404. Resp. Papæ obtinuerunt, & papa individualis postremo suo tempore obtinebit multo magis.

ε. *Bestia jacietur in stagnum ignis: Babylon prius delebitur, ab ipsa bestia. Babylon igitur non est bestia.* ibid. Resp. Concedo, salva Thesi.

Vberiorem Elenchum, ut arbitror, expediimus: nunc revertimur ad Theses, quarum decima, quintam hancce amplius dilucidabit, etiam quod ad Danielem attinet.

THESIS VI. *Hic papatus sive regnum papale jam dudum esse cœpit.*

Hac thesi non conor probare, *papam esse bestiam*, ut Epicrisis refert, p. 378. Id probatum est hactenus. Nunc, eo constituto, progressus legitimæ demonstrationis postulat, ut ostendatur, talem potestatem, qualis in prophetia adscribitur bestiæ, præ ea, quæ meretrici adscribitur, in papatu reperiri: & ut investigetur, quo potissimum tempore sit orta. Quare vel maxime ad rem faciunt, quæ ad hanc Thesin collegeram. Opponitur Christo, non quod ad Personam ejus, sed quod ad *Regnum* attinet, bestia: & hic apprime considerandum est, quod in Præfatione ad Sherlockii Antidotum contra Papismum egregie docet Ven. Langius: doctrinam de Persona Christi in Papatu, propter concilia

cilia œcumenica, plus sanitatis retinuisse; sed doctrinam de Officio *regnoque* Christi apertissime & maximopere esse corruptam.

THESIS VII. *Regni papalis conditor est Hildebrandus sive Gregorius VII.*

a. Distinguit Epicrisis inter incunabula regni, & inter fastigium. p. 379. Incunabula papalia præcipue repetit a Bonifacio III, cujus nomen *œcumenicum* haud præterii, pag. 462. coll. pag. 445 s. 548. quamvis rem tum ipsam non magnam fuisse, peculiari dissertatione ostendit Magnif. *Pfaffius.*

b. Fastigium non inficiatur Epicrisis in Hildebrando, *ibidem:* atqui fastigium decisionem affert, ubi regnum aliquod, superiore victo, primas arripit. Vid. *Erkl. Offenb.* p. 675.

c. Notat Epicrisis, quod in Thesi VI, & deinceps, non bestiæ, sed papatûs vocabulo utar. p. 380. Resp. Ex methodi lege id fit. nam Thesis V docuit, bestiam esse papam: nunc progrediente demonstratione, ex prædicato, *papa*, fit subjectum, cui ulteriora prædicata junguntur in Thesibus sequentibus. Talia non debent promiscue dici, dum quæstio est: sed quæstione expedita, pressior fit sermo, ut ad Thesin I monuimus.

d. Proprio hoc loco *Vitringam* commendavi, argumentis ejus & D. Langii probe perpensis. Alter ceteroqui implenda multa pro impletis habet, alter impleta fere omnia pro implendis: ego medium verumque cum textûs ordine sequor. Vbi Vitringa errat vel veram sententiam non veris argumentis defendit, & Theologus Halensis aut recte ei aut non recte aut refragatur aut assentitur, ego securus specto. Quare Systema hic meum cum Vitringiano non recte comparat p. 381. Gregoriana quidem epocha, per Vitringam & per me demonstrata, manet. *Elenchus*, cujus ibidem fit mentio, solutus est Thesi V.

Novum enim quiddam Romano episcopatui opera Gregorii VII acquisitum esse, agnoverunt omnes, etiam qui tum vivebant, etiam qui postea Romam defenderunt: atque id ipsum, bestiam sive imperium quoddam constituit. Clamant Gregorii dicta nova; clamant Acta nova. Dicta sive *Dictatus* hominis hi fuere:

I *Quod Romana ecclesia a solo Domino sit fundata.*

II *Quod solus Romanus pontifex jure dicatur universalis.*

III *Quod ille solus possit deponere episcopos vel reconciliare.*

IV *Quod legatus ejus omnibus episcopis præsit in concilio, etiam inferioris gradus, & adversus eos sententiam depositionis dare possit.*

V *Quod absentes Papa possit deponere.*

VI *Quod cum excommunicatis ab illo inter cetera nec in eadem domo debemus permanere.*

VII *Quod illi soli licet pro temporis necessitate novas leges condere, novas plebes congregare, de Canonica Abbatiam facere, & e contra, divitem episcopatum dividere, & inopes unire.*

VIII *Quod solus uti possit imperialibus insignibus.*

IX *Quod solius Papæ pedes omnes principes deosculentur.*

X *Quod illius solius nomen in ecclesiis recitetur.*

XI *Quod*

XI *Quod unicum est nomen in mundo.*

XII *Quod illi liceat Imperatores deponere.*

XIII *Quod illi liceat de sede ad sedem, necessitate cogente, episcopos transmutare.*

XIV *Quod de omni ecclesia, quocunque voluerit, clericum valeat ordinare.*

XV *Quod ab illo ordinatus alii præesse ecclesiæ potest, sed non militare, & quod ab aliquo episcopo non debet superiorem gradum accipere.*

XVI *Quod nulla Synodus absque præcepto ejus debet generalis vocari.*

XVII *Quod nullum capitulum, nullusque liber canonicus habeatur, absque illius auctoritate.*

XVIII *Quod sententia illius a nullo debeat retractari, & ipse omnium solus retractare possit.*

XIX *Quod a nemine ipse judicari debeat.*

XX *Quod nullus audeat condemnare Apostolicam sedem appellantem.*

XXI *Quod majores causæ cujuscunque ecclesiæ ad eum referri debeant.*

XXII *Quod Romana ecclesia nunquam erravit, nec in perpetuum, Scriptura teste, errabit.*

XXIII *Quod Romanus pontifex, si canonice fuerit ordinatus, meritis B. Petri indubitanter efficitur sanctus, testante S. Ennodio, Papiensi episcopo, et multis S. Patribus faventibus, sicut in decretis B. Symmachi papæ continetur.*

XXIV *Quod illius præcepto & licentia subjectis liceat accusare.*

XXV *Quod absque synodali conventu possit episcopos deponere & reconciliare.*

XXVI *Quod Catholicus non habeatur, qui non concordat Romanæ ecclesiæ.*

XXVII *Quod a fidelitate iniquorum subjectos potest absolvere.*

Genuinos esse hos dictatus, agnovit Panvinius, P. de Marca, & Christianus Lupus, ad quos accedit Ioh. Mabillon de re diplom. f. 63. mentem eos certe Hildebrandi exacte referre, demonstrat Magnif. Pfaffius Iust. H. E. p. 510. imo Privilegia apostolicæ sedis & Romani pontificis appellat Baronius: neque abludunt cetera Postulata Romanensia, quæ magno numero collecta exhibet liber publicus Germanice scriptus de *rebus. Concil. Trid.* p. 134. 159. *Phil. Nicolai* l. 1 de Regno Christi, c. 7. *Calixti* Digress. p. 446. 456. *Carpzov.* Isag. in libb. symb. p. 813 seq. & alii. Dictum, factum: dictatibus *Acta* congruunt, quæ ubique exstant. Summa est hæc: Adhuc subjecti pontifices fuerant imperatori, quanquam freno sæpe morso: tum autem papa imperatorem subegit, & ipse totius orbis Christiani, sub spirituali prætextu, Monarcham agere cœpit. Palmarium erat illud, ut Majestatem Cæsaream, quæ inprimis obstabat, subigeret. De *Investituris* titulus ferebatur: atque hæc ipsa *pars* majoris opinione momenti erat, sed *totum* multo maximi. Etenim *imperii vel omnino tollendi vel in perpetuum stabiliendi causam tunc maxime* tractatam esse docet Panvinius. Videatur *Iusti Christophori Dithmari Vita Gre-*

Gregorii VII, & Historia controversiae de Investitura episcoporum usque ad Henrici V & Calixti II pactum, praesertim in extremo. Imperatorem Henricum IV Gregorius VII A. 1076 in Synodo Romana, praesentibus CX episcopis, *anathemate notavit, privatum PRIVS* (ut Platina loquitur) *omni regia administratione. Abrogationis autem pontificiae habita fere haec formula est:* (inquit idem; nam Sigonius Latiniorem fecit:) *Beate Petre apostolorum princeps, inclina quaeso aures tuas, & me servum tuum exaudi, quem & ab infantia educasti, & usque ad hunc diem ab iniquorum manibus vindicasti, qui me pro mea in te fide oderunt & persecuti sunt. Tu mihi testis es optimus & pia IESV CHRISTI mater, & frater tuus Paulus tecum martyrii particeps, me non sponte, sed invitum pontificatus gubernacula suscepisse. Non quod rapinam arbitratus sim sedem tuam legitime conscendere, sed malebam vitam meam in peregrinatione degere, quam locum tuum pro fama & gloria tantum occupare. Fateor ego, ac merito quidem, mihi tua gratia, non meritis meis, populi christiani curam demandatam esse, concessamque ligandi & solvendi potestatem. Hac itaque fiducia fretus, pro dignitate & tutela ecclesiae suae sanctae, omnipotentis Dei nomine, Patris, Filii & Spiritus sancti, & Henricum regem Henrici quondam imperatoris filium, qui audacter nimium & temerarie in ecclesiam tuam manus injecit, imperatoria administratione regiaque dejicio: & Christianos omnes imperio subjectos, juramento illo absolvo, quo fidem veris regibus praestare consueverunt. Dignum est enim, ut is dignitate careat, qui majestatem ecclesiae imminuere conatur. Praeterea vero quia monita mea, imo tua ad sui ipsius populorumque salutem pertinentia contempsit, & se ab ecclesia Dei, quam seditionibus pessundare cupit, separavit, eum anathematis vinculo colligo, certo sciens, te esse Petrum, in cujus petra, ut in vero fundamento, rex noster CHRISTVS aedificavit ecclesiam suam.* Eandem *vero exsecrationem*, inquit Platina, *his verbis* A. 1080 *denuo confirmavit: Beate Petre apostolorum princeps, & tu Paule gentium doctor, vestras quaeso aures mihi paululum praebete, meque clementer exaudite: nam veritatis discipuli estis & amatores: quae dicam vera sunt. Hanc causam suscipio veritatis gratia, ut fratres mei, quorum salutem exopto, mihi obsequentius acquiescant, sciant, intelligant, quod vestro auxilio fretus post Christum & matrem ejus semper virginem, flagitiosis & iniquis resisto: fidelibus autem praesto adsum & auxilium fero. Non enim volens & libens hanc sedem conscendi, sed invitus & lacrymans, quod me indignum judicabam, qui in tam excelso throno sederem. Haec autem dico, quia non ego vos, sed vos me elegistis, & gravissimum pondus humeris nostris imposuistis. In me autem vestro jussu montem ipsum conscendentem, clamantem & annunciantem populis eorum scelera, & filiis ecclesiae peccata, membra diaboli consurrexere, & ad sanguinem usque manus suas in me conjecere. Astiterunt enim reges terrae & principes seculi, cum his*

conjurarunt ecclesiastici quidam & vulgares in Dominum & nos Christos (al. *Christianos*) *ejus, dicentes: Dirumpamus vincula eorum, & projiciamus a nobis jugum ipsorum: hoc autem fecere, ut me vel morte vel exilio mulctarent: quorum de numero fuit Henricus, quem regem vocant, Henricus, inquam, Henrici imperatoris filius, qui cornua & calcem contra ecclesiam DEI superbe nimium erexit, facta conjuratione cum multis episcopis Italici, Gallici, Germanicique nominis, cujus superbiæ vestra adhuc restitit auctoritas, qui fractus potius, quam ad sanitatem redactus, ad me in Cisalpinam perveniens, absolutionem anathematis suppliciter quæsivit. Hunc ego, quem ad pœnitentiam venisse credideram, in gratiam recepi, huicque tantummodo communionem reddidi, non tamen in regnum, e quo eum in Romana synodo merito depuleram, restitui, nec vectigalibus regni, ut ad finem* (fort. *fidem*) *redirent, concessi. Hoc ideo feci, ut si redire in gratiam cum finitimis suis, quos semper vexaverat, differret, reddereque res tum ecclesiasticas tum profanas ex fœdere abnueret, cogi ad officium execrationibus & armis posset. Hac opportunitate adjuti quidam Germaniæ episcopi & principes, ab hac fera bestia diu vexati, in locum Henrici suis flagitiis e regno cadentis, ducem suum & regem Rodulphum deligunt. Qui regia modestia & integritate usus statim nuncios ad me misit, a quibus intelligerem, se coactum regni gubernacula suscipere, non esse tamen adeo regnandi cupidum, ut non malit nobis, quam regnum pollicentibus obtemperare: futurum se in Dei potestate semper ac nostra, idque ut arbitremur ipsum facturum, filios obsides pollicitus est. Stomachari tum Henricus cœpit, & nos primo quidem precari, ut Rodulphum ab occupatione regni execrationibus propelleremus. Dixi me velle videre, cui jus competeret, & eo missurum nuncios, qui rem omnem rescisceren, meque deinceps judicaturum, uter ipsorum in causa potior habendus esset. Vetuit Henricus, quo minus rex a legatis nostris decerneretur, multosque tum seculares tum ecclesiasticos interfecit, ecclesias diripuit & profanavit, atque hoc modo sese anathematis vinculis illigavit. Hanc ob rem fidens in Dei judicio & misericordia, inque patrocinio beatæ virginis, fultus etiam auctoritate vestra, ipsum Henricum ejusque fautores vinculo anathematis colligo: atque iterum regiam ei potestatem adimo, interdicoque Christianis omnibus illo juramento absolutis, quo fides regibus dari consuevit, ne Henrico ulla in re obtemperent, Rodulphum in regem suscipiant, quem multi provinciæ principes abrogato Henrico in regem optimum sibi delegere. Etenim par est, ut sicuti Henricus ob superbiam & contumaciam facultatibus suis privatur, ita Rodulphus omnibus gratus pro sua pietate & religione regia dignitate & potestate donetur. Agite igitur apostolorum sanctissimi principes, & quod dixi vestra auctoritate interposita confirmate, ut omnes nunc demum intelligant, si potestis in cœlo ligare & solvere, in terra quoque impe-*

ria

ria, regna, principatus, & quicquid habere mortales possunt, auferre & dare nos posse. Si enim quæ ad Deum pertinent, judicare potestis, quid de his inferioribus & profanis censendum est? Et si angelos dominantes superbis principibus vestrum est judicare, quid in servos illorum facere vos (al. *nos*) *decet? Ediscant nunc reges hujus exemplo & omnes seculi principes, quid in cœlo possitis: quantique apud Deum sitis, ac deinceps timeant sanctæ ecclesiæ mandata contemnere. Hoc autem judicium cito in Henricum exercete, ut intelligant omnes, iniquitatis filium non fortuito, sed vestra opera e regno cadere. Hoc tamen a vobis optaverim, ut pœnitentia ductus in die judicii vestro rogatu gratiam a Domino consequatur. Actum Romæ nonis Martii, indictione tertia.* Divino interdicto, *Miki vindicta*, compesci debet humana bilis etiamnum, si quis legit aut recordatur inauditam imperatoris juvenis contumeliam & pastoris superbiam, in toto negotio: illum ab omnibus desertum: veniam coram petere coactum: asperrima hieme non tam euntem, quam repentem: sordido habitu foris exspectantem, donec huic commodum fuit ex alta Canusina arce despicere saltem imperatorem supplicem, A. 1077. Tum Henricus Italiam reliquit: Gregorius, Romæ restitutus, strenue regnare cœpit. Eodem anno epistolas misit in *insulam* Corsicam, quæ adscensum ex *mari* non mediocriter illustrant. Una sic habet apud Nic. Coletum:

Gregorius episcopus servus servorum Dei omnibus episcopis, clericis, consulibus, majoribus & minoribus, in insula Corsica consistentibus, salutem & apostolicam benedictionem.

Quoniam propter multas occupationes ad peragendum nostræ solicitudinis debitum, singularum provinciarum ecclesias per nosmet ipsos visitare non possumus, necessarium valde est, ut exigente ratione vel tempore aliquem modo ad illas partes mittere studeamus, per quem commissa nobis secundum voluntatem Dei repræsentetur auctoritas, & dominici gregis salus atque communis provideatur utilitas. Scimus enim quoniam sine detrimento & magno animarum periculo esse non potest, cum illius diligentia, ad quem summa negotiorum & curæ necessitas præcipue spectat, diu subditis ac commissis sibi fratribus deest. Quapropter considerantes, & valde timentes, ne hujusmodi erga vos providentiæ tam diu prætermissum studium & nobis in negligentiæ culpam reputetur, & vestræ saluti (quod absit) pernicioſum aut contrarium fuerit, data primum opportunitate, misimus ad vos hunc fratrem nostrum Landulphum Pisanæ ecclesiæ electum episcopum, cui & vicem nostram in vobis commisimus, ut ea quæ ad ordinem sacræ religionis pertinent rite exequens, juxta prophetæ dictum, evellat & destruat, ædificet & plantet: cui vos obedire & unanimiter assistere volumus, admonentes, & apostolica auctoritate præcipientes, talem sibi honorem & reverentiam exhibeatis, qualem ex constitutione sanctorum patrum iis exhibere oportet, quos sancta & apostolica sedes in partem suæ solicitudinis assumendos, quibusque vicem

Romani pontificis committendam esse prævidet. Data Senæ Kalendis Sept. indictione INCIPIENTE PRIMA.

Pondus huic epistolæ addit altera, quæ sequitur:

Gregorius episcopus servus servorum Dei omnibus episcopis & viris nobilibus, cunctisque tam majoribus quam minoribus in insula Corsica consistentibus, salutem & apostolicam benedictionem.

Scitis, fratres & carissimi in Christo filii, non solum vobis, sed multis gentibus manifestum esse, insulam, quam inhabitatis, nulli mortalium, nullique potestati, *nisi sanctæ Rom. ecclesiæ ex* debito *vel* juris proprietate *pertinere: & quod illi qui eam hactenus violenter, nihil servitii, nihil fidelitatis, nihil penitus subjectionis aut obedientiæ beato Petro exhibentes, tenuerunt, semet ipsos crimine* sacrilegii, *& animarum suarum gravi periculo obligaverunt. Cognoscentes autem per quosdam fideles nostros & vestros amicos, vos ad honorem & justitiam apostolici principatus, sicut oportere cognoscitis, velle reverti, & diu subtractam ab invasoribus justitiam beato Petro vestris temporibus vestrisque studiis redhiberi; valde gavisi sumus, scientes, vobis hoc non solum ad præsentem, sed etiam ad futuram provenire utilitatem & gloriam. Nec diffidere quidem, aut quidquam in hac causa vos dubitare oportet: quoniam, si modo vestra voluntas firma & erga beatum Petrum fides immota permanserit, habemus per misericordiam Dei in Tuscia multas comitum & nobilium virorum COPIAS, ad vestrum adjutorium, si necesse fuerit, defensionemque paratas. Quapropter, quod in hac re opportunissimum nobis visum est, misimus ad vos fratrem nostrum Landulphum Pisanæ ecclesiæ episcopum, cui etiam inter vos vicem nostram in spiritualibus commisimus, ut TERRAM ex parte beati Petri & nostra vice suscipiat, & eam cum omni studio & diligentia regat, & de omnibus rebus ac causis beato Petro & nobis per illum pertinentibus se intromittat. Cui vos pro amore & reverentia ejusdem beati Petri apostolorum principis obedire & fideliter in omnibus assistere, volumus, & apostolica auctoritate monemus; & ut magis securus magisque ad omnia inter vos promtus esse valeat, fidelitatem quoque, si postulaverit, præmissa tamen sancti Petri & nostra nostrorumque successorum, non denegetis, nec aliqua occasione sibi facere recusetis. Data Romæ decimo sexto kalendas Oct. Indictione prima.*

Adde Imperatorem postmodum a filio suo per Paschalem II concitato imperialibus insignibus exutum: ne panem quidem ei privato, a celericis, quos ditarat, datum: sepulturam denique diu interpellatam. Neminem unquam calonem parochus ullus pejus tractavit. Hoc novum & singulare quiddam erat: sic insigniendum fuit tempus, quum imperator factus est inferior, papa superior. Neque solum imperatoriam, sed omnem omnium principum Christianorum Majestatem Gregorius ad Petrum, id est, ad se ipsum redigere postulavit, & magna ex parte redegit, ut regna, titulos, feuda auferret, conferret, transferret, tanquam rex regum, augusto

augu-

augustior, ἀνυπεύθυνος. Moribundum Gregorium sive non pœnituit, sive pœnituit; successores nihilominus, quod ille adeptus erat, rapinam arbitrati sunt: (conf. eatenus Matth. XXVII. 4.) & fundamentis semel jactis molem Monarchiæ suæ superstruxerunt. Nota enim sunt, quæ Papæ deinceps in imperatores principesque & ausi & exsecuti sunt, a posterioribus papis adeo non retractata, ut Gregorius VII demum a Clemente VIII, a Paulo V., a Benedicto XIII, gradatim Divis adscriberetur. Reges feudatarios recenset Fulmen brutum Sixti V. p. 75 seqq. &c. Aperte Tannerus: *Dico, pontificem esse caput ipsius Romani imperii ac christianae ecclesiae universae: addo & amplifico dictum, esse caput Romani imperatoris, omniumque & singulorum principum imperii.* Anat. Demonstrat. 5. n. 131. Habemus bestiam, id est, regem: unde etiam sub illa tempora, v. gr. A 1103, *chartae quaedam datae dicuntur PAPA REGNANTE*, ut docet Mabillon. de Re diplom. p. 187. Regem tamen, non nomine, sed re. Non nomine: etenim ipse Antichristus *imperium Romanum tenebit, tamen sine nomine Romani imperatoris*, ut Bellarminus præclare ait l. 3 de Rom. Pont. c. 15. Sed re. nam Blondus: *Dictatoren nunc perpetuum*, inquit, *non Caesaris, sed piscatoris Petri successorem, & Imperatoris praedicti vicarium, pontificem summum, principes orbis adorant & colunt.* & Aug. Steuchus: *Everso imperio, nisi Deus pontificatum restituisset, futurum erat, ut Roma, a nullo excitata & restituta, inhabitabilis, posthaec foedissima boum & pecorum futura esset habitatio. At in pontificatu, etsi non illa veteris imperii magnitudo, specie certe non longe dissimilis renata est, quia gentes omnes ab ortu & occasu haud secus pontificem Romanum venerantur, quam olim imperatoribus parebant.* Videlicet nomen regis ab re ipsa sejungit titulus spiritualis. nam *Romanum imperium commutatum est DE TEMPORALI IN SPIRITVALE*, ut scripsit Thomas in 2 Thess. II. & in Romanæ *Sedis potestatem fuit temporale illud imperium commutatum*, ut ex Leone ep. Rom. dictat Dominicus a Soto. imo ut episcopatus interdum dicuntur secularisari; sic orbis christianus imperans est quasi spiritualisatus & amortisatus. Hujus vero novitatis caput est Gregorius. *Hic PRIMVS specie religionis, antichristi imperii fundamenta jecit*, ut *Epocham* hanc *CLXX* post *annis* in conventu Ratisbonensi notavit Eberhardus archiepiscopus Salisburgensis, apud Aventinum. Aventinus ipse: *Gregorius VII PRIMVS*, inquit, *imperium pontificium condidit.* Vid. Vitringa in Ap. qui p. 570 seqq. & hunc ipsum exortum Hildebrandinum, ceteris, de Roma ethnica, de Diocletiano &c. refutatis, firmatum dedit, & testimonia, quæ modo produximus, pleraque collegit. Sed & M. Ant. de Dominis, de Hildebrando, *PRIMVS*, inquit, *aperto marte temporalem voluit exercere in reges & impp. potestatem.* l. 4. de rep. eccl. c. 3. & NOVO inauditoque exemplo factum esse, ut papa Cæsarem non solum excommunicaret, sed etiam exauctoraret, gravissimis Ottonis Frisingensis, Godofridi Viterbiensis, Ioh. Trithemii & On. Panvinii suffragiis confirmat Lairizius in hist. pap. Germanice adornata p. 482 seqq. Addantur *Is. Casauboni* Exx. c. Baron. passim: *Iohannis* episcopi *Rossensis* de potestate papæ in rebus temporalibus liber maxime II. cap. IX. & X. *Hottingeri* hist. eccl. Sec. XI. *Blondelli* diatribe de formula, *Regnante Christo*, sect. II. cap. 16. *Edm. Richerii* Hist. conc. gen. T. I. c. 13. p. 758. *Natalis Alexandri* Hist. eccl. Sec. XI & XII. Diss. II. art. IX. *Lud. Ellies du Pin* de antiqua ecclesiæ disciplina, diss. septima:

A. Rechenbergii diss. de totatu Hildebrandino: *Sal. Deylingii* Observ. misc. exerc. sexta, de novitate regiminis monarchici in ecclesiam universam: D. *Maichelii* Diss. de jure principis circa doctrinam publicam, p. 57 s. &c.

Memorabili ratione Lutherus in *Supputatione annorum mundi*, T. IV Ien. Lat. fol. 741 seqq. sub annum salutis millesimum notavit, *fit episcopus Romanus antichristus etiam vi gladii.*

Non momentanea metamorphosi a spirituali simplicitate primorum episcoporum ultra omnem mundanam majestatem transiit papa: sed sensim auctoritatem opesque acquisivit, donec nixu plane extraordinario culmen est assecutus. Ab hoc exortu regnum novum suo statu, sua forma, suo apparatu, multo magis, quam antea, usum est: cumque antehac papa pastor fuisset, annexo principatu; jam monarcha evasit, annexo episcopatu, episcopatus tamen titulo. Quocirca etiam hodierno die Reges externi, v. gr. Sinenses, Papam *Regem* appellant in literis. Eamus per summas rerum. Pedetentim nactus est proprium senatum, Cardinales, paribus cum papa crescendi gradibus gavisos, qui primum populo, deinde etiam clero omni atque Imperatore excluso, papam, eumque ex sese, facerent: proprios milites, Clericos, potestati civili subtractos, per cœlibatum pontifici mancipatos, per usum calicis eucharistici a laicis distinctos: ditionem amplissimam, per Mathildem inprimis: proprios vasallos, reges christianos, ut diximus: proprium corpus legum, Ius canonicum, theologia scholastica septum: propria comitia, concilia, suis auspiciis coacta; antea enim omnia concilia œcumenica fuerant in oriente, deinceps omnia in occidente: proprios satellites, monachos præcipue Dominicanos & Franciscanos, noviissimeque Iesuitas: proprium tribunal, Inquisitionis: proprium insigne, tiaram illam mysticam, A. 1048 triplicatam, quæ *Regnum mundi* vocatur. *Ab ipso maxime Gregorio VII pontifices, omissis imperatorum annis, suos substituerunt, eumque morem deinceps cum Indictione retinuerunt*, ut ait Mabillon. p. 181. quod quam vim habeat, patet ex 1 Macc. XIII. 41 s. & id ipsum paucis post annis Paschalis II solennius facere cœpit. Ab illo fere tempore, coronationis major, quam consecrationis papalis ratio habetur ab historicis, v. gr. a Panvinio in Chronico pontificum, & ab ipso papa in numerandis annis suis. Ipsum *Papae* nomen, *Sanctitatisque* titulum, & *pedum osculum*, quæ communia fuerant episcopis abbatibusque, idem Gregorius sibi tum uni vindicavit. Neque ultra seculum Hildebrandinum Claudius Fleury habuit, quod de *moribus Christianorum*, libro gallico descriptis, diceret. Sed & illo primum tempore publica adversus hoc regnum e cœlo terraque mixtum protestatio increbuit, (quam pura, non quærimus,) per Arnaldum Brixiensem, quem exinde *politicorum haereticorum patriarcham* Baronius fuisse censet. Non est prætermittendum, quod a Gregorio VII maxime, simul & imperii majestas & conjugii sanctitas est afflicta; unde duæ illæ hæreses fictæ, Simoniacorum & Nicolaitarum. Ac conjugii quidem sanctitas apud sacerdotes, non apud omnes homines, est impugnata, sed tamen ex iis rationibus, quæ ipsum statum deprimerent. Quisquis est rex, quem Daniel c. XI notat, illud certe, quod versu 37 exstat: *Appetitum feminarum, & quenquam deorum, non curabit:* (sic enim LXX habent, quos Vulgatus haud assecutus, a priore parte negationem avellit:) in contemtorem conjugii & majestatis cæsareæ Pontificem Gregorium VII inprimis convenit.

Exprobrant Romanenses Protestantibus, quod in assignando antichristi initio mul-

multis seculis inter se discrepent. *) Mille vero annos & amplius objicere poterant: tantam res latitudinem habet. Revera omnia, quæ fiunt, & tempus habent, quo fiunt, & articulum temporis, quo fieri incipiunt: temporisque scientia, quo accuratior est, eo plus scientiam rei adjuvat. Sed rursum scientia rei esse potest, etiamsi a temporis scientia multum absis: alias plurimi mortalium de semet ipsis, an sint in rerum natura, dubitare debebunt, quia, qua hora, quo die, quo mense, quo anno & amplius, nati sint, haud sciunt. Veruntamen bestiæ natale tempus satis expeditum est. Etenim apostasia & mysterium iniquitatis a primis suis staminibus varie crevit & crescit, donec evadit ὁ ἀντικείμενος καὶ ὑπεραιρόμενος, *Contrarius & Extollens sese.* 2 Thess. II. 3 ff. Totius durationis dichotomiam facit Tuba angeli VII in apocalypsi. ante eam tubam ex aliis vel apocalypseos locis vel apostolicis scriptis præsupponitur adversarius in mysterio: sub tuba angeli septimi, brevi intervallo post initium ejus, Christo opponitur *bestia* in *regno* aperto, quæ momenti longe majoris est consideratio. Priorum graduum tempora ob id ipsum, quia & varii & occulti sunt, in N. T. non præcise definiuntur, quare ne in eventu quidem curiose ea notare attinet: sed regni ac floris, de quo Ap. XIII agitur, simul *praecise* definiuntur tempora, ac *Iohannes*, ut Bellarminus l. 3 de Rom. Pont. c. 3 ait, *etiam minutias addidit;* quas quidem ipsas minutias ad tempora pertinere ostendimus. Patet hinc, quid ex vero responderi debeat Bellarmino, qui l. 3 de R. P. c. 3 in fine, sententiam, quam W. Musculo tribuit, de antichristi initio tempore Bernardi, ita refutat: *Fuerunt pontifices sine comparatione ulla pejores ab anno 900 ad 1000, quam ab 1100 ad 1200. si ergo illi non fuerunt antichristi, quare isti erunt?* Enimvero non malitia illorum propria (quæ tamen opinionem publicam de antichristo appropinquante non mediocriter promovit, & certe in initia væ tertii incurrit) sed novi regni per Gregorium VII constituti forma pessima, regno Christi adversissima, ecclesiæ funestissima, reputari debet.

THESIS VIII. *Papatus Hildebrandini initium proprie habet Annus* 1077.

De hoc ipso quoque anno agitur Thesi VII: de parte anni, Thesi IX.

THESIS IX. *In anno* 1077 *consideratu dignus est mensis September, ejusque dies primus.*

Epocham Hildebrandini Totatus comitatur *Indictio*, quæ cum *S*eptembri mense tum *incipiebat*, eaque *prima*. Primæ Indictionis initio distinctæ sunt literæ ad Corsos, Thesi VII exhibitæ.

Non in puncto ortum ex mari peractum esse dicimus: sed latitudinem habet notabilem, & quidem a Gregorio VII, si placet, ad Alexandrum III. Vid. *Erkl. Offenb.* p. 670. Horoscopus tamen, ut sic dicam, observandus venit.

THESIS X. *A veritate hujus inter-*

*) *Ejusmodi autem* discrepantias *ab Eruditorum recentiorum nonnullis, qui* Lutherani *dicuntur, quauis occasione exprobrari, quis non miretur? Indies cumulatur conquerendi materia, quam his verbis b.* Auctor (*in der* Erkl. Offenb. *Ed. II. p. 687 sq.*) *tetigit:* Viel beschwerlicher ist es, dass von wenigen Jahren her etliche in der *euangelischen* Kirche selbs die rechte Auslegung des Thiers nicht nur fahren lassen, sondern auch gar bestreiten, da dieselbe doch von der Waldenser Zeiten her mit dem Blut so vieler Wahrheits-Zeugen bekræftiget, durch die Reformation so theuer behauptet, durch das immer zunehmende Licht so deutlich erwiesen ist, und, in der bevorstehenden Drangsal auszuharren so unentbehrlich seyn wird. --- *Enimuero; non audit currus habenas.* ---, E. B.

terpretationis neque inimici neque amici veritatis debent nos deducere.

Dissensum facilius fero, quam autumat Epicrisis, p. 382. sed quum longævum veritatis testimonium, quatenus eximia ejus portio est germana bestiæ de papatu interpretatio, periclitatur, & viri insignes, hac autem in parte errantes, nunc demum deditionem faciunt, justus est dolor: & quo plures suffragabuntur, eo major fiet timor detrimenti secuturi. Multo plus nervorum ad *patientiam & fidem* recta affert expositio, quæ papatum sub descriptione bestiæ cernit, quam sequior illa, quæ eum sub meretricis descriptione quærit: omninoque a genuina prophetiæ sententia discedere nocet. Negat Halensis Theologus, p. 383, testes illos veritatis pro bestia habuisse papatum. Habuere vero, multi, ut ante Reformationem Purvæus; post, Cluverus: alii certe pro altera bestia, illi conjunctissima, Ap. XIII, habuere, ut Lutherus.

Idem ille, *meretricem plane esse urbem Romam, quatenus nempe urbs a papatu, qui pro bestia apocalyptica habendus sit, distinguatur, non meminit unquam audire vel legere:* singularisque opinionis speciem in me confert. *Vtrum auctor*, inquit, *an CVM ALIIS ego hallucinatus sim, lector judicet.* Epicr. p. 385 seq. Diserte mecum facit Parcus, comm. in Apoc. col. 874. 892, neque alios addo. Etenim omnes, qui papatum in capite XIII Apocalypseos notatum agnoscunt, (qui permulti sunt,) iidem Babylonem non possunt non ab eo distinguere, quanquam non omnes æque commode distinguunt. Novus sæpe videor, ubi antiquam veritatem, a Luthero in omnibus fere hîc partibus agnitam, refero: nec diffiteor, mihi notitiam priscarum sententiarum, sine præjudicio auctoritatis, non parum adjumenti attulisse. Vid. *Erkl. Offenb.* p. 1111. 1121. Ad rem redeamus.

Bestiam a *meretrice* diversam esse, eandemque vel ut *corpus* vel ut *individuum* spectari, recte quidem docet Halensis Theologus: sed neque periochas de *corpore*, de *individuo* agentes; neque *mare* & *abyssum*, unde bestia alium aliumque ortum habet; neque *capita* ejus & *cornua* distinguit; neque de *Roma*, si papatus removeatur, satis amplam habet ideam. Epicr. p. 385. 387 s. 393. Quare has quoque partes per Observationes quam distinctissimas evolvemus. Adeste, qui veritatem amatis.

Observ. 1. *Bestia apocalyptica est* *) *Papatus Romanus per complura jam secula dominans.*

Hanc

*) *Nullibi sane b.* Bengelius *Gregorium VII, ut* individuum, *sed constanter* Papatum Hildebrandinum *pro bestia apocalyptica declarauit. (Conf. Obs. 16.) Quid igitur cel. D.* Ernesti, *Bibl. th.* nouiss. *T. I. p. 704 sq. intendit, quadrata rotundis hunc in modum miscens:* --- Vieles in diesem Abschnitte (*der* Oederischen *Untersuchung &c.*) ist wirklich mehr gegen die gewœhnlichen und bengelischen Erklærungen, als das Buch selbst. Z. e. dass nach denselben der Pabst Gregorius VII das Thier seyn soll, das über alle Stæmme, Vœlker, Sprachen und Nationen Gewalt bekommen solte. Der arme Gregorius! so insolent er gegen den deutschen Kaisern war, so gieng es doch nicht weit, und wæhrte mit seiner Pfaffeninsolenz nicht lange: und das war noch lange das nicht, was von dem Thiere steht. --- &c. *Quid mirum, si* cel. *cujusdam* Viri *judicium in mentem hîc veniat:* Man hat sich gleichsam (*iuquientis*) einen Strohmann aus Bengeln gemacht, ihn nach eigener Phantasie nærrisch gekleidet und ausgepuzt, alsdann belacht, geschimpft und ausgefilzt. Das ist (*pergit Anonymus*) mein Vrtheil, nach meinem Gewissen, das die Nachwelt rechtfertigen wird, und das ich vor dem lezten Gerichte werde behaupten kœnnen. ---. E. B.

Hanc proram & puppim habet Thesis V. Vbi ea desinit, ibi hæc reliqua consideratio incipit.

Observ. 2. *Bestia habet & cornua decem & capita septem.*

Id aperte scribit Iohannes.

Observ. 3. *Capita septem sunt septem & montes & reges: eademque sunt diversa a decem cornibus.*

Prior pars observationis diserte scripta exstat: *septem capita, septem montes sunt, in quibus mulier sedet, & reges septem sunt.* Nec potuisset unum ex *capitibus* bestiæ esse *quasi mactatum ad mortem*, si id esset mons seorsum a rege. Quod ad alteram observationis partem attinet, *capita sunt capita, cornua cornua: capita septem, cornua decem.* Non sunt synonyma, neque cornua in capita mutantur: nam conjuncta eorum est mentio. *Capita inter se succedunt: cornua sunt simul. Capita per totam bestiae durationem extenduntur: cornua sunt extremo bestiae tempore. Capita sunt de substantia bestiae: cornua sunt quiddam adscititium.* In unum hîc cumulum differentias conjecimus: quicquid earum dubium est, jam jamque confirmabitur. Halensis Theologus, differentia bestiæ Danieliticæ & Apocalypticæ haud perspecta, ne capitum quidem, quæ septem demum habet Apocalyptica bestia, notabili a decem cornibus differentiæ potuit satisfacere, & e contrario capita septem & reges septem, longe, non bene, separavit. Reges suspicatur esse Pharaonem, Ieroboam, Achab, Nebucadnezar, Antiochum, (quid his cum montibus Romæ?) Domitianum, Antichristum: capita vero eosdem ait esse una ætate reges atque cornua, quorum tribus evulsis denarius numerus, sub antichristo, cum septenario commutetur. Comm. Apoc. f. 202.

Observ. 4. *Alius bestiae ortus ex mari est, alius ex abysso.*

Sæpe *mare* memorat Apocalypsis, sæpe *abyssum:* nunquam vero hæc duo promiscue appellat, atque in locis de bestia clarissime distinguit. nam bestia h. l. ex mari ascendit, & cap. XI. 7 ita ascensus ejus ex abysso repræsentatur, ut idem capite XVII. 8 tanquam futurus describatur. Hoc sedulo tenendum est.

Observ. 5. *Bestiae capita non ante ortum ejus ex mari incipiunt, sed cum ortu ipso.*

Quis profectus est intelligentiæ, ubi bestia, tanquam *subjectum*, a Romulo, Bruto &c. tanquam principibus Romæ, vel certe a Pharaone, Ieroboamo &c. tanquam prodromis antichristi, (de quibus fere consentiunt DD. Gebhardi & Langius) designatur? Imo *Praedicata* bestiæ per hypotyposin rerum ejus actionumque futurarum describuntur: & hoc ad docendum facit. Quemadmodum post draconis e cœlo jactum, & post initium væ tertii, bestia ex mari est orta: Thes. V. Obs. 4. sic ortum bestiæ non antecedunt, sed comitantur & sequuntur pedes & os & cornua, &c. neque capita sola excipi & ortu illo priora putari debent. nam super capita sine exceptione, omnia videlicet, (sicut super omnia ejus cornua sunt diademata,) nomen blasphemiæ esse dicitur: neque uni alterique capitum citeriorum, sed ipsi bestiæ ex mari exortæ, id quod accuratissime notari debet, tempora adscribuntur, quanquam a temporibus deinceps capita revelli non possunt. Rursus, cum ipso ortu ex mari incipiunt capita. nunquam enim bestia est sine capite: ac primo quoque tempore mentio fit capitis unius, id est, primi, letali plaga affecti.

Observ. 6. *Capita inter se succedunt.*

Reges, cel. D. Langius recte agnoscit, inter se succedere: igitur etiam capita inter se succedunt. nam capita sunt reges.

Observ. 3. Successio declaratur Observatione sequente.

Observ. 7. *Id spatium temporis, quod septem capitum seriem habet, in tria incisa, sive in tres articulos, dividitur.*

Quinque (de regibus, qui cum montibus per capita bestiæ significantur,) *ceciderunt: unus est; alter nondum venit, & quum venit, paulum eum oportet manere.*

Observ. 8. *Præsens tempus, pro quo angelus loquitur, in medium incisum cadit.*

Præsens tempus Theologo Halensi est pro visione Iohannis. unde sic interpretatur: *unus* (i. e. Domitianus) *est*, & *alter* (i. e. antichristus) *nondum venit.* At hoc, *unus est*, & illud, quod mox videbimus, *bestia non est*, inter se respondent: neque aut illud, *non est*, quoquo vertatur, ullo modo pro tempore visionis ad imperium Romanum applicari potest; aut hoc, *unus est*, ad Domitianum referri patitur clausula subsequens, *alter nondum venit.* nam particula *nondum* excludit intervallum inter *unum* & *alterum*, quos etiam contradistinctio *quinque* regum ad *unum* & *alterum* proprie conjungit: Domitianus autem annis abhinc plus 1600 occisus est, & hodienum valet illud: *alter nondum venit.* Sæpe tempus præsens sermonis pro ipsa rerum serie præsens est. tale illud, *cingebas te ipsum*, &c. Ioh. XXI. 18. Inde prophetæ futuros tanquam jam natos & degentes alloquuntur, v. gr. Ez. XXXVIII. 17. Sic væ primum & secundum *abiisse* dicitur. Ap. IX. 12. XI. 14. Adde illud: *vixerunt: qui habet: erunt.* c. XX. 4. 6. Confer cap. XVII. 12. 14. Præclare hanc ipsam loquendi rationem probavit, ne ceteros dicam, Bossuetus, in thesi; nam hypothesis, cui inserviit, nihil est, ab aliis pridem confutata, idque operosius, quam necesse fuit. Ita h. l. exprimit angelus tria tempora diserte, in medio eorum, i. e. in secundo, & se collocans & Iohannem, quo commodiore differentia primum tempus in præterito, secundum in præsenti, tertium in futuro declaretur; neque alia erat causa, cur angelus illud tempus potius, quo bestia non est, quam quo est, pro præsenti sumeret.

Observ. 9. *In eosdem articulos ipsa dividitur bestiae duratio.*

Bestia erat: non est: ascendet ex abysso & interibit &c. Cap. XVII versu 8 bis, & versu 11. Inter hos versiculos tanquam parallelum interponitur illud, *quinque ceciderunt: unus est; alius nondum venit &c.* v. 10. Summa ex utrisque conflata, est *Bestia ex mari: Non bestia: Bestia ex abysso.*

Observ. 10. *Babylon est Roma.*

Nomen, *Roma*, *potior* a robore dicitur: unde olim eadem *Valentia* appellata. *Vrbs valida*, cap. XVIII. 10, per antonomasiam, non per epitheton. In Romam omnia, & in Romam solam conveniunt, quæ de Babylone dicit Apocalypsis. Babylon hæc est, donec prorsus deletur: sed quando esse cœpit? tum, quum *magna* esse cœpit. Quum in oriente desiit Babylon, in occidente emersit. Erat igitur *apostolorum* jam tempore, quorum judicium ex Babylone judicari dicitur, cap. XVIII. 20. non ideo, quia apostoli judicium illud prædixere, quam causam profert D. Langius in Comm. Ap. f. 213. Babylonem ad hierarchiam seculo VII degenerem restringens, adeoque nimis seram faciens: sed quia, ut sanctos & prophetas, sic etiam apostolos interfecit. coll. v. 24. Prima Babylonis mentio est cap. XIV. 8, neque ibi indicatur, tum Romam Babylonem esse incipere: sed quemadmodum Agnus, qui pridem Agnus erat, ut talis præsupponitur in Apocalypsi; & e contrario draco, qui pridem draco fuerat, ut talis præsupponitur: sic Babylon, quæ pridem Babylon fuerat, ut talis præsupponitur. Præsens Babylonis agentis tempus in Apocalypsi determinatur per ea, quæ urbi attribuuntur.

Observ. 11. *Bestia & ante regnum Babylonis regnat, & post regnum Babylonis.*

Recte

Recte judicat Theologus Halensis, non posse simul regno tanto gaudere & meretricem & bestiam: sed idem bestiæ regnum nonnisi post regnum meretricis collocat. Primum regnat bestia, cap. XIII. 1 seqq. deinde Babylon, c. XVII. 1 seqq. iterumque bestia, ibid. v. 8 seqq. Seriem textûs analysis nostra exacte servat: Epicrisis, non servat.

Observ. 12. *Capita sunt de ipsa bestiae substantia: cornua sunt quiddam adscititium.*

Plaga *capitis* unius dicitur etiam *ipsius* bestiæ plaga: sed *cornua* sive reges *CVM bestia* regnum accipiunt. c. XIII. 3. XVII. 12. Præterea reges septem non per se, sed cum montibus sunt capita bestiæ: ergo cum urbe eam habent necessitudinem, quam soli pontifices Romani; & sunt ipsi pontifices. at illud unum, *cornua ET bestia*, ibid. v. 16, cornua satis a bestia distinguit, ut quiddam subsidiarium.

Observ. 13. *In primum incisum cadunt menses XLII bestiae: qui certe sunt aliquot seculorum.*

Bestia ex mari orta est A. 1077, & paulo post data est ei potestas menses XLII. potestas autem hodienum durat. Propior determinatio alibi explanatur.

Observ. 14. *Bestiae Non-esse & Babylonis Regnum sunt simul.*

Vtrumque horum aperte confert prophetia in medium inciforum trium, ex quibus constat duratio bestiæ. Bestia post ascensum ex mari vehementer grassabatur, donec per phialam angeli quinti regnum ejus obscuratum fieret. Sed tamen obscuratum regnum est regnum; & bestia, obscuratum habens regnum, est bestia. Deinceps autem res eo deveniebat, ut locus esset huic sermoni: *Bestia erat*, erat bestia, id est, regnabat, improbe illa quidem: *& non est*, non est bestia, non regnat, eo statu, quem ex mari orta habebat, amisso: cur? quia *Mulier* insidet bestiæ, & bestia illi pro jumento servit, mulier autem, regno gaudens super reges terræ, sedet *regina*. Tali ea schemate in scenam producitur sub væ tertio, post bestiam ex mari, & alteram ex terra exortam, post res capitis XIV, atque adeo post phialas effusas, donec bestia ex abysso exorta, adscitis decem regibus, eam de subito delet.

Observ. 15. *Eo maxime tempore manifesta erit, quae nunquam nulla fuit, differentia Romae & Papae.*

Differentiam Romæ a Papa nimis tenuiter definiit Vitringa, Anacr. p. 756, eoque majori specie Theologus Halensis papatum sub Roma abdidit. Ampliorem differentiam ostendimus in libro, *Erkl. Offenb.* præf. §IX & pag. 689. 776 seq. & ad totum caput XVII, maxime pag. 845. sed quum ea, quæ sparsim ibi notata sunt, a plerisque prætereantur, distinctius pleniusque hoc uno in loco rem exponemus. *Roma* quum dicitur, etiam seorsum a pontifice, tria dicuntur: *Vrbs septicollis*, *Ecclesia Romana*, *Civitas Romana*. *Civitatem Romanam* describit *Is. Newtonus* in Observ. ad Dan. interprete Guil. Suderman, ea ille quidem mente, ut tria cornua, per cornu parvum evulsa, interpretetur de Exarchatu, de regno Longobardorum, & de Roma ejusque senatu, sub potestatem papæ redactis. Hac opinione sepositа, quæ cornu fingit nimis maturum, totus locus rectam de civitate Romana ideam egregie adjuvabit. *Roma cum suo Ducatu*, inquit, *qui* Etruriæ *& Campaniæ partem complectebatur, a Græcis Imperatoribus defecit A. C. 726, & libera evasit Respublica sub Senatus Romani regimine. Hujus Senatus auctoritas in rebus civilibus deinceps suprema fuit, Papæ auctoritate hactenus non ultra res ecclesiasticas*

patente. pag. 53. Iterum: *Anno* 796 Leo III, *creatus Pontifex electionis suæ Carolum Magnum, legatione certiorem fecit, missis etiam muneri aureis Confessionis Petri clavibus, nec non urbis Romæ vexillo: illas quidem in professionem quod Papa urbes Exarchatûs Ravennatensis & Longobardiæ dono Caroli possideret; hoc ad significandum Regi ut rediret ac S. P. Q. Romanum subigeret, perinde ac subegerat Exarchatum & Longobardorum regnum. Petiit quippe eodem tempore a Carolo Pontifex, ut quosdam ex suis principibus Romam mitteret, qui populum Romanum ei subjicerent, atque obstringerent sacramento* in fide & subjectione, *ut verba, quibus utebatur, refert Sigonius. Anonymus Poeta, quem Argentorati edidit* Bœclerus, *hoc modo illud describit:*

Admonuitque piis precibus, qui mittere vellet
Ex propriis aliquos primoribus, ac sibi plebem
Subdere Romanam, servandaque fœdedera cogens
Hanc fidei sacramentis promittere magnis.

Hinc inter Papam & Romanos cives dissidium exortum est. Et hi quidem duobus vel tribus post annis, quibusdam ex Clericis adjuti, tantos in illum excitarunt tumultus, ut novæ rerum in omni Occidente faciei causa exstiterint. Duo enim e Clericis Papam quorumdam criminum accusarunt, quem mox armata vi corripuere Romani, vestibusque sacerdotalibus exutum monasterio incluserunt. Auxilio autem amicorum ille cum evasisset, in Germaniam ad Carolum Magnum fugit, apud quem de Romanis conquestus est, quasi eo animo sese ipsi opponerent, ut omnem Ecclesiæ excuterent auctoritatem, pristinamque libertatem recuperarent. Eo absente ipsius accusatores copiis suis Ecclesiæ ditiones depopulati sunt, accusationisque capita ad Carolum Magnum miserunt. Hic autem, anno nondum circumacto, Papam cum ingenti comitum pompa Romam remisit. Nobiles & Episcopi e Francia, qui ipsum comitabantur, præcipuos ex ipsius accusatoribus Romæ examinarunt, eosque in Franciam in custodiam miserunt. Contigit hoc anno 799. *Proximo anno ipse Carolus Romam profectus est & statuto die Concilio Italorum & Francorum Episcoporum præsedit, utramque partem auditurus. Quum vero Papæ adversarii se auditum iri exspectarent, statuit Concilium, illum qui supremus omnium hominum esset Iudex, majorem esse quam qui ab ullo, præter se ipsum, judicaretur: quo facto ille solenni oratione coram omni populo innocentiam suam professus est, atque ita habitus pro absoluto. Brevi post, die quo natalis Domini memoria celebrabatur, populus Romanus, qui hactenus suos Episcopos elegerat, ac se suumque Senatum censebat veteris Senatus Populique Romani jura rite possidere, Carolum Imperatorem elegit, atque eadem ipsi se submisit ratione, quâ vetus Imperium Romanum ejusque Senatus olim Romanis Imperatoribus erant subjecti. Huic Papa diadema capiti imposuit, eumque sacro inunxit oleo, atque adoravit flexis genibus*

nibus, ut olim fiebat Imperatoribus Romanis, narrante id hisce verbis Poëta supra citato:

Post laudes igitur dictas & summus eumdem
Præsul adoravit, sicut mos debitus olim
Principibus fuit antiquis. ---

Ab altera parte Imperator hoc sacramento Papae se obstrinxit: In nomine Christi spondeo atque polliceor Ego Carolus Imperator, coram Deo & beato Petro Apostolo, me Protectorem ac defensorem fore hujus sanctæ Romanæ Ecclesiæ, in omnibus utilitatibus, quatenus divino fultus fuero adjutorio, prout sciero potero*que*. *Porro etiam creatus est Imperator urbis Romæ Consul, ejusque filius* Pipinus *Rex Italiæ coronatus, atque ex eo tempore ille hac ratione nomen suum scribi voluit:* Carolus serenissimus, Augustus, a Deo Coronatus, Magnus, pacificus, Romæ gubernans Imperium, *vel* Imperator Romanorum; *proque eo in Ecclesiis Romanis dicebantur preces. Ex hoc etiam tempore ejus effigie Romani nummi signabantur. Papæ autem adversarii, trecenti numero e Romanis, duo vel tres e Clericis, ad mortem damnati sunt. Illi uno eodemque die omnes* in campis Lateranensibus *securi percussi; hisce vero intercessione Papæ noxa remissa est, ipsique in Franciam in exilium missi. Atque ita* Romani Imperatoris *titulus, quo hactenus insigniti fuerant Imperatores Græci, sive Orientis, ad Reges Franciæ in Occidente translatus est. Posthæc Carolus Vrbis & Ducatus Romani principatum Papæ dedit, sibi tamen ut Romanorum Imperatori subjectum: hyemem in rebus Romæ politicis, iisque quæ ad Sedem Apostolicam attinebant, imo totius Italiæ negotiis tam civilibus quam ecclesiasticis ordinandis, novasque de iis condendo leges transegit: proxima æstate in Franciam reversus est, relicta sub imperio Senatûs civitate, & illo simul & hac sub Papa atque se ipso. Audito autem novas suas leges nec a Iudicibus in edicendo jure, nec a populo illi obsequendo observari, nec non potentiores a liberis hominibus, imo & ab Ecclesiis & monasteriis, servos capere, qui in suis vinetis, agris, pascuis domibusque opus facerent; pergere etiam illos ab hisce pecora exigere & vinum, eosque qui Ecclesiis ministrabant opprimere; literas ad filium Pipinum dedit, monentes ut his malis ille mederetur, Ecclesiæ curam gereret, ac videret ut leges suæ observarentur.* p. 55 seqq. Cetera complura, si opus est, apud Newtonum legantur. *Ecclesia Romana* quid sit, seorsum a pontifice, patet, 1. quando concilium habetur, vel ante pontificis confirmationem, vel citra eam. 2. quando in schismate judicium fit de papa legitimo. 3. quando sedes vacat, præsertim longiori tempore, & Interregnum sive Interpontificium, & Conclave est. 4. quando zelus pro Catholicismo etiam ab iis, qui pontificia amplitudine minus capiuntur, exercetur. 5. quando ipse papa Inquisitioni suspectus est, aut primoribus ordinum, v. gr. Generali Lojolitarum præposito non satisfacit. *Roma* denique *septicollis* cum suis muris, templis, palatiis, domiciliis, quomodo a papa differat, non opus est dicere. In summa, Roma & *architectonice*, & *politice*, & *eccle-*

ecclesiastice spectata, quiddam a papa divisum habet. Bestia quidem regnante, Roma vix, nisi papæ radiis coruscat, ut apparuit, quum Papa Avenione sederet: idcirco pauci Romam a papa distinctam animadvertunt. Sed commutabitur utriusque ratio: mulier regnabit, bestia eam portabit. Tum vero in omnium oculos incurret differentia.

Observ. 16. *Bestia est corpus, in primo & secundo inciso durationis suae: in tertio, est individuum.*

Grandes duo errores pridem exstitere, quorum alter septimum tantummodo bestiæ caput pro papatu multorum seculorum, alter totam bestiam septicipitem pro antichristo individuali habet. Contra, bestia septiceps est papatus multorum seculorum: caput septimum, homo peccati, qui a plerisque antichristus dicitur. Bestia est *corpus*, a cap. XIII. 1 ad c. XVII. 7. Est *corpus & individuum*, ibid. v. 8-11, pro diversis incisis. Est *individuum*, ibid. a v. 12 ad c. XIX. 20. Hæc, ut spero, distincta sunt & facilia. Bestiam Halensis quidem Theologus ait esse primo *corpus*, deinde *individuum*: sed eam capite XIII ut *individuum*, capite XVII ut *corpus*, tractat. Id cujusmodi sit, patet. Quæ in Epicrisi p. 387. 388 notantur, ea non allegavi ut sententias aliorum, (quemadmodum cel. D. Langius accipit) quanquam Ribera certe totam bestiæ durationem annis 3 ½ includit; sed ut consequens absonum, quo prematur opinio bestiam cum ipso corpore suo in annos 3 ½ coarctans. Nam cum ortu bestiæ ex mari incipit series septem capitum (ut ostendimus Obs. 5.) quæ annos 3 ½ longe excedit, præsertim quum ultimo tantummodo capiti sive regi *paululum* mansionis adscribatur.

Observ. 17. *Individuum illud est caput bestiae septimum; sive rex, post quinque & unum, alter; ipse octavus, idemque e septem.*

Ex septem capitibus sive regibus est, quatenus papa est: ipse autem octavus est, sive bestia ipsa, non caput duntaxat; non quatenus papa est, sed quatenus novam & plane singularem malitiam ex abysso affert. Similitudo rem illustrabit: arbor septem ramorum, quorum sex sint graciliores, & septimus valde crassus; si sex decisi sint, & septimus supersit, manet arbor. Conf. *Erkl. Offenb.* p. 885. Prius autem dicitur octavus, quam e septem: quia non prius papam aget, quam hominem peccati. Germanica mea exegesis cum parentheſibus cel. D. Langii hæc est: *Bestia, respectu capitis ultimi, vel potius (non habet certum ipse commentator,) eo tempore, quando ultimum caput, ac proprie bestia ipsa, tanquam octavus, grassatur, est persona singularis (quae tamen non erit papa ullus) &c.* Epicr. p. 387. Resp. Formula, *vel potius*, non habet dubitationem de re, sed tantummodo inadæquatæ locutioni subjungit adæquatam, quarum collatio lectori non sit inutilis. Vltimus ille papa, omnibus longe pejor, causa nulla est, quin eum habeat interitum, qui Ap. XIX. 20 descriptus, Babylonis vastationem subsequitur.

Observ. 18. *Is est Impius, Homo peccati, Filius perditionis, Adversarius & Elatus, Nefarius.*

Sic eum Scriptura appellat, præsertim Paulus, 2 Thess. II. 3. Quem ad locum quæ notavi, ea hîc velim respici.

Observ. 19. *Idem dicitur, usitatissimo vocabulo, antichristus.*

Nomen *antichristi*, ubi non adhibentur Epistolæ Iohannis, extra quas id in Scriptura non occurrit, commodissime seponitur, propter homonymiam. Dicitur enim vel de *antichristianismo* sub apostolorum tempora exorto, quo sensu ipse Iohan-

hannes jam tum non unum, sed multos antichristos esse factos scripsit, 1 ep. c. 2. v. 18. vel de *papatu* per complura jam secula dominante, quo sensu plerique Protestantium accipiunt: vel de *Homine peccati* in individuo, ut inprimis Theologus Halensis adhibet. Ego non utor vocabulo in tantam adducto ambiguitatem, præterquam ubi aut Epistolas Iohannis tracto, aut sententias aliorum, qui utuntur, refero: &, si in Apocalypsi tractanda uterer, quanquam Nefarius ille se *deum* perhibebit, non *Christum*,) eodem uterer sensu, quo Theologus Halensis, qui tamen negat, me rectam habere de *antichristo* ideam. Epicr. p. 375. 389. Non negaret, si *Praefationi* saltem meæ vacasset attente perlegendæ.

Observ. 20. *Cum bestia simul potestatem quasi reges accipiunt decem cornua sive reges unam horam.*

Id aperte dicitur Ap. XVII. 12. *Bestia* innuitur individualis: & *una hora* est gerendi regni, quippe quod decem cornua mox dant bestiæ. Bestia modo dicebatur *non esse*: quare potestatem denuo accipit, & *cum* ea reges, qui hora interjecta suam quoque potestatem tam recentem dant bestiæ.

Observ. 21. *Tota vis monarchiae Romanae in decem regna divisae conferetur in bestiam.*

Id dicitur ibidem versu 13. 16. 17. Reges decem, non modo decem regna, erunt; reges autem, prorsus dediti bestiæ, mirabili consensione.

Observ. 22. *Decem cornua, & bestia, meretricem vastabunt.*

Id dicitur ibidem, versu 16. Momentosissima particula, καὶ, &: vulgo obliterata, vindicatur suo loco.

Observ. 23. *Postremo bestia, cum decem cornibus, ceterisque regibus terrae, in magnam illam cladem irruet.*

Id scriptum est Ap. XIX. 19, ubi sub *regibus terrae, decem cornua* contineri, patet ex cap. XVII. 14. 17 fin.

Observ. 24. *Huic considerationi Daniel, quacunque eum ratione interpretere, non officit.*

Quæ hactenus ex Apocalypsi didicimus, ea nos ad ipsum bestiæ decemque cornuum exitum perducunt, & per se plana sunt, neque per Danielem, sive Langiana, sive alia ejus interpretatio vera est, labefactantur. Fac, bestiam quartam apud Danielem esse regnum *Graeco-Syriacum*: aut cornu parvum esse *Muhammedem:* (quam sententiam certe Epicrisis ratione minus idonea refutat, p. 404 s.) aut denique *decem cornua* apud Danielem alia esse, atque apud Iohannem: (etenim *post* decem cornua cornu apud illum surgit, c. VII. 24 in Chaldaico; apud hunc autem decem cornua simul *cum* bestia regnum accipiunt, c. XVII. 12.) horum nil interpretationi obest meæ. Nam quemadmodum bestia apocalyptica similitudinem quandam habet etiam cum tertia, secunda, prima Danielitica, ut vidimus Thesi V, obs. 2. nec tamen idcirco eadem est cum ulla earum: sic similitudo bestiæ apocalypticæ cum quarta Danielitica non eandem bestiam infert. Hoc in gratiam eorum dixerim, qui Danielem aliter interpretantur, atque nos Apocalypsin, vel certe de Danielis interpretatione dubitant. Sed progrediamur.

Observ. 25. *Bestia quarta Danielitica est Romana monarchia.*

Regnum Græco Syriacum sub quaternis alis capitibusve tertiæ bestiæ continetur: neque per se amplitudinem totius bestiæ, nedum quartæ, a prioribus tantopere distinctæ, assequitur. Ægre in eo decem cornuum successiva ostendi series potest, unius temporis, ut textus postulat, multo minus. Denique multo

id

id citius exspiravit, quam vel quarta bestia interiret, vel Lapis abscinderetur. Nil superest, nisi Romanum imperium: id quod, præter alios, solide docet Abbadie in Apoc. T. IV. p. 446-537, & Ianus de IV Monarchiis. Romanum si prætermissum esset, inter bestias Danieliticas & inter Apocalypticam unus, isque magnus esset hiatus. Atqui & Daniel, cap. II & VII, & Apocalypsis, cap. XIII-XIX, a diversis regnorum, quæ describunt, initiis, continuo filo, ad unam eandemque metam, ad Christum ejusque regnum sub toto cœlo, deveniunt.

Observ. 26. *Eadem bestia Continuum quiddam est, ab initio monarchiae Romanae, usque dum throni ponuntur: & bestiam Apocalypticam & mulierem & multa alia diversa in se complectitur.*

Quæ potissimum victoria initium dederit monarchiæ Romanæ, non magni interest. Quodcunque fuit initium, ab eo usque ad metam quatuor monarchiarum quarta instar est fluminis, quod unum a suo fonte alveum habet, sed interdum rivos quosdam imbibit, interdum in plures ipsum rivos dividitur, & tamen unum continuum flumen manet. Primum Romana potestas erat indivisa: deinde rudimenta quædam divisionis exstitere, & divisio ipsa in orientem & occidentem, quæ multas habuit vicissitudines. Tum partes potentiæ sibi Romanæ vindicarunt Herulorum, Gothorum, Longobardorum reges: Exarchi: ipsi Romani: Imperatores Carolingi, Germani, non exclusis aliis regibus. Quicquid potentiæ vel papa quoque vel urbs ante Gregorium VII habuit, id bestia Danielitica immediate continet: quicquid potentiæ papatus a Gregorio VII, (qui *Chrono* ab Augusto abest,) etiam sub schemate spirituali, in urbem, in Patrimonium Petri, in vasallos, in reges, in populos exercet, bestia apocalyptica refert: sed ipsa rursum bestia apocalyptica, & item Roma cum potentia sua extrema, adeoque & id quod retinet, & is qui retinetur, sub Danielitica bestia comprehenditur; quæ propter papatum ab omnibus prioribus bestiis differt: c. VII. 7. Apud Danielem est series principum multo longior, quam in Apocalypsi. Ipsa varietas partium, ex quibus bestia quarta apud Danielem constat, præcipuam ejus differentiam a tribus prioribus bestiis exhibet: ac tertia quidem post mortem Alexandri M. multa diversa complecte batur, & tamen una erat; sed multo magis varias partes habet quarta, sic tamen, ut & conjunctim a tertia differant, & inter se cohærentes unam bestiam exhibeant.

Observ. 27. *Cum interpretatione nostra Apocalyptica sic quoque congruunt, quae Daniel de decem cornibus vidit.*

Apud Danielem de decem cornibus tria evelluntur, emergente cornu parvo: at in Apocalypsi decem cornua pleno se numero adjungunt bestiæ, extremo ejus tempore. Ergo decem sunt prius apud Danielem, quam in Apocalypsi. Diversam dixeris formam, eandem materiam esse; ideoque Iohannem, respectu Danielis, ante omnia cornuum in textu mentionem facere, versu 1. quæ tamen postea constanter capitibus postponit. Varia pridem fuere, præsertim citerioribus seculis, *denarii* regum lineamenta ac molimina: *ipse denarius nondum liquido apparuit;* neque cernarius eorum, qui evulsi sint. Fient autem decem: &, quantum ex utriusque prophetiæ collatione existimari potest, de decem regibus cornu aliud parvum, princeps non magnus, tres sibi vicinos subiget: idemque, admirantibus terricolis, nova ex abysso malitia mactus, regnum ipse, & cum eo

reges,

reges, ex nova divisione, decem, accipient, idemque erit & octavus & ex septem, eique decem reges, post unius horæ regnum, potestatem suam conferent. Ipse Daniel, cap. VII, uno versu 20, respectu decem cornuum, & trium, *aliud* memorat: deinde, multo exsertius, *cornu* illud, quod oculos & os magniloquum habebat.

Observ. 28. *Nec pugnant, quae Daniel de cornu parvo vidit.*

Cornu parvum, quod a quarta bestia differt, ut pars a toto, (neque enim versu 11 id pro ipsa bestia dicitur,) est apocalyptica bestia aut septiceps aut individualis. si septiceps, bene est; si individualis, (ut, quemadmodum Christus est Cornu salutis, sic Adversarius sit Cornu perniciei,) videtur tamen id ortum aliquanto celeriorem habere apud Danielem, ut tres reges de decem prius dejiciantur, quam bestia cum decem regibus regnum accipiat. Vtut est, de bestia septem capitum dicuntur in Apocalypsi, quæ cornu apud Danielem habet, ut *os magniloquum & blasphemum*, *bellum cum sanctis & victoria ex iis:* neque id obstat nobis. Nam quæ male agit bestia in primo incisu durationis suæ, ea in tertio agere perseverat atrocissime: quam ipsam ob causam actio bestiæ individualis capite XVII & XIX parcius describitur; quia nempe pleraque ex capite XIII repetenda sunt. Vid. *Erkl. Offenb.* p. 893. Eo uberius est indicium propheticum, quod subjectum aliter aliterque spectatum eadem habet prædicata.

Observ. 29. *Tempora bestiae apud Danielem & in Apocalypsi suaviter conveniunt.*

Tempora $3\frac{1}{2}$, dum cornu dominatur, Dan. VII. 25, & *menses* 42 bestiæ grassantis, Ap. XIII. 5, & ὀλίγον *paululum* illud mansionis, c. XVII. 10 (ne cetera loca addamus, quæ supra ad c. VI. 2 attigimus,) pro annis $3\frac{1}{2}$, iisque communibus, ingenti cum affirmatione habet Epicrisis p. 390. 399. & Comm. ap. f. 203. Obvia quidem facilitate multis pridem arridet mensis 30 dierum, ut dies 1260, menses 42, anni $3\frac{1}{2}$ inter se æquentur: sed ea ipsa facilitas, collatis dierum, mensium, annorum naturalium arduis invicem rationibus, fallax deprehenditur. Neque Iohannis neque Danielis ævo singulares anni reperiuntur, qui habuerint dies 360, sine epagomenis, multo minus anni $3\frac{1}{2}$, qui habuerint dies 1260, ut vel Nabonassarei anni Daniele vetustiores evincunt. *Tempus* aliis locis alios habet significatus: vid. *Erkl. Offenb.* p. 130 f. 148. & *tempus* (καιρὸς) in Apocalypsi est longius anno, etiam prophetico: & *anni* $3\frac{1}{2}$ sive menses 42 sunt longiores diebus 1260, sive propheticos sive communes annos, menses diesque spectes. Vid. *ibidem* p. 136 &c. unde facile liquescent argumenta a cel. D. Langio in comm. apoc. f. 115 seq. pro periodo $3\frac{1}{2}$ annorum allata. Annuo die nitebatur cum multis Seizius: communis diei princeps assertor est Theologus Halensis. Et illius & hujus rationibus examinatis, vera temporum analysis, me in medio ducens, (v. 18 not.) mirifice confirmatur, nullo aut subito aut deliberato impetu retexenda. *Danielitivam* chronologiam, quod ad novissima pertinet tempora, expendi in *Ordine temporum*, pag. 371 seqq. *Arcanum temporum* panditur in Apocalypsi & per eam in Daniele: & id ipsum spectant augustissima juramenta in utraque prophetia. Interpretatio, quæ longas in iis temporum periodos ad brevitatem redigit, non potest non plurimum turbare. Est paralleliſmus temporum in Daniele & in Apocalypsi, sed reconditus, &, quum semel inveneris, concinnus, longe ultra dierum 1260, mensium 42, temporum $3\frac{1}{2}$ congruentiam. Vid. *Ord. Temp.* l. c. &

pag. 322 seq. Quod ad *tria citata loca* attinet, paralleliſmus in iis quæſitus ſe ipſe conficit. Primum locum infra cum tertio componemus, ad c. XVII. 10. ſed ſecundus a tertio, adeoque etiam a primo longe differt. *Menſes* 42 ſunt ante phialas, & primum beſtiæ inciſum propemodum exhauriunt, Obſerv. 9. 13. at poſt phialas eſt ὀλίγον *paululum*, & *tempora* $3\frac{1}{2}$ in inciſo tertio. Non æqualis eſt periodus, nedum eadem. *Multo elegantior & ſubtilior eſt prophetica-rum periodorum varietas, quam ut in unam tam multa maſſam conjicienda veniant.*

Obſerv. 30. *Hac demum ratione conciliantur invicem etiam ea, quae de interitu beſtiae ſcribuntur in utraque prophetia.*

Epicriſis hac quoque in parte ſolam notat ſimilitudinem, p. 400. *Daniel ignem*, inquit, *tribuit beſtiae: idque confirmat Iohannes.* conf. p. 373 Diſſimilitudo non minus eſt notabilis. *Vidi*, inquit Daniel, *donec occiſa eſt beſtia, & corpus ejus perditum eſt: & data eſt incendio ignis.* v. 11. Extremum illud, *& data eſt*, & accentus, & genus fœmininum in Chaldæo quoque, a *corpore* beſtiæ ſejungunt, & cum ipſa *beſtia* conjungunt. Pro uno eodemque, ultimo, beſtiæ tempore & Iohannes loquitur & Daniel: ſed Daniel *beſtiam* innuit in toto *complexu*, (conf. Obſerv. 26.) id eſt, decem cornua, five reges, in capite ejus, & cornu ſingulare inter decem cornua, & *corpus*; Iohannes *decem cornua* ſecernit a beſtia. Ideo hic ait, 1) *beſtiam* cum pſeudopropheta *vivam* conjectam in ſtagnum ignis, 2) *ceteros* hoſtes, & in eorum turba *decem* illos & reliquos terræ *reges*, *occiſos:* at ille ſcribit, 1) ipſam *beſtiam*, quod ad decem cornua capitis a *corpore* diſtincti attinet, eſſe *occiſam;* 2) *corpus*, i. e. copias & opes beſtiæ *periiſſe:* ac rurſum 3) *beſtiam*, quod ad cornu ſingulare attinet, conjectam eſſe *in incendium ignis.* Dum primum hîc & tertium membrum dirimuntur, ſimultaneum utriusque cum ſecundo indicatur. Interitus beſtiæ quartæ, apud Danielem, conjunctum habet interitum priorum beſtiarum, c. VII. 12. II. 35. 45, & interitum beſtiæ apocalypticæ poſtea exortæ.

Hactenus de decem *Theſibus*. de quibus quicquid dixi, in Exegeſi Germanica dixeram: ſed quia *multi judicant & pauci legunt*, *) rem uno hîc faſce comprehenſam iterum oculis ſubjici oportuit. Deinceps Theologus Halenſis annotationes meas ad verſiculos capitis XIII ſingulatim viſurus expendit, quomodo oſtendam, beſtiam eſſe papatum. Hoc autem, antea demonſtratum, ego in annotatis præſuppono, & in textu, ut quælibet portio poſtulat, tractando progredior. Qui ſuperiora rite cognorit, facile pro me reſpondebit: ſtrictim tamen aliqua notabo. Negat, ullam verſiculi hujus & ſequentium applicationem ad papatum a me dari. Epicr. p. 386 ſeqq. Non dedi pagina 690-695, quas citat: nam ibi ſimilitudinem, nec non diſſimilitudinem, beſtiæ Danieliticæ & Apocalypticæ præſtruxi, ut par erat. Dedi applicationem, ordinatim, pag. 658. 678. 696 ſeqq. & remiſi pagina 663 lectorem ad caput XVII, ubi de *capitibus* & *cornibus* diſtincte copioſeque egi, p. 853 ſeqq. De *pardo*, *urſo*, *leone*, eo brevior eſſe potui, quo uberius hæc explicant, qui hanc periocham de papatu frequentes interpretantur. Neque nil navarunt Danielis exegetæ. Non facile ſcribo, quod ab aliis ſcriptum ſit prius. *Papae nomen*, (ὄνομα, ſingulare, *Eraſmus* ex antiqua lectione refert *Andreae Caeſarienſis*,) blaſphemum eſſe negat. p. 388.

Vt

*) *Idem* HODIEnum *toto die contingere, quis non manibus palpat?* E. B.

Vt papa hoc nomen ad se unum redegit, nullum is nomen majus, adeoque nullum magis blasphemum habet. Vid. *Erkl. Offenb.* p. 697, & adde *Forbes.* in Ap. p. 118.

3 καὶ μίαν) Sic omnia antiquissima vestigia. εἶδον interserunt duo tresve libri. Assentior Wolfio, μίαν, quum εἶδον deleveris, non referri ad verbum ἔδωκε proxime præcedens, quanquam glossa, in Apparatu notata, esse videtur, quæ μίαν eo referat. Quodsi εἶδον subaudiendum est, ex v. 1 id repeti debet, quomodo verbum *videndi* per hyperbaton adhibet Plinius lib. VIII H. N. c. 6, *Elephantos Italia primum vidit Pyrrhi regis bello, & boves Lucas appellavit-Romæ autem* (scil. *vidit*) *in triumpho &c.* Sed æque commode cohæret sermo, ἔχον μίαν κτλ. coll. v. 14. & *Latinus* interpres, quum *vidi* olim non legeret, sic constructisse videtur: *& vidi bestiam habentem capita septem - &* (habentem) *unum de capitibus SVIS* (non, *ejus,*) *quasi occisum in mortem.* Ea videlicet v. 1. 2. 3 casuum mixtura exstat, quam non semel vidimus, & aliquanto inferius videbimus: facilisque est nexus *capitum septem* & *unius ex capitibus. Vnum* dicitur caput, pro *primo.* nam εἷς, *unus*, etiam sine articulo *primum* dicit. c. VI. 1 bis: Ez. XXXII. 1, præsertim apud LXX &c. Accusativus μίαν, qui, ut modo notavimus, ab ἔχον v. 1 per hyperbaton pendet, ascensum bestiæ ex mari & vulnus arctissime connectit. Quare etiam κεφαλὴν ἐσφαγμένην, non σφαττομένην dicit, ut ἀστέρα πεπτωκότα, in præterito. c. IX. 1. Primum bestiæ caput est papa in *Laterano*, in monte *Cœlio*, a Gregorio VII ad Innocentium III aut ultra. Eo temporum tractu plurima adversa evenere papæ per contentionem cum Imperatore, sed ex omnibus convaluit.

¶ ὡς ἐσφαγμένην - ἐθεραπεύθη· *ut mactatum - sanata est*) Et plagæ & sanationis paroxysmos in historia Gregorii VII, Paschalis II, Calixti II, Alexandri III, & aliorum videas. Quicquid tum adversi accidit, *plagæ* est: quicquid secundi, *sanationis* est.

¶ καὶ ἐθαύμασεν ὅλη ἡ γῆ ὀπίσω τῷ θηρίῳ· *& admirata est tota terra post bestiam*) id est, admirabunda ivit post bestiam. Sermo concisus, uti Act. XV. 23, *scribentes* & mittentes *per manum eorum.* Secuti sunt omnes bestiam pedibus, vel oculis, vel affectu; v. gr. in Cruciatis.

4 καὶ προσεκύνησαν τῷ δράκοντι - καὶ προσεκύνησαν τὸ θηρίον) Verbum προσκυνεῖν, quum de *Dei adoratione* agit, Dativum habet passim, & sic de *angeli adoratione*, c. XIX. 10: sed de *dæmoniis & idolis*, Accusativum, c. IX. 20. Hinc προσκυνεῖν cum Dativo plus quiddam videtur dicere, quam cum Accusativo, præsertim ubi uno loco uterque casus ponitur, ut hîc & cap. XIV. 9. 11. XX. 4. Ex hac adoratione obiter confirmavi in Exegesi Germanica Thesin II, supra, ad versum 1, recognitam. Bestiam pro potestate mere politica habere se negat cel. D. *Langius.* Epicr. p. 389. Ego autem hac in parte refutavi eos, qui cum illo alias consentiunt, & potestatem politicam h. l. quamvis varie statuunt. vid. ibidem, p. 383.

¶ τίς δυνατὸς, *quis potens*) scil. ἐστί; sic LXX, δυνατὸς ἔσομαι; Num. XXIII. 1. (XXII. 38.) Confer eosdem ibid. c. XIII. 31. Gen. XXXII. 28. Dan. III. 17. Adoratores bestiæ provocant alios: *quis similis bestiæ? quis potens bellare cum ea?* Car. Sigonius lib. XIV de regno Italiæ, ad Ann. 1176. *Facile*, inquit, *impulere* (Fridericum) *summi viri, qui* bellum *hoc non cum homine, sed* cum Deo geri *identidem admonentes, ut de pace legatos ad Alexandrum mitteret, pervicerunt.* Ipse mox apud eundem Alexander ait, *Dei in hoc* bello *causam agi, quam* Fridericus

justo oppugnando pontifice oppugnarit. Horatius Turſellinus in Epitome hiſt. *Tandem Federicus*, inquit, *non cum hominibus, ſed cum DEO bellare ſe ſentiens, pacem denique cum Alexandro fecit.* Eodem de negotio Matthæus Pariſius ita loquitur: *Fredericus Imperator venit AD PEDES ALEXANDRI PAPÆ; audivit enim & certificatus eſt ſuper hoc, quod cum fugeret a perſequutione imperiali, & non erat ei tutus tranſitus per terram, imo per mare, exorta tempeſtate, aſſumpſit omnia ornamenta papalia in navi, quaſi celebraturus, & ſtans imperavit mari & ventis vice Ieſu Chriſti, cujus Vicarius erat, VT AIT, & ſtatim facta eſt tranquillitas magna. Quo audito, Imperator ſtupefactus, humiliatus ſatisfecit ei per omnia, TIMENS TAMEN PLVS DEVM, quam HOMINES.* Hiſt. Angl. ad A. MCLXXVII. Sane magna & blasphema ſunt, quæ adoratores de beſtia, & beſtia de ſe, v. 5. 6 loquitur. Vid. Romæ ruina finalis, p. 7-18. I. F. Mayerus in Diſſ. c. Grot. Num dogma papiſticum ſit, *Pontificem romanum eſſe deum.*

5 καὶ ἐδόθη αὐτῷ ἐξουσία μῆνας τεσσαράκοντα δύο) Hæc priſca, brevis, media, germana eſt lectio: ut accuſativus μῆνας *menſes* reſpondeat quæſtioni *quam diu.* Alii ſupplevere ποιῆσαι, plures πόλεμον ποιῆσαι. Vtrumque ex v. 7. Aliud momentum verſu 5, aliud, creſcente calamitate, verſu 7 notatur. Vberior horum menſium conſideratio verſu 18 ſequetur: qua adhibita non latebit, quid de exitu *poteſtatis* beſtiæ exiſtimandum ſit. Multi, ubi primum tale quidpiam audiunt, veluti novellas rerum futurarum admirantur, non ſicuti verbum Dei reverentur: rem denique conſideratu dignam ajunt, nec tamen ita conſiderant, ut ſepoſitis pauliſper rebus levioribus (quid autem ad hæc, tam magna, non leve eſt?) veritatem perſpiciant: tum, ubi ſemel iterumque audierunt & narraverunt, guſtu novitatis amiſſo faſtidiunt, & quales ſemper erant, tales in judicia divina, incognita, cognita, incurrunt, nec præterita, nec præſentia, nec futura curantes. Videant, quid agant. Illis non ſcribimus: illorum reſpectu non ſilebimus. Vid. cap. XXII. 10. 11. Appropinquat igitur magis magisque exitus *poteſtatis* beſtiæ: eumque exitum præcedent res graviſſimæ, quæ de capite XIII & XIV reſtant, & quæ capite XV & XVI continentur. Sequetur autem eundem exitum *Non-eſſe* beſtiæ, & multa alia, quæ capite XVII & ſequentibus deſcripta ſunt.

6 τοὺς) Aſyndeton, uti Iob XLII. 9.

7 πόλεμον ποιῆσαι μετὰ τῶν ἁγίων, *bellum faceve cum ſanctis*) Dan. VII. 21 עבדא קרב עם קדישין LXX, ἐποίει πόλεμον μετὰ τῶν ἁγίων. Sic, πόλεμον ποιεῖν, Ap. XII. 17. XIX. 19, & pro עשה מלחמה LXX ſæpe. Recte hoc *bellum cum ſanctis* ad Cruciatas contra Waldenſes refert *I. C. Becmannus* in Diſſertatione de juſtitia armorum Cebennenſium, pag. 33.

¶ πᾶσαν, *omnem*) *Plus terrarum lex Romanorum pontificum, quam Imperatorum obtinuit.* Greg. VII. lib. 2. Ep. 75.

8 προσκυνήσουσιν, *adorabunt*) Ordinarium verbum, ubi de ceremoniis circa papam agitur, eſt *Adoratio*, cujus conjugatum eſt *Oſculum*, pedum ſcil. ejus, perinde ut προσκυνεῖν, κυνεῖν, κύειν eſt *oſculari*. unde, נשׁק LXX 1 Reg. XIX. 18. & Symmachus Pſalm. II. 12, προσκυνεῖν.

¶ ἀπὸ) ἀπὸ hoc loco valet *ante*, uti Matth. XXV. 34 not. & conſtruitur plane cum ὁ γέγραπται, idque tam facile, ut ne hyperbaton quidem dicendum ſit. Omne dubium tollit locus proprie parallelus c. XVII. 8. *Mactatum Agnum* ſæpe memorat apocalypſis; *a mundo condito* nunquam addit: nec ſane a mundo condito mactatus eſt. Hebr. IX. 26. Qui eum in de-

creto

creto divino mactatum causantur, pari sensu eum a mundo condito natum, resuscitatum, in cœlos profectum dicent.

10 ἀιχμαλωσίαν συνάγει) LXX, συγκλείειν ἀιχμαλωσίαν, εἰσάγειν ἀιχμαλωσίαν, ἄγειν ἀιχμαλωσίαν, dicunt de victis in captivitatem abductis: sed 1 Maccab. XIV. 6 dicitur, συνήγαγεν ἀιχμαλωσίαν πολλήν· i. e. *Simon multos, qui captivi fuerant, liberavit & in unum conduxit.* item 1 Maccab. III. 9. 13, συνήγαγεν ἀπολυμένους, ἤθροισεν ἄθροισμα. Eaque notio huic loco congruit, hoc sensu: *si quis captos armat, capietur.*

¶ ὑπάγει, *abit*) facile abductus.

¶ ἀποκτένει) Præsens, ut συνάγει. κτένω, κτέννω, κτείνω, idem.

11 καὶ, &) Arctissime cohæret utriusque bestiæ descriptio, sicut capite sequenti descriptio rerum lætiorum.

¶ ἄλλο θηρίον, *aliam bestiam*) Hæc dicitur *pseudoprophetæ*, infra, sæpius: & hoc loco ipsa ejus actio describitur, ut pseudoprophetæ. Opportuna illi erit *) *larvata virtus & sapientia, quæ citra Verbum DEI, sine Redemtore & Paracleto, a multis per se & gregatim colitur, Deismum, Socinismum, Pelagianismum haud reformidans, dogmate de Verbo interno abutens, Christianismum cum ipso Muhammedismo facile conciliatura, nec non perversa ipsius Apocalypseos totiusque Scripturæ sacræ interpretatio.* De hac quoque bestia aliter sentit cel. D. Langius in Epicr. p. 391 seqq. Strictim hîc quoque notabo nonnulla. Iam ab Hildebrandi temporibus priori bestiæ alteram (ob communia utriusque, sed magis ob sua, ut improbi faciunt, commoda) inservisse, nusquam dico. Neque menses XLII prioris bestiæ dico esse communes, sed locutionem textûs imitor, suo loco explicatam. Prior bestia ortum longe antiquiorem habet, quam altera: sed ubi hæc quoque orta est, cum priore est. Gregorius VII pridem fuit: sed causam ejus nondum exspiravisse, testis est Legenda ejus. Cum bestia priore imaginem ejus eodem tempore viguisse, nunquam cogitavi. De interitu bestiæ & pseudoprophetæ obiter egeram pag. 733, sed clarius, suo loco, p. 935. Apocalypticam & meam de bestia ideam si percepisset vir venerandus, non tot momenta inter se commisisset. Ad Elenchum, quem p. 393 subjungit, respondimus supra.

¶ ἐκ τῆς γῆς, *ex terra*) *Terra, mari* opposita, coll. v. 1, est Asia: quæ habet Palæstinam, Persidem &c.

12 ποιεῖ-ἐποίει) Miscentur tempora, uti v. 15 & cap. XI. 9. 10 cum annot. in Apparatu, p. 818. [*Ed. II. p. 541.*]

¶ τὴν γῆν καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ κατοικοῦντας, *terram & habitantes in ea*) Singularis locutio. nam. v. 14 & aliis locis dicitur, τοὺς κατοικοῦντας ἐπὶ τῆς γῆς, *habitantes in terra.*

*) *Non potui, Lector! quin ea, quæ sequuntur, verba typis distingui curarem. Si ante hos* triginta annos *hæc scripsit Beatus:* hodie *quid scripturum existimes, quum, præter modo dicta,* supinus veritatis euangelicæ (nouis identidem cuniculis oppugnandæ) contemtus; librorum sacrorum non pium & moderatum examen, sed temeraria mutilatio; experientiæ spiritualis, quatenus naturali sagacitati opponitur, leuissima traductio; profanissimorum ingenii abortuum immensa collaudatio; indifferentismi amplissimi, sub amoris & prudentiæ prætextu, pertinax commendatio; verbo, non sentiendi, sed ore literis que effundendi, quicquid libet, effrenis licentia &c. *omnem undiquaque christianum orbem cataclysmi ad instar (DEVS meliora!) inundare minentur! Conf S.R.D.* Crusii *Progr. Pentec. ad A. 1773, s. t.* Problema de Dubiis in Data conuertendis, sigillatim in disputando super doctrinis christianis, *p. IV & passim. Rideant alii; alii stomachentur: dummodo, qui recti corde sunt, periculum euadant.* E. B.

terra. Nullam video sententiæ differentiam, nisi hoc versu 12 *subita* innuitur *universalitas* adorationis, Edicto fortasse aliquo promulganda.

13 ἵνα, *adeo ut*) ἵνα frequens Iohanni particula. In omnibus suis libris non nisi semel, capite III evangelii, v. 16, ὥστε posuit, ἵνα videlicet subsequente.

¶ ἐνώπιον) Constr. cum ποιῇ, vel potius cum ποιεῖ.

14 τῆς μαχαίρας, *gladii*) Proprie fuerat plaga gladii. Etenim Henricus V in transactione cum Calixto II contentionem antegressam appellat *GVERRAM.*

15 ἵνα λαλήσῃ ἡ εἰκὼν τῷ θηρίῳ, *ut loqueretur imago bestiæ*) *Imagines loqui, res mira, non tamen incredibilis. Habes id in historiis romanis & Valerio Maximo, de simulacris Iunonis Monetæ, Fortunæ Muliebris, Silvani. Et Moses Maimonides parte III, cap. 24, Ductoris dubitantium, duos sibi libros lectos ait de Imaginibus locutis.* Grotius ad h. l. Adde quæ ad hunc quoque locum citant Petrus Crugotius & Nic. Mulerius. Non abludunt, quæ ad Florum, libro II. c. 8 de sudore Apollinis Cumani agentem, collegit Freinshemius: *apud nostratia simulacra ante duo tria secula adeo hæc omnia in consuetudinem verterant, ut prope sæpius quam homines flerent, viderent, LOQVERENTVR etiam & ambularent, aliaque peragerent opera, quæ nostri homines vix credere possunt.*

¶ ἵνα ἀποκτανθῶσι, *ut occidantur*) Graviter Rupertus ad h. l. *Hoc Christus non fecit, neque prophetæ ejus, neque apostoli docuerunt, neque reges christiani jam facti hoc acceperunt, ut occidant, & sanguine cumulandum existiment Christi servitium. Verus namque deus non coacta, sed spontanea servitia vult. Ergo & in hoc, imo maxime in hoc palam faciet sensum habentibus & ratione pollentibus, quod vere sit antichristus, quod vere non Christus, sed secundum nomen suum Christo sit contrarius. Hic est Christus: qui sanguinem suum fudit. Hic est Antichristus, qui sanguinem fudit alienum.* Post Reformationem insignes subinde interpretes persecutionem truculentissimam etiamnum a bestia imminentem statuerunt: ut *Phil. Nicolai* lib. II de Regno Christi, pag. 305. *Hoe* in Ap. XI. num. 78. *Dælingius* de antichr. p. 298 & passim. Adde *Matthæi Hofmanni* chronotaxin Apoc. p. 116.

17 ἵνα) Alii, καὶ ἵνα. Id probat Wolfius, καὶ tamen etiam a *Copto* omitti notans. Sane brevior lectio antiquissimis nititur testibus. Latinis adjice *Apringium, Ansbertum, Etherium.* Vid. supra ad c. VI. 4. Constructio est hæc, δῶσι χάραγμα, ἵνα κτλ. Tria esse Incisa durationis bestiæ ostendimus ad v. 1. In extrema incisi primi parte exoritur acerbissima ærumna: cujus longitudo vix definiri poterit, nisi sit numerus dierum numero bestiæ, de quo mox, per analogiam congruens.

18 ὁ ἔχων νοῦν, ψηφισάτω, *qui habet intellectum, computet*) Non dicitur, *qui legit,* νοείτω, *advertat, intelligat,* uti Matth. XXIV. 15. sed νοῦς, *mens,* intellectus, præsupponitur; & quin *mentem* jam *habet,* etiam ad computandum bestiæ numerum & ad calculos adhibendos excitatur. νοῦς, *intellectus,* contradistinguitur *spiritui,* 1 Cor. XIV. 14 seq. sed hoc loco *sapientiæ* contradistinguitur. *Calculandum* est: ergo præcise accipi numeros oportet, qui calculationem ingrediuntur, & qui numeris calculationem ingredientibus respondent. Calculare jubetur, qui νοῦν *intellectum* habet: igitur placide alterum ferre debet, qui calculos non capit; modo ne eos contemnat & obterat, præsertim ὧδε *hic,* ubi tale remedium est necessarium nobis. Respice locum Dan. XII. 4. 10. Quales sunt, quibus in hoc negotio vel diligentia & intelligentia, vel negligentia adscribitur?

¶ ἀριθμὸς

¶ ἀριθμὸς γὰρ κτλ. *numerus enim* &c.) Vtrumque nomen sine articulo est, hoc sensu, ὁ ἀριθμὸς τῆ θηρίε ἐστὶν ἀριθμὸς ἀνθρωπε. ἀριθμὸς, sine articulo, prædicatum est: & ἀνθρώπε dicit numerum *humanum*. Sic μέτρον, non τὸ μέτρον, cap. XXI. 17. Particula γὰρ *enim* exstimulat nos, spem præbens, imo etiam clavem, resolvendi numeri. Mox enim indicatur & *qualitas numeri numerati*, quod videlicet sit *numerus hominis*; & *quantitas numeri numerantis*, nempe *DCLXVI*. Operosiorem hujus numeri calculationem ex professo dedi in *Germanica exegesi* Apocalypseos, & quidem in Introductione præcipue, § 43. Hoc loco *Decidua* quædam dabimus per aphorismos quosdam illustrationibus suis comitatos: ipsam vero demonstrationem severiorem ab exegesi illa peti pervelim.

§ I. *Recte legitur, Græce,* ἑξακόσια ἑξήκοντα ἕξ, *neutro genere; Latine tamen etiam ex vero*, sexcenti sexaginta sex, *masculino genere.*

Plerique habent literas numerales χξ̄ϛ̄. Id Latine est *DC. LX. VI.* Nullo vestigio constat, prophetas & apostolos, librariosque primos, in numeris exprimendis, literas numerales adhibuisse. Contra, non adhibuisse, existimare fas est: nam eæ lectionem publicam impedissent. Certe *anagnostes*, ex Patmo in Asiam missus, sive χξ̄ϛ̄ notavit Iohannes, sive plenis verbis perscripsit, scire necessum habuit, masculino an neutro genere pronunciandum esset. Operæ pretium fuerit, *Irenæum*, libri V capite XXIX & XXX, evolvere & expendere. Inde colligas, jam tum bestiæ numerum Græce Latineque numeralibus literis fuisse descriptum, neque tamen apud omnes. Græce Irenæum sua scripsisse, sed hac mente, ut mox e vestigio Latine per alios redderentur; adeoque ad Latinos æque atque Græcos N. T. codices respexisse, ostendi in Apparatu, pag. 826. Quare de numero bestiæ ita differuit, ut Græcæ simul & Latinæ lectioni congrueret. Græcum exemplar *Alexandrinum*, & *Latinus* interpres, ut passim, ita hîc, inter se congruunt: sunt enim in illo ἑξακόσιοι ἑξήκοντα ἕξ, & apud hunc *sexcenti sexaginta sex*. Interpres, quo sensu masculinum vel Græce legeret vel Latine redderet, non fuit solicitus, ut arbitror: Græcus autem librarius id videtur prætuliisse, quod in libris V. T. assuetus esset numeris fere masculino genere, v. gr. Ezr. II. 13, ubi idem numerus, virorum, exstat, exprimendis. Inde Irenæus non semel *sexcentos sexaginta sex* loquitur. Idem rursus, quum eundem numerum in nominibus Græcis ΕΥΑΝΘΑΣ, ΛΑΤΕΙΝΟΣ, ΤΕΙΤΑΝ quæsitum scribit, ἑξακόσια ἑξήκοντα ἕξ, neutro genere, Græce lectum fuisse docet. neque enim valor numericus *sexcentorum sexaginta sex*, in abstracto, per ejusmodi nomina, masculino genere, sed neutro, quæri potuit. In censu virorum, v. gr. in libro quarto Mosis, qui inde Ἀριθμῶν *Numerorum* titulum habet, & apud Ezram masculino genere pronuntur numeri: sed ubi absolute ponitur numerus aliquis, non nisi neutrum genus commode adhibetur. *Masculino* genere numerum græcum exprimit Arias Montanus, Complutensium exemplo; Complutenses, Vulgati auctoritate: nam in ms. Græco, Seideliani gemello, alias ab illis adhibito, χξ̄ϛ̄ fuisse, ex Seideliani codicis excerptis, quæ mihi amica impertiit manus, apparet. *Neutrum* genus complures, ut arbitror, codices manuscripti retinent: quorum a nota χξ̄ϛ̄ differentiam collatores notare supervacaneum duxerint. nam ipse Millius extremo demum laboris sui tempore *Covelianum* codicem pro lectione ἑξακόσια ἑξήκοντα ἕξ allegavit, cui duos alios Appa-

paratus meus, inter se longe remotos, eoque nomine satis ponderosos, adjecit.

§ II. *Numerus 666 certus est, neque pro incerto ponitur.*

Hoc paullo ante ex ipso *calculandi* jussu intulimus summatim. Audiemus eadem de re *Ioh. Marckium: Magni quid*, inquit, *se reperisse putat* Carolus Gallus, *credens*, hominem *collective pro* hominibus *positum*, & *dein* numerum *hominum*, numerosam *admodum* multitudinem *significare. Verum quam probationis loco adducit, Hebraica phrasis, ipsius thesi plane adversatur. Illi sc.* homines numeri *pro* paucis *usurpant.* &c. *Præ reliquis vero sententiis omnibus rejicienda nobis esse videtur illa, quæ* numerum *hîc* definitum *pro* indefinito *positum vult, sicut cum 144000 Agno tribuuntur, & notari tum numerum* magnum, *sive* blasphemiarum & errorum *antichristi, quorum corpus ita sit compactum & concatenatum, ut membra a se invicem pendeant, sive* Papistarum assectarum *antichristi, quo bestia romana superbit, & alias pias reformatasque ecclesias longe vincit. Posterius hoc vult* Car. Gallus, *prius vero* Durhamus, *multis disputans, nomen debere notare doctrinas, quibus bestiæ addicti discernantur, etiam ex antithesi electorum in fronte nomen Patris habentium,* numerare *porro aliquando pro* trutinare cum judicio *poni, coll. Dan. V. 26* & sapientiam theologicam ex doctrinis potius & factis, quam ex literis collectiones deducere. *Ad hæc paucis notasse sufficiet, quod ubi character certus bestiæ in designato numero nominis constituitur, hominibusque ejus supputatio præcipitur, omnino definite ille debeat intelligi, magis etiam ideo, quod nec numerus hic sit rotundus, nec alludens ad alium aliquem alibi celebrem hominum vel dogmatum calculum. Addo quodsi multitudo tantum indefinite notaretur, sive errorum sive errantium, nulla intelligentia & attentione tanta opus hîc foret, quantam quidem exigit Iohannes. Miror adhuc, quo pacto numerus 666 pro magna multitudine queat accipi, & facta quidem comparatione cum electis 144000, siquidem hi illos magnopere excedunt. Quod agnoscens* Car. Gallus, 666 *homines in totidem* myriadas hominum *audacter commutat.* &c. Comm. in Ap. p. 589 seqq. Alia interpretatio accipit 666 pro 6666, 6666 pro legione, legionem pro *multitudine* hostium ecclesiæ; contra ac *Tacitus Nicolaus Zegerus*, qui in Epanorthote ita commentatur: *Videtur allusum & respectum esse ad nomen illud legionis, quod* 6666 *continet: & dum primus hîc numerus sublatus est, insinuari videtur, maximam diabolo & virium & eorum, quos sub se habebat, per Christum* subtractam *esse* copiam, *ita ut jam gloriari & dicere non possit, sicuti olim,* Legio mihi nomen est. Non abludit ab utroque interpretamento *Sebastianus Meyer* in Ap. fol. 59. ac complura vel circa utrumque vel circa alterum utrum utiliter observari possunt. 1. Legionem constare viris 6666, unus ait Hesychius in Lexico, nisi librarius animi causa senarios minores adjecit. Aliter graves rei militaris scriptores, ut Vegetius l. II. c. 2 & 6. Certe nec pro Iohannis nec pro bestiæ tempore legio efficietur 6666 virorum. 2. Millenarius in æra, numerisque annorum a mundo condito, reticetur, apud Hebræos; quibus id moris Iohannis jam ævo fuisse, convinci etiamnum desideramus. Anonymus quidem ille, qui perhibetur fuisse *Tobias Littleton*, tempore reginæ Elisabetæ, & *Romæ ruinam finalem* scripsit, A. 1655 Londini editam, Anglisque Romæ versantibus persuadere voluit, ejus urbis ruinam anno, post millesimum, 666 fore, deceptus est. Reticetur item in magna summa sestertiûm apud Romanos, quos nemo huc retulerit. In reliquis

quis omnibus numeris ubivis gentium minima quæque, non maxima pars, maxime omitti solet. 3. Hebræos hoc compendio uti coëgit penuria literarum, quibus millenarios exprimerent: at Iohanni præsto erant notæ græcæ, quibus totum exprimeret, ϛχξϛ 6666. 4. Hebræi defectum supplent per formulam expressam רפרט קטין cui respondet interdum formula majorum nostrorum, *nach der mindern Zahl.* Iohannes autem numerum ponit absolute. 5. Citra millenarium ejusque ellipsin, citra legionem ejusque metalepsin, facilius poterat decima legionis pars, Cohors, adeoque 666 vel 600 (uti *sexcenti* per proverbium dicuntur) vel 555 vel 500. (vide Veget. l. c.) pro multitudine indefinita poni vel accipi. 6. Sed neque cohors neque legio una promiscue magnam semper multitudinem innuit, sed pro re rata, v. gr. respectu unius obsessi. Marc. V. 9. alias multæ potius legiones multitudinem exprimunt, v. gr. angelorum. Matth. XXVI. 53. 7. Multitudo in numero bestiæ vel seductores solos vel etiam seductos complecteretur. non seductos, qui multo sunt plures: v. 8. neque seductores; qui regimen habent vel nullum, vel democraticum, vel aristocraticum, vel monarchicum: quorum quodvis hanc multitudinis notionem repellet. Habent autem, opinor, regimen, idque monarchicum: atque in monarchia denominatio fieri solet non a multis, nedum a permultis, sed ab uno; id quod præsertim in bestia opus est, ut sit, ubi capita septem & cornua decem figantur. 8. Indefinite notari multitudinem vel magnam vel imminutam, haud dixerit, quisquis rationem numerorum totius libri, totam bestiæ picturam, maximeque extrema hujus capitis XIII Ap. expenderit. Eandem numeri bestiæ interpretationem per legionem romanam, refutant Acta *Basileensia* &c. A. 1730 edita, pag. 42 seqq.

Alio tramite ad eandem metam contendit *Lightfootus*, quum ita scribit: *Menses 42 & dies 1260, nec non tempus, tempora, & dimidium temporis, PHRASIUNCVLÆ sunt, e Daniele sumptae, qui, eo loquendi modo usus, Antiochi rabiem, & conculcatam Religionem, per spatium triennii & sex mensium duraturam, describit, Dan 7: 25. & 12: 7, 11. quibus adversa & afflicta quaedam tempora (HAVD DEFINITA VLLA PERIODVS) designari videtur. Hic equidem sensus istiusmodi dictionum apud scriptores Iudaicos passim obtinuit.* Chron. N. T. ad Ap. XI. Duo exempla, quæ ibi subnectit, aliena sunt: cumque numeri in iisdem, ipsique numeri Danielitici, præcise valeant; Apocalyptici numeri non debent, quasi ad Danieliticos tantummodo *alluderent*, enervari, sed æque præcise accipi. Alias numerus tandem LXX hebdomadum, quem Lightfootus præcise accipit, tamen, quia rotundus est, ut certus pro incerto, nescio qua *allusione*, (quod absit,) positus habebitur.

In summa, indefinita interpretatio, perinde est, ac si diceret: Multitudo notatur *in genere*; nil opus est computo arithmetico, quo numeri *specialiter* solvuntur. At textus dicit, *computa.* Id quum haud frustra, sed ad ostendendam inveniendi spem dicatur, jam computare ingredimur.

§ III. *Numero bestiæ per calculationem expediendo congruens alter, isque justæ facilitatis, in textu & quæri debet, & invenitur*, XLII mensium.

Prophetia 1 *computare* jubet: 2 appellat *numerum bestiae*: 3 appellat numerum *hominis*: 4 & ait *esse* 666. Ad rem pertinent hæc omnia, eaque ordine apocalyptico, retrogrado, videbimus.

1. Dicitur *numerus esse* 666, solo adjectivo expresso. Numerus & adjectivo & substantivo expressus (v. gr. decem menses, centum drachmæ, mille milites,) quorum alterum *numerantem* numerum, alterum *numeratum* numerum dicimus, solutionis non eget. At quum solvendus offertur numerus, tum aut substantivum patet, v. gr. numi; & adjectivum quæritur & colligitur, v. gr. quinque myriades: Act. XIX. 19, nec non Luc. XIV. 28. aut adjectivum datur, ut 666, adeoque substantivum ei jungendum quæritur; id quod vix nisi in ænigmatis, certe h. l. in ænigmate prophetico, usu venit. Datum, inquam, est adjectivum 666, idque tam aperte, ut rursum nullius solutionis egeat. Superest, ut investigetur & per calculos conficiatur non sane aliud adjectivum numerale merum, quo nil proficeretur, sed nomen substantivum, idque speciale, pro quo vocabulum generale *numeri* substituitur. Illud cujuscunque generis est, ellipsis ejus (lectoribus ad eam in væ tertio facilius ferendam, per ellipsin nominis *lingua* & *equites*, in væ primo & secundo præparatis, c. IX. 11. 16 not.) ellipsis, inquam, substantivi certa est: tantum quæritur, sintne 666 quasi puncta, qualia in eteostichis quæri solent; an homines, an tempora, an quidvis aliud in mentem veniens. Interim magna apparet utriusque computi differentia. nam in priore quæsitum est numerans numerus, per arithmeticam facile expediendus: sed in altero, qualis est sub manu, quæsitum est numeratus numerus, plus facultatis hermeneuticæ postulans.

Quare 2. occurrit appellatio numeri *hominis*, differentiæ alicujus utique causa: unde amplius constat, quærendum imperari numerum numeratum; nam nullus *ab humano* diversus in rerum natura reperitur numerus numerans. Longius hîc progredi nil attinet.

3. Notandum est, quod dicitur numerus *bestiae* unius, non bestiarum multarum: quodque computandus proponitur ipsius *bestiae* numerus, non *nominis* bestiæ. Numerus quidem & *nomini* bestiæ sæpius, & ipsi *bestiae* in uno versu 18 tribuitur: atque aliud esse numerum *bestiae*, aliud numerum *nominis ejus*, serio, ne ego curiosior videar, notavit *Rupertus Tuitiensis* in Ap. p. 380, & *Potterus* in Interpretatione numeri 666, cap. 1, ubi plures consentientes laudat: ipsaque id sermonis proprietas evincit. occurrit enim I bestia, II nomen ejus, III numerus nominis ejus, IV numerus bestiæ: neque magis quartum cum ceteris confundi debet, quam cetera inter se. Quia tamen nullus seorsum a bestiæ numero numerus nominis bestiæ indicatur; hunc per illum indagari, facile agnoscam. Interim locutio prophetica præcise tenenda est, sermonisque considerati sequenda proprietas. Non dicitur numerus *nominis* bestiæ computandus, sed numerus *bestiae*. Porro numerus *& ipsius & unius* bestiæ argumento est, esse numerum seu multitudinem *accidentium*. nam numerus quidem *bestiarum*, diceret numerum, quem substantiæ multarum bestiarum simul sumtæ constituunt: sed numerus *bestiae* est, quem accidentia quædam bestiæ unius simul sumta constituunt. Quumque accidentium est hic numerus, ea sane bestiæ ipsi inhærent. nam uti, si dicerentur dies bestiæ, dies pro duratione quadam bestiæ ipsius sumerem: sic numerus accidentium bestiæ in ipsa bestia, non extra, quæri debet. 4. Hic non numerare solum, sed *computare* jubemur. ψηφιζατω dicitur, non ἀριθμησατω, coll. c. VII. 9. *Proprius numerus bestiae*, inquit *Cassiodorius* in Complexionibus ad h. l. *Jub quodam modo CALCVLATIONIS exponitur.* Iam calculatio & computus tali in re institui non potest, nisi altero numero adscito. Convenienter rationi Potterus: *Nec additio, nec sub-*

ſubtractio, nec multiplicatio, nec diviſio peragi poſſunt, niſi datis ſaltem duobus numeris, ut tertius inveſtigetur, qui eorum vel ſumma ſit, vel reſiduus, vel factus, vel quotiens. unde idem, alio numero, qui *exprimeretur*, non obſervato, ipſum numerum 666, radicem quadratam extrahere conatus, dupliciter ſpectavit. vid. omnino tract. cit. cap. 10. Quid ſi alius ſit in contextu numerus (ut Potterus poſtulabat) *expreſſus*, isque facilior, ex quo nomen huic epitheto 666 aptum eliciamus? num eum fortuito nobis offerri putabimus? Hem! præſto ſunt 42 *menſes*, v. 5. Quod naſcitur, excipe, cupida veritatis anima, ac tolle. Menſes 42 ſunt tempora: ergo 666 ſunt item tempora. Etenim quæ accidentia, niſi tempora, numero 666, ſubeſſe poſſe putes?

§ IV. *Numerus, pro numero temporum, pro temporibus, annis &c. eleganter dicitur.*

Sententia hæc, *beſtia habet 666 dies, annos &c.* ubi jam inventa eſt, ſequentibus verbis commode profertur, *numerus dierum, annorum &c. beſtiae, ſunt 666.* Longe vero commodior eſt locutio, *computa numerum 666*, ubi problema demum proponitur ſolvendum, ut ſenſus ſit, *computa 666, ut invenias, ſintne dies, anni &c.* neque faciliorem problematis hujus proponendi formulam excogitare poteris. Quid? ne in categorica quidem enunciatione ineptum eſt, tempora vel per ellipſin vel per tropum exprimere. Nam ſic LXX, Iob. XXXVI. 26, ὁ Ἰχυρὸς ΠΟΛΥΣ, *Deus eſt multus*, i. e. æternus: nam ſubjiciunt, ἀριθμὸς ἐτῶν αὐτῦ, καὶ ἀπέραντος. ſic 2 Chron. XXX. 5 לרב ad interpretum quorundam ſenſum notat *ſæpe, multum, multis annis.* Plato libro de Republica octavo ineunte, periodum civitatum decantata illa numerorum ſuorum obſcuritate circumſcribens, vocabula, τριὰς, πεντὰς κτλ. & ipſum vocabulum ἀριθμὸς abſolute adhibet, *tempora* innuens: & apud omnes πεντὰς, δεκὰς, εἰκὰς, τριακὰς, *hebdomas*, pro numero dierum dicitur. *Cajus* de Cerintho, apud Euſebium l. III Hiſt. eccl. c. 25, ἀριθμὸν χιλιοντετηρίας λέγει γίνεσθαι. *Heſychius*, σεῖος, ἀριθμὸς τις παρὰ βαβυλωνίοις· eſt autem annorum numerus, de quo agit *Ordo temp.* p. 323. *Plinius* lib. VIII hiſt. natur. c. VI, *ſeptem annis ad ſuperiorem NVMERVM* (annum urbis 472) *additis.* Oroſius in Apol. pro lib. arb. *mundi numerum* dicit, quem paulo ante dixerat *temporum ſtatutorum plenitudinem.* pag. 753. Simillima phraſis: *numerus beſtiae, numerus mundi.* Prologus ad Marcum latinus: *jejunium numeri*, i. e. XL dierum. Ticonius in Ap. XI. 3, *NVMERVM noviſſimae perſecutionis dixit*, inquit, *& futurae pacis, & totius temporis a Domini paſſione &c.* Tempus & locus multa habent ſimilia: ſimile eſt, quod ἀριθμὸν ὁδῦ *numerum viae*, pro *longitudine*, dicit Xenophon in Cyri pædia. Adde Eurip. ed. Gr. p. 920. r. 3. ed. Lat. part. 2. p. 232. Euſ. præp. ev. f. 288. ex Afric.

§ V. *Menſes 42 & numerus 666 ſunt æquales.*

Locuſtarum duratio, ſub væ primo, per quinque menſes bis exprimitur: angelis euphratæis, ſub væ ſecundo, datur *hora & dies & menſis & annus*, & huic ſpatio æquatur equitatus ille, *diſmyriades myriadum.* Sic, ſub væ tertio, æquales ſunt 42 *menſes* poteſtatis, quam beſtia habet, & numerus 666 ejusdem beſtiæ.

§ VI. *Formula de numero hominis infert 666 annos communes, &, ex oppoſito, 42 menſes propheticos.*

Numerus beſtiæ dicitur numerus *hominis.* Hoc vocabulum, *hominis*, aut de-

notat definite hominem, aut indefinite. Si definite, refertur aut ad bestiam decem cornuum, aut ad hominem computantem. horum neutrum opus est, in re per se obvia: ac neutrum faceret ad adjuvandum calculum. ergo indefinite: unde articulus in græco non additur. itaque genitivus singularis, *hominis*, dicitur pro *humano*, quemadmodum dicuntur ὁσὰ ἀνθρώπ κ 1 Reg. XIII. 2. (i. e. ὁσὰ ἀνθρώπινα, Num. XIX. 16.) σωτηρία ἀνθρώπ Ps. LX. 13. μάχαιρα ἀνθρώπ Es. XXXI. 8. Est autem vel numerus temporum *humanus*, vel numerus temporum humanorum. Non illud: nam esset humanus aut annorum aut mensium aut dierum numerus. atqui anni 666 ætatem hominis pridem excedunt longissime: dies autem mensesve 666 longe breviores sunt, quam pro bestiæ duratione; neque dierum talis aut mensium ellipsis usitata est; mensium denique vocabulum jam occuparunt ex opposito menses 42. Ergo est numerus temporum *humanorum*. Pro eo autem dicitur *numerus hominis*, percommode. nam uti Gal. VI. 11 *literis* tribuitur *magnitudo*, quæ totius est epistolæ; & *diebus* decurtatio, qua longius intervallum decurtatur; Psalm. CII. 24. 25. & *annis* medium, quod est majorum mundi temporum: Hab. III. 2. sic vicissim nomini collectivo datur interdum prædicatum individuis singulatim congruens. Prov. XXX. 26, οἱ χοιρογρύλλιοι ἔθνος ἐκ ἰσχυρόν item, *dies populi mei ut dies arboris*, Es. LXV. 22. *populi*, i. e. singulorum in populo. Apud Romanos, *Gallia Togata*. Maximeque in ænigmate propheticо opportuna hæc metalepsis fuit, donec inventæ temporum monades epitheton *humanum*, a numero tantisper sustentatum, sed sibi proprie destinatum, ipsæ subirent. Nunc quum epitheton *humanus* indefinite accipi & ad singula tempora referri constat, per se patet, talia tempora etiam degi a bestia, &, quod concinne cadit, a computatore numeri. Sic quoque res se habet in mensuris novæ Ierusalem, quæ sane non universæ, sed singulæ dicuntur *mensura hominis, quae est angeli:* c. XXI. 17. & item angelus mensor de mensura hominis, quæ est angeli indefinite, participat.

Vidimus § V, numerum 666 & menses 42 æquales inter se esse. Ergo 666 humana tempora sunt 666 inter homines *usitati anni:* &, ex opposito, 42 menses, uti in textu non dicuntur menses hominis, sic revera sunt *menses prophetici*. Q. E. D.

Ita demum satisfit (ad hominem loquimur) Vulgato interpreti, apud quem, ut § I notavimus, *sexcenti sexaginta sex* leguntur. Si *DIoCLes aVgVstVs* Bossueti, aut aliud ejusmodi nomen, per sua 666 puncta numerum bestiæ expleret, suppositio materialis postulabat *sexcenta &c.* neutro absoluto vim habente substantivi. quocirca etiam Rupertus Tuitiensis voculam *DICLVX*, ab Ambrosio Ansberto ex *DCLXVI* conflatam, resolvens, non potuit *sexcentos &c.* retinere, sed illam ait facere *sexcenta sexaginta sex*. Comm. in App. p. 379. quo ipso genere neutro multos interpretes libenter, Romanenses interdum invitos, uti videas ad h. l. Nunc *sexcentos sexaginta sex*, oportet, *aliquos* producant: aliter Interpretem, Tridenti tam alte evectum, ab errore, eoque sontico prorsus, (nam & res gravissima est, & lectio in latinis codicibus constantissima,) absolvere non poterunt. *Sexcenti sexaginta sex* illi, sunt anni. Annos jam pridem interpretatus est *Innocentius III* in epistola ad *VNIVERSOS* Christi fideles pro subsidio terræ sanctæ, A. 1213. &, ut alios intermediorum seculorum commentatores omittamus, *F. Ludovicus S. Francisci* in globo arcanorum, pag. 917 edit. Rom. Structura hæc *Innocentiana*, si addatur parallelismus mensium 42, analoga his longitudo væ primi & secun-

cundi, intervalla post væ primum & secundum, conjunctio bestiæ & mulieris, veram totius prophetiæ interpretationem, vel iis, qui ex *pontificia* pendent auctoritate, persuadere potest.

Ad rem ipsam revertimur. Frequens anni ellipsis est. Xenophon, οἱ δέκα ἀφ' ἥβης, *qui decimum a pubertate annum gerunt*. Plato lib. VI de legib. κατ' ἐνιαυτὸν δὲ εἶναι καὶ μὴ μακρότερον χρὴ τὴν ἱερωσύνην ἑκάστῳ. ἔτι δὲ μὴ ἔλαττον ἑξήκοντα ἡμῖν ἐτῶν γεγονὼς ὁ μέλλων καθ' ἱερὰς νόμους περὶ τὰ θεῖα ἱκανῶς ἁγιεύειν. Polybius, ὀκτωκαίδεκά γεγονώς, *annorum octodecim*. Apte vero ad hunc locum Dio Cass. τόσα γέγονα· quasi dicat, *hic meus est numerus*, annorum scilicet. Proxima duo testimonia habent Lamberti Bos ellipses græcæ: atque ex omnibus substantivis, quæ ille omitti solita collegit, non nisi ἔτος huc convenire agnoscas. Apud Danielem LXX hebdomades, subaudito *temporum annalium* vocabulo, memorantur. Itaque ὁ ἀριθμὸς τὸ θηρίε, idem est, quod ὁ ἀριθμὸς τῶν ἐτῶν τὸ θηρίε, sicut ἀριθμὸς γενημάτων idem quod ἀριθμὸς ἐνιαυτῶν γενημάτων, Lev. XXV. 15. 16.

Hæc *annorum* ellipsis non caret utilitate. Si nomen eorum fuisset expressum, hîc lectori proclive fuisset tempora proprie & improprie notata inter se confundere, errore multa turbaturo: nunc anni communes appellationem suam, in conspectu mensium propheticorum occultant. Tanto minus offendere nos debent in hoc libro humana tempora tot propheticis tam parce provideque, adeoque sine confusionis periculo attemperata. Nam non per saltum, sed gradatim a temporibus propheticis ad annos communes hîc per ellipsin indicatos & deinceps ad annos communes cap. XX expresse sic dictos ducimur. Facit autem ellipsis etiam ad tempestivum ænigma, non solum respectu bestiæ, cui eadem methodo occulta, atque olim regi Babylonico, *numerus* consummatioque regni sui ante oculos scribitur: Dan. V. 26. sed etiam respectu sanctorum, quos tristissimorum temporum longitudo, si eam scissent, & sua & suorum causa exanimasset; nam tot annos ne mundo quidem ipsi superesse putarunt. constat autem, eos & ante reformationem & postea, spe illa diu fuisse sustentatos, celeriter finitum fore bellum in sanctos. Magno videlicet commodo suo (neque enim tum maturum erat) ætatem bestiæ non ceperant. Bestia tempora aliquando, non se ipsam, noverat: sancti bestiam magis, quam tempora ejus noverant: nunc & bestia & numerus sive tempora ejus magis magisque simul innotescent.

Quod reliquum est, quæritur, utrum masculino an neutro genere accipiendus sit, in græco textu, 666 annorum numerus. Si illud, sunt ἑξακόσιοι ἑξήκοντα ἔξ ἐνιαυτοί· si hoc, sunt ἑξακόσια ἑξήκοντα ἕξ ἔτη. Veruntamen neutrum genus, quod § I prætulimus, longe prævalet, uti mox § VII amplius cognoscemus.

§ VII. *Hi 666 anni habent appendiculam.*

Proprie inter se opponuntur 666, & 1000 anni sive ἔτη. Annos 666 grassatur bestia: 1000 annos regnant, qui bestiam non adoraverant. Præterea 666 ad 1000 annos habent se, ut 2 ad 3, quam proxime: præcise vero, ut 3 se habent ad 2, sic 1000 anni expressi se habent ad $666\frac{666}{999}$ $\frac{2}{3}$ & hic numerus fractus congruit cum ellipsi, *annum* subaudiendum relinquente: nam quælibet monas de numero bestiæ est annus tropicus, sed cum aliquot horarum accessione, quæ communis anni veritatem non tollit, sed tamen appellationem anni quodammodo impropriam

facit. Tali modo numerus 666 & 1000 anni se mutuo confirmant & illustrant. Venit nonnullis in mentem, 1000 annos, scilicet ex hypothesi illa anni apocalyptici, 360 dies, i. e. totidem annos habentis, accipi posse pro 360 millibus annorum communium. Quæ cogitatio tametsi multum absurda est, eum tamen non mediocriter exercere potest, quem accurata temporum apocalypticorum analogia perculerit. Nunc non illo uno loco, sed etiam prius in numero 666, anni communes & humani ponuntur. Vicissim quia mille anni dicuntur ἔτη, numerus 666 annorum supplemento vocabuli ἔτος aptissimo augetur, eoque magis evitatur confusio temporum communium & propheticorum. nam propheticus annus in hoc libro dicitur ἐνιαυτὸς, c. IX. 15. at hic ἔτη partim dicuntur, partim subaudiuntur. Sane ἐνιαυτὸς quiddam magis generale sonat, quam ἔτος. unde comicus ἐτῶν ἐνιαυτὰς dixit, a quo Plato in Cratylo non abludit. Propius huc spectat, quod nomen ἐνιαυτὸς anno positivo, ut sic dicam, cuicunque denotando inservit, ἔτος autem non nisi anno naturali. Apollodorus, lib. III, de Cadmo loquens, αἴδιον ἐνιαυτὸν ἐθήτευεν ἄρει· ἦν δὲ ἐνιαυτὸς τότε ὀκτὼ ἔτη. Ac LXX, Deut. XXXI. 10, μετὰ ἑπτὰ ἔτη, ἐν καιρῷ ἐνιαυτοῦ τῆς ἀφέσεως. & sic constanter. Lev. XXV. 10. 11. 52. XXVII. 18. Iud. X. 8. Vnde fit, ut innumeris locis nomen ἔτη cum quovis cardinali numero, grandi sæpe, construant; ἐνιαυτὸν autem nunquam sic adhibeant, sed indefinite fere, aut singulari numero. Gen. XLVII. 28. 2 Sam. XXI. 1 coll. 1 Reg. XIV. 21. 2. Reg. XXIV. 18. 2 Chron. XXII. 2 Quæ vocum differentia non ideo, quia Græcis propria, nec nobis consueta est, negligi debet.

Quæ § III proposuimus, hactenus peregimus. Nam hæc ratio plane 1. ψήφοις *calculis* constat, divisionem, multiplicationem, subtractionem, additionem habens: & per eos calculos primum ipsi epitheto 666 suum nomen, *anni*, sociatur; deinde ex iis multa quoque alia computantur. 2. quadrat in *numerum bestiae* proprie ita dictum. 3. fert numerum temporum *hominis*, 4. & annos 666.

§ VIII. *Hinc plures resolvuntur periodi temporum minores.*

Ad analogiam 42 mensium aliæ periodi, v. gr. quinque menses væ primi, hora & dies & mensis & annus væ secundi, facile resolvuntur, & respondet historia, ut suis locis ostendimus. Quæstione vero de præcisa longitudine ipsius singulatim horæ, diei, mensis, anni apocalyptici superfederi posset. Si tamen ea quæritur, facile ex iis, quæ diximus, deducitur. Mensis est pars duodecima anni: annus habet $365\frac{97}{400}$ dies; dies habet 24 horas: & huic divisioni naturali respondet prophetica. Porro cum 42 menses prophetici sint $666\frac{2}{3}$ anni communes, longitudo propheticorum temporum bene dat sese. In summa, quodvis tempus commune ad tempus propheticum se habet, ut $190\frac{10}{21}$ ad 1, sive ut 4000 ad 21.

§ IX. *Eadem ratione resolvuntur etiam majores temporum periodi.*

Progressionem hanc proponimus:

Semitempus sunt anni communes:	$111\frac{1}{9}$
Tempus (καιρὸς)	$222\frac{2}{9}$
Numerus bestiæ:	$666\frac{6}{9}$
Tempus 1, 2, $\frac{1}{2}$:	$777\frac{7}{9}$
Paucum tempus:	$888\frac{8}{9}$
Millennium:	$999\frac{9}{9}$
Chronus:	$1111\frac{1}{9}$
Ævum:	$2222\frac{2}{9}$ &c.

Hanc *circiter* longitudinem periodorum ita crescentium comprobat nexus prophetiæ, eventuumque series: hanc vero *ipsam* longitudinem primum suadet analogia numeri 666 & annorum 1000. deinde eam fir-

firmat *septenarius* inde resultans. Nam si omnes hujus progressionis articulos, astronomico rigore, in dies resolvas; secundus articulus meras dierum hebdomadas dabit, primus autem totidem semihebdomadas: (quæ propria est ratio, cur primus ἥμισυ καιροῦ *dimidium temporis*, secundus autem demum καιρὸς *tempus* dicatur:) tum, quæ vel primi vel secundi articuli ratio est, eadem est ceterorum, qui ex primo vel etiam ex secundo multiplicantur. Sic *Septenarius*, quem Moses & prophetæ in temporibus, Apocalypsis in rebus tantopere frequentat, de improviso etiam ex temporibus apocalypticis, *insigni veræ analyseos criterio*, emicat. Sed proprius demonstrationis hujusce locus est in *Ordine temporum*, cap. XI & XII.

§ X. *Non absona putari debet hæc analysis temporum, in medio incedens.*

Non abhorrens a sensu cœlesti communive videri nobis debet v. gr. propheticus dies sex circiter mensium. Dimidiata tempora Apocalypsis suggerit ipsa, c. VIII. 1. XI. 9. XII. 14. & in dimidiatas temporum formas interpretes alii, diversis ex viis, pridem inciderunt. Menses 42, dies 1260, tempora 1. 2. ½, *dimidiatam annorum hebdomadem* vocat *Seb. Meyer*, sed citra ulteriorem explicationem. *Ioh. Napeir* septem periodos temporum, quas a vastatione Hierosolymorum ad consummationem seculi statuit, ex eo resolvere conatur, quod sint septem Iubilæi magni; non toti, 490 annorum: ergo DIMIDII, 245 annorum. vid. Expl. Apoc. Part. I. Propos. 5. *Petrus Molinaeus* 1260 annos dominantis bestiæ censet esse septimanam; ita ut dimidia testium duorum occisorum septimana denotet persecutionem annorum 630, qui sint 1260 annorum DIMIDIVM. Vid. *Accompliss. des proph.* p. 357. Nec hi quidem tam rationum veritate, quam solius rei probabili specie ducti sunt. Speciosius incedit *Bened. Aretius* in h. l. dies 1335 apud Danielem & numerum 666 invicem conferens. *Sex mensium* spatium non modo pars temporis, sed tempus est: quemadmodumque Indi mensem in 15 dies descriptum habuere apud Curtium, (unde Malabari hodienum VII planetarum semicirculos XIV pro XIV mundis habent;) & Sinenses 24 menses semisolares in anno statuunt: sic *annum*, non insciti, aliqui veterum *aestate unum determinabant, & alterum hieme*, notante Plinio, l. VII. c. 48. eundemque apud Ægyptios, & inde apud Græcos, certe apud Cares & Acarnanes, quibus interjecta Patmus, & quidem Cariæ proxima, sex mensibus terminatum commemorat Plutarchus, Censorinus, alii. Vid. Io. Hiskiæ Cardilucii T. I. *evang. Natur-wissenschaft* in præf. & Fabricii lib. de Mensibus p. 7 seq. & 153. Thucydidis historia per hiemes & æstates digeritur. Saxones veteres annum in duas *Malinas* diviserunt, autumnalem & vernalem, ut ex Scaligero notat Martinius in Lexico etym. col. 1438. Atque in omni vitæ civilis usu *semestre* tempus perquam frequens semper fuit. Multi magistratus semestres, v. gr. tribunatus apud Plin. Ep. 4. l. 4 Consulum fasces olim semestres: & hodie Magistratus academici aliique. Annuli apud Romanos fuere æstivi & hiberni: unde *semestre aurum* apud Iuven. Sat. 7. Semestria principum consilia citant juris consulti. Vid. P. Fabri præf. in sua semestria. sic enim ille & alii juris consulti, & ex theologis Dorscheus monumenta quædam sua inscripserunt: hodieque apud Gallos *Semestria* in re forensi vigent. Ab Alexandrinis annos patriarchales, ante Abrahamum, semestres habitos fuisse, suspicatur Iac. Cappellus, æram mundi con-

conditi Alexandrinam conferens cum Iudaica. Disp. Sedan. T. I. p. 1048. Conf. quæ ex Ioh. Georgio Herbarto ab Hohenburg refert Calvis. ad A. M. 3185. Mathematicis interdum, quum futura ex phænomenis cœlestibus conjectant, dies calculo mystico semestre denotat. vid. Zimmermanni tr. de cometa anni 1680 p. 101. Maxime vero huc congruit anni apud Israëlitas in duas partes æquales, i. e. in duo semestria, quorum alterum ab initio mensium, alterum ab initio anni ducebatur, solenniſſime celebrata divisio, vere & autumno. Vid. *Ord. temp.* p. 19. 27. [*Ed. II. p. 16. 23.*] Neque primo mense Iudæi, sed septimo ineunte, æram augent, ut v. gr. pro A. M. 5499 scribere incipiant 5500, non invito Mose. Ex. XXIII. 16. XXXIV. 22. Certe a Mosis tempore Israëlitis semestre semper fuit tempus in vita ejusque viciſſitudine admodum notabile: annumque in duo fere semestria diviserunt ephemeriæ sacerdotales. Semestre etiam intervallum inter *praecurſorem* Iohannem & ipsum Christum Iesum. Luc. I. 36. R. Ase discipulos quotannis sex menses secum habuit, sex menses domi eos esse jussit. Non ad demonstrandam ipsam diei prophetici longitudinem hæc collegimus: sed tantummodo, ut ostenderemus, non tam paradoxam nobis eam longitudinem videri debere. Ipsam demonstrationem aliunde deduximus.

§ XI. *Imo ita demum vitantur interpretationes in avia & extrema discedentes.*

Dies *annus*, quem multi Protestantium diu defenderunt*), longior est, & multo longior, quam veritas patitur: dies *communis*, quem Romanenses & recentiores quidam nostri tuentur, brevior est, & multo brevior, quam veritas patitur. Vtrumque demonstravi in Introductione germanica, § 38 seqq. *Plane illae sunt duae scaturigines praecipuae, unde tot interpretationes falsae manarunt.* In medio est veritas. Huic quisquis se permittere potest, in tuto erit. Vid. ad versum 1. Thes. X. Observ. 29.

§ XII. *Itaque & menses bestiae, & numerus ejus, & numerus nominis ejus, expeditam habent rationem.*

Annorum $666\frac{2}{3}$, qui menses bestiae, & numerum bestiae exæquant, (vid. *Erkl. Offenb.* p. 133.) initium fuit, cum eventus a principio capitis XIII ad medium versum 5 progrederetur, ineunte Cœlestini II pontificatu, A. 1143, d. 25 Septembris. Gregorius VII ab Imperatore *Romano*, Cœlestinus II a *Roma* ipsa, qua vigente *non est* bestia, immunis esse cœpit. Tum igitur *potestas data est* bestiae absolute. Numerus *nominis* bestiae a Gregorio VII incepit, qui *Papae* nomen uni praesuli Romano vindicavit, elatissimo sensu. Id nomen habent, qui Gregorii novitatem teterrimam, quasi divinum quiddam amplectuntur & approbant. Sic numerus *nominis* bestiae ex numero bestiae noscitur, eumque aliquantum excedit. Facilis est haec & simplex ratio, qua numerus nominis bestiae declaratur. At sunt, qui putent, posse fieri, ut quemadmodum nomen ΙΗΣΟΥΣ, id est *Iesus*, 888 valet, (vid. Estium h. l.) sic nomen adversarii in valore literarum numerali numerum 666 habeat. *Neque illud hoc loco praetereundum est*, inquit Edo Neuhusius, *quod historici adnotarunt, Numerum assumti a Papa nominis vitae regnique duraturi omen plerumque facere. Sane Alexander II secundo, Clemens III tertio, Victor IV quarto, Pius V quinto, Leo*

*) *Eundem nuperrime defendendum denuo suscepit* Anonymus: *in libro:* die Offenbarung des h. Iohannis erläutert, *Halle 1769. 72., referente S. R. D.* Ernesti, *Bibl. th.* nouiss., *T. II. p. 590 fin.* E. B.

Leo X decimo, Gregorius XIII decimo tertio, Sixtus V quinto pontificatus anno ex mortali vita demigravit. Pari fato Benedictus II. Sixtus II. Anastasius II. Ioannes II. Martinus II. Nicolaus II secundo imperii anno obierunt. Stephanus III. Martinus III. Clemens III. Nicolaus III. tertio; Felix IV. Martinus IV. Nicolaus IV. Paulus IV. Benedictus IV. Clemens IV quarto; Bonifacius V quinto; Innocentius VIII octavo summae dominationis anno in vivis esse desierunt. lib. II Fatid. sacror. cap. 31. Similia exempla non in annis solum, sed etiam in mensibus notavit *Guil. Burius* in Notitia pontificum, sect. XVI. Ea mente totum numerum 666 pridem quæsivere multi multis in nominibus. Ex Irenæo supra retulimus aliqua, quorum ΛΑΤΕΙΝΟΣ cui non dictum est? quod quo modo jam tum cuipiam occurrere potuerit, suspicari liceat. In Sibyllinis, quæ antiqui multum respexere, lib. VIII dicitur, λίνος αὐτὸν ὀλεῖται. in multis autem principatibus primus & ultimus eodem nomine insigniti reperiuntur: primusque Romæ episcopus non Petrus, sed Linus: postremum ergo, quanquam vetustus error *Petrum secundum* dicit, vetustior opinio *Linum secundum* (quam vere, nil refert) arripuisse videtur. Latine *LInVs seCVnDVs* 666 valeret forsitan: sed tales signaturæ primo tempore, unde nonnulli pro ominibus habent, non extremo, in suis subjectis notari solent. Vtut est, ΑΙΝΟΣ valet 360. Deficiunt ergo 306, id est, ΤΕΑ. Litteris ΤΕΑ & ΑΙΝΟΣ conjunctis, fiebat illud ΛΑΤΕΙΝΟΣ. Vel audierant, *Latinum* fore nomen bestiæ, in Latina, non in Hebræa Græcave lingua exstiturum: & id, materiali suppositione, de ipso nomine Λατεῖνος interpretati sunt. Sive hoc sive illud erat, λατεῖνος cum Ε sumi non debuit. nam ΕΙ Græcum subsequente consona, Latini quidem per I exprimunt, ut ἰιχὼν, *icon*: sed I Latinum Græce non transit in ΕΙ, neque λατεῖνος analogiam habet. non enim scribitur ἀκυλεῖνος κτλ. sed ἀκυλῖνος, ἀλβῖνος, ἀκραγαντῖνος, ἀλεξανδρῖνος, ἀντωνῖνος, ἀρκτῖνος, ἀρχῖνος, βροντῖνος, καλεῖνος, καρῖνος, κολλατῖνος, κρατῖνος, κριστῖνος, κυαρτῖνος, κωνσαντῖνος, λεοντῖνος, λευῖνος, λιβερτῖνος, λογγῖνος, μακρῖνος, μαξιμῖνος, μαρῖνος, νερυλλῖνος, νιγρῖνος, ξιφιλῖνος, πισῖνος, σαβῖνος, σατορνῖνος, σασινος, ταραντῖνος, τιγελλῖνος, φιλῖνος, φλωρεντῖνος. Putidum esset, plura conquirere. Apud ipsum Irenæum, ἰσχῖνος, ὑαλεντῖνος, ὑγῖνος, φλωρῖνος, constanter per I simplex: & sic λατινος, quod ipsum in Sibyllinis etiam I modo productum, modo correptum habet. Itaque in uno Andreæ codice ms. λατῖνος, a librario emendante, contra Andreæ institutum, est repositum: in altero ad λατεῖνος additur, *διὰ διφθόγγε*, aperta licentiæ confessione, quæ ut apud Germanos in Germanicis, sic apud Græcos in Græcis eteostichis frequens est. Etenim ejusdem numeri 666 gratia fecere τειτὰν ex τιτὰν, παπεῖσκος ex παπίσκος, ἀρνεῖμε ex ἀρνεῖμαι. Sed ejusmodi licentiæ in re gravissima nil loci esse debet. Alia nomina, Hippolyti exemplo, *exercitii* causa, adjecit Andreas Cæsarienses, ejusve hac in parte amplificatores. In iis maxime insigne est ΒΕΝΕΔΙΚΤΟΣ, non solum in codice Augustano, qui alia aliis superaddit nomina, sed etiam in editione Sylburgiana: neque tamen Benedictus ille Nursinus, de quo Andreas audire potuit, quemque Nic. Mulerius huc confert, a Græco quopiam librario notatus videtur: nam Græcorum quoque menologium prid. Id. Mart. memoriam ejus habet: sed Benedictus IX pontifex Romanus. Non abludit, qui Casparo Heunischio in mentem venit, *sILVester seCVnDVs*. Etenim Silvester, quum annus 1000 a nativitate Christi; Benedictus, quum annus 1000 a passione

Christi numeraretur, sedebant: & ad utrumvis annum millesimum, quasi elapsi forent anni milleni capite XX scripti, regnum bestiæ exspectarunt veteres, (ut patet ex Andrea, cujus curioso cuipiam lectori numerum 666 ille ΒΕΝΕΔΙΚΤΟΣ, ut apparet, subministravit:) nec tales hodie Benedicti illius, quales Silvestri fama vindices habet. Satis operæ, opinor, considerandis antiquorum sententiis dedimus: recentiora etiam commenta vel nugamenta, præter ceteros, recensere dignatus est Scherzerus in Syst. p. 865. Wolfius Tomo IV Curar. p. 545. Itaque supersedere licet nobis: adjici tamen possit, quod Christophorus Seebachius in clavi Germ. Ap. p. 309 ἐπαῤῥησιάσατο. sed minus certe coactum est nomen *LVDoVICVs*, quod tractatus Belgice & Germanice editus, cum titulo, *Fides & patientia sanctorum*, cap. XXIII, huc accommodavit, quanquam ne gravis quidem illa Reformatorum in regno Galliarum persecutio tantam numeri vim est affecuta, planeque aut nusquam aut in papali serie nomen hoc numero præditum deprehendi debet. Nonnulli, cum Vitringa, qui in Ap. p. 629 ceteroqui anonymum illum ac librum ejus laudat, numeralem vim Latinarum literarum solicitant: sed omnes, præter *D*, probat Baudius Ep. 79 cent. 1. plane omnes, Scaliger, Priscianum secutus, in libro de causis L. L. cap. XLI. Nos his argutiis supersederi posse existimamus. Numerus, etiam *nominis* bestiæ, ut vidimus, aliam vim habet.

CAP. XIV.

1 Ἑκατὸν κτλ.) Sunt eædem *CXLIV chiliades*, quæ cap. VII, sed nunc longe lautiori statu. quare sine αἱ articulo memorantur: uti cap. XVII. 3, θηρίον *bestia*, sine τὸ articulo, eadem bestia, quæ capite XIII. 1, sed postea sui valde dissimilis.

¶ τὸ ὄνομα αὐτῶ καὶ) Hoc uni codici Reuchlliniano defuit, quanquam non videtur defuisse antiquiori codici, ex quo ille descriptus erat. Nam pro subsequente participio γεγραμμένον Erasmus in ed. 1. 2. 3 posuit καιόμενον. id quod ex margine, qui illud καὶ ὄνομα sublestiore pictura, in marginibus frequenti, supplendum moneret, alieno loco inductum videtur: sicut mox versu 6 ad τὰ κατοικοῦντας idem Reuchlinianus liber glossam marginis τὰς κατοικουντας ex aliis locis propinabat. Wolfio *veri fit similius*, καιόμενον *glossema-ti acceptum ferri debere. Constat enim*, inquit, *notas ejusmodi vel frontibus vel manibus* inuri *solitas. Atque hunc morem aliquis indicaturus consultum putavit, vocem* γεγραμμένον *per* καιόμενον *interpretari.* Resp. Si καιόμενον dici potest nomen, quod *inuritur*, non tamen sic dici potest, quod *inustum* est. Pusilla res est: glossema utrinque agnoscitur: tantummodo de origine ejus agitur. Mea suspicio lectioni illi de *nomine Agni* asserendæ militat. Erasmi lectione, quæ *Agni nomine* caret, fretus non nemo, nomen *Patris* ac non *Agni* posthac celebratum iri, sperare voluit. Deceptus est inimicus Nicænæ fidei, atque gloriæ Christi. Imo vero & *Agni nomen & nomen Patris ejus* scriptum est in frontibus CXLIV millium.

2 καὶ ἡ φωνὴ ἣν ἤκουσα ὡς) Sic *Comp. Copt.* & monumenta fere omnia. At *Erasmi* lectio, καὶ φωνὴν ἤκουσα, absque ὡς, (quæ tamen particula etiam in And. 1 exstat,) vix unum alterumque assensorem ex vetustate habet. Editionem meam cum Complutensi, non cum Græco-Anglica, distinctius a Wolfio, quam a typotheta sociatam, lector velim observet. Iohannes vocem sibi auditam gradatim articulatius describit; & ἡ articulus

lus habet vim relativam, qua innuitur, *eandem* vocem primum ut *aquarum multarum & tonitrui magni*, deinde ut *citharœdorum* fuisse auditam. d)

5 ψεῦδος) δόλος, textus apud Andream in cod. *Reuchlin.* quem Erasmus sequitur, & in *Augustano.* Sed textus apud ipsum Andream a Sylburgio editum, & *Copt.* (apud Wolfium, qui tamen τὸ δόλος defendit,) cum monumentis omnibus, ψεῦδος. Petrinum illud, ὅυτε ἐυρέθη δόλος ἐν τῷ ϛόματι ἀυτε, aperte respicit locum Es. LIII. 9. Apocalyptica vero phrasis, quanquam se sustentat ipsa, parallelum quiddam habet Malach. II. 6, de sacerdote: Νόμος ἀληθείας ἦν ἐν τῷ ϛόματι ἀυτε, καὶ ἀδικία ὐχ ἐυρέθη ἐν χείλεσιν ἀυτε. Vocabulum ψεῦδος, cum derivatis & compositis, perfrequens est in omnibus scriptis Iohanneis.

¶ ἄμωμοι εἰσὶν) ἐνώπιον τε θρόνε τε θεε addidere demum *Latini* recentiores. Vid. App. crit. Ed. II ad h. l. Hoc quidem loco alienum est interpretamentum. nam harum primitiarum descriptio suaviter est figurata, instar cantici: atque ita duo hæc incisa quendam quasi rhythmum habent, παρθένοι γάρ εἰσιν· ἄμωμοι εἰσίν· ubi, quod obiter notamus, in posterius incisum particula γὰρ ex præcedenti propagata videtur. Porro, *virgines* sunt, qua *Agnum* sequuntur: ἄμωμοι sunt, non qua *coram throno Dei* sunt, sed, qua emti sunt, primitiæ, *Deo & Agno.* Quid multa? clausulam, *ante thronum Dei*, hoc loco nemo in Græcia, Asia, Syria, Africa legit: neque dubito Italiam Armeniamque antiquam addere. Non habuere illi editiones hodie obvias: genuinam lectionem habuere.

6 ἄγγελον, *angelum*) *Angelorum* nomine v. 6. 8. 9 præcones cœlestis doctrinæ veniunt. [*Opponuntur illi, qui* triplex væ *exclamavit c. VIII. 13.* V. g.] Quod autem G. G. Zeltnerus in Diss. de Chiliasmo præsenti, § XIII. p. 22 habet, *Nec repugnabimus, si quis* Angelorum *aut* unius præcipui *in animandis Confessoribus Evangelii operam, eo sensu, quo & Paulo adstitisse dicitur Act. XXVII. 23. coll. Dan. X. cap. toto, h'c* (Apoc. XX. 1.) *interveniisse affirmet, idque nobis omnium MAXIME probari fatemur:* id magis in tres hosce præcones convenire existimamus.

¶ αἰώνιον, *aeviternum*) αἰὼν, *aevum*, evangelio, sive præconio, quod hic habet angelus, adscribitur. Est ergo *aevum* finitum *), quod, ex analogia ceterorum temporum propheticorum, duobus chronis constat, & a præconio hujus evangelii ad

d) V. 4. τῷ θεῷ - τῷ ἀρνίῳ, *Deo - Agnello*] Hinc *Istius* coram throno hymnum canunt, *Hujusque* se comites præbere dignantur. *V. g.*

*) Aeui *autem* finiti *notionem ad confirmandum reliquæ chronologiæ scripturariæ concentum* non *conferre* nihil, *b.* Auctor *videtur mihi probasse in* Ord. Temp. *Ed. I. p. 410. Ed. II. p. 352. n. 20:* Multam, *inquiens*, τῶν αἰώνων *æuorum* mentionem, præsertim in epistolis ingruente *millennarii quarti* exitu scriptis, Paulus facit. Rom. XVI. 25. Eph. II. 7. III. 9. Col. I. 26. 1 Tim. I. 17. 2 Tim I. 9. Tit. I. 2; maxime 1 Cor. X. 11, ubi ait, τὰ τέλη τῶν αἰώνων, *fines æonum* aduenisse. Habet ætas mundi tempora 35, sive chronos 7, sive æonas $3\frac{1}{2}$, in summa: & scribente illa Paulo, 18 tempora erant in exitu, & 17 tempora residua erant. Illa ad hæc se habent, ut $1\frac{8}{10}$ ad $1\frac{7}{10}$, & in summa sunt æones $3\frac{1}{2}$. Quam distinctam de præteritis & futuris mundi temporibus cognitionem habuerint apostoli ante Apocalypsin Iohanni datam, ignoramus: sed certe diuinitus ita sunt gubernati, ut indicio postea venturo ipsorum locutiones pulcre congruerent. --- *Conf. cel. D.* Burscher, *in dem* Versuch einer kurzen Erläuterung des Propheten Ieremiæ, *Leipz.* 1756. p. 255 sq. E. B.

ad ipsum *judicii* diem porrigitur. Hæc *ævi* præcipue longitudo, præter complura alia, considerandi ansam præbet, *num* hic angelus sit *Arndius.* *) *Secundum* angelum jam venisse, minus certum habemus: si jam venit, de *Spenero* est cogitandum. *Tertius* exitum mensium 42 breviore intervallo antecedit: quanquam per eum bestiæ ipsius, non modo imaginis serioris, adoratione interdicitur.

¶ εὐαγγελίσαι) Similis locutio πειρασμὸς-πειράσαι, c. III. 10. & h. l. εὐαγγέλιον-εὐαγγελίσαι.

¶ τοὺς καθημένους) Τοὺς κατοικοῦντας, unum alterumque exemplar, ex frequentiore Apocalypseos phrasi. Conjunxit utrumque Reuchlinianus liber. τοὺς καθημένους, potior pars codicum, cum *Lat. Orig.* Innocentius quiddam est *sedere in terra*, quam *habitare in terra*: hoc civium, illud alieniorum. *Habitantes in terra* dicuntur, quos væ tria feriunt: *sedentes in terra*, quibus evangelium æternum prædicatur. Differentia verborum elucet ex Es. XVIII. 3. כל ישבי תבל ושכני ארץ

7 κρίσεως, *judicii*) In extrema tempora refert hoc præconium Ven. D. *Langius*, Epier. p. 402. nec tamen justo serius id statui debet. Locum Matth. XXIV. 14, quem confert, expendimus supra, ad cap. VI. 2.

¶ πηγὰς, *fontes*) Non additur articulus. nam sub *mari fontes* jam quodammodo continentur: quanquam hi per se quoque

*) *Atque hoc quidem loco* dissentire *se a b.* Bengelio, *pro candore suo, aperte fatetur S. R. D.* Crusius, *in seiner* falslichen Vorstellung von dem ganzen Buche der Offenbarung I. C. &c. (*Vid.* Einleit. *zur Offenb. Ioh.*, *in Hn. Past.* Michaëlis erläutertem N. T., *p. 706 not.*); *de* Lutheri *potius, quam* Arndii *ministerio etiam h. l. non minus quam c. XII, cogitandum esse existimans. Non morosus pruritus, b. Parentem ad minutissimos usque vel* conjecturarum *apices defendendi* (*quantum equidem cognitum habeo meipsum*) *istud a me requirit, ut, quid pectus alat, candide itidem, aperiam. De notione* ævi finiti *vidimus notula præcedente. Iam vero ulterius velim considerari* 1) *annon diuinum* Reformationis *opus*, universam *Ecclesiæ*, visibilis *præcipue, constitutionem & formam feliciter perueadens, multo opportunius sub* mulieris de loco in locum ambulantis *emblemate, quam sub* unius angeli *testimonio delineatum esse tanto facilius censeatur, quanto citius collegarum & cooperariorum haud spernendum numerum nactus est* Lutherus? 2) *annon, siquidem* Lutherus *in* indiuiduo *etiam præfiguratus existimari debeat, ipsa textus* analogia *requirat, ut sequentes quoque* duo angeli *ad Indiuidua humana*, *eaque* NB. reuolutionem Reformationi haut absimilem *concitantia, referantur?* 3) *annon* Lutheri character *distinctiuus in urgenda* justificatione per fidem *potius, quam in inculcando* timore DEI *ponendus sit?* 4) *annon b.* Arndtii *testimonium, quo tam insignis Christianorum multitudo ex* securitatis carnalis *veterno* (*qui per* abusum *doctrinæ euangelicæ restitutæ irrepserat*) *excitata, immo vero, quo* insequentium Doctorum *animus ad promouendam ore, scriptis, aliisque Instituris ad hunc usque diem vigentibus*, veram pietatem *efficacissime commotus fuit, tanti æstimandum sit, ut meretur in prophetia locum habere?* [*Conf.* Erkl. Offenb. *Ed. II. p. 769 sq.*] 5) *annon librorum* Arndianorum *translatio in* linguas per totum orbem diffusas *notabili modo* congruat verbis ἐπὶ πᾶν ἔθνος καὶ φυλὴν καὶ γλῶσσαν καὶ λαόν? [*Conf.* l. c. *p. 762.*] --- *ne repetam* 6) *istud quoque, singulare certe* approbationis divinæ *indicium esse, quod non uno modo locoue, ex relationibus nonnisi Scepticorum fidei suspectis*, Arndtius *ut* in igne spectatus *innotuit Christianis?* [l. c. *p. 763. N. V.*] *Hæc omnia qui penitius perpenderit, eum confido* Bengelio *dicam certe eo nomine non scripturum vel & immoderatam* Arndtii *reuerentiam imputaturum esse, quòd eximium istum* DEI seruum (*qualem & Non-Lutheranorum haud pauci venerantur*) *reperisse hoc loco sibi visus est. Memorabilis celeberrimi quondam inter nos Theologi relatio est, quod in itineribus suis quum Bibliothecam aliquando Hispanicam lustraret, atque* Asceticorum principem *a Custode monstrari sibi desideraret*, Arndtii libros de V. C. *ano ymi titulo hispanice redditos, exhiberi viderit; quos ubi ab Ecclesiæ Lutheranæ socio profectos Bibliothecarium docuisset, difficulter ei persuaserit, posse eorum quidquam ab* hæretico *homine proficisci. ---*

quoque magnum quiddam sunt in universitate rerum. vid. Becmanni hist. geogr. cap. III. part. 4. *cf. Rosenmüll. p. 28.*

8 ἔπεσεν ἔπεσε) Vid. ad cap. XVIII. 2.

¶ βαβυλὼν ἡ μεγάλη) Sic codices omnes, sic etiam Copt. sic cap. XVI. 19. XVII. 5. XVIII. 2. & LXX Dan. IV. 27. At ἡ πόλις interponitur ab *Erasmo*, ex cap. XVIII. 10. 21. Sæpe nomini proprio additur epitheton, sine substantivo appellativo. Grandius quiddam sonat *Babylon magna*, absolute, quam *Babylon urbs magna.*

¶ ἐκ, *de*) Asyndeton.

¶ τῦ ὄινυ) Paucorum testium hæc lectio est, antiquorum tamen, ex Græcis & Latinis, ad quos *Cassiodorius* accedit. Quia in iis locis, ubi de *ira Dei* agitur, ὁ ὄινος τῦ θυμῦ dici solet, ideo hîc & c. XVIII. 3, ubi de fornicatione Babylonis agitur, item ὁ ὄινος τῦ θυμῦ a librariis est invectus. Sed vid. App. crit. Ed. II ad h. l. Sæpe *ira Dei*, sæpe *meretricia impuritas*, sub schemate potûs describitur. In illo potu, non in hoc, adhibetur vocabulum τῦ θυμῦ.

¶ πεπότικε, *potavit*) Lutherus in Præfatione ad Roberti Barns Vitas pont. *Ego sane in principio*, inquit, *non valde gnarus aut peritus historiarum, a priori, ut dicitur, invasi papatum, h. e. ex scripturis sanctis. Nunc mirifice gaudeo, alios idem facere a posteriori, h. e. ex historiis. Et plane mihi triumphare videor, cum, luce apparente, historias cum scripturis consentire intelligo.* Itaque secundi hujus angeli præconio subservit historia rerum Romanensium, quæ magis magisque in lucem profertur: præcipue vero ponderare h. l. fas erit, sepositio partium studio, quæ sub initium hujus seculi in oriente per Missiones non tam pontificias, quam *Romanas*, gesta, & e contrario per Evangelicas Missiones geri cœpta sunt. Impurum potum *gentibus* datum excipit purior.

9 ἄλλος, *alius*) Bonum est præconium angeli cum æterno evangelio, bonum secundi ac tertii: sed tamen *alius* est angelus secundus, *alius* etiam tertius. Recte intra limites suos se continuit v. gr. Spenerus. vid. Bar. Canstein. in Vita ejus, § 32. Sed si quis intra eosdem limites propheticum posteritatis scrutinium atque testimonium coercendum putaret, peccaret. Varia sunt & dona & tempora. Vid. *Erkl. Offenb.* p. 145. 158 f. 166 f. 176 ff. 1041 f. 1117.

¶ εἴ τις κτλ. *si quis adoraverit bestiam & imaginem ejus, & acceperit characterem in fronte sua aut in manu sua: & hic bibet de vino irae Dei, quod infusum est merum in calice irae ipsius, & cruciabitur igne & sulphure in conspectu angelorum & ante conspectum Agni. Et fumus tormentorum eorum ascendet in secula seculorum, nec habent requiem die ac nocte, qui adoraverunt bestiam & imaginem ejus, & si quis acceperit characterem nominis ejus*) Vna omnium horrendissima in tota Scriptura est hæcce comminatio. Pellit timorem ab interfectoribus corporis timor ab Eo, qui potest & animam & corpus perimere. Luc. XII. 4. 5.

10 ἐκ τῦ ὄινυ τῦ θυμῦ - ἐν τῷ ποτηρίῳ τῆς ὀργῆς· *ex vino excandescentiae - in poculo irae*) Vt se habet vinum ad poculum, sic *excandescentia* ad *iram*. Considerata verborum differentia. cap. XVI. 19. XIX. 15. ἡ ὀργὴ τὸν θυμὸν in actum deducit. conf. Rom. II. 8 not. חמה θυμὸς, חרון ὀργὴ apud LXX.

¶ τῦ κεκερασμένυ ἀκράτυ, *quod infusum est merum*) κεράννυμι, *misceo*, dicitur in genere pro *infundo*, etiam de *mero mero*. ἄκρατον *merum* est, cui nil gratiæ aut spei attemperatur. Tale *merum* jam est *mixtum* & paratum adoratoribus bestiæ. Propinqua impendet & sanctis salus, & malis pœna. Psalm. LXXV. (LXXIV) 9, ποτήριον ἐν χειρὶ Κυρίε ὄινυ ἀκράτυ, πλῆρες κεράσματος.

11 εἰς αἰῶνα αἰώνων) Sic quoque cap. XIX. 3. XX. 10. Vestigia hujus lectionis, studiosissimam indaginem desiderantis, notavimus in Apparatu. Ceteris locis scribitur, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Vtraque quasi quadrata locutio est, ut *myrias myriadum*, *cœli cœlorum*. Articulus emphasin habet, præsertim ubi de *Æternitate Dei* sermo est. Magna in hisce locutionibus est opportunitas articuli Græci vel adhibiti vel prætermissi.

¶ ἀναβαίνει, *ascendit*) Præsens, post futurum, futuri vim habet, sed cum emphasi.

12 e) οἱ τηροῦντες, *servantes*) Vel conjunguntur abstractum & concretum, *patientia* & *servantes*: vel potius est nominativus pro genitivo, τῶν ἁγίων, οἱ τηροῦντες, *sanctorum servantium*: coll. cap. I. 5, ἰησοῦ χριστοῦ, ὁ μάρτυς ὁ πιστός.

13 f) ἀπάρτι, λέγει τὸ πνεῦμα) Vocem illam, *Scribe*, *Beati mortui*, *qui in Domino moriuntur*, *ut requiescant &c.* elocutus est cœlitum quispiam, cujus personæ & conditioni proprie congruit, Iesum appellare *Dominum*. Eam vocem Spiritus ipse quasi per parenthesin interpellat, simulque comprobat & amplificat, per voculam ἀπάρτι, *a modo*: perinde uti post, *Scribe*, *Beati*, asseveratio sequitur capite XIX. 9. *A modo*, scil. beati sunt, *inquit Spiritus*. *A modo*, ab hoc ipso articulo temporis, quum vox hæc in serie prophetiæ loquitur. Occurrit etiam loquela Spiritûs, c. XXII. 17. II. 7. &c. Loquitur autem Spiritus in sanctis, præsertim afflictis, 1 Petr. IV. 14, domumque petentibus, 2 Cor. V. 5. A vocabulo μακάριοι pendet ἵνα, uti c. XVI. 15. XXII. 14. Ναὶ primum in margine exstitisse videtur, uti c. XXII. 20 ναὶ alterum: unde alii ναὶ λέγει, alii λέγει ναὶ fecerunt. Sine hac vocula constat sensus *). Latinus eam non legit, sed ἀπ' ἀρτι dupliciter expressit, *a modo jam*, uti Gal. I. 6 *sic tam*. [*Conf. Apr. crit. Ed. II. P. IV. N. IX. § CXVI. CXVII.*]

¶ ἵνα ἀναπαύσωνται) Futurum, uti ἵνα ἔσαι, c. XXII. 14.

g) 14 καὶ, &) *Messis* & *vindemia*, quæ hoc loco describuntur, extremum judicium antecedunt, ut Cluverus copiose demonstrat. Vtraque describitur etiam apud Ioel, c. III. 18, & toto illo loco, ut Ionch. Langius docet.

¶ καθήμενον ὅμοιον) Alii, καθήμενος ὅμοιος· alii rursum, pro νεφέλη λευκὴ, *nubem candidam*: ut iidem fierent casus. Media lectio, casûs miscet: (neque obstat hîc ἔχων subsequens, coll. Appar. pag. 778. *Ed. II p. 488.*) vide supra ad c. IV. 4. VII. 9. XIII. 3. Communes constructionis regulas nemo ignorat: sed non temere tot locis in tam paradoxa sermonis figura codices optimi conveniunt. Quæ hujus generis sunt, ab iis uti me, post longam considerationem, non facile recessurum puto, sic ea nemini obtrudo. Sensus in omnes partes idem manet. Per *messem* magna piorum, per *vindemiam* magna impiorum multitudo ex mundo educitur.

h) 15 τῆς γῆς, *terræ*) Sic quoque v. 18 in vindemia. *Terra* hîc non contradistinguitur *mari*: sed tamen amplitudo hujus vocabuli restringitur versu 20 per *urbem*.

18 καὶ ἄλλος ἄγγελος ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου, ὁ ἔχων

e) ὧδε, *hîc*] Etiam hæc ad præconium angeli tertii pertinent, quod itidem antithesin aliquam continet ad triplex væ. *V. g.*

f) ἀποθνήσκοντες, *morientes*] morte vel violenta vel naturali. *V. g.*

*) *Attamen majus ei pretium margo* Ed. 2, *quam* Ed. maj., *constituit*. E. B.

g) τὰ ἔργα αὐτῶν, *opera eorum*] connotatâ gratuitâ remuneratione. *V. g.*

h) ἐξηράνθη, *arefacta est*] maturitatem consecuta, in bono, ad metendum. Proxime huc res hodie pertigit; & quæ restant, vix augescunt ultra. *V. g.*

ὁ ἔχων ἐξουσίαν ἐπὶ τοῦ πυρὸς, ἐφώνησε κτλ.) Observationem generalem de Interprete Latino vid. in App. crit. Ed. II ad h. l. - ἐπὶ τοῦ πυρὸς dicitur singulari numero: videtur autem singularis pro plurali, quem τὸ πῦρ non habet, hoc loco positus, coll. τῶν ὑδάτων. cap. XVI. 5.

¶ τῆς βότρυας-αἱ σταφυλαὶ) Synonyma sæpe sunt ὁ βότρυς ἡ ἡ σταφυλή. sed interdum differunt, apud LXX. Num. XIII. 23. אשכול ענבים βότρυν σταφυλῆς. Gen. XL. 10, πέπειροι οἱ βότρυες σταφυλῆς. Itaque βότρυς, totum: ita: σταφυλαὶ, partes, *acini*.

¶ τῆς ἀμπέλου, *vitis*) Non deest plurale גפנים LXX αἱ ἄμπελοι· & tamen hoc loco singulare est: impii omnes, unius vitis instar sunt, omnes cohærent.

i) 19 ἔβαλεν, *jecit*) Hujus igitur angeli opera perferentur uvæ de vite amplissima terræ in unum torcular.

¶ τὴν ληνὸν τὸν μέγαν) Etiam Hebræis fœmininum est גת ἡ ληνός· sed ad τὴν ληνὸν adjectivum additur masculinum, Hebraico more: (vid. Buxtorf. Thes. p. 338. 399. 423.) idque hoc certe loco facit ad amplificandum, ut etiam apud Græcos. vid Budæi comm. L. Gr. col. 1500 seq. Olim nonnulli, Hebraismo non perspecto, sic interpretati sunt: *lecit magnum*, i. e. superbum, antiquum hostem, *in torcular iræ Dei*. Ita habet Primasius, & Ansbertus.

20 αἷμα, *sanguis*) *sanguis* uvarum, vinum rubrum, id est, sanguis impiorum. Metalepsis. Occidio impiorum innuitur, non cruciatus æternus. Alii quoque hostes in torcular postea incidunt. cap. XIX. 15.

¶ ἄχρι τῶν χαλινῶν τῶν ἵππων, ἀπὸ σταδίων χιλίων ἑξακοσίων· *usque ad frenos equorum, per stadia mille sexcenta*) Vtraque phrasis profundum & longum sanguinis torrentem denotat. confer c. XI. Ἀπὸ σταδίων κτλ. de intervallo dicitur etiam Ioh. XI. 18. Nonnulli Rabbinorum cultores hoc referunt ad Palæstinæ circuitum aut longitudinem. Sed longitudo, etiam cum regionibus editis & ab inundatione immunibus, multo minor est; circuitus, multo major. Quid si innuatur vallis *Kidron*, inter *urbem* Ieruſalem & inter *montem oliveti* (Act. I. 12.) interjecta? nam torrens in ea valle, cum suis anfractibus, & in ipso mari, quoad sanguine tinctus fuerit, 1600 stadiorum longitudinem poterit habere. Locutionem proprie accipiamus. [*Conf. Ez. XXXII. 6. V. g.*]

CAP. XV.

k) 2 Νικῶντας ἐκ) Rara phrasis, sed similis illa Lycurgi contra Leocr. τί ποιῶν ἂν νίκην λάβοι παρὰ τῶν πολεμίων. Quod ad præpositionem attinet, LXX habent, ποιεῖν ἐκδίκησιν ἐκ τῶν ἐχθρῶν κτλ.

¶ καὶ ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ) Post καὶ additur apud Erasmum, ἐκ τοῦ χαράγματος αὐτοῦ· & sic fere duo tresve codices, ita inter se propinqui, ut unius instar sint, qui tamen ipsi glossam, dum aliter aliterque in textum inferunt, produnt. Vid. App. ad h. l. Revera non sunt tria: *sed nomen* bestiæ, AVT *numerus nominis* ejus, (disjunctive,) est ipse ille character. *Character*, est genus: species duæ, *nomen* bestiæ, & *numerus nominis* ejus. Inde *character* bestiæ, indefinite plerumque, citatur, c. XIV. 9. XVI. 2. XIX. 20. XX. 4. definite vero, *charagma nominis* ejus seorsum, c. XIV.

i) ἤκμασαν, *maturuerunt*] pœnæ. Malitia penes omnis conditionis homines, qui nostra ætate vivunt, quoad omnia, quæ fidei, spei & amori contrariantur, vix censenda est majora incrementa sumere posse. Perditissima est & plane desperata mundi facies. *V. g.*

k) V. 1. ἐτελέσθη, *consummata est*] Post hanc consummationem instant meliora. *V. g.*

XIV. 11. vel *numerus nominis* ejus seorsum, h. l. Nam horum altero alterum connotatur; vel uno tempore *nomen bestiæ*, alio *numerus nominis ejus* magis viget. ἐκ, præpositio, aliquoties hîc ponitur, uti cap. XVIII. 20.

¶ ἑστῶτας ἐπὶ τὴν θάλασσαν τὴν ὑαλίνην, *stantes ad mare vitreum*) ἐπὶ cum accusativo, & cum ipso *stando* verbo, denotat vel *super*, *in*, cap. VII. 1. XI 11. XII. 18. XIV. 1. vel *juxta*, *ad*, cap. III. 20.

3 l) ὁ βασιλεὺς τῶν ἐθνῶν, *Rex gentium*) Augusta appellatio, & opportuna, coll. vers. seq. & Ier. X. 7. & tamen a librariis varie mutata.

4 πάντα τὰ ἔθνη, *omnes gentes*) Hîc & conversio gentium omnium, (conf. Ier. XVI. 19.) & motivum, cum tempore conversionis, declaratur.

7 φιάλας, *phialas*) φιάλη δέ φασιν, ἀγγεῖον λεβητοειδὲς πεπλατυσμένον ἄνωθεν. *Eustathius.* Phialarum in superiore parte latitudo facit ad repentinæ effusionis amplitudinem. Phialas væ tertium afferre, multi putant. Sed vid. *Erkl. Offenb.* p. 808.

8 καπνῷ, *fumo*) Tegmen majestatis divinæ. m)

CAP. XVI.

1 Τὰς ἑπτὰ φιάλας, *septem phialas*) Epistolæ ad VII ecclesias distribuuntur in III & IV. Sigilla VII dividuntur in IV & III. & item Tubæ VII, ut vidimus: nunc etiam Phialæ VII. Tubæ longo circuitu regnum mundi labefactarunt: phialæ celeri & acuta vi bestiam potissimum, quæ se in regnum mundi induerat, & asseclas opesque ejus, frangunt. Itaque tubæ phialæque eodem ordine incedunt. Quaternæ priores tangunt *terram*, *mare*, *flumina*, *solem*: ternæ reliquæ, aliorsum cadunt, & multo sunt acriores.

2 ὁ πρῶτος, *primus*) Sic, *secundus*, *tertius*, *quartus*, *quintus*, *sextus*, *septimus*, sine nomine *angelus*. Sermo celerrimam phialarum effusionem exprimit: cujus celeritatis documentum est etiam hoc, quod phialæ nullas temporum periodos notatas habent. Magnam eæ similitudinem habent cum plagis Ægyptiacis, quas fere per mensium intervalla inflictas censent Hebræi. vid. Meyer ad Seder olam, p. 287. Quid si idem futurum sit in phialis? Tota quidem earum effusio adhuc in futuris est.

¶ ἕλκος πονηρὸν, *ulcus malignum*) Deut. XXVIII. 35, בשחין רע LXX ἐν ἕλκει πονηρῷ. [*Hæc noua, credo, atque inaudita hactenus lues erit.* V. g.]

n) 5 ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν, *qui es & qui eras*) Vid. ad cap. XI. 17. & conf. D. Lang. comm. apoc. f. 188.

¶ ὁ ὅσιος) Alii καὶ, ante ὁ, vel pro ὁ, ponunt, vel καὶ ὁ prætermittunt. Sæpe uniones germanæ lectionis a scoriis varietatum sincera internoscit exegesis: præclareque huc confert Wolfius locum c. I. 8, Κύριος ὁ θεὸς, ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος, ὁ παντοκράτωρ. Iuverit etiam contulisse alterum, c. IV. 8, Ἅγιος ἅγιος ἅγιος, Κύριος ὁ θεὸς ὁ παντοκρατωρ, ὁ ἦν καὶ ὁ ὢν καὶ ὁ ἐρχόμενος. Summa est illorum duorum locorum similitudo, & hujus loci, qui sic habet: δίκαιος εἶ, ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν, ὁ ὅσιος. Subjectum, illic, Κύριος ὁ θεὸς ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος· hîc, vocandi casu, ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν. Subjecti epitheton, illic, ὁ παντοκράτωρ· hîc, eodem casu, ὁ ὅσιος· utrobique sine καὶ particula. Prædicatum, illic, c. IV. 8, ἅγιος.

l) τὴν ᾠδὴν τῷ ἀρνίῳ, *hymnum agnello.*] Agnellus hymnum istum Patri suo intonat, in cœtu magno. Ps. XXII. 23. 26. *V. g.*

m) οὐδεὶς, *nemo*] ne ipsi quidem angeli phialis instructi. *V. g.*

¶ εἰς τὸν ναὸν, *in templum*] utut recluſum, v. 5. Absolutis plagis patet accessus templi. *V. g.*

n) τῷ θηρίῳ, *bestiæ*] Ergo phialâ primi angeli prior erit bestiæ character. *V. g.*]

ἅγιος. hîc, δίκαιος. Neque enim ita conſtruenda eſt oratio, δίκαιος καὶ ὅσιος. quum multa in textu verba ſint interjecta. Primis & poſtremis Apocalypſeos locis dicitur Dominus ὁ παντοκράτωρ, *Omnitenens*; hîc, judiciis ſe exſerentibus, ὁ ὅσιος, *pius*. Primum a *Robore* laudatur, ne tempore patientiæ nil videatur valere, quum in fine ſatis ſit oſtenſurus *Roboris*; deinde a *Gratia*, ineunte retributione. Pariter *Robur* & *Gratia* tribuitur Domino in Pſalm. LXII. 12. 13. Epitheton ὅσιος Hebræo חסיד reſpondet, ſignificatque, activo vel paſſivo ſenſu, *gratioſum*. Deus in omnibus operibus ſuis *gratiam ſuam* exhibet, & ab omnibus ſanctis *gratiam* init.

6 ἄξιοι εἰσὶ, *digni ſunt*) Abrupta oratio, magna vi. Ita cap. XIV. 5 ἄμωμοι εἰσὶν. Pſalm. XCIX. 5. קדוש הוא

7 ἤκουσα τοῦ θυσιαστηρίου λέγοντος, *audivi altare dicens*) Audivit Iohannes *altare*, qua clamor ſurgit & vindicta deſcendit, ejusve accolas, Iohanni hîc non conſpectos, ut ipſum altare loqui videretur. Confer phraſin c. I. 12. IX. 13. XI. 1. Talis illa, χρόνος ἐστὶν ὁ λαλῶν. Iob XXXII. 7.

9 ἐβλασφήμησαν, *blaſphemarunt*) Horribile peccatum, blaſphemia: ſed tamen vel contra voluntatem impiorum in honorem DEI cedit. fatentur enim, ſe ſuccumbere.

10 ἐγένετο ἐσκοτωμένη) Hoc multo majorem habet emphaſin, quam ſi diceretur ἐσκοτώθη vel ἐσκοτίσθη, cap. IX. 2, vel, ἐπλήγη τὸ τρίτον, c. VIII. 12. Similis locutio c. XVII. 16 ἠρημωμένην ποιήσουσιν, c. I. 18 ἐγενόμην νεκρὸς, Pſ. XXX 8 ἐγενήθην τεταραγμένος. Arabs interpretatur, *deſit*. id vero nimium eſt.

¶ τῶν πόνων) כאב LXX πόνος, *dolor*.

12 ἐπὶ) ἐπὶ *potius reddimus* ſuper, *quam* in, *quod ob exſiccatas aquas hîc mixtio ſit facta, ut in* mari & fluviis, *ubi erat præpoſitio* εἰς. *Marckius*.

¶ ἐξήρανε, *ſiccavit*) Sic *Alex. Lat.* Cohæret cum ἔξεχεε, cumque συνήγαγεν, v. 16. Plerique, ἐξηράνθη, vel ex rhythmo ἑτοιμάσθη, vel ex conſuetudine *). Sæpe enim ἐξηράνθη in N. T. exſtat, & facile hîc quoque a librariis arreptum eſt.

¶ αὐτοῦ, *ejus*) adeoque eorum quoque fluminum, quæ in Euphratem **) labuntur. Tur-

*) *Nullum valorem lectioni* ἐξήρανε *tribuit margo* Ed. maj.; *modicum*, Ed. 2.; *certum*, Vers germ., *ſuffragata* Gnomoni. E. B.

**) *Mirum eſt*, formulis poeticas, *quales v. gr. ſunt*,

- - - Euphrates ibat jam mollor undis; *itemque*,

Vor dir verſiegt der Rhein, und Berge werden flach,

cum hac prophetica *deſcriptione, tanquam parallelas, comparari. Vid. cel.* Michaëlis, *in der* Einleit. &c. T. II. p. m. 1924 ſq. *Qui perpenderit*, ex analogia *reliquarum phialarum, v. 2. 3. 4. 8. 10, non poſſe merum ſermonis* floſculum *hîc ſupponi; & qui meminerit, ampliſſimas in bellis gerendis difficultates* fluminum trajectionem (*præſertim ubi in mora periculum fuerit*) *bodienum ſubinde mouere, is nullo negotio intelliget, non* guſtus poëtici *defectum, ſed longe grauiora* (*coll. Ios. III. 17*) *in cauſa eſſe, cur* proprio ſenſu *h. l.* exſiccationem Euphratis *ſumendam eſſe cenſeat interpretum pars haut exigua. Atque alia plane res eſt, quum* pictor *aliquis v. gr.* angelum ad lectum dormientis conſtitutum *delineat*; *alia, quum* ſcriptor ſacer, *diuinitus edoctus, euentus momentoſiſſimos* angelorum operâ *fieri teſtatur, idque non tanquam* in tranſitu, *ſed prolixam* præparationis ſeriem *præfatus, quemadmodum h. l. videre eſt, v. 5 ſqq.* Angelorum miniſterio *ſæpiſſime Scriptura, etiam V. T. ſtupendas expeditiones tribuit. Quæ omnia qui in meros* luſus poëticos, *vel, ſi placet*, judaica ſomnia *conuertere ſtudet, is videat, ne usquequaque* Verbo DEI inſtrui *quoad res inuiſibiles recuſet. Nullus, putem, vel* poëta *vel* pictor *ejusmodi imaginibus uteretur, niſi* apparitiones *aliquando reapſe contigiſſent, & vel ad gentilium notitiam* (*utut fabulis innumeris permixtæ*) *pertigiſſent. Facile* ignorantiæ *aut* vecordiæ *accuſatur, qui* diuina humanitus *tractare religioni ſibi ducit*. E. B.

Turcæ id flumen hodie accolunt. Vel si perbrevi Mahomedismus, ut nonnulli putant, detrimenti aliquid capturus sit, fieri tamen poterit, ut angelus sextus phialam suam aliquanto serius effundat.

13 ὡς βάτραχοι) Vid. App. ad h. l. Valet casus rectus, uti Exod. XXXIV. 4, δύο πλάκας λιθίνας, καθάπερ αἱ πρῶται.

14 ἐκπορεύεσθαι) Multæ hîc occurrunt varietates, in quibus speciem habet, ἃ ἐκπορεύεται. quæ tamen si primæva esset lectio, non tam varie fuisset mututa, quam infinitivus ille, ἐκπορεύεσθαι, propter parenthesin non æque a librariis perceptus. Atqui sine infinitivo abrupta esset oratio, εἶδον πνεύματα ἐκ τοῦ στόματος. Non enim dicitur *bestia ex mari, ex terra, ex abysso*, sed *ascendens ex mari* &c. Neque obstat, allegatus a Wolfio, alter infinitivus, συναγαγεῖν, per asyndeton subjunctus. Sæpe enim cumulantur infinitivi, Luc. I. 74-79. Eph. III. 16 s. 1 Thess. IV. 3. 4. 6. & hoc loco expeditus est sensus: *vidi exire, ut congregarent*. Est *Simultaneum*, de quo vid. *Erkl. Offenb.* p. 84. Notantur autem res duæ concurrentes vel repetitis iisdem verbis, 2 Reg. II. 14. vel interpellata constructione, ut h. l.

15 τὴν ἀσχημοσύνην) ערוה LXX plerumque, ἀσχημοσύνη.

16 καὶ συνήγαγεν, & *congregavit*) Non possumus hoc loco singulare verbum pro plurali, (quod *Syrus* exprimit,) positum censere, quia nomen neutrum πνεύματα tanto intervallo præcedit, v. 13. 14. & in ipso versu 14 plurale verbum εἰσι ponitur. Quis ergo *congregavit* reges? angelus sextus. Toto hoc capite sæpe subauditur *angelus*. Sine incommodo saltu hic versus cum versu 12 connectitur. Vide Franc. Iunium & E. Schmidium.

¶ ἁρμαγεδών) Sic plerique cod. At pauci, μαγεδών, quomodo habet etiam ms. *Alex.* in 2 Par. XXXV. 22, ἐν τῷ πεδίῳ μαγεδών. *Magedon* vel *Megiddo* erat urbs, cujus frequens mentio in libris V. T. Ea loca, ut apparet, respexere librarii, qui vocabulo ἁρμαγεδών in Apocalypsi primam detraxere syllabam: sed propter hanc ipsam potissimum syllabam τὸ ἐβραϊστὶ videtur esse adhibitum. *Armagedon* significat vel עיר *urbem Megiddo*, ut docet Hillerus in syntagmatis, p. 229. vel הר *montem Megiddo*: nam ubi est בקעת *vallis*, ut *vallis Megiddo*, 2 Chron. XXXV. 22, ibi etiam est mons. Ipsum *Megiddo* unde derivetur, non perinde disquirimus. ponitur enim ut nomen proprium loci in Palæstina ex magnis rebus, quæ ibi antiquis temporibus acciderant, notissimi. Neque verbo ob funestam Iosiæ eladem hac allusione citatur, sed ob eladem *regum* Cananæorum. Iud. V. 19.

o) 21 ὡς ταλαντιαία, *ut talenti pondere*) multarum singulatim librarum. Proprie accipio, sub initium Bestiæ Non-esse.

CAP. XVII.

1 Τὸ κρίμα) משפט *rationem*. v. 16. ¶ τῆς πόρνης, *meretricis*) Conf. Glass. p. 1195. 1440.

2 μεθ' ἧς, *cum qua*) *Cum regnis* terræ fornicata est Tyrus. Es. XXIII. 17. 18. coll. Ap. XVIII. 23.

3 ἔρημον, *desertum*) Europa, speciatim Italia.

¶ θηρίον κόκκινον, *bestiam coccinam*) ut *rufus* erat draco. Id docet Ceremon. Romanum. Textus loquitur de tempore mulieris in bestia sedentis. *)

5 ἡ μέ-

o) V. 19. ἡ πόλις ἡ μεγάλη, *Vrbs magna*] Hierosolyma. c. XI. 8. *V. g.*

*) In hac temporis periodo auctoritas papæ nominetenus supereſt, sed reuera Vrbs domino imperat, quod ita videtur capiendum esse, quod, etsi non lege, praxi tamen, in ecclesia Romana alia impe-

rii

5 ἡ μεγάλη, ἡ μήτηρ κτλ. *magna, mater &c.*) Glorioſum Romæ nomen, ſi quisquam, Benedictus XIII, magnifice adornavit in Indictione univerſalis Iubilæi A. MDCCXXV. *Ad hanc* ſanctam *civitatem, tot* ſanctorum *martyrum memoria inclytam, ac beatorum præſertim apoſtolorum eccleſiæ principum doctrina eruditam & glorioſo ſanguine conſecratam, religioſa animi alacritate concurrite. Feſtinate ad locum, quem elegit Dominus, aſcendite ad hanc Hieruſalem novam, unde ab ipſo eccleſiæ naſcentis exordio Lex Domini & Lux evangelicæ veritatis in univerſas nationes effluxit. Vrbem tot tantisque beneficiis auctam, tot muneribus cumulatam, ut civitas ſacerdotalis & Regia in ſuperbiam ſeculorum poſita, Civitas Domini, Sion Sancti Iſraël jure optimo prædicetur. Hic vero confitemini Deo in eccleſia magna, in populo gravi laudabitis eum. Quandoquidem hæc ipſa Catholica & apoſtolica Romana eccleſia per ſacram B. Petri ſedem, caput orbis effecta,* Mater *eſt cunctorum credentium, fida Divinitatis* interpres, & Magiſtra omnium eccleſiarum. *Hic intemeratum fidei depoſitum, hic fons ſacerdotalis unitatis, hic claves regni cœlorum, & ſumma ligandi atque ſolvendi poteſtas, hic demum inexhauſtus ille theſaurus eccleſiæ ſacrarum indulgentiarum, cujus diſpenſator eſt Romanus pontifex, cuſtoditur.* Sed glorioſum hunc titulum Iohannes ex veritate παραφράζει & explanat: *Babylon &c.*

6 μεθύουσαν) Μεθύω, *ebrius fio*, vel, *ebrius ſum.*

7 τῆς γυναικὸς - τοῦ θηρίου· *mulieris - beſtiæ*) Sequitur, per chiaſmum, tractatio de *beſtia*, v. 8-14. &, cum præfatiuncula iterata, & *dicit mihi*, tractatio de *muliere*, v. 15 - 18.

8 ἦν κτλ. *erat &c.*) Tria durationis beſtiæ ſunt inciſa: quorum tempora per conjecturam refert liber *Erkl. Offenb.* p. 1147 ſeqq. Poſſit autem (1) ad problema ibi datum ſecundarius quidam numeri beſtiæ curſus adjici, a conſummato ejus ortu ex mari, in Alexandro III, A. 1169 ad A. 1836. (2) conferri, quod dixi ſupra ad cap. XIII. 1. Theſi 10. obſerv. 29. (3) tota illa Theſis ad multas capitis hujus XVII partes reſolvendas repeti.

p) ¶ βλεπόντων) Genitivus ſimplex, abſolute, uti Luc. VIII. 20 λεγόντων.

¶ ὅτι, *quod*) Ratio, ſub qua terricolæ admirantur beſtiam. ſic plane, ὅτι, Ioh. IX. 8.

¶ καὶ παρέσται) Sic habent antiqua documenta, ſummo conſenſu: nonnulla, καὶ πάρεσιν. Tantummodo de *M.* & *Pet.* 3 minus liquet. Vid. App. crit. Ed. II ad h. l. - Ipſe Eraſmus, ſi viveret, tot codicibus, quorum nunc copia eſt, herbam, ut arbitror, porrigeret, & aſſeclas ſuos miraretur, qui lectiones ab ipſo olim ægre conſtitutas

rii forma extitura ſit, quâ fiat, ut papa non agat monarcham, ſed ejus nomine imperent, qui imperabunt; veluti ſi imperium eſſet penes curiam Romanam, ſi urbs libertatem, ſi hierarchia epiſcopalis priſca jura recuperaret, de quo in antecceſſum determinatius decernere non audemus. Atque de hac quidem temporis periodo præcipue neceſſe eſt admoneri prudentes *noſtræ ætatis* Chriſtianos. Nam quomodocunque ſupputetur numerus beſtiæ, vergit nunc ad finem non procul inſtantem. Sed iniprouidi, quando vident veterem *papæ auctoritatem diminui*, ſtatim jndicant, nihil a papatu amplius metuendum eſſe, quamquam de erroribus cœtus Romanenſis nihil quidquam remittitur, neque etiam poſt concilium Tridentinum ulla remiſſio & doctrinæ emendatio ſperari poteſt. — *Hæc S. R. D.* Cruſius, *Hypomnn. T. I. p. 560. ſq.* E. B.

p) ἐκ τῆς ἀβύσσου, *ex abyſſo*] Ex mari beſtia aſcendit, quum eſſe cœpit; poſtremò aſcendet ex abyſſo. *V. g.*

tutas tam religiose tuentur. -- Neganti mihi, καίπερ *particulam ab Iohanne usquam adhiberi*, Wolfius regerit, ne verbum quidem παρεσαι ab Iohanne adhiberi. *) Sed dispar est ratio, nam verbum παρέσαι nullus idiotismus excludit: particulam *quamvis* Hebraismus, quem Iohannes multum sequitur, fere ubivis per ו sive καὶ reddit, juxta Noldii Concord. p. 292 seq. non κα. περ. Accedit alia ratio, quæ constructionem Erasmi, καίπερ ἐσιν, aperte refellit. nam καίπερ non cum verbo, sed cum participio construi, docent omnia loca N. T. 2 Petri I. 12. Hebr. V. 8. VII. 5. XII. 17. maximeque Phil. III. 4. Et sic οἱ ἔξω. *Demosth.* ταυτα μνημονεύετε ῥηθεντα, καίπερ ὄντες ὑ δεινοὶ τὰς ἀδικοῦντας μεμνῆσθαι. Idem, ἕκασον ὑμῶν, καίπερ ἀκριβως ἐιδότα, ὅμως ὑπομνῆσαι βέλομαι. Idem, δεῖ με, καίπερ ὰ φιλολοίδορον ὄντα φύσει, αὐτὰ τὰ ἀναγκαιότατα ἐιπεῖν περὶ αὐτῶ. *Aristoteles*, ἀλλὰ καίπερ ὄντος τοιούτου τῦ παρόντος λόγυ, πειρατέον βοηθεῖν. *Euripides*, Κἀγώ σ' ἰκνοῦμαι, καὶ γυνὴ περ ὢσ' ὅμως, Τοῖς δεομένοισιν ὠφελεῖν, δίος τε δ' ἒι. *Sophocles*, γινώσκω σαφῶς, Καίπερ σκοτεινὸς (scil. ὢν) τὴν γε σὴν αὐδὴν ὅμως. *Dio*, τὰ τῦ τιβερίυ ἔργα, καίπερ (Xiphilinus, καὶ) χαλεπώτατα δόξαντα γεγονέναι, παρὰ τὰ γαΐυ παρήνεγκαν. *Zosimus*, καίπερ ἐν τύτοις ὄντι τῷ στρατοπέδῳ, περὶ φιλίας ὅμως ἐποιοῦντο λόγυς οἱ πέρσαι. *Iulianus*, καίπερ ταῦτα πολυτραγμονῶν, ἠδειτο τὸ μέγεθος αὐτῦ τῆς ἀρετῆς. Sin aliquis καίπερ etiam cum verbo construi affirmat, exemplis probet, & iis quidem, in quibus περ non sit παρέλκον, ut apud Apollonium Rhodium, sed *quamvis* notet. Obstat natura particulæ. nam etiam simplices vocules, ex quibus καίπερ componitur, nempe καὶ (pro *quamvis*) minus sæpe, & περ (apud Devarium,) nunquam, verbum adsciscunt. Gravius est, quod conjectura καίπερ multum de sententia detrahit: nam *admiratio* terricolarum non tam per illud, quod *bestia erat & non est*, quam per hoc, quod bestia παρέσαι *aderit*, commovetur. Satis de crisi, nec tamen frustra. Momentosus enim locus est. Tetragrammaton illud יהוה *DOMINVS*, magnificam periphrasin habet, ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος, *qui est & qui erat & qui venit*. At bestiam mirantur terricolæ, quasi quoddam antitetragrammaton. nam *erat*, *& non est*, *& aderit*. Dominus dicitur ὁ ἐρχόμενος, *Veniens:* bestia παρέσαι, *aderit*, alio illo rege *veniente*, v. 10. eaque παρουσία (conf. omnino 2 Thess. II.) est longe perniciosissima. Hebraico verbo בוא apud LXX & ἔρχομαι & παρειμι respondet: & hoc loco, ad ἦν καὶ ὐκ ἔσι, καὶ παρέσαι aptissime adsonat, & minus quiddam dicit, quam si diceretur καὶ ἔρχεται vel καὶ ἔσαι.

9 ὄρη-βασιλεῖς. *montes-reges*) Septem montes Romæ, septem olim arcibus muniti & ornati erant. *Pacatus* in Paneg. *Spectabas haec a tuis collibus, Roma, & septena ARCE sublimis, celsior gaudio ferebaris.* cap. XLVI. *Hos colles*, inquit G. Fabricius capite III Romæ suæ, *Virgilius in Georgicis, & in Epithalamio Ausonius, propter* sedes regias *aliquando in iis constitutas, septem* Arces *nominarunt.* Septem illi montes erant *Palatinus*, *Capitolinus*, *Coelius*, *Exquilinus*, *Viminalis*, *Quirinalis*, *Aventinus.* Sed prophetia septem montes pro tempore bestiæ spectat, in quo *Palatinus* desertus est, & *Vaticanus* viget. Ceteri, iidem sunt, qui olim erant. Neque vero *septem capita* bestiæ duplicem habet significationem, unam seorsum *montium* confusam, alteram seorsum *regum* distinctam: sed unicam

*) *Quum ea, quæ hîc sequuntur, non ad* Crisin *tantum, sed ad* Philologiam *quoque sacram pertinent: non-* E. B.

unicam habent significationem, sic tamen, ut significatum sit quiddam compositum, ex monte & rege constans. Nonnulli septem montes Hierosolymis quærunt, sed, ut nervose docet Wolfius, non conficiunt. Vid. Es. X. 32. Fac autem, septem quondam montes ibi fuisse: nunquam ibidem septem reges, nedum septem montes cum septem regibus singulatim conjuncti fuere: urbs ipsa prius deleta est, quam Iohannes scriberet: nusquam Ierusalem, etiam ubi maxime culpatur, *Babylon* dicitur: & ordo prophetiæ in tempora multo citeriora Babylonem detrudit. In urbem Romam hæc omnia conveniunt. ac primum bestiæ caput est Mons Cœlius & in eo Lateranum, cum Gregorio VII ejusque successoribus: secundum, Mons Vaticanus cum templo S. Petri, a Bonifacio VIII. tertium, Mons Quirinalis, cum templo S. Marci & cum Palatio Quirinali, a Paulo II. quartum, Mons Exquilinus, cum templo S. Mariæ Majoris, a Paulo V. Per hos adhuc montes ambulat habitatio actioque pontificia, ita quidem, ut ad primum caput accedat alterum, non tamen ruente protinus primo; ad duo illa, tertium; ad tria, quartum: postea, ad quatuor, quintum, donec quinque reges & omnia in quinque montibus per eos constituta *cadunt*. Evolve *Bullarium* ordine: quatuor a Gregorio VII notabilis tempora, quorum primo fere omnes bullæ, in urbe datæ, datæ sunt in *Laterano;* secundo, apud *S. Petrum;* tertio, apud *S. Marcum* & in *Quirinali;* quarto, apud *S. Mariam Majorem.* Quintus, certe sextus septimusve, Mons nullus adhuc a papis ita cultus cernitur: & id ipsum veritatem hujus interpretationis comprobat. Septem montes, septimo exculto, distincte cernentur.

¶ ὅπου - ἐπ' αὐτῶν) pro, ἐφ' ὧν. Hebr. אשר עליהם

10 οἱ πέντε, ὁ εἷς, ὁ ἄλλος) Articulus habet vim relativam ad *septem* illos, qui in *quinque*, & *unum*, & *alium* distribuuntur.

¶ ὀλίγον, *paulum*) Hoc pertingit usque ad *horam*, qua non alter per se, sed *cum bestia*, reges decem regnant. v. 12. Specialem temporum considerationem habet *Exegesis Germanica Apocalypseos* & *Ordo temporum*, in *Gnomone* autem volebam supersedere: & tamen ea theoria ita recurrit, ut etiam ingraveſcat. Quodsi mathematici, musici, pictores, artifices omnes, minima quæque curant, & in minimis DEMVM elegantiam quærunt: cur non obsequamur prophetiæ in minimis calculis se maxime admirabilem præbenti? Hanc quoque in partem *opera DOMINI sunt exquisita* דרושים Psalm. CXI. 2. Veram eorum subtilitatem nulla μικρολογία & curiositas humana potest excedere aut assequi. Temporum *mulieris alatae* & *bestiae* digerendorum *experimentum* quoddam fecimus in *Erkl. Offenb.* p. 1072. & ea, *Daniele* etiam atque etiam adhibito, nunc aliquanto explicatius consolidantur. Quare ad illa, qnæ in cap. XIII. 1. Thesi X. observ. 29 cel. D. Langio respondi, hæc addi velim, quæ sequuntur, salva, quam præfatus sæpe sum, modestia & sobrietate, dum eventus futura explanet.

TABVLA.

Termini:

A. Anno 1058. d. 2 sept. fer. 4. Mulier alas nacta.
B. 1077. d. 1 sept. fer. 6. Bestia ex mari.
C. 1143. d. 25 sept. fer. 7. Menses 42 ineuntes.

D. 1810. d. 21 maj. (ſtil. nov. d. 1 Iun.) fer. 7. Menſes 42 elapſi.
E. 1832. d. 14 oct. fer. 2. Beſtia ex abyſſo: hora una.
F. 1832. d. 22 oct. fer. 3. Beſtia, regno decem cornuum aucta.
G. 1836. d. 18 jun. fer. 1. Beſtia devicta.

Intervalla,

eo termino, unde ſingula incipiunt, incluſo; & eo, qui ſubſequitur, excluſo;

	Dies & horæ:	ſive	hebdomades & dies:
A.	6938, 12.		991: 1½
B.	24130, $3\frac{189}{777}$		3447: 1 plen.
C.	243495 præciſe:		34785: 0.
D.	8170, $22\frac{218}{777}$		1167: 2.
E.	7, $22\frac{370}{777}$		1: 1 propemodum.
F.	1335.		190: 5.

Sunt, in ſumma, dies $284077\frac{1}{2}$. ſunt hebdomades $40582\frac{1}{2}$. ſunt hebdomades quadratæ $5797\frac{1}{2}$. ſunt anni $777\frac{7}{9}$. ſunt monades Danieliticæ (de quibus mox,) 686 præciſe.

Primum Intervalla, in abſtracto; deinde Terminos, in concreto, declarabimus.

Declaratio Intervallorum.

Intervallum *A* complectitur annos 19, minus 1 d.
B annos $66\frac{666}{999}$ præciſe:
C annos $666\frac{666}{999}$ præciſe;
D annos $22\frac{123}{333}$ plen.
E annos $\frac{22}{999}$ quam proxime:
F annos $3\frac{218}{333}$ plen.
A D E F conjunctim, annos $45\frac{33}{999}$ præciſe:
A B D E F $111\frac{1}{9}$ præciſe:
A B C D E F $777\frac{7}{9}$ præciſe,

Danieliticae hebdomades LXX habent monadas 490, quæ conjunctim ſunt anni $555\frac{5}{9}$ ut oſtendimus in *Ordine Temporum*, cap. X. In ejusmodi monadas & hebdomadas eadem Intervalla memorabili ratione transfunduntur.

Intervallum *C* habet monadas ejusmodi 588 præciſe, quæ ſunt *hebdomades quadratae* duodecim.

B & *D* conjunctim, monadas 78, ſine exceſſu diei.

B C D ſunt monades 666, (ſive dies $275795\frac{5}{14}$, qui ultra appendices dierum intervalli *B C D* non 17 horas excurrunt,) mirabili concentu. Etenim *numerus beſtiae* dicitur *eſſe* 666, ea locutione, per quam is numerus non uno modo exſtet. Vid. *Erkl. Offenb.* p. 742 init. Sic numerus 666 *primum & ſecundum Inciſum* de duratione beſtiæ complectitur.

A E F conjunctim ſunt monades 20, ſine ſine defectu diei.

A B D E F ſunt monades 98, quæ ſunt *hebdomades quadratae* duæ.

A B C D E F conjunctim ſunt monades 686 præciſe, ſive *HEBDOMADES CVBICAE* duæ.

Numeri,

Numeri, &, sub *diversorum* numerorum ænigmate *æquales*, periodi, apud Danielem & in Apocalypsi, *mire sunt ductiles & versatiles*, ut articulatissima expeditissimaque ratione *invicem* transmutentur, *firmo veritatis argumento.*

Declaratio Terminorum.

A. Mulier alas nacta: initium $3\frac{1}{2}$ temporum. Vid. *Erkl. Offenb.* p. 646.

B. De ascensu bestiæ ex mari, deque ipso die 1 Sept. egimus ad cap. XIII. 1, præsertim Thesi 9. Ab eo die est fluxus prævius annorum $666\frac{2}{3}$ (vid. *ibid.* p. 1069.) isque nunc ad exitum properans. Priusquam anni 5684 a mundo condito (vid. *Ord. Temp* p. 300. [*Ed. II p. 256.*]) sive hebdomades annorum quadratæ 116 compleantur, existimari poterit, quid ante exitum illum exspectari oporteat.

C. De potestate bestiæ ad 42 menses data, & de initio mensium egimus, ad cap. XIII. 18. § XII. Idem est numerus bestiæ, 666.

D. Mensibus 42 elapsis, bestia non idcirco protinus *non est.* nam etiam ante menses illos *erat.* Sed tamen sub phialam angeli quinti ita fit obscuratum regnum bestiæ, ut plus laboret, quam ante initium mensium 42. Itaque observandum erit suo tempore, utrum sub exitum mensium 42 angelus ille phialam demum suam fit effusurus in thronum bestiæ, an etiam bestia continuo meretricem portatura sit, dum ipsa *non est.* Hoc Intervallum, quo bestia *non est*, prope accedit ad *Semitempusculum*, de quo agit Ordo Temp. p. 318 [*Ed. II p. 271.*]

E. Horam unam, quam cornua decem regnum cum bestia accipiunt, ideo propheticam interpretamur, quia *mille annos* communi significatu ita dictos antecedit: possit vero eadem etiam de hora communi, naturali, sumi, quia, licet adhuc in tempora tristia bestiæ, tamen proxime *post* numerum bestiæ cadit. Res fere est in ambiguo. vid *Erkl. Offenb.* Ed. II. p. 146 seq. 889.

F. Decem reges, & bestia, primo quoque tempore, quum regnum ei dederint, meretricem vastabunt. Roma condita est Anno 3960 Per. Iul. d. 29 Oct. (ut docet Des-Vignoles in Chronol. in extremo, feria 2. Inde ad Ann. Dion. 1832 Per. Iul. 6545 d. 20 Oct. fer. 1. demto anni Iuliani excessu, anni sunt 2585 præcise, sive hebdomades 134878, & dies 6 propemodum, a feria illa 2 ad feriam hanc 1. Vel: Anno 3960 Per. Iul. d. 29 Oct. feria 2. Inde ad A. D. 1834. P. I. 6547 d. 20 Oct. fer. 3. demto anni Iuliani excessu, anni sunt 2587 præcise, sive hebdomades 134981. d. 1. h. 8. 20. 2''4 a feria illa 2 ad feriam 3 (*martis*) exeuntem. Conf. *Zeugniss der Wahrheit* p. 207 ss. Quid Roma post annos 90 die suo natali sit expertura, observent, qui tum erunt.

Duo hæc intervalla, *E* & *F*, sunt conjunctissima. *In manus cornu* singularis *dabuntur*, *sancti*, vel, ut Tigurini interpretantur, *temporum status & leges* (sic parallela sunt *verba* Psalm. XXXI. 16.) *TEMPVS ET TEMPORA ET DIMIDIVM TEMPORIS.* Dan. VII. 25. *Rex alter, cum venerit, PAVLVLVM oportet maneat.* h. l. De utroque loco sat multa conjecimus in libro, *Erkl. Offenb.* p. 883. Adjuvat autem tertius: *Decem cornua potestatem ut reges VNAM HORAM accipiunt cum bestia.* v. 12. *Paululum*, est intervallum *EF* conjunctim; nam totam *regis alterius manſionem*, in *tertio* bestiæ *Incisu*, complectitur: *E* est *una hora: F* habet residuum de intervallis superioribus, id est, dies 1335, eosque communes. Hos sequuntur continuo dies 1335 prophetici Danielitici (quos *mille annos* esse docet *Ordo. Temp.* p. 379. [*Ed. II. p. 326 sq.*]) qui promittuntur Dan. XII. 12. ut dies 1335 communes, miseri, *exspectationis*,

tionis, sustentationis, subaudiantur; & dies 1335 prophetici, beati, *attingendi*, exprimantur. Verba, *qui exspectat, & attinget, dies, mille*, magnam ab accentibus vim habent. In Intervallum *F* cadunt, si id non explent, *tempus & tempora & dimidium temporis* apud Danielem: assentiorque Ven. D. Langio, esse annos $3\frac{1}{2}$, sed, in summa, dierum 1278, ex veritate naturali, non dierum 1260, quos ille accipit, neque dierum $1333\frac{1}{3}$, qui in mentem venire possent. Nunc quomodo etiam 1278 dies & 1335 conciliantur? Non dicam, utrumvis dierum numerum esse annos 3 cum שנה parte sive dimidio, non quadriennium; quemadmodum etiam intervallum *F*, intervallo *E* vel *sepositio* vel *addito*, cum *Traditione* veteri de antichristo annos $3\frac{1}{2}$ grassaturo congruit. Sed apud Danielem videtur bestiæ ex abysso actio *in terra Israel* spectari: in Apocalypsi extra eam quoque terram bestia ex abysso *prius* habet, quod agat.

Dubia in articulis quibusdam singularibus Tabella nostra putari potest: sed intra limites suos exegeticis historicisque nervis tota corroboratur. Quæ in periodo sex intervallorum minus definiuntur ex Apocalypsi, ea ex Daniele definiuntur, ut *esse* bestiæ ante menses 42, & *non esse* ejusdem, & *paululum* regis alterius: & quæ apud Danielem *proprie* expressa erant *tempora* $3\frac{1}{2}$, ea in *paululum* illud *includit* Apocalypsis; rursum, quod apud Danielem *aenigma* 1335 *dierum* repræsentarat, id *propriis mille annorum* verbis declarat Apocalypsis. Num hæc omnia sunt fortuita? Non omnia æquali confidentia affirmamus *): sed tamen omnia proponimus, *ut posteri habeant, quod observent, & ex eventu partim emendent, partim comprobent.*

11 καὶ αὐτὸς ὄγδοός ἐστι, καὶ ἐκ τῶν ἑπτά ἐστι, & *ipse octavus est, & ex septem est*) Καὶ, καὶ, valet &, &. ὄγδοος est pars prædicati, ideo sine articulo ponitur: cohærens ei pronomen αὐτὸς item est pars prædicati, emphasin addens τῷ *octavus*, quatenus hic *ipse* τοῖς *septem* contradistinguitur. *Octavus*, & *septem*, sunt masculina, ut *regis regumve* nomen subaudiatur.

Innuitur hoc loco famosus ille pridem & magnus Adversarius, quem omnis antiquitas & tota ecclesia Romana pro *uno* quodam & *singulari* homine habet. Satis prope tetigit rem, qui patrum ultimus dicitur, *Bernardus*. nam sera ætate sua, Sermone VI in Ps. *Qui habitat*, post amara de corrupto illo ecclesiæ & antistitum statu lamenta, *superest*, inquit, *ut reveletur homo peccati, filius perditionis, dæmonium non modo diurnum, sed & meridianum, quod non solum transfiguratur in angelum lucis, sed etiam extollitur super omne quod dicitur deus aut*

*) *Optarim itaque, non eâ præcisione* ad apicem usque *hæc omnia* vernaculæ *reddita essent, quâ optimo quidem, ut considere licet, animo, sed non ex intentione b.* Auctoris *reddidit* Anonymus, *s. t.* die Hauptsache der Offenbarung Johannis oder vielmehr Jesu Christi, aus den fürnehmsten Schriften des sel. Hn. D. Io. Albr. Bengels ausgezogen, und in deutliche Fragen und Antworten verfaßt. *Schafhausen, bey Hurtern 1772. Paruæ molis, at perspicaciæ haud vulgaris libellus vicibus jam iteratis, largissime diuenditus, prodiit; nemini, qui* Bengeliana *amat, non commendabilis, dummodo punctum istud, quod jam tetigi, exceperis. Aliud exegeseos Bengelianæ succinctum & neruosum Summarium eodem fere tempore prodiit s. t.* Auszug aus Hn. Joh. Alb. Bengels erbaulichen Reden über die Offenbarung Jesu Christi --- als eine kurze Anleitung zum richtigen Verstand und gesegneten Gebrauch dieser herrlichen Offenbarung. Hamb. 1772; *quocum haud fortassis inutiliter combinari queat meine* Erklärende Umschreibung der Offenbarung Jesu Christi, als ein Auszug aus des sel. D. Joh. Alb. Bengels Erkl. Offenb. und 60 Reden. Leipz. 1772. E. B.

aut quod colitur. Ex Reformatoribus, qui ceteroqui in sua potissimum tempora non immerito intenti erant, *Franciscus Lambertus* agnovit, unum tamen quendam insignem adversarium, filium perditionis, posthac esse venturum, eamque calamitatem flebiliter descripsit. Exeg. Apoc. p. 183. 193. 215. 265. In Thesibus *Hier. Zanchi* hæc erat: *Etsi revelatum est jam pridem regnum Antichristi; quique in illo primatum tenet, & regnat, verus est Antichristus: dicere tamen*, sub finem seculi insignem quendam, & omnium iniquitate excellentissimum, verum & perfectum Antichristum, qui etiam miracula edat, venturum, *non pugnat cum Sacris literis.* etenim Argentinæ in prælectione de fine seculi in hanc sententiam diserverat, ab aliis idcirco reprehensus. Eam thesin A. 1561 approbaverunt Heidelbergenses Theologi, Tigurini vero etiam confirmarunt, his præter cetera verbis: *Cum indies malitia crescat & sine modo augeatur: nil obstat, quo minus κατ' ἐξοχὴν aliquis ad extremum sit venturus, qui ceteros Evangelii hostes impietate sua longissime superet, quemque Dominus spiritu oris sui omnino sit profligaturus.* Vid. Zanchi misc. Theol. p. 1. 18. 21. 44. 48. Neque aliter, hac duntaxat de re, eodem anno, *Io. Brentius* Io. Marpachio respondit: *De antichristo nollem contendere odiose. scimus, papatum esse antichristianissimum. Fortassis autem fieri potest, ut inter papas exoriatur aliquis, qui impietate, astutia, dolis, crudelitate & tyrannide reliquos omnes superet, & det Filio Dei occasionem, ut properet ad extirpandum universum papatum & ad judicandum vivos ac mortuos. De hac re Dominus curabit: nos nostrum officium faciemus, & expectabimus adventum Domini.* Conferatur Epistola *Lud. Crocii* Vossianis inserta, *Heding.* ad 2 Thess II. 3. *Weismanni* Inst. p. 1121 lin. 5 seq. *H. Horchii* Patmus, p. 70. *C. B. Michaëlis* in Dan. p. 230. *Iac. Koch* tr. Germ. in Dan. p. 247 seq. *Quid si Pontificiis*, inquit Rob. Baillius, *concederemus, in quo quidem orthodoxi NON SUNT DIFFICILES, ut in longa antichristorum Romanorum serie aliquis in seculi fine sodalibus suis, licet improbissimis, quadam tamen improbitatis ἐξοχῇ nequior exoriatur, qui Antiochi dies proximus referat: nihil ex hac concessione ipsi lucrarentur.* Op. hist. & chron. f. 244. Apposite vero ad h. l. Vitringa: *Bestiam ipsam esse quoque* Octavum *regem, ex ordine superiorum; sic absque ulla accipi potest difficultate, post hosce reges mysticæ Babylonis* unum *adhuc expectandum esse sub finem imperii* antichristiani, *qui* testes *Christi sit* occisurus, *& in ecclesiam præ ceteris omnibus sæviturus. de quo Spiritus sub nomine* bestiæ *speciatim vaticinatus fuerat* Cap. XI. 7. Omnesque hodie congruunt, qui prophetica tempora, & in his menses XLII bestiæ communi significatu accipiunt, tam brevem potestatem uni videlicet regi adscribentes. Non soleo testimoniis humanæ auctoritatis niti: haud indiget iis veritas. sed ubi doctrina aliqua paradoxa putari posset, latentes in animis hominum anticipationes veritatis colligere expedit. Hic unus, ultimus, rex, ab omnibus suis antecessoribus, ut malignitate, sic interitûs genere longissime differet. Illi naturali fere morte obeunt: hic vivus ad cruciatum æternum dabitur. c. XIX. 20. 2 Thess. II. 8.

¶ ἐκ τῶν ἑπτὰ, *ex septem*) Præclare Primasius: *Hunc, quem octavum dicit, NE ALTERIVS GENERIS aestimares, subjecit, Ex septem est.*

12 τὰ δέκα κέρατα, *decem cornua*) Decem cornua respondent decem digitis pedum in statua regali, Dan. II. 41 s. VII. 7. 20. 24. Quumque utervis pedum quinos habeat digitos, exspectandum erit, *num* decem reges futuri sint aliqua ratione in duos quinarios distincti.

¶ οὐκ ἔλαβον - λαμβάνουσι - ἔχουσι - διδόασιν - πολεμήσουσι *non acceperunt: accipiunt, habent, dant: pugnabunt*) Præteritum, præsens, futurum. *Non acceperunt*, quia bestiæ dederunt, v. 17. Obj. Sic migratur ordo textûs. Resp. Expendatur chiasmus modo notatus: ex quo etiam in v. 18 præsentia ponuntur ante futura versu 14 notata; &, citra eum, etiam ante futura versus 16ti. Sub interitum bestiæ memoratur etiam regum clades. v. 8. 14.

¶ ὡς βασιλεῖς, *ut reges*) regno nunc demum capto.

¶ μίαν ὥραν, *unam horam*) Conf. v. 10 not. Non dicitur, *una hora*, uti c. XVIII. 10, sed *horam unam*. Similis accusativus c. XX. 2.

¶ μετὰ τοῦ θηρίου, *cum bestia*) Bestia habet assecias, decem reges: antitheton, v. 14, *cum eo*, Agno, qui suos item habet assecias.

13 μίαν γνώμην, *unam sententiam*) Magna consensio non semper est character bonæ causæ.

¶ διδόασιν, *dant*) ad prælium cum Agno.

14 κλητοὶ καὶ ἐκλεκτοὶ καὶ πιστοὶ, *vocati & electi & fideles*) Describuntur comites Victoris. Dicuntur hoc loco κλητοὶ, κεκλημένοι cap. XIX. 9. Vtrumque semel in hoc libro, ut etiam ἐκλεκτοί. Confer 1 Reg. I. 41: καὶ πάντες οἱ κλητοὶ οἱ μετ' αὐτοῦ.

16 κέρατα, *cornua*) *Decem cornuum* ante *bestiam* mentio docet, potiores, in ipsa *inimicissima vastatione* meretricis, cornuum partes fore. nam etiam αὐτῶν, *eorum*, versu 17, ad cornua præ bestia refertur.

¶ καὶ τὸ θηρίον) ἐπὶ τὸ θηρίον, fecit *Erasmus*, quem hîc quoque sequuntur, qui solent, editores, quamquam lectionem hanc, e Latinis deterioribus fictam, vel solus *Andreas* Cæsarienſis redarguit. Vid. App. crit. Ed. II ad h. l. -- Hæc vero oratio, *Et decem cornua, quae vidisti,* καὶ *&* *bestia, hi odio habebunt meretricem,* planissima est, *cornua & bestiam* per voculam ἕτοι *hi* complexa, & *ad sensum* gravissimum, quem ea demum exhibet, *accommodatissima*, quod non modo decem cornua, sed etiam bestia ista (quo pacto Protestantes ab invidiosissima classici adversus Romam canendi suspicione liberantur *), meretricem odio sint habituri. Divina gubernatione provisum est, ut Apo-

*) *Scire equidem istud quoque aueo, qua fronte cel. D.* Semlerus, *in seiner* Antwort auf die Tübingische Vertheidigung der Apocalypsis, *p. 252, perhibere queat*, der rohe jüdische Feuer- und Zorn-Geist habe es ausgehaucht? *Iudicet Lector, jurene an injuria ven.* Roosius, *in seinem* christlichen Glaubensbekenntniss und überzeugenden Beweis von dem göttlichen Vrsprung und Ansehen der Bibel (*Tub. 1773*), *p. 132 sq. dicteriis istis eò adactus sit, ut scriberet:* Wer glauben kan, dass die Offenb. Joh. von Johanne dem Apostel geschrieben sey, wie es auch neuerlich der Tübingische Hr. Canzler Reuss unwidersprechlich bewiesen hat, und wer die Kraft dieses wahrhaftig göttlichen Buchs an seiner Seele erfahren hat, *entsetzt sich* darüber, wenn er lieset, wie der ewige und *heilige Geist*, der Iohannem erleuchtet und getrieben hat, mit Worten, die ich hier nicht wiederholen will, *gelästert* wird. Die Fürbitte Iesu komme dem Vrheber derselben Worte zu statten: Vater vergib ihm; denn *er weiss nicht*, was er thut. --- *Atqui facilius hodie* satyras, *quam* serias *protestationes & graues dehortationes Eruditi tolerant.* (Es soll alles entweder *witzig* oder *kühl* seyn; da hingegen Christum *der Eifer* um seines Vaters Haus *gefressen* hat. *Conf. Ps. CXIX. v. 139.*) E. B.

Apocalypsis ante Reformationem, in media Hispania, Compluti, valde sincera, præsertim in strictūris Romam ferientibus, ederetur. Atque hoc loco Complutensis editio & lectionem, καὶ τὸ θηρίον, exhibet, & puncto, approbationis signo, eam distinguit. Consentiuntque monumenta fere omnia. Inanis esset tot codicum collatio, si talium quoque locorum germana lectio aut postponeretur sine fine, aut saltem in ancipiti relinqueretur. Hoc uno meam Wolfius in locis fere omnibus, ubi a me dissensit, sententiam firmat.

¶ τὴν πόρνην, *meretricem*) Quæstio nascitur, utrum bestia, ex abysso ascendens, bellum cum duobus testibus gerat prius, (coll. *Erkl. Offenb.* p. 546.) an Babylonem vastet. Babylonem, ut videtur, prius delet, regno vixdum sibi a decem cornibus dato: deinde, relicta illa sede, totum in sanctam urbem furorem effundit, & mox cum suis in extremam cladem incurrit. Nam & sub duorum testium in cœlum ascensum, resipiscente post terræ motum multitudine, *consummatur* mysterium DEI: & cornua decem regnum suum dant bestiæ, donec *consummentur* sermones DEI.

¶ καὶ αὐτὴν, *& ipsam*) Hoc emphasin habet, in antitheto ad *carnes* & opes meretricis.

17 τὴν γνώμην αὐτῦ, *sententiam ejus*) bestiæ videlicet. Locutio, γνώμην θεῦ, exstat Ezr. VI. 14. sed hoc loco Iohannes τὴν γνώμην τῦ θηρίυ, *sententiam bestiae* contra meretricem, notat.

¶ καὶ ποιῆσαι μίαν γνώμην) Vid. App. crit. Ed. II ad h. l. Duplex momentum notatur, primum, quod decem cornua, *bestiae sententiam faciunt*, deinde quod *unam* inter se, de tradendo uni bestiæ regno suo, *sententiam faciunt.* q)

CAP. XVIII.

2 Καὶ ἔκραξεν ἰσχύϊ, φωνῇ μεγάλῃ λέγων) Sæpe verbo nomen cognatæ significationis, emphaseos causa, Dativo casu additur, apud LXX. ἀληθείᾳ ταπεινῶν, βίᾳ ἀχθηναι, βρώσει φαγεῖν, δάκρυσι κλαίειν, δεήσει λαλεῖν, θανάτῳ τελευτᾶν, θυμῷ ὀργίζεσθαι, ὀργῇ θυμᾶσθαι, μέτρῳ λαμβάνειν, σοφίᾳ ἀριθμεῖν, τόλμῃ ἐπικεῖσθαι, ὕβρει τρέχειν, ὕβρει φέρεσθαι, ὑπερόψει ὑπεριδεῖν, φόβῳ δειλιᾶν, φυγῇ πορεύεσθαι, φωνῇ καλεῖν. Vid. etiam Act. II. 30. Eph. III. 16. Phil. I. 18. 1 Ioh. III. 18. Sic h. l. κράζειν ἰσχύϊ & v. 21, ὁρμήματι βληθῆναι. Ipsum ἰσχύϊ absolute dicitur 2 Chron. XXVIII. 6 ἀνδρῶν δυνατῶν ἰσχύϊ.

¶ ἔπεσεν ἔπεσε, *cecidit cecidit*) Nonnulli codices interpretesque, cap. XIV. 8, & hoc loco, semel ponunt ἔπεσε, *cecidit*: atque horum locorum alteruter ad alterum conformatus videri possit. Emphasin auget interdum epizeuxis: sed *cecidit cecidit Babel* dictum est Es. XXI. 9, multo ante casum, imo etiam ante florem ipsum: *cecidit Babel subito*, Ier. LI. 8, non multo ante casum ipsum. Itaque, si non utroque Apocalypseos loco una sit sequenda lectio, priore bis, altero semel legerim, eo fere modo, quo primum tria væ proponuntur, deinde duo, postremo unum: ut *cecidit cecidit* dicat casum gradatim ingruentem; *cecidit*, casum repentinum, totalem, finalem. nam *semel* sæpe idem est, quod *prorsus*. Num. XX. 11. 1 Sam. XXVI. 8. Verumtamen librarii non raro verba bis scribenda semel scripserunt: & ἔπεσεν ἔπεσε cap. XIV. 8, & cap. XVIII. 2, apud

q) ἡ ἔχουσα, *habens*] Hoc eo ipso tempore, quo meretrici vastatio imminet, pro re præsenti habendum. *V.* g.

apud plerosque reperitur. Non esse actualem jam casum intelligendum hîc, sed prophetiam de casu certe & proxime consecuturo, patet, quia v. 4 demum jubetur populus Dei exire. Sed populus ille Dei non est, cujus pastor est pontifex Romanus, uti non nemo Apocalypsin detorquere voluit. Dicitur populus *meus*, non, pontificis romani: sicut Act. XVIII. 10 *populus* in urbe Corinthiaca *magnus* esse Domino dicitur, sine præciso ad Paulum vel alium ibi Pastorem respectu. r)

s) 5 ἐκολλήθησαν) Mihi quidem, inquit Wolfius, suspecta est hæc lectio. *Verbum enim κολλᾶσθαι de iis tantum dicitur, qui rei alicui vel personae, tanquam sibi placenti*, adhærent, *quod quomodo de peccatis, atque adeo de peccatoribus, respectu ad coelos habito, dici possit, non perspicio.* At amplior est usus verbi κολλάσθαι. Zach. XIV. 5, καὶ ἐγκολληθήσεται φάραγξ ἕως ἀσαήλ. Thren. II. 2, τὰ ὀχυρώματα τῆς θυγατρὸς Ἰούδα ἐκόλλησεν (Κύριος) εἰς τὴν γῆν. Addi possent loca, ubi דבק & κολλᾶσθαι inter se respondent. Sed rem conficiunt duo superiora. nam ἕως & εἰς in illis, & ἄχρι in Apocalypsi, phrasin plane similem reddunt, & exstat in illis verbum הגיע quo verbo 2 Chron. XXVIII. 9 notatur cædes *in coelum pertingens*. LXX, ἔφθακε. Respondet apocalyptica phrasis loco illi Ier. LI (Græcis, XXVIII) v. 9, ὅτι ἤγγισεν εἰς οὐρανὸν τὸ κρίμα αὐτῆς (Βαβυλῶνος) Hebr. est נגע cujus verbi notionem procul omni dubio in mente habuit Iohannes. At huic verbo exprimendo nunquam adhibetur ἀκολουθέω, adhibentur synonyma φθάνειν, ἐγγίζειν, κολλᾶσθαι. Habent ἐκολλήθησαν codices, firmo consensu: ἠκολούθησαν, *Erasmus*, ex mera conjectura, ut apparet. nam ne *Andreas* quidem sic habet. Sive αἱ ἁμαρτίαι *peccata* sunt h. l. sive potius *poenae*, differt locus Ap. XIV. 13. nam *opera sequuntur cum morientibus in Domino: peccata* non cum Babylone *in coelum usque* sequuntur.

6 ἀπόδοτε, *reddite*) Sancti sancto, morali modo, potius quam violento *reddent*.

7 κάθηται· ἐκ μιᾶ· ἐ μὴ ἴδω) κάθηται, ex ἧται· ἧται, præsens, vim habet præteriti, ex ἕω, ut ϛήκω ex ϛάω, & ἧκω ex eodem ἕω. Itaque Babylon summam securitatem, pro præterito, præsenti ac futuro tempore, ostentat. *Reginam* se appellat: erratque Bossuetus, quum corruptam tantummodo ecclesiam, non etiam civitatem regalem, in Roma, a nobis quæri putat. Vtrumque spectatur. Vid. cap. XVII. 5. 18.

8 ἰσχυρὸς, *robustus*) אל LXX ἰσχυρὸς, 2 Sam. XXII. 32, & passim.

10 βαβυλὼν ἡ πόλις ἡ ἰσχυρὰ, *Babylon urbs robusta*) *Illa civitas Valida*, Tertull. de cultu fœm. c. 12. Ῥώμη, *robur*. Antiquiores *Valentiam* dixerant: advenæ Græci, *Romam*. Ad nomen *Romae* retuleris etiam עצומים *Robustos*. Es. LIII. 12. Multis partibus validior apud prophetas est notationis locus, quam apud philosophos. Similiter *rheda*, & *securis*, Romanis propria, notantur, v. 13. cap. XX. 4.

11 seqq. γόμον *) κτλ.) Constructio facilis est a γόμον ad πρόβατα, & cum his cohæret ψυχὰς, eodem casu: sed ad ἵππων, ῥεδῶν, σωμάτων, denuo subaudias γόμον. nam *equi*, *rhedae*, *corpora*, vecturæ variarum mercium inserviunt. Mixtura casuum, ut apud Hippocr. de humoribus, c. 25. Copiosus est Pricæus, in exponenda hac enumeratione. Si *Ceremoniale Ro-*

r) κατοικητήριον, *domicilium*] Nondum hoc additum fuerat c. XIV. 8. *V. g.*

s) V. 4. ἐξέλθετε, *exite*] Exitus hic proxime ante ingruentes Babylonis plagas injungetur. *V. g.*

*) *At lectio* γόμος *quoque, v. 12 in, præfertur in margine* utriusque Edit. E. B.

Romanum evolvas, sat crebro pleraque omnia harum mercium genera videas occurrere.

12 θύϊνον) θύα nonnullis *citria:* sed *citria* κιτρία est, θύα *thya.* Etiam hæc est arbor odora: itaque *thyae* generibus non absimilis *citria.* vid. Plin. l. XIII c. 16 toto. Nil hîc loci *hebeno*, sed paullo post.

¶ ἐκ ξύλου τιμιωτάτου, *ex ligno pretiosissimo*) Pro ξύλου, λίθου Afri quidam legerunt, ex alliteratione ad præcedentia. *) Ex lapide pretiosissimo non fiunt vasa; sed ex lapide pretioso, vel ex ligno pretiosissimo. Tale inprimis *hebenum*, quod sæpe cum ebore memoratur. Alterum candore, alterum nigrore excellit; utrumque lævore eximio. Vid. Fulleri misc. l. 6. c. 14.

¶ χαλκοῦ κτλ.) ex *aere & ferro & marmore.*

13 ἄμωμον, *amomum*) fruticis genus, cujus lignum suavem præbet odorem. [*Non omittenda haec lectio.* Amomum *Italis gratum.* Not. crit.)

¶ καὶ κτήνη καὶ πρόβατα, *& jumenta & oves*) Differunt hæc genera, ut בקר & צאן apud Hebræos. Sic צאן ובקר Ier. XXXI (Gr. XXXVIII.) 12, καὶ κτηνῶν καὶ προβάτων. Locum Gen. XLVI. 34 perspicue expressit unus de LXX, an, pro numero librorum Mosis, de *quinque*, ut tractatus Talmudicus de scribis docet, interpretibus, ἐρεῖτε, ἄνδρες κτηνοτρόφοι ἐσμὲν - βδέλυγμα γάρ ἐστιν Αἰγυπτίοις πᾶς ποιμὴν προβάτων.

¶ ῥεδῶν) Vulg. *rhedarum.* רכב LXX ἅρμα, quod nomen exstat etiam cap. IX. 9. עגלה LXX sæpe, ἅμαξα. Sed ῥέδη, neminem, qui Græce ante Iohannem scripserit, reperias: nec res ipsa in specie videtur nota Græcis fuisse. nam aliæ nationes aliis vehiculorum formis gaudent. Neque *rheda*, Isidoro *reda*, Græcum est, ut satis Andreas Cæsareensis ad h. l. docet, ῥέδαν in gratiam Græcorum ὄχημα interpretatus, sicut Theophylactus κασωδίαν, φυλακὴν, Matth. XXVII. 65. Nec minus novum *rheda* in Græcis sonuit, quam in Latino sermone illud *ochema* sonaret. Hinc Græci librarii tam varie h. l. scripsere ῥεδῶν. Neogræca versio, ἁμάξια. *Plurima Gallica valuerunt, ut* rheda, *quo Cicero utitur*, ait Quintil. l. I. c. 5. at Isidorus: *reda genus vehiculi quatuor rotarum. has antiqui* retas *dicebant, propter quod haberent* rotas. l. 20. c. 12. Arabs, Græce doctior, quam Latine, substituit *mulorum & camelorum.* Vocabulum Latina civitate donatum, atque adeo Latinum, non temere hoc loco est adhibitum. Romam videlicet propriumque Romæ luxum hæc structura petit. Hieron. in Es. LXVI, *sarraco gallico, covinisque bellicis, & equis Cappadociae atque Hispaniae, ac* REDIS ITALIÆ &c. Conf. de Hebræis per Hebraica verba significatis, not. ad c. VII. 4.

¶ καὶ σωμάτων, καὶ ψυχὰς ἀνθρώπων) Sæpe Græci σώματα dicunt pro *mancipiis*: Tob. X. 10 (11) σώματα καὶ κτήνη καὶ ἀργύριον. & sic LXX Gen. XXXVI. 6, πάντα τὰ σώματα τοῦ οἴκου αὐτοῦ. Rursum iidem, Ez. XXVII. 13, ἐνεμπορεύονταί σοι ἐν ψυχαῖς ἀνθρώπων. Utroque hoc loco נפש & נפש ארם est in Hebræo. Ψυχαὶ ἀνθρώπων dicuntur *cadavera, defuncti*, Num. IX. 6. XIX. 11. sed & *viventes*, Lev. XXIV. 17. præsertim captivi, sive *mancipia.* Num. XXXI. 35. 40. 46. Hoc loco, ubi mercatores inducuntur conquerentes, *corpora* sunt servi, ad portandum merces aut heros: *animae hominum*, servi, quatenus per se mercis loco habentur.

14 καὶ ἡ ὀπώρα κτλ.) Hebræo קיץ respondet apud LXX int. ὀπώρα, Ier. XLVIII. 32, & denotat fructus arborum. Ab iis, quæ in urbem per mercatores impor-

*) *Itaque* Ed. 2, *cum* Vers. germ., *lectioni* ξύλου *palmam concedit, desertâ crisi* Ed. maj. E. B.

portabantur, nunc venitur ad domesticas ejus delicias, quarum hæc una species, ἡ ὀπώρα, plurimi omnium ibi habita, exprimitur. Subsequuntur autem duo genera: τὰ λιπαρὰ sunt reliqua in victu, penes ipsam delicioſa; τὰ λαμπρὰ sunt in amictu & cultu, ad alios exsplendescentia. Opportunum ergo locum hîc habent hæc verba, quæ nonnulli post versum 23 collocanda suspicati sunt. Verum uti v. 10 secunda persona adhibetur, eademque v. 22 tertiam excipit, ita hîc quoque.

17 πᾶς ὁ ἐπὶ τόπον πλέων) Non bene, ut arbitror, hanc lectionem in Apparatu posthabui. *) Optimis nititur monumentis, & denotat utique genus hominum diversum a *gubernatoribus*, quibus tamen adjungitur, & a *nautis*, & ab *omnibus qui mari operantur*. Itaque ὁ ἐπὶ τόπον πλέων is fuerit, qui unum in locum, emporium, regionem, identidem navem agit. Alii, πᾶς ὁ ἐπὶ τῶν πλοίων πλέων. alii, πᾶς ἐπὶ τῶν πλοίων ὁ ὅμιλος. Illud ex festinatione, ut videtur; hoc ex paraphrasi germanæ lectionis.

¶ ἢ ὅσοι τὴν θάλασσαν ἐργάζονται) ἐργάζεσθαι non solum est aliquid *operando efficere*, sed etiam, quod jam exstat, tractare. Sic LXX, ἐργάζεσθαι γῆν, παράδεισον, ἀμπελῶνα, πόλιν, χρυσίον κτλ.

18 τίς ὁμοία, *quae similis*) Una urbs in mundo *incomparabilis* habita, Roma. Vid. Pauli Aringhi Lib. II Rom. subterr. c. I. *Terrarum dea gentiumque Roma, Cui PAR est NIHIL & nihil secundum*, dicitur Martiali: Athenæo, *epitome orbis terrarum*.

20 οἱ ἅγιοι, *sancti*) Hi ponuntur ante *apostolos & prophetas*, vel tanquam genus ante speciem, vel tanquam ii, quorum aliqui ante *apostolos & prophetas* sint occisi.

t) 22 μουσικῶν) *musicorum*, id est, *cantorum*. hi enim sunt præcipue. שרים LXX μουσικοί, Gen. XXXI. 27. Ez. XXVI. 13.

¶ τεχνίτης, *artifex*) Nusquam magis, quam Romæ, florent, cum *musica*, ars pingendi, sculpendi &c. ut docent Topographiæ & Itineraria, v. gr. *Keyslerl*, Part. I. Ep. 49 &c.

24 ἐν αὐτῇ, *in ea*) Hoc quoque angelus loquitur: nec tamen dicit *in te*, sed *in ea*, (conf. Matth. XXIII. 37.) nempe in deceptrice gentium, jam ita demersa, ut extremas hujus allocutionis partes non audiat.

¶ πάντων τῶν ἐσφαγμένων, *omnium, qui mactati sunt*) Omnia Romani imperii theatra, Christianorum cædibus insignita, docet Aringhus T. I operis citati, f. 125. idemque f. 132, *unam Romam mactandis Christi ovibus GENERALE quasi MACELLVM constitutum* fuisse ait. Multum sanguinis effudit Roma pagana; non minus, pontificia. Ab A. 1518 ad 1548 plus 15 milliones protestantium, Inquisitionis opera, occidisse, sunt qui putent, ut memoratur in Exeg. Germ. h. l. Grandis hic numerus etiam duplicatur ab A. 1550 ad 1580 apud *Hoe* in Ap. XVII. qu. 234. Neutrum verisimile. Plus 90 myriades ab A. 1540 vel 1550 ad 1580 censentur apud Frid. *Seylerum* in Roma titubante, p. 339 f. Verus numerus, quisquis est, stupendus est.

CAP. XIX.

1 Φωνὴν, *vocem*) Longe diversam a quæstibus capite XVIII descriptis.

¶ ἀλληλούϊα, *Hallelujah*) Gravissimum est hoc celeusma, de quo aliquid dicere necesse habemus.

§ I.

*) *Præfertur itaque in margine* Ed. 2 & *in* Vers. germ. E. B.

t) V. 21. Οὕτως, *ita*] Indicio est hæc vocula, nondum hoc vaticinium impletum esse. *V. g.*

§ I. Hebraicum est הללו יה ex הללו & יה compositum.

§ II. Nomen יָהּ occurrit in *hymnis* V. T. Exod. XV. 2. Es. XXXVIII. 11. Psalm. CXVIII. 5. 14. 17. 18. 19, & passim alibi, præsertim in hoc ipso *Hallelujah*, quod in Novo Testamento sola Apocalypsis, in hac una periocha, sed sæpe, exhibet.

§ III. Nonnulli יה ab יָאָה derivant, & ad *Decentiam* divinam referunt: sed, ut plerique agnoscunt, eo potius nomine denotatur *Is qui est*.

§ IV. Literam spiritalem tergeminam הההה statuminat Hillerus in Onom. p. 262. unde secunda radicali in י vel ו conversa, thema היה & הוה & porro nomen אהיה & יהוה derivatur.

§ V. Eodem pacto formatur יָהּ per pro ה (ut in עִטָּיָה pro עִטָּהָה & אֲהַמָּיָה pro אֲהַמָּהָה) perque ה mappikatum. nam quemadmodum ex ה finali fit ה medianum, pariter ex ה mediano fit ה finale, ut in נָחָה ex נחה & in aliis, quæ Coccejus in Lexico, col. 284 bene notavit.

§ VI. Nemini hanc analysin obtrudo: non tamen facile quisquam negaverit, יָהּ dici eum *Qui est*: idque ratum manet, etiamsi cum Hillero ex יהי futuro repetas. nam illud, ὁ ἐρχόμενος, jam antea in pausam datum est. vid. supra, ad c. XI. 17. In tribus incisis, ὁ ἦν καὶ ὁ ὢν καὶ ὁ ἐρχόμενος, accurate erant discernenda tempora, sed ubi τὸ יָהּ seorsum exstat, derivatio ex יהי vim præsentis temporis, ut in tot propriis nominibus humanis conspicitur, non tollit. Nomen, ὁ ὤν, ponunt LXX int. Exod. III. 14, & (ubi minus loci erat) Ier. I. 5 (6.) XIV. 13. XXXII. 17. ipsumque יָהּ idem dicit, quod ὁ ὤν, interprete Euthymio apud Fuller miscell. p. 486 seq. Adde Drusium ad h. l.

§ VII. Nomen יָהּ non ex nomine יְהוָה decurtatum esse, patet ex eo, quod multo sæpius, quam יָהּ dicitur, & quod interdum conjunctim יָהּ יְהוָה laudatur.

§ VIII. Vt Deus per Mosen se יְהוָה nominari jussit, statim sub ipsum exitum ex Ægypto etiam nomen יָהּ introductum est in Cantico Mosis, Exod. XV. 2, his verbis: עוּזִּי וְזִמְרָת יָהּ וַיְהִי לִי לִישׁוּעָה ubi ex *præsentissimo* saluberrimi operis divini sensu Dominus dicitur יָהּ ὁ ὤν. Hinc non nisi in *Canticis* hoc nomen citatur. Concinit cum Mosis cantico Esajas, populum ita loquentem inducens כִּי עֻזִּי וְזִמְרָת יָהּ יְהוָה וַיְהִי לִי לִישׁוּעָה cap. XII. 2. Idem בִּיהוָה יְהוָה עֲדֵי עַד כִּי בְיָהּ יְהוָה צוּר עוֹלָמִים cap. XXVI. 4. Vtroque autem loco Esajas simul ad *fiduciam* in posterum hortatur, ideoque is יְהוָה & יָהּ יְהוָה Dominum appellat, eoque ipso nos utriusque nominis differentiam docet.

§ IX. יָהּ dicitur Deus, quia *Est*: יְהוָה dicitur, quia *Erit* & *Est* & *Erat*: יָהּ יְהוָה dicitur, quia v. gr. in Esajæ Cantico celebratur, uti se *præsentem* Deum in opere ipso præstitit, & simul *in posterum se præstaturus*, omni fiducia declaratur. Nomen יְהוָה temporibus promissionum in effectum tendentium frequentabatur: יָהּ omnibus temporibus aptum, præsenti ope exhibendis, atque adeo maxime novissimis. Sic consideratio temporis futuri, nec non pristini (Ier. XXIII. 7.) in præsens coalescit, & qui antea dicebatur ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος, deinceps dicitur ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν, &, ὁ ὤν.

§ X. Huic igitur Cantico, Ap. XIX, etiam atque etiam convenit *Hallelujah*, & in eo nomen יָהּ ὁ ὢν *Ens*.

§ XI. Laudatur passim observatio, quæ apud Kimchi exstat, quod *Hallelujah* primo suo in Psalmis loco resonet sub interitum *peccatorum & impiorum*, Ps. CIV. 35. Plura vero ex Rabbinis in eandem sententiam, coll. Prov. XI. 10, collegit Cartwrightus l. 3 Melis. Hebr. c. 8.

u) 5 *divi-*

u) 5 *αἰνεῖτε τῷ θεῷ ἡμῶν*) LXX, *καὶ ἤνεσαν τῷ Κυρίῳ*, 1 Chron. XVI. 36. *αἰνεῖν τῷ Κυρίῳ*, c. XXIII. 5. item 2 Chron. V. 13. XX. 19. Hebr. הלל ליהוה Describitur his locis solennis illa laudatio, Domino præstari solita, per Levitas. Adde locum Ezr. III. 11, de cuncto populo, eadem phrasi Hebraica & Græca. Quanto major solennitas in Apocalypsi! Excitantur omnes servi ejus, & timentes eum parvi & magni, ad laudem solenniter ei dicendam. Id faciunt versu 6. [*coll. Ps. CXV. 13.*]

x) 7 *ἡτοίμασεν ἑαυτήν*, *paravit se*) i. e. cœpit parare se. ut *πεπίστευκα*, *ἠγάπηκα*, *ἤλπικα*, , *nactus sum fidem &c.* De nuptiis ipsis vide c. XXI. 2. 9 ss.

8 *γάρ*, *enim*) Particula explanativa, uti v. 10.

9 *γράψον*) Codices hoc verbum omittentes memorat Apparatus. In iis sunt primæ editiones Erasmi, quas secutus est Lutherus: unde suspicio typographici sphalmatis in Bibliis Germanicis eximitur. Recentiores Bibliorum Germanicorum editores id verbum inseruerunt.

¶ *ἀληθινοί*, *veri*) Notabile epitheton. Hoc uno Apocalypseos loco per se ponitur, uti *πιστός*, *fidelis*, de Teste. c. I. 5. Alibi utrumque jungitur. *Testis fidelis & verus.* c. III. 14. *Fidelis & verus*, absolute. c. XIX. 11. Inde, *Verba fidelia & vera.* c. XXI. 5. XXII. 6. Alibi aliud epitheton additur. Iesus, *Sanctus*, *verus*, c. III. 7. Deus, *Dominus Sanctus & verus.* c. VI. 10. *Iustæ & veræ viæ* Dei: *verâ & justa judicia* ejus. c. XV. 3. XVI. 7. XIX. 2. Vbi conjunctim ponuntur epitheta, *Sanctus* dicitur Deus, respectu sui: *fidelis & justus*, respectu suorum, & in verbo suis dato: *verus*, in opere, cujus exitus, hoc inprimis loco, respondet verbo antegresso. Vbi unum tantummodo epitheton ponitur, ut *Fidelis*, initio libri, & *Verus*, hîc, circa finem, alterius vis est subintelligenda. Atque ut Ipse est, sic sermones ejus, & viæ & judicia sunt.

y) 11 *ἵππος λευκὸς*, *equus albus*) Antitheton ad *ὄνον* Matth. XXI. *)

¶ *κρίνει*, *judicat*) Multa loca, etiam Novi Testamenti, de adventu Christi glorioso, de resurrectione mortuorum, de judicio, cum hac periocha conjungit cel. D. Langius, comm. apoc. f. 107 seq. 256-269. Sed unus revera est adventus Christi gloriosus, in die novissimo: cujus tamen illustre & singulare præludium est destructio *bestiæ*. vid. supra, ad 2 Thess. II. pag. 840, & *Ord. Temp.* p. 412. [*Ed. II. p. 354.*] Eundemque diem novissimum spectat summa testimonii de resurrectione & de judicio.

14 *τὰ στρατεύματα*, *exercitus*) *Vocati & electi & fideles*, c. XVII. 14.

¶ *βύσσινον λευκὸν*) Λευκὸν non est superfluum epitheton. **) nam est aliqua *byssus* etiam flava.

15 *ῥομφαία*, *romphæa*) ad occidendum. ¶ *ῥαβ-*

u) V. 2. *ἀληθιναὶ*, *veracia*] Quæ per formam precationis c. VI. 10 referuntur verba, ea nunc, expresse iterata, transponuntur in doxologiam. *V. g.*

x) V. 6. *καὶ*, *&*] Satis jam fit excitationi v. 5 prolatæ. Hallelujah! *V. g.*

y) V. 10. *καὶ ἔπεσα*, *& cecidi*] Iohannes ea, quæ v. 9 exstant, pro conclusione Visionis habuisse videtur: atqui restabant prioribus excellentiora. *V. g.*

*) Probabile mihi videtur (*inquit S. R. D. Crusius ad h. l., Hypomnn. P. I. p. 562*) cladem hanc contingere in via ex Aegypto ad Hierosolymam, collato Dan. XI. 45. — Opinabile est, circa idem tempus contingere stragem exercituum & regum in monte Megiddo seu Mageddon, Ap. XVI. 16. in qua cernetur summa vis torcularis iræ diuinæ in perditissimum terræ statum, c. XIV. 20. quamquam uniuerse calcatio torcularis, quæ ipsi Christo attribuitur, citius incipit, coll. c. XIV. 17-20. XIX. 15. Sed obiter hanc conjecturam addo &c. E. B.

**) *Hinc omissio ejus, in* Ed. maj. *haut obscure probata, ad lectiones minus firmas relegatur per margi-nem* Ed. 2, *subsequente* Vers. germ., *quæ habet* mit reiner weisser Seiden. E. B.

¶ ῥάβδῳ, *virga*) ad subigendum.

z) a) 20 ἐπιάσθη) *capta est* bestia: at draconem angelus ἐκράτησε *comprehendit*. cap. XX. 2. Bestia & pseudopropheta jam tum ad incitas redacti erunt: draco habebit vires, sed coërcebitur.

¶ ζῶντες, *viventes*) Hæc pernicies ipsa corporis morte longe horribilior est. Confer, de filio perditionis, 2 Thess. II. 8, item Dan. VII. 11. 26, & Es. XI. 4, ubi רשע LXX ἀσεβὴς Chaldæo paraphrastæ est ארמילוס רשיעא *Romanus impius*.

¶ τὴν λίμνην τοῦ πυρὸς, *stagnum ignis*) In Apocalypsi non occurrit *gehennæ* vocabulum.

21 οἱ λοιποὶ, *ceteri*) etiam reges. v. 18. 19. Cum turba miscentur, ut *Pharao*, *Zærah*, *Gog*. Vid. *Ord. Temp.* p. 161 s. 182 s. & mox not. ad cap. XX. 8. [*Ed II p. 142 s. 160.*

CAP. XX.

1 Ἄγγελον, *angelum*) De angelo creato interpretatur *Cluverus*, T. III Dil. p. 321. *Primasius* in Summario libri V, & *Tyconius* in homil. 17, *Andreas Cæs.* sermone 20 caput XIX & XX arctissime connectunt. Joh. Frid. *Schmidius* cladem antichristi, (quem quomodo interpretetur, nil interest h. l.) agnoscit priorem esse millennio, & qui id neget, in pœnam, c. XXII. 18. 19 prædictam incurrere. vid. *Chronol. Anleitung*, Part. II. p. 316.

2 τὸν δράκοντα ὁ ὄφις ὁ ἀρχαῖος) Appositio, casu obliquo & recto. Vid. Appar. p. 778. [*Ed II p. 488, § V.*]

¶ χίλια ἔτη, *mille annos*) Dissertationem D. Zeltnerus edidit A. 1716 *de Chiliasmo* (proprie dixisset, *de Millennio*) *præsenti*: qua ineunte miratur, *Chiliastæ titulum detrectare quenquam posse*, quia videlicet *mille annos* aliquo sensu admittere necesse habet, quisquis divinam Apocalypseos auctoritatem amplectitur. Præclare. Sunt autem, qui insignem quandam & diuturnam ecclesiæ tranquillitatem, hoc Textu cogente, futuram confiteantur, & id impune ferant. Quamobrem impune? ob hoc unum, quod MILLE ANNOS EX ORE DEI PROFECTOS REMOVENT AB ORE SVO. Non expedit, talem bonis hominibus timorem incutere. Ceterum ne passum quidem simul cum temporibus bestiæ currunt hi mille anni, neque ex toto illa hi præcedunt, sed ex toto sequuntur. Comprobat hoc I. totius libri series, unum perpetuum rerum nexum repræsentans. II. Ratio tubæ angeli septimi, quippe sub quam etiam hi anni cadunt. c. X. 1 not. III. Speciatim hoc comprobant ea quæ *præcedunt*. Partum mulieris, de quo supra, subsecuta est draconis *e cælo in terram* dejectio: & cum hac dejectione connexum est væ tertium, quo *draco* per bestiam & cum bestia (c XVI. 13.) vel laxatissimis agit habenis: exeunte væ tertio bestia depugnabit & victa in stagnum ignis mittetur: eodemque tempore, post cladem ejus videlicet, reliquus hostis princeps in *abyssum* includetur. IV. Ante exitum numeri bestiæ, tempora in Apocalypsi sunt ænigmatica; postea, proprio significatu expressa. Excellentem hanc prophetiæ me-

z) V. 17. δεῦτε, *adeste*] Victoria non potest non consequi. In anteccessum hostium caro diripienda conceditur auibus. *V. g.*

a) V. 19. μετὰ, *cum*] Hostes id agent sine dubio, ut Sanctos in terra adoriantur. Enimuero Christus Dominus cum cœlesti comitatu prœlium faciet, *V. g.*

methodum violant, qui tempora beſtiæ & annos milleños commiſcent. V. *Ipſum* millennium nova, magna, pura & diuturna immunitate a malis internis & externis, quippe quorum auctores ſublati ſunt, & variæ beatitatis affluentia eminet, qualem adhuc non vidit eccleſia: Rom. XI. 12. 15. 25. neque enim unquam *gentes* non *ſeductæ* fuerunt, v. gr. per Muhammediſmum. VI. Comprobant hoc, quæ *ſequuntur*. ſequuntur autem noviſſima mundi tempora, & in iis ſolutio diaboli, Gogum & Magogum ſeducentis, & in ſtagnum ignis ad beſtiam & pſeudoprophetamaggregandi. In ſumma, accuſatio Satanæ in *cælo*; furor in *terra*, per ſpatium millennio brevius; captivitas in *abyſſo*, per mille annos; &, poſt ſeductum Gog & Magog, cruciatus in *ſtagno ignis*, in ſecula ſeculorum; ita inter ſe ſuccedunt, ut nullum horum cum altero conjungi, nullius ordo trajici poſſit. *Omnem Scripturæ perſpicuitatem neget oportet, qui hoc negare perſeveret ac refutare conetur.* Accedit VII. tenor ſermonis verſu 1 proxima ſuperiora continuantis, non ad telam aliquam longius interruptam redeuntis. VIII. Eas res, quæ capite XIX exſtant, hæ res quæ a c. XX. 11 ad c. XXII 5 usque occurrunt, plane ſequuntur: in medio eſt millennium, cujus neque initium, neque exitus, ſi præteritum eſt, huc incidit. id igitur alio trahere non poſſunt, niſi quibus pro ratione voluntas eſt. Patet hinc, non recte a D. Gebhardi chiliaſmum fere ex eo derivatum eſſe, quod *Nexus verbi prophetici* negligeretur. Comm. in XII proph. p. 655. Denique IX. inter angelum evangelii *αἰωνίᾳ æterni*, c. XIV. 6, & inter conſummationem ſeculi, *αἰὼν ævum* quoddam interjacet. id vero, exemto millennio, nemo poterit oſtendere. Brevi tempore præ iis, qui millennium hoc fuiſſe contendunt, ii, qui idem inſtare credunt, veri ſenſus prærogativam obtinebunt: neque ſolis curſum remorantur, qui contra loquuntur. Interea quisque videat, quibus in rebus beatam ipſe vitam quærat. Non in eo error eſt, nedum periculum, ſi mille annos dicas eſſe *futuros*; ſed ſi annos vel futuros vel præteritos ex ſenſu carnis interpretere. *) Myſterium eſt, doctrina de *Filio* Dei; tum, *crux* ejus; denique, etiam *gloria* ejus. Ipſe *ſignum* eſt, cui in alia parte poſt aliam contradicitur. Multa credendi & confitendi materia.

3 ἔκλεισε) Αὐτὸν addit *Eraſmus*, invitis mſſ. & ipſius *Andreæ* textu. Omnino κλείειν *claudere* non ſolum v. gr. de carcerë, ſed etiam de captivo dici poteſt: ſed hîc recte conſtruit *Apringius*, *clauſit ſuper eum*, ut & ἔκλειστεν & ἐσφράγιστεν cohæreat cum ἐπάνω αὐτῦ, uti Gen. VII 16 dicitur, ἔκλεισεν ἔξωθεν αὐτῦ· & plane יסגר עליו Iob XII. 14.

¶ ἵνα μὴ, *ut ne*) Vnum hic exprimitur beneficium: ſed id ipſum eſt longe maximum, & multa magna bona ſecum habet conjuncta. Nam regnum Dei, principe hoſte

*) *Huc referas, quæ cel. D.* Cruſius *monuit*, Hypomnn. *T. I. p. 612 (coll. 610)*: Ex hactenus dictis ſimul patet (*inquiens*), mirum non eſſe, quod in Apocalypſi Iohannis nullum emblema reperitur, quod felicitatem temporum Conſtantini M. & proxime ſequentium ſeculorum repræſentet. Nam felicitas iſta magnopere quidem ab iis deprædicatur, quibus placet, quod Conſtantinus Epiſcopos opibus & dignitatibus auxit, & ſplendidas baſilicas exſtruxit. Sed reuera temporibus his non alius competit character, quam quem emblemata apocalyptica exprimunt c. VIII. 10-12. quæ amaritudinem Arianam, & diminutum reipublicæ vigorem repræſentant &c. *Conf. mox l. c. p. 614 ſqq. ubi demonſtratur, eam fortunam, qua* Eccleſiæ Proteſtantes *hodie utuntur, non poſſe pro* amplitudine *iſta & proſperitate haberi, quam Prophetæ ut* ἀποτέλεσμα *deſignant* - &c. E. B.

hoste remoto, *) vigorem non impeditum obtinet, apud *gentes*, & grande mysterium Dei, prophetis evangelizatum, consummatur. Ap. X. 7.

Chiliasmum modernum, quasi *errorem*, eumque *in fundamento*, argumentis ex articulo de creatione, de redemtione, de sanctificatione depromtis, coarguit *Io. Dietericus Wincklerus* in Disquisitionibus, p. 193 seqq. tum idem me tanquam *defensorem* ejus erroris notat. Atqui ne unum quidem ex tuis, politissime Wincklere, argumentis commentationem tangit meam: mihi vero gratum fecisti. Nulla enim res sanitatem meæ de millennio sententiæ evidentius potest efficaciusque demonstrare, quam collatio libri tui & mei. Respice, quæso, *Erkl. Offenb.* pag. 950 seqq. Quæ chiliastis tu tribuis, ab iis ego plane abhorreo: imo statum mundi naturalem, viatores egentes remissionis peccatorum & credentes, usum legis & evangelii, mortem nondum absorptam, &c. æque statuit illa exegesis mea, ac disquisitio tua. Tuque, Lector, hoc quoque casu admonitus, alteram semper partem audiri oportere, memineris. Hæc de Wincklero: ad rem revertimur.

Martyres, dum solutus est Satanas ex custodia mille annorum, & ultima fæce terra laborat, viventes, non in terra, sed cum Christo regnant: *deinde*, adventus demum Christi gloriosus est in die novissimo: *deinde*, cœlum novum, nova terra, nova Ierusalem. Quæ pseudochiliasmus confundit, vera interpretatio, textui obsecuta, distinguit. Tali pacto, *millenorum annorum*, quos prophetia tantopere prædicat, assensor ego haberi longe malo, quam cum indiscretis *antichiliastis* facere, qui hoc ipso suo nomine vel literam prophetiæ disertam infestant, & juxta cum errore veritatem obterunt. *Mysterium Dei* agitur. Ap. X. 7. Id tum consummatur, quando bestia interit & Satanas ligatur. Ea consummatio magis magisque appropinquat. Eadem complectitur longe maximas res & cum gloria Dei conjunctissimas. Earum rerum cognitio indies emergit lucidior, distinctior, facilior. Extremæque interim sævitiæ diaboli occurrere, summe est necessarium. At Deo, cujus est mysterium, obloqui, ut multi faciunt: juramentum angeli, mysterium confirmantis, enervare: interpretes, digne illud tractantes, per ignorantiam (Iud. v. 10) exagitare: gratiam apud sui similes ea exagitatione aucupari: nonne σκληρὸν *grave* tandem erit? Vicissim vero cavendum est, ne in millennium conferas, quæ ipsi æternitati reservantur. Neque satis est, si asseras, id adhuc futurum esse: sed quale sit, sobrie quoque debet considerari. Veruntamen hæc non verbosa tractatione insinuantur plerisque: spiritualis maturitas exspectanda est.

¶ μετὰ, *post*) Elegans asyndeton, in opposito, uti v. 5 initio.

¶ μικρὸν χρόνον, *parvum chronon*) Hic, ut vestigiis quibusdam colligitur, *dimidium καιροῦ temporis* æquiparat. [*Neque incipit serius*,

*) *Insignis est S. R. D.* Crusii (*in dem kurzen Begr. der* Moraltheol., *T. I. p. 884 sq.*) *observatio ad Apoc. XII. 9:* — Vnd damit man nicht meyne, als werde solches nur in so fern gesagt, weil er (der Teufel) die ersten Menschen verführet hat, und dadurch die Folgen des Verderbens über ihr ganzes Geschlecht gekommen sind: so gedenke man daran, dass die Apostel die Verführung als zur ihrer Zeit noch geschehend vorstellen, und vor der besondern Feinheit und Gewalt, mit welcher sie eben damals geschahe, warnen, z. e. Eph. VI. 11. 12. 1 Petr. V. 8; und dass der Herr Iesus selbst ihm die Einführung der Verderbnisse in der Kirche, wie er sie damals pflanzte, zuschreibet, nemlich dass er das Vnkraut sæe, Matth. XIII. 39; das Wort Gottes aber vom Herzen nehme, Luc. VIII. 12. — EB.

serius, quam eorum, qui primæ resurrectionis consortes erunt, millennarium regimen. Inhærendum est prophetiæ ordini. Amplissimæ postremorum temporum res succincte describuntur. quas ideo non expedit leui saltu transuolari. V. g.]

4 b) τῶν πεπελεκισμένων πελέκυς, *securis*, Romanis proprie usitata in suppliciis. Confert huc Raphelius illud Polybii, μαστιγώσαντες ἅπαντας, κατὰ τὸ παρ' αὐτοῖς (τοῖς ῥωμαίοις) ἦθος ἐπελέκισαν.

¶ ἔζησαν, *vixerunt*) in vitam redierunt. [*eo modo, quo reliqui mortuorum non vixerunt ante resurrectionem universalem.* V. g.] sic idem verbum, eadem vi, v. seq. & c. II. 8. Vidit Iohannes non solum redivivos, sed revivisscentes; (coll. Ez. XXXVII. 7. *) ut antea actum, non modo statum, ligati draconis.

¶ μετὰ, *cum*) Erunt cum Christo, v. 6. & cum Deo, ibid. non Deus & Christus cum illis. Igitur id regnum erit in cœlo. **) Conf. c. XXI. 3, μετὰ, *cum*.

¶ χίλια ἔτη, *mille annos*) Qui articulo τὰ hîc a nonnullis ante χίλια perperam inserto retinentur, maximopere se impediunt. Duo millennia toto hoc loco memorantur, utrumque ter prius est millennium *ligati Satanæ*; v. 2. 3. 7. alterum, *regni sanctorum*. v. 4. 5. 6. Bis mille annorum *fundamentum ullum* cel. D. Langius se *neque in textu, neque in re ipsa, neque in nexu partium apacalypticarum, invenire* scripsit. Epicris. p. 421. Atqui alterum milleanium pertingit usque ad resurrectionem omnium mortuorum; v. 5. prius, ante finem mundi exit. v. 7 seqq. Ergo prioris initium & finis est ante initium & finem alterius. Propterea uti v. 2 in prima prioris, sic v. 4 in prima alterius millennii mentione dicitur, absque articulo, χίλια ἔτη· ceteris locis τὰ χίλια ἔτη, articulo vim relativam habente, & *illos mille annos* innuente, v. 3. 5. 7. Denique χίλια ἔτη, sine articulo, dicuntur versu 6, quasi in elogio seorsum posito. Articuli omissio minus adstrictam habet rationem, quam positio. Aliud esse ligati Satanæ millennium, aliud sanctorum regnantium, *multi* agnoscunt, teste Pareo in Ap. col. 1093, ubi Thomam Brightmannum & Matthæum Cotterium innuere videtur. Plane his adsentitur Iungmannus in Observ. germ. contra Beverley p. 71. Accedunt omnes ii, qui alterum duntaxat millennium pro ipsa æternitate habent, ut Viegas in Ap. p. 793, Nic. Collado, Cor. a Lapide, & Nic. Mulerius.

Ingentem hæc annorum bis mille diversitas *usum* præbet, eundemque tantæ necessitatis, quæ ipsam millenniorum diversitatem evincat. *Crucem figit*, judicio eximii viri, spes meliorum temporum, *vel ipsis etiam*

b) θρόνους, *thronos*] tribunalia. *V. g.*

*) *Qui tamen locus non in fraudem* proprietatis (*ut ita dicam*) apocalypticæ *allegandus erat, ut fecit v. gr. cel.* Michaëlis, *in der* Einleitung &c. *T. II. p. 1976 sq. Ezechieli nimirum non, ut Iohanni, de* animabus *eorum, qui* securi percussi *fuerant, sermo est: quos nonnisi per immanem* ἀκυρολογίαν *politico isto significatu suscitatos dici posse, nemo non videt. Vid. etiam hac de re cel. D.* Crusii *Hypomn. T. I. p. 573.* E. B.

**) *Attende, Lector!* in cœlo. *Neque tamen veretur e. g. cel.* Schroeckhius *publice scribere:* Bengel glaubte auch, eine tausendjährige Regierung der Gläubigen mit Christo, *auf der Welt*, in der Offenbarung Iohannis verkündiget zu finden: und seitdeme ist die Abneigung vom Chiliasmus, welche sonst ein Kennzeichen der *Rechtgläubigkeit* in unserer Kirche war (*conf. Præf. Gnom. § XXI.*), bey vielen nicht allein verschwunden; sondern auch mit andern wunderbaren Prophecеyungen vertauscht worden. *Vid. Abbildungen und Lebensbeschreibungen berühmter Gelehrten. T. III. Fasc. I. p. 98. Conf. omnino, quæ ad vers. præcedentem de* Chiliasmo moderno *monuit b.* Auctor; *& quæ hanc in rem dicta sunt in meiner* Beleuchtung &c. *§ 21. p. 93-95.* E. B.

etiam regni millenarii *cum perversione illa extrema & securitate damnabili ultimorum hominum conciliatio.* Vna difficultati medetur distinctio temporum. Priore millennio currente implebuntur promissiones de lautissimis ecclesiæ temporibus: c. X. 7. postea, dum sancti ex prima resurrectione regnabunt cum Christo, homines in terra erunt remissi & securi. Matth. XXIV. 37 seqq. quo pacto locus ille insignis, Luc. XVIII. 8, nativam verborum vim retinet. De hac securitate, remotis jam hostibus, homines occupatura, egregium est *Hypomnema* apocalyptico Patricii Forbesii commentario subjunctum. Confusio utriusque millennii multos pridem peperit errores, & ipsum chiliasmi nomen fecit odiosum atque suspectum: distinctio utriusque millennii resolvit difficultates chiliasmo jure oppositas, & sinceram prophetiæ adjuvat interpretationem. Evolvatur, quæso, liber, *Erklaerte Offenb.* p. 942 seqq. Quid supereſt, quod ipsa orthodoxia possit reprehendere? Dicant ii sententiam, quorum ex auctoritate pendent alii. Adde quód qui residua mundi tempora neque extendunt ultra Scripturæ veritatem, neque decurtant, ii demum empæctis bene occurrunt.

Vltima est hæc periodus in ætate mundi: quare hoc loco analysin temporum summatim repetemus, ea quidem sobrietate ac modestia, quam alibi affatim præfati sumus.

Ætas mundi, sunt	$3\frac{1}{2}$ æones:
Æon,	2 chroni:
Chronus, 5 καιροὶ sive tempora:	
Tempus, 2 secula prisca:	
Seculum, 7 menses prophetici:	
Mensis, 2 hebdomades Danieliticæ:	
Hebdomas $7\frac{5}{63}$ anni communes:	
Annus,	$365\frac{97}{400}$ dies.

Eadem ætas mundi complectitur annos naturales $7777\frac{7}{19}$, qui sunt menses prophetici 490.

Septenarius igitur perfectus elucet, non hîc dicam, in diebus naturalibus, & quidem quadratus; sed in mensibus propheticis, & quidem quadratus: in annis naturalibus, cernitur per omnes totius summæ articulos expressos, a millenario usque ad monadicum, & infra. Hæc TESSELLATA temporum naturalium & propheticorum, Danieliticorum & Apocalypticorum, CONFIGVRATIO, veritatem debet omnibus persuadere, quorum est quidquam, in hoc genere, veritatis capere.

5 ἡ πρώτη, *prima*) Primam hanc resurrectionem multi agnovere, etiam ex antiquis. *Intra mille annorum aetatem concluditur sanctorum resurrectio, pro meritis maturius vel tardius resurgentium.* Tertull. l. 3 c. Marcion. c. 24. In eandem sententiam differit *Ambrosius* in Luc. XVII. 4, sed non item lib. I de Interpellatione, cap. VII. quare verba ejus non exscribo. Quæ *Augustinus* l. 20 de Civ. Dei, c. 7 disputat, non ipsam attingunt resurrectionem corporum primam, sed errores, quibus eam nonnulli contaminaverant. Citerioribus temporibus eam resurrectionem complures denuo defenderunt, inprimis *Petrus Crugotius* in Notis ad Apoc. cap. XX nec non Apologia pro Confessione *Remonstrantium*, p. 209.

6 μακάριος, *beatus*) Magna proprietate μακάριος dicitur, qui immunis est a *morte* secunda. namque μὴ, κὰϱ, etymon est, ut *immortalem* dicat.

¶ ἐν τῇ ἀναστάσει τῇ πρώτῃ, *in resurrectione prima*) Versio Æthiopica, apud Ioannem de la Haye, *in isto die, qui praecedit adventum ejus.*

7 τὰ, *illi*) *illi* tantummodo mille anni, qui Satanam vinctum habebant: nunc enim

enim iterum de Satana agitur. Articulus ad nomen (*mille annos*) duobus antea subjectis datum ita refertur, ut ad prius subjectum pertineat. Sic plane τὸ θηρίον, *bestia illa*, cap. XIII. 15, non refertur ad v. 11, sed ad v. 1. Sic 2 Sam. XXIII. 19. 23 τρεῖς referuntur non ad ternarium proximum, sed ad remotiorem. v. 8 seqq.

¶ χίλια ἔτη, *mille anni*) Triplex millennii prioris expressio (cui triplex alterius millennii mentio concinne respondet,) non obscure triplicem facit oppositionem, ad *Non-chronum* (qui versatur inter annos 1111 1/9 & 999 8/9 sive 1000.) ad *paucum tempus* (ann. 888 8/9) & ad *tempus* 1. 2. 1/2 (ann. 777 7/9.) nam *tres* eas periodos, quas draco præcipue tristes fecit, continuo excipiunt læti mille anni, dum draco vinctus est, *ter* expressi.

¶ λυθήσεται ἐκ τῆς φυλακῆς) Locutio concisa: id est, *solvetur* a catena, & emittetur *ex custodia sua*.

8 τὸν γωγ καὶ μαγωγ) *Magog*, Iapheti filius, pater nationum septentrionalium, orientem versus. Earum gentium princeps, *Gog* dicitur apud Ez. cap. XXXVIII. 2, & h. l. Princeps & populus inimicissimus, fortasse minus boni, quam ceteri, ipsi tum minus mali, quam post πλάνην novam. Arctissimam principis & populi conjunctionem indicat unus τὸν articulus, & paronomasia, *Gog* & *Magog*. Vtrumque significat *Celsum*, *Elatum*, ut *Hillerus* docet in Onomastico. Itaque *Magog* ut nomen proprium ponitur; *Gog* autem, grandis syllaba, per aphæresin inde relicta, per antonomasian videtur proprii nominis tenere locum, dum ferox ille tot gentium sub Satana ductor suo olim nomine appareat. Non abhorrebat Hieronymus in Ez. 38 *Ros* ut nomen proprium accipere, si ei nomen talis gentis (Russorum) notum fuisset. Conf. Hist. univ. Vol. I. p. 257.

¶ συναγαγεῖν, *congregare*) Non dicitur, *seducere & congregare*, sed, *seducere ad congregandum*. seductionis finis est *congregatio*.

¶ αὐτῶν, *eos*) Alias Apocalypsis ducem præ copiis spectat, c. XII. 7, sed de Gogo principe nil seorsum a Magog, quæ ejus sunt copiæ, recenset, partim quia de eo satis erat dictum apud Ezechielem, partim quia Gog præter conatum nil agit, & in suo interitu miscetur ipsi turbæ, uti reges in cap. XIX. 21 not.

9 τὴν πόλιν τὴν ἠγαπημένην) Πόλις ἠγαπημένη dicitur Ierusalem, Sir. XXIV. 11. At hîc ea & *castrorum* & *urbis* nomine venit. ἐν διὰ δυοῖν. Opposita, μεμισημένος, c. XVIII. 2. & ἠγαπημένος. & hoc tamen loco securitas urbis non plane innoxia videtur notari, uti Deut. XXXII. 15 Græce est, ἀπελάκτισεν ὁ ἠγαπημένος.

10 καὶ βασανισθήσονται) Hoc καὶ male omittunt recentiores Latini: & inde construunt sic, *ubi & bestia & pseudopropheta cruciabuntur*; quasi diabolus ipse non sit cruciandus. Ego magis defendendus est hoc loco textus sincerus, ne obliteretur bestiæ & pseudoprophetæ conjectio in stagnum ignis ante diabolum, quam particula καὶ necessario infert. [*Hîc demum Satanae poena inchoat. Ad istum usque terminum libere peccare pergit, si custodiam millennariam exceperis, quâ interrumpitur pessima praxis.* V. g.] Matth. 25, 41. n.

11 καὶ, &) Hactenus descripta sunt, quæ inter diem visionis Iohanneæ & inter diem novissimum fieri debent. Hoc igitur loco juvat inserere *Synopsin temporum*, quæ complectitur prophetia.

TA-

TABVLA
CAPITVM APOCALYPTICORVM
CHRONOLOGICA.

A. M.

3940 ineunte: IESV Christi Nativitas.

3943. Annus 1 Æsræ Dionysianæ.

A. D. 30. Iesus Christus patitur: moritur: resurgit: *stricturas* præbet Apocalypticas, Ioh. XXI. 22. 23. Act. I. 7. & ascendit in cœlum.

96. *Apocalypsis* datur: Adventus Domini denunciatur septem ecclesiis in Asia & earum angelis. Apoc. I. II. III.

97, 98. Septem *sigilla* aperiuntur, & sub quinto *Chronus* promulgatur. cap. IV - VI. Septem Angelis tubæ septem dantur. cap. VII. VIII.

Sec. II. III. IV. V. Tuba angeli I. II. III. IV. Cap. VIII.

A. 510-589. Væ primum. Cap. IX.

589-634. Intervallum post væ primum.

634-840. Væ secundum. Cap. IX.

800-1836. Non-chronus: reges multi. Cap. X. XI.

840-947. Intervallum post væ secundum. Cap. XI. 14.

864-1521. Dies 1260 mulieris, postquam filium masculum pepererat. Cap. XII. 6.

947-1836. Væ tertium. Cap. XII. 12.

1058-1836. Tempus, tempora, dimidium temporis: &, intra eam periodum, Bestia, ejusque menses 42 & numerus 666 Cap. XII. 14. XIII. 5.

1209. Bellum cum sanctis, finis Chroni. Cap. XIII. 7.

1614. Evangelium æternum. Cap. XIV. 6.

1810. Finis 42 mensium bestiæ, quibus elapsis, & septem phialis effusis, illa non est, & Babylon sedet regina. Caq. XV. seqq.

1832. Bestia ex abysso. Cap. XVII. XVIII.

1836. Finis Non-chroni & regum multorum: consummatio sermonum Dei & mysterii Dei: resipiscentia superstitum in magna urbe. Finis pauci temporis, & $3\frac{1}{2}$ temporum. Interitus bestiæ: captivitas Satanæ. Cap. XIX. XX.

Postea: Solutio Satanæ ad parvum Chronon: millennium regni sanctorum incipiens: finis parvi Chroni. Cap. XX.

Finis mundi. nova omnia: Cap. XX-XXII.

Qua

Qua conditione annos in hac tabula determinatos putari velim, passim declaro. Quare omnes oro, *ne a me quidquam adversus veram sobrietatem admissum existiment*, sed ut, quod commode offertur, dextre accipiant. Interim ad ductum Apocalypseos secula ab Iohanne in Patmo ad nostram usque ætatem non incommode his characteribus distinxeris:

Sec. II.	Bustum Iudaismi.	Apoc. VIII. 7.
III.	Barbarorum incursus.	8.
IV.	*Arianum:* Ariana amaritudo.	10.
V.	Imperium Romæ pessundatum.	12.
VI.	Synagoga discruciata.	IX. 1.
VII.	Saracenicus equitatus.	13.
VIII.	*Iconoclasticum:* Reges multi.	X. 11.
IX.	*Photianum;* sed & Pastor gentium natus.	XII. 5.
X.	*Infelix:* Væ tertium.	12.
XI.	*Hildebrandinum:* Bestiæ ortus ex mari.	XIII. 1.
XII.	*Waldense:* Potestas data bestiæ.	5.
XIII.	*Scholasticum:* Bellum cum sanctis.	7.
XIV.	*Wiclefianum:* Medium væ tertii.	
XV.	*Synodale:* Medius bestiæ vigor.	} II. cc.
XVI.	*Reformatum:* Mulier in eremo lautius nutrita.	
XVII.	Evangelium æternum.	XIV. 6.
XVIII.	Bestiæ & imaginis ejus adoratio.	9.

¶ ἔφυγεν, *fugit*) Hic est *dies*, ille, magnus, Hebr. X. 25, *fugientis terrae coelique;* adeoque *ultimus*, resurrectionis & judicii. v. 12 seqq. Ioh. VI. 39. XII. 48. Filio datum est omne judicium. Ioh. V. Act. XVII.

12 ἑστῶτας, *stantes*) Mirabilis est *parvulorum statio*, ex quibus pars longe maxima generis humani constat. c)

CAP. XXI.

1 Οὐρανὸν καινὸν κτλ.) *Coeli & terrae* nomen tuetur *coelum novum* & *terra nova* præ pristinis: ideo substantiva in priore duntaxat colo præcedunt; & sequitur, *nam primum coelum & prima terra* &c. Non lautam novissimi temporis ecclesiam, sed plane nova omnia & perfecta in æternum, describit Iohannes hoc loco. Augustinus: *In hoc quidem libro obscura multa dicuntur: verum in his verbis, ubi ait*, Absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum, & mors jam non erit, neque luctus, neque clamor, sed nec ullus dolor, *tanta luce dicta sunt de seculo futuro & immortalitate atque aeternitate sanctorum: tunc enim solum atque ibi solum ista non erunt: ut nulla debeamus in literis sacris quaerere vel legere manifesta, si haec putaverimus obscura.* lib. XX de Civ. Dei, c. 17.

¶ παρῆλθε) At v. 4, ἀπῆλθον, uti c. IX. 12. *Abire* amplius quiddam sonat, quam *praeterire* mors, luctus, clamor, dolor plane *abeunt*: prius cœlum & prior terra

c) κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν, *secundum opera eorum*] Nihil tum in lucem non proferetur. Bona fac facias, non mala. *V. g.*

ra *praetereunt*, cœlo novo & terræ novæ cedentes.

2 ἱερουσαλὴμ) Non temere Iohannes in evangelio omnibus locis scribit ἱεροσόλυμα, de urbe veteri: in Apocalypsi, semper, ἱερουσαλὴμ, de urbe cœlesti. ἱερουσαλὴμ est appellatio Hebraica, originaria & sanctior: ἱεροσόλυμα, deinceps obvia, Græca, magis politica. Idem discrimen tenet Paulus, Iudaismum refutans, Gal. IV. 26. (coll. ibid. c. I. 17 s. II. 1.) Hebr. XII. 22. tametsi alias promiscue loquitur, & ad Romanos Corinthiosque, σεμνότητος & favoris causa, ἱερουσαλὴμ dicit.

¶ εἶδον, *vidi*) Haud recte *Iohannis* nomen recentiores hoc versu inculcarunt. Initium erat pericopæ ecclesiasticæ: sed textus ipse cœlum novum, terram novam, Ierusalem novam, arctissime connectit. Non est millennii urbs nova, ut cel. D. Langius, non solus, censet: comm. apoc. f. 241 seq. sed novitatis perfectæ, atque æternitatis, ut ostendit series visionum, descriptionis magnificentia, & oppositio ad mortem secundam. cap. XX. 11. 12. XXI. 1. 2. 5. 8. 9. XXII. 5.

¶ καταβαίνουσαν, *descendentem*) Accipi hoc potest, in *visione*, de actu descendendi: in re ipsa, citra actum illum, de statu συγκαταβάσεως divinæ ad homines. Sæpe enim in *Topographiis* verba, quæ *motum* sonant, *conditionem* significant, & in his ipsum verbum *descendendi*. Psalm. CIV. 8. Ios. XV. 3. 10. &c. Tota civitas est continens & contentum: quatenus ea incolas continet, *descendit*.

3 ἰδοὺ) Non necesse est, subaudire ἐστὶ verbum: *ecce tabernaculum Dei* est *cum hominibus*. nam ἰδοὺ etiam per se rem demonstrat, v. gr. cap. XIX. 11 & passim.

d) ¶ μετ' αὐτῶν) *cum eis*, *in terris*, habet, Idacii Clari nomine, *Vigilius Thapsensis*. *Ex coelo a Deo* descendentem urbem vidit Iohannes: sed non addit, *in terram*. 4. κραυγ. cf. Hebr. 5, 7.

5 καινὰ πάντα ποιῶ) Antiquior lectio, καινὰ ποιῶ πάντα· & καινὰ ποιῶ uni verbo חָדָשׁ respondet, non intersecandum. Hoc est verbum non jussionis, sed promulgationis.

6 τὸ ἄλφα καὶ τὸ Ω, ἡ ἀρχὴ καὶ τὸ τέλος) Gloriosa Dei appellatio. Prius incisum declaratur per alterum.

e) 8 τοῖς) Dativus Hebraicum ל exprimit: id est, *quod attinet* ad formidolosos &c. Ita mox cohæret αὐτῶν, *eorum*.

f) ¶ φαρμακοῖς, *veneficis*,) φάρμακον, medium vocabulum est; sæpe autem cum derivatis adhibetur de medicina noxia, veneficio, quod se sæpe hominibus salubre jumentisque venditat, sed vel per se, vel etiam adjuncto expresso fœdere aut cæco cum dæmoniis commercio, pestilentissimum est. Hinc *idololatriae* jungitur Gal. V. 20.

11 ὁ φωστὴρ) Hesychius φωστὴρ, θυρίς. Es. LIV. 12 שמשתיך LXX, τὰς ἐπάλξεις σου, plurali numero. Sed ὁ φωστὴρ in singulari (coll. Gen. VI. 16.) dicit in ædificio partem patulam, vel pellucidam, qua lumen solis (שמש) permeat, ut sunt fenestræ vel spatia inter (ἐπάλξεις) pinnas mœnium. vel, φωστὴρ est λύχνος. v. 23. φωστὴρ non componitur ex φῶς & τηρῶ, sed est derivatum.

12 ἔχουσα) De casu recto vid. Apparat. pag. 778.

¶ τειχος - πυλῶνας, *murum - portas*) Chiasmus inversus, coll. v. hoc & seq. & v. 14.

¶ ἐπὶ)

d) λαὸς αὐτοῦ - θεὸς αὐτῶν, *populus Ejus - DEVS eorum*] Beatissimus terminus! *V. g.*

e) 6. 7. διψῶντι - ὁ νικῶν, *sitienti - vincens*] Duplex hominum; donorum duplex genus. *V. g.*

¶ τῆς ζωῆς, *vitae*] Mors jam nulla restat. v. 8. *V. g.*

f) δὲ, *vero*] Idem antitheton v. 27. c. XXII. 15. *V. g.*

¶ ἐπὶ) Hîc dicuntur ἐπὶ πυλῶσιν ὀνόματα. at Ez. XLVIII. 31 αἱ πύλαι ἐπ' ὀνόμασι τῶν Φυλῶν τῶ Ἰσραήλ. ἐπὶ (עַל) variam vim habet; non ſolum ſuperiorem locum dicit.

g) 16 ἐπὶ ϛαδίων δώδεκα χιλιάδων) Sic *Latinus* legit. habet enim, *per ſtadia duodecim millia.* quodſi ἐπὶ ϛαδίως δώδεκα χιλιάδων, legiſſet, interpretari habuerat *per ſtadia, duodecim millium.* Stupenda magnitudo! Alexandria XXX ſtadiorum longitudinem, non minus X ſtadiorum latitudinem habuiſſe dicitur apud Ioſephum. Hieroſolymorum circuitus apud eundem XXXIII ſtadiis; Thebarum, apud Dicæarchum, XLIII ſtadiis; Ninives, apud Diodorum Siculum, CCCC ſtadiis definitur. Babylonem Herodotus libro I ait habuiſſe in quolibet latere CXX ſtadia; in circuitu, CCCCLXXX ſtadia: murumque fuiſſe L cubitos craſſum, CC cubitos altum. Quicquid urbium mundus habet, viculi ſunt ad novam Ieruſalem. ἐπὶ habet hoc loco vim diſtributivam, ut in tacticis. ἐφ' ἑνὸς, ἐπὶ τετλάρων, ἐπ' ὀκτὼ, *ſinguli, quaterni, octoni.* vide *Budaei* comm. linguæ Gr. col. 881. Itaque ἐπὶ hoc verſu, non ſequenti, adhibetur, & ſignificat, 12000 ſtadia [i. e. *plus ducentis quinquaginta ad minimum milliaria germanica*, V. g.] ſingulorum eſſe laterum urbis, non totius circuitûs.

17 καὶ ἐμέτρησε τὸ τεῖχος αὐτῆς, ἑκατὸν τεσσαράκοντα τεσσάρων μέτρον ἀνθρώπω ὅ ἐϛιν ἀγγέλε) Poſt ἑκατὸν τεσσαράκοντα τεσσάρων plerique addidere πηχῶν. ſed antiquum teſtem non unum hoc vocabulo carere, oſtendimus in *Apparatu*, cujus Ed. II vid. ad h. l. Non *muros*, ſed unius *muri* menſuras notari, certum eſt: ac poſſent ſubaudiri etiam *ſalami*. Stadia 12000 exhibent urbis altitudinem quoque: 144 ſive calami ſive cubiti, dant muri altitudinem, altitudine urbis non multo minorem, vel ei potius parem. Etenim altitudo proprie ſpectatur in muris, ut vel poëtarum Græcorum Latinorumque epitheta comprobant. Stadia 12000, quippe abſolute dicta, erant humana: 144 ſive cubiti ſive calami, non erant humani, ſed angelico-humani, humanis multo majores. Sive calami 144 ſive cubiti erant, eandem muri altitudinem collatio 12000 ſtadiorum exhibet. Sed tamen ut calamos potius accipiamus, magna ratio ſuadet. Nam quot cubitos habeat calamus, non indicatur: poſſetque habere quatuor cubitos, quia ſtaturam *hominis* quatuor cubiti *metiuntur;* vel ſex cubitos, uti Ez. XL. 5. Ergo ſi cubitorum 144 eſſet murus, neſciretur, quot idem calamorum eſſet; adeoque *calamus aureus*, qui *menſura* dicitur, ignota, id eſt, nulla revera eſſet menſura. Plane calamum centies quadragies quater admovente angelo, muri noſcebatur altitudo. Apud Ezechielem, in ſimili argumento, & per ellipſin notatur ſæpius *menſura calami*, & aliquando, cap. XLII. 17, perinde ut hîc in Apocalypſi, Græci intruſere πήχεις. Vid. Ioh. Meyer de ultimis Ezech. p. 26 ſeqq. Sæpe Hebræi adjectivum numerale & ſubſtantivum plurali & ſingulari numero conſtruunt, v. gr. ואַרבַּעת אלפים מרה Ez. XLVIII. 30. 33. Et ſic Iohannes, ἑκατὸν τεσσαράκοντα τεσσάρων μέτρον. Angelum menſorem Iohannes ἀνθρωποειδῶς ἐθεώρησε, *humana ſpecie vidit*, ut Andreas Cæſareenſis loquitur. itaque *illa pertica*, inquit Grotius, *tanta erat, quanta erat ſtatura formae humanae, in qua angelus*

g) V. 14. θεμελίους, *fundamenta*] alio juxta alium poſito. *V. g.*

¶ ἀποϛόλων, *apoſtolorum*] Huc pertigerunt v. gr. qui in lacu Genezareth piſcatum exercuerant. *V. g.*

angelus apparebat, ac proinde ad eum modum etiam cubiti. Clauſulam de *cubitis* compendifacere Grotius poterat.

18 ἡ ἐνδομησις) Heſychius, δώμησις (nam ω & ο ſcribitur) οἰκοδομή. Ergo ipſa hîc muri ſtructura eſt jaſpis, ut vulgo lapides. ἐν in compoſito hocce valet *penitus.*

19 κεκοσμημένοι, *ornati*) id eſt, ſtructi & ornati. nam ipſa fundamenta ſunt gemmæ; ut ipſæ portæ, *) *margaritae.* De *Adamante* vid. *Hilleri* Syntagm. p. 35 ſeq. Sermo conciſus, ut apud Vitruvium l. 10 c. 20, *pluteum, turriculae ſimilitudine ornatum.* Herodotus lib. 1 de Babylone, ἐκεκόσμητο δὲ ὡς ἄδὲν ἄλλο πολισμα, ubi *ornatum* urbis appellat foſſam, murum, portas.

20 σάρδιος) σάρδιον **) probatiſſimi habent codices h. l. & LXX & Epiphanius. Conferatur hoc ad Hilleri Syntagmata, pag. 86.

24 τὰ ἔθνη) τῶν σωζομένων adjecit *Eraſmus*, & innumeri editores, eum videlicet ſine ulteriore examine ſecuti. Eraſmus ſi hodie viveret, Andreæ commentarium, quem pro textu arripuit, protinus, opinor, expungeret. Idem, & alii, qui primo recenſuere N. T. Græcum, ſi copias his duobus ſeculis collectas, cum ea paucitate, qua ipſi conflictabantur quondam, compararent, veritati lubentes cederent, & cupidiſſimum quemque lectionis ab ipſis tam ægre interdum conſtitutæ defenſorem ad ſeſe in meliora vel ſequendos vel ducendos hortarentur.

¶ διὰ)

*) *Probaturus cel.* Michaëlis, *Apocalypſeos interpretem ampliori* Philologiæ orientalis *menſurâ opus habere, quam quæ vel* Bengelio *vel aliis quibusuis obtigerit, hunc in modum diſſerit (in der* Einleitung &c. *T. II. p. m. 1922):* Ordentliche Abgeſchmacktheiten haben Ueberſezer und Erklærer ſich gefallen laſſen, weil man diſs Buch ohne genugſame Hülfe der Philologie blos mit prophetiſcher Begierde las. Ich will, um den Faden der Rede nicht zu unterbrechen, eine Probe in der Note geben. — *Specimen iſtud quale ſit, agedum audiamus:* Iedes Thor des neuen Ieruſalems ſoll, nach c. XXI. 21, wie man die Worte gemeiniglich ausleget, *Eine Perle* geweſen ſeyn. Ein ganz wunderliches Bild! Denn eine noch ſo groſſe Perle ſchickt ſich wegen ihrer Figur nicht, ein Thor darinn anzulegen, wenn man ſich nicht erſt, um durch das Thor einzugehen, zu demſelben hinauf winden laſſen ſoll. Die Weiche der Perlen, die leicht zerſchlagen oder durch eine Sæure in Kalch aufgeloeſt werden kœnnen, macht ſie eben ſo ungeſchickt, zu Thoren zu dienen: und ein Thor aus einer Perle wære ungefæhr eine ſo ungeſchickte Erdichtung, als ein glæſernes Thor. Allein dieſe Ungereimtheit verſchwindet, ſo bald man weiſs, daſs die Chaldæer das Wort μαργαρίται (מרגליתא) in ihre Sprache aufgenommen haben, in der es *Edelgeſteine* bedeutet; in welchem Verſtande auch vielleicht Matth. XIII, 45. 46 das Griechiſche gebraucht wird. Thore aus Edelgeſteinen verbinden Pracht mit Veſtigkeit. — *Fateor,* talem *Philologiæ orientalis uſum cumulandis potius, quam minuendis,* abſurditatibus *mihi quidem videri inſeruire. Nolo repetere, quæ regeſſit cel. M.* Friſch, *in ſeinem* apocal. Catech., *Vorr. §§ 32. 34. 35. Quis vero* eandem *præciſe margaritarum* figuram, *quam noſtræ habent (quum v. gr. a parte inferiori per modum* plani inclinati *excauatas vel etiam* uſitatâ *utique formâ* ex una *ſingulas margarita, citra ullum* juncturæ *veſtigium, fabricatas ſpectare potuerit) Iohanni oſtenſam fuiſſe contendat? quis a* materiæ *terreſtris* fragilitate *ad ſimilem cœleſtis indolem concludat? quis non ſentiat incongruum fore, ſi poſt recenſitas plurimas gemmarum* ſpecies, *quibus murus & fundamenta ſuperbiant,* generatim *vel tandem ſubjiceretur, portas* gemmis *ornatas eſſe? quis denique* aurum *vitri ad inſtar* pellucidum (*quale non minus quam* margaritarum *conſtitutio eodem v. 21 deſcribitur) in his terris vel vidit unquam vel* pauimento *idoneum judicauit? — ne dicam, aperte c. XVII. 4 a* gemmis *diſtingui* margaritas *in hoc ipſo Iohannis libro. Ceterum non eo modulo, quo terreſtria, meminerimus cœleſtia merienda eſſe. Conf.* Erkl. Offenb. *Ed. II. p. 1016.* E. B.

**) *Hinc, poſthabitâ criſi* Ed. maj., σάρδιον *præfertur in margine* Ed. 2. E. B.

¶ διὰ) Respondet præfixo ל Es. LX. 3. Apud LXX est τῷ φωτὶ sine præpositione.

¶ φέρουσι) Præsens, post futurum περιπατήσουσι, vim futuri habet, coll. v. 26.

27 h) ποιῶν) Alii, ὁ ποιῶν. Sed articulus abest etiam c. XXII. 15, πᾶς ποιῶν. & hîc quoque πᾶς subaudiri potest e proximo πᾶν.

¶ ψεῦδος) ἐργαζόμενοι ψεῦδος, Sir. LI. 4.

CAP. XXII.

1 Ποταμὸν) Vid. App. Ed. II. In mentione vestitus, καθαρὸν λαμπρὸν junctim dicit Apocalypsis non semel: ceteris in locis, vel καθαρὸν seorsum, vel seorsum λαμπρὸν, uti hoc loco pars testium longe ponderosissima.

2 ἐντεῦθεν καὶ ἐντεῦθεν) ἔνθεν καὶ ἔνθεν Ez. XLVII. 7. 12. adverbialiter: sed hoc loco ἐντεῦθεν, ut alias ἐνταῦθα, præpositio est.

¶ ἀποδιδὲν) pro ἀποδιδὸν, ut διδόω, pro δίδωμι.

¶ εἰς θεραπείαν) לִתְרוּפָה Ez. XLVII. 12, ubi LXX, εἰς ὑγείαν. θεραπεία inchoativum aliquem significatum involvit: nec tamen morbidum quidquam erit. Conf. ibid. v. 9. Hinc possit expediri difficultas quæstionis de salute gentium.

3 κατάθεμα) Sic *Comp.* cum aliis *Antverpiae Genevae*que excusis editionibus cumque mss. fere omnibus. Vid. App. Ed. II.

¶ ἐν αὐτῇ, *in ea*) Possit hoc referri ad *plateam*, coll. Iob XXIX. 7, ἐν δὲ πλατείαις ἐτίθετό μοι ὁ δίφρος. Sed refertur ad ipsam urbem, uti v. 2 αὐτῆς, *ejus*: quanquam revera in conspicuo maxime urbis loco erit thronus.

¶ αὐτοῦ, *ejus*) Vbi & *Dei* & *Agni* fit mentio, subsequens relativum αὐτοῦ *ejus* refertur vel ad *Agnum*, cap. VI. 17. item cap. I. 1. XX. 6. quia his locis *Agno* adscribitur *ira*, *revelatio*, *regnum:* vel ad *Deum*, h. l. quia *thronus* sæpius *Deo* adscribitur; qua ex causa etiam cap. XI. 15 verbum βασιλεύσει *regnabit* ad *Dominum* refertur. Non dicitur ibi, *regnabunt*, neque usquam dicitur, αὐτῶν *eorum*, in plurali, ob intimam unitatem. Sub mentione *Agni* innuitur etiam *Deus:* sub mentione *Dei* innuitur etiam *Agnus*.

5 ἐπ' αὐτούς) ἐπ' omittitur a plerisque quos tuetur Wolfius, conferens præcipue locum c. XXI. 23. Sed differunt loca. *civitatem* illuminat gloria Dei: *super eos* lumen fundit Dominus Deus. Sic dicitur להאיר על הארץ Gen. I. 15. Antiquitas testium ἐπὶ particulam defendit.

6 καὶ, &) Mira est interpretum dissensio de sermonibus in hoc epilogo distribuendis. Loquitur autem, si cui nostra distributio placet,

angelus, v. 6.
Iesus, v. 7.
Iohannes, de facto suo & de angeli correctione, v. 8. 9.

Rursum, eodem ordine,

angelus, v. 10. 11.
Iesus, v. 12-17.
Iohannes, v. 18. 19.
Iohannes, & Iesus, iterumque Iohannes. v. 20. 21.

¶ πιστοὶ καὶ ἀληθινοὶ, *certi & veri*) Firma fide, nec non digna interpretatione, suscipiendi. Confirmata fuit veritas horum verborum, speciatim, de nuptiis Agni, c. XIX. 9. deque novitate universi: c. XXI. 5. nunc generatim, ut in epilogo, veritas verborum confirmatur totius libri: eaque sibi constat, etiam ubi multi credere recusant. Væ autem iis, qui præ hac veritate mendacium amant, v. 15, ac veritatem, præsertim eam ipsam, quæ inter has con-

h) καὶ ὃ μὴ εἰσέλθῃ, & *non intrabit*] Inde quilibet, intraturus sit nec ne, colligere potest. *V. g.*

confirmationes interjacet, c. XX. 1 seqq. pro mendacio traducunt.

¶ ὁ θεὸς τῶν πνευμάτων τῶν προφητῶν, *Deus spirituum prophetarum*) Vnus est spiritus, quo acti loquebantur prophetæ: 1 Petr. I. 11. 2 Petr. I. 21. singuli autem, pro mensura ipsis data, suos habebant spiritus. horum spirituum Deus est DOMINVS, v. gr. Deus Davidis, Deus Danielis. Idemque misit angelum suum, ut Iohanni nunc eorum, quæ per veteres illos prophetas prædicta erant, complementum in proximo ostenderetur.

i) 8 καὶ ἐγὼ, *& ego*) Dionysius Alexandrinus hoc quoque construxit cum μακάριος, *beatus*. v. 7, Subaudiendum potius εἰμὶ, *sum*.

k) 9 ὅρα μή. σύνδουλός σε εἰμί) Post σῦ, γὰρ inserere *Latini* recentiores & *Erasmus*. Sed pulcre animadvertit Wolfius, *omnem hanc angeli orationem concisam esse & ellipticam, qualis esse consuevit illorum, qui aliquid graviter aversantur*. Simillimum exemplum γὰρ omisi, exstat Act. XIV. 15.

10 καὶ λέγει μοι, *& dicit mihi*) Idem est angelus, cujus sermones versu 9 & 10 referuntur: & tamen formula, *& dicit mihi*, interponitur, quia angelus sermonem versu 6 memoratum, post interpellationes versu 7. 8. 9 factas, *denuo* prosequitur. Conf. *& dicit mihi*, cap. XVII. 15. XIX. 9.

¶ μὴ σφραγίσῃς, *noli obsignare*) Obsignantium similes sunt, quibus consultum videtur, locupletiorem hujus prophetiæ tractationem sub specioſis prætextibus inhibere. *)

11 ῥυπαρευθήτω) *Erasmus*, Græca ex Latinis hoc loco farciens ῥυπωτάτω fecit, a ῥυπόω. ῥυπάω, non ῥυπόω, neutrum esse, dixi in Apparatu: verebatur autem Wolfius, *ut probari posset*, ῥυπάω tantummodo neutrum esse. Erat viri doctissimi, *affirmationem* suam de ῥυπόω etiam neutro exemplis tueri. Dantur quidem neutra in οω, δολιόω, μισόω, σκηνόω· sed ubi ex uno themate duo verba formantur, persæpe forma in οω activa, in εω vel αω neutra est, ut καρπόω, εὐκαρπέω. ἀντιςατέω, ἀναςατόω. ἀσθενέω, ἀσθενόω. κρατερέω, κρατερόω. sic ῥυπάω, ῥυπόω. Certe apud Aristophanem, Wolfio citatum, neutra sunt (præter ῥυπῶν, quod per se ambiguum est,) ῥυπῶντα, ἐῤῥύπων, non ῥυπῶντα, ἐῤῥύτην. Sed fac, ῥυπᾶν etiam neutrum esse, verbum ῥυπαρεύομαι, etiamsi alibi non exstet, tamen analogia πονηρεύομαι, σοβαρεύομαι, ψυχρεύομαι, quæ item rara sunt verba, & quod caput est, mss. omnes defendunt.

¶ δικαιοσύνην ποιησάτω, *justitiam facito*) Sic, ὁ ποιῶν τὴν δικαιοσύνην, *qui facit justitiam*. 1 Ioh. II. 29. III. 7.

¶ ὁ ἅγιος, *sanctus*) & purus, fugiens *sordida* & profana omnia, contra ac faciunt canes & porci.

13 ἐγὼ τὸ ἄλφα καὶ τὸ Ω, πρῶτος καὶ ἔσχατος, ἡ ἀρχὴ καὶ τὸ τέλος. *Ego Alpha & O, Primus & Vltimus, Principium & Finis*) Vid. App. crit. Ed. II. ad h. l. Aperte hoc loco Dominus Iesus loquitur: & tria

i) ἀπέστειλε, *misit*] Cum introitu libri exacte conspirat conclusio. *V.g.*

k) ἔμπροσθεν τῶν ποδῶν, *coram pedibus*] Angelum prius Iohannes adorare voluerat, c. XIX. 10: jam nonnisi *ad pedes ejus* adorare (DEVM) parat. At ne hoc quidem permittit angelus. *V.g.*

*) *Nuperrime quæsiuit nonnemo:* — Vnterdrücken es denn aber diejenigen, welche nicht darüber einen Commentarium schreiben? *Responsio est in hac Gnomonis nota.* Diejenigen *unterdrücken* es wenigstens gewis, die bey nahe einen jeden für wahnsinnig halten, der einen zuverlæsigen Verstand dieser Weissagung *vor* der ganzen Erfüllung nur noch mœglich achtet. E.B.

tria sunt incisa, quorum primum expendimus in Cap. I. 8, ubi Pater de se loquitur: secundum considerabimus in Cap. I. 17, ubi Dominus Iesus de se loquitur: tertium, juxta cum primo, attigimus in Cap. XXI. 6, ubi rursus Pater loquitur. Nunc, in praesenti loco, tria incisa cumulantur, luculentissimo gloriae Domini Iesu documento; qui & ea, quae Pater de se dixerat Cap. XXI. 6, & ea, quae Ipse de se dixerat Cap. I. 17, de se testatur. Num autem una eademque sententia tripliciter est expressa? Immo plus quiddam subest. *A & Ω* est quasi basis earum, quas modo notavimus, appellationum Dei & Christi, & habet vim quandam generalem & quasi hieroglyphicam, per alias appellationes supervenientes determinandam. Haec primum a Patre de Patre dicitur cap. I. 8. eique respondet altera, qua Christus se dicit *primum & ultimum*, cap. I. 17. *Praestantissimum & abjectissimum* interpretatur Artemonius, praeclare a Wolfio refutatus. *Eum* interpretatur Ipse per Esajam, *ante quem & post quem non est alter* salutis auctor Deus. Haec in principio libri. In exitu Is qui in throno sedet, ait, *Ego sum A & Ω*, & ipse declarat, *Principium & Finis.* cap. XXI. 6. Tum Dominus Iesus, *Ego A & Ω.* Idemque declarationem addit, sed duplicem. nam & iterat suum illud, *primus & ultimus*, & nunc, quum *Dei & Agni* thronus in nova Ierusalem est, illud, quod Pater dixerat, de se loquens subjungit, *principium & finis.* Sine articulo dicitur, πρῶτος καὶ ἔσχατος, in primariis quidem codicibus; cum articulo autem, uti τὸ A καὶ τὸ Ω, sic ἡ ἀρχὴ καὶ τὸ τέλος. id quod gradationis cujusdam indicium est notabile.

14 αὐτοῦ, *ejus*) ejus, qui venit. v. 12. Ipse de se loquitur. Simillima phrasis, c. V. 10 ἐσμεν, id est, *nos.*

¶ ἵνα ἔσται) ἵνα declarat *beatitudinem* hîc memoratam, uti cap. XIV. 13; & ἔσται pro ἦ sermonem facit valde emphaticum.

¶ τὸ ξύλον τῆς ζωῆς, *lignum vitae*) De quo qui edunt, in aeternum vivunt. Gen. III. 22.

1) 15 Φιλῶν ψεῦδος) Bona mens veritatem amat, mala mendacium. Accommodari huc quodammodo possit illud Aristotelis, τοῦτ' ἔστιν ἡ κατ' ἀλήθειαν εὐφυΐα, τὸ δύνασθαι καλῶς ἐλέσθαι τ' ἀληθὲς καὶ φυγεῖν τὸ ψεῦδος· ὅπερ οἱ πεφυκότες εὖ, δύνανται ποιεῖν εὖ. οἱ γὰρ φιλοῦντες καὶ μισοῦντες τὸ προσφερόμενον εὖ, κρίνουσι τὸ βέλτιον. lib. VIII Topic. cap. 14. Transferatur hoc ad spiritualia. Bonae indolis est, amare verum, odisse falsum: malae indolis, odisse verum, *amare falsum.* Tales nos quidem omnes sumus natura: sed alius verum admittit, alius surdae aspidis aemulus manet. Psalm LVIII. 4 s. Hinc aversus multorum a canora veritate, apocalyptica praesertim, auditus. Perspicua sunt quae proponuntur ex verbis ipsis & ex parallelismo; sed σωφροσύνη adhibenda.

16 ταῖς ἐκκλησίαις) Lectio genuina, cui non perceptae alius ἐν, alius ἐπὶ praefixit. Vtramvis particulam, si initio scripta fuisset, librarii non tam facile aut commutassent aut omisissent. Distinguuntur tamen, ut Wolfius bene monet, ii, quos particula *vos* innuit, ab ecclesiis. nam ὑμῖν est dativus, & ταῖς ἐκκλησίαις casus sextus, uti c. III. 3. 4. Ecclesiae septem in Asia cunctae sunt testes in singulas ecclesias, & hae in singulos ipsarum angelos atque auditores.

¶ ὁ ἀστὴρ ὁ λαμπρὸς ὁ πρωϊνός) Non dicit, ἑωσφόρος, neque φωσφόρος, sed, nova appellatione, ὁ ἀστὴρ ὁ λαμπρὸς ὁ πρωϊνός. Lect. sitt. p. 32.

1) τοῖς πυλῶσιν, *per portas*] potestate videlicet legitimâ praediti. *V.g.*

ἐνός. Id vim significationis valde auget.

17 λέγουσα, *dicens*) Referri potest etiam ad τὸ πνεῦμα, per Hebraismum, quia רוּחַ est feminini generis.

m) 18 μαρτυρῶ ἐγὼ) Vid. Appar. ad h. l. Severissima est versu 18 & 19 testificatio, gravissima admonitio, ad omnes Apocalypseos *auditores*. Qui *apposuerit*, super eum *imponentur* plagæ: qui *ademerit*, ei *adimentur* bona. Talio. Gravius est, ut ex adjectis comminationibus patet, addere, quam demere, secus ac plerique critici, se existimare, re ipsa demonstrant, timidiores in delendis glossematis, quam in admittendis. Mutare est simul & apponere & adimere. Peccare in hanc partem potest primum *auditor* quilibet, quum pro apocalypticis venditat, quæ talia non sunt, vel ea, quæ vere apocalyptica sunt, supprimit. Peccat *tractator* imperitus, cæcus & temerarius, maxime si se singulari quodam dono & munere prophetico instructum perhibet. Peccat vehementer *metaphrastes* infidelis, ac *librarius*, textum perperam describens. nam indelibato textu, præsertim in fonte, tractatoris & auditoris peccatum corrigi potest: corrupto textu, multo majus detrimentum est. Omnibus tamen hisce modis, plus minusve peccari potest, impedimento fidelibus allato, quo minus discant audire Domini *Venio*, & respondere *Veni*, adeoque veritatem fructumque libri totius singularumve partium & particularum percipere, & gloriam I. C. agnoscere. v. 17. 20. Neque levis eorum culpa est, qui mysteria perverse, sinistre, intempestive proferunt, invidiamque& suspicionem regno Dei apud mundum ejusque proceres pariunt. Non damnatur hîc conatus modestus, cum voluntate proficiendi conjunctus, veritati aliunde exorienti viam non obstruens: damnatur profana audacia, ex sensu carnali proveniens. Maximeque Cerinthum, qui postea in hanc censuram incurrit, Iohannes præmonuit. Convenit hæc clausula in omnes Scripturæ sacræ libros, coll. Deut. IV. 2. Prov. XXX. 6. sed maxime in Apocalypsin, prophetiæ apicem, cui singulare imminebat periculum, & cujus subtilem admirabilemque nexum vel unius voculæ mutatio turbare vel obscurare poterat. Magni momenti sunt singulæ partes hujus libri, tam gravi interdicto muniti. *) Non semper omnes religiose in hac parte egisse, singularis in Apocalypsi varietatum multitudo clamat. [*In hoc interdicto, de non addendo aut demendo, XXIV varietates a librariis admissas notaui.* Not. crit.] Gratia Deo, qui vestigia nobis indaginesque sinceræ lectionis per tot seculorum discrimina servavit!

¶ ἐάν τι; ἐπιθῇ κτλ. *si quis addat*) *Addere*, cel. D. Langio interprete, est ea, quæ impleta sunt, differre: *detrahere*, futura pro impletis habere. Comm. Apoc. f. 250. Videat alius, ne addat: ego caveo, ne detraham.

19 ἀπὸ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς καὶ τῆς πόλεως τῆς ἁγίας, τῶν γεγραμμένων κτλ.) Vid. App. crit. Ed. II ad h. l. Ipsum *lignum vitae*, & ipsa *urbs sancta*, sunt primum & extremum, (cap. II. III. XXII.) imo etiam summa, *egregiarum illarum praeroga-*

m) Ἔρχου, *Veni*] In eo quidem cardo rei vertitur, ut fidenter atque cum gaudio & audire queas τὸ *Venio*, & τὸ *Veni* regerere. Quodsi nondum hoc adeptus fueris; ut consequaris, cura. *V.g.*

¶ ὁ ἀκούων, *audiens*] Spiritum & sponsam dicentes, *Veni*. *V.g.*

*) *Eo vero temeritatis delabi quemquam posse quis cogitasset, ut hoc ipsum interdictum grauissimum* ein unvernünftig und seltsames, ganz und gar unbekanntes und unnützes Anathema *dicere auderet! Vid. Magn. Canc. D.* Reussii *Vertheid. der Off. Ioh. &c. p. 204 sq.* E.B.

rogativarum, quarum in hoc libro spes facta est fidelibus.

n) 21 παντων) Addunt aliqui, ὑμῶν, & ἀμήν. *Vltimam vocem ἀμήν, quae in codicibus manu exaratis plerisque, & editis omnibus legitur,* omitti recusat Wolfius. Quam impigri fuerint librarii ad *Amen* particulam usitatissimam quippe, in Doxologiis & Clausulis votivis inculcandam, patet ex plerisque omnibus Novi Testamenti libris, in extremo, & ex annot. Wolfii ad Ap. I. 18, ubi ἀμήν inepte interposuere librarii fere omnes. Vnus librarius eam omittens pluris est, quam decem, eam, ut libet, addentes. Vid. App. crit. Ed. II ad h. l.; [*ubi, quae cel.* Wolfii *ad b.* Bengelium *relatio fuerit, pluribus distincte exponitur.*] -- Nunc si quis talem textum v. gr. Apocalypticum, qualem plerique amant hodie, penitus describat, lectionem plenam, planam, paralleliſmo tinctam, id est, interpolatam, & ex pauciſſimis recentiſſimisque testibus fere ubique conflatam habebit, quæ, ad editiones collata, non multum abeat a textu per Henr. Stephanum & Elzevirios propagato. Mea recensio, in margine quidem, majore item testium numero destituitur interdum; sed hoc iis fit in locis, quæ a patribus minus sæpe citabantur: nec tamen idoneis testibus caret, quorum *antiquitas*, cum rationibus exegeticis ipsi textui innatis, numerum compensat. Talibus locis exceptis, (namque per exceptionem aliquantisper tractanda sunt,) textus meus perpetuo tenore ad monumenta longe plurima, a temporibus Iohannis in omnes ætates & regiones dicta, sive Græcos codices, sive versiones, maxime, *Italam* illam, sive patres, *Irenaeum*, *Hippolytum*, *Origenem*, *Athanasium*, *Andream*, *Tertullianum*, *Cyprianum*, *Hieronymum*, *Primasium* &c. spectes, accedit: nulli editioni, Complutensium, Erasmi, Bezæ, Stephanorum, Elzeviriorum, unice addicta, & tamen raro ad solos codd. mss. se recipere coacta. Brevior ea lectio plerumque est; & ubi multiplex varietas erat, in medio ambulat: ubique priscum austerumque, id est, nativum colorem obtinet. Hoc cujusmodi esset, in *Supplementis* Curarum suarum, ut arbitror, dispexit Wolfius, (si eo usque progressus est,) & veritati liquidius indagatæ manus dedit. Æquitatis ille in me suæ semper memor fuit: omnesque, ut spero, intelligent, me quoque modestiæ leges accurate servasse. Eodem pede *Exegesis*, cujus multo potiores hîc partes erant, incedit. Vbicunque meam sententiam cum aliorum opinione permutare non potui, non pertinaciam, (nam sententia per multas antea dubitationes & considerationes colata, minus est mutabilis,) sed veritatis amorem, agnoscent, ut arbitror, idonei judices. iidemque, cum respexerint, quæ primum fundamenta jecerim; cumque expenderint, quid ad dubitationes hinc inde objectas responderim: statuent fortasse, ceterorum quoque locorum, quæ adhuc nemo reprehenderit, posthac, si reprehensa fuerint, idoneam defensionem *) vel mihi in mundo fore, vel lectoribus, me tacente aut defuncto, esse occursuram.

CON-

n) V. 20. ἐρχομαι ταχυ, *venio citò*] Sic Iesus ait: Iohannes, *Veni*, ait & post & ante. Vno hæc momento coincidunt. Sic Ps. XXVII. 8: *Dicit cor meum; (quærite vultum meum:) vultum tuum quæro. V. g.*

*) *Non fefellit sua* Beatum *exspectatio.* Defensores *post obitum suum nactus est complures, tum eruditionis fama, tum animi probitate spectatissimos; quorum quidem alii aliis* plus minusve accurate *mentem Bengelii vel* perspexernnt *vel* expresserunt. *Nominandi mihi h. l. veniunt e. g. S. R. D. C. A.* Crusius

sius, *Theologus Lipſ. primarius*, *in der* Vorrede *zu Hn. Paſt.* Fehrens *Anleitung zum rechten Verſtand und Gebrauch der Offenb. Joh.*, *1760*; *ſ. t. faſsliche Vorſtellung von dem ganzen Buche der Offenb. I. C.*, *wie man es mit oder ohne Berechnung der geheimen Zeiten nuzen ſoll*, *recuſa Lipſ. 1766. in Hypomnematibus ad Theologiam Propheticam*, *T. I. Lipſ. 1764*; *in der* Vorrede *zu Hn. Paſt.* Michaëlis *erläutertem N. T.*, *Leipz. 1769*, *& paſſim*: *S. R. D. I. F.* Burſcher, *in dem Verſuch einer kurzen Erläuterung des Propheten Ieremiæ*, *Leipz. 1756*: (S. T.) *S. B.* Fehre, *in der Anleitung zum rechten Verſtand und Gebrauch der Offenb. Joh. Altenburg*, *1760*: *W. B.* Chriſtlieb, *in der Grundfeſte der Bengeliſchen Erklærung der Offenbarung I. C. &c. Frkf. und Leipz. 1760*: *D. C. F.* Schmid, *in der allgem.* Vorbereitung *zu ſeiner kritiſchen Unterſuchung*, *Ob die Offenb. Joh. ein æchtes gœttliches Buch iſt? Leipz. 1771*: *M. M. F.* Roos, *in ſeiner Auslegung der Weiſſagungen Daniels die in die Zeit des N. T. hinein reichen*, *nebſt ihrer Vergleichung mit der Offenb. Joh. nach der Bengeliſchen Erklærung derſelben*, *Leipz. 1771*: *M. I. F.* Friſch, *in ſeinem apocalyptiſchen Catechiſmus*, *oder catechetiſchen Erklærung der Offenb. Iohannis*, *auf eine deutlich und faſsliche Art vor die gemeine Chriſtenheit abgefaſſet*, *Leipz. 1773*: *quibus adjungi omnino merentur* Anonymus *in den ſchriftmæſſigen Anmerkungen über die in des Hn. D.* Erneſti *theologiſchen Bibliotheck B. VI. St. 4 befindliche Recenſion*, *des Hn. D.* Cruſii *Hypomnemata ad Theol. Proph. betreffend*, *Frkf. und Leipz. 1766.* (*quo in libello eximia facilitate plurimi interpretationis* nerui *cientur*, *& præcipue locus illuſtris Habakuki* de medio annorum, *ex ſenſu Bengeliano*, *maſcule vindicatur*); *& max. ven. I. G.* Bœhmer, *in ſeinen erlæuternden* Anmerkungen *zu dem - von ihme überſezten Bengeliſchen Cyclus oder Betrachtung über das groſſe Weltjahr*, *Leipz. 1773.* (*ubi* Chronologiæ Bengelianæ *cum* Aſtronomorum obſeruationibus *conuenientia argumentis*, *ut ſpero*, *haud proletariis adſtruitur.*) --- *Qua in re nunquam velim Lectores animo dimittant*, *quod b.* Bengelius, *in ſeiner* Vorrede zur Erkl. Offenb. § *XIII his verbis neminem non rogatum voluit*: Was in dieſer Erklærung enthalten iſt, und aus derſelben durch eine rechtmæſſige Folge fleuſt, das gilt: hingegen wolle ſich niemand bereden laſſen, daſs ich irgendwo etwas, das doch mit dieſer Erklærung keine Verwandtſchaft hat, ausgeſagt und veranlaſſet hætte &c. ---. *Ceterum ſi quis & reliquos recentiorum interpretum*, *in* alia omnia *abeuntes*, *ſcire aueat*, *ei notandi ſunt v. gr.* (*S. T.*) *I. C.* Harenberg, *in der erklærten Offenbarung Iohannis*, *Braunſchw. 1759*: Anonymus *in Apocalypſi reuelata*, *in qua deteguntur arcana*, *quæ ibi prædicta ſunt*, *& hactenus latuerunt*, *Amſtelod. 1766.* (*de qua conf. meine* Beleuchtung &c. § *16. p. 70 ſqq.*): *D. Ph. F.* Hane, *in ſeinem Entwurf der Kirchengeſchichte N. T.*, *wie ſolche in den erfüllten Weiſsagungen der gœttlichen Offenbarung Joh. enthalten ſind &c. Leipz. 1768. 69. 72*: *D. I. S.* Semler, *in der freyen Unterſuchung über die ſogenannte Offenbarung Iohannis*, *aus der Handſchrift eines Fræukiſchen Gelehrten* (*D.* Oeders) *herausgegeben*, *mit eignen Anmerkungen*, *Halle. 1769.* (*qui liber etiamſi non continuam exegeſin*, *ſed* animoſam *potius* rejectionem *apocalypſeos contineat*, *hoc tamen loco non diſſimulandus fuit*): *Iac.* Bruckerus, *in ſeinen* Anmerkungen *zum Engliſchen Bibelwerk*, *XIX Th.*, *oder des N. T. VIII B. Leipz. 1770*: Anonymus, *ſ. t. die Offenbarung des h. Iohannis*, *erlæutert*, *I und II Abſchn. Halle. 1769. 72. Inprimis vero & S. R. D.* Erneſti, *in ſeiner neuen und neueſten theol. Bibl.*, *1760-72*, *& ill.* Michaëlis, *in ſeiner Einleitung in die gœttliche Schriften des N. B.*, *1766*, *acres ſe paſſim* Bengelii *cenſores*, *quoad punctum apocalypticum præbent*, *utut in* generalibus *potius* judiciis *ſubſiſtentes*, *quam argumentis maturam indaginem prodentibus ad arcem cauſſæ deſcendentes. Atque hic quidem ven.* Hellwagii (*Præf. ad nouam Edit. Ord. Temp.* § *XI*) *verba liceat epiphonematis loco repetere*: Quid dixerit ſcripſeritue (Bengelius), reuideant atque amplius examinent, qui præſentes fluctus reformidant. Bona Bengelii pace proſciant, qui poſſunt, in cognoſcenda & teſtanda veritate, quam ille docuit, & Bengelium id ipſum optantem & nobis gratulantem (conf. omnino die Erkl. Offenb. ad c. XVII. 9), DEO dante, vincant;

--- εἰδότες, ὅτι ὁ κόπος ὑμῶν οὐκ ἔστι κενὸς ἐν κυρίῳ.

CONCLVSIO OPERIS.

Nunc, DEI benignitate, exegesin, non modo crisin, Apocalypseos & N. T. totius viridi ætate susceptam, ingravescentibus annis absolvi. Textum ad monumenta sinceriſſima exactum: sententiam ejus in dogmaticis, propheticis, historicis, chronologicis, explicatam: typum doctrinæ evangelicæ religiose observatum: omnia uno constanti regularum rationumque tenore coagmentata, boni lectores deprehendent. Quinque potiſſimum pensa sunt, *Apparatus* criticus ipsi textui adjectus, *Harmonia* evangelistarum, *Apocalypseos* exegesis Germanica, *Ordo* temporum, hic *Gnomon* denique: sed una tela est. Neque aliud habuere interea *Defensiones* meæ: tantummodo, quæ antea scripseram, rescripsi & recoxi. Molestum id quidem est, & putidum videtur: sed veniam dabunt periti. nam ob rei gravitatem & quorundam imbecillitatem sic fieri oportet. Verbum Dei quomodo mundus accipiat, dudum constat: ego si id ut Verbum Dei, quemadmodum confido, tractavi, me non aliter accipi postulo. Etiam cultores sæpe veritatis ea, quibus haud assuevere, tardius admittunt. Cum pridem audierunt, *Hoc est:* quærunt denique, *Quid est?* cumque Demonstratio defluxit, Postulata sibi proponi queruntur. Nonnulli obitu demum suo veritati, in parte non agnita, officere desinunt. Veruntamen non frustra laboratur: dum alii præter opinionem desunt, alii præter opinionem se dedunt vel dedent. Lux crescit indies: per adversa ad victoriam enititur veritas: multis de rebus posteritas aliter judicabit. O DEVS, Tuo judicio stat caditve, quicquid stat vel cadit: quod per me operari dignatus es, tuere: lectorum & mei miserere. Tibi est Gloria & esto in perpetuum.



INDI-

INDICES

ad libros N. T. eorumque capita & versiculos idoneas ob causas,
rarius autem ad paginas, accommodati,
quos ex usu quisque suo optime locupletaverit,

& qui, in hac Tertia Editione, *eo nunc pacto aucti sunt, ut, ubi* Capitum *numeri* Germanici *comparent, Gnomonis ipse* textus; *ubi* Romani, *notæ* marginales *indigitentur.*

INDEX I
LOCORVM V. T.

Gen. 1, 1. Principium. pag. 324
3. Lux. 2 Cor. 4, 6
2, 2. Quies. Hebr. 4, 4
7. Homo de terra. 1 Cor. 15, 45
23. Caro & ossa. Eph. 5, 30
24. Vna caro. Matth. 19, 5 1 Cor. 6, 16
5, 22. Enoch. Hebr. 11, 5
10, 25. In diebus Peleg. Matth. 1, 11
12, 1. Exitus Abrahami. Act. 7, 3
3. Benedictio. Gal. 3, 8
13, 15. & semini tuo. 3, 16
14, 18 ff. Melchisedek. Hebr. 7, 1
15, 6. Credidit. Rom. 4, 3. Gal. 3, 6
13. Seminis peregr. Act. 7, 6
17, 5. Pater mult. gent. Rom. 4, 17
18, 12. Saræ dominus. 1 Petr. 3, 6
19, 26. Vxor Loti. Luc. 17, 32
20, 16. Tegmen. 1 Cor. 11, 10
21, 10. Ejice ancillam. Gal. 4, 22
12. Semen in Isaac. Rom. 9, 7
22, 17. Seminis multitudo. Hebr. 6, 14
18. Benedictio. Act. 3, 25
25, 23. Major serviet. Rom. 9, 12
34. Esau edit &c. Hebr. 12, 16 & pag. 1099
28, 15. Non deseram. Hebr. 13, 5
46, 27. Animæ LXX &c. Act. 7, 14
34. Pecora. Ap. 18, 13
47, 31. Extremum baculi. Hebr. 11, 21

Exodi totus fere liber: Act. 7, 17-44. 1 Cor. 10, 1 ff. Hebr. 9, 1 ff. c. 11, 23 ff.
3, 6. Deus Abrahami &c. Matth. 22, 32
12. Colent me. Act. 7, 7
9, 16. Excitavi te. Rom. 9, 17
12, 46. Os non frang. Ioh. 19, 36
16, 4. Panem e cœlo. Ioh. 6, 31
16, 18. Qui multum. 2 Cor. 8, 15
19, 5. 6. Peculium: regnum: gens sancta. 1 Petr. 2, 9
13. Si bestia. Hebr. 12, 20
20, 12. Honora patrem. Matth. 15, 4 Eph. 6, 2
12 f. Non occides &c. Matth. 19, 18 f. 5, 21. 27.
21, 14. De altari. Matth. 8, 22
17. Qui maledixerit. 15, 4
24. Oculum pro oculo. 5, 38
24, 6 ff. Sumsit sanguin. Hebr. 9, 19
33, 19. Miserebor. Rom. 9, 15
34, 30. Facies Mosis. 2 Cor. 3, 7
Lev. 18, 5. Qui fecerit. Rom. 10, 5
19, 18. Proximum, ut te. Matth. 22, 39. Rom. 13, 9. Iac. 2, 8
26, 11. Inhabitabo. 2 Cor. 6, 16
Num. 11, 4 &c. Concupiscentes &c. 1 Cor. 10, 6. 10.
12, 7. Moses fidelis. Hebr. 3, 2
8. Videt Moses. 1 Cor. 13, 12

Num. 16, 5. Quis Domini. 2 Tim. 2, 19
25, 9. Millia 23 & 24. 1 Cor. 10, 8
Deut. 1, 31. Tulit te. Act. 13, 18
6, 4 f. Vnus Dominus. Marc. 12, 29
5. Amabis. Matth. 22, 37
13. 16. c. 8, 3. Eum colito. &c. Matth. 4, 10. 7. 4
18, 15. Prophetam ut me. Act. 3, 22 7, 37
21, 23. Qui pendet. Gal. 3, 13
24, 1. Libellus repudii. Matth. 5, 31 19, 7 f.
25, 4. Bos triturans. 1 Cor. 9, 9
27, 26. Maledictus. Gal. 3, 10
29, 18. Radix amara. Hebr. 12, 15
30, 11. Mandatum prope. Rom. 10, 6
32, 21. Ad cœlum provocarunt &c. Rom. 10, 19. 1 Cor. 10, 22
35. Mihi vindicta. Rom. 12, 19. Hebr. 10, 30
36. Iudicabit. Hebr. 10, 30
43. Iubilate &c. Rom. 15, 10. Hebr. 1, 6
Ruth 1, 1. Iudices. Matth. 1, 5
Libri Iosuæ & Iudicum. Hebr. 11, 29 ff.
Ios. 15, 58. 59. Bethlehem. Matth. 2, 6
1 Sam. 21, 1. Sacerdos. Marc. 2, 26
2 Sam. 7, 14. Pater: filius. Hebr. 1, 5.
1 Reg. 8, 9. Arca fœderis. 9, 4
12, 32. Festum mense VIII. Ioh. 4, 35
19, 15. Proph. occid. Rom. 11, 3
2 Chron. 24, 20. Zacharias. Matth. 23, 35
Iobi summa Iac. 5, 11
c. 5, 13. Capit sapientes. 1 Cor. 3, 19
12, 2. Populus. Rom. 10, 19
19, 25. Vltimus. 1 Cor. 15, 45
20, 26. Ignis. Matth. 3, 12
41, 2. Quis dedit prius? Rom. 11, 35
42, 17. Iobi resurrectio. Matth. 27, 52
Psalm. 2, 1 f. Quare fremuerunt. Act. 4, 25
2, 7. Filius meus. Act. 13, 33. Hebr. 1, 5. 5, 5
4, 5. Ira citra pecc. Eph. 4, 26
Psa. 8, 3. Ex ore. Matth. 21, 16
5, f. Quid homo? Hebr. 2, 6.
7, Omnia. 1 Cor. 15, 27
14, 2. Omnes recesserunt. Rom. 3, 10
16, 10. Sanctus incorruptus. Act. 2, 25. 13, 35
18, 50. Confitebor. Rom. 15, 9
19, 5. Canon & sermo eorum. 10, 18
22, 2. Deus meus. Matth. 27, 46
9. Servet eum. 43
23. Fratribus meis. Hebr. 2, 12
24, 1. Domini terra. 1 Cor. 10, 26
32, 1. Beatus. Rom. 4, 6 f.
34, 9. Gustate. 1 Petr. 2, 2
13 f. Qui vult vita frui. 3, 10
21. Os non frang. Ioh. 19, 36
35, 19. Gratis oderunt. 15, 25
37, 9 &c. Heredes terræ. Matth. 5, 5
40, 7. Sacrificium. Hebr. 10, 5
41, 10. Qui edit. Ioh. 13, 18
44, 23. Propter te trucid. Rom. 8, 36
45, 7. 8. Thronus tuus. Hebr. 1, 8
48, 3. Magnus rex. Matth. V. 35
51, 6. Vt justificeris. Rom. 3, 4
55, 23. Curam tuam. 1 Petr. 5, 7
62, 4. Occiditis. Iac. 4, 2
14. Reddet unicuique. Rom. 2, 6
68, 20. Ascendisti. Eph. 4, 8
28. Principes Zabulon. Matth. 4, 15
69, 10. Zelus: contumelia. Ioh. 2, 17. Rom. 15, 3
23 f. Mensa eorum. Rom. 11, 9
26. Habitatio deserta. Act. 1, 20
78, 2. Aperiam. Matth. 13, 35
82, 6. Dii estis. Ioh. 10, 34
87, 4. Tyrus. Act. 21, 3
89, 21. Inveni David. 13, 22
90, 4. Mille anni. 2 Petr. 3, 8
91, 11 f. Angelis. Matth. 4, 6
94, 11. Novit cogitata. 1 Cor. 3, 20
95, 7. Hodie. Hebr. 3, 7
97, 7. Adorate eum, Hebr. 1, 6
102, 26 f. Initio. 1, 10

Pſ. 104, 4. Angeli, venti. Hebr. 1, 7
35. Halleluja. Ap. 19, 1. § 11
109, 8. Epiſcopatum ejus. Act. 1, 20
110, 1. Domino meo: Sede. Matth. 22, 43 ſ. Act. 2, 34
4. Iuravit. Hebr. 5, 6
112, 9. Diſperſit. 2 Cor. 9, 9
116, 10. Credidi. 4, 13
11. Homo mendax. Rom. 3, 4
117, 1. Laudate. 15, 11
118, 6. Mihi adjutor. Hebr. 13, 6
22. Lapidem. Matth. 21, 42 1 Petr. 2, 7
25 ſ. Hoſianna: Benedictus. Matth. 21, 9. 23, 39
133, 2. Chriſtus, unctus Sacerdos. Col. 2, 10
Prov. 3, 4. Providens bona. Rom. 12, 17
7. Ne ſapias tibi. 16
11 ſ. Noli ſpernere. Hebr. 12, 5
34. Humilibus. Iac. 4, 6
8, 22 ſeqq. Initio. pag. 325.
25. Ante colles. Ioh. 8, 58
10, 12. Pecc. tegit amor. 1 Petr. 4, 8
11, 31. Si juſtus. 4, 18
23, 31. Vino. Eph. 5, 18
24, 16. Septies cadet. Luc. 17, 4.
25, 21 ſ. Si eſuriat. Rom. 12, 20
26, 11. Canis. 2 Petr. 2, 22
Ies. 1, 2. Exaltavi. Act. 13, 17
9. Semen relictum. Rom. 9, 29
6, 1. Vidi. Ioh. 12, 41
9. Audietis. Matth. 13, 14. Act. 28, 26
7, 14. Ecce virgo. Matth. 1, 22 ſ.
8, 12 ſ. Timorem eorum. 1 Petr. 3, 14
17 ſ. Confidam. Ego & liberi. Hebr. 2, 13
23. c. 9, 1. Terra Zabulon. Matth. 4, 15
9, 5. Admirabilis. pag. 367
10, 22 ſ. Si fuerit pop. tuus. Rom. 9, 27
Ies. 11, 10. Radix Ieſſe. Rom. 15, 12
22, 13. Edamus. 1 Cor. 15, 32
25, 8. Abſorbebit mortem. 1 Cor. 15, 54
27, 9. Tolletur pecc. ejus. Rom. 11, 26
28, 11. Aliis linguis. 1 Cor. 14, 21
16. Lapis in Sion. Rom. 9, 33 1 Petr. 2, 6
29, 10. Spiritus ſoporis. Rom. 11, 8
13. Labiis honorant. Matth. 15, 8
14. Peribit ſapientia. 1 Cor. 1, 19
16. Vt ſi lutum. Rom. 9, 20
33, 18. Vbi ſcriba? 1 Cor. 1, 20
40, 3 ſ. Vox clamantis. Matth. 3, 3.
6 ſ. Caro fœnum. 1 Petr. 1, 24
13. Quis novit? Rom. 11, 34 1 Cor. 2, 16
42, 1 ff. Ecce miniſter meus. Matth. 12, 18
12. Laudem ejus nunc. 1 Petr. 2, 9
43, 20 ſ. Populus electus. ibid.
45, 23. Omne genu. Rom. 14, 11
49, 6. Lux gentium. Act. 13, 47
52, 5. Nomen meum. Rom. 2, 24
7. Pulcri pedes. 10, 15
11. Exite. 2 Cor. 6, 17
15. Quibus non erat nunciatum. Rom. 15, 21
53, 1. Quis credit? Ioh. 12, 38
4. Languores noſtros. Matt. 8, 17
5. Vibice ejus. 1 Petr. 2, 23 ff.
7. Vt ovis. Act. 8, 32
12. Cum ſceleratis. Marc. 15, 28.
54, 12. Feneſtræ. Ap. 21, 11
13. Docti a Deo. Ioh. 6, 45
55, 3. Benigna Davidica. Act. 13, 34
56, 7. Domus precum. Matth. 21, 13
10, 11. Dormitantes. Iud. v. 8.
59, 7 ſ. Pedes veloces. Rom. 3, 15
20 ſ. Redemtor Sionis. 11, 26
60, 1. Illuminare. Eph. 5, 14
3. Gentes in lumine, Ap. 21, 24
61, 1 ſ. Spiritus Domini. Luc. 4, 18
64, 3. Oculus non vidit. 1 Cor. 2, 9.

Ies. 65, 1 ſ.	Inventus ſum.	Rom. 10, 20 ſ.
66, 1.	Cœlum mihi thr.	Act. 7, 49
24.	Vermis.	Marc. 9, 44
Ier. 7, 11.	Spelunca latr.	Matth. 21, 13
9, 23.	Qui gloriatur.	1 Cor. 1, 31
16, 16.	Piſcatores.	Matth. 4, 19
22, 30 &c.	Sterilis.	p. 14
31, 15.	Rama.	Matth. 2, 18
31.	N. T.	pag. 14. 1095
Ez. 1, 28.	Vidi & audivi.	Ioh. 5, 37
37, 7.	Reſurrectio.	Apoc. XX. 4
38, 2.	Gog.	Ap. 20, 8
42, 17.	Calami.	21, 17
48, 31.	Portæ.	12
Dan. 7, 7 &c.	Beſtia quarta. (theſi 5)	Ap. 13, 1 & cap. 17, 10
9, 24.	Hebd. LXX.	pag. 17. 446.
27.	Abominatio.	Matth. 24, 15
11, 36.	Elevabitur.	2 Theſſ. 2, 4
12, 12.	Dies 1335.	Ap. 17, 10
Hos. 2, 25.	Non-populus.	Rom. 9, 25. 1 Petr. 2, 10
6, 6.	Miſericordiam.	Matth. 9, 13. 12, 7
11, 1.	Ex Ægypto.	2, 15
13, 14.	Vbi ſtimulus?	1 Cor. 15, 55
Ioel 3, 1 ſ.	Effundam.	Act. 2, 17
Amos 5, 13.	Dies mali.	Eph. 5, 16
25.	Num ſacrificia.	Act. 7, 42
9, 11.	Tabernaculum David.	15, 16
Obad. v. 21.	Domini regnum.	Ap. 11, 15
Ion. 2, 1.	Ionas in piſce.	Matth. 12, 40
3, 5.	Ninive pœnitens.	41
Mich. 5, 1.	Bethlehem.	Matth. 2, 6
Hab. 1, 5.	Videte.	Act. 13, 40
2, 3. 4.	Veniet.	Hebr. 10, 36
3, 2.	in medio annorum.	Marc. XIII. 32
4.	Iuſtus.	Rom. 1, 17. Gal. 3, 11
Sophon. 2, 11.	Loco ſuo.	Rom. 9, 26
Hagg. 2, 6.	Adhuc ſemel.	Hebr. 12, 26
Zach. 6, 13.	Inter utrumque.	Ioh. 8, 17
9, 9.	Rex tuus.	Matth. 2, 5 2 Theſſ. 2, 3
Zach. 11, 12 ſ.	Argentei XXX,	Matth. 27, 9
12, 10.	Videbunt.	Ioh. 19, 37
13, 7.	Paſtor percuſſus.	Matth. 26, 31
14, 4.	Mons olearum.	24, 15
14, 8.	Aqua viva.	Ioh. 7, 38
Malach. 1, 2.	Iacobum dilexi.	Rom. 9, 13
3, 1.	Ecce mitto.	Matth. 11, 10
4, 5.	Elias.	11, 14
	vers ult. anathemate.	Matth. 3, 12. Luc. 1, 63
Sap. 7, 25.	Splendor.	Hebr. 1, 3
Sir. 35, 22.	Non tardabit.	2 Petr. 3, 9
48, 11.	Elias.	Luc. 1, 17
2 Macc. 6, 19 &c.	Tympanum.	Hebr. 11, 35
4 Ezr. 1, 30 &c.	Vt gallina.	Matth. 23, 37

Permulta alia loca ſedulo lectori occurrent: qui etiam *pericopas*, in diebus dominicis & feſtis tractari ſolitas, facile evolvet. v. gr. 1 Advent. pag. 147. & 718 &c. [*quae cum & Editioni* N. T. gr. *& Verſioni Germ.* N. T. *(Ed. II) ſubjunctae ſint, h. l. tanto minus deſiderabuntur.* Textus *enim nemini non debet ad manus eſſe, qui rite utitur quacunque exegeſi.*]

INDEX II.
VERBORVM
Hebræorum & Græcorum *quorundam* inſignium.

Hebr. 11, 23.	אבוי
Apoc. 1, 8. § 21.	אהיה
Matth. 2, 6.	אלף
Matth. V. 18.	אמן
Ioh. 7, 35.	בטן
2 Cor. VI. 15.	בליעל
Hebr. IX. 16. Matth. 26, 28.	בריתי
Apoc. IV. 6.	בתך
Rom. 10, 19.	גוי
Iac. 3, 6.	גלגל
Ioh. VI. 63.	דבר
Ioh. 15, 16.	הלך

Apoc. 19, 1.	הללו יה
Matth. 23, 34.	חכם
Rom. 1, 4.	חק
Luc. 15, 16.	חרובד
Iac. 1, 5.	חרף
2 Tim. II. 19.	ידע
Apoc. 19, 1.	יה
Apoc. 1, 8. § 7 sqq. c. 11, 17.	יהוה
Matth. 2, 6.	יצא
Matth. 1, 21.	ישוע
Act. 2, 26.	כבוד
Matth. 7, 14.	כי
Matth. IX. 9.	לוי
Iac. 3, 6.	לצים
Eph. 6, 4.	מוסר
Apoc. 18, 13.	מקנה צאן diff.
Apoc. XXI. 19.	מרגליתא
Matth. IX. 9.	מתתי, מתי
Apoc. 11, 8.	נבלה
Matth. 2, 23.	נזר
Matth. 12, 18.	עבד
Act. 1, 13.	עלות
Matth. 1, 23.	עלמה
Matth. 6, 7.	ענה
Rom. 9, 29. Apoc. 1, 8.	צבאות
Rom. 1, 4.	קדוש
Matth. 12, 30.	קהלת
Apoc. 12, 10.	קטיגור
Ioh. III. 8.	רוח
1 Petr. III. 21.	שאלה
Matth. 4, 1. Apoc. 12, 9.	שטן
Ioh. 1, 14.	שכינה
Act. 1, 17.	שרת
Matth. 12, 21.	תורה
Hebr. V. 13.	תמים

* *
*

Ἀγαθὸς Marc. 10, 18.	ἀγαθὸς, δίκαιος, diff. Rom. 5, 7
ἀγαλλιᾶσθαι, ex Arab.	Ioh. V. 35
ἀγαπᾶν Marc. 10, 21.	φιλεῖν diff. Ioh. 21, 15
Ἄγαρ	Gal. IV. 25
ἁγιασμὸς, ἁγιότης, ἁγιωσύνη,	diff. Rom. 1, 4
ἅδης	Luc. 16, 23. 1 Cor. 15, 55
ἀὴρ	Eph. II. 2
ἀγιαλὸς	Matth. 13, 2
αἷμα καὶ σὰρξ	Hebr. 2, 14
αἰτοεῖσθαι, δεηθῆναι, ἐρωτᾶν,	diff. Ioh. 11, 22
αἴτιος	Hebr. 5, 9
αἰχμαλωσία	Eph. 4, 8. Ap. 13, 10
αἰὼν, γενεὰ	Col. 1, 26
αἰὼν, κόσμος	diff. Eph. 6, 12
ἄκαρπος	Matth. 13, 22
ἀκαθαρσία, ἀσέλγεια	diff. Eph. 4, 19
ἄκακος	Rom. 16, 18
ἀκρασία	Matth. 23, 25
ἄκρον	Matth. 24, 31
ἀλλὰ	Matth. 11, 89. Luc. 11, 42. Rom, 10, 8
ἄλλος, ἕτερος,	diff. Act. 4, 12
ἄλων, ἀποθήκη	diff. Matth. 3, 12
ἅμα, ἅμᾶ,	diff. 1 Theſſ. 4, 17
ἄμωμον	Ap. 18, 13
ἂν	Ioh. 4, 10. Act. 3, 19
ἀνατολὴ	Luc. 1, 78
ἀντὶ	Ioh. 1, 16
ἀπάγχεσθαι	Matth. 27, 5
ἀπαλγεῖν	Eph. 4, 19
ἅπαξ, ἐφάπαξ,	diff. Rom. 6, 10
ἀπαρχὴ, ἀρχὴ,	diff. Col. 1, 18
ἀπελπίζειν	Luc. 6, 35
ἀπέρχεσθαι, πορεύεσθαι,	diff. Ioh. 16, 7
ἄπιστον	Act. 26, 8
ἀπὸ, propter	Luc. 7, 35
ἀποθήκη, ταμεῖον	diff. Luc. 12, 24
ἀποκατάστασις	Act. 3, 21
ἀποκτένω	Matth. 10, 28
ἀπολύτρωσις, ἱλασμὸς, καταλλαγὴ	diff. Rom. 3, 24
ἀπολύω, ἀφίημι,	diff. Luc. 6, 37
ἀποστέλλω, πέμπω,	diff. Luc. 24, 49 Ioh. 20, 21
ἄρα, οὖν,	diff. Rom. 5, 18
ἀρέσκω	Rom. 8, 8
ἀρταγμὸς	Phil. 2, 6
ἀρραβὼν	2 Cor. 1, 22
τὴν ἀρχὴν	Ioh. 8, 25
ἀρχὴ, ἐξουσία.	Col. 1, 16

ἀρχι-

ἀρχιερεῖς Matth. 2, 4
ἄρχομαι Matth. 4, 17
ἀσθένεια Rom. 5, 6
ἀσώτως Luc. 15, 13
ἄυριον, ἐπαύριον, diff. Act. 25, 22
αὐτὸς Matth. 1, 21. Ioh. 16, 27. αὐτὲ, reciprocum, Ap. 1, 5. αὐτὴ, Act. 8, 26. αὐτοὶ, Hebr. 3, 10. αὐτὲς, nos Ap. 5, 10.
ἄφεσις Luc. 4, 18. [*Hebr. IX. 15.*]
ἄφεσις, πάρεσις. Rom. 3, 25
ἀφίημι Marc. 1, 34. Rom. 4, 7. ἀφεὶς Ap. 2, 20
ἄφιξις Act. 20, 29
ἀχλὺς Act. XIII. 11
ἀχρεῖος Matth. 25, 30
ἄχρι Act. 3, 21

βάπτω Luc. 16, 24
βάρβαρος Act. 28, 2
βάρος, φορτίον, diff. Gal. 6, 2
βασιλικὸς Iac. 2, 8
βεβηλῶν Matth. 12, 5
βιάζεσθαι Matth. 11, 12
βίβλος γενέσεως Matth. 1, 1
βλέπω, ὁράω· θεωρῶ, ὄπτομαι, diff. Ioh. 16, 16. Hebr. 2, 8
βόσκω, ποιμαίνω, diff. Ioh. 21, 16
βρέφος, παιδίον diff. Luc. 18, 17

γάμος, Matth. XXII. 4*).
γὰρ Matth. 1, 18. Marc. 11, 13. Ioh. 9, 30. Act. 15, 21. 27. Rom. 1, 18. 3, 28. 5, 7. 6, 4. Hebr. 2, 8.
γέεννα Matth. 5, 22
γέμω Ap. 4, 8
γενεὰ Matth. 1, 27. § 12. & cap. 24, 34
γίνομαι Ioh. 1, 3. 14. 15. Act. 15, 25. Ap. 1, 1. 9
γινώσκω, ἐπιγινώσκω, diff. 1 Cor. 13, 12
γινώσκομαι, pro *erudior.* 1 Cor. VIII. 3
γνόφος, σκότος, diff. Hebr. 12, 18
γνώμη 1 Cor. 7, 25
γνῶσις 2 Cor. 6, 6. Diff. σοφία 1 Cor. 12, 8. 1 Petr. 3, 7. 2 Petr. 1, 5
γραμματεὺς Matth. 2, 4

δαιμόνιον 1 Tim. 4, 1
δὲ epitaticum Rom. 8, 8
δέησις, προσευχὴ, ἱκετηρία, diff. 1 Tim. 2, 1 Hebr. 5, 7
δεῖ, ὀφείλει, diff. 1 Cor. 11, 10. Hebr. 2, 1
δεισιδαίμων Act. 17, 22
δέρειν, τύπλειν, παίειν diff. Luc. 22, 63
δέρω Matth. 21, 35
δέχομαι Act. 3, 21
διὰ Hebr. 2, 10. Diff. ab ἐκ, Rom. 3, 30
διακονία Act. 1, 17
διαθήκη Matth. 26, 28. Hebr. 7, 22
διακρίνομαι Iac. 2, 4
δίδραχμον Matth. 17, 24
διελθεῖν Hebr. IV. 14
δίκαιος Matth. 1, 19. Rom. 5, 7
δικαιῶν Luc. 7, 29. 35. Rom. 3, 20
δικαίωμα Rom. 5, 18
δικαίωσις, δικαιοσύνη diff. Rom. 4, 25
διχοτομεῖν Matth. 24, 51
δοκεῖν Matth. 3, 9. 1 Cor. 3, 18
δόξα DEI Rom. 6, 4
δόξα, σωτηρία, diff. 2 Tim. 2, 10
δύναμις Rom. 8, 38
ἐγκομβώσασθαι 1 Petr. 5, 5
ἐγκρατὴς Tit. 1, 8
ἑδραῖος, τεθεμελιωμένος diff. Col. 1, 23
ἐθελοθρησκεία Col. 2, 23
ἔθνος, λαὸς diff. Luc. 23, 2
εἰ Rom. 8, 31. εἰ καὶ 2 Cor. 7, 8
εἴδωλα Rom. II. 21
εἰκῆ Matth. V. 22 *).
εἰμὶ ὢν κτλ. Ioh. 1, 1. 18. 3, 13. ἐκ ἔσι 1 Cor. 11, 20.
ἔιμι Ioh. 7, 34
εἶπω, λαλῶ, diff. Ioh. 12, 49
εἰς Marc. 13, 9. Diff. ab ἐπὶ Act. 8, 22. Rom. 1, 17. 3, 22
ἔιτα, ἔπειτα diff. 1 Cor. 15, 23
ἐκ Rom. 1, 17
ἐκ, διὰ diff. Rom. 3, 30
ἐκβάλλειν Matth. 9, 38. 12, 20
ἐκεῖνος Matth. 24, 36. Marc. 4, 35. diff. ab ὗτος Matth. 23, 23

ἐκκλησία Matth. 18, 17
ἐκπειράζω Matth. 4, 7
ἐκσῆναι Marc. 3, 21
ἐκφέρειν, τίκτειν, diff. Hebr. 6, 7
ἔλαιαι Ap. 11, 4
ἔλεος Matth. 9, 13
ἔμπροσθεν Ioh. 1, 15
ἐν Hebr. 9, 4. diff. a παρὰ & ἐξ. Ioh. 14, 17. 18, 36
ἐν diff. ab εἰς Rom. 5, 21
ἐν pro, cum. Rom. 1, 23
ἕνεκα Luc. 4, 18
ἑνιαυτὸς, ἔτος. diff. Ap. 13, 18. § 7
ἔννοια 1 Petr. IV. 1
ἐνταφιάζειν Matth. 26, 12
ἐντολὴ Rom. 7, 9
ἐντὸς Luc. 17, 21
ἐξ, κατὰ diff. Rom. 2, 7
ἔξις Hebr. 5, 14
ἐξουσία, ἐξουσίαι, diff. Rom. 13, 1
ἐπαγγελία Act. 1, 4
ἐπεὶ Hebr. 9, 17
ἐπηρεάζειν Matth. 5, 44
ἐπὶ cum gen. Matth. 1, 11. Marc. 2, 26. 12, 26. Ap. 5, 10. 21, 16. cum dat. Ap. 21, 12. cum accus. Act. 1, 21. Luc. 1, 17
ἐπιβάλλω Marc. 14, 72
ἐπιθυμεῖν, ὀρέγεσθαι, diff. 1 Tim. 3, 1
ἐπιούσιος Matth. 6, 11
ἔπω, λαλῶ diff. Ioh. 12, 49
ἐργάζεσθαι Ap. 18, 17
ἐρεύγεσθαι Matth. 13, 35
ἔρημος Matth. 23, 38. Apoc. 17, 3
ἑταῖρος Matth. 26, 50
ἑτοιμασία Eph. 6, 15
εὐαγγελίζεσθαι Matth. 11, 5
εὐδοκεῖν Matth. 3, 17
εὐεργέτης Luc. 22, 25
εὐθέως, εὐθὺς Matth. 13, 20 f. Marc. 1, 20 f. & cap. 4, 29
εὐλάβεια 2 Theſſ. 2, 3. Hebr. 5, 7
εὔνοια Eph. 6, 7
εὐπερίστατος Hebr. 12, 1
εὐχαριστεῖν Matth. 15, 36
ἐφ' ᾧ Rom. 5, 12
ζιζάνια Matth. 13, 25
ἤ Matth. 12, 29
ἡγεμὼν Luc. 2, 2
ἥκω Marc. 8, 3. Ap. 2, 25
ἤ μὴν Hebr. 6, 14
ἡνίκα 2 Cor. 3, 16
ἦχος Luc. 21, 25
θειότης, θεότης, diff. Rom. 1, 20
θέλημα Matth. 18, 14
θέλω Marc. 12, 38
θεὸς Ap. 1, 8. § 13
θεωρία Luc. 23, 48
θηρίον Ap. 13, 1
θρόνοι, κυριότητες diff. Col. 1, 16
θυμομαχεῖν Act. 12, 20
θυμὸς, ὀργὴ, diff. Rom. 2, 8
θύρα, πύλη diff. Luc. 13, 25
ἴδε, ἰδὲ Iac. 3, 3
ἰδιώτης, ἀγράμματος diff. Act. 4, 13
ἱκανὸν 17, 9
ἵλεως Matth. 16, 22
ἱμάτιον, χιτὼν, diff. Matth. 5, 40
ἵστημι Matth. 12, 25. 26, 15. Io. 8, 44
ἱστορεῖν Gal. 1, 18
καθεῖς Marc. 14, 19
καθὼς Ioh. 17, 11
καὶ Marc. 9, 5. Luc. 2, 14. 7, 16. 29. 37. Ioh. 8, 25. 9, 36. 1 Cor. 15, 29. Ap. 10, 7
καὶ conſecutiuum Matth. 6, 24
καὶ pro ſed Ioh. 7, 4
καὶ pro relatiuo Ioh. 12, 35
καινὸς, νέος, diff. Hebr. 8, 13
καίπερ Ap. 17, 8
καιρὸς, χρόνος, diff. Act. 1, 7
κακία Matth. 6, 34. Rom. 1, 29. 1 Cor. 5, 8. Iac. 1, 21
καλὸς Rom. 7, 16
καλῶς Marc. 7, 9
κἂν Marc. 6, 56
κατὰ Act. 5, 15. Rom. 2, 7. 8, 27. 2 Cor. 7, 9. 8, 2
καταβολὴ Matth. 13, 35. Hebr. XI. 11

κατάνυξις Rom. 11, 8
κατάθεμα Ap. 22, 3
καταθεματίζειν Matth. 26, 74
καταλείπεσθαι Hebr. 4, 1
καταργεῖσθαι, παύεσθαι, diff. 1 Cor. 13, 8
κατάσημα Tit. II. 3
κατεργάζεσθαι Eph. 6, 13
——— diff. ab ἐργαζ. Rom. 2, 9. 10
κεραία Matth. 5, 18
κεράτια Luc. 15, 16
κερδαίνειν Act. 27, 21
κεφαλαιῶν Marc. 12, 4
κλῆρος 1 Petr. 5, 3
κλίνη, κράββατος, diff. Act. 5, 15
κολλᾶσθαι Ap. 18, 5
κοπιᾶν Ap. 2, 3
κόσμος Rom. IV. 13. Eph. 6, 12
κόφινος, σπυρὶς, diff. Matth. 16, 9 f.
κρατεῖν, πιάζειν, diff. Apoc. 19, 20
κρυπτὸν, συγκεκαλυμμένον diff. Luc. 12, 2
κυρία 2 Ioh. v. 1
κύριος Matth. 3, 3. Ap. 1, 8. § 14
κῶλον Hebr. 3, 17
λαῖλαψ Marc. 4, 37
λαλῶ, ἔπω diff. Ioh. 12, 49
λανθάνω Hebr. 13, 2
λατῖνος Ap. 13, 18. § 12
λειτουργία Act. 1, 17. Hebr. I. 14
λικμᾶν Matth. 21, 44
λόγος Ioh. 1, 1
λύειν, νίπτειν, diff. Ioh. 13, 10
λύειν Matth. 5, 17. 19. 18, 18
μαθητεύειν Matth. XXVIII. 19
μακροθυμεῖν Luc. 18, 7
μαργαρίται Ap. XXI. 19
ματαιότης 1 Petr. I. 18
μάχαιρα, ῥομφαία, diff. Luc. 2, 35
μέλλω 2 Petr. 1, 12. μέλλων Matth. 11, 14
μεσουράνημα Ap. 8, 13
μετὰ Luc. 1, 28. Hebr. 7, 28
μετανοεῖν Matth. 3, 2
μετάνοια Luc. 5, 32. 2 Cor. 7, 10
μεταξὺ Act. 13, 42
μετεωρίζεσθαι Luc. 12, 29
μηδὲ, μήτε diff. Act. 23, 8
μνήμη 2 Petr. 1, 12
μόνος Matth. 4, 10
ναὶ Matth. 15, 27
νεκροὶ Matth. 8, 22
νοεῖν, συνίεναι, diff. Matth. 16, 9
νομίζεσθαι Luc. 3, 23
νομικὸς Matth. 22, 35
νουθεσία, παιδεία diff. Eph. 6, 4
νουθετεῖν, διδάσκειν diff. Col. 1, 28. coll. Rom. 15, 14
νῦν Luc. 11, 39. Ioh. 18, 36
ὁ, ἡ, τὸ, Matth. 18, 17. 20, 16 &c. Articuli adhibiti vel omissi ratio persæpe notatur. Vid. sub tit. *Articulus.*
ὄγκος Hebr. 12, 1
ὄθεν 2, 17
ὅλως 1 Cor. 5, 1. 15, 29
ὁμοίως· ὡσαύτως, diff. Luc. 13, 3
ὅπως ἄν pro למען Act. 3, 19
ὀρθοτομεῖν 2 Tim. 2, 15
ὁρίζειν, ἀφορίζειν diff. Rom. 1, 4
ὅς Matth. 13, 23
ὅσιος Ap. 16, 5
ὅταν Marc. 3, 11
ὅτι Matth. 2, 23. cum infinitivo, Act. 27, 10
ὃ Rom. 3, 9. μὴ diff. 1 Cor. 12, 15. ὃ μὴ Matth. 5, 18
οἰκ Ioh. 7, 8
οἰὰ, Marc. 15, 29
οἱαὶ Matth. 11, 21
οὗτος Matth. 5, 19
——— diff. ab ἐκεῖνος Matth. 23, 23
οὕτως Ioh. 4, 6
——— incluso tempore Act. 7, 8
ὄφελον Gal. 5, 12
ὄχλος Act. 6, 7
——— diff. a θόρυβος Act. 24, 18
ὀψὲ Matth. 28, 1
παιδεία, vid. νουθεσία
παιδία, τεκνία, diff. 1 Ioh. 2, 12
παιδίον, βρέφος diff. Luc. 18, 17
παῖς Matth. 12, 18

παλιγ-

παλιγγενεσία Matth. 19, 28
παντοκράτωρ Ap. 1, 8
παρὰ Marc. 3, 21. 1 Cor. 16, 2. Hebr. 1, 4
παράγεσθαι 1 Ioh. 2, 8
παρακοὴ Rom. 5, 19
παράκλητος Ioh. 14, 16
παραμυθία, παρηγορία, diff. Col. 4, 11
παραπλησίως Hebr. 2, 14
παρρησιάζεσθαι Hebr. II. 1
παρρησία Rom. 3, 25
παρέχειν πίστιν Act. 17, 31
παρίστημι 1 Cor. 8, 8
παροιμία Ioh. 16, 25
πᾶς Marc. 9, 49. Phil. 1, 9. Hebr. 2, 9
Iac. 1, 2
πάσχω Gal. 3, 4
πατέρες Hebr. 11, 23
πείθεσθαι, πειθαρχεῖν diff. Act. 5, 32
πείθω Gal. 1, 10
πειράζω Ap. 2, 2
πεισμονὴ Gal. 5, 8
περὶ Ioh. 11, 19. 3 Ioh. v. 2
περιαιρεῖμαι 2 Cor. 3, 16
περίεσθαι, περισσός κτλ. 2 Tim. 2, 16
Tit. 2, 14
περισσεύειν, πλεονάζειν diff. Rom. 5, 17
πιστικὸς Marc. 14, 3
πλατεῖα Ap. 11, 8
πλεονεξία Marc. 7, 22
πλεονεκτεῖν 1 Thess. IV. 6
πλήρωμα Matth. XII. 35. *)
πληροφορεῖσθαι Luc. 1, 1
πληρῶσαι (νόμον). Matth. V. 17
πνευματικὸν Eph. 6, 12
πονηρία, κακία diff. Rom. 1, 29
πορνεία Act. XV. 20
ποτὲ Luc. 22, 32
πρᾶσσειν, ποιεῖν diff. Rom. 1, 32
πρέπει Hebr. II. 10
πρεσβύτεροι Matth. 15, 2. Hebr. 11, 2.
2 Ioh. v. 1 not.
πρηνὴς Act. 1, 18
προϊδεῖν Ioh. I. 1
πρὸς (indirectum, Ioh. 10, 35.) Marc. 12, 12
——— diff. ab εἰς Rom. 3, 25
πρόσεχε Matth. 6, 1
προσκεφάλαιον Marc. 4, 38
προσκυνεῖν Matth. 2, 2
πρῶτον, sine apodosi Rom. 1, 8. 3, 2
πυγμῇ Marc. 7, 3
πύλη, θύρα diff. Luc. 13, 25
πυρᾶσθαι 1 Cor. 7, 9
ῥάβδος Apoc. 19, 15
ῥακὰ Matth. 5, 22
ῥαπίζω Matth. 5, 39. 26, 67
ῥέδη Ap. 18, 13
ῥῆμα, res. Ioh. VI. 63
ῥύεσθαι Rom. 7, 24
σεβόμενοι Act. 17, 4
σημεῖον Matth. 24, 30
σκληρύνειν Rom. IX. 18
σκύλλω Matth. 9, 36
σπαργανᾶν Luc. 2, 7
σπερμολόγος Act. 17, 18
σπεύδω 2 Petr. 3, 12
σπιλὰς Iud. v. 12
σπυδὴ 2 Cor. 7, 11
στέγω 1 Cor. 9, 12
στεναγμὸς Rom. 8, 26
στήκω Marc. 11, 25
στοιχεῖα Gal. 4, 3. Hebr. 5, 12. 2 Petr. 3, 10
σύμφυτος Rom. VI. 5
συναρμολογεῖμαι, συμβιβάζομαι diff.
Eph. 4, 16
συνειδησις [2 Cor. IV. 2.] 1 Ioh. 3, 19
σφραγίζειν Ioh. 6, 27
ταρταρᾶν 2 Petr. 2, 4
τέλειος, τετελειωμένος, diff. Phil. 3, 12
τελέω, τελειόω diff. Ioh. 19, 28
τέλος Rom. 10, 4
τηρεῖν Ioh. 15, 20. diff. a φυλάττειν
Ioh. 17, 12
τί ἡμῖν κτλ. Matth. 8, 29. 1 Cor. 5, 12
τοίνυν Hebr. 13, 13
τοιοῦτος Matth. 19, 14
τροποφορεῖν Act. 13, 18
τυφοῦσθαι 1 Tim. 6, 4

ὑβρίζειν, ὀνειδίζειν diff. Luc. 11, 45
ὕβρις Act. 27, 10
ὑπάγειν, de gradu. vid. הלך Ioh. 15, 16
ὑπακοὴ Rom. 1, 5
ὑπὲρ 1 Cor. 15, 29. Philem. v. 16
ὑπεριδεῖν Act. 17, 30
ὑπερῷον 1, 13
ὑπὸ Rom. 3, 9. 21
ὑποδείκνυμι Matth. 3, 7
ὑποκριτὴς Luc. 12, 56
ὑπόσασις Hebr. I. 3. 11, 1
ὕψος Luc. 24, 49. ὕψωμα, diff. Rom. 8, 39
φθέγγεσθαι Act. 2, 4. 10. 18
φιάλη Ap. 15, 7
φίλελος. 1 Cor. XI. 7
φυλακτήρια Matth. 23, 5
φύσις θεία 2 Petr. 1, 4
φωσφὴρ Apoc. 21, 11
χαρακτὴρ Hebr. I. 3
χάρισμα πνευμ. Rom. I. 11
χαριτόω Eph. 1, 6
χειρόγραφον. Col. II. 14
χλωρὸς Ap. 6, 8
χόλος Ioh. 7, 23
χρόνοι, καιροὶ. Act. I. 7
χωρὶς Hebr. 2, 9
ψεῦδος Ioh. 8, 44
ψῆφος Ap. II. 17
ψωμίζω Rom. 12, 20
ὡς Ioh. 7, 10. Act. 3, 22. 17, 14. Rom. 9, 32
ὥστε, ἕτως diff. Rom. 7, 4

INDEX III.

RERVM, OBSERVATIONVM, AVCTORVM.

Abelardus. Rom. XI. 32
abnegatio sui. Matth. 16, 24
abruptus sermo. Luc. 13, 25
abstracta. Luc. 1, 35. 2, 30
abstractum pro concreto. Luc. 1, 17. 78. Ioh. 1, 5. Rom. 4, 12. 6, 6. 8, 26. 10, 6. 1 Cor. 4, 3. 6, 14. 9, 10. 12, 28. 14, 32. 2 Cor. 3, 9. Gal. 5, 8. Eph. 4, 14. 5, 8. 13. Phil. 3, 3. Col. 1, 16. 2, 9. 2 Tim. 2, 19. 2 Petr. 2, 10.
abyssus. Rom. 10, 6
accentus emph. Luc. 14, 26. 1 Cor. 14, 22
accentus hebraici. Matth. 2, 18. 3, 3. 13, 15. Marc. 11, 17. 12, 29. Luc. 4, 18. Act. 7, 6. 15, 17. 28, 27. Rom. 9, 27. 1 Cor. 12, 12. Hebr. 3, 10. Apoc. 13, 1 (thes. 10, obs. 30), &c. 17, 10.
accusatiui duo. Act. 26, 3
accusatiuus absolutus. Act. 7, 21. 10, 36. 26, 3. Rom. 15, 20. 2 Thess. 1, 5. 1 Tim. 1, 6. 2 Tim. 2, 14. --temporis, Act. 20, 16
actiuum cum pronomine reciproco. 2 Tim. 2, 21. --pro conatu, Ioh. 5, 16.
adaemonismus. Eph. 1, 21
adagialis sermo. Matth. 26, 24. Luc. 1, 17. 13, 32. 1 Cor. 2, 3. 9, 10. Iac. 5, 3. 5.
Adai, Adæus. Matth. X. 3
adiectiuum, absolute positum, 1 Tim. 3, 15. --pro adverbio, Act. 4, 25. 1 Tim. 5, 19. -- conueniens posteriori substantiuo, Act. 5, 20.
adoptio. Eph. 1, 5
aduentus Christi. Ioh. 21, 22. Act. 1, 11. 2 Thess. 2, 3. (Thes. 21). Iac. 5, 8. Apoc. 1, 7.
aduerbium pro nomine. Ioh. 1, 15. Act. 15, 25
aequilibrium carnis & spiritus. Rom. 8, 13
aeuum finitum. Apoc. XIV. 6
affectus Iesu. Ioh. 11, 33
affinia verba. Luc. 1, 17
αἴσθησις. Phil. 2, 21
alacritas sermonis. 2 Petr. 1, 3
Alchalilo, Abrahamus. Iac. 2, 23
Alcoran. Luc. I. 27. 1 Cor. 1, 17
Alexandrinus codex. Præf. § 8, monit. 11. Matth. II. 15. Apoc. 22, 21.
Alexandrina dialectus. Act. 13, 18
allegationes V. T. Matth. 1, 22. Marc. 12, 26
allegoria. Act. 20, 29. 24, 16. Rom. 2, 15. 6, 13. 15, 16. 1 Cor. 15, 36. 2 Cor. 3, 13. Phil. 3, 9. 11. 2 Tim. 2, 18.

allusiones. Præf. §XV. pag. XXIV not. Luc. 1, 69. 72. 78. Ioh. 7, 38. 2 Tim. 1, 17. Hebr. 13, 20.
Alogi. p. 367
Alpha & O. Apoc. 1, 8
ambiguus sermo, *ἀμφιβολία*. Act. 17, 22 1 Cor. 4, 8. 2 Cor. 10, 13. 12, 13. 2 Tim. 2, 17. Philem. v. 15.
amen. Matth. 5, 18. Ioh. 1, 52
America. Act. 8, 39
amicitia. Rom. V. 7. 3 Ioh. v. 15. -- Iesu in Iohannem, Ioh. XIII. 23.
amoenum verbum. Luc. 1, 13. Ioh. 4, 14. 52. Act. 7, 60. 1 Cor. 15, 42.
amor Dei & proximi. Matth. 22, 37 sqq. - purus, Rom. 2, 7. -- fraternus, 1 Ioh. III. 10.
amphisbaena. Apoc. 9, 19
ampla oratio. 1 Cor. 3, 22
anadiplosis. Ioh. 18, 37. Gal. 4, 31. Iac. 1, 1
anakephalaeosis Act. 7, 1. 13, 17 ss. Rom. 5, 1. 1 Cor. 10, 11.
analogia fidei. Rom. 12, 6
analogia scripturæ. vid. *parallela*.
anaphora. Act 7, 35. 20, 18. 22 coll. 25. 26, 18. 1 Cor. 3, 9. 2 Cor. 2, 1. 8, 3. Gal. 4, 4. 5. Eph. 2, 21. 3, 19. Phil. 3, 2. Col. 1, 18. 2, 2. 23. 2 Tim. 1, 18. 2, 3. 16. Iac. 2, 19.
angeli. Matth. 18, 10. Luc. 15, 7. 9. 10. Act. 12, 15. 23. Eph. III. 10. Col. II. 15. Apoc. XVI. 12 & passim -- non apostoli, 1 Tim. III. 16.
antanaclasis. Rom. 2, 12. 1 Cor. 4, 7. Gal. 5, 8. Eph. 5, 13. Phil. 3, 8. 1 Petr. 3, 1. Apoc. 2, 3.
anthypophora. Rom. 8, 31. Hebr. 2, 8
antichristus. 1 Ioh. 2, 18. Apoc. 13, 1. thes. 10. obs. 19.
antipathia. Ioh. 8, 37
antiphrasis. 1 Cor. 8, 10
antiquitatum usus & abusus. Apoc. 11, 15
antonomasia. Act. 3, 14. 7, 52. 1 Cor. 15, 45. 2 Tim. 1, 8. Hebr. 1, 1.
aoristus. Ioh. 1, 3. 4, 10. 15, 6. Col. 2, 13
ἀπεριεργία, virtus. Ioh. 13, 6
Apocalypseos strictura. Matth. 16, 28. Ioh. 21, 22. Act. 1, 7. 11. -- excellentia, Apoc. 1, 1 &c. -- interpretes recentiores, Apoc. XXII fin. -- Sanctitas libri non posthabita in crisi Beng. p. 1259. not. ***)
apocrypha. Matth. 24, 15
apodosis, occulta. Ioh. 14, 31. Act. 23, 9. Rom. 5, 12. 9, 22. -- interrogans, Rom. 8, 31 fin.
Apostoli. Matth. 10, 1 sq. Marc. 3, 14. 16, 20. Ioh. 17, 6. Act. 1, 13. 4, 36. 8, 18. Rom. 1, 11. eorum adolescentia, Matth. 4, 21. 8, 14. -- non omniscii, Act. 20, 22.
apostrophe. Act. 15, 10. 26, 8
apostrophus. 1 Cor. 6, 11. Gal. 1, 1
apotomia. Rom. 9, 14
apparitiones. Luc. 16, 29
appellationes Dei. Matth. 11, 25. Ioh. 17, 1
applicatio singularis. Ioh. 11, 26. Act. 26, 2
appodiare. Marc. 11, 25
appositio. Luc. 11, 11. 22, 20. Act. 10, 38. Col. 2, 11. 3, 11. --elliptica, 1 Tim. 6, 19. -- cum metonymia, Col. 1, 20. -- nominis & pronom. Act. 10, 41. Rom. 1, 20. 8, 23. 12, 1. Hebr. 9, 10.
Apringius. Apoc. procem. n. 3.
apta verba. Luc. 8, 50. 9. 51. Act. 2, 2. 7, 48. 17, 29. 30. 31. 26, 25. 27, 3. 14. Col. 2, 11. 2 Tim. 1, 13. 2, 15.
arabismus. Matth. XII. 36. XXI. 32. Ioh. 35.
archangelus. Iud. v. 9
archisacerdos. Hebr. 2, 17
argumentum ab inuidia. Ioh. 7, 52
arithmetica demonstratio justific. Rom. 3, 28
Arius. Apoc. 8, 10
Armena Versio. Matth. XXVII. 16
Arndius. Apoc. XIV. 6
Artemonius. Matth. 27, 53. Ioh. 1, 1. 8, 58. 10, 34. 20, 28. Rom. 1, 4. 9, 5. 1 Cor. 2, 11. 5, 12. Gal. 1, 1. 1 Tim. 3, 16. Hebr.

Hebr. 1, 1. 8. 10. 13, 8. 1 Ioh. 2, 14. Ap. 1, 1. 9. 17. 22, 13.
artes, in regno DEI utiles. Act. 18, 24
Articulus. vid. ὁ, ἡ, τὸ. Ind. II. -- promiscue scriptus vel omissus, Matth. 12, 35. - vim habens, Luc. 1, 62. 73. 3, 23. 15, 22. 23. Ioh. 5, 35. Act. 1, 13. 2, 9 47. 4, 11. 6, 11. 9, 35. 11, 13. 13, 2. 15, 20. 21, 27. 24, 25. 25, 11. 26, 10. 28, 14. Rom. 3, 5. 1 Cor. 1, 27. 2, 15. 4, 6. 9, 5. 2 Cor. 2, 17. 12, 12. Gal. 4, 18. 5, 10. Col. 2, 2. 6. 3, 5. 1 Thess. 4, 5. 2 Thess. 2, 3. 3, 14. - vim pronominis habens, Iac. 2, 14. -- nota Subjecti, Ioh. 2, 9. 1 Thes. 4, 3. 1 Tim. 1, 5. Hebr. 1, 7. - emphasin addens prædicato, Act. 18, 28. - omissus, Luc. 1, 69. 2, 12. 13. 13, 20. Act. 2, 3. 3, 19. 4, 9. 19, 2. 26, 2. 1 Cor. 1, 23. 2, 14. 4, 20. 6, 3. 14, 2. Gal. 1, 10. 6, 8. Phil. 3, 9. Eph. 4, 10. 1 Tim. 2, 5. 5, 21. Col. 2, 3. Iac. 5, 9. Hebr. 1, 1. -- simplex, Eph. 5, 5.
articulus mortis mysticæ. Rom. 7, 24
artifici non semper credendum. Act. 27, 11.
ascensio Christi. Eph. 4, 8
Asphaltites, lacus. Iud. v. 7 not.
assevueratio. Rom. 1, 9.
asteismus, s. ἀστεῖος sermo. Luc. 14, 8. 1 Cor. 11, 19. 2 Cor. 12, 13. 2 Petr. 2, 11. Philem. v. 1.
asyndeton. Matth. 15, 19. Luc. 1, 17. 1 Cor. 13, 4. Gal. 3, 13. 5, 23. Eph. 3, 17. 4, 13. Phil. 3, 16. 4, 8. Col. 2, 13. 1 Thes. 4, 6. 1 Tim. 1, 17. 2 Tim. 4, 2. 1 Petr. 1, 22.
Athanasius. Matth. XXI. 28
Atheismus practicus. Luc. 16, 30.
Attica dialectus. Luc. 4, 18. Act. 26, 3
Atto. 2 Cor. V. 19. Col. I. 12. 27. II. 9
auctor Gnomonis, orthodoxiæ deditus. Præf. § 21. Ejus scripta, ibid. § 7. & conclus. operis. Notæ ad Gregorii Neocæs. Paneg. Matth. 7, 11. ad Chrysost. de Sacerd. Luc. 1, 47. Edd. N.T. Gr. & Defensiones, Præf. § 8. Apparatus criticus corr. Matth. 1, 25. Ioh. 1, 1: p. 362. Ap. 8, 13. 16, 13. & passim, (ut videre est in Ed. II, d. a. 1763). N. T. Gr. edd. vind. Luc. 10, 13. ed. min. anni 1734 corr. 1 Cor. 16, 5. Articuli quidam in libro, *Geistliche Fama*, Apoc. 11, 2. Harmon. Euang. Matth. 12, 40. Defensio II, Act. 9, 6. *Erklaerte Offenbarung*, Matth. 11, 27. Apoc. procem. n. 1. & c. 1, 5. (Defensores ejus varii, Apoc. XXII. 21 fin.) Ordo temporum, corr. Act. 13, 19 sq. Hebr. 7, 1. Cyclus, Præf. § XX. p. XXXI. (ejusque Vers. germ. anni 1773, Apoc. I. 1. XXII. 21 fin.) Versio Germ. N. T., Præf. § 26. -- Vita, Prælimm. p. XXXV seqq.
auditor bonus. Luc. 8, 16
augusta oratio. Act. 7, 36
Augustinus. Ioh. 4, 42
aula. Marc. 6, 14. Luc. 9, 9. 23, 10
Auszug aus I. A. B. 60 Reden. Ap. XVII. 10 fin.
αὐτάρκεια Ioh. 14, 8. 16, 23
autographa N. T. Præf. § 8. n. 17. Act. 19, 19. 1 Ioh. V. 7. p. 1239.
auxiliare verbum. Act. 21, 35
axioma speciale amitti potest. Act. 15, 37

Babylon. 1 Petr. V. 13
Bacchae, mulieres. 1 Cor. XI. 5
Bamberger, I. P. 1 Ioh. V. 7
baptismus. Ioh. 3, 5. XVIII. 25. Rom. 6, 3. 10, 47. -- infantum, Act. 16, 15. - Iohannis, Act. 19, 3. 5. -- non iterandus, Act. 8, 13. -- priuatio bapt. non damnat, Marc. 16, 16.
baptizatio, actio ministerialis. Ioh. 4, 2
Baraterius, I. Ph. p. 368
barbarismus, negatur. Ioh. 8, 58
Barkey, D. Act. 1, 7
Bartholdus. Act. XIX. 5
Bartholomaeus. Ioh. 1, 46
Baumgartenius. Matth. 1, 17. p. 17. Rom. 1, 7. 16. 17. 4, 5. 6, 11. 12. 7, 10. 8, 1. 13 sq. 9, 5. 22 sq. 11, 21. 30 sq. 13, 5. 9. 14, 9. 16, 3. 29.

16, 3. 20. Iac. 2, 7. & passim. (*Conf. App. crit. Ed. II.*)
Baur, D. I. I. p. 1135.
beatus. Matth. 5, 3. 11, 6. 16, 17. Apoc. I. 3. p. 1271.
Bellarminus. Ioh. 21, 16
Bellosobrius. 1 Petr. V. 13
bellum. Matth. 24, 6
beneplacitum Dei. Matth. 11, 26
benignus sermo. Luc. 7, 40. 47. 12, 32. Act. 1, 7. 2, 15. 29. 3, 17. 5, 38. 11, 3. 17, 22. 29. 22, 5. 28, 19. 2 Cor. 8, 13.
Benson, D. Act. I. 2. Iac. I. 5. 1 Ioh. V. 7. 16
Berolin. interpr. Rom. IX. 5
Bertlingius, D. Præf. § XVIII. p. XXVII not.
bestia, non Gregor. VII. Apoc. XIII. 1 (obs. 1.)
Biblia Germanico-Originalia. Præf. § 18.
Bibliotheck, deutsche. 1 Ioh. V. 7
biuia chronologica. Matth. 1, 8
Blackwallus. Præf. § 9. 11. Rom. 11, 21
blasphemia. Matth. 9, 3. 12, 31
Boehmer, I. G. Apoc. I. 1. p. 1265. 1268. XXII fin.
Boernerianus codex. Præf. § 8. monit. 4.
Boers, C. 1 Ioh. V. 20
bona ecclesiastica. Act. 6, 3
bona opera, libera simul & necessaria. Rom. 15, 27
Boot, Cornel. Gal. III. 13
Bos, Lamb. 1 Cor. VIII. 1
Bromley, Thom. Hebr. 12, 24. § X sq.
Bruckerus, Iac. Ioh. XVI. 4. Phil. I. 28. Hebr. IV. 9. Iac. I. 5. 13. 1 Petr. I. 1. 1 Ioh. II. 19. Apoc. XXII fin.
Bucerus. Rom. VIII 19
buchstaben. Hebr. 5, 12
Büschingius, D. Præf. § XVIII. p. XXVII. Ioh. IV, 35. Iac. V. 7. Iud. v. 7, not. Apoc. I. 9. XI. 8.
Burkius, Ph. D. Procem. p. 1. 2. 5 sq. Præf. § XXV fin. Matth. I. 25.
Burkius, I. A. Procem. p. 7.
Burscherus, D I. F. Apoc. VII. 4. XIV. 6
Calculus mutatus. Apoc. XII. 6
Caluinus. 1 Petr. 3, 19
candor Luc. 1, 1
Canon, non mancus. Ioh. 21, 25
canones apostolici. 1 Tim. 3, 2
canonicae epistolæ. Iac. I. 1. (p. 1147.)
canonizatio vera. Ioh. 17, 19
capillamenta. 1 Cor. 11, 5
carnales, debitores. Rom. 8, 12
caro, peccati officina. Rom. 7, 4
caro & *spiritus.* Ioh. 6, 63. Rom. 1, 4. 1 Tim. 3, 16. 1 Petr. 3, 18. Conf. tit. *spiritus.*
carouges, *gall.* Luc. 15, 16
casus conscientiæ, per regulas firmas decidendi. Matth. 9, 13. 12, 6. 19, 6. 1 Cor. 7, 15.
casus relatiui. Rom. 6, 17
casus sextus. Act. 13, 36. 17, 29. Eph. 3, 5. Col. 4, 6. Hebr. 8, 5. Apoc. 8, 3. 18, 2
catachresis. Gal. 3, 8
catechesis. Matth. 16, 13. Luc. 1, 4. 1 Ioh. 2, 18
catechismus Romanus. pag. 58.
Cerinthus. pag. 363. 367. 1 Ioh. V. 6
Cerinthiani. 1 Ioh. II. 19
characteres morales in scriptura. Matth. 13, 20. 23, 13. Luc. 12, 17. 13, 31. 16, 20. -- spirituales, Ioh. 20, 4.
charientismus. Ioh. 9, 30
charismata. 1 Cor. 12, 9
charta blanca. Ioh. 16, 23
chiasmus, figura. Præf. § 24. Matth. 5, 44. Ioh. 5, 21. 8, 25. 28. Act. 2, 46. 20, 21. Rom. 2, 14. 17-20. 6, 12 sq. 8, 9. 32. 34 coll. 38. 9, 4. 24 sqq. 11, 33 sq. 13, 13. 1 Cor. 9, 1. 13, 5. 2 Cor. 2, 16. 4, 1. Gal. 4, 4. Eph. 3, 16. Col. 2, 18. 2 Tim. 2, 24. Philem. v. 5. Hebr. 1, 4. 3, 12.
chiliasmus. Præf. § XXI. Ap. 20, 3 sq.
christiani. Act. 11, 26. 15, 7 sqq.
christianismus, unde æstimandus. Act. 2, 42
Christlieb, W. B. Apoc. XXII fin.
Christus. 2 Cor. 5, 16. Apoc. 11, 15. -- metonymice, pro christianismus, Hebr. 6, 1. -- de

-- de Christo interpretanda Scriptura, Matth. 2, 23 Act. 2, 31. 34. 8, 34 sq. vid. *Iesus.*
chronologica. pag. 17. 274. 310. 416. 496. 564. 697. 986. 1118.
Chrysostomus. Rom. 5, 13. 2 Cor. XI. 2. Gal. V. 26. 1 Ioh. 2, 14. 16. Apoc. 1, 9.
circumcisio Rom. 2, 25
ciuilitas sancta. Ioh. 21, 15. Act. 9, 38
clamores Christi. Ioh. 7, 28
classificatio. 1 Ioh. 4, 18
claues. Matth. 16, 19
Clemm, D. H. G. 1 Ioh. V. 7
clepsydrae non alligandi spirituales. Act. 20, 7
clerus. 1 Petr. 5, 3
climax. Act. 23, 6. Rom. 1, 23. 5, 7. 10, 14 sq. Eph. 4, 31.
Cluuerus. Rom. 8, 21. Apoc. I. 1. p. 1264.
coelibatus. 1 Cor. 7, 1
coelitum scientia. Luc. 15, 6 sq.
coelum. Matth. 6, 9. -- pro DEVS, Matth. 7, 17. Ioh. 3, 27.
coena Dominica. Matth. 26, 28. 1 Cor. 11, 20
cognitio, maximi momenti res. Ioh. 17, 3
cognitio veritatis, unde? Ioh. 7, 17
Colassae pro *Colossae.* Col. I. 2
columba. Luc. III. 22
comici. Eph. V. 4
commentarii. Praef. § 3 sq.
commissarius. Act. 26, 12
communicatio idiomatum. Marc. 13, 32
communicatio rhet. Act. 4, 19. 1 Cor. 6, 2
communio sub utraque. Matth. 26, 27. & p. 1132 sq.
communio bonorum. Act. 2, 45. 4, 32. 9, 36. 21, 8. Rom. 15, 26. Act. 9, 6. -- precum, Matth. 18, 19. 20. -- Sanctorum, Luc. 1, 40. 2. Cor. 1, 6.
comparatio implicita. Rom. 5, 14 sq.
comparatiua Theologia. Matth. 23, 23. 1 Cor. 12, 31. Phil. 1, 10.
compositum verbum. Luc. 1, 4. 19. 4, 3. 6, 35. 8, 43. 14, 3. Act. 13, 27. 2 Tim. 4, 3.
conceptio I. C. ubi facta? Luc. 1, 39. Hebr. 7, 14
concilii boni exemplum. Act. 15, 6. 15
conciliantia argumenta. Matth. 14, 4
concinnitas. Luc. 14, 9. Act. 23, 5-9. 1 Cor. 6, 19. 11, 31. 13, 12. 2 Cor. 6, 8. 12, 7. 1 Petr. 3, 7. 16. 2 Petr. 2, 8.
concisa locutio. Matth. 2, 20. 4, 5. Luc. 1, 15. 17. 23. 4, 2. 38. 13, 7. 16, 26. Ioh. 1, 23. 6, 21. 8, 58. 12, 31. 15, 21. 27. 21, 20. Act. 7, 7. 9. 16. 8, 22. 13, 33. 15, 23. Rom. 1, 8. 2, 10. VIII. 2. 6, 4. 9, 4. 13, 7. 15, 18. 1 Cor. 1, 25. 9, 5. 10, 13. 2 Cor. 11, 3. Gal. 3, 8. 23. Col. 2, 20. 3, 3. 2 Tim. 1, 10. 2, 8. 26. Hebr. 1, 6. 5, 7. 7, 5. 10, 22. 1 Petr. 3, 16. 5, 12 &c. vid. *semiduplex.*
concordia. Act. 1, 14. 4, 32
concretum & abstract. Act. 10, 38. -- pro abstracto, Gal. 4, 19. Eph. 4, 13. 22. Col. 3, 11
concubinatus. Matth. 14, 6
conditiones iniquae. Ioh. 10, 24
confessio laudis. Matth. 11, 25. -- peccatorum, Matth. 3, 6. Act. 19, 18. -- spei, 1 Petr. 3, 15.
confirmations-büchl. Würtemb. 1 Ioh. III. 9
conjugata. Luc. 8, 5. 1 Tim. 1, 8. 2 Tim. 2, 9
conjugium. 1 Cor. 7, 1 sqq. conjugum officia, Eph. 5, 22 sqq.
conscientia. Act. 23, 1
consequentia a posse ad esse, Rom. 14, 4. -- a majori ad minus, Rom. 8, 32. -- a min. ad majus, Rom. 3, 6.
consequentiae. Matth. 22, 32. 1 Cor. II. 13
considerationes uberiores, Matth. 1, 16 de genealogia Iosephi: 2, 23 de Nazareno: 10, 2 de apostolorum ordine: 12, 40 de passionis triduo: 13, 3 de 7 parabolis: 18, 17 de Articulo nunquam otioso: 22, 32 de consequentiarum valore: 24, 29 de optica vaticiniorum indole: 24, 33 de ordine verborum non posthabendo: Marc. 10, 18 de sermonibus Iesu ad captum

captum audientium attemperatis, coll. 13,32: 15,25 de horis in cruce peractis: Luc. 3,23.36 de genealogia Mariæ: 7,35 de Sapientia a filiis justificata: 9,50 de pronominibus non confundendis: 16,8 de mamona injusto: Ioh. 1,1 de Artemonio: 1,15 de utroque Iohanne: 1,52 de voce Amen: 3,5 de aqua & spiritu: 6,37 de stilo N. T. græco: 8,1.6 de adultera & scriptione: 8,20 de Didactica Christi: 13,14 de pedilauio: 14,28 de Christi sensu & sermone humili: 21,22 de Iohanne mansuro: Act. 1,7 de Reseruato diuino: 3,21 de Christo cœlum capiente: 3,22 de Christo & Mose: 5,5 de pœna Ananiæ & uxori inflicta: 7,1. 14 de sermone Stephani opportunissimo: 12,21 de morte Herodis: 13,18.19 de DEO, populum gestante: 13,33 de voc. Hodie ex Ps. 2,7: 13,48 de prædestin. & reprobatione: 17,23 de ignoto Deo: 19,5 de baptismo repetito: 19,19 de αὐτογράφοις apostolorum: 23,5 de Paulo, nec mendacii reo nec stratagematis: Rom. 1,1 de epistolis, Paulinis præcipue: 1,17 de justitia DEI: 3,23 de gloria DEI: 3,25 de πάρεσει & ἄφεσει: 5,7 de differ. Boni & Iusti: 5,12 sq. de peccato originali: 7,14 de progressu hominis a statu sub lege in statum sub gratia: 8,19 de creatura suspirante: 8,31 de apodosi interrogante: 9,3 de Paulo seipsum deuouente: 9,5 de Christo DEO: 12,6 de prophetia & analogia fidei: 14,9 de psychopannychia: 15,6-8 de nominibus DEI & Christi: 1 Cor. 1,27 de electione: 7,25 de theopneustia: 10,2 de sacramentis V. T. 10,9 de Christo in respectu ad V. T. 11,7 sq. de muliere velanda: 12,9 de fide communi & miraculosa: 13,4 de natura amoris: 15,23 sq. de Vltimis: 15,29 de baptismo super mortuis: 2 Cor. 5,10 de peccatis fidelium manifestandis: 12,2 de raptu Pauli: 12,7 de colaphis satanicis: Gal. 2,9 de Paulo & Iacobo: 2,16 de legis operibus non justificantibus: 3,16 de semine monadico: 4,24 sq. de allegoria: Eph. 1,1 de scopo epistolæ: 1,23 de plenitudine: 4,11 de ministris euangelii: Phil. 1,9 de cognitione & sensu: 2,6 de exinanitione: Col. 2,16 de sabbato: 2 Thess. 2, 3 sq. de mysterio iniquitatis: 1 Tim. 3,2 de polygamia successiua: 3,15 sq. de euangelio, ecclesiæ columna & firmamento: 4,2 de cauterizatis: Tit. 1,7 de Oeconomo Dei: Hebr., *in Exord.*, de Paulo auctore: c. 1,4 de chiasmo: 1,6 de allegandi formulis: 2,5 de angelis conseruis: 2,7 de Christo, pro omni mortem gustante: 4,12 de anima & spiritu: 5,7 de processu passionis: 6,1 de catechismo V. T. christiano: 6,4 de relapsu: 8,11 de θεοδίδακτοις: 9,18 de voce בְּרִית & διαθήκη: 10,7 de Volumine: 11,1 de fidei definitione: 11,21 de baculo Iacobi: 11,33 de prophetis: 12,24 de sanguine adspersionis in cœlo: Iac. 2,14.21 de Iacobo & Paulo: 3,6 de macrocosmo & microcosmo: 5,14 de unctione: 1 Petr. 3,18 sq. de descensu ad inferos: 2 Petr. 1,5 de systemate virtutum: 2,10 de angelorum peccatorum præstantia: 3,8 de mille annis Ps. XC. 4: 1 Ioh. 2,12 de gradibus ætatis: 2,18 de antichristo: 5,7 de tribus Testibus: 5,16 de peccato ad mortem: Iud. v. 14 de Septenario: Apoc., *Prooem.* de subsidiis criticis: c. 1,1 de titulo & argumento libri: 1,3 de adjumentis intelligendæ Apocalypseos: 1,8 coll. 11,17 de nominibus diuinis, inprimis יְהוָה: 1,10 de die Domini: 2,1 de septem epistolis: 2,16 de lectione breuiori, plerumque genuina: 4,1 de sigillorum euentu: 4,8 de τρισαγίῳ: 6,2 de interpretatione sigillorum Langiana: 6,11 de chrono: ib. de editione Erasmi: 8,3 de suffitu angelico: 10,6

de non-chrono: 12, 9 de voc. διάβολος & שטן: 12, 14 de 1. 2. ½ temporibus: 13, 1 sqq. de bestia ex mari: 13, 18 de numero 666: 17, 9 de urbe septicolli: 17, 10 Tabula chronologica: 17, 11 de filio perditionis: 18, 13 de rhedis: 19, 1 de voce הללו יה: 20, 2 sq. de chiliasmo: 20, 4 de septenario: 20, 11 Tabula chronologica: 20, 16. 17 de 12000 stadiis & 144 calamis: 22, 13 de titulo Iesu: 22, 18 de peccatis in librum Apocalypseos. &c.

consilia euangelica. Matth. 19, 21
Constantinus M. Apoc. XX. 2
constructiones singulares. Marc. 3, 27. Luc. 5, 17. 8, 20. 13, 16. Act. 15, 7. 23. 20, 3. 21, 16. 22, 17. 25, 20. 27, 1. 28, 27. Col. 2, 8. 2 Tim. 3, 14. Apoc. passim.
consuetudines I. C. Marc. 10, 1
consummatio seculi. Matth. 13, 39. 2 Petr. 3, 11
controuersiae quomodo tractandæ. Gal. 1, 8
conuersatio sancta. Act. 8, 30. 21, 29
conuersio. Matth. 13, 15. Luc. 1, 17. 15, 17. Ioh. 7, 17. Act. 3, 26 9, 5. 9. 20. 11, 21. 24, 25. 26, 18. 19. differt a *poenitentia*, Luc 15, 17. Act. 3, 19. 26, 20. -- Iudæorum, Rom. 11, 18.
cor. Matth. 5, 8. 11, 29. 13, 15. Luc. 16, 15. Act. 1, 24. 8, 21.
Cornerus. Rom. VIII. 19. Hebr. 2, 7
corpus Christi. Rom. 7, 4
correctio frat. Act. 7, 26
correctio serm. Gal. 3, 4. Eph. 3, 19
correptio. Matth. 12, 2
creatio. Marc. 10, 6. 16, 15. Hebr. 11, 3
Creatur. 1 Petr. 2, 13
crisis. Præf. § 8 sqq. Apoc. procem. n. 2, & cap. 22, 18. 21 &c.
Crusius, D. C. A. Præf. § XIV. p. XXIII not. § XX. p. XXX not. Matth. I. 8. 12. 17, n. VII not., ib. p. 18. I. 23. II. 15. XXIII. 35. XXIV. 29. (p. 171.) XXV. 1. Luc. I. 9. II. 2. III. 23. VII. 30. XIX. 11. XXI. 25. Ioh. VI. 39. Act. V. 37. VII. 4. VIII. 9 Rom. X. 19. 1 Cor. VII. 10. X. 20. 2 Cor. VI. 14. Gal. II. 11. IV. 24. VI. 16. Eph. VI. 12. 2 Thess. II. 12. 2 Tim. III. 8. Hebr. IX. 5. 1 Petr. I. 10. III. 9. 21. 2 Petr. I. 5. II. 4. III 15 1 Ioh. II. 18. Iud. v. 14.; p. 1268. 71. Apoc I. 8. II. 1. IV. 2. VII. 4. X. 1. XIII. 11. XIV. 6. XVII. 3. XIX. 11. XX. 2. 3. 4. XXII. fin.
crux. Matth. 10, 38. crucis horæ &c. Ioh. 19, 14.
cumulatio verborum. Luc. 13, 15
cursus. Act. 13, 25
cyclopae euangeliophori. Iac. 2, 24
Daemoniac. Matth. 17, 21. 1 Cor. X. 20.
daemonium habere, Matth. 11, 18.
daemonologicae obseruationes: Matth. 4, 1. 3. 4. 5. 10. 24. 7, 22. 8, 28. 29. 31. 32. 10, 1. 12, 25. 26. 43. 44. 45. 13, 19. Marc. 1, 23. 24. 26. 3, 28. 5, 3. 7. 8. 10. 15. 6, 13. 7, 25. 30. 9, 22. 25. 26. Luc. 3, 22. 4, 6. 8, 12. 27. 31 10, 18. 19. 11, 22 12, 58. 16, 29. Ioh. 8, 44. 12, 31. 13, 27. 14, 30. 16, 11 Act. 8, 7. 9. 16, 17. 19, 13 19. Rom. 8, 20. 38. 39. 16, 20. &c.
Dammius, C. T. Iac. II. 5. IV. 7
Daniel, propheta. Matth. 24, 5
Dannhauerus. Hebr. 12, 24. § X.
datiuus. Luc. 9, 59. 12, 20. 15, 30. Act. 1, 6. 19, 27. Rom. 4, 12. 8, 24. 1 Thess. 5, 27. 1 Tim. 4, 3. Apoc. 2, 14.
decompositum. Act. 13, 26. 24, 12. 2 Cor. 9, 12. 2 Thess. 2, 1. Tit. 1, 5.
decorum in actione & sermone I. C. & in Scriptura N. T., Præf. § 15. Matth. 3, 15. (not. 4 & 7.) cap. 5, 11. 7, 28. 9, 13. 15, 23. Marc. 14, 8. Luc. 2, 9. 3, 23. 9, 50. 12, 21. Ioh. 4, 6. 11, 15. Act. 2, 8. 14. 9, 9. 2 Cor. 9, 12. Gal. 5, 3. - in vita, Matth. 23, 26.
decretum absolutum. Rom. 11, 6
δεινότης in sermone. Luc. 12, 5. Act. 7, 43. 20, 24. 26, 6. Rom. 2, 5. 3, 19. 1 , 17. Col. 1, 20. 25. 1 Tim. 1, 15.
de Dieu. Act. 15, 17

Deitas I. C. Matth. 11, 10. Luc. 1, 16. Ioh. 1, 1. 5, 17. 8, 17. 19. 10, 30. 34. 17, 5. 20, 28. Rom. 9, 5. 14, 11. 1 Cor. 10, 9. Phil. 2, 6. 1 Theſs. 5, 27. 1 Tim. 3, 16. Hebr. 1, 1 ſqq. 3, 4. 7, 26. 1 Ioh. 4, 2.
deprecatio pro aliis, magna res. 1 Tim. 2, 5
derelictio I. C. in cruce. Matth. 27, 46
deſcenſus ad inferos. Eph. 4, 9. 1 Petr. 3, 19
detorſio, impia. Matth. 27, 47
Deuarius. 2 Cor. 7, 8
DEVS eſt: Hebr. 11, 6. eſt in ſanctis, 1 Cor. 14, 25: eſt Deus *patientiae* &c. Rom. 15, 5. Dei patefactiones, Matth. 3, 17. 17, 5. Act. 17, 24. de Deo, ſermo expreſſus, Matth. 5, 45. vel per ellipſin, Matth. 4, 23. 3 Ioh. v. 7. de *Deo*, de *nobis*, de *proximo*, ſæpe agitur. Matth. 6, 1. 11, 7. *Dei fides* &c. Marc. 11, 22. 1 Petr. 2, 19. *Dei zelus* Rom. 10, 2. *Deo pulcher*, Act. 7, 20. *Solus: Deus*, 1 Tim. 1, 17.
Deylingius, Sal. Hebr. 12, 24. Ap. 13, 1, thes. 7.
diabolus. Ioh. 8, 44. peccator, 1 Ioh. 3, 8. tentator, Matth. 4, 1. ſeductor, Apoc. XX. 3. *diaboli judicium*, 1 Tim. 3, 6. Conf. *daemonol.*
diaconi. Act. 6, 2. Philem. v. 22 not.
diaſyrmus. Ioh. 7, 4
dic lux. Apoc. proœm. n. 3.
dico vobis. Matth. 5, 18. 6, 29. Luc. 13, 3
didactica Chriſti. (conf *triuium.*) Ioh. 8, 20
dies. 1 Cor. 3, 13. Hebr. 10, 25. ille, Matth. 7, 22. propinquus, Matth. 16, 28. 1 Theſs. 4, 15. 2 Theſs. 2, 2 ſq. Hebr. 1, 1. 1 Ioh. 2, 18. *dies Dei*, 2 Petr. 3, 12. *Chriſti*, Ioh. 8, 56. *dominic.* Apoc. 1, 10. dies conuerſionis, Luc. 19, 9.
Dietelmaierus, D. Matth. V. 17
dilatio, periculoſa. Act. 24, 25
diminutiuum. Luc. 12, 32
diſciplina eccl, Iac. 5, 4
diſcipuli. Matth. 10, 1
diſcrepantiae in exeg. Apoc., p. 1269. Ap. XIII. 1. (th. VII.)
diuerſoria. Luc. II. 7
diuide & impera. Act. 23, 6
diuinis de rebus nonniſi modeſte ratiocinandum. Rom. 11, 34. 1 Cor. 12, 18. Eph. 1, 5
diuortium. Matth. 5, 31. 19, 4
Docetae. 1 Ioh. II. 19. III. 2. IV. 2
doctoris falſi character. Act. 20, 30
doctrina pura. Matth. 16, 6
Domitianus. pag. 1268.
dona ſanctificantia & adminiſtrantia. Rom. 12, 4
doxologiae. 1 Tim. 1, 17
dubitatio. Act. 10, 20
duella. Matth. 5, 39
Eccleſia. Matth. 15, 26. 18, 17. Ioh. 4, 42. Act. 5, 11. 6, 3. 8. 1 Cor. 1, 2.
Echo. Matth. 8, 3
ecſtaſis. Act. 10, 10
editiones auctæ & emendatæ. Præf. p. XXVI not.
efficacia verbi diuini. Matth. 7, 29. 8, 7
efficax ſermo. 1 Cor. 15, 3
Ehrenrettung wichtiger Wahrheiten &c. Ap. I. 3. p. 1271.
electi. Matth. 20, 16. 24, 22. Col. 3, 12
electio, praedeſtinatio &c. Matth. 7, 24. 11, 26. Rom. 2, 4. 8, 29. 1 Cor. 1, 27. Eph. 1, 4.
elegantia. Luc. 12, 17. Ioh. 1, 17. 5, 2. 6, 37. Act. 1, 21. 2, 33. 3, 14. 7, 48. 8, 31. 10, 28. 35. 13, 26. 17, 31. 26, 15. 23. 29. 1 Cor. 3, 10. 6, 13. 7, 1. 8, 12. 12, 15. 14, 5. 26. 15, 8. 39. 2 Cor. 1, 23. 3, 18. 4, 11. Gal. 5, 17. 6, 6. Eph. 2, 15. 17. 3, 8. 1 Tim. 5, 4. 23. Iac. 3, 4. 2 Petr. 1, 15.
elementa. Hebr. 5, 12
elenchus, quando opportunus. Ioh. 8, 12. Act. 7, 51. Act. 13, 46.
elephantorum ejulatus. Rom. 8, 22
ellipſis. Marc. 6, 14. 15, 8. Luc. 8, 19. 12, 20. 47. 48. 13, 9. 14, 18. 18, 14. Ioh. 7, 38. Act. 2, 3. 29. 7, 20. 48. 10, 10. 36. Rom. 1, 26. 2, 8. 18. 12, 19. 1 Cor. 15, 25. 39.

25. 39. 2 Cor. 8, 13. Eph. 5, 33. 2 Thess. 2, 3. 1 Tim. 6, 2. Hebr. 6, 8. 1 Ioh. 2, 27. -- imperatiui, Gal. 5, 13. -- optatiui, Phil. 4, 3. 23. -- prædicati, Phil. 2, 1. Eph. 5, 4. -- pronominis, Act. 5, 41. 6, 1. 23, 15. 27, 14. 43. 28, 3.

Elsnerus, Iac. Matth. VIII. 29. XIX. 28

emphasis. Præf. § 14. Luc. 1, 4. 45. 2, 48. 4, 15. 13, 27. Ioh. 5, 36. 42. 6, 37. Act. 15, 18. 22, 25. 1 Cor. 6, 8. 7, 22. 8, 12. 2 Cor. 10, 1. Gal. 3, 10. III. 16. Eph. 2, 14. Phil. I. 23. Col. I. 27. 2 Tim. II. 15. Hebr. IV. 2. 1 Petr. 1, 10. V. 5.

enallage. Ioh. 6, 61. Act. 3, 21. 10, 28. 19, 34. 25, 22. Col. 1, 27. Apoc. 10, 9

encaenia. Matth. XIV. 6

epanalepsis. Ioh. 14, 11. Act. 13, 24. Rom. 8, 1. 1 Cor. 2, 6. 4, 13. 10, 10. Iac. 2, 15

epanodos. Ioh. 14, 17

Ephrem Syr. 1 Cor. XI. 7

epiphonema. Rom. 1, 15. 1 Cor. 6, 20

episcopus. Act. 6, 4. 20, 28. 1 Tim. 3, 1 sq.

epistolica forma in N. T. Rom. 1, 1

epitasis Matth. 18, 19. Act. 7, 5. 10, 30. 39. 17, 27. Rom. 9, 7. 1 Cor. 9, 25. 15, 35. 2 Cor. 3, 6. 5, 8. 8, 3. Phil. 4, 4. Eph. 5, 13. Hebr. 1, 13. 1 Ioh. 4, 16.

epitherapia. Act. 26, 29. 1 Cor. 4, 14. 2 Cor. 10, 17. 12, 1. Phil. 4, 10. 1 Ioh. 5, 18.

epitheti omissio emphatica. 1 Cor. 6, 20. 7, 23

epizeuxis. Luc. 8, 24. 10, 41. Ioh. 1, 52

Ernesti, D. I. A. Procem. p. 3. Præf. § VIII, n. XXII not. § XVI. p. XXIV not. § XVIII. p. XXVII not. Matth. I. 22. IV. 5. V. 17. XIX. 28. XX. 16. XXII. 11. XXIV. 51. XXV. 9. XXVIII. 19. Marc. X. 21. XI. 13. XIII. 32. XVI. 17. Luc. II. 2. 7. 12. 14. III. 36. IV. 2. 19. VII. 45. X. 18. XI. 2. XIII. 35. XVI. 1. Ioh. I. 1. (p. 365 sq.) 29. III. 8. IV. 35. V. 1. VI. 63. VII. 17. 37. VIII. 1 - 11. 44. 56. X. 7. 9. XIV. 2. XVI. 4. XIX. 14. XX. 29. Act. I. 2. 7. II. 2. 27. III. 21. XIII. 32. XV. 20. Rom. I. 17. 19. II. 13. 14. III. 8. 22. 23. IV. 1. VI. 2. 5. VIII. 2. 11. 16. 19. 38. IX. 10. 18. XI. 25 sq. 32. XV. 29. 1 Cor. I. 5. 23. II. 3. 13. III. 13. V. 5. 9. VI. 1. 11. VII. 10. VIII. 1. 3. 7. X. 1. XI. 7. XII. 3. XIV. 6. XV. 19. 2 Cor. I. 1. 12 sq. 22. II. 16. III. 5. 10. 17. V. 2 sq. 5. VI. 14. VIII. 2. IX. 13. XI. 2. 3. XII. 7. 9. 21. Gal. III. 3. 13. 15. 24. 27. IV. 6. 25. 26. V. 11. Eph. I. 1. 5. 10. 21. II. 1. VI. 12. Phil. I. 1. 21. 28. IV. 7. Col. I. 12. 13. 27. II. 14 sqq. 22 sq. IV. 15. 1 Thess. IV. 6. 1 Tim. II. 15. III. 16. 2 Tim. I. 12. II. 7. 19. III. 16. Tit. II. 5. Hebr. *Inscr.*, p. 1045. Hebr. I. 3. 5. 6 sq. 12. 14. III. 2. 13. IV. 2. 9. 12. 14. V. 13. IX. 5. 8. 15 sq. X. 5. XI. 5. 11. XII. 24. (p. 1135). Iac. I. 5. 10. 13. 18. II. 4. 22. IV. 5. 6. 1 Petr. I. 1. 3. II. 8. 15. III. 4. 6. 21. IV. 6. V. 13. 2 Petr. I. 3. 16. II. 1. 1 Ioh. II. 19. V. 6. 16. 20. Apoc. I. 1. p. 1264. 1268 sqq. 6. II. 17 sq. 27. III. 12. IV. 6. VI. 2. XI. 4. XIII. 1, (ad obs. 1.) XXII. 10 & fin.

erroris noxa. Ioh. 8, 44. 46. 9, 41

Esrae liber. Matth. 23, 34

Esseni. Act. IV. 32

ethopoeia. 1 Petr. 3, 3

ethos. Luc. 10, 29. 12, 4. Act. 2, 8. 29. 20, 37. 21, 39. 23, 5. Rom. 6, 17. 7, 25. 9, 14. 12, 16. 1 Cor. 15, 57. 2 Cor. 1, 18. 2, 14. 7, 8. Eph. 4, 1.

etymologia. Matth. XXVIII. 19. Act. I. 25. 2 Tim. II. 15. Iac. I. 13. 1 Petr. III. 21.

euangelicus. Phil. 1, 27

Euangelistae. Matth. *tit.* Eorum harmonia, Præf. § 18. -- cura in recensendo, Ioh. 21, 23

Euangelium. Matth. 4, 23. Marc. 1, 1. Luc. 1, 19. Rom. 2, 16.

euentus, quatenus exspectandus in prophetiis, Ap. 10, 6.

euidentia. Act. 20, 26. 22, 3. 26, 4. Rom. 6, 19

εὐλα-

εὐλάβεια. Marc. 12, 32. Act. 5, 41. Rom. 2, 18. 1 Cor. 10, 19. Gal. 5, 13. 2 Thess. 2, 3
euphemismus. Matth. 8, 11. Luc. 7, 35. 13, 1. Ioh. 2, 25. 17, 19. Act. 2, 39. 10, 25. 28. 15, 21. Rom. 1, 17. 3, 3. 9, 4. 12, 12. 1 Cor. 1, 26. 2 Cor. 7, 7. 12. 1 Thess. 3, 5. 4, 6
Euphrates. Apoc. XVI. 12
Eustathius. 1 Cor. 13, 12
Euthymius. Matth. 6, 13
exaltatio Christi. Phil. 2, 9. Hebr. 2, 5
excidium. Act. 3, 23
exegeseos sacræ ætates. Præf. § 5
exercitium propheticum. Marc. 16, 17 fin.
exinanitio Christi. Phil. 2, 7. Hebr. 2, 9
expressus sermo. Iac. 3, 9
exquisita appellatio. Luc. 1, 3. Ioh. 5, 35 Col. 2, 13.
exultatio. 1 Thess. 5, 24
Faber, D. I. G. 2 Petr. I. 5 sqq.
facilitas sermonis. Gal. 4, 20
familiaritas. 1 Cor. 16, 6. Phil. 3, 13
fanaticismi metus. Ioh I. 13. 2 Cor. V. 17. Gal. III. 27.
Fehre, S. B. Apoc. XXII fin.
festinatio, non semper expedit. Act. 9, 23
festis diebus multum peccatur. Ioh. 8, 4
ficus. Marc. 11, 13
fides. Matth. 8, 10. Luc. 17, 7. Ioh. 12, 16. Iac. 1, 6. conjuncta cum *spe* & *amore*, Act. 24, 14. 1 Cor. 13, 13. Hebr. 10, 22. 1 Petr. 1, 3. salutaris, Matth. 9, 22. miraculosa, Matth. 17, 20. Marc. 16, 17. 1 Cor. 12, 9. extra munus justificationis spectata, 1 Tim. 4, 12. -- implicita & explicita, Ioh. 6, 68. -- cognitione prior, Ioh. 6, 69; exceptis *tardioribus*, Ioh. 10, 38. -- fructus verbi, Luc. 8, 12. -- tardior, celeriorue, Luc. 24, 25. -- est in *intellectu* & in *voluntate*, l. c. -- non defes est, sed agilis, Ioh. 12, 35. -- exoriens & defæcata, Marc. 16, 13. -- omnipotentiam apprehendit, beatius vero misericordiam, Luc. 17, 7. -- amore & cognitione vel prior vel posterior, Ioh. 16, 27. 17, 21. -- historica olim difficilior, Act. 1, 22. -in DEVM & Christum, Rom. 1, 7. -- *quatenus* justificet, Rom. 3, 28. -- Christum attrahit, Rom. 10, 8. -- amplectitur, quæ nondum capimus, Ioh. 12, 16. *Fides Dei* quid? Marc. 11, 22., -- *fides*, Treue, virtus ministri, Matth. 24, 45. Luc. 16, 10
fiducia Christi erga Patrem. Hebr. 2, 13
Filius hominis. Matth. 12, 32. 16, 13
Filius DEI, Iesus, sec. humanitatem. Luc. 1, 32. -- amoris, Col. I. 13.
Flacius. Rom. 7, 18. 10, 2. Hebr. XI. 11
foecunditas sensûs. Rom. 1, 4
foederalis methodus Theol. Matth. 26, 28
Foertschius, D. Rom. XV. 29
fons Græcus N.T. quis? Præf. § 8 mon. 12.
Forbesius. Apoc. 20, 4.
forense verbum. 2 Cor. 2, 6
formularum usus sanctior, Ioh. 20, 19. Act. 15, 23. -- impietatem auget solennitas. Act. 12, 22. Conf. *triuiales* & *prouerbia.*
formula concludendi & excitandi, Eph. 6, 10. declarandi, 1 Tim. 6, 7. abrumpendi, Gal. 6, 17. extenuandi, Ioh. 6, 9. explanandi in summa, 1 Cor. 7, 29. inducendi objectionem, Rom. 3, 1. laudandi, Matth. 25, 21. progrediendi, Phil. 3, 1. reuelandi, 1 Thess. 4, 15. transeundi, Act. 3, 17. interualli, Luc. 4, 24. poetica, Ap. XVI. 12.
fortuita. Luc. 10, 31
Frankius, A. H. Rom. VIII. 19. Philem. v. 1. Hebr. XI. 11. 2 Petr. I. 6.
Franzius. Matth. 5, 45. 1 Thess. 5, 27
fratres Christi. Matth. 25, 40. Ioh. 2, 12. 20, 17. Hebr. 2, 11. *fratres*, titulus Christianorum, Rom. 1, 13.
frequentia verba: in Actis, c. 1, 13. 17. 4, 13; in 1 ad Cor., c. 2, 2. 3, 18; in 2 ad Cor., c. 2, 14; in ep. ad Col., c. 1, 9; in 1 ad Tim., c. 2, 2. 9. 10. 6, 14; in 1 Petr., c. 1, 3. 5. 2, 14.
Freymæurer. 1 Cor. 1, 26

Friſch, I. F. Apoc. I. 1. p. 1271. XXII fin.
Frommannus, D. Act. XIII. 34
fructus. Rom. 1, 13
früh aufgeleſene Früchten. Apoc. 1, 4
fuga, perſecutionis tempore. Act. 12, 17
fundamentalia. Rom. II. 7. 8
futurum. Luc. 7, 43. 12, 42. -- duplex, Act. 11, 28.
futurorum cognitio. Matth. 24, 4
Gabriel. Luc. 1, 9. Apoc. 11, 15
Galanterien. Hebr. 13, 4
Gallia. 2 Tim. 4, 10
ganz. Hebr. 13, 20
Gaſtpredigten. Col. 2, 1
Gatakerus. Matth. 20, 26. 1 Ioh. 3, 9. Rom. 5, 7. 19.
gaudium. Matth. 5, 12. Act. 8, 8. Phil. 1, 4.
Gebhardi. Apoc. 13, 1 (bis,) & c. 20, 2.
gehenna. Matth. 5, 22
genealogia Chriſti. Matth. 1, 1 ſqq. Hebr. 7, 14
genitiuus. 1 Tim. 5, 11. abſolutus, Luc. 8, 20. objecti, Ioh. 12, 31. Rom. 11, 31.
genius linguæ. Rom. XI. 26
gentes quomodo refutarint apoſtoli. Act. 19, 37
Gerberus. Rom. 1, 26
Gerhardus. 1 Petr. I. 1
gloria: ſanctitas. Act. 3, 14 coll. Rom. 5, 2
gnome. 1 Cor. 6, 12
gnoriſmata ſpiritualia. 1 Ioh. 2, 3
Gnoſtici. 1 Ioh. I. 5. II. 3. III. 4
Gœtting. Anzeigen. 1 Ioh. V. 7
Goez, I. M. 1 Ioh. V. 7
gradatio. Act. 7, 35. Rom. 11, 33. 1 Cor. 1, 12. 4, 8. 13, 1. 14, 8. 15, 38. 2 Cor. 4, 4. 6, 16. 7, 2. Col. 1, 9. 1 Theſs. 4, 16. 1 Petr. 1, 10. 2 Petr. 3, 5.
Graecae linguæ obſeruationes, puſillæ interdum, & tamen utiles. Matth. 6, 11. 13, 30. 24, 15. 27. 13, 27. Marc. 1, 34. 6, 8. 7, 1. 14, 19. 15, 34. Luc. 1, 73. 3, 21. 17, 7. Ioh. 1, 15. 7, 34. 17, 2. Act. 13, 18. Rom. 9, 32. 11, 3. 1 Cor. 4, 6. 6, 11. 15. 2 Cor. 7, 8. 12, 13. Eph. 1, 6. Hebr. 13, 2. 1 Petr. 3, 1. 5, 4. 2 Petr. 2, 4. Apoc. 1, 9. 22, 2. Collatio ejus ad Hebræam, Matth. 2, 23. 10, 25. 12, 36. Marc. 3, 27. 15, 34. Ioh. 18, 1. Col. 3, 15. 2 Petr. 2, 15. Apoc. 1, 4 ſeq. Græcorum verborum differentiæ non paucæ notantur in Indice II. Vid. etiam in hoc Indice III *articulus*, *concisa locutio*, *media verba*, *tempus &c.*
grande verbum. Luc. 3, 23. 12, 32. Ioh. 1, 3. Act. 2, 17. 1 Theſs. 4, 16. 1 Tim. 2, 7. 9. 2 Tim. 3, 15. 4, 5. 8. 1 Petr. 2, 11. 2 Petr. 2, 10.
grandis ſermo. Act. 1, 3. Rom. 1, 29. 2, 27. 1 Cor. 6, 1. 2 Cor. 1, 23. 4, 4. 8, 9. Eph. 2, 6. 6, 13. Phil. 2, 9. 3, 7. Iac. 2, 6. 13.
gratia uniuerſalis. Ioh. 1, 29. 12, 47. Rom. 3, 3. Hebr. 10, 29. 1 Ioh. 2, 2.
gratiarum actio. Rom. 14, 6
gratum verbum. Act. 14, 26. 1 Cor. 16, 2
grauis ſermo. Luc. 1, 1. 9, 31. 12, 5. 14, 11. Act. 15, 22. 24. Rom. 1, 26. 1 Cor. 3, 9. 5, 1. 3. 16, 1. 2 Cor. 1, 23. Gal. 1, 6. 18. 3, 2. 16. 1 Petr. 1, 1. 2 Petr. 1, 4. 2, 16.
Gregorius Neocæſarienſis. pag. 364.
Gregorius VII. Apoc. 13, 1
Grieſingerus, G. F. Eph. I. 10. Col. I. 20
Grotius. Apoc. II. 17
guſtus poëticus. Apoc. XVI. 12
de Haas, Gerh. Marc. X. 21. Luc. III. 36
haereſiologia. 1 Tim. 4, 1
haereſis. Act. 24, 14. 1 Cor. 11, 19
haereticus. Tit. 3, 10
Harduinus. Ioh. 18, 20
Harenberg, I. C. Apoc. XXII fin.
harmonia euangelica. Ioh. I. 29. -- animorum, Ioh. XIII. 23.
Harwood, E. 1 Ioh. V. 20
Hauberus, D. Præf. § 9, ad can. 26. § 18. Act. 15, 34. 1 Petr. 3, 17.
Hauptſache der Offenb. Ioh. &c. Ap. XVII. 10 fin.
Hebraei. Exord. Ep. ad Hebr. p. 1045 ſq.
hebraiſmus,

hebraiſmus. Præf. § XIV. p. XXII. Matth. 1, 1. 15, 5. Rom. 1, 17. 5, 14. 9, 8. 10. 11, 25. Apoc. 1, 5. & paſſim in his tribus & ceteris libris N. T., v. gr. Luc. 1, 30. 2, 21. 11, 33. Ioh. X. 9. Act. 10, 36. 1 Cor. VIII. 3. Gal. I. 16. Col. I. 13. 1 Theſs. II. 6. 1 Tim. IV. 3. Hebr. IV. 13. V. 7. 13. 1 Ioh. III. 1 &c.

Hegelmeierus, T. G. Hebr. IX. 15

Heiſſen, Prof. Rom. I. 17

Helleniſtae. Act. 11, 20. Ex. ad Hebr. p. 1045 ſq.

Hellwagius, E. F. Procem. p. 2. Præf. § XX. p. XXXI. Apoc. XXII fin.

hendiadys. Act. 9, 31. 23, 6. Rom. 2, 20. 27. 15, 4. 2 Cor. 8, 2. Col. 1, 26. 2, 8. 1 Tim. 1, 4. 2 Tim. 1, 10. 4, 1.

hermeneuticae obſeruationes. Præf. § 14. Matth. 1, 22. 2, 1. 15. 18. 23. 5, 18. 39. 9, 13. 16, 8. 11. 13. 18, 13. 24, 15. 29. 42. 26, 64. Marc. 1. 2. 7, 1. 13, 32. Luc. 3, 2. 9, 50. 16, 8. Act. 2, 39. 8, 34. Rom. 11, 34. 1 Cor. 3, 19. 7, 25. 9, 17. 2 Cor. 11, 17. 2 Theſs. 2, 3 (pos. 21.) Hebr. 12, 17. 1 Ioh. 2, 18. Apoc. 12, 8 &c.

Herodes. Matth. 2, 1

herorum officium. Eph. 6, 9

Heſterus, I. N. Rom. VIII. 19

Heſychius, corr. Act. 3, 20

Heumannus. 2 Cor. I. 12 ſq. XII. 21. 2 Ioh. v. 1.

Hieronymus. Ioh. 21, 11

Hillerus, Matth. Matth. 2, 23. Ap. 19, 1

Hillerus, Ph. Fr. Ioh. VIII. 56. Hebr. IX. 5

Hippolytus. Apoc. I. 9

hiſtoriae eccleſiaſticæ enucleandæ ſpecimina. Act. 7, 1. Hebr. 11, 2

Hobbeſius. Rom. 1, 21

Hochſtetterus, A. A. Hebr. 12, 24. § XII. p. 1135.

Hofmannus, C. G. Præf. § 9. Ioh. 9, 14. Hebr. I. Iac. I 1. 1 Petr. I. 1.

homicidium. Act. 28, 4

homiletica. vid. *paſtoral.*

homiliarum fructus quomodo colligendus. Luc. 11, 27. Act. 2, 37.

hominis partes duæ. Matth. 10, 28

hora ultima. 1 Ioh. 2, 18

horae veterum. Marc. 15, 25

hoſpitalitas. – 1 Tim. III. 8. Hebr. 13, 2

hoſtien. Ioh. 6, 31

hoſtium amor. Matth. 5, 44. hoſtium veritatis iniquitas, Act. 5, 28.

humano more. Philem. v. 15

humilis corde Ieſus. Matth. 11, 29. 12, 6

humilitas. 1 Cor. 3, 5. 4, 9. 13, 11

hypallage. Matth. 10, 15. Iac. II. 4. 2, 17. 3, 4. Hebr. 9, 23.

hyperbaton. Marc. 9, 20. 16, 1

hypocriſis. Matth. 6, 2. 16, 3. 6. 23, 13. 16, 6. 21, 16. 24, 51. Marc. 7, 6. Luc. 12, 1. 56.

hypothetica locutio. 1 Cor. 4, 3

hypotypoſis. 1 Cor. 11, 13. 2 Cor. 4, 14

Iacobus & Paulus. Gal. 2, 9. Iac. 2, 14. 4, 5

ichthyologia. Ioh. 21, 11

idololatrae. Act. 7, 41. 17, 29

jejunium. Matth. 6, 16

Ieniſch, Ioſ. Marc. XVI. 17 (p. 246 fin.)

Ieruſalem. Luc. 21, 24. Gal. IV. 26. Ap. 21, 2.

Ieſus eſt Chriſtus. Matth. 1, 1. 16 ſq. 22. Ieſu nomen, Matth. 1, 21. *Chriſtus Ieſus* (præmiſſo cognomine,) Rom. 15, 8. Gal. 2, 16. Majeſtas ejus & gloria, pag. 67. 1049. Conf. *methodus*, *preces*, *triuium*, *vita.*

ignis. Matth. 3, 10 ſqq. 1 Cor. III. 13

illuminatio. Matth. 16, 17. Hebr. 6, 4

imago Dei. Col. 3, 10. 1 Cor. 11, 7

Immanuel. Matth. I. 22

imperatiuus. Ioh. 2, 19. Gal. 3, 7. – poſt imperatiuum, Ioh. 7, 37. Col. 3, 15. – includens futurum indicatiui, Ioh. 1, 47. Gal. 6, 2.

imperſonalis ſermo. Luc. 9, 28. 12, 5. 1 Cor. 16, 12.

importunitas naturalis. Act. 17, 4
imputatio immediata. Rom. 5, 14
inchoatiua verborum vis. Matth. 1, 5
incrementum boni & mali. Matth. 13, 7. 30. Marc. 4, 19. Apoc. XIV. 15. 18. -- sermonis, 1 Cor. 3, 3. 15, 9. Phil. 3, 8.
indefinitus sermo. Rom. 7, 7
indicatiuus. Luc. 1, 28. Act. 6, 3
indifferentismus. Act. 10, 35. 2 Cor. 11, 13
indiuiduorum cura. Matth. 18, 5. Ioh. 17, 12. Act. 20, 31. Conf. *prouidentia*.
infidelitas fluctuat. Rom. 10, 6
infinitiuus, pro imperatiuo, Luc. 9, 3. Phil. 3, 16. loco nominis, Phil. 3, 21. -- moratus, Rom. 12, 15. Apoc. 10, 9.
infirmitas. Rom. 5, 6
initium sermonis. Act. 7, 48. 1 Cor. 16, 1
injustitia innoxia. Luc. 16, 8
insigne verbum. Act. 11, 26. 17, 4. 2 Cor. 3, 16. Col. 2, 12. 13. 3, 15. Gal. 1, 16. 1 Thess. 3, 6.
inspiratio verborum. Matth. 10, 19. 16, 13. Ioh. 4, 26. 14, 26. 21, 23. Conf. *theopneustia*.
interpunctio emendata. 2 Cor. 13, 5. Hebr. 2, 9.
interrogatio. Act. 7, 1
interrogationis utilitas. Ioh. 16, 30. -- nimietas, Luc. 10, 29. -- vis erga contumaces, Luc. 20, 68. interrogatio *desultoria*, non semper reprehendenda, Io. 4, 20
inuisibilia. Matth. 17, 3. Eph. I. 21. eorum habita in Apocalypsi ratio. Ap. 6, 9. XVI. 12.
Iohannes, baptista. Matth. 14, 2. apostolus, scripsit euangelium, Ioh. 21, 2. quibus, c. 10, 22. quo stilo, c. 20, 20. nomen ejus, c. 13, 23. -- discipulus prædilectus, c. XIII. 23 not. quando & qua lingua scripserit euangelium & epistolas, Ioh. 1, 1. 5, 2. 11, 16. 19, 23. 21, 19. 1 Ioh. 2, 22. & apocalypsin, Apoc. 1, 9 &c.
Iojada. Matth. XXIII. 35
Ionas, Iust. pag. 499.
Iosephus, quando obierit. Ioh. 2, 12
jota. Matth. 5, 18
ira. Rom. 1, 18. 2, 9
Irenaeus. Apoc. 13, 18
ironia, decens & suavis. Ioh. 9, 27. - Christo non usurpata, Ioh. 7, 27.
Israël. Apoc. 7, 4. ejus conuersio, Matth. 23, 39 Rom. 11, 25. ad eam utilis epistola ad Hebræos, Hebr. 2, 11. -- non metaphorice sumendus, Gal. VI. 16.
iteratio. Ioh. 5, 36
Ittigius. pag. 457. 1133.
jucunda verba. Luc. 1, 7
Iudaeorum nomen. Matth. 2, 2. elenchus contra eos. Matth. 1, 22 seq.
judaismus. Rom. II. 16. X. 4. Hebr. II. 4. Ap. I. 1. pag. 1267 sq.
Iudas. Iud. v. 5. Iudas Iscariotes, num interfuerit cœnæ Dominicæ? Matth. 26, 26. Marc. 14, 23. Luc. XXII. 21.
judicium. Matth. 12, 41
juramentum. Matth. 5, 33. Hebr. 6, 16
juris remedia, in caussa Dei adhibenda. Act. 24, 11
jus forense. Matth. 18, 16
justificatio. Rom. 3, 20. 28. Iac. 2, 21. justificatio Christi, 1 Tim. 3, 16.
justitia. Matth. 5, 2. 6. 20. 6, 1. *justitia DEI*, Rom. 1, 17. 3, 20.
Iustus, Christus. Act. 22, 14
Kainan. Luc. 3, 36
κατ' ἄνθρωπον. Marc. 13, 14
van der *Kemp*. Act. X. 1
kennen lernen. 1 Ioh. 4, 14
Kiefer, I. N. 1 Ioh. V. 7
Koenigsmann. Matth. XI. 11
Kohlreiffius. pag. 258.
Kopf hængen. Iac. IV. 9
Korb, *pagus*. Act. 20, 15
Kornmannus. Matth. 23, 35
Korte. Ioh. XIX. 1. Ap. XI. 8
Kusterus. Apoc. 2, 14
Kypke. Act. XIII. 11
Kyria, nomen propr. 2 Ioh. v. 1

La-

Lacrumae. Matth. 26, 75. Ioh. 11, 31. Act. 20, 19. 37. 2 Tim. 1, 4.
laeta verba. 1 Thess. 3, 8. 2 Tim. 4, 8. Iac. 4, 7. 8.
Lambertus. Apoc. 17, 11
Lamius. Præf. § 12. Ap. 1, 4
Lampius. Apoc. 1, 2
Langius, Ioach. Præf. § 20 &c.
Lardnerus. Eph. V. 19
latinitas auctoris. Præf. § XXIII.
latronis crux. Luc. 23, 40
lebbilder. Apoc. 4, 6
lectio scripturæ. 1 Thess. 5, 27
lectulus, conuersioni aptus. Act. 9, 9. -minus, quam crux, Luc. 23, 40.
legio. Apoc. 13, 18
legis cerim. finiendæ præludium. Luc. 1, 22
lenis sermo. Act. 17, 23. 19, 40. 2 Cor. 2, 10. Philem. v. 15. 18.
Leui, Matthæus. Luc. IX. 9
lex. Act. 15, 5. Gal. 2, 16. -- naturalis, Rom. 2, 14.
lexica. Præf. §. XIV fin. 1 Petr. III. 21
libri mali & boni. Matth. 21, 42. Act. 19, 19. Ap. 5, 11.
liberorum officium. Eph. 6, 1
libertas. Ioh. 8, 32. Act. 17, 27
Lightfoot. Præf. § 18. Apoc. 13, 18
Lilienthalius. Præf. § 8. Apoc. 1, 4
linguae nouae. Marc. 16, 17
litotes. Ioh. 6, 37. Act. 17, 27 26, 19. Rom. 10, 2. 1 Tim. 2, 12. Philem. v. 11.
loci theologici. Matth. 23, 23
Lockius. Matth. 16, 16. Rom. I. 17
Loeberus, D. Præf. § XVIII. p. XXVII. Ioh. V. 1.
Loeflerus Matth. 19, 30
Lorenz, D. Luc. XIII. 35. Rom. XI. 25. Gal. I. 16.
Lucas. Act. 16, 10
lucrum spirituale. Matth. 18, 15. Act. 16, 15
luctus. Ioh. 11, 31
Lüdecke, C. W. Matth. VI. 30
Lüderwald, D. I. B. 1 Ioh. V. 7
lusus ingenii. Præf. § XXII. Matth. XVII. 3. Ioh. III. 8.
Lutherus. Act. 13, 25. Rom. VIII. 19. 1 Petr. 3, 20. Apoc. XIV. 6.
Lyttleton. Act. IX. 5
Macarius. Matth. 27, 50
macrocosmus & *microcosmus.* Iac. 3, 5 sq.
magi. Matth. 2, 1. magia, Act. 8, 9. 19, 19. 2 Tim. III. 8. Conf. *daemonol.*
magistratus. Matth. 18, 16. 24, 6. 25, 24. Marc. 8, 15. Luc. 16, 9. Act. 4, 19. 12, 3. 13, 6. 18, 14. 26, 16. Rom. 13, 1 seqq.
magnificae locutiones. Luc. 2, 11. 13. 7, 21. 13, 32. Act. 3, 14. 7, 8. 13, 48. 1 Thess. 2, 12
Mahomed. Luc. I. 5
Maichelius. Eph. 4, 14
Macknight. 2 Cor. VIII. 18
mansuetudo. Eph. 4, 2
manu laborauere apostoli. Io. 21, 3. Act. 28, 3
manuum impositio. Matth. 19, 15. Act. 13, 3. 1 Tim. 5, 22. Hebr. 6, 1. Iac. 5, 14
manuscripti codices N. T. 1 Ioh. 5, 7 s. Ap. 1, 4
Marcus, nonnulla solus memorat. Marc. 1, 13. quando scripserit, c. 5, 37. stilus ejus, c. 1, 16. 21. 4, 35. 13, 26. -- Petri interpres, Matth. XVI. 18. 2 Petr. I. 15. -- non epitomator Matthæi, Marc. 13, 9
Maria: Act. 1, 14. an sine labe, Matth. 12, 46. Marc. 3, 31. Rom. 5, 15. ejus nomen, Matth. 1, 20. cultus, Matth. 2, 11. Luc. 1, 43.
Maschius. Ioh. I. 1. (p. 365 sq.) 14.
Mastrichtius. Præf. § 9.
matrimoniales causæ. Matth. 14, 4
Matthaeus, qua lingua scripserit. Matth. *tit.* & c. 21, 23. ubi? c. 9, 26. quo candore, c. 8, 25. 10, 2. 3. 15, 15. 17, 1. 16. 20, 24. quando? c. 27, 8.
maturitas exspectanda. Act. 7, 23
Mediator. Matth. 4, 2. 14, 23
media verba. Matth. 3, 6. 6, 17. Luc. 2, 5. 5, 15. 15, 6. Ioh. 5, 25. Act. 3, 2. 17, 25. 20, 26.

20, 26. Gal. 5, 18. 6, 7. Col. 2, 20. 2 Thess. 1, 7. 2, 7. 1 Tim. 4, 10. 2 Tim. 3, 13
medici. 1 Cor. 2, 9
mediocritas. Iac. 1, 26
μείωσις. Luc. 12, 4. Act. 19, 19. 20, 29. 22, 18. Rom. 1, 28. 5, 5. 14, 15. 1 Cor. 11, 22. Gal. 4, 12. 1 Petr. 4, 3.
Melanchthon. Rom. VIII. 19
memoria, fidem iuuat. Ioh. 2, 22
mendacium. Ioh. 8, 24
Messiae character. Ioh. 7, 15
messis. Ioh. 4, 35
metalepsis. Act. 20, 25. 1 Cor. 8, 3. 1 Ioh. 5, 7.
metaphora. 1 Cor. 3, 13. 2 Cor. 5, 1. Eph. 4, 14. 1 Tim. 1, 8. 2 Tim. 4, 7. -- cumulata, 1 Tim. 6, 19.
metempsychosis. Ioh. IX. 2
methodus l. C. Matth. 7, 22. 8, 7. 11, 1. 13, 3. 16, 21. 19, 1. 17. 26. 21, 24. 26, 1. Marc. 10, 1. 21. 13, 5. Luc. 4, 16. 23. 9, 61. 10, 1. 21. 23. 34. 11, 22. 12, 1. 13, 32. Ioh. 2, 11. 4, 7. 6, 44. 8, 12. 20. 32. 9, 4. 37. 11, 4. 7. 23. 26. 12, 35. 13, 34. 14, 1. 16, 4. 5. 21, 28. -- apostolica de iustific. Rom. 6, 18. -- gnomonica, Praef. § XVI. p. XXIV.
metonymia antecedentis & consequ. Luc. 4, 23. Ioh. 7, 49. Act. 12, 4. 13, 46. 15, 10. 27, 13. Rom. 2, 21. 15, 1. 1 Cor. 16, 18. 2 Cor. 11, 10. Gal. 2, 10. 3, 17. 5, 2. Phil. 3, 2. Col. 2, 16. 1 Thess. 5, 12. 1 Tim. 1, 12. 5, 4. 6, 12. 2 Tim. 4, 8.
metonymia. Luc. 1, 35. 13, 2. Ioh. 3, 27. Act. 27, 9. 12. 1 Cor. 13, 4. 2 Cor. 9, 9. Eph. 5, 13. 1 Thess. 5, 19.
metropoles cepit euangelium. Act. 10, 1. 23, 11. Rom. 1, 8.
Michaël. Iud. v. 9. Apoc. 12, 7
Michaëlis, Ioh. 2 Cor. XII. 9. Gal. II. 17. Hebr. XI. 11.
Michaëlis, I. D. Praef. § VIII not. ib. n. XXII not. § X not. Procem. ad Matth. p. 3 not. Matth. c. I. 23. 25. V. 22. VI. 7. X. 3. XII. 49. XVI. 18. XX. 21. XXI. 32. XXIII. 35. XXVI. 64. XXVII. 16. Marc. I. 1. 12. 13. IV. 35. XII. 26. Luc. I. 1. 3. 27. XXIV. 21. Ioh. I. 1. V. 35. VII. 8. 35. VIII. 1-11. XIII. 23. XIV. 16. XIX. 27. XXI. 19. Act. IV. 32. XV. 1. XVI. 12. XVII. 1. XVIII. 25. XX. 20. Rom. I. 11. VIII. 2. IX. 5. X. 6. 1 Cor. I. 2. 5. 15. II. 1. V. 7. 9. XI. 5. XIV. 27. 37. XVI. 5. 2 Cor. III. 14. VIII. 18. 23. XIII. 3. Gal. I. 2. 19. II. 5. III. 2. 22. IV. 25. 26. V. 11. Eph. I. 1. III. 4. 10. V. 19. Phil. IV. 2. Col. I. 2. II. 1. IV. 7 sq. 11. 16. 1 Thess. I. 9. 2 Thess. II. 2. 1 Tim. III. 2. 8. 2 Tim. IV. 12. Tit. III. 12. Philem. v. 19. 23. Hebr., *Inscr.* p. 1045 ss. Hebr. c. I. 6. II. 3. X. 5. XI. 5. Iac. I. 1. II. 1. 19. IV. 5. V. 1. 1 Petr. I. 1. 3. 18. II. 15. III. 6. V. 12. 13. 2 Petr. I. 1. 5. 15. II. 10. III. 1. 10. 1 Ioh. I. 5. II. 3. 14. 18. III. 2. 4. 10. IV. 2. V. 1. 7 sq. 6. 2 Ioh. v. 10. 3 Ioh. v. 7. 10. 12.; p. 1268. Apoc. I. 1. 9. II. 13. XVI. 12. XX. 4. XXI. 19. 21. XXII fin.
Michaëlis, C. G., Nov. Test. Praef. § XVIII. p. XXVIII. p. XXX. Apoc. XXII fin.
millennium, num sabbatismus? Hebr. IV. 9
Millius. Apoc. 2, 3. 14. 6, 1
mimesis. Marc. 14, 9. Act. 4, 3. 22, 3. Rom. 13, 2. 14, 13. 1 Cor. 4, 9. 15, 32. 2 Cor. 3, 5. 4, 4. 10, 1. Gal. 1, 14. 6, 2. 4. 2 Tim. 2, 16. 1 Petr. 5, 3.
minima curat Deus. Matth. 5, 26. 10, 30. 12, 36. 23, 23 sq. vid. *prouidentia.*
minister, debet orare. Luc. 14, 21. Act. 8, 15. ministerii necessitas, Act. 9, 6. Conf. *pastoral.* ministrorum solatium, Matth. 3, 12. 10, 13. Luc. 4, 26. 19, 40. Ioh. 10, 40
ministri, non sunt epistolarum obiectum. Phil. I. 1
miracula. Matth. 4, 23. 8, 3. 16, 32. 9, 24. 11, 4. 12, 40. 13, 58. 16, 1. 17, 27. Marc. 14, 13. XVI. 17.

miseri-

miseri:ordia. Marc. 6, 34. 1 Tim. 1, 2
missa. Hebr. 10, 12. 13, 15
missionis fundamentum. Ioh. 17, 18. 20, 21
missiones. Apoc. 14, 8
mitigantia verba. 1 Cor. 4, 3. 2 Cor. 5, 1. 11, 1. Philem. v. 12. 14. 1 Petr. 3, 1.
modalis sermo. Act. 3, 23. Col. 4, 13. 1 Thess. 2, 13. 1 Tim. 1, 12. 2 Tim. 1, 16. 2, 7.
modestia & *liberalitas* sermonis. Ioh. 3, 27. Act. 27, 22. 1 Cor. 4, 8. 16, 6. 2 Cor. 1, 21. 2, 10. 16. 4, 11. 12, 12. Eph. 3, 4. 8. Iac. 4, 15.
modus, in agendo. Ioh. 18, 22
modus, indicatiuus &c. Ioh. 5, 39. 10, 16 1 Cor. 11, 26. 15, 49. Hebr. 12, 28. Iac. 4, 13. 1 Ioh. 4, 19. Apoc. 10, 9.
Moldenhauerus. Matth. XX. 16. Rom. I. 17. V. 7. VI. 2. IX. 18. 1 Cor. VI. 11. VII. 10. XI. 7. XIV. 6. XV. 24. 2 Cor. II. 16. Gal. III. 3. Eph. I. 21. II. 2. Col. II. 9. 2 Tim. III. 16.
molliores locutiones. 1 Cor. 11, 18. 12, 23. 2 Cor. 6, 14. Gal. 4, 20. 6, 18. Phil. 2, 27
moneta vetus. Matth. 17, 24. 18, 24. Marc. 6, 37. Act. 19, 19.
moratus sermo. Præf. § 15. Act. 5, 34. 17, 23. morata enallage, Act. 25, 22. 1 Petr. 3, 1. -- interrogatio, Iac. 2, 20. -- particula, Act. 5, 39. 1 Cor. 6, 7. 15, 1. 2 Cor. 3, 1.
mors Christi. Ioh. 10, 18. mors fidelium, Ioh. 11, 6. mortem violentam quid mitiget, Act. 7, 55. status post mortem, Matth. 7, 22. 14, 2. Luc. 16, 29. Rom. 14, 9. Phil. 1, 23. 1 Petr. 3, 19.
mors æterna non dicitur. Rom. 5, 21. 6, 21
mortui. Apoc. 11, 18
Morus. Apoc. 7, 4
Moschius. Ioh. 10, 7. 2 Cor. V. 2 f.
Moses, scriptor Pentateuchi. Marc. 10, 5. 21, 19. testatus est de Christo, Ioh. 4, 25. Christi typus, Act. 3, 22.
Moshemius. Apoc. procem. n. 3.
mundi duratio. Hebr. 9, 26
mundities. 1 Tim. 3, 2
mysteria. Matth. 13, 11. Rom. 11, 25
mysticismus. 2 Cor. V. 17
mythologia. Rom. 1, 25
Nathanaël, forte Barthol. Ioh. 1, 46
natiuitas Christi. Matth. 1, 18
natura humana, pro diuina. Rom. 1, 4
natura & gratia. Ioh. 15, 4
negatio geminata. Act. 19, 40
neruosa sententia. 1 Cor. 11, 24
neutralitas. Matth. 12, 30
neutrum genus. Luc. 1, 35. -- nomen, Luc. 12, 47. Act. 19, 40. -- verbum, Act. 9, 19. 11, 26. 18, 18. 26, 18.
Newtonus. Hebr. 12, 26. Apoc. 1, 10. 13, 1: thes. 10, obs. 15. Apoc. I. 1. p. 1266.
Nicopolis. Tit. III. 12
Noachi 7 præcepta. Rom. 5, 14. obs. 5.
nomen, loco pronominis. Matth. 12, 26. Luc. 11, 17. Act. 3, 16. Eph. 4, 16. 2 Tim. 1, 18.
nomina propria, veritatis arg. Marc. 5, 22
nominatiuus. Matth. 12, 36. 2 Cor. 8, 23. Eph. 4, 2. -- loco pronominis, Act. 3, 16. -- cum accusativo subaudiendus, Act. 8, 7
nouellae. Matth. 24, 7
nouissima. vid. *ultima.*
nouum Testamentum. Hebr. 8, 13. initium ejus, Hebr. 9, 15. vid. *Testamentum.*
numerus, i. e. tempora. Apoc. 13, 18. numeri præcise accipiendi. Apoc. 7, 5.
Obedientia actiua. Rom. 5, 19 sq.
obitus beati exempla. Ioh. 12, 30
obsessio. Marc. 9, 18. Act. 8, 7. 16, 17. Conf. *daemonol.*
obsignatio. Eph. 1, 13
occasione utendum. Matth. 25, 40. Act. 2, 14. 8, 30. 17, 2. 21, 37. 24, 14.
occupatio. Act. 2, 23. 10, 22. 14, 16. 1 Cor. 10, 19. 14, 35. 16, 2. Hebr. 1, 1. 3. Iac. 3, 17.
oeconomia diuina, Ioh. 4, 4. 34. 16, 14. -- triplex,

plex, Rom. 5, 14. -- trium Testium, Ioh. 16, 14.
oeconomus Dei, non machina. Tit. 1, 7
oecumenicus. Ap. 13, 1. thes. 7
Oederus. Ap. XXII fin.
Oetingerus. 1 Cor. III. 13. Ap. I. 4
officia erga Deum, nos & proximum. Matth. 6, 1
ohne werden. 1 Petr. 2, 24
olivieti mons. Act. 1, 12
omnipotentia & *omniscientia* Christi. Ioh. XX. 31. XXI. 17.
opera bona. Eph. 2, 10. 1 Tim 2, 10
opificium. Act. 18, 3
opinionum varietas. Matth. 16, 14. Marc. 6, 15. Apoc XIII 1 (thes. VII.)
opportuna verba. Act. 22, 4. 14, 16. 1 Cor. 14, 35. 16, 2. Hebr. 1, 1. 3. Iac. 3, 17.
orbiculares panes. Ioh. 6, 31
ordo verborum. Præf. § XV. p. XXIV. Matth. 10, 2. 33. 24, 33. Marc. 3, 31. 13, 26. Luc. 9, 28. 11, 8. 36. 12, 22. Ioh. 5, 2. 8, 21. 45. 12, 26. 14, 1. 2. 17, 16. 20, 6. Act. 1, 7. Rom. 2, 14. 15, 8. 2 Cor. 4, 10 f. Col. 3, 12. Hebr. 2, 10. 14. 12, 24 fin. Iac. 2, 18. 1 Ioh. 3, 20 sq. & passim.
origines: ad eas recurrendum. Matth. 19, 4
orthodoxia. Matth. 16, 6. Rom. 2, 20. orthodoxus. Matth. 7, 16.
osculum sanctum. Rom. 16, 16
Osiander, Luc. 1 Petr. 3, 20. -- I. A., Ap. 22, 21. Matth. 6, 16.
oxymoron. Luc. 2, 34. Act. 5, 41. Rom. 1, 20. 4, 18 1 Cor. 9, 17. 2 Cor. 4, 11. 17. 8, 2. 11, 30. Gal. 6, 14. 1 Thess. 4, 11. 1 Tim. 6, 19.
Paedagogicus vultus. Gal. III. 24
paedobaptismus. Act 16, 15
parabolae Matth. 9, 15. 13, 3. XXII. 11.
paradoxon. Rom. 3, 26. 5, 14. 7, 13. Col. 1, 27. 4, 3.
parallela loca non semper postulanda. 1 Petr. 3, 19
paregmenon. Rom. 2, 1. 1 Ioh. 3, 20
παρέλκον. Luc. 12, 37. 18, 5. Ioh. 6, 15. Act. 16, 3. Rom. 15, 24.
parentheses. Act. 1, 15. 2, 8. Rom. 1, 2. 1 Tim. 5, 23.
paronomasia. 1 Cor. 11, 17. Eph. 5, 4. Phil. 3, 2. 1 Tim. 6, 9.
parrhesia. 1 Cor. 15, 34
participatio peccatorum. Matth. 23, 36
participium. Ioh. 1, 18. 3, 13. Col. 2, 2. 1 Tim. 6, 5. 2 Tim. 3, 15. Hebr. 1, 3. loco aduerbii, Act. 10, 37. pro indicatiuo, Phil. 1, 23.
particularum ἦθος. Act 5, 39. Rom. 1, 10. 8, 32.
particula declarandi, 2 Tim. 1, 3. excitandi, Act. 15, 36. intensiua, 1 Thess. 1, 8. prouocandi ad experientiam, 1 Tim. 5, 15. Conf. *formula.*
particularismus Iudaicus. Rom. 9, 6
pascha passionale. Matth. 26, 18
passio I. C. Ioh. 10, 17
pastorales obseruationes. Matth. 3, 6. 12. 4, 23. 5, 1. 13. 19. 22. 7, 5. 6. 16. 22. 27. 8, 7. 18. 19. 10, 8. 11. 13. 14. 18. 19. 28. 12, 5. 30. 13, 19. 20 f. 57. 14, 4. 22. 30. 15, 26. 16, 6. 8. 13. 20 f. 17, 27. 18, 12. 14. 15. 17. 19, 16. 17. 21. 26. 29. 20, 1. 21, 14. 22, 16. 23, 34. 24, 45. 25, 15. 25. 40. 27, 24. 28, 8. Marc. 3, 4. 5. 4, 9. 14. 19. 28. 6, 20. 31. 34. 7, 14. 8, 38. 9, 39. 10, 23. 12, 38. 4. 13, 35. Luc. 1, 80. 2, v. ult. 3, 19. 23. 4, 23. 26. 5, 1. 8. 16. 9, 45. 10, 5. 7. 26. 11, 1. 27. 12, 13. 54. 13, 32. 14, 7. 21. 35. 15, 4. 15. 16, 1. 10. 17, 7. 10. 21. 19, 40. 20, 14. 17. 39. 21, 31. 68. 23, 40. 24, 17. Ioh. 1, 6. 52. 2, 11. 3, 31. 4, 10. 20. 37. 5, 35. 6, 5. 27. 44. 60. 64. 7, 7. 34. 8, 12. 20. 32. 9, 3. 10, 32. 11, 26. 12, 30. 43. 48. 13, 20. 16, 30. 17, 3. 12. 18. 18, 16. 19. 37. 20, 21. 21, 7. 15. Act. 1, 17. 24. 2, 14. 37. 40. 4, 8. 16. 6, 2. 4. 7, 27. 32. 51. 8, 2. 15. 21. 22. 30. 35. 37. 9, 6. 23. 10, 38.

10, 38. 44. 11, 26. 12, 17. 13, 2. 25. 46. 14, 9. 15, 5. 9. 32. 37. 16, 6. 15. 31. 17, 2. 18, 1. 5. 6. 11. 24. 26. 19, 9. 17. 18. 21. 27. 20, 7. 19. 20. 21. 27. 29. 30. 32. 21, 29. 22, 10. 24, 25. 25, 11. 26, 2. 25. 27, 24. &c.

Pater. Matth. 6, 4. 9. Ioh. 14, 2. 17, 1. patrum officium. Eph. 6, 4.

πάθη & *πάθη.* Act. 21, 39. 2 Tim. 1, 18.

patientia. Luc. 8, 15

Patmos, insula. Apoc. I. 9

Pauli nomen. Act. 13, 9. apostolatus, c. 26, 17. ardor, c. 19, 21. character, Gal. 2, 9. epistolæ, 2 Petr. 3, 15 sq. Sæpe solus stetit, Act. 17, 16.

pauperum cura. Act. 11, 30

pax. Rom. 1, 7. Phil. IV. 7

peccandi periculum. Matth. 18, 28

peccatum. Marc. 7, 22. Ioh. 8, 21. 16, 9. Act. 5, 2. 3. 4. 7, 35. 10, 14. Rom. 3, 13. 7, 4. 15. 23. 1 Ioh. 2, 1. clamans, Matth. 2, 16. originale, Matth. 7, 11. 15, 11. Rom. 3, 10. 5, 12. 7, 7. 18. peccata piorum quoque, patebunt, 2 Cor. 5, 10.

pecunia, facile scandalum parit. Matth. 17, 27

pedantismus. Act. 26, 24

pedilauium. Ioh. 13, 14

Pelagius. 1 Cor. 3, 5. 11, 27

pentecoste. Ioh. 5, 1

peregrinationes religiosæ. Ioh. 4, 21

perfectio. Matth. 19, 21. Luc. 11, 36

periodi septem ecclesiæ. Ap. 2, 1. 5, 1.

periphrasis. 1 Thess. 4, 5. Iac. 3, 7

Persen. Apoc. XXI. 19

persecutio. Matth. 5, 10. persecutionum auctores, Act. 17, 5. 24, 19. usus, Marc. 13, 10.

perspicuitas promiscua. Ioh. 8, 20. Rom. 6, 19

Petrismus. pag. 988

Petrus. Matth. 16, 18. primus apostolorum, Matth. 10, 2. Marc. 1, 36. Luc. 9, 32. 22, 31. Act. 1, 13. 8, 14. 23, 11. Gal. 2, 9. Romæne fuerit? ibid. & Ioh. 21, 16. Rom. 1, 11. quas locutiones domesticas quasi habeat, 1 Petr. I. 3.

Pezoldus, C. F. Eph. III. 1. 10

Pfaffius. Præf. § 9, can. 22. Rom. 10, 21. Ap. 13, 1: thes. VII. & pag. 1133. 1135.

Pfeiffer, D. I. E. 1 Ioh. V. 7

phialae. Ap. 5, 1. 16, 1

philautia. Luc. 10, 20. Rom. 2, 1

philologia orientalis. Apoc. XXI. 19

philosophorum vitium. Act. 18, 1. Phil. 1, 9

Phlegontis eclipsis. Matth. 27, 45

physiognomia. Act. 7, 20

pietista. 1 Tim. 2, 2

piscium genera. Ioh. 21, 11

planetae. Iud. v. 13

pleonasmus sublatus. Matth. 6, 26. Phil. 1, 23. 1 Cor. VI. 1.

ploce. Matth. 5, 45. 19, 4. Luc. 11, 36. Ioh. 3, 31. 10, 13. 12, 27. 19, 22. Rom. 6, 19. 7, 13. 8, 3. 9, 6. 15. 31. 12, 7 sq. 1 Cor. 16, 5. 2 Cor. 9, 5. Eph. 4, 15. 1 Thess. 5, 7. 1 Tim. 5, 3. Iac. 4, 11.

pluralis. Luc. 2, 31. 12, 33. 13, 15. Act. 4, 27. 5, 14. 13, 34. 28, 8. 1 Cor. 10, 11. 2 Cor. 5, 11. 9, 6. Gal. 5, 19. 1 Tim. 2, 1. 6, 15.

plusquamperfectum. Ioh. 4, 10

poenitentia. Luc. 5, 32. 15, 17 sqq. 18, 13. 23, 41. Act. 11, 18. lætum donum, Act. 5, 31. necessarium, Luc. 16, 30. fructus ejus, Luc. 3, 11.

Polus. Phil. 1, 28

Polycrates. Apoc. 2, 1

polygamia. 1 Cor. 7, 2. 1 Tim. 3, 2

polyptoton. 1 Cor. 2, 11. 15, 23

polysyndeton. Iac. 4, 13

Porphyrius. Marc. I. 2. Ioh. VII. 8

postumus fructus muneris. Ioh. 10, 40

potentes mundi. Luc. 22, 8

praecepta Noachica. Rom. 5, 14

praeceptum nouum. Ioh. 13, 34

praecisio. 1 Cor. 11, 16. Iac. 4, 17

praedestinatio. Act. 13, 48. Rom. 8, 29

praegnans locutio. 1 Cor. 15, 26. 2 Petr. 3, 4

praejudicium. Marc. 7, 14. Ioh. 8, 32
praejudicia judaica. Ioh. 7, 27
praescientia diuina. Act. 15, 18
praesens. Luc. 1, 34. 7, 9. 12, 49. 13, 28. 30. Ioh. 1, 5. Act. 15, 17. 1 Thess. 5, 2. absolutum, Act. 25, 11. includit praeteritum, Luc. 15, 29. 31. &c. Ioh. 8, 58.
praesentia, potior literis. Rom. 1, 11
praeteritum. Ioh. 1, 3. Rom. 3, 23. 1 Tim. 4, 10
preces I. C. Matth. 14, 23. Luc. 3, 21. 6, 12. ministrorum, Luc. 11, 1. 14, 21. Act. 6, 4. fidelium, &c. Matth. 6, 7. 8. 9. 7, 7. 11. 8, 31. 34. 9, 38. 11, 25. 18, 19. 21, 13. 24, 20. Marc. 8, 6. 11, 25. 16, 17. Luc. 1, 40. 7, 3. 11, 1. 2. 5. 6. 8. 13. 18, 1 f. 9 f. Ioh. 12, 45. 15, 7. 16, 23. 17, 1. 9. Act. 6, 4. 7, 34. 8, 15. 24. 9, 11. 40. 10, 2. 4. 9. 10. 12, 5. Rom. 15, 30. 1 Tim. 2, 3. &c.
Pregizerus. 2 Tim. 4, 10
presbyter. 1 Tim. III. 2
Prideaux. Act. 7, 43
Primasius. Apoc. 21, 17
Pritius, I. G. Hebr. I. Iac. I. 1
priuata pastorum cura. Act. 20, 20. 31
profani. Luc. 16, 30
profectus I. C. Luc. 2, 52
profectus in bono: 1 Tim. 4, 15. in malo, 2 Tim. 2, 16.
promissio maxima. Luc. 12, 37
pronomina: ἐγὼ, Ioh. 5, 45. ἐμοὶ, Act. 10, 28. 13, 33. 26, 10. σὺ, Act. 9, 5. αὐτὸς, Ioh. 6, 15. Col. 1, 16. 18. ἐκεῖνος, Marc. 4, 35. Ioh. 1, 18. Tit. 3, 7.
prophetа, Christus. Ioh. 16, 13. Act. 3, 22
prophetiae indoles. Act. 2, 19. Rom. 12, 6. 1 Cor. 14, 6.
prophetica, quæ? Ioh. 12, 38
propria verba. Act. 3, 7. 1 Cor. 2, 4. 2 Cor. 5, 4. Col. 2, 14. 1 Thess. 4, 17. 2 Thess. 1, 7.
proprietas sermonis. Luc. 4, 18. 13, 33. 15, 13. Act. 2, 30. 10, 28.
propriorum nominum mysteria. Hebr. 7, 2
proselyti. Act. 6, 5. 1 Petr. I. 1
προσωπολημψία. Matth. 22, 16. Marc. 12, 14
prosopopoeia. Marc. XI. 13. Rom. 7, 1. Gal. 3, 15. 24. Hebr. 11, 2.
protherapia. Ioh. 4, 21. 13, 3. Act. 1, 16. 2, 23. 29. Rom. 3, 2. 5, 15. 9, 6. 1 Cor. 3, 10. 10, 19. 14, 18. 2 Cor. 11, 1. 16. 1 Ioh. 2, 1.
prouerbia praua. Ioh. 7, 52. 1 Cor. XV. 33
prouidentia diuina. Matth. 6, 26. 10, 29. Act. 27, 24. vid. *indiuiduorum cura & minima.*
prouincialia verba. Præf. §. XIV. p. XXII n.
prouocatio, utilis. Ioh. 6, 5
Psalmi. Act. 13, 33. eorum auctoritas, Hebr. 7, 21. 10, 8.
pseudojudaismus. Rom. 2, 8
pseudomessiae LXIV. Ioh. 5, 43
pseudopolitici. Tit. 1, 7
pseudoprophetae præambula. Apoc. 13, 11
Psychologica. Matth. 8, 17. 10, 28. 12, 35. 13, 19. 16, 9. 22, 37. Marc. 3, 5. 8, 17. 34. 10, 32. 12, 30. 15, 37. Luc. 2, 35. Act. 7, 23. Rom. 3, 18 7, 7. 23. 12, 1. 1 Thess. V. 23. 1 Petr. III. 4. IV. 1. 6.
Psychopannychia. Rom. 14, 9
pudor præposterus, Rom. 1, 25. — vincendus, Marc. 8, 38.
punctum temporis beatum, Matth. 4, 20. Act. 26, 30.
purgatorium. Rom. 8, 10. 1 Cor. 3, 13
Quadraginta dies &c. Matth. 4, 2. Act. 7, 6
Quendstedius. Rom. VIII. 19
quaestiones. Act. 18, 15. vid. *interrog.*
quaestus. Act. 19, 27
Ranischius. Ioh. VIII. 56
rara verba & phrases: Luc. 2, 14. Ioh. 5, 28. Act. 7, 41. 13, 32. 15, 24. 26, 10. 1 Cor. 6, 14. 15, 55. 2 Cor. 3, 15. 13, 3. Gal. 6, 2. 7. 16. Eph. 5, 21. 6, 3. 1 Tim. 4, 7. 2 Tim. 1, 8. 1 Petr. 3, 1. 2 Petr. 2, 22
Raumeierus, Dec. Leonb. Marc. XVI. 17
reciprocum αὐτὸ, *reassumtum.* Apoc. I. 5
reduplicatiuus significatus. Rom. 4, 4

Refor-

Reformatio. Rom. 15, 23. Ap. 12, 6. Apoc. I. 1. p. 1267.
Regale diuinum. Rom. 1, 32
regeneratio. Ioh. 1, 13. 3, 3
regnum cœlorum. Matth. 3, 2. 4, 17: Dei, Act. 1, 3: Christi, p. 1069. Act. 10, 41: sanctorum, Apoc. XX. 4.
Reinhardus. Apoc. 12, 6
religio christiana. Vide, *Deus*, *Iesus*, *Scriptura*, *veritas*. - inuisa mundo, Matth. 24, 9
reliquiae. Matth. 9, 20
renouatio. Eph. 4, 24
reseruata diuina. Act. 1, 7. Rom. 12, 19 Iud. v. 9.
resistibilis est conuersio. Act. 26, 19
resurrectio Christi. Act. 1, 22. 17, 31. mortuorum, Matth. 22, 23. Marc. 12, 25. Luc. 14, 14. Act. 26, 7. 1 Cor. 15, 12. prima, Apoc. 20, 4.
Reussius, D. I. F. Procem. p. 4 sq. Ioh. I. 1 (p. 366). VII. 17. 1 Cor. XII. 8 - 10. Hebr. IX. 5. Apoc. I. 1. 9. XXII. 18.
Rhenferdus. Apoc. 1, 4
de *Rhoer*, Iac. 1 Tim. III. 16
rhythmus. Luc. 15, 24. Ioh. 15, 2. Eph. 2, 14
Richterus, I. N. Rom. I. 17
Riegerus, I. C. pag. 1133. 1135.
rigidum verbum. Gal. 1, 11
Roma, unde dicta. Apoc. 18, 10. quando condita, Apoc. 17, 10. frustra Petrum sibi vindicat, Ioh. 21, 15. distincta a papa, Apoc. 13, 1: thes. 10, obs. 15.
Roosius, M. F. Procem. p. 5. Præf. § XX. p. XXX n. 1 Thess. V. 23. Hebr. XI. 2. 1 Petr. III. 4. IV. 1. 6. Apoc. I. 1. p. 1266. 1270. VII. 4. XVII 16. XXII fin.
Ruthae liber, geneal. Christi illustrat. Matth. I. 5.
Sabbatum. Matth. 12, 1 sq. 5. 24, 20. Marc. 2, 28. Col. 2, 16.
sacerdotium I. C. Hebr. 2, 14. sanctorum, Apoc. I. 6.
sacramenta. 1 Cor. 11, 26
sadducaei. Matth. 16, 1. 22, 23
Sagittarius, Casp. Luc. XXI. 15
saluari. Act. 2, 40
salutatio. Luc. 1, 40
salutis initium. Act. 2, 40
Sanctitas: gloria. Act. 3, 14. Hebr. 2, 10
Sanctus. Rom. 1, 4. Sanctus, Sanctus, Sanctus, Apoc. 4, 8. sancti, Matth. 23, 29. 27, 52. sanctificati, Act. 20, 32.
sanguis I. C. pag. 1130 sqq.
Sartorius, D. C. F. Procem. p. 5. Præf. § XVIII. p. XXVIII n. Ioh. I. 1. (p. 366). Rom. VIII. 19. 1 Tim. III. 15. Hebr. IV. 9. XI. 2.
Sartorius, F. W. Ioh. IX. 2
satanae lapsus, Ioh. VIII. 44. satan, spiritus callidissimus, Act. 19, 13. vid. *daemonol.* & *magia.*
satisfactio. Rom. 5, 18. Hebr. 10, 10
scandalum. Matth. 13, 41. 17, 27. 18, 6 sqq.
scapha dicenda scapha. Rom. 1, 26
schechina. Ioh. 1, 14
schisma, multiplex. Ioh. 7, 43
Schmidius, Er., 1 Cor. VIII. 1. - C. F., Procem. p. 4. Præf. § XX. p. XXX not. Ioh. I. 1 (p. 366). Act. XIX. 5. Apoc. I. 1. passim. XXII fin. - I. F., Apoc. 20, 1
Schnelle, ἐν τάχει. Apoc. I. 1. p. 1267.
Schoettgenius. pag. 1050.
schola I. C. Matth. 8, 23
Schroeckhius, I. M. Procem. p. 7. Apoc. XX. 4.
Schudt, Ioh. Iac. Ioh. 5, 43
Scripturae sacrae encomium, Præf. § 1 & 27. Rom. 1, 2. 8, 28 not. Gal. 3, 8. 1 Tim. 4, 15. auctoritas, Matth. 4, 4. 24, 6. 26, 13. Rom. 1, 2. efficacia, Act. 8, 28. integritas, Matth. 5, 18. verecundia, Act. 2, 30. veritas, Matth. 7, 11. Ioh. 10, 35. 12, 38. 14, 26. Act. 2, 29. 39. utilitas, Luc. 3, 38. Ioh. 21, 23. 25. 2 Tim. 3, 16. Hebr. XI. 2. silentium, Rom. 4, 6. Hebr. 1, 5. 5, 6. summa, Rom. 15, 4. Sapienter a Domino citata, Matth. 4, 4. 9, 13. nil frustra dicit, Iac. 4, 5. ad nos

nos se demittit, Ioh. 3, 12. 11, 11. Rom. 6, 19. 1 Cor. 15, 29. nemini non legenda, Phil. 1, 1. Col. 4, 17. Hebr. 13, 24. Scripturæ N. T. initia, Act. 15, 20. 1 Thess. 5, 27.
Segaar. Luc. IV. 2
sejugatio. Rom. 11, 22
Seir. Apoc. 11, 2. 13, 1: thes. 10, obs. 29.
Seleucia & *Ctesiphon.* 1 Petr. V. 13
semestre. Apoc. 13, 18: § 10
semiduplex oratio. Præf. § 24. Matth. 7, 21. 13, 49. Marc. 1, 4. 13, 27. 14, 8. 16, 16. Ioh. 5, 21. 24. 8, 28. 38. 10, 25. 14, 10. 17, 26. Act. 7, 16. Rom. 2, 8. 10. 5, 16. Gal. 4, 25. Hebr. 12, 20. 1 Ioh. 1, 7. 2, 10. Vid. *concisa* locutio.
Semlerus, D. Procem. p. 3. Ioh. I. 1 (p. 366). 29. II. 6. VI. 63. VIII. 1-11. Rom. I. 11. 13. II. 7. 8. 21 sq. III. 20. 25 sq. V. 14. 16. VI. 11. VII. 14. 23. IX. 5. 1 Cor. I. 5. 18. 23. II. 2. V. 6. XI. 7. Phil. I. 1. 1 Ioh. V. 7. Apoc. I. 1. 9. II. 17. IV. 6. XVII. 16. XXII fin.
senectus piorum. Luc. 1, 7
sensus literalis & literae. Matth. 16, 11
separatio. Act. 19, 9. Iud. v. 19
septem. Matth. 12, 45. Act. 19, 14. Iud. v. 14. septenarius in rebus, Apoc. 5, 1. diuiditur in quatuor & tria, Ap. 16, 1. in temporibus, Ap. 13, 18 (§ 9), & c. 20, 4.
septuaginta int. Vid. *Versio* Græca V. T.
sepultura Christi. 1 Petr. 3, 18
seruus Domini, quis? Act. 20, 19
seruorum officium. Eph. 6, 5
sessio Christi ad dexteram Dei. Hebr. 10, 12
seueritas sermonis. Act. 16, 37. Gal. 6, 17. vid. *apotomia.*
sigilla. Apoc. 5, 1. 12. 6, 1. 9
signi cantissima verba. Col. 2, 9. 11.
signum. Matth. 24, 30. signa temporum, Matth. 16, 3.
Simonia. Act. 8, 18
simplicitas. Matth. 6, 22
simultates, gratiæ impedimentum. Luc. 12, 54
singulares locutiones. Luc. 4, 33. Act. 12, 18
singularis numerus. Luc. 2, 2. 10, 19. Ioh. 1, 9. 29. Act. 15, 18. 1 Cor. 4, 17.
Siracidae liber. Luc. 1, 17.
sobrietas. 2 Tim. 3, 15
Sodoma. Ioh. VIII. 56
solitudo, iuuat. Matth. 26, 38. Marc. 6, 31. Luc. 1, 80. Act. 9, 40.
soloecismus. Ioh. 6, 37
somnia. Matth. 1, 20. Act. 16, 9
somniantes, homines naturales. Iud. v. 8
σωφροσύνη. Rom. 12, 3
sors. Act. 1, 23. 26. 17
speculator. Marc. 6, 27
Spenerus. Ioh. 16, 23
spes. Rom. 8, 24
sphaera piorum. Act. 22, 10
Spiera, Franc. Act. 26, 11
Spinoza. Ioh. 11, 4
spiritualitas Dei. Ioh. 4, 24
spiritus: caro, in Christo, Rom. 1, 4: in homine, Rom. 8, 4.
Spiritus sanctus. Act. 5, 4. 10, 38. peccatum & blasphemia in eum, Matth. 12, 31. — non fuit *spiritus servitutis*, Rom. 8, 15
stare, orantium. Marc. 11, 25
stilus apostolicus, Ioh. 12, 6. Rom. 1, 12. 26. Lucæ, vid. not. ad c. 5, 10. 6, 30. 8, 54. 10, 23: Iohannis, vid. not. ad c. 1, 1. 4. 19. 24. 35. 52. 2, 2 6. 3, 3. 25. 5, 1. 2. 20, 10: Pauli, vid. not. ad Col. 2, 1. 1 Tim. 6, 20. 2 Tim. 1, 3. Hebr. 1, 1: Petri, vid. not. ad 1 Ep. 1, 1. 4.
stilus, ex relatiuo recitatiuus, Act. 1, 4: ex recitatiuo relatiuus, Act. 23, 24.
stoici, christiani non sunt. Ioh. 11, 33
σοφγή. Matth. 24, 12
Storrius, I. C. Luc. XXIII. 34. p. 1136.
Stoschius, D. Apoc. II. 18
Struensee, D. Gal. III. 15. V. 11
Studiosi Theol. Matth. 10, 7
studium saluberrimum. Luc. 1, 66. 1 Tim. 4, 15
stupor, nonnisi gratiâ tollendus. Tit. 3, 3

ſuauitas ſermonis. Luc. 1, 13. 2, 26. 5, 25. 11, 49. Ioh. 4, 32. Act. 1, 3. 2, 17. 7, 60. 1 Cor. 6, 19. 14, 20. 15, 23. 54. 55. 2 Cor. 1, 5. 20. 8, 10. 10, 1. Eph. 3, 19. Phil. 4, 1. 3. 1 Theſſ. 2, 7. 4, 14. 15. 2 Theſſ. 1, 10. 1 Tim. 6, 19. 2 Tim. 2, 13. Hebr. 1, 14.
ſublimes locutiones. 2 Cor. 3, 17. Eph. 4, 10
ſubtilitas, non inanis. Luc. 11, 36
ſucceſſio canonica. Marc. 9, 39
Sueuici Theologi. Præf. § XVII n. Iac. III. 6
Suidas. Eph. 4, 19
ſummarium V. T. Hebr. 11, 2. doctrinæ chriſtianæ, Act. 20, 21.
ſuperbia, mater hæreſium. Act. 8, 9
ſuperlatiuus. Iud. v. 20
ſupralapſarii. 1 Petr. 4, 19
Surenhuſius. Hebr. 8, 9
ſuſpenſa oratio. Col. 2, 23. 2 Theſſ. 4, 6
ſuſpiria, πάθος. Matth. 8, 34. Act. 7, 34
ſyllepſis. Ioh. 21, 12. Act. 7, 52. 1 Cor. 6, 16. 17. 15, 50. Eph. 3, 18. Col. 3, 16. 1 Tim. 2, 15. 2 Petr. 3, 1.
ſyllogiſmus. Ioh. 7, 18
ſymbolum Domini. Luc. 4, 43. Hebr. 10, 7
ſymperaſma. 2 Cor. 5, 12 ſ. 6, 11. Phil. 4, 12. Iac. 1, 19.
συγκαταβασις, Dei. Hebr. 6, 17. ſcripturæ, Ioh. 3, 12.
ſyncategorema. 1 Cor. 1, 17
ſynecdoche. Rom. 7, 1. 2 Cor. 3, 3. Phil. 2, 10. 1 Tim. 5, 10. Hebr. 1, 1.
ſynopſes librorum N. T. vid. *Teſtamentum*.
Syriaca verſio. Eph. I. 1
ſyriaſmus Matth. 10, 32
Tabella ſynchron. ad 1 Ioh. V. 7. p. 1239.
taciturnitas. Luc. 10, 4
Taſingerus, D. Prælim. p. XLI. § 25.
talio. Matth. 5, 38. 7, 2. 10, 33. Act. 28, 4
tallith, velamen. 2 Cor. III. 14
ταπείνωσις. Act. 10, 47. 22, 18. Rom. 1, 6. 5, 5. 1 Cor. 12, 3. Col. 2, 16. 1 Theſſ. 2, 16. 2 Theſſ. 3, 2.
Teller, D. W. A. 1 Cor. X. 16. 2 Cor. XII. 7. Eph. I. 10. II. 2. IV. 9. V. 12. Phil. II. 10
tempus præteritum, præſenti incluſo. Rom. 3, 23
tentatio. Matth. 4, 1. Hebr. 4, 15
tenuis oratio. Act. 7, 47. 2 Tim. 3, 9
Tertullianus. Matth. 22, 40
Teſtamentum nouum. pag. 1. ſtilus, Præf. § 14. differt a V. T., Matth. 9, 37. 11, 20. Luc. 1, 63. 10, 37. Rom. 1, 1. 7, 6. 8, 15. 18. 16, 25. admiranda in ea allegatio V. T., Rom. 1, 17. N. T. autographa, Act. 19, 19. & p. 595 a, l. 1. differentia librorum hiſtoricorum & epiſtolarum, Matth. 27, 50. elegantia realis, Matth. 16, 13. Ioh. 1, 1. 12, 17. In *ſynopſi* exhibentur libri N. T., & quidem:

Matthæus	pag. 3
Marcus	203
Lucas	250
Iohannes	360
Acta apoſtolorum	499
Epiſt. ad Rom.	634
I ad Cor.	732 ſq.
II ad Cor.	817
ad Gal.	867
ad Eph.	901
ad Philipp.	933
ad Coloſs.	960
I ad Theſſ.	971
II ad Theſſ.	984
I ad Tim.	995
II ad Tim.	1021
ad Titum	1036
ad Philem.	1043
ad Hebr.	1049
Ep. Iacobi	1147
I Petri	1173
II Petri	1201
I Iohannis	1240
II Ioh.	1248
III Ioh.	1251
Iudæ	1252
Apocalypſis	1262 ſqq.

Tetragrammaton. Apoc. I. 8
textus ſermonum Ieſu. Ioh. 7, 34

Thenius. Gal. III. 23
Theologia est practica. Phil. 1, 16. Hebr. 6, 1. casualis, Matth. 9, 13. naturalis, catechetica & acroamatica, Act. 17, 22. prophetica, Ioh. 16, 13.
theologorum falsorum character, Marc. 12, 38. futilitas, Luc. 14, 35.
Theophilus, Alexandrinus? Luc. I. 3
theopneustia. Matth. 16, 13 fin. 2 Tim. III. 16. Pauli, Rom. 15, 18. Conf. *inspiratio.*
Thyatirae ecclesia. Apoc. II. 18
timidi. Ioh. 7, 50
timor hominum. Matth. 10, 28. 14, 9
Timotheus. Apoc. 2, 1
tmesis. Eph. 6, 8. Col. 3, 23
tolerantia. Gal. I. 8
Toup, Ioh. Act. XXVII. 14
traditiones. Matth. 15, 3. 5. Ioh. 16, 12. 21, 23. Rom. 1, 2. 1 Cor. 11, 2. 2 Thess. 2, 15. Col. 2, 23.
trajectiones. Matth. 8, 15. Luc. 4, 5. V. 1
transitio ad Iesum, facilis a quolibet Scripturæ textu, Act. 8, 35.
triduum mortis Christi. Matth. 2, 40
Trinitas. Matth. 3, 16 sq. 28, 19. Luc. 1, 14. 15. 4, 18. Ioh. 3, 11. 4, 23. 5, 32. 16, 14. Act. 2, 38. Rom. 8, 9. 9, 4. Eph. 3, 6. Hebr. 1, 1. 6, 4. 10, 29. 1 Petr. 1, 2. 1 Ioh. 5, 7 sq.
triuiales formulæ. Matth. 5, 22. Ioh. 7, 52
triuium discipulorum. Matth. 4, 23, voc. καὶ περιῆγεν. 6, 11 τὸν ἄρτον. 25 μὴ μεριμνᾶτε. c. 8, 14 πενθερὰν. 23 πλοῖον. 24 μέγας. 25 ἀπολλύμεθα. 26 δειλοὶ & τόλε. c. 9, 11 τοῖς μαθηταῖς. 16 οὐδεὶς. c. 10, 1 ἔδωκεν & αὐτοῖς. 2 τὰ ὀνόματα. 7 κηρύσσετε. 9 μὴ κτήσησθε. 25 οἰκοδεσπότην. c. 13, 36. 14, 13 κατ' ἰδίαν. 15 ἑαυτοῖς. 16 ὑμεῖς. 25 τετάρτῃ ἀπῆλθε. c. 15, 23 κράζει. c. 16, 13 τίνα. 16 ἀποκριθεὶς & σίμων πέτρος. 22 προσλαβόμενος. c. 17, 17 ἄπιστος, & ἔσομαι. 21 τοῦτο. 25 σίμων. 27 ἀντὶ ἐμοῦ καὶ σοῦ. c. 19, 26 ἐμβλέψας. c. 21, 21 ἀποκριθεὶς. Marc. 1, 36. 4, 10 11. 13. 38, οὐ μέλει σοι. 40 οὐκ. c. 6, 7. 52 ἦν γὰρ. c. 9, 12 εἶπεν. 32. c. 10, 14. 18 fin. 24 τέκνα. Luc. 5, 11. 7, 19. 20. 8, 25. 9, 18. 54 ἰάκωβος καὶ ἰωάννης. c. 10, 23. 11, 1 ὡς ἐπάυσατο. c. 12, 1. 3. 4. Ioh. 1, 37. 39. 40 ἔμειναν. 43 ἐμβλέψας. c. 2, 1 γάμος. 4 τί ἐμοὶ καὶ σοὶ. 11 ἐπίστευσαν. 12 ὁ πολλὰς. c. 4, 2 obs. h. 32 οὐκ οἴδατε. c. 6, 5 φιλιππον. 68 ῥήματα. c. 9, 2 ἠρώτησαν. 3 ἀπεκρίθη. c. 11, 7. 11 ἡμῶν. c. 12, 22.
tubae. Apoc. 5, 1. 7, 12. 8, 2
turris Antonia. Apoc. I. 4. p. 1272.
Vae. Matth. 11, 21
valedictio. Act. 20, 25 sq.
Vaticanus cod. Præf. § 8: mon. 11.
vaticiniorum allegationes. Matth. 1, 22
vehemens verbum. 1 Cor. 7, 9
vehementia sanctorum. Act. 26, 25
veneficium. Gal. 5, 20
venerabilis. Marc. 6, 20
verbum finitum post participia, Hebr. 1, 3. pro aduerbio. Act. 15, 16. pro participio, Eph. 2, 17.
verbi diuini efficacia. Matth. 7, 29. Act. 18, 5. 19, 18.
verecundia intempestiua, pellitur fide. Luc. 8, 47
verecundia sermonis. Act. 2, 30. Rom. 1, 26
veritas, quid? *Rom. 1, 21.* Matth. 22, 16
veritas religionis christianæ. Matth. 26, 13. Marc. 5, 22. 6, 20. Ioh. 1, 47. 7, 17 f. 8, 29. 11, 4. 13, 19. Act. proœm. & cap. 2, 1. 4, 13. 5, 41. 8, 8. 9, 5. 13, 10. 16, 16. 21. 28. 17, 11. 22. 18, 15. 19, 12. 17 sqq. 20, 19. 37. 24, 25. 26, 26. Rom. 1, 2. 8. 6, 17. 7, 16. 13, 1. 1 Cor. II. 1. 9, 2. 14, 25. 2 Cor. 3, 2. 18. 10, 4. 1 Thess. 2, 14. 4, 13. Hebr. 2, 3 sq. 4, 13.
Theoph. *a Veritate.* Præf. § 8.
Versiones: Græca V. T. Matth. 1, 1. 2, 6. 4, 1. 9, 13. 27, 52. Luc. 4, 19. Ioh. 8, 58. 19, 37. Act. 7, 14. 15, 17. Rom. 9, 29. 11, 3. 1 Cor. 3, 19. Hebr. 1, 6. 8, 9. 11, 21. 12, 15. Apoc. 18, 13. - N.T. Anglica vetus, Marc.

Marc. 4, 35. Arabica, 2 Ioh. v. 1, voc. κύρια. Armena, Apoc. 5, 14. Gothica, Luc. 9, 43. Latina, Vulgata: Præf. § VIII. n. X not. Matth. 6, 13. Ioh. 9, 21. 1 Ioh. V. 7. pag. 1239. Apoc. 1, 11. 13, 18. 14, 18 & paſſim. Syriaca, Act. 15, 23. Apoc. I. 9. 11, 1. Verſiones quomodo tractandæ, Hebr. 12, 6.

verſus jambicus. 1 Cor. 5, 6
veſtis nuptialis. Matth. XXII. 11
vicarii miniſtri. Matth. 10, 7
vigilantia. Marc. 13, 35
vis ſermonis. Act. 3, 18
viſitatio eccleſiaſtica. Act. 15, 36
vita æterna. Ioh. 3, 15
vita I. C. ſuccinctis annotationibus delineata: Matth. 4, 12 voc. εἰς. 23 πᾶσαν. 24 κακῶς ἔχοντας. c. 6, 1 τὸ θέλημά σε. 27 τὶς ἐξ ὑμῶν. 30 ὀλιγόπιστοι. c. 7, 21 κύριε. 23 ὁμολογήσω. c. 8, 3 θέλω. 10 ἐθαύμασε. 18 ἀπελθεῖν. 20 οὐκ ἔχει. 24 ἐκάθευδε. c. 9, 1 διεπέρασε. 10 συνανέκειντο. 11 διατί. 20 τὸ κράσπεδον. 21 τὸ ἱματίου. 24 ἀναχωρεῖτε. 25 ἠγέρθη. 36 ἐσπλαγχνίσθη. c. 10, 25 οἰκοδεσπότην. 36 τὸν σαυρὸν. c. 11, 1 ἐτέλεσεν. 6 μακάριος. 25 πάτερ. 29 πρᾶος - ταπεινὸς. c. 12, 6 ὧδε. 15. 16. 19. c. 13, 53 μετῆρεν. 55 μήτηρ. c. 14, 12 ἀπηγγειλαν. 19 ἀναβλέψας. 22 ἕως. 23. c. 15, 32. 36. c. 16, 7 ἄρτος. 23 σκάνδαλον μου - τὰ τοῦ θεοῦ. c. 17, 17 ἀνέξομαι. c. 18, 6 τῶν πιστευόντων. c. 19, 2 ἐκεῖ. 3 not. g. 13 μαθηταί. c. 20, 22 ὃ ἐγὼ. 34 σπλαγχνισθεὶς. c. 21, 2 πῶλον. 14. 18. 19 λέγει. Marc. 1, 35. 43 εὐθέως. c. 3, 5 περιβλεψάμενος & συλλυπούμενος. 7. 9. 10. 20. 21 ὅτι ἔξεση. c. 4, 36 ὡς ἦν. c. 5, 30. 40 ἐκβαλὼν. c. 8, 12. 23 ἐπιλαβόμενος. 26 μηδὲ εἴπῃς. c. 9, 25. c. 10, 1 ὡς ἐιώθει. 18. 21 ἐμβλέψας. 23 περιβλεψάμενος. c. 11, 2. 11. 15. Luc. 4, 14 φήμη. 15 αὐτὸς. 16 κατὰ τὸ ἐιωθὸς. 23 πάντως. 43 ἐις τοῦτο. c. 5, 1 ἐπικεῖσθαι. 7 ἐθεάσατο. 16. c. 6, 12. c. 7, 36. 44 τοῖς δάκρυσιν. 45. c. 9, 18. 51 ἀναλήψεως. 52. 54, ὠὺρ. 60. c. 10, 21. 23. 42. c. 11, 1 ἷων μαθητῶν. 22. 37. c. 12, 50 πῶς συνέχομαι. c. 13, 16 ἰδὲ δεκα. 31 ἠρώδης. 32 ἐπιτελῶ & τελειοῦμαι. c. 15, 4 ἕως. c. 18, 15. 16. Ioh. 1, 40 εἶδον. c. 2, 1 γάμος. 11 ταύτην - καὶ ἐφανέρωσε - ἐπίστευσαν. 24 οὐκ ἐπίστευεν. c. 4, 6 οὕτως. 34 τελειώσω - βρῶμα. c. 5, 13 ἐξένευσεν. c. 6, 15 βασιλέα. c. 7, 5. 15. 20 καὶ εἶπε. c. 8, 1 ἐπορεύθη. 6 κατηγορεῖν δὲ. 9 ἀπὸ τῶν πρεσβ. 29 πάντοτε. 57 πεντήκοντα fin. 59 ἐκρύβη. c. 9, 4 οὐδεὶς. 33. 37, ὁ λαλῶν. c. 10, 18 ἀπ' ἐμαυτοῦ. it. παρὰ τοῦ πατρός μου. 34 ἀπεκρίθη. c. 11, 30 οὔπω. 33 ἐνεβριμήσατο, & ἐτάραξεν. 35. 38. 41. 42 ἦδειν. c. 12, 14. 23. 27. 28. 31. 32. 44. &c.
vita b. Auctoris. poſt Præf. p. XXXV ſqq.
Vitringa. Apoc. I. 1. p. 1270. VI. 2. 11, 15. 12, 5. 13, 1 (theſ. 7). 17, 8.
viuida expreſſio. Act. 15, 37
viuificatio Chriſti. 1 Petr. 3, 18
ultima. Matth. 7, 22. 25. 8, 11 ſq. 12, 32. 41. 13, 12. 24, 4. 43. Marc. 9, 44 ſq. 12, 43. Luc. 16, 19. 18, 8. Ioh. 12, 48. Rom. 11, 34. &c.
unctio. 1 Ioh. 2, 20. extrema, Marc. 6, 13. Iac. 5, 14.
unio actualis cum λόγῳ. Luc. 1, 35
unio myſtica. 1 Cor. 6, 17. Eph. 5, 30 Vnzulænglichkeit &c. Ap. I. 1. p. 1265. 1267.
vocatio. Luc. 14, 18. Eph. 4, 1. ſeria, Luc. 14, 21. miniſtrorum euangelii, Ioh. 10, 1. Act. 1, 24. 7, 27. 13, 2. 20, 28.
vocatiuus. Luc. 1, 28
voluntas Dei antecedens. Rom. 3, 3
voluntas diuina, humanam excitat, Ioh. 7, 17. hominis, frangitur Matth. 8, 19. 21. - bona, bene impediri poteſt, Act. 19, 30.
votum. Act. 18, 18
Vrlſpergerus. Luc. XXIII. 34
Vſſerius. Eph. I. 1. Apoc. 12, 13
vultus I. C. Marc. 10, 23
Walchius. Præf. § 18.
Weiſius. Ioh. 10, 3
Weiſmannus. p. 368. 1265 l.

Weiſius. Phil. I. 28
Werenfelſius. 1 Cor. XV. 19
Wetſtenius. Præf. § X not. 1 Petr. III. 10. 1 Ioh. V. 7.
Whitby. Præf. § 9. Rom. 1, 16. 13, 1. 9. 14, 9. 1 Ioh. V. 16 &c.
Wichmannus. Luc. XIX. 11
Wincklerus. Apoc. 12, 3. 20, 3
Witſius Ioh. 2, 20
Wohlſtand. Hebr. II. 10
Wolfius. Iac. 3, 6. Ap. procem. n. 4. & paſſim.
Wollius. Præf. § 11.
Zachariae, D. Rom. I. 17. IV. 13. VIII. 19. 1 Cor. XI. 7.
Zanchius. Apoc. 17, 11
Zellerus. Hebr. 9, 13
Zeltnerus. Apoc. 11, 17. 14, 6. 20, 2
zêlus. Matth. 13, 29. zelus falſus, Luc. 23, 10. Act. 17, 6.
zeugma. Marc. 13, 26. 1 Cor. 7, 10. Gal. 5, 17. 1 Tim. 4, 3.
Zullichav. Biblia. Præf. § 8. mon. 20.

CORRIGENDA.

In *Inſcriptione*, quæ *imagini* b. Auctoris (citra Editoris culpam negligentius exſculptæ) ſubjecta eſt, pro voc. *Præpoſitus* legendum *Abbas;* quod non vanitatis cauſa, ſed ad cauendam apud exteros confuſionem, ab amico monitus, monendum eſſe duxi.

Præf. p. V. marg. l. r. 3, ante *Examine* del. *comma*
- - p. XXI. marg. l. r. 4, pro repetitio l. repetitionem &c.
p. 40 marg. l. r. 2, pro *Hügel* l. *Flügel.*
p. 60 marg. l. 1, pro *ante* l. *ſub*
p. 63 b, l. r. 3, ante *dicam* l. *ne*
p. 78 a, l. 11, pro *filii* l. *fili*
p. 111 b, l. r. 11, pro *paruum* l. *paruam*
p. 113 a, l. 3, l. רך
p. 117 b, l. r. 5, poſt *occupati* l. *interfuerant*,
p. 166 b, l. r. 17, pro Iudeæ l. Iudææ
p. 173 marg. l. r. 2, pro *usbisque* l. *urbisque*
p. 176 b, l. 2, pro ξειν l. ζειν
p. 182 marg. l. r. 2, pro *initum* l. *initium*
p. 184 marg. l. r. 3, poſt *mouet*, pro (?) leg. (.)
p. 186 marg. l. 1, pro *ſextus* l. *textus*
p. 200 marg. l. ult. pro *græca* l. *græcæ*
p. 212 a, l. 17, pro *Art.* l. *Act.*
p. 231 b, l. 19, poſt *major* del. *punctum*
p. 246 marg. l. 11, del. *ratio*
p. 256. v. 27. l. 2, pro *I23* l. *I. 23.*
p. 264 marg. l. r. 2, pro REGIONE l. RELIGIONE
p. 307 a, l. 13, pro μετεωριξεσθε l. μετεωριζεσθε
p. 313 a, v. 29. l. 2 pro *Vt* l. *ut*
p. 318 marg. l. r. 3, pro conſultatione l. conſultatione
p. 345 a, l. r. 14, pro ſtante l. ſtantibus
p. 354 marg. l. 2, pro expreſsus l. expreſsum
p. 356 b, l. 4, pro perfuſit l. perfudit
p. 360 marg. l. 1, l. ἐξηγαγεν
p. 386 a, l. 1, pro abſolu-tur l. abſoluitur
p. 404 b, l. ult. pro *adierant* l. *audierant*
p. 408 a, l. 13, poſt *alliciebatur* pon. *conf. Matth. XIV. 20 not.*
ib. l. 15, dele verba: *conf. Matth. XIV. 20 not.*
p. 421 b, v. 21. l. 6, pro Subaudii l. Subaudi
p. 440 b, l. 16, pro *tn* l. *tu*
p. 487 b, l. r. 17, pro *quæ vox* l. *quam vocem*
p. 595 a, l. 1, poſt 770. 884 leg. [*Ed. II. p. 480. 620.*]
p. 679 marg. l. r. 2, pro membnum l. membrum
p 737 a, l. 6, pro חכימים leg. חכמים
p. 742 marg. l. 6, pro *Ni. Ti.* leg. *N. T.*
p. 752 marg. l. r. 2, pro repeerit l. repererit
p. 784 a, v. 27, l. 2, pro *ἰϑ* l. *τϑ*
p. 826 a, l. 18 l. *ἀπωκτένει*
p. 889 marg. l. r. 5, pro 799 l. 798
p. 900 marg. l. r. 7, pro conueniens l. conueniens
p. 925 marg. l. r. 5, poſt *grande* del. *punctum*
p. 979 b, l. 1, pro *ſutura* l. *futura*
p. 987 a, l. 10, poſt 278 leg. [*Ed. II. p. 230.*]
p. 989 a, l. 10, pro incipit l. incipit
p. 1077 b, l. 7, pro ἐννοιᾶιν l. ἐννοιῶν
poſt p. 1135, pro 1036 l. 1136
p. 1194 marg. l. 2 pro ***) pon. **)
p. 1221, a, l. r. 2, poſt *actu* del. *punctum*
p 1235 a, l. ult. pro verſatio l. auerſatio
p. 1249 marg. l. 1, pro utraque l. utraque
ib. col. b, l. 2, pro *) pon. **)
p. 1264 marg. l. ult. leg. -- *theidigung*
p. 1268 marg. l. pen. pro des l. der
p. 1269 marg. l. pen. l. *bin*
p. 1271 marg. l. ult. poſt *apocal.* pon. *punctum*
p. 1295 a, l. r. 14, pro **) pon. *)
ib. col. b, l. ult. pro *) pon. **)
p. 1333 a, l. r. 22, pro PaPA l. PAPA
p. 1345 b, l. r. 12, poſt *ſeqq.* leg. [*Ed. II. p. 319 ſeqq.*]
p. 1346 a, l. 1, poſt *ſeq.* leg. [*Ed. II. p. 274 ſq.*]
p. 1364 marg. l. r. 2, l. anonymi
p. 1369 marg. l. 3 pro formulis l. formulas
ib. l. 4, pro mollor l. mollior
p. 1372 b, l. ult. pro diſtigctam l. diſtinctam

INDEX

Anthypophora ist, wann man sich einen Einwurff macht, und sich selbst wiederum darauf antwortet. Strictiq quiddam occupatio.

Apodioxis wann man sich auf einen andern oder eine andre Stelle bezeucht. Ebr. 13, 22. Conclus. est in arte epistolographica.

Asyndeton, wann et oder sed wegbleibt.

Hendiadiyn wann man einen terminum mit 2. terminis gibt, einem Adj. u. Subst. 2 substantiva macht. ~~Gratia vi~~ pro Gratia vivificans gratia et vita.

Epiphonema z. Ex. ὦ βάθος Rom. 11, 33.

Epiphora schliesst mehrere Sätze mit einerley Gedanken und Worten 1. Cor. 11, 22. – ich auch

Epitasis, wann man etwas vorhergesagt, und man treibt es noch höher. Etiam est in particulis, non modo in re. Rom. 1, 4.

Ethopoeia. Quando aliquis fusiq loquens inducitur. Rom. 9, kommen vor. Ist soviel als Sermocinatio, daß man sich recht in einen verbildt und verstellt kan.

Hypallage, wann man etwas umwendet. Ebr. 13, 2. ἔλαθον ξενίσαντες, sie wusten ō, daß sie herbergten pro λαθόντες ἐξενίσαν.

Litotes: wann man etwas ringer ausdruckt. Alios μείωσις. (eig oppos. est αὔξησις) wann ich sagen wollte: er ist grausam mit mir verfahren, und ich sagte statt dessen: er ist unfreundl. mit mir umgegangen.

Mimesis. wann man eine kleine Rede thut, wie ein andrer redt würde. Imitatio sermonis; ist eine kleine ironia dabey.

Oxymoron. wann man etwas ausdruckt, daß es zugl. Ja u. Nein scheinet ex. gr. robusta debilitas, wann ich schwach bin, bin ich zugl. starck.

Ploce. Duplicatio. hin ist hin. Gnade ist Gnade. das zweyte ist allezeit significantiq. Rom. 9. 6.

Protherapia et epitherapia ist eines von den schönsten wann man zum Voraus oder hintennach etwas sagt, das ad conciliandam benevolentiam zur Milderung der Rede dienet. Hat viel Nutz. vid epp. Cic. Ed. Beng. IV. Cap. p. 980–982.

Sejugatio, wann man 2. oder 3. Sachen proponirt, und ein jedes hernach wird besonders tractirt, wird auch dialysis genannt Rom. 11, 22. Joh. 16, 8–11.

Zeugma. ~~oder~~ conjunctio, wann ein nomen mit d. andern ein verbum mit dem andern verbunden wird.

Jugatio vel connexio, in qua unum ad verbum plures sententiae referuntur, quarum unaquaeq. considerat illud, si tota poneretur, ex. gr. sociis et Rege recepto.

Ektasis fig. Grammatica, qua syllaba brevis producitur. Conf. Gnom. ad Luc. 3, 21.

Hypotyposis est qq. narratio, ubi ~~ra~~ res vera coloribus verisimilibus depingitur. Sic plures hist. de divite Helvone et Lazaro sumunt. —

Exergasia verbindet mehrere Praedicate mit dem Subjectsbegriff, um diesen der Phantasie von mehreren Seiten darzustellen Ψ. 1, 1.

Heterosis verwechselt Zahlen, auch den Singular mit dem Plural. Ψ. 91, 7.

Symploce vereinigt in sich Anapher mit der Epiphora Ψ. 118, 2.

Aposiopesis von verschweigen, wann man beym Anfang eines Satzes plötzlich abbricht.

vol 18 - 3 vl.
fl. 2 = 21

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-835727-p0821-0

ONIS BENGELIANI

TOM. II.

OLAS ET APOCALYPSIN
COMPLECTENS.

EDITIO III.



TVBINGAE
IOH. HEINR. PHILIPP. SCHRAMM.
1773.

Farbkarte #13
B.I.G.
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-835727-p0823-1